2° Belg. 103-3 Miraeus

Digitized by Google

<36638107170017

<36638107170017

Bayer. Staatsbibliothek

DIPLOMATUM
BELGICORUM
NOVA COLLECTIO
SIVE
SUPPLEMENTUM
AD OPERA DIPLOMATICA
AUBERTI MIRÆI.

DIPLOMATUM
BELGICORUM
NOVA COLLECTIO
SIVE
SUPPLEMENTUM
AD OPERA DIPLOMATICA
AUBERTI MIRÆI
CATHEDRALIS ECCLESIÆ ANTVERPIENSIS QUONDAM DECANI.

IN QUO

Continentur Chartæ Fundationum ac Donationum piarum, Teſtamenta, Privilegia, & alia Antiquitatis Monimenta, à Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Principibuſque Belgii edita, & ex ipſis Tabularum publicarum fontibus eruta; unà cum Indice locupletiore, duobus etiam præcedentibus Voluminibus Operum Diplomaticorum ejuſdem Auberti Miræi correſpondente.

TOMUS TERTIUS.

Curâ & Studio

JOANNIS FRANCISCI FOPPENS S. T. L.

Metropolitanæ ac Primatialis Eccleſiæ D. Rumoldi Mechliniæ Canonici Graduati.

BRUXELLIS.

Apud PETRUM FOPPENS, Typographum, ſub ſigno S. Spiritûs.

M. D. C. C. XXXIV.

Cum Approbatione & Privilegio.

Bayerische
Staatsbibliothek
München



EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

PRINCIPI

THOMÆ PHILIPPO

TITULI S. BALBINÆ S. R. E. PRESBYTERO

CARDINALI DE ALSATIA,

Archiepiſcopo Mechlinienſi, Primati Belgii, &c. &c.

EMINENTISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE.

Fundationum ac Donationum piarum Cuſtodiam atque Protectionem commiſſam eſſe Epiſcopis, omnis agnovit antiquitas: eſt enim pars ſollicitudinis ac vigilantiæ Paſtoralis eorum, quos Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam Dei. Primos Chriſtianos bona ſua in alimoniam pauperum diſtribuenda, ad pedes Apoſtolorum poſuiſſe, ut per eos diſpenſarentur, teſtatur ſacer textus, Actorum 4. Epiſcopi autem tamquam Apoſtolorum Succeſſores, in eandem curam & ſollicitudinem, tamquam ſpirituales pauperum Patres, ſucceſſere. Neque quoad pauperes ſolùm, ſed & quoad bona Eccleſiis aut Monaſteriis legata, quæ communi SS. Conciliorum ac Patrum voce, patrimo-

nium Christi, bona pauperum, vota fidelium, ac res Ecclesiæ, *nuncupantur. Hinc Sacro-sancta Synodus Tridentina, veterum Canonum inhærens vestigiis, de hisce piis Fundationibus ita declaravit: (Sess. 22 cap. 8.)* Episcopi, etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, in casibus à Jure concessis, omnium piarum dispositionum sint executores; habeant jus visitandi Hospitalia, Collegia quæcumque, &c. ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo (juxta SS. Canonum instituta) cognoscant & exequantur: non obstantibus, quâcumque consuetudine, etiam immemorabili, Privilegio, aut Statuto. *Id-ipsum demonstrant atque confirmant Diplomata penè innumera: quorum hic passim stylus fuit:* ut quæcumque possessiones, quæcumque bona per Ecclesias aut Monasteria justè & canonicè possidebantur, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino possent obtineri, ut iisdem ac posteris firma & illibata permanerent, Apostolicâ vel Episcopali Authoritate confirmarentur.

Dum igitur novam hanc Diplomatum Belgicorum Collectionem, quæ tertium præclari Operis, à celeberrimo Viro Auberto Miræo olim inchoati Volumen constituet, in lucem edere propono, nullius alterius favorem ac patrocinium implorare possum aut debeo, præterquam Tuum, Eminentissime ac Reverendissime Domine, cui hæc Collectio, tamquam Ecclesiæ nostræ Mechlinienſis Archiepiscopo, Belgicæ Primati, tot piarum Fundationum Protectori, ac verò Pauperum & afflictorum Patri, omni jure tituloque debetur.

Exhibentur imprimis Documenta Fundationum plurarumque Ecclesiarum, tam Sæcularium quam Regularium, amplissimæ Tuæ Archidiœcesis Mechlinienſis, quæ præter Parochias ultra 480, plusquam ducenta omnium penè Ordinum Monasteria complectitur. Prodeunt quoque Diplomata ac alia Documenta quam-plurima cæterarum hujus Belgii Ecclesiarum penè omnium; quæ pariformiter Eminentissimo nomini Tuo inscribi merentur ac postulant, ratione Dignitatis tuæ Archiepiscopalis ac Primatialis, quo honore ac titulo Mechlimenſis Ecclesia ab ipsa Juæ Sedis gavisa fuit exordio.

Exhibentur etiam Donationes piæ, à pluribus Flandriæ Comitibus

conceſſæ, ac ſignanter ſæculo XII. à Theoderico & Philippo de Alſatia, Progenitoribus tuis, quorum ſummæ laudes geſtaque fortia in Annalibus Flandriæ per Meyerum alioſque memorantur; aſt quorum piam munificentiam hodiedum enunciant omnes ferme apud Flandros Artheſioſque Eccleſiæ; & plurima hujus novæ Collectionis Diplomata teſtantur.

Ab hiſce Heroïbus ſuam ducit originem Familia de Alſatia de Bouſſu, jam à tot ſæculis inclyta, pluribus Aureo Vellere inſignitis Equitibus illuſtris; aſt quæ Te Archiepiſcopo Mechlinienſi, Primate Belgii, ac S. R. E. Cardinale incrementum adepta eſt longè illuſtrius. Laudes Tuas hic enarrari vetat inſignis modeſtia Tua, tantò humilior, quanto majoribus virtutum atque honorum titulis eminentior. Sed vel maximè vetat calami ſermoniſque mei tenuitas, quâ laudes tuas vereor detêrere ac diminuere potiùs, quam exaltare. Verumtamen patieris, Princeps Eminentiſſime, ut præconem virtutum meritorumque Tuorum, ac Teſtem omni exceptione majorem producam Pontificem verè maximum, CLEMENTEM Undecimum, quem fidelium memoria omniſque poſteritas inter ſanctiſſimos æquè ac ſapientiſſimos Pontifices ſemper recenſebit. Hic Te, quondam Romæ morantem, inter Prælatos ſuos domeſticos familiareſque adſcivit, operâ tuâ conſilioque in ſummè arduis uſus negotiis, præſertim iis quæ ſtatum Eccleſiarum Belgii concernebant.

Ac tandem anno 1719, *dum Te, pro meritis Tuis in ſacrum Purpuratorum Patrum Senatum cooptavit, Teque Eminentis iſtius Collegii novum conſtituit ornamentum, Apoſtolicæ vocis oraculo tale de Te in ſacro Conſiſtorio præbuit teſtimonium.* Creare intendimus Cardinales, eoſque profectò de Apoſtolica Sede, de Eccleſia univerſa, de Orthodoxa Doctrina, imo & de Catholica Religione optimè meritos. *Ac poſt pauca:* His addere conſtituimus (nullis quidem humanis rationibus id ſuadentibus, ſed ſolùm Apoſtolici miniſterii debito Nos impellente) lectiſſimum Præſulem, THOMAM PHILIPPUM DE ALSATIA DE BOUSSU, Archiepiſcopum Mechlinienſem.... Plura hîc referre poſſemus de hujus illuſtris Præſulis eximia vigilantia; quam, ubi primùm ad ſuæ Metropolitanæ Eccleſiæ Regimen admotus fuit, adhibuit ſemper, & adhuc conſtantiſſimè adhibet; ut omnes Catholici Belgii Chriſti fideles, præſertim vero commiſſæ ſibi oves, quæ ut contagii locis, ita & periculis propin-

quiores ſunt, à venenatis pravarum doctrinarum paſcuis ſedulò arceantur.

Sed unum dumtaxat dicere ſufficiat; quod nimirum ipſe ex cunctis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopis primus fuit, qui Conſtitutioni noſtræ, quæ incipit PASTORALIS, humiliter obſequens, noſtroque inhærens exemplo, eos omnes, qui aliam noſtram Conſtitutionem, quæ incipit UNIGENITUS, debitâ ſubmiſſione ſuſcipere recuſarunt, aut impoſterum recuſaſſent, ut veros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ filios ſe minimè agnoſcere diſertiſſimè declaraverit, ſibique cum illis nullam deinceps communionem Eccleſiaſticam extituram palam pronunciaverit, donec integrè reſipiſcerent, rejectâque penitus audaciâ refragandi, per veræ obedientiæ exhibitionem, priſtinæ charitati & unitati ab hac ſancta Sede reſtitui mererentur.

Compendioſum hoc, at ſummè energicum, eloquentiſſimi Pontificis præconium, ita ad commendationem meritorum Tuorum ſolum ſufficit, ut ad laudes tuas aliquid ultra addidiſſe, decerpſiſſe ſit. Fruſtra ſiquidem virtutum tuarum gratia tenui noſtro ſermone exponitur, quæ tot operibus magis ac magis quotidie comprobatur. Id ſolum ſupereſt, id ſolum Te à nobis exigere profiteris, Eminentiſſime ac Reverendiſſime Præſul, ut votis communibus indeſinenter pro Te exoremus Omnipotentem Deum, ut cujus beneficentia Te huic Eccleſiæ noſtræ Mechlinienſi Paſtorem & Archiepiſcopum amantiſſimum ac vigilantiſſimum largiri dignata eſt, ac jam per annos ultra octodecim incolumem conſervavit, ad majorem ſui nominis gloriam, Tuæque Diœceſios, imo & totius Belgii ampliorem utilitatem, diutiſſimè ſalvum cuſtodiat, omnique cæleſti benedictione accumulet.

Quod quidem ut faxit D. O. M. vehementer inter alios exoptat, qui Sacram Eminentiæ Tuæ Purpuram demiſſè veneratus, ſeipſum, ſuoſque in hac nova Diplomatum Collectione conatus, cum perenni obſervantiæ gratitudiniſque affectu dedicat conſecratque

EMINENTIÆ TUÆ

Humillimus, obedientiſſimus & devinctiſſimus Servus
JOANNES FRANCISCUS FOPPENS.

PRÆFATIO.

QUod ad elucidandas Hiſtorias Antiquitateſque profanas, Imperatorum, Regum ac Principum Edicta atque Reſcripta præbent ſubſidium, id-ipſum pro enucleandis Antiquitatibus ſacris præſtant Summorum Pontificum, Epiſcoporum, aliorumque piorum Fundatorum Diplomata. Proinde non mirum, ſi hodie tot Veterum Analectorum Theſauri, tot Chartæ, olim cum tineis blattiſque luctantes, in ſingulis Europæ partibus eruantur è tenebris; quibus tamquam baſibus innituntur Hiſtoriæ ſacræ atque profanæ. Ita ut Seculum noſtrum, tantâ Eruditorum Scriptorum copiâ refertum, juremerito non minus *Diplomaticum* dixerim, quam *Hiſtoricum*.

Præſtiterunt id-ipſum hoc Ævo noſtro Viri celeberrimi: apud Italos *Muratorius*; apud Germanos *Leibnitius*, *Pezius*, *Channatius*, *Ludewigius* &c. apud Gallos *Mabillonius*, *Martenius*, *Durandus*, aliique doctiſſimi Congregationis S. Mauri Benedictini; apud noſtrates vero ſignanter PP. Hagiographi Societatis Jeſu, in Muſeo ſuo Antverpiano elucidandis Sanctorum Actis ſummo Eccleſiæ bono inſudantes. Quin & Authorum Diplomaticorum noſtratium numero addi, laudarique poſſet *Antonius Matthæus*, Juris-Conſultus Batavus; ſi non ad nauſeam interſperſiſſet Notis ſuis amara in Sanctam Romanam Eccleſiam dicteria.

Inter omnes tamen Belgas primus ac primarius Rei Diplomaticæ Collector ſeculo præcedente extitit, omnigenæ Eruditionis Vir, *Aubertus Miræus*, Cathedralis Eccleſiæ Antverpienſis Canonicus ac Decanus, Sereniſſimis Principibus noſtris *Alberto* & *Iſabellæ* quondam à Sacris Oratorii &c. Studiis ſcriptiſque clariſſimus. Vitæ Scriptorumque ejus Seriem, ex Valerio Andrea, Sandero, aliiſque Authoribus, in capite Editionis novæ Diplomatum Belgicorum exhibui. Studium vero ac labores ejus ſummis landibus commendarunt omnes, etiam exteri; uno (quod ſciam) excepto *Adriano Baillet*, qui in libro ſuo *de Judiciis Eruditorum ſuper præcipuorum Authorum editionibus*, de *Au-*

berto Miræo cenſuerat: *præcipuam ei famam deberi à pulchritudine ac dignitate materiarum quas pertractaverat, non ſic à forma quam eis dederat; ac peritiorum judicio (tametſi diligens, curioſus, ac laborioſus ſcrutator foret) non ita tamen fuiſſe accuratum, quin imo ſubinde minus judicioſum.* Ita de *Miræo Bailletus*, & ex *Bailleto P. Niceron* in noviſſima ſua Virorum Illuſtrium Collectione Tomo VII. pag. 286: ſed quid-ni per retorſionem idem de Bailleto ac Niceronio dicere liceret?

Porrò inter quam-plurimos ejuſdem Miræi Tractatus Hiſtoricos, qui prope XL. recenſentur, primariam Eruditorum exiſtimationem obtinuêre Libri, quos de Re Diplomaticâ inſcripſit. Fuerant illi primò ſeorſim editi, & in quatuor Tomos redacti; quorum unum *Codicem Donationum Piarum* nuncupaverat; alteri *Diplomatum Belgicorum*, tertio *Donationum Belgicarum*, & quarto, *Notitiæ Eccleſiarum Belgii* titulos inſcripſerat. Qui cum ob ſummam quam involvebant utilitatem, in omnibus pene inſignioribus Bibliothecis avidè expeterentur, ſucceſſu temporis eò fuerant facti cariores, quò rariores.

Erat igitur Eruditorum omnium, ac præſertim Belgicarum Antiquitatum ſtudioſorum, conſilium æquè ac deſiderium, ut hæc Auberti Miræi Opera Diplomatica, in lucem denuò ederentur. Cui voto publico ut obſecundarem, ab annis ultra duodecim, dum eſſem in Univerſitate Lovanienſi ac Pœdagogio Lilii Philoſophiæ Profeſſor, ejuſdem Miræi diverſos Libros Diplomaticos in unum Volumen redactos, typis communibus, tum Patris mei *Franciſci Foppens* Typographi Bruxellenſis, tum *Ægidii Denique* Academiæ Lovanienſis Typographi, edendos curavi. Pro Supplemento addidi Tomum alterum, pluſquam quingentis Diplomatibus Belgicis, pleriſque antehac ineditis, adauctum. Miræi ordinem ac Notas, quantum licuit, imitatus ſum: Indiceſque generales appoſui. Opus hoc inchoatum Lovanii, perfeci Brugis, exiſtens ibidem in Æde Cathedrali D. Donatiani Canonicus. Animos & calcar tunc addidit Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Dominus, *Henricus Joſephus Van Suſteren*, laudatiſſimus Brugenſium Epiſcopus; qui ſolitâ ſuâ, quâ omnes fovet, benignitate, ſuppeditavit mihi ex Archivo ſuo Diplomata plurima, quæ lucem publicam merebantur.

Suffragati quoque ſunt huic labori meo Viri Eruditi quam-plures, publicæ utilitatis amantes, quos inter Abbates, Præpoſiti, Decani, ac variorum Capitulorum Canonici & Archivorum cuſtodes; ac ſignanter Vir Clariſſimus *Joſephus Godefroy*, Cameræ Rationum Inſulis Flandrorum Actuarius & Chartophylax, pluribus libris editis ſummam famam adeptus; cujus à paucis annis defuncti vices ſubiit filius ejus *Theodorus Godefroy*, pari erga Rempublicam Litterariam ſtudio, ac pari erga hos conatus meos benevolentiâ memorandus.

Cum autem hoc ſtudium meum pluribus placuiſſet, qui & ad proſequendam Diplomatum Belgicorum Collectionem adhortabantur, & plura perlibenter ſubminiſtrarunt, præſertim ex quo inter Canonicos Graduatos Eccleſiæ Metropolitanæ D. Rumoldi Mechliniæ adlectus fui; novam hanc Collectionem, quæ quaſi tertium Operum Diplomaticorum Auberti Miræi Volumen conſtituet, aggreſſus fui, quam Tibi nunc, amice Lector, exhibeo. Pro quâ quidem Collectione primas debeo gratias Eminentiſſimo ac Reve-

rendiſſimo Eccleſiæ Principi, *Thomæ* Cardinali *de Alſatia*, Archiepiſcopo Mechlinienſi &c. qui tum ex Archivis ſuis, tum è Bibliotheca (quam in Palatio ſno Archiepiſcopali erexit ipſe exquiſitiſſimam) benignitate ſingulari plurima mihi ſubminiſtrare dignatus fuit; cujus proinde Eminentiſſimo nomini, hanc meam Operam gratitudinis & obſervantiæ debito inſcripſi ac conſecravi.

Plures quoque alios nactus hujus Operis Patronos ac Benefactores, eorum nomina, vel ſaltem Archiva, aut Chartophylacia, è quibus communicatum fuerat Diplomatum eorumdem tranſſumptum, in margine Libri hujus, tum ad firmandam fidem, tum ad ſervandam grati animi memoriam, adſcripſi.

Poſtremò, quia plurium Eruditorum judicio, Indices duobus Tomis prioribus Editionis novæ Diplomatum *Miræi* appoſiti, ſuâ brevitate obſcuritatem, ſuâque obſcuritate tædium curioſo Lectori ſubinde pariebant; huic Collectioni novæ, quam veluti Tomum tertium prioribus adjicio, Indicem ampliorem, diſtinctiorem, ac quaſi pro ſingulâ Eccleſia Seculari aut Regulari Chronologicum, appoſui.

Tu Lector, quiſquis Antiquitatum noſtrarum Belgicarum es avidus, hoc meo labore utere ac fruere; in quo quidquid inſertum aut notatum eſt, id omne ſanctæ Matris noſtræ Eccleſiæ Romano-Catholicæ judicio atque cenſuræ humillimè ſubjicio. Et ſi quid etiam, me invito aut inſcio, erratum, vel forſan invidioſè aut minus accuratè dictum irrepſerit; illud ex nunc revocatum cupio. Eundem enim, & meum, & cujuſcumque Scriptoris ſcopum eſſe oportet, qualis olim fuerat S. Pauli Apoſtoli, de ſe-met-ipſo (2. Cor. 7.) ſcribentis. *Neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.*

Scio ego quidem, nonnullos ſentire, antiqua Fundationum Diplomata privatis in ſcriniis meliùs, ſecuriùſque, procul à litibus moleſtiiſque ſervari, quam publicis Typis evulgari; atque hanc rationem permoviſſe quoſdam, ne ſua nobis Documenta ſubminiſtrarent. Verum ſi attendamus, quanta quotidie eveniant per Martem & Vulcanum diſpendia, dum integra ſubinde diſſipantur Archiva, ipſique Tituli maximè neceſſarii hoc fato æternæ oblivioni traduntur, quis non videat, longe eſſe utilius, ſi Documenta iſta per typi ſubſidium ab interitu vindicentur? Non eſt igitur quod diffidam, quin plures, Belgicarum Antiquitatum poſſeſſores, ſuſceptum hunc laborem, ac ſimul proſequendi deſiderium æqui bonique conſulentes, ampliorem mihi facturi ſint gratiam, in lucem producendo, mihique amicè communicando Diplomata ſua; è quibus poterit, Deo auſpice, ac temporis ſucceſſu quartus Tomus exurgere.

APPROBATIONES CENSORUM.

BOnorum omnium favorem & laudem merentur, qui operam commodant ſuam rei patriæ elucidandæ, juvandæque: ſed præ ceteris præclarè merentur, qui latentia Antiquitatis monimenta, excuſſo pulvere, à ſitu & interitu vindicant. Utrumque multo labore & multo ſumptu præſtitit Vir Clar. Jo. FRANC. FOPPENS, hujus Eccleſiæ Metropolitanæ & Primatialis Canonicus Graduatus, in hoc tertio Volumine Diplomatum; in quo nihil Fidei Catholicæ, aut bonis moribus adverſum reperi. Quare cenſeo illud utiliſſimè divulgandum, magno cum lucro Reipublicæ ſacræ & profanæ.

Datum Mechliniæ die 13 Martii 1734.

C. P. HOYNCK VAN PAPENDRECHT, Archipresbyter & Canonicus Graduatus, Librorum Cenſor Ordinarius.

LEgi Eruditiſſimi Ampliſſimique Viri JOANNIS FRANCISCI FOPPENS, mei quondam in Philoſophica Profeſſione in Pœdagogio Lilienſi Collegæ, *Collectionem Novam Diplomatum Belgicorum*, quæ tertium præclari Operis, à celeberrimo Viro *Auberto Miræo* olim inchoati, Volumen conſtituit. Sicut *Miræi* induſtria Eruditis omnibus Belgicæque Antiquitatis amantibus mirificè placuit, ita non dubito, quin ejuſdem laboris & induſtriæ tam ſedula proſecutio parem apud poſteros laudem, & non minora grati animi teſtimonia repertura ſit.

Datum Lovanii die 10 Februarii 1734.

PETR. LUD. DANES S. Th. D. Prof. Regius & Regens, Librorum Cenſor.

SUMMA PRIVILEGII.

CArolus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hiſpaniarum & Indiarum, &c. Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Diplomate ſuo ſanxit, ne quis præter PETRI FOPPENS, Typographi Bruxellenſis voluntatem, Librum cui titulus: *Diplomatum Belgicorum nova Collectio, ſive Supplementum ad Opera Diplomatica Auberti Miræi*, intra novem annos proximè ſubſequentes imprimat, aut aliis typis editum in has Regiones introducat venalemve exponat; ſub pœnis latiùs expreſſis in præfato Diplomate Cæſareo.

Datum Bruxellis die 4 Maii, 1733.

Signatum erat: DE WAHA.

DIPLO-



DIPLOMATUM

BELGICORUM NOVA COLLECTIO,

Ceu Supplementi ad Opera Aub. Miræi Diplomatica

PARS PRIMA.

CAPUT I.

Dagobertus I. Francorum Rex beneficia quædam largitur Cathedrali Eccleſiæ Camerácenſi, anno 640.

Ex *Archiv. Abbatiæ S. Huberti.*

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen. Ammonente ac dicente filio Dei: date eleemoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis; idcirco ego *Dagobertus* Auſtraſiorum Rex pro anima patris mei kariſſimi Lotharii Francorum Regis Auguſtiſſimi, monitis ſalutaribus viri venerabilis & conſanguinei mei Aoberti Kamaracenſis Epiſc. inductus, concedo, & dono piiſſimis Fratribus Oratorii B. Marie regales Fiſcos duos, *Oenengium*, & *Karubium* cum omnibus ſuis appendentiis, id eſt, utriuſque ſexûs ſtavis & mancipiis, villis, terris, ſilvis, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, &c. Item villam *Buriacam*, villam *Haidem*, & ex parte villas *Halogin*, & *Gleviam* &c.

Idem do, & trado Eccleſiæ S. Petri. Kamarac. in qua Sanctiſſimus Pater Vedaſtus Canonicos conſtituit, Fiſcum *Tilletum*, Villas *Vinciacum*, & *Hamam* cum appenditiis, &c. Has donationes approbantibus Palatii mei Principibus; & Senioribus *Arnulpho*, & *Pipino*. Ut autem hæc noſtra conceſſio, &c.

Signum *D. Dagoberti* Regis Auſtraſiorum.

S. *Arnulphi* Metenſis.

S. *Pipini* Neuſtrienſis, Seniorum Palatii.

S. *Anſonis* Cancelarii, Vice *Cuniberti* Archicancellarii recogno.....

Data Kamaraci xvii. kal. Majas. An. D. I. ſexcent. quadrag. Ind. xiiii. 642.

Æ. Dipht. inuſitata antiquitûs.

CAPUT II.

Sigebertus Francorum Rex fundat circa annum 640 Monaſterium Caſeguidinenſe, vulgo Conques, in Ducatu Luxemburgenſi (qui nunc eſt Prioratus ſub Abbatia Aureæ-Vallis) cujus primum Abbatem inſtituit S. Remaclum.

Ex Archivis Abbat. S. Huberti.

SIGIBERTUS (1) Rex Francorum (2) Vito inluſtri Grimoado Majoti Domûs. Singulatiter ac per cuncta feliciter ad mercedis noſtræ augmentum credimus pertinete, ſi larga munera ſummi Dei omnipotentis devotâ mente offerre non dubitemus; quia tunc Regia Poteſtas ſuum cultum corroborare videtur, quando ex proprtia volunrate compendia ſervorum Dei deſtinare non dubitat.

Ideoque ſub devotione animæ noſtræ, cum eum conſilio Magnificorum Apoſtolicorum,

(1) SIGIBERTUS. Is Dagoberti primi Filius extitit, ac vivente Patre Auſtraſiorum Rex creatus eſt anno 638 ad 663.

(2) GRIMOARDUS. Major Domûs, ſeu Palatii Regum Franciæ. Hic inter Duces Brabantiæ noſtræ ſecundus nominatur; Filius Ducis Pipini Landenſis, Frater SS. Gertrudis & Beggæ.

(3) Cuniberti, (4) Godonis, vel Illuſtrium Virorum Grimoaldi, Bobonis, Adalgiſili, Monaſterium Regulare in honore Patroni noſtri Petri, Pauli, Johannis, vel ceterorum Martyrum, in Terra noſtra ſylvâ Arduennenſe, in loco qui dicitur Caſegougindinus, (5) quem Seſomires (6) fluvius cingere videtur, & ex noſtræ largitatis munere juxta patrum traditionem Cœnobium volumus conſtruere, & ibidem Deo auſpice (7) Remaclum Abbatem conſtituimus; qualiter ibidem ſecundum ordinem & monita antiquorum Patrum converſari debeant: ſic tamen ut de ipſa caſtra & ripa fluminis in directum leuvas tres de noſtra Sylva Vriacince eum ipſa venna Dominica, quæ dicitur Arnulfi, cum Probardo de Babone vel junioribus eorum, qui ibidem ſervire videntur, die præſente conceſſimus ad poſſidendom.

Similiter de ſuo ipſo Caſtro ex alia Sylva Dominica, alias tres leuvas, & in directum item tres aſlevas, nec non & aliam venellam in fluvio nuncupante Alisna, ubi illa petra pro quadrata eſt.

Hæc omnia ad uſus eorum ſervorum Dei ex unitate noſtra viſi fuimus coodonaſſe; ut habeant, poſſideant, ſuiſque poſteris ſpiritoabus derelinquant, ut potius eis delectet attentiùs pio Domino preces inceſſabiliter fundere.

Et ut Præceptio firma atque inviolata permaneat, manûs noſtræ ſubſcriptionibus ſubter eam roborari decrevimus....

(3) Cunibertus. Archiepiſcopus Colonienſis, &

(4) Godo. Metenſis fuit Epiſcopus, uterque SS. Albo adſcriptus.

(5) Casæ-conquiouninse. Monaſterium in Ducatu Luxemburgenſi, Chiniacum inter & Bullonium Oppida ſitum, in Prioratum ſubſecutis ſeculis redactum eſt; gallicè Conques appellatum.

(6) Sesumirus vulgo Semov, fluvius Ducatûs Luxemburgenſis.

(7) Remaclus, è Solemniacenſi Diœceſis Lemovicenſis Monaſterio accerſitus, nec multò poſt Tungrenſis Epiſcopus ordinatus.

CAPUT III.

Widericus Comes, ejuſque Vxor Bertha, fundant A. 654. Abbatiam Monialium Haſteriæ, in Comitatu Namurcenſi, eamque ſubjiciunt Metenſi Epiſcopo; qui nunc eſt Prioratus dependens ab Abbatia Walciodorenſi.

Ex Gramm. Antiquitat. Namurcenſ.

IN nomine Sanctæ Trinitatis & individuæ. Ego Comes Widericus, nobili proſapiâ exortus, quomodo in vita mea egi, omni venturæ generationi relinquendum curavi. Defuncto namque patre meo, ſemicet Oharto Lotharicnſium Duce nobiliſſimo, qui à ſtirpe proceſſerat Hilperici Francorum Regis, uxorem magnæ nobilitatis duxi nomine Bertam, ſcilicet Metenſis Regis Sigiberti amitam, & illi dotis nomine dedi allodium Haſterienſis villæ ſuper Moſam poſitæ, cum omnibus appenditiis ſuis, videlicet cum Jetieres, Serevilla, Mareyna, Gedermo, Porvina, & hoc quod continetur in Dionante, videlicet Eccleſia, Camba, & terra Hermeatones, Goeſſenée cum Manſo in villa Vireux, Foſcia, Samriaco in Famenna, Rienes in Ardueona, cum ſilvis, terris cultis & incultis, campis, & molendinis, & cum multa familia, quæ infra Bannum iſtorum allodiorum continetur.

Non pauco autem tempore cum magna lætitia mortalem vitam duximus. Sed quando Dei judicio heredibus carnis privati ſumus, quapropter Divino conſilio tacti allodia noſtra ſtatuimus ſervire juſtitiæ & veritati, ut ita hereditatem fruemur perpetuam.

Erat autem Haſterienſis Eccleſia à priſcis temporibus à Sancto Materno Petri Apoſtoli Diſcipulo conſecrata, in qua multorum Sanctorum Reliquiæ ſunt poſitæ, de Chriſti Sanguine, de Matris ejus Lacte, de Spina Coronæ, de ejus Veſtimento, de præſepis ejus Stramine. Illas S. Sirenus Epiſcopus, qui in Eccleſia Haſterienſi requieſcit, detulit à Jeroſolyma eodem tempore, quo S. Joannes Epiſcopus Reliquias Protomartyris Stephani iovenit revelatione Divinâ. Corpus S. Sirenindis etiam in Haſteria ſepultum eſt.

Quia ergò in Haſteria maximæ contiocbantur Reliquiæ, & quia uxor mea neptis erat S. Arnulphi Metenſis Epiſcopi, communi conſilio decrevimus allodia noſtra tradere Metenſi Eccleſiæ, quæ præ omnibus Eccleſiis babebatur inſignis, in toto regno noſtræ terræ. Confracto ſiquidem Haſterienſi Caſtello villam dictam Stephano ſancto tradidi, ibi locum ſepulturæ meæ & uxoris in Monaſterio Haſterienſi paravi, de quo ejectis Clericis, qui vice Capellanorum Deo & mihi famulabantur, ibi in ipſo loco Monialium Congregationem ſtatui, iiſque Abbatiſſam nomine Halmetrudem præfeci, cum quibus uxor mea jurabat ſe famulaturam Deo poſt obitum mortis meæ, ſi vita comes eſſet illi.

Mortem D. Gertrudis notat Trithemius ann. 673. Meierus an. 664.

Actum eſt hoc publicè Mettis anno Dominicæ Incarnationis D. C. LVI, Indictione quartâ decimâ, regnante Sigiberto filio Dagoberti Regis, in ipſo anno quo obiit S. Gertrudis.

Haſteria hodie tantum eſt Prioratus Monachorum Benedictinorum in Diœceſi Namurcenſi, dependens ab Abbatia Walciodorenſi. Extat apud Miræum pag. 805 Diploma Caroli ſimplicis Francorum Regis, datum anno 910 in favorem Haſterienſium; de quibus plura vide in Notis ad Miræum pag. 160.

CAPUT IV.

Pipinus Francorum Rex ejuſque Conjux Bertrada fundant ac dotant anno 760 Abbatiam Prumienſem, quæ nunc eſt celebre Monaſterium Benedictinorum Sto. Salvatori ſacrum, ſitum in Sylvis Arduennis ſub Electoratu Trevirenſi; & anno 1576. ſuppreſſo Abbatis titulo, unitum Menſæ Archiepiſcopali prædicti Electoris.

Ex Archivis Abbatiæ. M. S.

PIpinus Rex Francorum, vir Illuſtris, &c. Quia Divina providentia in ſolium Regni Nos evexit, manifeſtum eſſe oportet ea in Dei nomine exerceri, quibus potius gratiam atque voluntatem altiſſimi conſequi valeamus. Meminimus enim ipſius Evangelii, in quo ait: qui facit voluntatem Patris mei qui in Cœlis eſt ipſe intrabit in regnum Cœlorum; & quia Reges ex Deo regnant, Nobiſque gentes & regna proſua miſericordia ad gubernandum commiſit, providendum, ut & ſublimes Rectores ſimus inopibus, & pauperibus pro amore Chriſti gubernare, atque educare non negligamus.

Deus etenim Moyſi Legiſlatori Tabernaculum propitiatorii adornare præcepit. Salomonis quoque Regis Templum in nomine ipſius ædificatum ſcimus, auro lapidibuſque exornatum. Nos enim quamvis non tam magna eiſdem coæquare valemus, tamen quo facilius poſſumus ex propriis facultatibus, quas habemus Domino cooperante eidem afferre deſideramus; quia nihil, ut ait Apoſtolus, in hunc mundum intulimus nec dubium quia quicquam ex eo auferre poterimus. Sed illud tantum ad animæ ſalutem credimus proficere, quidquid devota mente de rebus tranſitoriis Domino videmur diſtribuere.

Igitur dum notum eſt omnibus tam propinquis quam exteris nationalibus, Nos, & Conjugem Noſtram Bertradam in honore S. Salvatoris, nec non & Sanctæ Dei Genitricis Mariæ atque beatorum Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli, vel S. Joannis Baptiſtæ, ſeu & Martyrum S. Stephani, Dionyſii & Mauricii, atque Confeſſorum S. Martini, Vedaſti, atque Germani, Monaſterium in re proprietatis Noſtræ ædificare, quod eſt poſitum infra terminos Bidenſes, atque Ardennæ, ubi Rivulus qui dicitur Derdenbach ingreditur in Prumiam.

In ipſius vero Monaſterii Eccleſia de ſandaliis Domini noſtri Jeſu Chriſti, nec non ipſius Genitricis Mariæ cæterorumque Sanctorum, quorum ſupra fecimus mentionem viſi fuimus reconderc reliquias, atque ibidem Monachos conſtituimus, qui ſub ſanctæ converſationis norma vel ſecundum præcedentium Patrum debeant omnino exerceri. Quatenus, ut qui Monachi ſolitarii nuncupantur de perfecta quiete valeant Duce Domino per tempora exultare, & ſub Sancta Regula viventes & beatorum Patrum vitam ſectantes pro ſtatu Eccleſiæ atque longævitate Regni noſtri, nec non & uxore vel filiis noſtris, populoque Catholico, Chriſto Præſule, debeant plenius Domini miſericordiam exorare. Providendum tamen nobis eſt, ut dum a nobis pro amore Chriſti ipſum Monaſterium à novo opere conſtat eſſe fundatum, qualiter deinceps Sacerdotes atque Monachi qui ibidem ſervientes aderunt, vivere, vel conſolationem, atque tranquillitatem habere debeant, & nequaquam diſperſis ovibus Paſtor inveniat qui gregem ſunm providendum commiſit Nobis: ſed adunati ſimul poſſint Deo omnipotenti die, nocteque laudes referre.

Idcirco inſpirante Nobis ſuperna gratia, donamus pariter & Ego, & conjux mea Bertrada ad ipſum ſacratiſſimum locum, quem in honorem Sancti Salvatoris vel Sanctæ Mariæ conſtruximus, res proprietatis Noſtræ in pago Charos villa, quæ dicitur Rumnonſium, tam illam portionem, quæ de genitore meo Carolo mihi advenit, quam & illam portionem ipſius Bertradæ, quam genitor ſuus Heriberdus ei pro Alodio dereliquit, cùm appendiciis, vel omni integritate ſua, præter aliqua mancipia. Hæc igitur mancipia ad noſtrum opus retinuimus. In reliquo vero ipſam villam cum omni integritate ſua, ad ipſum ſanctum locum tradimus, atque tranſfundimus, in cujus termino ipſum Monaſterium Sancti Salvatoris eſt fundatum, & illum manſionilem, ſuper Prumiam, ubi rivulus qui dicitur Derdenbach influit in Prumiam, qui eſt conſtructus ſuper terminum predictæ Villæ.

Similiter donamus ad jam dictum Monaſterium in Pago Muſluiſe ſuper fluvium Moſellæ Villas noſtras, his nominibus: Marningum & Soiacum una cum merito & terminis, vel appendiciis ſuis. Donamus & etiam Villam noſtram Bidenſæ qui dicitur Marciaco, una cum merito & appendiciis ſuis. Similiter donamus ad ipſum Monaſterium Villam noſtram Efluiſe, qui dicitur Sambdis; Villa una cum ſoliditate vel terminis atque appendiciis ſuis, ſicut a Saraberto poſſeſſa fuit. Tradimus alia duo loca in caraſco ad idem Monaſterium, id eſt Wathltlendorff, & Birgis curias, cum omnibus adjacentiis, & appendiciis earum.

Similiter donamus in pago Riboarienſi illam portionem in Regenbach, quam Miſſus noſter Agilbertus per beneficium habuit. Genitor

meus Carolus mihi alludium dereliqnit & illam aliam portionem in ipſa Villa quam Heribertus uxori meæ Bertradæ in alodium dimiſit. Confirmamus etiam ibidem & illas res quæ antea ad ipſam Eccleſiam per inſtrumenta chartarum ibidem delegatæ fuerunt, cùm omni integritate earum. Tradimus igitur ad ipſum ſacratiſſimum locum ſuperiùs comprehenſum, Cellam jure proprietatis noſtræ in loco qui dicitur Altrepio ſuper fluvium Reni in pago Spireuſe, quæ eſt conſtructa in honorem Sancti Medardi, cùm Villis, vel appendiciis ſuis, quem Herlebandus & Weolencio, nec non & Bagulfus mihi tradiderant totum & ad integrum, tam Eccleſiæ Miniſterio quam & aliis ibidem pertinentibus.

Donamus etiam ad ipſum Monaſterium Cellam aliam, quæ dicitur Caſleoca quæ eſt poſita infra terminos Senciaco & eſt in honorem Sti. Petri conſtructa, cum omnibus adjacentiis vel appendiciis ſuis. Confirmamus igitur tertiam Cellam ad ipſum ſanctum locum qui dicitur Ruminiu in pago Bomenci ſuper fluvium Moſæ quæ conſtructa eſt in honorem Sanctæ Mariæ, cùm omni merito vel appendiciis ſuis; eâ videlicet conditione ſupra ſcriptas res tam villas quam & Cellas cum omni integritate earum ad ipſum Monaſterium confirmamus.

Id eſt, unà cùm terris, domibus, ædificiis, accolabus, Mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus, & immobilibus, pecunus, peculiis, utriuſque ſexûs gregibus cùm paſtoribus; omnia & ex omnibus a die præſenti & deinceps abſque ullius impedimento omni tempore ſupradictæ res ad ipſum Monaſterium jam ſæpedictum Sancti Salvatoris proficiant in augmentis.

Ita tamen volumus, ut ipſum Monaſterium S. Salvatoris ſeu res quæ ad ipſum Monaſterium, tam quæ ex authoritate Noſtra ſunt confirmatæ, quam quæ a Deum timentibus inantea fuerunt conlatæ, in noſtra ſint poteſtate, vel defenſione, ſeu hæredum noſtrorum; & ipſa Congregatio quam in ipſum Monaſterium, intromiſimus, ſeu & Abbas nomine Aſſuerus aut Succeſſores ejuſdem, dum ſub ſancta Regula ibidem Deo auxiliante militare voluerint, Nos de alia Congregatione ibidem Abbatem nec Monachum contra eorum Ordinem non intromittemus, nec hæredes Noſtri. Et quia ipſum Monaſterium ab omni ſæcularium cura ſecurum eſſe volumus, oportet, ut Noſtræ clementiæ proviſio de futura quiete Fratrum ibidem manentium ſalubri diſponat ordinatione, quatenus in Dei ſervitio gratiâ ejus ſuffragante perleverent.

Nos etiam ex authoritate Noſtra vobis concedimus, ut de congregatione Domini Romani & Wlfrani Epiſcoporum, quos modo in hoc Cœnobium S. Salvatoris congregavimus, quando Abbas de hac vita migraverit, una cum conſenſu Noſtro & veſtro Abbatem de ipſa Congregatione vobis regulariter eligere debeatis. Et ut vos pro remedio animæ Noſtræ & Conjugis proliſque Noſtræ & Succeſſorum noſtrorum & pro ſtabilitate totius Imperii a Deo Nobis conceſſi, & ejus gratuita miſericordiâ in æternum conſervandi, perenniter Domini Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti miſericordiam implorare delectet, utque in ipſius laudibus die, noctequeperſeverare, & remotis temporalium meditationibus ſupernorum gaudiorum contemplationi mente libera intendatis, præcipimus ut nulla prejudicia atque gravamina a nullo Epiſcoporum ſeu ſæcularium inferantur, & hæredes Noſtri per nullas artes tam dudum dùm ipſi Monachi regulariter, & fideliter a parte Noſtra vel hæredum meorum ibidem converſare videntur hæredes Noſtri ipſos in hoc Cœnobio noſtro protegant. Sicut igitur Deu autore ipſum locum conſtitnimus, ſic uſque in ſempiternum inconvulſus permaneat pro augmento animæ Noſtræ, ſeu uxoris Noſtræ vel hæredum Noſtrorum. Et ut hæc auctoritas Noſtra firmior habeatur, vel in perpetuum melius conſervetur, manu propria decrevimus roborare.

(1) Ego Pipinus, & Conjux mea Bertrada.
Signum Caroli, Filii ſui conſentientis.
Signum Carolomani, Filii ſui conſentientis.
(2) Signum Genebaudi, Epiſcopi.
Signum Gantleri, Epiſcopi.
(3) Signum Fulcharici, Epiſcopi.
(4) Signum Adalfridi, Epiſcopi.
(5) Signum Wlfrani, Epiſcopi.
(6) Signum Megingaudi, Epiſcopi.
Signum Bertelemi, Epiſcopi.
Signum Baſini, Epiſcopi.
(7) Signum Wiomadi, Epiſcopi.
Signum Droconi, Comitis.
Signum Chrodardi, Comitis.
Signum Gaugulfi, Comitis.
Signum Gerardi, Comitis.
Signum Iwani, Comitis.
Signum Valtarii, Comitis
Signum Gerlonii, Comitis.
Sigoum Gunberti, Comitis.
Signum Rachulfi, Comitis.
Signum Barini, Comitis.

In Dei nomine Gardilo recognovit & ſubſcripſit. Data menſe Auguſti die 13, anno 11 Regnante Pippino glorioſiſſimo Rege. Actum Friſgodros villa publica in Dei nomine feliciter. Amen. CA-

(1) PIPINUS, Ejus Stemma, & anteceſſorum ac poſterorum ejus vide in Notis ad Diplomata Miræi, pag. 494 & 642.

(2) GENEBAUDUS, Epiſcopus Laudunenſis in Gallia.

(3) FOLCHARICUS, Epiſcopus Tungrenſis ac Leodienſis.

(4) ATTHALFRINUS, Epiſcopus Noviomenſis ac Tornacenſis.

(5) WULFRAMNUS, Epiſcopus Meldenſis in Gallia, diverſus à ſancto Wulframo Archiepiſcopo Senonenſi, qui inter Patronos Artheſiæ recenſetur, & ſub initio ejuſdem ſæculi VIII. obiit.

(6) MEGINGAUDUS, Epiſcopus Wirsburgenſis in Germania.

(7) WIOMADUS, Epiſcopus Trevirenſis in Germania.

Digitized by Google

CAPUT V.

Circa annum 800 facta eſt in Abbatia Fuldenſi Ord. S. Ben. in Germania (quam anno 744. fundaverat S. Bonifacius Archiepiſcopus Ultrajectinus ac Belgarum Apoſtolus) ſequens Deſcriptio opulentiſſimarum Donationum, quas in Provincia Friſiæ poſſedit Abbatia memorata.

Ex Corpore Tradit. Fuldenſ. per Chanat.

1. IN Chriſti Nomine. Ego Hilderat Filius Geldredis tradidi ad Sanctum Bonifatium Terram Juris mei in Weſterriche & mancipia XX. cum omni ſucceſſione prolis eorum. Item dimidiam Hubam in Quimifurt.

2. Ego Gebi tradidi ad Monaſterium ſancti Bonifatii in pago Wirenſe curtilem unam cum omnibus quæ ad eam pertinent.

3. Ego Goto tradidi Sancto Bonifatio proprietatem meam in Fetergewc in marca Nordwalde, in villa Geinlete VI. manſos cum Mancipiis.

4. Ego Frigart & duæ filiæ meæ Friduwic & Friburc, & filius meus Rudolf dedimus ad ſanctum Bonifatium ad Fuldenſe Monaſterium quicquid in Citingemovcldo proprium habuimus, ſive in agris, ſive in campis, ſildis, pratis, domibus, aut familiis.

5. Ego Geiltrud tradio ad Monaſterium ſancti Bonifatii omnem proprietatem meam in agris ſilvis & pratis ad XX. carradas feni in Loco nuncupato Wictuſfintfurt in Pago Wironi.

6. Ego Altfrit tradidi ad ſanctum Bonifatium Portionem Hereditatis meæ in Locis nuncupatis Wird & Sashcim.

7. Ego Hera Filia Habonis tradidi ad Monaſterium ſancti Bonifatii Bona mea in Inſula Ganc IV. hubas. In Fardinchcim X. pedes cum mancipiis XX.

8. Ego Iſanbald & vxor mea Sigibirn tradimus ſancto Bonifatio proprietates noſtras in villa Broncclar in Pago qui dicitur Vuirah; hoc eſt quod damus Terræ arraturiæ quantum XL. modiis conſeri poteſt, in pratis vero XL. Carradas feni, totum & integrum cum Familiis & Poſſeſſionibus & Prole eorum.

9. Ego Dietmar trado ad ſanctum Bonifatium Terram juris noſtri in villa Sutorf, in Pago qui dicitur Mecinga cum omnibus rebus mobilibus & inmobilibus, familiis & rebus eorum.

10. Ego Humbertus trado ad ſanctum Bonifatium quicquid mihi in Regione Freſonum in Pago Wiſaha mei reliquêre Parentes in Hereditatem, cunctamque meam poſſeſſionem, hoc eſt in terris, pratis, agris, paſcuis, ſilvis, ac Familiis.

11. Ego Tetta trado ſancto Bonifatio in Regione Freſonum in Locis his: in Gotolfcim & in Texalmore Paſcua XVII. pecudum & alia multa.

12. Ego Wolfraban trado ſancto Bonifatio ad Fuldam Monaſterium Terram Juris mei in Pago Tochingen in villa quæ dicitur Walthcim, quinque Boum terram, cum omnibus Poſſeſſionibus & Familiis & prole.

13. Ego Gerbraht tradidi ſancto Bonifatio ad Fuldenſe Monaſterium quicquid proprietatis habui in his Locis, id eſt io Auſtmora & in Adingama mora; totum & integrum traditum eſſe volo ſancto Martyri Bonifatio.

14. Ego Albericus de Pago Moſao trado ſancto Bonifatio res quas dedit Frater meus Rudinc, id eſt portionem Domini mei Helgrici, & Domina mea Agnes ſuam mihi tradidit portionem. Hoc eſt quod trado ſancto Bonifacio: in Pago Maſao juxta flumen More in villa nominc Blaricge domum ſcilicet unam bonam cum caſis & Curte magna ac ſuis adjacentiis; & in alia villa Walare Pomerium & pratum & XI. manſos & dimidium, cum Mancipiis ſuperſcdentibus & aliis nomero XLVI. Item terram Paſcualem quatuor Boum in Loco Oſtanbretana cum ceteris Rebus meis. Item Bona mea in Pago Fedcretgewc in villa Friſgana terram quam mihi tradidit mater mea, & in villa Donehuſen unam aream cum VI. mancipiis & prole eorum.

15. Ego Deodredus gratiâ Dei Comes, trado ad ſanctum Bonifatium partem hereditatis meæ in villa quæ dicitur Anilida, Terram XXXII. pecorom paſcualem, & in alio Loco in villa quæ dicitur Federwrt Terram XXIII. pecudum paſcualem. In tertio loco in villa quæ dicitur Creſlinge X. pecudum Paſcua & inſuper Terram araturæ ſufficientem ad hæc, cum mancipiis & cultoribus agrorum numero XXX.

16. Ego Burgolf trado ſancto Bonifatio Hereditatem meam, quam mihi Pater meus Antulf & Mater mea Wfolcrid reliquerunt totum & integrum in Freſia ſitum, in Terris, ſilvis, pratis, domibus, edificiis & mancipiis in auro & argento, in his Locis; in Bogehcim. In Lconcſpah. in Witmunthcim. & in Horgana. Item in Villa Lieneſpach Terram X. hubarum quam Lubaldus habucrat ibi, & in Ganc VIII. Hubarum Terram, quam habucrat Soſſo, & in Weſtcr-Kinloſon quicquid proprietatis habui.

17. Ego Msrquart & uxor mea Engelburc donamus ad ſanctum Bonifatium in villa Folcmareshuſen & in villa Tritidi & in villa Luttringesbringen & in Pago Lieron quicquid ibi habui in terris, Campis, Pratis, Silvis, aquis, domibus, edificiis & mancipiis.

18 Ego Wolfbraht de Freſia, tradidi ſancto Bonifatio Bona mea in Richeim XV. Boum Terram & in Baltratingen V. Jugera, in Pago Oſterthe IV. Jugera cum mancipiis.

19 Ego Engilmar de Weſteriche trado ſancto Bonifatio proprietates meas in villa Humkuſe XXX. Boum Terram. Volbraht & Fulus ejus Ilpram tradiderunt ſancto Bonifatio Bona ſua in Pago Oſtroph in villa Baltremodorf Terram X. Boum, ſicut apud illos mos dicendi eſt, apud nos vero X. Jugera.

20. Ego Altraban & mater mea Geiltrut tradimus ſancto Bonifatio pratum unum ad XX. carradas feni & mancipia VI.

21. Ego Folcmar de Freſia trado ſancto Bonifatio in villa Lintawrde terram Paſcualem ſex Boum.

22. Ego Igger tradidi ſancto Bonifatio Partem Hereditatis meæ, terram videlicet Paſcualem pecoribus XVI. & tantum prati quantum ſufficiat XV. animalibus per hiemem paſci cum feno, quod poteſt computari ad XV. Carradas.

23. Ego Fridurih trado ad ſanctum Bonifatium in Rochingere-marca Terram Paſcualem IX. Pecoribus vel Karradas XII.

24. Ego Hiutrih trado ſancto Bonifatio terram Paſcualem XL. pecoribus in Loco qui dicitur Mercheim cum ceteris appenditiis.

25. Albrih de Freſia tradidit ſancto Bonifatio quicquid habuit in auſtrali parte fluminis qood dicitur Mardunga, uſque ad terminum villæ Hindahlop.

26. Reginhart tradidit ſancto Bonifatio Bona ſua in Colleheim XV. Boum terram. in Tununfurt trium Boum terram, in Wacheringe unius, in Fetetvorde unius, in Amblum unius, Item in Pago Oſterriche in villa nuncupata Metwid Terram XV. Boum & in alia villa quæ dicitur Ringesheim terram unius Bovis, & in villa tertia quæ vocatur Echmari terram duorum Boum & dimidii.

27 Gerhart de Freſia tradidit ſancto Bonifatio in villa Pevesheim in Pago Emergewe de Terra araturia VII. pedes in latum & CCC. pedes in longum, & de pratis & paſcuis ſimiliter.

28 Ego Folclint trado ſancto Bonifatio quicquid in Terra Freſonum proprietatis habeo in Wiron & Leonesbah in pratis, ſilvis, domibus, edificiis atque mancipiis.

29. In Comitatu Wiccingi tradidit Folcrih tres pedes in villa quæ dicitur Hura, & mater ejus d bet inde ad Cenſum tres uncias.

30. Adalger tradidit in Mermendorf XX. pedes terræ arabilis in Latum. & CCC. in Longum & prata ad LX. Carradas.

31. Ego Folcrip trado ſancto Bonifatio in Sibufurte & in Tundwerde, tam terris, quam ſilvis, & mancipiis quicquid proprietatis habui in hereditate.

32. Ego Reginhart & Meginbraht tradimus ad ſanctum Bonifatium in villa quæ vocatur Langenhouh terram XI. pedum quod eſt in Pago Emiſgowe.

33. Ego Dithgilt tradidi ad ſanctum Bonifatium in Pago Oſtrahe in villa nuncupata Bonſurt terram X. Boum, & quamdiu vivam, cenſum VI. unciarum inde perſolvam & XX. pallia.

34. Ego Folcwar dedi ſancto Bonifatio terram XV. Boum infra terminum villæ Weſterbure, quod eſt in Pago Weſtrahe.

35. Gerhart Comes tradidit ſancto Bonifatio in Pago Weſteriche, in loco qui dicitur Hafalon talem terram, qualem ipſe in eodem Loco habuit in Cenſum duarum unciarum.

36. Folclint tradidit Deo & ſancto Bonifatio pro anima Matris & Sororis ſuæ quicquid in Terra Freſonum proprietatis habuit in villa Wireon & in Leompich, hoc eſt, domibus edificiis campis pratis paſcuis aquis ſilvis cum XII. mancipiis ad cenſum VI. ſolidorum.

37. Ego Vulpolt & Alptag & Folcwar donamus ad ſanctum Bonifatium quicquid Otger Frater noſter nobis in Hereditate dimiſit in Hafalun, quod eſt in Pago Weſterache in villa Huron, Terram XX. Boum & quicquid ibidem in edificiis & in Domibus habuit, ut ſingulis annis Libram argenti inde perſolvamus.

38. Ego Udalvich cum tribus ſororibus meis tradimus ſancto Bonifatio dimidiam partem proprietatis noſtræ in villa quæ dicitur Walaheim, ut per ſingulos annos unaquæque noſtrum IV. uncias ad cenſum reddat, hoc eſt ſimul Libram unam & dimidiam.

39. Ego in Dei Nomioe Imma dono & trado ad ſanctum Bonifatium Hereditatem meam Terram IV. Boum in Pago Weſtrahe, in loco & in villa quæ dicitur Stelc ut per ſingulos annos IX. uncias reddam.

40 Ego Engelram & Rabenic & Diotwar tradimus ad ſanctum Bonifatium Proprietates noſtras in Pago Oſtrahe, in villa Merebeim terram IV. Boum cum omnibus ſibi attinentibus, pratis, paſcuis, ſilvis, domibus & Familis.

41. Ego Marcuart & Uppo tradimus ad ſanctum Bonifatium Bona noſtra quæ habemus in Pago Kilingo-Huntagi in villa Merheim Terram VII. Boum & dimidiam partem terræ unius. Similiter tradimus in Pago Tokingen in villa Orlinguerba duorum Boum Terram & duas partes Terræ Bovis unius ad Cenſum ſtatutum per ſingulos annos perſolvendum ad Monaſterium ſancti Bonifatii in Fulda.

42. Ego Folcwar de Freſia dono ad ſanctum Bonifatium terram XV. pecorum, infra terminos villæ Weſterburgæ quæ eſt in Pago Weſteriche ad Cenſum ſtatutum per annum.

43. Ego Erlolf & Conjux mea Udalwih tradimus ad ſanctum Bonifatium unum ſervum nomine Noval cum uxore ſua & prole & omni ſubſtantia, in villa Gandingen.

44. Ego Wolthelm trado ad Sanctum Bonifatium in Pago Tokingen in villa Tippencheim XX. Boum terram & in Tunenwert X. Boum terram cum ariolis ſuis.

45. Ego Rudolf trado ad ſanctum Bonifatium in Provincia Freſonum in villa quæ dicitur Waltheim quæ conſtructa eſt in Pago Oſtrache terram XV. Boum & quicquid in terminis ejuſdem villæ habere potui.

46. Ego Ditmar trado ad ſanctum Bonifatium in Pago Hunergewe in Regione Freſonum in villa Mitiliſtenheim & in Huſtinga Terram XV. Boum cum ceteris rebus & familiis.

47. Ego Bruninc trado ſancto Bonifatio in Regione Freſonum quicquid habui in villa quæ dicitur Sahſingenheim Terræ unam virgam & V. pedes.

48. Ego Otbalt Preshiter & Fratres mei Rathraht & Liutger donamus ad ſanctum Bonifatium in Fuldenſi Monaſterio in Pago Wertugewe in villa quæ dicitur Aſtolfesheim partem pratorum, quod Linguâ noſtrâ dicitur Mada, quantum unâ die a X. viris meti poterit.

49. Ego in Dei Nomine Lutehart dono & trado ad ſanctum Bonifatium in Fuldenſi Monaſterio quicquid propriæ Hereditatis viſus ſum habere in villa Oſterhuſen quod eſt in Pago Lacharenorum, totum & integrum trado, traditumque in perpetuum eſſe volo, ſimul cum domibus, ædificiis, campis, agris, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus & mancipiis.

50. Ego in Dei Nomine Bubo de Freſia dono atque trado ſancto Bonifatio ad Fuldenſe Monaſterium in Pago Oſtrabe in Marcha Runwerde quinque Boum Terram quam mihi Helmſwint manu ſua in Hereditatem contradidit cum ceteris Bonis ad hoc pertinentibus.

51. Ego in Dei Nomine Ratolt de Freſia trado Deo & ſancto Bonifatio quicquid mihi Pater meus juſte & legaliter cum ceteris Bonis in Hereditatem contradidit in Pago Tyeſle in villis quarum vocabula ſunt: Langenmoſe. Witmunthem. Kinloren. Bretenheim. & Tyeſlemore. Similiter trado quicquid ex paterna Hereditate viſus ſui habere & poſſidere in villa quæ dicitur Lantohi totum & integrum & mancipia XVIII.

52. Ego in Dei Nomine Sigirap de Freſia dono atque trado ad ſanctum Bonifatium, qui in Fuldenſi panſat Monaſterio, decem Boum Terram in Pago Toehingen in villa quæ dicitur Diphingheim totum & integrum.

53. Ego Brunihilt cognomento Tettla, de Regione Freſonum tradidi ſancto Bonifatio ad Fuldenſe Monaſterium in Pago Tyelle quartam partem paternæ Hereditatis meæ: hoc eſt, Terras, ſilvas, agros, domos & familias in his VII. villis; hoc eſt in Lanthoy. In Langenmore ſive in Oſtmore, & in Bretenmor & in Witamuntheim & in Tyeſſemore & in Kintloſon & in Gankchala.

54. Ego Ebberih trado ſancto Bonifatio ad Fuldenſe Monaſterium in Freſonum Regione in villa Federfurt terram VII. Boum.

55. Ego in Dei Nomine Sigerep trado ſancto Bonifatio in Pago Oſtrache in villa quæ dicitur Werba partem terræ ad Pabulum VI. animalibus.

56. Ego Wipald trado ſancto Bonifatio in Pago Federgewe in villa quæ dicitur Awinge tertiam partem Terræ araturiæ & quicquid mihi in Hereditatem devenit.

57. Ego in Dei Nomine Reginhert Comes trado ſancto Bonifatio ad Fuldenſe Monaſterium partem Hereditatis meæ in Freſia in villa quæ dicitur Allen unum Paſcua XX. pecorum & unam Curtilem. Ego idem Reginbertus trado ſancto Bonifatio in villa Huehingen Hubam unam cum omnibus appenditiis ſuis & in villa Hetetheim in Pago Weſtriche terram quantum valet cenſus XXIV. denariorum.

58. Ego in Dei Nomine Sigitac trado ſancto Bonifatio in villa quæ dicitur Buntheim Campum unum & dimidium pratum.

59. Ego Liutbrant trado ſancto Bonifatio in Freſonum Regione in villa quæ dicitur in Gaddingenheim Terram IX. Boum ad Cenſum IX. ſolidorum ſtatutum.

60. Ego Gebo trado ad Monaſterium ſancti Bonifatii, in Pago Wirenſi in Friſia unum Curtilem cum appenditiis ſuis.

61. Ego Gerwic de Freſia trado ſancto Bonifatio ad Fuldenſe Monaſterium, Terram Juris mei juxta Fluvium Mareſcleop & quicquid proprietatis habui ſive in agris vel pratis ſilvis, domibus vel mancipiis.

62. Ego in Dei Nomine Igolt de Freſia trado ſancti Bonifatio ad Fuldenſe Monaſterium in Pago Federgewe in marcha Nortwaldo in villa Gelete terram VII. pecudum, cum ſuis appendiciis.

63. Ego Geltſwint trado ad Monaſterium ſancti Bonifatii in Loco Wiktulfingefurt in Pago Waldabi ad XV. Karradas de feno.

64. Ego Altfrit trado ad Fuldenſe Monaſterium pro anima Patris mei Ratgerii portionem Hereditatis meæ in villa quæ appellatur Sahſenheim quicquid ibidem habui, id eſt XX. animalium Terram & in Catuwrt XXIV. animalium Terram & mancipia XII. cum ſuis rebus. & in Scutnfort partem viredis & in Frienfort XIV. animalium Terram. Hanc traditionem Pater meus fieri juſſit ſancto Bonifatio.

65. Ego in Dei Nomine Eſacha filia Aronis trado ad ſanctum Bonifatium in Inſula Gant terram XXIV. Pecudum in Fardincheim terram X. Boum ad cenſum duarum unciarum per ſingulos annos.

66. Ego Ditmar trado ad ſanctum Bonifatium Terram Juris mei ad VIII. animalia in

villa quæ dicitur Surdorft in Pogo Meringa.

67. Ego in Dei Nomine Wilo trado ſancto Bonifatio in Fuldenſi Monaſterio in Pago Federargewe & in villa Friſgana terram quantum hereditavit Pater meus cum mancipiis XVII. & in villa Duonhuſen aream unam cum ſuis appenditiis.

68. Ego Reginmunt dono ad ſanctum Bonifatium in Fuldenſi Monaſterio in Pago Oſtrahe in his V. villis; id eſt in Sihinwerde. in Bintheim. in Fatruwerde. in Inſula quæ dicitur Ambla & in villa Tunuwerde quicquid proprietatis habeo in terris, ſilvis, campis, agris, domibus edificiis: ſimiliter autem & in villa quæ dicitur Longonmor omnem ſervum nomine Tetilo cum uxore & filiis, cum ſua Huba & cum omni poſſeſſione ſua.

69. Ego Folchrih trado ſancto Bonifatio quicquid in Locis iſtis Hereditatis vel proprietatis habeo, id eſt in Mure XX. virgas de terra arabili, & in Kinheim & Trilant & Finſluze Paſcua XVI Boum, & in Tumfurte equalem portionem partis prioria, id eſt Terris ſilvis, pratis, aquis, domibus, ac mancipiis.

70. Ego Hagil de Freſia trado ad ſanctum Bonifatium quicquid in Leimſpihlege Hereditatis obvenit ſive in agris, ſilvis paſcuis, domibus & Mancipiis.

71. Ego in Dei Nomine Nohtleib pro remedio animæ meæ & Lutgardæ uxoris meæ trado ſancto Bonifatio in Fuldenſi Monaſterio in Pago Tockingen in villa Waltheim terram XII. Boum & inſuper quicquid proprietatis habui.

72. Ego in Dei Nomine Wolfgartis trado ad ſanctum Bonifatium in Colleheim XV. Boum terram, in Eintides & in Heimes ſimiliter.

73. Ego Wolfhraht & Giſo in Muntwrſintigis Pago Freſonum tradimus ſancto Bonifatio in Risheim XV. Boum Terram & in Baldratinge V. Boum Terram, in Pago Oſtahe quicquid proprietatis habuimus in Terris, agris, pratis domibus & mancipiis.

74. Ego Engelmar & Goltgart uxor mea tradimus ad S. Bonifatium in Fuldenſi Monaſterio in Pago Weſtrahe in villa Hintinlofe XXX. Boum terram cum XVI. mancipiis.

CAPUT VI.

Carolus Magnus Imp. anno 802. S. Lutgero primo Epiſcopo Monaſterienſi, fundatori Abbatiæ Werdinenſis Ord. S. Bened. in Diœceſi Colonienſi, aſſignat in dotem ejuſdem Monaſterii fiſcum ſuum in Luthoſa, quod eſt Hannoniæ Oppidum; unde dein exurrexit Collegium Canonicorum.

Ex Annal. Cluniæ per Teſſchemacher.

IN Nomine Sanctæ Individuæ Trinitatis, Carolus divinâ donante clementiâ Imperator Auguſtus. Si Sacerdotum ac ſervorum petitionibus, quas nobis pro neceſſitatibus ſuis inſinuaverunt aurem accommodamus, & ad effectum perducimus, non ſolum regiam & imperialem conſuetudinem exercemus, verum etiam æternæ retributionis præmia nobis profutura non dubitamus. Comperiat itaque omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet, & futurorum induſtria, qualiter b. m. Ludgerus Mimigerdefordenſis Epiſcopus poſtulavit Celſitudinem noſtram, ut cum licentia, & auxilio pietatis noſtræ ſibi liceret in propria ſua hæreditate in pago Ruricho, in loco, qui dicitur Werthina, ſuper fluvium Ruræ in Sylva Wenneſwalt, Eccleſiam ædificare in honorem S. Salvatoris, & S. Mariæ Virginis, nec non SS. Reliquiarum, quas ab Apoſtolico Papa de Roma tranſtulit, & ſi facultas daretur, quandoque Monaſterium ædificare, & Monachos ſe velle congregare, manifeſtiſſimè teſtificatus eſt. Cujus rationabili & juſtæ petitioni libentiſſimè aſſentimus, imperantes, ut eadem Eccleſia in noſtram tuitionem ſuſcepta, & non ſolum ea, quæ moderno tempore, verum etiam, quæ poſtmodum a fidelibus Dei collata fuerint, firmius ac ſolidius poſſidere abſque ullius injuſta valeat infeſtatione.

Vulgo Munſter.

Ad perficiendum autem in eodem loco Monaſterium, & ad congregandum Cœnobium, ſuggerente ſæpe dicto fideli noſtro Epiſcopo, ad eaſdem Reliquias proprias res noſtras, id eſt, Fiſcum noſtrum, qui vocatur Luthoſa, * in pago Brabant, cum omni integritate in proprietatem donamus, & in perpetuum perdurare Deo præſtante jubemus, cum omnibus ad ſe pertinentibus, terris, & ſylvis, manſis, & mancipiis, aquis, & pratis, ædificiis, cultis, & incultis, imperiali more, ad ſæpe dictas Reliquias, quæ in Werthina veneramur, jure hæreditario præſtamus, & condonamus.

* Vulgo Leuſe.

Et ut hæc auctoritatis noſtræ robore futuris temporibus, Deo protegente inconvulſa maneant, manu noſtrâ ſubter-firmamus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Domini Caroli Sereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Hildegrinus Notarius ad vicem Alcuini, Archicapellani recognovi. Data VI. Cal. Maii Anno Incarnat. Domini DCCCII. Anno autem regni ejus, XXXIV. & in Italia XXVII. Imperii vero III. Indictione X.

Actum Wormatiæ in Dei Nomine.

CA-

CAPUT VII.

Ludovicus Rex anno 871. concedit Abbatiæ Prumienſi Eccleſiam S. Salvatoris Aquiſgrani, quæ dein extitit per plures annos Collegiata Canonicorum.

Ex Cartulario Prumienſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ludovicus divinâ favente gratiâ Rex. Si liberalitatis noſtræ munere loeis Den dicatis quædam conferimus beneficia, neceſſitates eccleſiaſticas noſtro relevamus juvamine, atque regali tuemur munimine, id nobis & ad mortalem vitam temporaliter traoſigendam, & ad æternam feliciter obtinendam, profuturum liquidò credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum ſolertia, qualiter nos venientes ad Aquiſgrani palatium, invenimus ibi Eccleſiam deſtructam, quam genitor & mater in eleemoſyna illorum conſtrui fecerunt, ut ibi cymeterium eſſet mortuorum. Hanc ergo ut ita deſtructam reperimus, condoluimus inde, eò quod nec donata fuerat, nec etiam prævisa ad Dei ſervitium, ſicut eſſe debuerat.

Nos vero hoc cernentes, commendavimus eam Ansboldo venerabili Abbati, ut ipſe eam in providentia haberet, & quiſquis poſt eum Abbas in Prumia eſſe videretur. Dotavimus itaque eam, dantes ibi duo manſa & tertium manſum indominicatum cum vineis quas Miſſus noſter ibi conſignavit, necnon & mancipia utriuſque ſexus, quorum nomina ſunt . . . cum uxore ſua Urſilde nomine & infantibus eorum.

Has ergo præſcriptas res cum omni integritate, cum maneipiis utriuſque ſexus, concedimus ad Eccleſiam S. Salvatoris, præcipientes ut nullus ex ſucceſſoribus noſtris præſcriptam Eccleſiam ac res quas ibi concedimus, auferre præſumat de poteſtate Abbatis Prumiæ; Sed iode in perpetuum rector ac gubernator abbas Prumiæ ac ſui fratres exiſtant. Similiter ergo de duabus eccleſiis præcipimus, quarum una eſt ad *Wormſalt* & alia ad Antiquum-campum, ut ſimul eadem donatione conſiſtant cum appenditiis earum, ut eis pro noſtra ac conjugis eariſſimæque prolis ſalute ac remedio aoimarum aoteceſſorum noſtrorum Domini clementiam delectabilius exorare delectent.

Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora a fidelibus noſtris verius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum domni Hludovici ſereniſſimi Regis.

Ebarhardus Cancellarius ad vicem Luitberti recognovit.

Data XVI. calendas Novemb. anno XXXVIIII regni Domni Ludouvici ſereniſſimi Regis in Orientali Francia regnaote Indictione IV.

Actum Aquiſgrani palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

CAPUT VIII.

Carolus Calvus Francorum Rex confirmat poſſeſiones Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis, circa annum 880.

Vide Miræum. pag. 647.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Carolus gratiâ Dei Rex. Si Sacerdotum Chriſti petitiones clementer audimus eorumque rationabiles Conſtitutiones regalibus Edictis confirmamus, profuturum nobis id ipſum, & ad præſentem vitam fœliciter tranſiendam & ad æternam beatitudinem faciliua obtinendam omninò confidimus. Itaquè notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris, præſentibus atque futuris, quia venerabilis vir Immo Noviomagenſis atque Tornacenſis Eccleſiæ Epiſcopus, utilitatem ſibi commiſſæ Eccleſiæ & neceſſitatem Canonicorum ſuorum prævidens, ſcilicet ut ţebus exterioribus adhibitis divinum cultum ac miniſterium proprii officii liberius poſſint explere, ad noſtram reverenter aeceſſit ſublimitatem, deferens Privilegium quoddam Epiſcoporum noſtrorum manibus roboratum, in quo quædam res ad uſus præfatorum Canonicorum ſuorum delegatæ detinebantur. Humiliterque petiit, ut id eaſdemque res quas cum appenditiis ſuis prædictæ Eccleſiæ ſanctæ Dei Genetricis Mariæ ſemper Virginis ejus in honore in præfata Civitate ſitæ in uſibus ac ſtipendiis Clericorum ibidem Domino ſervientium perpetualiter habendas deputaverit atque ordinaverit, noſtris confirmaremus Edictis.

Vulgo Noion.

Fuerunt namque temporibus Anteceſſorum ejus, præſcriptæ Civitatis Clericorum uſibus res applicatæ, villa Lamedinius cum integri-

tate ſua, & Mariſcus unus in Flandrenſi pago, nec non etiam decimæ populi juxta antiquam conſuetudinem ad eumdem locum confluentis.

Præterea ab eodem venerando Pontifice acquiſitæ res & ſuperadjectæ ſunt hæc id eſt, in Pago Bragbantenſe in loco qui dicitur villa, quidquid Hrotſcindis Deo devota in eodem loco habuiſſe cognoſcitur, ad partem prædictæ Eccleſiæ tradidit, nec non & mariſcum in Pago Flandrenſi, quem Otgiſius Presbiter & Burgiſus germanus ejus Frater præfatæ Eccleſiæ contulerunt. Teloneum etiam præfatæ Civitatis Tornacenſis; & inſuper in Noviomo vineæ, de quibus ſecundum temporis qualitatem colliguntur modia centum viginti.

Has deniquè res, ſicut in Privilegio Epiſcoporum continetur, ſecundum prænominati Rev. Pontificis *Immonis* rationabilem Conſtitutionem, ſumptibus & indumentis, cæteriſque utilitatibus, præſignatis Canonicis ſanctæ Mariæ, ejuſdem ſæpedicti venerandi Præſulis ſupplici deprecatione, ſine aliqua futurorum, auctore Deo ejuſdem plerumque dicti ſacri loci Pontificum aut alterius cujuſquam ſubſtractione, perenniter habendas, decernimus atque firmamus; videlicet ut remotâ neceſſitatis inquietudine ipſis & Succeſſoribus per omnia tempora pro nobis, Imperii & Regni ſtabilitate miſericordiam aſſiduis precibus implorare deſtet.

Præterea ſtatuimus, ut ultra tricenarium numerum in Congregatione Fratrum prædictæ ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Eccleſiæ nullus Clericorum adjiciatur: niſi fortè ſuperadjectæ fuerint aliæ, præter iſtas res quæ ad uſus eorum ſine murmuratione ſufficiant; quatinus moderata rerum diſtributio præfatorum Clericorum in memorato loco, ſecundum proprii Pontificis adminiſtrationem ſufficiens, non aliâ Conſtitutione moveatur, quæ eorum animos aliquâ turbelâ in Divino ſervitio tepeſcere cogat.

Ut autem hæc Præcellentiæ noſtræ Confirmatio perpetuum in Dei Nomine obtineat vigorem, de anoulo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillari.

Guillermus Prior, ad vicem Ludovici recognovit.

Datum VIII. Kalendas Auguſti, Indictione 11. in anno XV. Regnante Karolo glorioſiſſimo Rege. Actum Vermeviæ palatio Regio in Dei Nomine ſœliciter. Amen.

Hanc Cartam refert Miræus Notit. Eccleſ. Belg. Cap. 35. pag. 647, ſed mendoſam & truncatam. Baluzius etiam Tom. 2. Capitularium Regum Francorum, refert Præceptum hoc inter Capitularia Caroli Calvi, ſed & minimè integrum, cui notam hanc adjecit: *Ideo illud, ait, addidimus Capitulis Caroli Calvi, quia apertius quam alia loca oſtendit, qualiter ſe gererent Principes in conſtituendo certo numero Canonicorum in quaquam Eccleſia.*

CAPUT IX.

Gregorius V. Pont. anno 996 in Concilio Romano confirmat poſſeſſiones Eccleſiæ Cameracenſis, ad petitionem Herluini Epiſcopi, quem propriis manibus conſecraverat.

Ex Concil. General. P. Harduini Tom. VI.

CUræ Paſtoralis officium, ſummæ ſedis dignitas, quâ nos licet indigni utimur, compellit nos non ſolum nobiſcum manentia, verum etiam longe poſita ſanctæ Dei eccleſiæ myſteria, Chriſto annuente, vigilanti ſolicitudine cuſtodire & gubernare. Quoniam vero, ſicut omnibus pæne notum eſt, interveniente hac re, quæ inter Arnulfum Remenſis Eccleſiæ Archipræſulem, & Gerbertum invaſorem ejus excrevit, idem prædictus Herluious præſul, illorum odiis, Remis canonico more conſecrari nequivit: ejus conſecratio ad Apoſtolicam ſedem uſque ad nos haud injuſtè pervenit. Quem conſecrantes, lacrymabilem ab eo querimoniam audivimus: ſcilicet, quod tempore Anteceſſorum ſuorum idem Epiſcopium multipliciter a malignis hominibus deprædatum ſit. Unde & nos humillime imploravit, ut noſtrâ Auctoritate, aliquod ei ſubſidium contra inimicos ſanctæ Eccleſiæ daremus. Cujus precibus annuentes, per iſtud noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis Privilegium ſancimus, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, ſeu aliqua magna vel parva perſona, dehinc prænominatæ Eccleſiæ loca invadere ſeu deprædare præſumat.

Quod ſi præſumpſerit, ſciat ſe a nobis, Chriſto auctore, ac *B.* Petro Apoſtolo, anathemate illigatum, quouſque prædictæ Sedis Antiſtiti ſatisfecerit: vel, Romam veniendo, ſe ibidem purificaverit. Hoc quoque nobis ſimiliter intimatum eſt, quod obeunte Epiſcopo, vel ceteris ſacerdotibus prædictæ ſanctæ Cameracenſis Eccleſiæ, aliqui diabolico repleti ſpiritu, ſoleant res Eccleſiaſticas, quas vel Epiſcopus, ſive etiam ſacerdotes reliquerint, diripere ac devaſtare. Quibus itidem Apoſtolica cenſurâ, ne hoc amplius agere præſumant, interdicimus. Quod ſi fecerint, cujuſcunque ſunt ordinis vel dignitatis, ſciant ſe anathematis vinculo perculſos, quouſque hoc dignâ ſatisfactione correxerint. Illud quoque magnopere præoptamus, ut fratres in Cœnobio ejuſdem Eccleſiæ commanentes, cunctæque Congregationes ad eam pertinentes, quidquid juſte ac legaliter poſſidere debent, ſine aliqua diminutione firmiter teneant atque poſ-

fideant, ut temporalibus præſidiis ſufficienter adjuti, ſine murmuratione, ſempiterna fiducialius appetere valeant. Inſuper eidem Herimino Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, per hanc noſtri Præcepti Paginam, concedimus & confirmamus, ut nullus dux, marchio, vel comes, ſeu alia quævis magna vel parva perſona, aliquem diſtrictum, ſive judicium, vel aliquod placitum in aliquo loco ſæpe nominati Epiſcopii tenere audeat, niſi ab ejuſdem ſedis Epiſcopo licentiam acceperit, vel invitatus fuerit: ſed liceat ſibi de ſuis quemcunque voluerit, ad id officium peragendum ordinare. Si qnis autem, quod non optamus, hujus noſtri Apoſtolici Privilegii violator exſtiterit: ſciat ſe cum Juda traditore, & apoſtaticis angelis æterno igne concremandum. Qui vero curator & obſervator fuerit, benedictionem & gratiam, & indulgentiam peccatorum ſuorum, ac vitam æternam à Chriſto Salvatore noſtro conſequi mereatur. Amen. Scriptum per manus Petriſignonis Notarii, & Scriptoris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Maio, & Indict. nonâ. In Chriſto bene valete. Anno 5. Pontificatûs Domni Gregorii ſummi Pontificis, & univerſalis Eccleſiæ Papæ, Impetii vero Domni Ottonis tertii Imperatoris anno undecimo.

CAPUT X.

S. Henricus II. Imp. B. Notgero Leodienſi Epiſcopo ejuſque ſucceſſoribus confirmat anno 1006, Abbatias & Eccleſias Collegiatas, Lobienſem, S. Huberti, Bronienſem, Gemblacenſem, Foſſenſem, Malonienſem, Namurcenſem, Dionantenſem, Eichenſem, Mechlinienſem, Tungrenſem, Huienſem & Trajectenſem.

Ex Geſtis Pontific. Leod.

IN nomine S. & Individuæ Trinitatis, Henricus, divinâ favente clementiâ, Rex. Nobis profuturum, & ad vitam præſentem tranſigendam, & ad futuram fœliciter obtinendam credimus & ſcimus, ſi ſecundum fidelium noſtrorum juſtas petitiones, eccleſiaſticas facultates, & cujuſque poteſtatis, judiciaria diſtrictione liberaverimus, & liberatas augmentaverimus, & augmentatas Regalis Præcepti munimine tuendas eſſe firmaverimus.

Quapropter, notum eſſe volumus omnibus noſtris fidelibus, tàm futuris, quàm præſentibus, quia vir venerabilis Notkerus Tungrenſis ſeu Leodienſis Epiſcopus, quoddam Præceptum noſtris obtulit obtutibus, quod erat ſecundi Ottonis, Imperatoris & conſanguinei noſtri, & manu firmatum, & ſigillo ſignatum: in quo dicebatur, quòd non ſolum ipſe & pater ſuus, primus videlicet Otto Imperator virtute & nomine, ſed Anteceſſores eorum, Reges ſcilicet Francorum, Pipinus, Carolus, Lodovicus, Lotharius, & item Carolus, & etiam cæteri Reges Anteceſſores & Succeſſores eorum, eidem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ & ſancti Lamberti, cui auctore Deo idem Epiſcopus præeſt, per auctoritatis ſuæ præcepta contulerant, ut & ipſa & ſuæ appenditiæ, quæ ſunt, videlicet, (1) Lobiis, & in loco, qui dicitur ad ſanctum (2) Hubertum, (3) Bronio, (4) Gembluos, (5) Foſſis, (6) in Malonia, (7) Namuco, (8) Dionanto, (9) Ceumaco, (10) Edla, (11) Tungris, (12) Hoyo, (13) Trajecto, (14) Malinas, vel in cæteris locis, cum omnibus rebus vel hominibus ad ſe pertinentibus, liberè per ſe conſiſterent, & ab omni inquietudine judiciariæ poteſtatis, defenſæ & ſecuræ manerent.

Hujus ſecuritatis auctoritatem, ſic ab Anteceſſoribus noſtris promulgatam, ut, ob amorem Dei & reverentiam ejuſdem Eccleſiæ aſſenſus noſtri adjectione firmaremus, petiit prædictus venerabilis Epiſcopus.

Cujus juſtæ & rationabili petitioni aurem libenter accommodavimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum, erga ipſam Eccleſiam tuitionis gratiâ, pro divini cultûs amore, & animæ noſtræ ſalute, fieri decrevimus; per quod firmiſſimè jubemus, ut deinceps nullus Comes, nullus Judex, niſi cui Epiſcopus commiſerit, in prædicta loca, vel eorum territoria, quæ in quibuſlibet pagis, infra regni noſtri ditionem, & nunc habent, & in futuro habenda ſunt, ad cauſas audiendas vel ad freda, aut banna, aut tributa, aut de ſtatione navium, vel de qualibet alia re, telonia exigenda, aut aliqua diſtrictionis negotia, ſuper homines tàm ingenuos, quàm ſervos in eis manentes exercenda, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel quicquam in eis contra voluntatem Epiſcopi ſucceſſorumque ejus attentare audeat.

Sed ipſi Præſuli ſucceſſoribuſque ſuis, & nunc & ſemper, liceat res prædictæ Eccleſiæ, & illi ſubditarum, ſub tuitionis atque immunitatis noſtræ defenſione, remotâ totius judiciariæ poteſtatis inquietudine, quietas poſſidere, & noſtro Imperio parere, atque pro incolumitate noſtri, & noſtræ conjugis, & pro ſtatu ac diuturnitate regni noſtri, unà cum Clero & Populo ſibi ſubjecto, clementiam Dei jugiter exorare, & quicquid de præfatis rebus Eccleſiarum, jus fiſci exigere poterat, prædictæ Eccleſiæ eſſet, ut dein-

ceps ad peragendum Dei ſervitium augmentum & ſuppleméntum fiat.

Hujus itaque Præcepti authoritatem, ut nomine ipſius, qui nobis præcipiendi conceſſit poteſtatem, pleniorem obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, ac noſtris diligentius conſervetur, & manu propriâ firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione, ſignari juſſimus.

✠ Sigillum Domini Henrici Regis invictiſſimi.

(1) Lobbis, gallicè *Lobbes*, potens Abbatia Benedictinorum ad Sabim fluvium, cujus Abbas eſt Adminiſtrator in pontificalibus Epiſcopatûs Leodienſis ſede vacante. Diplomata plurima ad hanc Abbatiam ſpectantia vide apud Miræum.

(2) S. Hubertus, olim *Andaynum*, potens Abbatia Benedictinorum in Sylvis Arduennis, in Diœceſi Leodienſi, clara miraculoſis ſanationibus quæ fiunt in virtute Reliquiarum S. Huberti Epiſcopi.

(3) Bronium, aliàs *S. Gerardi* Abbatia Benedictinorum in Comitatu ac Diœceſi Namurcenſi, unita Menſæ Epiſcopali Namurcenſi.

(4) Gamblous, aliàs *Gemblacum*, Abbatia Benedictinorum in Gallo-Brabantia ac Diœceſi Namurcenſi, cujus Abbas eſt primus Comes, primuſque in Comitiis Nobilium Brabantiæ.

(5) Fossis, Capitulum Canonicorum S. Foliano ſacrum, haud procul Namurco.

(6) Malonia, Abbatia Canonicorum Regularium, prope Namurcum.

(7) Namuco, Urbs Epiſcopalis, primaria Comitatûs Namurcenſis. Eſt illic Capitulum Cathedrale S. Albini, & Collegiata Canonicorum B. Mariæ; item fuit olim Capitulum S. Petri in Caſtro.

(8) Dionanto, Oppidum ad Moſam, ubi Collegiata Eccleſia B. Mariæ ſacra.

(9) Crumacum, aliàs *Cinacum*, Capitulum Canonicorum B. Mariæ Virgini dicatum.

(10) Eola, aliàs *Eyka*, vulgo *Maſeyck*, Oppidum in Diœceſi ac Campinia Leodienſi, ubi Eccleſia Collegiata SS. Virginibus Harlindi ac Renildi ſacra.

Tungris, Urbs antiquiſſima Diœceſis Leodienſis: quondam ſedes Regum Tungenſium, ac primorum Epiſcoporum. Eſt illic Eccleſia Collegiata B. M. V.

(12) Hoyo, vulgo *Huy*, Civitas ad Moſam fluvium: cum Eccleſia Collegiata B. M. V.

(13) Trajecto, ad Moſam fluvium, vulgo *Maeſtricht*, Urbs munitiſſima, hodie ſub dominio Statuum Fœderatorum Belgii. Sunt illic duæ Eccleſiæ Collegiatæ Canonicorum una S. Servatio, altera B. M. V. ſacra.

(14) Malinas, Urbs Archiepiſcopalis ac Provincia Belgica. Eſt illic Eccleſia Metropolitana Divo Rumoldo ſacra, in quâ Capitulum Canonicorum fundatum fuit ab anno 996 à S. Notgero Leodienſium Epiſcopo. Aliqui primam ejus fundationem referunt ad ipſum S. Rumoldum Epiſcopum & Martirem, qui obiit circa annum 774.

CAPUT XI.

Wilbodo Leodienſis Epiſcopus confirmat anno 1018 *Abbatiæ Gemblacenſi Ord. S. Benedicti, Altare de Bauvechien, propè Lovanium, Diœceſi Mechlinienſi incluſum, Diœceſis tamen Leodienſis.*

Ex libro de Geſtis Abbatum Gemblac. Poſt annum 1018.

Vlpodo Dei diſponente clementiâ S. Leodienſis Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus in Chriſto pie vivere volentibus. Unicuique fidelium ſcimus omnino eſſe elaborandum, ut promereri poſſit gratiam ſanctorum: quia ſic tum propriæ fragilitatis, tum demonis & hujus mundi conetimur fluctibus, ut nonniſi eorum freti patrocinio ſubſiſtere poſſimus.

Unde S. Petri Apoſtolorum Principis, ſanctique Exuperii martyris, aliorumque SS patrocinia quo potui modo querere deliberavi, quem & omnibus tam præſentibus quam futuris notificare diſpoſui. Anteceſſor meus Baldricus divino & ipſe tactus fervore, quandam Eccleſiam in * Bavechin corte noſtra ſitam, Gemblacenſi dedit eccleſiæ in honore ſupradictorum dedicatæ. Dedit & decimas quorumdam ſartorum quæ *quidam in ſylva Sombreſiæ Etheys dicta, *ejus Gemblacenſis Eccleſiæ ſapiebant, quæque nulli Anteceſſorum noſtrorum alicui parochiæ aſſignaverant; & hæc quidem ſub teſtimonio idoneorum teſtium prædictæ eccleſiæ contulit; ſed Cartulam traditionis morte præventus non fecit, in qua facienda volens me facere participem ejus eleemoſynæ, prædictum donum ſub cartulæ firmo conſignatione; addo & aliud ex parte noſtri donum, quod omnibus volo eſſe notum.

Inſtinctu noſtro Abbas & Congregatio prædicti loci eccleſiam novam ædificant, juxta quam antiqua relicta, quæ erat parvula & cito lapſura, claustrum & omnia tranſmutare curat. Sed his quandoque factis timent circumitionis obſonia ab antiqua eccleſia exigenda eſſe ab Epiſcopis futuris, eâ ſcilicet occaſione quod Monaſterium deſierit ipſa eſſe.

Cujus rei rationem diligenter inveſtigans cum multis comperi ab ipſa Eccleſia Gemblacenſi ſervitia aliqua data non fuiſſe, circumitionis ſcilicet vice, Anteceſſoribus meis, ex qua eadem Abbatia munificentiâ Regis ſubjecta eſt Sedi Eccleſiæ Leodienſis, hanc anteceſſorum meorum clementiam in futurum decernimus, conſervandam, ſcilicet ut ab eccleſia Gemblacenſi, ſalvâ tamen ordinatione pontificali, ſervi-

* Vulgo Bevecum.

* *f. quidam.*
* *f. jus.*

ſervitutem circumitionis requirant nullam, ſecundum ſanctorum Canonum inſtituta, permittant Monachos vitam deducere quiete bonâ, ut tam pro nobis quam pro illis orationibus vacent in tota ipſorum vita.

Ego Vilpodo Epiſcopus, nomine non opere, ſubſcripſi & confirmavi.

CAPUT XII.

S. Eduardus Rex Angliæ anno 1044 confirmat Abbatiæ S. Petri Ord. S. Bened. juxta Gandavum, Prioratum de Levesham *in Agro Cantiano ac Cantuarienſi Archiepiſcopatu, cum diverſis terris atque Maneriis, ſubſignantibus cunctis Angliæ Epiſcopis; Recenſens ſimul primam Fundationem dicti Prioratûs de* Levesham *factam à Rege Elfredo, ejuſque filio Eduardo & Nepte Elthrude.*

Ex Monaſtico Anglicano.

IN nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Edw. Anglorum Dei gratiâ Baſileus, omnibus poſt me futuris Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, omnibuſque Baronibus, ac Miniſtris, cunctiſque præſentibus & futuris ſalutem, & hujus rei notitiam. Summum in Regibus ac Principibus bonum eſt, juſtitiam Dei colere & Eccleſiarum quieti proſpicere, & de illarum perpetuâ ſecuritate ſollerter tractare; quia, qui eam exaltant & honorant, cum eâ & in eâ, & per eam exaltantur, & honorantur.

Et quoniam in locis plurimis inquietudines, plurimas moleſtias, perſecutiones, ſcandala, atque gravamina Monachos à nonnullis pertuliſſe cognovimus, decet ut noſtræ excellentiæ regia proviſio de ipſorum venturâ quiete, ſalubri meditetur diſpoſitione: ut in ipſis manentes tranquillâ mente in ſervitute Dei, ipſius ſubveniente gratiâ, permaneant.

Undè præſentes & poſteri ſciant univerſi, quod antiqui glorioſi Reges, Aelwredus, viz. & Edwardus filius ejus, Eccleſiam S. Petri de Gant, quæ in monte Blandinio ſita eſt, animo affectare diligerunt, honoraverunt; & donationem illam, *Levesham* * ſcil. cum omnibus ſibi pertinentiis, quam Eithrudis præfati Elfredi neptis Eccleſiæ eidem liberè contulit, Regiâ conceſſione, & libertate perpetuâ munierunt.

* Cella de *Levesham* in Cantio.

Quorum boni operis intentionem perpendens, ne eorum ſtatuta umquam ducantur in irritum, aut ullis (quod abſit) poſteris turbentur temporibus, Ego quidem hujus libertatis patrocinator, donis eorum favens, pro eorum & meâ omniumque ſucceſſorum meorum Regum, atque Baldwini, * Comitis, cognati mei; necnon & omnium fidelium proſperitate & ſalute, Deo & beato Apoſtolo Petro, pio fautori noſtro, & Abbati Richardo Monachiſque præfatæ Eccleſiæ de *Gant* concedo, atque meâ regiâ auctoritate confirmo Manerium de *Levesham*, cum omnibus ſibi pertinentibus; viz. *Greenewic*, *Wulewic*, *Pedingeham*, atque *Cumbe*; & cum vallibus etiam in Andredâ eiſdem Maneriis adjacentibus; ſcilicet *Aeshebore*, Aeffchaga, *Thinginden*, *Scarendene*, *Sandhewſte*; & cum Eccleſiis, cimiteriis, decimis, redditibus, in campis & ſilvis, in pratis & paſcuis, in aquis & paludibus, in piſcariis & piſcationibus, in molendinis & in omnibus ſuis appendiciis.

* Balduinus V. Comes Flandriæ.

Præterea addidi loco illi prælibato infra Londoniam, partem terræ de terrâ illâ, viz. quæ *Werman*, *Ecber*, anglicè nuncupatur, cum huetvo eidem terræ pertinenti; & cum omnibus rectitudinibus & conſuetudinibus, quæ ad illam pertinent.

Conecdo eis etiam in omnibus terris ſuis præ omnatis, Conſuetudines hic anglicè ſcriptas, ſcil. Infangenetheof, Mondbruce, Milebenninge, Uthleaw, Feidwite, Wearwite, Blodwite, Heafflyng, Sceawing, Hamſocne, Forſtall, aliaque omnes leges & conſuetudines, quæ ad me pertinent.

Donavi etiam Richardo religioſo Abbati & omnibus futuris poſt eum.... ibidem Abbatibus, & fratribus ejuſdem loci, in omni prædictâ Monaſterii poſſeſſione, ſacam & ſocam, Theloneumque ſuum in terrâ, & in aquâ, & conſuetudine, quæ dicitur Teames, Latrones, latronumque captiones vel emiſſiones, & pacis fracturam, & pugnam in domo factam, & domûs invaſionem, & omnes aſſultus in ſuo jure, in viâ & extra, in feſto & extra, in urbe & extra, in aquâ & extrâ, tam plenè, & tam liberè ſicut eas habebam in manu meâ.

Nullis itaque unquam graventur honeribus expeditionum, nec pontium vel caſtrorum reſtructione, nec Regalium ſive Epiſcopalium miniſtrorum exactione.

Defendo inſuper, & ex nomine ſanctæ Trinitatis probibeo, ut nullus Regum ſuccedentium, Epiſcoporum, Principum, Comitum, Vicecomitum, Procuratorum, ſive aliorum Regum clientium, vel Epiſcoporum miniſtrorum, paſtum, cenſum, vel inpenſionem, ſeu aliud quodlibet ab Eccleſiâ illâ, vel à terris præſcriptis ad eam pertinentibus per vim aut per conſuetudinem exigat: ſed

omnimodam libertatem meâ regiâ corroboratione perpetualiter poſſideant; quatinus ipſa religioſa concio, pro remedio animæ meæ, & ſucceſſorum meorum Regum Angliæ, omniumque benefactorum ejuſdem Eccleſiæ, ac fidelium ſalute, pervigiles perſolvat deprecationes, oleumque bonæ actionis, more ſapientium virginum ſub habitu religionis ſervans, Chriſto Domino & ejus beato Apoſtolo Petro indefeſſè deſerviat.

Siquis autem contra hanc Auctoritatis noſtræ Paginam ſenſerit, quicunque ille fuerit, cujuſcunque ætatis, vel poteſtatis, gradus, & ordinis, & eam infringere voluerit, vel alios ad hoc conduxerit, unuſquiſque pro ſeipſo libras v. partibus S. Petri perſolvat, & quicquid exindè Fiſcus noſter in murdris, geldis, danegeldis, omnibuſque aliis rebus, vel ſtipendiis, quæ in terris illis ſurrexerint, ad partem noſtram ſperare poterat in luminaribus, ſive fratrum ipſius Monaſterii victûs aminiculis, perenniter per noſtra oracula ad integrum ſit conceſſum, atque indultum.

Quicunque ſucceſſorum meorum hanc Donationis libertatem firmiter atque inviolabiliter cuſtodierit; æternâ coronetur claritate, cœleſtiſque regni perfruatur fœlicitate.

Si quis verò eam (quod abſit) deſtruere voluerit, ſive eandem poſſeſſionem à donatione & ſervicio ſæpedictæ Eccleſiæ & Abbatum ejuſdem loci, & Monachorum ſubtrahere conatus fuerit, vel per partes, quaſi hæreditatis jure auferre præſumpſerit, ſicut contradictor & convulſor hujus noſtri decreti, ac temerator, cum Judâ traditore Domini, æterno anathemati ſubjaceat, niſi Deo & beato ſuo Apoſtolo Petro dignâ pœnitentiâ ſatisfecerit.

Non enim ſuperiorem, vel inferiorem aliquem decet hominem illud ſibi in jus hæreditatis vendicare, quod per regiam corroborationem ad illud, cujus eſſe debeat, providâ ratione fuerit redactum.

A.D. 1044. Anno igitur Dominicæ Incarnationis M. XLIV. Indict. XII. & VII. concurrentibus atque XI. Epactis rotantibus, hæc regalis Conceſſio & Donatio facta eſt, ſub aſtipulatione Primatum, quorum nomina karaxata videntur.

Ego Edwardus (1) Rex totius Britanniæ, hanc propriam Donationem regali ſtabilimento affirmavi.

Ego Elfgive ejuſdem regis mater aſſenſum accommodavi.

Ego Eadſinus Dorobernenſis (2) Eccleſiæ Archiepiſcopus hanc pietatem divulgavi.

Ego Aelfricus Eboracen. Civitatis Archipræſul, hanc territoriam ſchedulam diligenter aſſignavi.

Ego Aelwardus Londonienſis Epiſcopus conſolidavi.

Ego Godwinus Roſenſis Epiſcopus gaudenter impreſſi.

Ego Alwynus Wintonienſis Epiſcopus corroboravi.

Ego Beorwoldus Wiltunienſis Epiſcopus coadunavi.

Ego Livingus Cridienſis Epiſcopus confirmavi.

Ego Aedelſtanus Herfordienſis Epiſcopus conſignavi.

Ego Wulſtanus Wigornienſis Epiſcopus hanc divulgavi.

Ego Eadnodus Dortcenſis Epiſcopus condixi.

Ego Duduco Willenſis Epiſcopus conſcripſi.

Ego Grunkillus Epiſcopus Auſtralium Saxonum conſenſi.

Ego Wulſinus Epiſcopus Licetfeldenſis commodum dixi.

Ego Britinus Epiſcopus Burnenſis concluſi.

Ego Goodwinus Dux; Amen dixi.
Ego Leoricus dux teſtificavi.
Ego Siwardus dux teſt.
Ego Haroldus dux teſt.
Ego Leofwinus dux teſt.
Ego Swelfenus dux teſt.
Ego Toſiis dux teſt.
Ego Gyrdus dux teſt.
Ego Aedwinus Abb. Weſtm.
Ego Wuldoldus Abb. *Certeſige.*
Ego Aelſi Abb. S. Auguſtini.
Ego Godwine Abb. *Wincelcumbe.*
Ego Manny Abb. Eoveshamenſis.
Ego Alfricus Abb. Perſcorenſis.
Ego Hugelious Camerarius.
Ego Elfgar Stallere.
Ego Robgetus fil. Wimarc, Stallere.
Ego Ordgar Miniſter.
Ego Oſgod Miniſter.
Ego Odda Miniſter.
Ego Elfgard Miniſter.
Ego Rarld Miniſter.
Ego Thured Miniſter.
Ego Æthelwie Miniſter.
Ego Aedridg Miniſter.
Ego Ordulf Miniſter.
Ego Duduco Miniſter.
Ego Siward Miniſter.

(1) Author hujus Donationis, *S. Eduardus*, Angliæ Rex, dictus fuit *Confeſſor*, item *Magnanimus*, Filius Ethelbredi Regis, atque alterius S. Eduardi Anglo-Saxonum Regis & Martyris Nepos, inter multas viciſſitudines regnavit annis circiter 24. Deio moriens anno 1066, nullâ prole relictâ, Regnum reliquit Guilielmo Normannorum Duci. Sanctorum Catalogo ſolemniter adſcriptus fuit anno 1161, per Alexandrum III. Pont. ejuſque feſtum colit univerſalis Eccleſia, die 13. Octobris, ex Decreto Innocentii XI. Pont.

(2) DOROBERNIA hodie *Cantuaria*, Urbs Archiepiſcopalis Angliæ, & Sedes Primatis illius Regni.

C A-

CAPUT XIII.

* Vide Miraeum pag. 972.

Balduinus Epiſcopus Tornacenſis donat Abbatiæ S. Petri Ord. S. Ben. Gandavi, Altare de Ooſtburgh in Inſula Cadſandiæ ac Diœceſi Brugenſi, anno 1046.*

Ex Archivis Eccl. Brug.

BAlduinus, Servus Servorum Dei, Noviomenſium ac Tornacenſium Antiſtes, tam præſentibus quam futuris Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis in perpetuum.

Cum Apoſtolico exemplo inſtantis noſtra quotidiana generaliter ſollicitudo eſſe debeat omnium Eccleſiarum; ſpecialiùs tamen nobis incumbit Dioceſis noſtræ Eccleſias ob divini cultûs augmentum & æternæ ſelicitatis præmium indies exaltare, muneribus honorare, auctoritatibus roborare.

Ea-propter fili Wieharde, in Chriſto plurimùm dilecte, Abbas S. Petri Blandinienſis, Altare de Ooſtburgh, cum Capella ad ipſum reſpiciente ſita in Iſendycke, quod glorioſus Flandrenſis Marchiſus Balduinus bactenus poſſederat, & in manum noſtram liberè reddidit & exfeſtucavit, ac laicâ manu prorſus emancipatum aſſenſu Tornacenſis Eccleſiæ, Vobis veſtriſque Succeſſoribus & Eccleſiæ veſtræ canonicè contrado, transfundo atque transferibo, & finc-tenus confirmo, &c.

Signum Domini Balduini Noviomenſium & Tornacenſium Antiſtitis, qui hanc Traditionem ſecit & canonicè teſtibus & ſub ſignaculo firmari juſſit.

Signum Folcardi Archidiaconi.
Signum Wiberti, Brugenſis Præpoſiti.
S. Reineri Decani.
S. Balduini Marchiſi.
S. Balduini, Filii ejus.
S. Stephani de Boular.
S. Ringoti de Caloe.
S. Alardi de Peteghem.
S Foleardi Caſtellani de Gand.
S. Roberti Caſtellani Brugenſis.
S. Hugonis de Aldenarde.
S. Aſcrici.
S. Arnulfi.
S. Raſonis.

Actum publicè Tornaci Kalend. Aprilis Anno Dominicæ Incarnationis 1046. Indict. XIX. Epactâ XI. Concurrente II Henrici Regis Francorum Anno XII. Præſulatûs Domini Balduini III. Wiebardi Abbatis XII.

CAPUT XIV.

Henricus Imp. confirmat anno 1071. Theoduino Epiſcopo Leodienſi Comitatum Hannoniæ, quem venditione acquiſierat, unà cum Abbatiis & Eccleſiis Montenſibus, S. Giſleni, Altimontenſi, Sonegienſi &c.

Ex Hiſt. Leod. per Chapeaville

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Henricus Dei favente clementiâ Rex.

Si Eccleſiis Dei deferamus honorem, eaſque, ab oppreſſoribus ſuis liberare curemus, certam habemus fidem, ex his rebus ſtabilitatem regno, nobiſque ſalutem provenire, tam in hac vita, quam etiam in futura.

Unde vulgatum, & publicum eſſe volumus in toto regno noſtro, quod ſecimus ad honorem Dei, ſanctæque Dei Genitricis Mariæ, ſanctique Lamberti, Eccleſiæ Leodienſi.

Cum enim Caſtella Mont & Belmont Epiſcopatum illum diu multumque ſæpe vexaſſent, adit venerabiliter Majeſtatem noſtram Theoduinus Epiſcopus ejuſdem Eccleſiæ, interventu ſcilicet piæ Conjugis noſtræ Bertæ, Annonis Colonienſis Archiepiſcopi, Willermi Epiſcopi Ultrajectenſis, Epiſcopi Virdunenſis Theodorici, Babergenſis Epiſcopi Hermanoi, Epiſcopi Cameracenſis Lyeberti, Epiſcopi Vercellenſis Gregorii, Epiſcopi Seduonenſis Ermenfridi;

Ducis quoque Lotharingiorum Godefridi, Ducis Alemaniæ Rodulphi, Ducis Bajoariæ Walfonis, aliorumque Principum & fidelium noſtrorum, ut eadem Caſtella daremus ſanctæ Mariæ ſanctoque Lamberto, ob perpetuam tranquillitatem & pacem. Quod libenter annuimus, memores quoque ſervitii, quod devotè tam mihi quam & patri meo frequenter impendit, præcipuè autem fidei & fidelitatis, quam omni tempore ſtabilem experti ſumus in eo, erga nos & Regnum noſtrum.

Dedimus ergo illi & Eccleſiæ ſuæ Mont (1) & (2) Belmont & Marcham Valentianas, (3) Abbatias quoque ſanctam Waldetrudem, (4) ſanctam Aldegondem (5) cum Præpoſituris ſuis: Abbatiam Sancti Gillani, (6) Abbatiam (7) Oltmontem, Præpoſituram S. Vincentii, (8) Præ-

posituram S. Petri in Lodousa,(9) Præposituram Sancti Landelini, (10) Præposituram S. Joannis. (11)

Igitur præsente & annuente ipsa Comitissa Richilde cum filio suo Balduino, dedimus omnia hæc cum Comitatibus, beneficiis, Advocatiis, teloniis, monetis, foresibus, & omnibus appenditiis eorum. Quod factum, ut etiam posteris in notitiam veniret, literis mandari jussimus, easque manu propriâ roboratas sigilli nostri munimine firmari.

Sigillum Domini IV Henrici Regis invictissimi.

Adalbero Cancellarius vice Sigifridi Archicancellarii recognovi.

Data est, 7 Calendas Julii anno Dominicæ Incarnationis millesimo septuagesimo, Indictione nonâ, anno autem ordinationis Domini quarti Henrici Regis decimo sexto, regni vero decimo quarto. 1070.

Actum Aquisgrani in Dei nomine fœliciter, Amen.

(.) MONT, vulgo *Mons* Latinè *Montes Hannoniæ*, Comitatûs Hannoniæ Metropolis, Consilii Provincialis Sedes Vide Miræum pag. 490.

(2) BELMONT, vulgò *Beaumont*, Hannoniæ Oppidulum, Comitatûs titulo insignitum.

(3) VALENCIANAS, vulgò *Valenciennes*, Urbs munita Hannoniæ, Montes inter & Cameracum, hodie subjecta Regi Galliæ.

(4) S. WALDETRUDIS, Capitulum Nobilium Canonicarum in Urbe Montensi: olim Abbatissam habuit, nunc per seniores Canonicas gubernatur.

(5) S. ALDEGONDIS, in Urbe Malbodiensi, sub ditione Regis Galliæ; Capitulum Nobilium Canonicarum, cum Abbatissa.

(6) S. GILLANI, antiqua Abbatia S. Gisleni, Ordinis S. Benedicti altero à Montibus milliari, in Oppidulo ejusdem nominis.

(7) OLTMONTAM, vulgò *Haumont*, antiqua Abbatia Benedictinorum, propè Malbodium, sub ditione Regis Galliæ.

(8) S. VINCENTII, id est, Ecclesia Collegiata S. Vincentii in Oppido Sonegiensi, inter Montes Hannoniæ & Bruxellas, sic vocata a fundatore suo, marito S. Waldetrudis, quæ Montibus celebratur. Vixit circa annum 650. Sunt illic hodie XXX. Canonici, cum Præposito, Decano, Thesaurario &c.

(9) LODOUSA, vulgò *Lense*, Oppidulum Hannoniæ, cum Ecclesia Collegiata Canonicorum, S. Petro sacrâ. Fuit olim hæc Ecclesia concessa in dotem anno 802 per Carolum Magnum Cæs. S. Ludgero primo Episcopo Monasteriensi: ut patet ex Diplomate, quod supra exhibui, pag 8.

(10) S. LANDELINI, hodie est potens Abbatia Crispinienſis, Monachorum Ordinis S. Benedicti propè Valencenas; sic dicta, quia S. Landelinum fundatorem habuit, qui & Lobbiensem & Alnensem Abbatias erexit. Abbatia Crispinienſis anno 1080 cessit Monachis Benedictinis; de quâ vide Supplementum Miræi Parte III. Cap. 6. 25 & sequentibus.

(11) S. JOANNIS; olim Præpositura Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini Valencenis, dein Abbatia, cujus Prælatus anno 1619 usum Mitræ & Pontificalium ac quisivit. Vide Miræi Diplomata.

CAPUT XV.

Hubertus Teruanensis Episcopus Abbatiam S. Joannis in Monte, prope muros Urbis suæ sitam, quondam à Theodorico Galliæ Rege circa ann. 686. fundatam, ac recens à Drogone Prædecessore suo restitutam ac traditam Monachis Fiscannensibus Ord. S. Ben. in Gallia, iisdem confirmat anno 1080. Quæ Abbatia postmodum translata Ipras, ibidem hodie subsistit.

Ex Archivis Monasterii Fiscannensis.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Cùm inter discretos gradus Ecclesiastici ordinis & mundani, Episcopalis dignitas obtineat dignitatem, tantò cautior debet inveniri & vitâ & moribus in propriæ animæ custodia, quantò suo exemplo conspicit suorum subditorum ad hoc provocari corda.

Quâ consideratione permotus ego Hubertus Teruanensis Episcopus, donum Antecessoris mei Drogonis, quod Fiscanni Ecclesiæ Sanctæ Trinitatis dedit, concedo, confirmo, & iterùm dono: hoc est, S. Johannis Ecclesiam, propè muros civitatis Teruanensis sitam, in monte qui dicitur sanctæ Fidei, & quidquid addidit vel addam. Facio autem hanc concessionem & donationem, patrocinante ipsi sanctæ Trinitatis Ecclesiæ Domno Willelmo Abbate tertio, Regnante Francorum rege Philippo, & Anglorum Rege & Normannorum Duce gloriosissimo Willelmo.

Hoc autem facio, quatenus Teruanensis & Fiscanensis Ecclesia Orationibus conjungantur, & in vita mea meo adjutorio & consilio, S. Johannis Ecclesia tractetur per omnia, secundum dispositionem Abbatis Fiscannensis, & nunc & in perpetuum.

Actum Fiscanni in capitulo, anno ab Incarnatione Domini MLXXX. Epactâ vigesimâ sextâ, Indictione tertiâ.

Testes, Gunduinus, Wesmannus, Bonecause.
Signum Huberti, Taruanensis Episcopi.
Signum Varini Presbyteri.
Signum Milonis Diaconi.
Johannes nepos Abbatis.
Raynerius.
Bernardus de Fiscul.
Walterius.
Walterius.
Goscelinus.

CA-

CAPUT XVI.

Henricus Leodienſis Epiſcopus Eccleſiam Collegiatam S. Petri Aincuriæ in Gallo-Brabantia (poſtmodum tranſlatam ad S. Jacobum Lovanii) unit atque incorporat Abbatiæ S. Laurentii Ord. S. Ben. Leodii. Anno 1079.

Carta Henrici Epiſcopi varia prædia S. Laurentio offerentis.

IN nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, Henricus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, omnibus qui ſunt & erunt Eccleſiæ filiis, ſalutem in Chriſto Jeſu. Gratiâ Dei præveniente, quidquid conamur in bono opere, ad laudem & gloriam nominis Domini nos oportet facere. Et quia maxime de animarum noſtrarum ſalute nos convenit ſollicitos eſſe, dignum eſt præcipue illa noscurare, quæ pertinent ad cultum ſacræ Religionis.

Quia etiam incomparabile lucrum eſt, pro terrenis cœleſtia, pro tranſitoriis mereari æterna, convenit nos illis præſtare temporalia, qui nobis reddant æterna; hic nobis illos amicos facere, qui nos deficientes in æterna tabernacula poſſint recipere.

Hæc & multa alia reputans mecum, Ego Henricus Dei dono Leodienſis Epiſcopus, de peccatis meis plus timui condemnari, quam de bonis operibus juſt ficari, eum ceteris ſanctis S. Lautentium patans mihi Patronum, exemplo Prædeceſſorum meorum, quorum alii tam ejus quam alias ſacras intra & infra Urbem noſtram conſtruxere Baſilicas, & multis poſſeſſionum reditibus honeſte nobilitaverunt, & Deo ſervientes deputaverunt; alii Eccleſias ab aliis conditis, ubi minus quod ſufficeret erat, neceſſaria contulerunt de his quæ ſibi ſuperabundabant;

Pro ſalute animæ meæ tradidi eidem S. Laurentio meditatem Eccleſiæ de (1) Ayoncourt, & dimidium allodium, & Brombais, quæ ſitæ ſunt in Comitatu Donglebert, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Hoſtam, quæ eſt in Comitatu Steppes cum appenditiis ſuis, & (2) Kyrbe ge cum integra Eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis in Comitatu Anſguers, & aliam Eccleſiam integram de Oppienbays cum quarta parte allodii; ita ut ſicut ses ipſius Eccleſiæ meæ diſpoſitioni erant ſubditæ, ſic ſub Abbatis S. Laurentii ſint providentia & diſpoſitione.

Quod ut ratum & inconvulſum ſit, precamur & obteſtamur per miſericordiam Dei omnes Succeſſores noſtros, & ſub interminatione perpetui anathematis inhibemus, ne cui liceat hanc noſtram Traditionem inde revellere, neque in ſuos uſus redigere, vel aliâ tranſferre, vel per dolum aut violentiam occupare, neque in beneficium dare, neque precariam vel commutationem facere.

Quod qui præſumſerit, cum diabolo & omnibus ſequacibus ſuis, ſubjaceat æternæ maledictioni.

Quia vero dicta vel facta Litteris mandata melius in memoria retinentur, Cartam hujus Traditionis conſcribi, & ſigillo noſtro juſſimus ſignari, & Teſtes idoneos, tam Canonicos quam Laicos ſubter annotari.

Godeſcalcum Archidiaconum.
Item alium Godeſcalcum Archidiaconum.
Heritmannum Archidiaconum.
Levoconem Præpoſitum.
Henricum Præpoſitum.
Robertum S. Mariæ Præpoſitum.
Franconem Scholaſticum.
Godeſcalcum Capellanum.
Thiebaldum Capellanum. Laicos ingenuos,
Heinricum Comitem.
Cunonem Comitem.
Godeſcalcum de Cinnei.
Lambertum filium Lamberti de Foron.
Lambertum de Kamont.
Walterum de Holois.
Franconem de Hendrekines.

Actum Leodii VII. Kal. Januarii, anno ab Incarnatione Dominica MLXXIX Indictione primâ, anno Henrici Romanorum Regis XXVI.

(1) AYONCOURT; vulgo AINCOORT, Pagus Gallo-Brabantiæ, Diœceſis, olim Leodienſis, nunc Namurcenſis, ſub Decanatu Geldonienſi. Reddidit Vir Nobilis ejuſque uxor Giſla, XII. Canonicorum Collegium illic fundaverunt, confirmatum anno 1056. per Reinardum Leodienſem Epiſcopum, Diplomate edito apud Miræum pag. 261. Dein traditum Abbatiæ S. Laurentii Leodii anno 1079, hoc Diplomate; quo titulo idem Abbas hodieque ibidem Patronus eſt & Prebendarum. Vide item inferiùs aliud Diploma Oberti Leodienſis Epiſcopi anno 1112. datum. De Tranſlatione Capituli hujus in Urbem Lovanienſem factâ anno 1454, vide Miræum pag. 900.

(2) KYRBIRGHE, vulgo KEERBERGHE, Pagus Diœceſis Mechlinienſis, de quo vide Notas R. D. Van Geſtel in ſua Hiſtoria Archiepiſcopatûs Mechlinienſis Parte I. pag. 103.

CAPUT XVII.

Gerardus Cameracenſis Epiſcopus, Abbatiæ S. Adriani Ord. S. Ben. à ſe Gerardimontem tranſlatæ, donat Altare de Huneghem, aliaque bona, anno 1083.

Ex Archivis Pal. Archiepiſc.

EGo Gerardus Dei miſericordiâ Cameratum Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem & gratiam ſpiritualem. Notum facio, quod cum non pridem Abbatiæ de Declivino in Gerardimontem tranſlatæ Altare de Huneghem * cum appendiciis liberum & ſine Perſonâ, Roberti Flandriæ Comitis, & Stephani Boulaer petitionibus acquieſcens tradidiſſem, amore fortiori ſuccenſus erga ſanctitatem Monachorum ibi viventium, trado inſuper & concedo quidquid mei juris eſt in vicis de Gavera, de Torneorte, & de Wiſtreheim, &c.

* Vide Miræum pag. 513.

Ut autem hæc donatio &c.

S. Gerardi Epiſcopi.
S. Wo teri.
Theodorici.
Ivonis Archid.
Roberti Comitis Flandriæ.
Joannes de Gavera.
Stephani B ulaers.
Gerardi Buch.
Willelmi Rabel.
Warneri de Cortraco.
Balduini de Ganth.
Balduini de Aloſt.
Alleberti Snackart.
Bochardi de Commines.
Warneri d'Audenburch.
Anſelmi d'Erpe.
Faſtredi de Linca.
Everardi de Tornaco.
Olardi de Petengheim.
Aroulphi de Aldenarda.
Johannis de Koeſſclaer.
Gratiani d'Ecloo.
Ivonis de Etcauſſines.
Hermari de Zomerghem.
Rothardi de Sotteghem.
Gerardi de Kumberſaka.
Aſtrici de Bevera.
Raimboldi Nigri, & aliorum plurimorum Militum.

Actum in Caſtro Aloſtenſi Id. Sept. 11. An. D. I. 1083. Præſulatûs noſtri quinto.

CAPUT XVIII.

Robertus II. Comes Flandriæ varia bona attribuit Abbatiæ Truncinienſi tunc Canonicorum Regularium ac dein Ord. Præmonſt. juxta Gandavum anno 1077. Quæ beneficia dein renovat anno 1143. Comes Theodericus Roberti Nepos.

EGo Robertus Marchio Flandriæ filius Roberti Marchionis, cognomento Friſonis, Spiritûs Sancti gratiâ illuminante atque exhortante commonitus, ut in exordio Principatûs noſtri, quæ Dei ſunt primùm quærere, ut ea quæ mundi ſunt divina gratia mihi adderet; Eccleſiam Chriſti, quæ eſt Truncinii in honore Beatæ Mariæ fundata, ab exordio fundamenti ſui in manu Anteceſſorum meorum atque ita in mea (ſine ullo reſpectu poteſtatis Epiſcopi) compoſitione, animadvertens, ab omni poteſtate noſtra & ſubditorum noſtrorum & poſterorum ooſtrorum liberam & abſolutam feci, condonans in perpetuum quidquid commutationis & Advocationis, & redditûs ex more Antecſſorum in rebus ac poſſeſſionibus prædictæ Eccleſiæ, habebamus, nihil juris & poteſtatis in ea, abique ulla contradictione mihi reſervans, niſi hoc tantum, ut Ego & poſteri mei Præpoſituram daremus, & Epiſcopus Noviomenſis curam animarum. Et ut nulla ambiguitas eſſet inpoſterum, ſubſcripſimus res Eccleſiæ.

Vide Miræum pag. 104.

Omnis decimatio novæ terræ ac veteris totius Truncinienſis, cum ſuis quibuſcumque oblationibus.

Similiter omnis decimatio novæ terræ & veteris totius Parochiæ Landeghemenſis Eccleſiæ, cum omnibus ſuis oblationibus. Landeghem.

Et Bodium Ruſſenſis Parochiæ novæ & veteris terræ, & juxta eandem Eccleſiam propria manſio fratrum ad congregandam annonam.

Hæc autem ſunt pertinentia ad Præpoſituram de ſupradictis. Furlarenſis Eccleſia cum omnibus Decimis novæ terræ & veteris, cum oblationibus ſuis, & manſum terræ.

Ut autem in perpetuum maneret ratum & inconvulſum hoc noſtrum Statutum, teſtes

idoneos adhibuimus.

S. Walteri Archidiac.
S. Lerberti Capellani.
S Voiberti Capellani.
S. Baldewini de Wortanbeca.
S. Rodberti Pincernæ.
S. Roberti Caſtellani Brugenſis.
S. Helbodi de Ipra.
S. Vulvrici filii & Frumoldi Fratris.
S. Labu Magiſtri. S. Renigon Caſtell.
S. Odekini Caſtell. Duacenſis.

Actum in Eccleſia Lillenſi XI. Julii anno
1077. Dominicæ Incarnationis M. LXXVII. anno Principatûs noſtri primo, feliciter.

Confirmatio Theodorici Com. Flandr.

Ego Theodoricus divinâ largitate Comes Flandrenſium, quoniam duas partes Decimationis totius Parochiæ Ruſſenſis veteris terræ ac novæ, tam futuræ, quam præſentis, quas Comes Robertus filius Roberti Friſonis Eccleſiæ S. Mariæ Truncinienſi donaverat, unà cum duabus etiam partibus Decimæ de tota Parochia Truncinienſi;

Similiter Landeghemenſi, nec non Vorſtienſi veteris terræ ac novæ tam & futuræ quam & præſentis: Has inquam & nos eidem Eccleſiæ donavimus, aſſentiente & petente hoc Yvano de Gant, una cum uxore nepte meâ &c. Quod idoneâ teſtificatione Principum ac militum meorum ſubſcriptum, fideli poſterorum memoriæ ratum relinquimus. Vide Miræum pag. 177.

S. Domini Goufrohidi Abbatis de Clermariſci.

S. Yvani.
S. Razonis de Gavera.
S. Radulfi Caſtellani Brugenſis.
S. Henrici Caſtellani de Borchborch.
S. Servaſii de Praet.
S. Galteri de Somerghem.
S. Hugonis de Beghenſela.
S Brantini Notarii.

Actum Harnia anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLIII. Idus April. anno 14. Domini 1143.
Innocentii Papæ, feliciter.

CAPUT XIX.

Radbodus Epiſcopus Tornacenſis ac Noviomenſis, anno 1090. confirmat Privilegia Eccleſiæ Collegiatæ S. Donatiani Brugis (dein Cathedralis) eique concedit jus Parochiale.

Ex Archiv. Eccl. Cath. Brugenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.

Ego (1) Radbodus Dei gratiâ Noviomagenſis ſeu Tornacenſis Eccleſiæ Epiſcopus, cum ſummâ diligentiâ pertractaſſem, officio pontificali ſaluberrimum atque honeſtum fore, finem ſanctæ Matris Eccleſiæ noſtræ Eccleſiis amplificare, & amplificatas ſtabiles permanere, firmiſſimum hoc eſſe decernens contra inquietudinem & diminutionem Eccleſiarum; plurimas noſtri Epiſcopatûs Eccleſias (2) Privilegio noſtræ Authoritatis ſtabilivi.

Inter quas Eccleſiam in honorem Ste. Dei Genetricis Mariæ Sanctique Donatiani Archiepiſcopi in Caſtello Brugenſi à Principibus Flandriæ fundatam, allodiis cæteriſque ornamentis locupletatam, ne inquietudine vel oppreſſione ullâ poſterorum noſtrorum, infeſtatione laïcorum graveretur, ab omni exactione, teſtimonio & conſilio Gualteri Archidiaconi cæterorumque Clericorum noſtrorum, liberam cum omnibus bonis ſibi liberè conceſſis vel concedendis confirmavi; nihil Mihi vel poſteris meis retinens in eâ, niſi ut Curam animarum illi, quem Canonici ejuſdem Eccleſiæ canonicè elegerint, commendemus; ita quidem, ut in dandis Præbendis, cæteriſque negotiis Eccleſiæ, & rebus procurandis pioque patrocinio defendendis conſilio Canonicorum & ammonitioni communi. jus Præpoſiti & reverentia maneat.

Statutum de Cura Paſtorali.

Si vero, euſ cura commiſſa fuerit, negligentiûs egerit, ipſe Præpoſitus quantum ad ſe pertinet, adhibitâ Fratrum ammonitione, eum præmoneat; ut quod corrigendum eſt, diligenter emendare inſtitat.

Concedimus etiam eidem Eccleſiæ atque liberè confirmamus. quidquid inter clauſtrum vel munimentum Caſtelli continetur, in Parochiam.

Præterea Canonici ipſius loci noſtræ poteſtatis licentiam habeant, parochianos Eccleſiæ Sti. Salvatoris viſitandi & inungendi; (advocatis tamen ad ipſam inunctionem Clericis prædictam Parochiam Sti. Salvatoris cuſtodientibus) inſuper & ſepeliendi eos, qui apud illos ſepeliri voluerint in atrio Sti. Donatiani; eâ conditione, ut Epiſcopo ſeu Vicario ejus ſeptem ſolidi ſolvantur.

Chriſma autem oleumque ſacrum oleumque infirmorum à Decano accipiant.

Si verò atrium ipſius Eccleſiæ infractum fuerit, Epiſcopalem aquam in reconciliationem ſine aliquâ dilatione vel contradictione

(1) RADBODUS, Epiſcopus unitarum Eccleſiarum Tornacenſis, ac Noviomenſis in Gallia, quæ demum anno 1146. per Eugenium III. Pontificem ſeparatæ fuerunt; ut patet ex Diplomatibus apud Miræum pag. 1166. & ſeqt.

(2) Idem Epiſcopus anno 1091. fundavit Brugis Eccleſiam Collegiatam B. M. V. Vide Miræum pag. 956.

ſimiliter à Decano habeant; nec ulteriùs ab officio ceſſent; niſi ſortè infractor ille intra Caſtellum ſit.

Confirmamus quoque eis hanc noſtræ Authoritatis poteſtatem, ut invaſores vel defraudatores rerum Eccleſiæ vel atrii, legitimè monitos & non reſipiſcentes, excommunicent, & à communione Eccleſiæ ſuæ repellant, & deinde apud Epiſcopum ſeu Vicarios ejus jus ſuum proſequantur.

In Eccleſiis verò quinque ſupradictæ Baſilicæ adhærentibus liberèque conceſſis, ſcilicet Weinabrigga, (a) Gera, (b) Horſcamp, (c) Ridarvorda, (d) Wara, (e) hanc ſolam mihi poſterisque meis poteſtatem retineo, ut ſingulis annis ab Eccleſiâ matre Horſcamp II ſolidi, Weinbrigga ſimiliter matre II ſolidi ſolvantur. De Capellis verò ſingulis XII denarii ſimiliter dentur; quod in biſſextili antam in membris quam in matribus duplicetur.

In annuo autem adventu Epiſcopi, de Eccleſiâ matre II ſolidi, & II ſextarii avenæ, de Capellis XII denarii, & I ſextarius avenæ ſolvantur; & in renovatione Perſonæ earumdem Eccleſiarum X ſolidi ſolvantur.

Apud Miræum pag. 359.

Ut autem ipſi Eccleſiæ hujus libertatis inſtitutum, ejuſque quam Comes Robertus * ei Privilegio firmavit, ratum maneat & inviolabile, ſub anathemate, ſi quis violaverit, idoneis teſtibus corroboravimus, & ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus.

Hoc autem confirmandum eſſe decrevimus, quod Archidiaconus in quarto anno Synodalia jura exercens in Parochiâ de Horſcamp, conſuetam ſicut antea habeat impenſam.

S. Domioi Radbodi Epiſcopi.
S. Waltheri Archidiaconi Tornacenſis.
S. Henrici Decani.
S Walteri Cuſtodis.
S. Hermanni Præpoſiti.
S. Segeri Cantoris.
S. Heremanni Decani Noviomenſis.
S. Baldrici (f) Archidiaconi Noviomenſis.
S. Stephani Presbyteri.
S. Cohardi Presbyteri.
S. Remberti Presbyteri.
S Tedberti Diaconi.
S Henrici Diaconi.
S. Lamberti Diaconi.
S. Lamberti Subdiaconi.
S. Lettardi Subdiaconi.

Actum Tornaci V. Kal. Januarii anno Dominicæ Incarnationis M. XC. Indictione XII. 1090. regnante Rege Francorum Philippo anno XXX, Domino autem Radbodo Epiſcopante anno XXII.

Ego Wido Cancellarius dictavi, & ſubſcripſi.

(a) Weinabrigoa, nunc Parochia S. Michaelis.
(b) Gera, nunc dicitur Parochia S. Crucis, ambæ extra Portas Urbis Brugenſis.
(c) Horscamp, nunc Ooſtcamp.
(d) Rioarvoroa, nunc Ruddervoorde.
(e) Wara, nunc Waerdamme. Vide Miræum pag. 44.
(f) Baldricus, fuit dein Epiſc. Tornacenſis. Vide Notas Miræi pag. 80.

CAPUT XX.

Gertrudis Saxonica, Roberti Senioris ſeu Frizonis, Comitis Flandriæ Vidua, Præbendam unam inſtituit ac dotat anno 1095. in Eccleſia Collegiata Stæ. Walburgis Furnis, in Diœceſi Iprenſi.

Ex Archivis Capituli Furnenſis.

IN nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Paulus Doctor Gentium vas electionis ſic ait: cum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. Iſtud Apoſtoli nimirum ſignificat, animam peregrinari à ſummi boni contemplatione, quæ ſibi patria eſt, & corporis illecebris abalienari. Ad hanc vero ſummæ felicitatis dulcedinem homo, pro appetitu temporalium exulans, Domini præveniente miſericordiâ, ſicut credimus redire poteſt, ſi, ut iple opera carnis in ſe mortificando, per pœnitentiæ fletus corrigere ſtudet errorem, poſt mortem non deſinat in eleemoſynis, & in orationibus amicorum quoque ſtudeat per compaſſionem.

Ego igitur Gertrudis gratiâ Dei Flandrenſium Comitiſſa ob remedium animarum Domioi mei Viri glorioſiſſimi Marchionis, Roberti Barbati Jeroſolymitani, filiorum etiam meorum & filiarum, ad quatuordecim Canonicos Furnenſis Eccleſiæ quinromdecimum ad laudem & gloriam Dei & ſanctæ Mariæ omniumque Sanctorum addo.

Ad cujus præbendam dotalia prædii mei XL. jugera, quæ ſingulis annis decem libras aut eò amplius perſolvunt, deputo.

Sciant autem tam præſentes, quam etiam futuri, quod præfatam terram ab omni cujuſlibet exactoris injuſtâ poteſtate liberam, in præfata Eccleſia ſupra Altare propriâ manu perpetuâ ſtabilitate una cum Filio meo Marchione Sereniſſimo juniore Roberto dono, donumque ratâ teſtium adſtipulatione confirmo: eâ lege, ut ſi quis ex heredibus meis, vel alius quiſlibet hujus Donationis ſtabilitatem irritare præſumpſerit, primùm anathematis

matis jaculo perfoſſus iram Omnipotentis Dei omniumque Superiorum Civium incurrat ; deinde centum libras auri perſolvens, quod repetiit nullatenus evincat.

Actum eſt in Baſilica Turonenſi publicè, anno ab Incarnatione Domini M. XC. V. Indictione tertiâ, tertio Nonas Octobris, ſeriâ prima ; regnante Rege Francorum Philippo ; Excellentiſſimo Marchione Flandrenſium juniore Roberto, præſulante Venerabili Morinenſium Epiſcopo Geraldo.

Sunt autem hujus rei Teſtes:

Arnulphus Morinenſis Eccleſiæ Archidiaconus, cum Canonicis ſuis.

Heribertus Furnenſis Præpoſitus, cum Canonicis ſuis.

Lambertus Caſletenſis Præpoſitus, cum Canonicis ſuis.

Bernoldos Watenenſis Præpoſitus, cum Canonicis ſuis.

Godebertus de Loo, cum Canonicis ſuis.

Thomas de Eversham.

Præterea de Primatibus Terræ,

Everardus Tornacenſis, & Frater ejus Cono.

Hugo Cameracenſis.

Onuphrius Dapifer.

Wynomarus Caſſellanus Bergenſis, & frater ejus Everolphus.

Odolphus, Folcumus.

Judices Furnenſes, Rem'aphus, Ancelinus, Geribodo, Everardus, Wynandus. Bovo, Everolphus, Folcoinus, Eremboldus.

CAPUT XXI.

Urbanus II. Pont. confirmat Abbatiæ S. Bertini Ordinis S. Benedicti Audomaropoli omnia Altaria ſua atque poſſeſſiones, anno 1096.

Ex Archiv. Abbatiæ S. Bertini.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Lamberto Abbati Monaſterii Confeſſoris Chriſti Bertini ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis In perpetuum.

Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri : quatenus & devotionis ſinceritas laudabiliter enitescat & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat.

Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apoſtolicæ portum confugiens ejus tuitionem devotione debitâ requiſivit, Nos ſupplicationi tuæ clementer annuimus, & Beati Bertini Confeſſoris Monaſterium, cui Deo auctore præſides, quod videlicet Monaſterium idem B. Bertinus in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli fundaſſe cognoſcitur & omnia ad ipſum pertinentia ſub tutelâ Apoſtolicæ Sedis excipimus Per præſentis igitur privilegii paginam Apoſtolicâ auctoritate ſtatuimus, ut quæcumque hodie veſtrum Cœnobium juſtè poſſidet, ſive in futurum conceſſione Pontificum liberalitate Principum vel oblatione fidelium juſtè atque canonicè poterit adipiſci firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant.

Simoniæ labes.

Quoniam vero quidam ſimoniacæ pravitatis ramus in Galliarum partibus jam diutius adolevit, ut Eccleſiæ quæ vulgari vocabulo apud vos Altaria nuncupantur, Monaſteriis datæ ſepius ab Epiſcopis ſub palliata avaritia venumdentur, mortuus nimium ſeu mutatis Clericis quos Perſonas vocant ; nos autore Deo venalitatem omnem, tam ex Miniſtris, quam ex rebus Eccleſiaſticis propellentes, hoc ulterius fieri Auctoritate Apoſtolicâ prohibemus.

Porro quæcumque Altaria vel decimas ab annis triginta & ſupra ſub hujuſmodi redemptione Monaſterium veſtrum poſſediſſe cognoſcitur, quietè deinceps & ſine moleſtiâ quâlibet vobis veſtriſque ſucceſſoribus poſſidenda firmamus ; ſalvo utique Epiſcoporum cenſu annuo quem ex eis hactenus habuerunt. Eccleſiam videlicet de Stenkerca in Taruanenſi Parochiâ, Eccleſiam de Gueninga, Eccleſiam de Broburgh, cùm Capellis ſuis, Eccleſiam ſanctæ Margaretæ, ſancti Joannis, ſancti Martini, Eccleſiam de Pitarneſſe, de Longaneſſa, de Giſnes ; de * Poparingehem cùm ipſâ villâ, de Areas, de Arbella, de Coiea, de Helein, de Gueſerna, de Aquina, de Boſrichem, de Scalas, de Hunelâ, cùm villis earum ; Eccleſiam de Turboteshem.

* Poperinga Præpoſitura Miræus pag. 1333.

In Noviomenſi Parochiâ Eccleſiam de Calmunt ; in Tornacenſi Eccleſiam de *Rukeshem*, de *Hetlingehem*, de Huminkehem, de *Gueſſkercke*, & decimam *Clemeskercke*.

Roxem Ettelghem, Wellkerck Clemskercke in Diœc. Brugenſi.

In Colonienſi Parochia Eccleſiam de Frekena, de Guildeſdorp.

In Beluacenſi terram Huboiſin dictam, cùm omnibus pertinentiis earum, ſeu appenditiis earum.

Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat veſtrum Cœnobium temerè perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ canonicâ Epiſcopi Morinenſis reverentiâ.

Obeunte te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutiâ proponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & Beati Benedicti Regulam elegerint. Vos igitur filii in

Chriſto dilecti, Dei ſemper timorem & amorem in cordibus veſtris habere ſatagite, ut quantò à ſecularibus tumultibus liberiores eſtis, tanto amplius placere Deo totius mentis & animæ virtutibus anheletis.

Si qua ſanè in craſtinum Eccleſiaſtica ſeculariſve Perſona hujus Privilegii paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis ioveniant. Amen.

Datum Turonis per manum Joannis Stæ. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis IX kal. Aprilis Indict. IV. anno dominicæ Incarnationis M.XC.VI. Pontificatûs autem Domini Urbani ſecundi Papæ VII.

CAPUT XXII.

Idem Papa confirmat anno 1096 poſſeſſiones Abbatiæ de Aubechies in Diœceſi Cameratenſi conceſſas, quæ dein anno 1118 per Burchardum Cameracenſem Epiſcopum unita fuit Abbatiæ S. Giſleni in Hannonia.

Ex Chartario Giſleniano.

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Rogerio Abbati Monaſterii quod ſitum eſt in Parochia Cameracenſi, in inſula quæ dicitur Abbecias, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Officii noſtri nos hortatur auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſolicitos eſſe, & quæ recte ſtatuta ſunt ſtabilire.

Quamobrem cariſſime fili Rogeri, tuis petitionibus apoſtolicæ benignitatis aures inclinantes, Monaſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, cui Deo auctore præſides, præſentis Decreti auctoritate munimus, & quæcumque bona venerabilis Confrater noſter Gerardus Cameracenſis Epiſcopus, cujus nimirum donatione locus ipſe inſtitutus eſſe cognoſcitur, præfato Monaſterio contulit: quæcumque præterea quilibet fideles de ſuo jure conceſſerunt, vel in futurum ſancti Spiritûs inſpiratione conceſſerint, integra ſemper & illibata manere Apoſtolicâ Auctoritate ſancimus.

Decrevimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat eumdem locum temere perturbare, vel ejus poſſeſſiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura.

Quiſquis autem locum ipſum pro divini timoris reverentia vel rebus ſuis ditare, protegere, vel pro ſua facultate exaltare ſtuduerit, omnipotentis Dei miſericordiam & Apoſtolorum ejus gratiam conſequatur.

Qui vero contra hujus noſtri Decreti tenorem pertinaciter agere tentaverit, ſancti Spiritûs gladio plectatur.

Datum apud Clarum-montem Arveniæ, per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis, III. calendas Decembris indictione III. anno Dom. Incarnationis MXCVI. Pontificatûs autem Domni Urbani ſecundi Papæ anno VIII. * f. IV.

CAPUT XXIII.

Lambertus Epiſcopus Atrebatenſis confirmat Abbatiæ S. Vedaſti Ord. S. Ben. omnia ſua Altaria, ſtatuitque mutuam Confraternitatem inter ſuam Cathedralem & Vedaſtinam Eccleſias anno 1098.

Ex Archivis Abbatiæ.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti unius veri ac ſummi Dei. Amen. Cùm inter cetera præceptorum Chriſtianæ Religionis ſummopere commendetur ramus uterque caritatis, Dei videlicet amor & proximi, niſi proximum erigamus, & jumento ſalutis circumferamus ad exemplum illius Samaritani, non promerebimur gratiam hujus ſanctæ dilectionis.

Meritò ſiquidem caritas debet amplecti, quam divina providentia tantopere commendare ſtuduit.

Hæc namque per legem, per prophetas mundo priùs innotuit. Quam ut altiùs Dei filius commendaret, io tempore gratiæ viſibilis apparens in ſole tabernaculum ſuum poſuit.

Et quoniam caritas ait, *Omni petenti te*, & ad viſcera caritatis ſemper carent inopia, nos

oportet elaborare petentibus hilariter administrare, prout ratio dictabit & æquitas.

Quare ego Lambertus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus ſæpe & multùm imploratus, ſatisfacere volui dulciſſimis precibus Domni Aloldi venerabilis Abbatis Atrebatenſis Cœnobii de titulo glorioſi confeſſoris Chriſti Vedaſti, ceterorumque Fratrum ejuſdem Eccleſiæ, ut Altaria quæ perſonaliter tenuerant firmaremus liberaliter, poſſidenda prædictæ Congregationi.

Unde cum fidelibus noſtris communicato conſilio, tibi, Reverentiſſime Frater & Fili Abba Alolde, tuiſque legitimis Succeſſoribus pro peccatorum noſtrorum redemptione, ſine aliqua turpis lucri exactione, ipſa Altaria non ſolùm concedimus, verùm etiam quâ præſidemus Auctoritate liberaliter in perpetuum ea confirmamus; eâ tamen conditione, ut defunctis Presbyteris illorum locorum, alii idonei ab Abbate ad Epiſcopum deducantur, eiſque cura animarum ab Epiſcopo gratis impendatur; Salvo in omnibus jure Atrebatenſis Epiſcopi & redditibus ejus & Archidiaconi miniſtrorumque ejus.

Præterea promittente nobis & profitente Abbate, ſicut primogenito filio noſtro, in privatis & publicis negotiis Eccleſiæ noſtræ & in Capitulo & extra fideliter & obedienter ſe deſerviturum, ſi vocetur ab Eccleſia.

Hæc autem ſunt nominatim Altaria, Salgi, Florbais, Laventies, Felcy, Vi, Contehan, Remchendencourt, Aſceel, Hadas, Mons, Novilelle, Pabule, Baſiliere, Bomvillers, Guarluſe, Fiſcau, Bairy, Fontenellis, Ateias, Gaurerle, Fuſcariis, Bertricurt, Bigartu, Hambleng, Fraſne, Noveville, Iſer, Tenluz, Moſlancs, Ymercurt.

Si quis autem poſt hanc noſtram definitionem manu ſacrilegâ, cui Deo diſponente annuimus auferre, vel pecuniam exigere præſumpſerit, dator & acceptor cum Symone hæretico anathema ſit.

Cujus rei gratiâ pignus hoc caritatis nobis recompenſandum reduci volumus ad memoriam, quatenus audito obitu noſtro, exequias & triceſimum noſtrum & Anniverſarium tam præſentes Fratres & Abbates eorum perpetualiter celebrare procurent.

Et quoniam ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur; rogamus te, dilectiſſime Fili & venerabilis Abba, & omnes Succeſſores tuos in eo quo es loco & ordine futuros Abbates, quatenus in caritate Spiritûs Sancti, in quo eſt remiſſio omnium peccatorum, quod nobis ſtatuimus fieri, hoc idem fiat ſucceſſoribus noſtris in Atrebatenſi Sede futuris Epiſcopis.

Sanè quoniam in deterius defluunt tempora, nec actiones humanæ poſſunt memorari niſi per litteras, hoc libertatis donativum conſignari libuit præſente Paginâ.

Quod ut inconvulſum & ſine refractatione permaneat, in augmentum firmitatis Teſtium ſubſcripſimus nomina.

S. Domni Claremboldi Atrebatenſis Archidiaconi.

S. Domni Jobannis Abbatis de Monte ſancti Eligii.

S. Domni Alberti Abbatis Haſnonienſis.

S. Domni Hamerici Abbatis Aquicinenſis.

S. Domni Rayneri Abbatis de Cameraco.

S. Domni Gaufridi Abbatis de Novo Caſtello.

S. Domni Adam Abbatis de ſancto Auberto.

S. Domni Odonis ſanctæ Mariæ Præpoſiti.

S. Domni Guibertl Decani.

S. Anaſtaſi Cantoris.

S. Roberti Magiſtri.

S. Gualteri Cuſtodis.

S. Maſcelini Archipresbyteri.

S. Johannis Decani d'Aginville.

S. Radulfi Decani.

S. Ateonis Decani de Bethunia.

S. Guarneri Decani.

S. Balduini Decani de Bapalmis.

S. Guagonis Decani.

S. Johannis de Duaco.

S. Gualteri Decani PP.

S. Arnulfi de Lens PP.

S. Barnardi.

S. Domni Cononis de Arida-Gamantia,(1) de titulo ſanctæ Trinitatis.

S. Domni Achardi.

S. Domni Drogonis.

Ego (2) Lambertus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus hoc libertatis donativum relegi, ſubſcripſi † & in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti propriâ manu confirmavi.

Actum Atrebati in Synodo in Baſilica beatæ Mariæ ſemper Virginis Dominæ noſtræ, anno Dei Chriſti M.XC.VIII. Indictione VI. III. Idus Octobris, anno autem Pontificatûs Domni Lamberti Atrebatenſis Epiſcopi quinto.

(1) ARIDA-GAMANTIA, hodie dicitur Aroaſia, Abbatia Canonicorum Regular. in Diœceſi Atrebatenſi.

(2) LAMBERTUS, primus hic fuit Atrebatenſium Epiſcopus proprius, anno 1093. Romæ per Urbanum II. Pont. conſecratus, dum Epiſcopatum hunc à Cameracenſi, cui per ſæcula plura unitus fuerat, Authoritate Apoſtolicâ ſeparavit. Eâ de re vide Miræi Diplomata & Notas, pag. 76. & 271. Item ſpicilegium Domni Lucæ d'Achery.

CAPUT XXIV.

Paſſchalis II. Pontifex confirmat donationes factas Abbatiæ S. Auberti Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſt. Cameraci, anno 1104.

Ex Abbat. S. Auberti.

PAſchalis Servos Servorum Dei, dilecto Filio Adæ Eccleſiæ S. Auberti Abbati, & ejus Fratribus io eadem Eccleſia Canooicis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad audientiam Apoſtolatûs noſtri pervenit quod oobilis vir Gerardus de S. Auberto Miles conſentientibus Fratribus ſuis Hugone de Bellomonte, & Anſelmo de Lieven etiam Militibus, ob reverentiam decreti ſuper decimis quæ á Laicis deteotæ ſunt, promulgati, Decimam qoandam ad Eccleſiam veſtram de Iwrio pertinentem vobis per manum Dioceſaoi Epiſcopi, pacificè reſignavit, quam reſigoatiooem gratam tiobis, acceptamque tenentes, eam ratam eſſe decernimus, &c.

Scriptum per manum Johannis Scriniarii Regionarii, & Notarii Sacri Palatii.

Datum Laterani per manum Johannis S.R. Ecc. Diacopi Cardinalis, Kal. Apr. Ind. xr. Inc. Dominicæ An. M.C.IV. Pootific. Domni Paſchalis II. Papæ tv

† Ego Paſchalis Cathol. Eccl. Epiſcopus.

CAPUT XXV.

Idem Papa confirmat anno 1106. *Fundationes factas in Eccleſia Collegiata S. Walburgis Furnenſis, per Gertrudem Flandriæ Comitiſſam.*

Ex Actis Capituli.

PAſchalis Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto Filio Heriberto Præpoſito ſanctæ Walburgis Eccleſiæ quæ in Furnenſi Municipio ſita eſt, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Cum a perſonis ſæcularibus ea petuntur, ad quæ noſtris ſunt eobortationibus impellendæ, benigniori debemus facilitate præſtare.

Id-circo tllnſtris Femioæ Gertrudis Flandrenſis Comitiſſæ petitionem benignè ſuſcepimus, & facilius Deo largicote conceſſimus. Veſtram omoium Eccleſiam per præſentis Decreti Paginam, S. Sedis Authoritate muoimus, & devotioois ejus munera, quæ illuſtri Filio Roberto Comite concedente præſtitit, eidem Eccleſiæ in perpetuum coofirmamus: videlicet ad Præbendas dictorum Fratrum octoginta menſuras terræ, ex quibus viginti libræ annis ſingulis perſolvuntur.

Ap Eccleſiæ vero reſtitotionem & ad Beneficium Scbolarum Berquarias duas. Præterea quæcumque bona ſive in terrarum dominio, ſeu in decimarum reditu apud Parochias tres, id eſt Binaburgh, Butanburgh, & Wulpam, quas ſupra dicta S. Walburgis Eccleſia poſſeſſione legitimâ obtinere cognoſcitur. Et ſi impoſterum ejuſdem Eccleſiæ Parochias incremento terræ adaugeri contigerit, firmæ Vobis exinde Decimæ & illibatæ permaneant.

Si qua ſane Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, cootra eam temerè venire tentaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate carcat, reamque ſe divioo jodicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

† Ego Paſſchalis Catbolicæ Eccleſiæ Epiſcopua.

Datum Laterani per manum Joannis S. R. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii anno Dominicæ Incarnationis M. C. II. Pontificatûs autem Domini Paſſchalis Papæ anno ſexto.

CAPUT XXVI.

Paſſchalis II. Pont. Altaria atque poſſeſſiones Abbatiæ S. Bertini Ord. S. Ben. Audomaropoli recenſet ac confirmat, anno 1107.

Ex Archivis Abbatiæ.

PAſſchalis Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio L. Sithienſi Abbati venerabilis Monaſterii ſancti Bertini, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Ad hoc nos diſponente Domioo in Apoſtolicæ ſedis ſervitium promotos agnoſcimus, ut ejus filiis auxilium implorantibus efficaciter ſubveoire & ei obedientes tueri ac protegere prout Domiuus dedit, debeamus.

Unde

Unde oportet Viris venerabilibus manum protectionis extendere & Servorum Dei quieti attentiùs providere. Igitur pro Beati Bertini Confessoris reverentia, Sithiense Monasterium cui Deo auctore præsides, quod videlicet idem Beatus Bertinus in honore Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli fundasse cognoscitur, & omnia ad ipsum pertinentia, sub tutelam Apostolicæ Sedis excipimus; & a cura ejusdem Monasterio quam fratres Monachi Cluniacenses per Fratrem nostrum Joannem Taruanensem Episcopum seu per Rodbertum Comitem Flandriæ seu per te, Capitulo tuo & Taruanensi inconsulto (quod nullatenus fieri debuit) sibi dicunt esse concessam; (1) Nos communicato consilio cum Fratribus nostris Episcopis & Cardinalibus super his quæ præsentis Decreti confirmatione statuta sunt; ipsos Apostolicâ Autoritate absolvimus. Et sicut coram nobis judicatum est, præfatum Monasterium & Abbatem loci in antiquo suæ libertatis & immunitatis genio continuè permanere decernimus.

Universa igitur ad ipsum legitimè pertinentia, Nos isrgiente Domino tibi tuisque successoribus Decreti præsentis assertione firmamus. Scilicet Ecclesiam S. Margaretæ, Ecclesiam S Joannis, S. Martini, Ecclesiam de Herbela, Ecclesiam de Petroniſſe, Ecclesiam de Torbotesehem, à retroactis temporibus ab omni te piscopali redditu liberas.

Co firmamus etiam vobis Ecclesiam de Broburg cùm Capellis suis.

Ecclesiam de Gueninga & de Lo.

Ecclesiam de Arehas cùm eadem villa.

Ecclesiam de Poperringahem cùm eadem villa.

Ecclesiam de Steenkerka.

Ecclesiam de Coverinkebem cùm villis earum.

Villam de Aldemborth & de Ostresela & de Rokerstorp.

Allodium quod Claremboldus dedit in villâ Lustringhehem.

Ecclesiam de Kocla & Ecclesiam de Helem cùm villis earum, & pontem Ecclesiæ de Walnas, Ecclesiam de Lacanes & Aquina, Ecclesiam de Humela cùm eâdem villa, Altare de Merchem, quod venerabilis Joannes Episcopus vobis concessit.

In Noviomensi Parrochia Canetectim.

Rozem. Etleghem. Westkerke. Clemesberche. In Tornacensi Ecclesiam de *Rokesbem*, Ecclesiam de *Hetlingebem*, de *Westkerke* & decimam de *Clemeskerke*.

In Colonensi Parrochia Ecclesiam de Frekene, Ecclasiam de Gilderstorp cum appenditiis earum. Ex quibus præcipimus, ut nulla per Episcopos vel eorum Ministros exactio quibuslibet accessionibus exigatur; salvis Episcoporum annuis reditibus.

Ecclesiam quoque de *Coclers*, quam Baldricus Tornacensis Ecclesiæ Episcopus tibi tuisque successoribus ordinandam, unà cùm Altari de Rusletba omni exactione liberam tribuit, præter decem solidos denariorum, qui singulis annis de Rusletba Episcopo persoluuntur. Vulgo Kekelaere. Vide Miræum pag. 1228.

Porrò Abbatis subrogationem penes Monasterium sancti Silvini apud Alciacum juxta præteriti temporis morem in vestrâ semper concedimus dispositione persistere. Si quando vero, quod absit, vestræ Diœcesis Episcopum vel Catholicum non esse, vel Apostolicæ Sedis gratiam & communionem non habere contigerit, Fratres vestros Ordinationis gratiâ ad Catholicum Episcopum transire permittimus, & in communi Parroehiæ interdicto clausis ostiis secretè divina officia celebrare. De Abbatia Alciacenti, vide Miræum.

Deinde totum illud atrii spacium quod ab omni Basilicæ vestræ parte usque ad medium Agnionis fluvii cursim ioterjacet, nos Ecclesiæ vestræ præsenti Decreto firmamus, cùm piscariis Mera & Grahat, Mardic, & Stranguer & Langba & terris adjacentibus cultis sive incultis, prout priscis temporibus possedistis.

Nemini verò facultas sit idem Cœnobium temerè perturbare aut quæcumque ipsius sunt vel fuerint, quibuslibet occasionibus auferre: sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ Constitutionis Paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiòve commonita, si non satisfactione congruâ emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Cœnobio justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Paschalis Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Datum Laterani per manum Johannis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Bibliotbecarii, octavo Kalendas Junii, Indictione decimâ quintâ, anno Dominicæ Incarnationis M. C. VII. Pontificatûs autem Domini Paschalis secundi PP. IX. 1107.

(1) Anno 1106. Robertus Comes Flandriæ Abbatiam S. Bertini Audomaropoli submiserat curæ spirituali Abbatis Cluniacensis in Galliâ; quod ipsum confirmaverunt anno 1112. Balduinus & Clementia Comites Flandriæ: ut patet ex Diplomatibus editis inter Diplomata Mirræi pag. 1150. & 1153. Quæ Concessio hic per Paschalem II. Pont. improbatur.

CAPUT XXVII.

Godefridus I. Lotharingiæ Dux Abbatiæ Affligemienſi Ord. S. Ben. in Brabantia, confirmat varia bona in Parochia de Zellick, juxta Bruxellam anno 1107.

Ex Butkens Troph. Brab.

IN Nomioe Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Godefridus Dux & Marchio Lotharingiæ, Comes Lovanii, Notum fieri cupio tam præſentibus, quàm futuris, qualiter Rodulphus de Dongelbergis, eùm inſpirante Deo ſæculi actibus renuntiare decreviſſet, quidquid apud Sellekam in terris, aquis, paſcuis, ſilvis, molendinorum vel piſcaturæ locis habebat, ob remedium animæ ſuæ & parentum ſuorum Haffligenienſi Eccleſiæ contulerit, &c.

Vulgo Zellick.

Quæ videlicet omnia cùm mihi coram magna hominum meorum liberorum & ſervorum multitudine ad opus Eccleſiæ in manus reddidiſſet, & tam ipſe quàm filii ejus, Henricus ſcilicet & Wilhelmus, à ſe & à poſteris ſolitâ manumiſſione alienaſſent;

Ego tanquam Patriæ Dominus & ſingularis præfati Cœnobii Advocatus, Dei ſervis liberè perpetuò poſſidenda delegavi, &c. Scripto, uti ſunt geſta, mandari præcepimus, ſigilli noſtri impreſſione, ac idoneorum Teſtium ſubnotatione roboravimus.

Teſtes, Arnulphus Comes de Loz.
Walterus de Grimbergis.
Walterus Rodeſtoc.
Henricus de Byrbais.
Anthonius filius Stepponis de Bruceſella.
Ricaldus de Wankets,
Gerardus de Landinis.
Franco Caſtellanus.
Arnulphus Dapifer.
Reinerus de Tieldunch.
Franco de Scluſa.
Wilelmus & Franco de Grimme.
Walterus de Gieſt.
Franco de Lair.
Reinerus Frater ejus.

Acta ſunt hæc anno Domioicæ Incarnationis M. C. V I I. Indictione XV.

CAPUT XXVIII.

Paſchalis II. Papa confirmat Altaria & Poſſeſſiones Præpoſituræ S. Donatiani Brugis anno 1110, *quæ dignitas nunc unita eſt Epiſcopatui Brugenſi.*

Ex Archivis Eccl. Brug.

PAſchalis Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto in Chriſto Filio Bertulfo, ſancti Donatiani Brugenſis Præpoſito, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, in perpetuum. Officii noſtri nos hortatur Auctoritas pro Eccleſiarum Statu ſolicitos eſſe, & quæ rectè Statuta ſunt ſtabilire. Quam ob rem Nos petitionibus tuis clementer annuimus, & quæ temporibus noſtris ad veſtræ Congregatioois ſtipendium tradita ſunt, vel quæ etiam ante noſtra temoora à Confratribus noſtris Epiſcopis conceſſa noſcuntur, Vobis veſtriſque ſucceſſoribus, quieta manere ſancimus; Altare ſcilicet de Sancta Cruce, Altare de Sancto Michaële, & Altaria de Orſcamp, de Ridervorde, de Wara, de Eſna, de Dicaſmuda, de Clarc, de Wideſcate, de Kemla, de Dudezela, de Utkerka, de Clemskerka, de Artrika, & de Lophem.

Decernimus itaque, ut nemini liceat, vel hæc vel alia, quæ ad veſtræ Congregationis uſos per Dei gratism data vel danda ſunt, minuere, vel ſubtrahere, vel modis quibuſlibet alienare: ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione, conceſſa ſunt, uſibus omnimodis proſutura. Si quis autem, quod abſit, huic noſtrò Decretò temerariè contraire temptaverit, honoris & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, niſi præſumptionem ſuam dignâ ſatisfactione correxerit.

Datum Laterani per manum Johannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ac Bibliotecarii, XVII. Kalend. Novembris, Indictione IV. Incarnationis Dominicæ Anno M.C.X. Pontificatûs autem Domini Paſchalis II. PP. Anno XII.

CAPUT XXIX.

Lambertus Atrebatenſis Epiſcopus concedit Abbatiæ S. Petri in Monte Blandinio juxta Gandavum Ord. S. Ben: Altare de Harnes in Diœc. Atrebatenſi, anno XXIIO ; *quem Pagum in hodiernum uſque diem Titulo Comitatûs poſſidet.*

Ex Archivis Epiſcop. Atrebat.

IN Nomine unius veri ac ſummi Dei, Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen. Ego Lambertus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus, pro humilitatis tuæ petitione & Blandinienſis Monaſterii fratrum dilectione, honorabilis in Chriſto Abba Ansbolde, ſalvo in omnibus jure Atrebatenſis Epiſcopi & redditibus ejus, contradimus tibi & per te & pro te omnibus in quo nunc loco & ordine præeſſe dignoſceris futuris per Dei ordinationem Abbatibus Altare de Harnes & ejus appenditiam Capellam, nomine Alnay, abſque omni venalitate ſeu cujuſlibet turpis lucri actione deinceps in libertate ſpiritûs poſſidendum.

Adicimus etiam, ut & veſtra veſtrorumque ſuccedentium Abbatum providentia idoneum Presbyterum Atrebatenſi Epiſcopo præſentet, cui profeſſionem de honeſtate vitæ ſuæ & caſtimonia, ſicut canonicum eſt, faciat, atque obedientiam promittat, ac deinde curam de manu Epiſcopi in prædicta Eccleſia de Harnes in populo Dei gerendam gratis accipiat.

Abbas autem de ſancto Petro Blandinienſis Cœnobii, vos videlicet, Reverende in Chriſto Frater Ansbolde, & Succeſſores veſtri Abbates, Atrebatenſi Synodo intereſſe non negligant, niſi cum licentia Epiſcopi relaxati fuerint aut Archidiaconi ejus, ſi vices Pontificis evequendo Synodum tenuerit.

Ut autem hujus noſtræ conſtitutionis ſcriptum ſtabile & inconvulſum permaneat, fideles teſtes Fratres noſtros annotare procuravimus.

Claremboldus Arrebatenſis Archidiaconus.
Herbertus Morinenſis Archidiaconus.
Alboldus Abbas de Formoſella.
Odo Præpoſitus.
Robertus Præpoſitus de Inſula.
Rogerus Diaconus.
Lambertus Tornanenſis Diaconus,
Guido Subdiaconus.
Robertus Magiſter.
Robertus Filius Hermenfridi.
Petrus Acolythus.
Hubardus Lector.
Balduinus Decanus de Batpalmis.
Simon Frater ejus.

Ego Lambertus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus hoc libertatis donativum relegi, ſubſcripſi † & in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti propria manu confirmavi.

Actum Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XVIII. Idus Aprilis, Indictione III. Anno verò Pontificatûs Domni Lamberti Epiſcopi XV.

CAPUT XXX.

Idem Lambertus Epiſcopus fundat in Diœceſi ſua Atrebatenſi Prioratum de Ambrine Ord. S. Bened. IIII, *eumque tradit Monachis Benedictinis Abbatiæ SS. Trinitatis ſive Stæ. Catharinæ de Monte Rothomagi. Sequuntur litteræ gratiarum actionis Gualtheri Abbatis Monaſterii præfati.*

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti unius veri ac ſummi Dei. Ego Lambertus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus, honorande in Chriſto Abba Gualtere, concedimus tibi Eccleſiam noſtræ Diœceſis nomine Ambriſne, ſalvo in omnibus jure Atrebatenſis Epiſcopi & reditibus ejus, & conſuetudinibus Archidiaconi Miniſtrorumque ejus.

Provocamur enim pro veſtra & loci veſtri honeſta converſatione, tum etiam quorumdam Fratrum noſtrorum interventione, dare vobis Altare & prædictam Eccleſiam noſtram; & per Vos omnibus qui in eo quo nunc loco & ordine præeſſe noſcimini, ſucceſſoribuſque veſtris Abbatibus per gratiam Dei ordinandis & conſtituendis concedimus.

Et quia de Metropoli alienæ Provinciæ, ſcilicet Rothomagenſi, Vos & Monaſterium veſtrum eſtis, conſtituendo conſtituimus, ſicut in Chalcedonenſi Concilio

legitur confirmatum, & in Claromontenſi Concilio à dignæ memoriæ venerabili Papa Urbano II. eſt renovatum, quatenus Monachus ille quem apud Ambriſmam Priorem eſſe volueritis, mihi futuriſque Eccleſiæ Atrebatenſis Pontificibus, quantùm ad noſtram Diœceſim pertinet, obedientiam canonicam & promittat & exhibeat.

Adicimus etiam, ut Ptovidentia veſtra & Ptioris Ambriſnenſis idoneum Presbyterum Atrebatenſi Epiſcopo in populo Ambriſnenſi conſtituendum præſentet, qui & prædicto Epiſcopo de honeſtate vitæ & caſtimonia ſua profeſſionem faciat, & obedientiam, ſicut canonicum eſt, promittat, & ſic curam populi Dei gerendam de manu Epiſcopi gratis accipiat. Præterea, quia perſonam veſtram Synodo noſtræ intereſſe gravaret, Prior Ambriſnenſis Synodo Atrebatenſi intereſſe non negligat, & Cathedraticos & Synodales reditus Epiſcopo Miniſtriſque ejus, ſicut de Matrice Eccleſia, hilariter ſolvere procuret. Ut ergo hujus noſtræ Paginæ ſcriptum inconvulſum & ſtabile permaneat, ad hoc corroborandum fideles & idoneos teſtes Fratres noſtros ſubnotare procuravimus.

S. Claremboldi Atrebatenſis Archidiaconi.
S. Roberti Oſtrevandenſis Archidiaconi.
S. Drogonis Decani.
S. Odonis Præpoſiti.
S. Anaſtaſii Cantoris.
S. Roberti Magiſtri.
SS. Canonicorum Rogeri, Balduini, Presbyterorum.
Rogeri, Petri, Diaconorum.
Hilvini, Subdiaconi.
Sagualonis & Lamberti, Acolythorum.
SS. Plebalium Decanorum; Maſcelini,
Radulfi,
Gerardi.
Presbyterorum, Albertii
Ebrulfi.
Guenemari.
Johannis.
Tetboldi.

Ego Lambertus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus, hujus noſtræ Paginæ ſcriptum relegi, ſubſcripſi, & in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti propriâ manu confirmavi.

Actum Atrebati anno Dei Chriſti M. C. XI. Indictione IV. VIII. Kalend. Novembris, Pontificatûs autem Domni Lamberti Atrebatenſis Epiſcopi anno XVII.

DOmino & Patri Reverendo ſanctæ Atrebatenſis Eccleſiæ Dei gratiâ Epiſcopo, Frater Wa. Servus Servorum, Sanctæ Trinitatis Rothomagi, & ſibi commiſſi Fratres ſalutem & debitæ ſubjectionis obſequium. Gratias, Domine, veſtræ dignitatis excellentiæ reverenter exhibemus, qui veſtræ dilectionis benignitatem erga nos in tantum extendiſtis, ut etiam poſt munus nobis veſtrâ gratiâ impenſum ipſam comprobaretis, & licèt alterius Provinciæ nos ſimus, tamen conceſsâ nobis Ambriſnenſi Eccleſiâ, veſtros Parrochiales eſſe voluiſtis. Quapropter piæ devotionis affectum devotè vobis offerimus, & nos & omnia noſtra veſtræ juſſioni ſubicimus.

Tantum etiam pro vobis nos acturos libenter promittimus, quantum pro Domno Abbate defuncto paternæ dignitatis & jus & conſuetudo exigit. Pro Dominis etiam noſtris, Canonicis veſtris quantum pro Fratribus noſtris, in omnibus agere decrevimus. Iſtum autem Fratrem noſtrum R. ipſi Ambriſnenſi loco præfecimus, cui ut veſtræ dignitati debitam obedientiam exhibeat, præcipimus. Sed & nos omnes tanquam Patri & Domino cùm omni ſubjectione vobis obedire cupimus.

* Abbatia SS. Trinitatis Rothomagi diruta fuit ſeculo XVI. vigentibus bellis civilibus, & tranſlata in Prioratum S. Juliani Aulæ Puellarum propè Rothomagum, à Prioratu B. Mariæ Rothomagenſis tunc dependentem: cujus loci ædificia & ſepta jure commutationis ad Monachos S. Catharinæ tranſierunt. Abbatialis autem dignitas ejuſdem Monaſterii, pertinet nunc jure unionis ad Carthuſiam S. Mariæ Bonæ ſpei propè Gallionem. Menſa verò Conventualis ejus poſſidetur hodie per Carthuſianos Rothomagenſes.

CAPUT XXXI.

Obertus Leodienſis Epiſcopus confirmat anno IIII. *Abbati S. Laurentii Leodii Patronatum, ſeu jus conferendi Præbendas in Eccleſia S. Petri de Aincuria; cujus Capitulum dein tranſlatum eſt ad Eccleſiam S. Jacobi Lovanii.*

Vide ſupra aliud Diploma Henrici Epiſc. pag. 17.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, præſentibus & futuris approbandum Teſtimonium veritatis.

Sicut ſeras portarum ſanctæ Eccleſiæ quas Dominus ſemel ſuâ confortavit benedictione, ptophanari ulterius vel excidi fas non eſt; ſic omne quod per eas legitimo ordine ſemel admiſſum vel remiſſum eſt, caſſari vel immutari illicitum eſt.

Unde ego Obertus gratiâ Dei libertatem Eccleſiæ S. Petri de Aincourt, ſedens in portis hujus Eccleſiæ Leod. id eſt in generali Conventu Archidiaconorum, & omnium quorum per ora manuſque quæcumque rata eſſe

eſſe cupimus, in ſtatum perpetuum transſigenda ſunt .... definivi, & præſenti ſcriptn cum ſigilli mei Atteſtatione confirmavi; videlicet ut ſit libera ab omni obſonio, vel circatura, cunctoque ejuſmodi ſervitio, ut deinceps ſoli Prælato ſuo, ſcilicet Abbati S. Laurentii, canonico more de omnibus reſpondeat, ſine dubio, parte quoque Anſelmi liberi hominis nullatenus exceptâ.

Nam cunctis laudantibus, imo & poſtulantibus atque judicantibus, Præpoſitus Fredericus, idemque ejus loci Archidiaconus, omnino quidquid in ea juris habebat in mea (mano) repoſuit, ut è cunctis illam abſolverem propriæ ditioni S. Laurentii.

Et ego de meo quoque jure cedens, ex integro liberam canonicâ libertate conſtitui, ut de cætern illis nemo moleſtus ſit. Quia videlicet cum ſint Clerici Canonicæ profeſſionis, proprium habent Prælatum, extra ipſum oulli reſpooſuri ſunt ſive de corporali ſtipendio ſuo, ſive de ſpirituali animarum ſuarum negotio. Presbyter ſolus, quemcumque ipſi Parochiæ dederiot, ut per legitimum intret oſtium, adducetur per ipſos ad Archidiaconum, & de manu ejus accipiet ſpiritualis curæ donum & bravium, & Præpoſitus illi in ſuo conſilio ſolummodo de ipſa cura animarum populárium.

Supple providebit.

Et in perpetuum ejuſdem libertatis teſtimonium, illud quoque ſervabitur eis, quod chriſma & oleum accipiant de manu Eſpiſcopi, id eſt à Cuſtode S. Lamberti.

Ratum itaque hoc ac inconvulſum permanere hinc uſque in generationes omnes, agentium Auctoritas jure compellit: immo ipſe Chriſtus quo præſidente vel mediante actum eſt, ſicut ipſe ait: ubi duo vel tres congregati ſunt in nomioe meo, ibi ſum in medin eorum: Chriſtus inqoam qui opera manuum noſtrarum præveniens pariter & ſubſequens dirigit ſuper nos hoc, quod per nos digoè ad hooorem ipſius factum eſt.

Actum an. Dom. Incarnat. M. C. XII. Ind. V, imperaote Henrico V. anno regni ejus ſexto, Epiſcopatûs autem ooſtri vigeſimo primo.

Teſtes idonei, qui præſentibus interfuere ſunt hi, ꝗoorum, mortuorum quoque nomina, non ſolum monùmento ſed & ſplendori eruot huic Atteſtationi.

Fredericus S. Lamberti Præpoſitus, item que ut jam dictum eſt ſupra, memorati loci Archidiaconus.

Heoricus Decanus pariter & Archidiaconus.

Henricus nepos ejus, Archidiaconus & Foſſenſis Præpoſitus.

Adelmannus Archidiac...

Alexander Archidiac. & Cuſtos S. Lamberti Præpoſitus S. Bartholomæi.

Aodteas Archidiac. & Præpoſitus ſancti Petri.

Lambertus, S. Martioi Præpoſitus.

Hezelinus Præpoſitus S. Crucis.

Heisfridus, S. Johannis. (*ut puto, Præpoſitus.*)

Stephanus Scholaſticus.

Albertus.

Nicolaus.

Enno.

Reimbaldus.

Willelmus & alii.

De Nobilibus autem Vitis, Godefridus Comes Namurcenſis.

Arnulphus Comes Loſſenſis.

Ghiſelbertus Comes de Duraſſe.

Lambertus Comes de Monte-acuto.

Reinerus Advocatus & filius ejus Rogerus.

Lambertus de Diepenberg.

Reimbaldus de Sifferim.

Boſo de Barche, & alii.

De Familia qunque Epiſcopi,

Theodericus de Ponte.

Lambertus Camarbarche, & alii multi....

S. Berengeri Abbatis S. Laurentii, cujus in manu donum prædictæ Libertatis poſui, cum parte, ut prædictum eſt, Anſelmi & Rodulphi.

CAPUT XXXII.

Vulgo, à la Hache.

Balduinus, cognomento Securis, Comes Flandriæ anno 1114. *confirmat inſtitutionem trium Præbendarum in Eccleſia Collegiata Furnenſi, per Aviam ſuam Comitiſſam Flandriæ.*

Ex Cartulario Furnenſi.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Balduinus Dei gratiâ Flandreoſium Comes, Comitis Roberti Jonioris filius: quæ ſanctæ Matris Eccleſiæ beneficia ſunt, ipſi ut filius prorſus recognoſcens atque am, lificans, centum jugera terræ apud Polinghova, videlicet LXXVI. menſuras terræ de Berquaria Menigeri, & XXIV. de Berquaria Reingeri, XXX. quoque & ſex de Berquaria Sigeri, quæ Avia mea Gertrudis in Præbendas trium Clericorum ſuorum, videlicet Rogeri, Wulfuri, Idesbaldi, Furnenſi Eccleſiæ contulit, Ego quoque ſicut in Præſcriptis & Privilegiis ipſius Eccleſiæ diſtincta ſunt, confirmavi, propriâque manu jure perpetuo tenenda donavi.

Præter hæc, XII. menſuras terræ apud Polinghova de Berquaria Reingeri, ad lumen præfatæ Eccleſiæ conceſſi. Ad hæc Beneficia

duarum Præbendarum, Waltheri videlicet atque Deſiderii, terram quoque de Berquaria Hagaberni, novem libras ſingulis annis perſolventem, quam videlicet terram pro eâ quæ eſt apud Sandeshoven, eadem Comitiſſa præfatæ Eccleſiæ reſtituit, ad Refectorium Fratrum & lumen Eccleſiæ deputatam, etiam libram unam de lardario meo à majoribus meis ad piſces Fratrum conſtitutam.

Præterea quidquid in terris ſive in decimis præfata tenoiſſe cognoſcitur Eccleſia, cunctaque ei inpoſterum accreſcentia, quantum ad me attinet, contradidi.

Decimam quoque trium Parochiarum Binaburg, & Botamborg & Wulpam, ſicut mos eſt omnium ritè credentium divinæque legi obedientium, ad divinos uſus dari amodo conſtituimus. Contradicentes vero & tam juſtæ Sanctioni reſiſtentes noſtrâ poteſtate ubicumque opus fuerit cogendos collaudamus, & collaudantes decernimus.

Ut autem hæc noſtra Conſtitutio rata atque inconvulſa permaneat, hanc in poſteritatis memoriam placuit Litteris annotari, noſtrique ſigilli impreſſione ſignari: nomina quoque tam Clericorum quam etiam Primatum terræ noſtræ in teſtimonium & confirmationem ejus ſubſcribi.

Clericorum hæc:

Fromoldus Præpoſitus ejuſdem loci, cum Capitulo ſuo,
Remloſo Decano.
Iggerico.
Theodorico.
Rembaldo.
Waltero.
Reiogero.
Hugone.
Deſiderio.
Wulfrico.
Idesbaldo.
Sibaldo.
Idesloſo.
Gerardo.

Bertolphus Præpoſitus Brugenſis, qui & Archi-Capellanus Comitis Balduini, cum Capitulo ſuo &c.

Actum in Eccleſia Furnenſi publicè anno M. C. XIV. Indictione ſeptimâ. 1114

CAPUT XXXIII.

Bertulphus Præpoſitus S. Donatiani Brugis, damna Eccleſiæ ſuæ illata reſtaurat, donando bona ſua ſita apud Thoraltum anno 1115.

Ex Cartulario Eccleſiæ Brugenſis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Bertulphus (1), Brugenſis Eccleſiæ Præpoſitus, licet indignus, circumſpectè, & cautè conſpiciens, & intelligens, quod multa bona, tam ea, quæ mihi licebant, quam quæ non licebant, de bonis Brugenſis Eccleſiæ Sancti Donatiani, liberalitate Principum, eleemoſynâ fidelium, ſibi conceſſis, in meos uſus ſuſceperim, & ut mihi placuit, negligentius diſtribuerim.

Hoc, ut dixi, cum timore perſpiciens, & ſalubriter intelligens, & de illicitis penitens, ferè coram cunctis Flandriæ Scabinis, per Nepotem meum Gualterum Brugenſem Caſtellanum, de hac cauſa convocatis, & in Curte Domini Iſaac coadunatis, in remedium animæ meæ, & Anteceſſorum meorum, & in eleemoſynam, hæreditatem meam, quæ eſt apud Hobrugga, & apud Turhalt, nomine *Houlant*, & duas manſiones in Brigga, in una quarum ſubſeſſor eſt Robert Cripal, in altera verò Robertus Curvus-pes, in perpetuo poſſidendam, Eccleſiæ S. Donatiani dedi, in præſentia Gualteri Caſtellani, & Fratrum meorum Lamberti, Aketti, Wulfrici, Berewaldi de Jabbecka, qui & donatione factus eſt mihi Advocatus, in præſentia multorum aliorum cognatorum, & hominum meorum, huic Donatiani faventium.

Hac autem conditione ſtatui, ut, tam Canonici, quam cæteri de chora Sancti Donatiani Clerici, in Nativitate Sanctæ Mariæ, de reditibus prædictæ hæreditatis refectionem habeant. Si qua verò de reditibus ſupercreverint, in communes uſus Canonicorum ſuccedant.

Datum Brugia anno ab Incarnatione Domini M. C. XV.

(1) BERTULPHUS, Brugenſis Eccleſiæ S. Donatiani Præpoſitus & Cancellarius Comitis in Hiſtoria ævi ſui famoſus. Quidam eum dicunt è nobili Familiâ de *Stratis*, vulgò, *van de Straeten*, oriundum. Aſt de eo ſic habet Joannes Gregorii in vita & Martyrio B. Caroli Boni Flandrorum Comitis.

„ Bertulphus natus erat, Patre Erembaldo Furnis oriundo, famulo Baldrani & Dedæ Conjugum, Brugis commorantium. Qui herum ſuum noctu in tenebroſum gurgitem clanculanè præcipitavit, ac paulò poſt ex condicto adulterinas nuptias cum Deda complevit. E quibus orti ſunt Bertulphus Præpoſitus Brugenſis, Haketius, Wulfricus & Lambertus, Pater Bochardi primatii Parricidæ Caroli Boni Comitis: cujus necis alii omnes fuerunt complices.

CAPUT XXXIV.

Abbatiam de Wormezeele, prope Ipras, Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſt. recens fundatam, in Diœceſi quondam Morinenſi, dotant duo Comites Flandriæ, Robertus Jeroſolymitanus anno 1109, *& Filius ejus Balduinus anno* 1117.

Ex Archivis Abbatiæ Wormezel.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Robertus, Roberti filius, Dei gratiâ Comes Flandrenſium; notifico omnibus tam futuris quam præſentibus, me pro remedio animæ meæ & Anteceſſorum meorum omniumque fidelium defunctorum
1109. anno Domini M. C. IX. Indict. II. XIV. Kal. Februarii dediſſe ſex jugera Woſtinæ in fronte terræ Eggeberti de Gelevelt adjacentia, ſimulque morum, qui in ea eſt, totum Eccleſiæ S. Mariæ de Formeſela, in manu Domni Alboldi Præpoſiti, liberè & hereditariè in perpetuum poſſidenda.

Quæ ut meæ dationis oblatio rata permaneat, Sigilli mei impreſſione firmavi, Teſtibuſque corroboravi.

Bertulpho Brugenſi Præpoſito.
Frumoldo Brugenſi Canonico.
Roberto Caſtellano.
Lamberto Nappino.
Adam de Formeſela.
Galtero Curtracenſi Caſtellano.
Wenemaro Gandenſi Caſtellano.
Frumoldo Iprenſi Caſtellano.
Adam de Paſchendala,
Hachet Brunel de Halewin.
Bertulpho filio Snellingi.
Roberto Bucſel, aliiſque quam plurimis.

UNiverſis S. Matris Eccleſiæ filiis notum ſit, quod Ego Balduinus Dei gratiâ Flandrenſium Comes, pro remedio animæ meæ, & pro animabus Anteceſſorum meorum, omniumque fidelium defunctorum, anno Domini M. C XVII. Indict. X. prid. Kal.
1117. Februarii perpetualiter habendam donaverim Eccleſiæ Formoſelenſi unam de meis eleemoſynariis Præbendis in manu Domini Morinenſis Joannis Epiſcopi, nec non Alboldi tunc temporis Formoſelenſis Canonici, in Capitulo S. Petri Gandenſis, ipſo videlicet eodem die, quo ibi convenire præceperam Regni mei Epiſcopos & Abbates, plurimas quoque Clericorum & Laïcorum nobilium perſonas, ad corrigendam vel emendandam ejuſdem Blandinienſis Monaſterii Regulam.

Hanc itaque Donationem, a me in præſentia ipſius ſacri Conventûs datam, ſi quis (quod abſit) præſumpſerit a prædicta Formoſelenſi Eccleſia auferre vel minuere, iram Filii Dei & SS. ejus Genitricis omniumque Sanctorum, nec non Epiſcoporum Abbatumque, qui ibidem affuerunt, Bannum, quouſque ſatisfaciendo ad emendationem venerit, incurrat.

Teſtes vero hujus Conſtituti ſunt

Dominus Joannes Morinenſis Epiſcopus.
Lambertus Noviomenſis Epiſcopus.
Herbertus, Archidiaconus Teruanenſis.
Rotbertus, Archidiaconus Tornacenſis.
Abbates Gandenſes, Ansbaldus, * & Vulvericus. †
Lantbertus, Abbas S. Bertini.
Alius, * Abbas Acquicinenſis.
Fulgentius, Abbas Affligenſis.
Giſlebertus, Abbas Eammenſis.
Ogerius, Præpoſitus S. Audomari.
Frumoldus, Præpoſitus Furnenſis.
Galterus, Cuſtos Teruanenſis.
Hugo, Decanus Caſletenſis.
Wenemarus, Caſtellanus Gandenſis.
Hachet, Caſtellanus Brugenſis.
Galrerus, Caſtellanus Curtracenſis.
Balduinus de Aloſt, & Ywain Frater ejus.
Razo de Gavera.
Radulphus de Armeringhem.
Galterus de Spelt.
Lambertus de Lardario.
Everardus Dives, de Gandavo.
Biremannus, Foreſtarius.
Gozuinus de Nova-Eccleſia.
Amalricus, Coneſtabulus.
Gerardus Camerarius, aliique quam plurimi.

* Alias *Arnoldus* Abbas S. Petri.
† Abbas S. Bavonis Gandavi.
* Alias *Adhuiſus.*

CAPUT XXXV.

Callixtus II. Papa confirmat anno 1119. *Altaria omnia conceſſa Abbatiæ Bertinianæ Ord. S. Ben. Andomaropoli, aliaſque ſubſequentes Donationes.*

Ex Cartulario Abbatiæ.

CAlixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto Filio L. Sithienſis Monaſterii Abbati ejuſque Succeſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Juſtis votis aſſenſum præbere, juſtiſque petitionibus aures accommodare nos convenit: qui licet indigni, juſtitiæ cuſtodes atque præcones in excelſâ Apoſtolorum Petri & Pauli ſpeculâ poſiti Deo authore conſpicimur.

Proinde dilecte in Chriſto fili L. Abba, tuis petitionibus annuentes, B. Bertini Sithienſe Cœnobium, quod in Taruanenſi Parochiâ ſitum eſt, cui Deo authore præſides, ſub tutelam & protectionem Sedis Apoſtolicæ ſuſcipimus, & contra pravorum hominum nequitiam authoritatis ejus Privilegio communimus.

Statuimus enim univerſa ad idem Monaſterium pertinentia vobis veſtriſque Succeſſoribus quieta ſemper & illibatâ conſervari: videlicet Comitatum de omnibus terris quas S. Bertinus habet in Caſtellania de Broburgh, ſicut Balduinus Comes per manum Joannis Epiſcopi vobis conceſſit, & de omnibus terris, quæ per receſſum maris, ſivè ex locis paluſtribus proveniunt; in omnibus videlicet Parochiis, quas ſanctus Bertinus habet in prædictâ Caſtellania duas garbas decimæ & de omnibus berquariis atque vaccariis decimationem, ſicut Balduinus Comes Inſulanus vobis conceſſit, & omnia quæ idem ſuo Scripto confirmavit. Molendina in atrio Monaſterii veſtri conſtructa. Terram de Cutham, de Felcinol & Heleſcoltre, quas per Epiſcopum derationaſtis.

Præterea Concordiam illam quæ facta eſt ante venerabilem prædictum Johannem Epiſcopum, inter vos & Everardum Clericum, videlicet de Altari Helcin & Capellis ejus omnino ratam cenſemus. In Taruanenſi quoque Parochia Eccleſiam nuncupatam Oiclare, & Warneſtun & Haveskercke; Altare de Merchem, Eccleſiam de Eygefridi Cappella.

Oxlaere Warneton. Haveskercke.

In Tornacenſi Parochia Eccleſiam de (1) *Coclern* & de *Ruſtethe* & de *Rumbecca* cùm Capellis ſuis, Eccleſiam *Liſovege* & de *Snelgerkerke* & de *Ernimghem* & de *Bovenkerke*.

In Atrebatenſi Parochia Altare de Anaſin.

In Colonienſi, Eccleſiam de Frekena & Wildeſtorp.

In Belvacenſi terram Huberviſin dictam, cùm omnibus ſuis pertimentiis ſeu appendiciis.

Terram quoque Clarembaldi de Luſtingehem, quam Comes Robertus pro animæ ſuæ remedio & filii ſui Guilelmi vobis dedit.

Similiter Berquariam, quam Comes Balduinus, qui in Monaſterio veſtro ſepultus eſt, adhuc vivens vobis dedit, & quam Carolus ei in Comitatu ſuccedens legali donatione conceſſit. Item Berquariam pro commutatione villæ Oſtreſele datam, & duas portiones Decimæ de Brueicle.

Omnes etiam decimationes annuatim Fratrum induſtriâ colligentur; ne ſub cenſualis occaſione donationis, res veſtræ inquietentur vel impediantur. Curtes quoque Monaſterii ita liberas in diſpoſitione Fratrum manere ſancimus, ut nullus pro iiſdem ſervandis quidquam juris hereditarii habeat.

Ipſum preterea Monaſterium, juxta Prædeceſſorum noſtrorum Victoris, Urbani, Paſchalis P.P. Sanctiones & Privilegia eidem loco collata, in ſua plenius libertate ac immunitate perpetuò conſervetur: adeo ut nulli niſi Romano Pontifici, ſalvâ tamen Taruanenſis Epiſcopi canonicâ reverentiâ, in aliquo reſpondeat, quamdiu illic Regularis Ordinis vigor ac diſciplina permanſerit. Vide ſupra pag. 21. & 24. Exemptio.

Porrò Abbatem in eodem Monaſterio non alium præeſſe cenſemus, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars ſanioris conſilii, ſecundum Dei timorem & B. Benedicti Regulam elegerint. Ad hæc Religioni veſtræ concedimus, in communi Parochiæ interdicto Divina officia clauſis januis celebrare. Electio Abbatis.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem Monaſterium temerè perturbare, &c. *Cetera omnia uſque in finem, ſicut in duobus ſuperioribus Privilegiis habentur.*

Ego Calixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus †.

Datum Remis per manum Chryſogoni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, undecimo Kalendas Novembris Indict. XIII. Incarnat. Dom. anno M. C. XIX. Pontificatûs autem Domini Calixti ſecundi P.P. anno primo.

(1) Kokelaere, Ruſtede, Rumbeke, Liſſeweghe, Snelleg erlik reke, aliàs Snaeskercke, Eerneghem & Bovekercke, Parochiæ ſunt hodie ſub Diœceſi Brugenſi, in quibus Epiſcopus Brugenſis habet jus Patronatûs, & generatim omnes eaſdem Decimas, quas in hac Diœceſi olim poſſedit Abbatia S. Bertini; nempe in vim Unionis factæ per Pium IV. Pont. anno 1560 Epiſcopatui Brugenſi. Vide Bullam hanc apud Miræum pag. 903.

CA-

CAPUT XXXVI.

Idem Pontifex poſſeſſiones atque Privilegia Eccleſiæ Collegiatæ Ste. Walburgis Furnenſis (cujus Præbendarum medietas dein Ipras tranſlata eſt) anno 1120. recenſet atque confirmat.

Ex Archivis Capituli.

CAllixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiis Fromoldo Furnenſi Præpoſito & ejus fratribus in Eccleſia ſanctæ Geoitricis Dei Mariæ ac ſanctæ Walburgis Deo ſervientibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtis votis aſſenſum præbere, juſtiſque petitionibus aures accommodare nos convenit. Quia igitur dilectio Veſtra ad Apoſtolicæ ſecuritatis portum confugiens, ejus tuitionem devotione debitâ expetivit, Nos ſupplicationi Veſtræ clementer annuimus, & ſanctæ Mariæ ſeu B. Walburgis Furnenſis Eccleſiam, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſub tutela Apoſtolicæ Sedis excipimus, & per eam ſæcularium omnium, propitiante Domino, gravamina removemus.

Per præſentis igitur Privilegii Paginam Apoſtolicâ Authoritate ſtatuimus, ut quæcumquæ prædia, quæcumquæ bona, vel à Carolicis Flandriæ Principibus eidem Eccleſiæ donata, vel aliorum fidelium legitimis Donationibus collecta ſunt, & quæcumquæ in præſentiarum juſtè poſſidet, quieta ei & integra conſerventur: quorum partem propriis nominibus ſubnotavimus.

Videlicet centum menſuras terræ apud Polinchova, ſeptuaginta ſex ex Berquaria Mengeri, & XXIV. ex Berquaria Reingeri, XXX. & ſex menſuras terræ ex Berquaria Sigeri, menſuras terræ apud Sandeshove ex Berquaria ..... Quas omnes terras nobilis memoriæ Comitiſſa Gertrudis, affirmante Nepote ſuo Balduino Comite, filio Roberti Junioris, in Præbendas quatuor Fratrum Veſtrorum obtulit: XII. Menſuras terræ ex Berquaria Reingeri ad lumen Eccleſiæ: XXXVI menſuras terræ ex Berquaria Hagaberni apud Sandeshove ex dono præfatæ Comitiſſæ & conſenſu Nepotis ejus Comitis Balduini ad uſum Fratrum & ad lumen Eccleſiæ. XL. menſuras terræ ex viſcaniſſa ex Berquaria Girardi ad præbendam unius Fratris.

Decimam quoque ſeptem Parochiarum, id eſt Binanburgh, Butanburgh, Wulpen, Duncapella, Rameſcapella, Ingeri-Capella, Parevis, ſicut modo eſt, vel ſi per terram novam creverit: unam libram de Iardario Comitis; item in viſcaniſſa ad reſtaurandam Eccleſiam prædictam unam Berquariam, ſcilicet Nabaſce... & apud Sandeshove unam Berquariam in Farina.... Ex quibus ſingulis annis ſolvuntur quinquaginta libræ Inde ad regendas ſcholas annuatim quinque libræ; ad prælationem apud Dunckerkam vaccariam cum 25 vaccis, & novem menſuras terræ.

Quæcumque præterea in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis veſtra Eccleſia poterit adipiſci, firma ſemper ad communem uſum Fratrum & illibata permaneant.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſibus profutura.

Sepulturam quoque ejuſdem loci omnino liberam eſſe cenſemus, ut eorum qui illic ſepeliri deliberaverint, devotioni extremæ voluntatis, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat.

Sane Præpoſitus non alius veſtro Collegio proponetur, niſi qui communi conſenſu veſtræ Eccleſiæ fuerit cum Dei timore proviſus.

Hanc igitur Apoſtolicæ benignitatis prærogativam Vobis impendimus, ut Eccleſia veſtra ab omni Epiſcopalis exactionis debito libera permaneat; liceatque Vobis, ut ſi quando Epiſcopalis Parochia à divinis fuerit officiis interdicta, clauſis januis divina celebrare officia.

Porro Clericis qui ſedulis Eccleſiæ veſtræ ſervitiis intra ambitum Clauſtri exiſtunt, cum juſtitiæ ratione authoritas quoque veſtra proſpexit, ut pro exceſſibus ſuis intra idem Clauſtrum correctionis jura percipiant.

Si qua ergo in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc Noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat: & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Salvatoris Noſtri Jeſu-Chriſti aliena fiat; atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem Eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu-Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Laterani per manum Chryſologi S. R. Eccleſiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii III. Kalendas Aprilis, Indictione XIV. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo vigeſimo, Pontificatûs autem Domini Callixti ſecundi Papæ anno ſecundo. 1120.

† Ego Callixtus Catholicæ ſedis Epiſcopus.

CAPUT XXXVII.

Galtherus Abbas S. Amandi ſeu Elnonenſis Ord. S. Ben. ſtatum Monaſterii ſui, & Theſauros recuperatos recenſet circa ann. 1121.

Ex Cartulario S. Amandi.

IN nomine ſummæ & Individuæ Trinitatis. Ego Galterius licet indignus miniſter Eccleſiæ ſancti Amandi hujus Cartæ teſtimonio notum fieri volo meis Succeſſoribus Abbatibus & omnibus fidelibus, quod Domnus Bovo ſenior Abbas ejuſdem Eccleſiæ, pro quadam quam habuit neceſſitate, coronam argenteam ante Crucifixum pendentem & tabulam argenteam Altaris S. Cyriaci, cum anaglypho opere Ciborii, quo repoſitæ erant Reliquiæ pretioſi Martyris cum aliis pignoribus, contra voluntatem monachorum deſtruxit & diſtraxit;

Quæ omnia Domnus Verricus Abbas ad decorem domûs Domini fabricari fecit ex expenſis Suſannæ reginæ, quæ propter nimiam quam habebat erga noſtram Eccleſiam devotionem, poſt obitum mariti ſui, Arnulfi videlicet Marchionis Flandriæ, in aula regum Franciæ ante Monaſterium manſit, multaque beneficia cum variis ornamentis Eccleſiæ noſtræ contulit.

Et ut ipſe Domnus Bovo aliquos haberet fautores & coadjutores contra monachos ſibi reſiſtentes, quoſdam de ſæcularibus potentibus ſibi pecuniâ aſcivit.

Quorum uni ſcilicet, (1) Amulrico ſeniori de Landaſt, centum ſolidos denariorum ſe ſingulis annis daturum, calumniantibus etiam monachis, ſpondendo pepigit.

Ipſi itaque fatentibus Theſaurum Eccleſiæ Abbatem deſtruxiſſe, & ad magnum detrimentum Eccleſiæ contra eos centum illos ſolidos laïcali potentiæ ſingulis annis peplgiſſe, pars ſanioris conſilii ad tempus ceſſit ei, & Bariſiacum & Haltiacum cum Variniaco invito Abbate obtinuit.

Nec multo poſt ipſe Abbas morbo caneri in facie graviter vexari cœpit, quo & tandem incurabili morbo ſerpente defunctus eſt.

Cui cùm Domnus Hugo vir ſagacis induſtriæ ſucceſſiſſet, illos centum ſolidos cum monachis ſuis multotiens calumniatus eſt: tamen nullo placito illos ab Amulrico extorquere potuit. Sed & ipſe & filius ſuus Amulricus in vita ſua, nolentibus monachis, violenter & injuſtè tenuerunt.

(1) Stemma antiquæ Familiæ da Landaſt, vide apud Miræum pag. 411, & 686.

Ad hoc malum acceſſit aliud. Sanè poſt obitum præſcripti Abbatis Hugonis cùm ſucceſſiſſet venerabilis Bovo junior, & ipſe ſimiliter pro quadam cauſa à Rabodo de ruina graviter inquietaretur, pro tuitione ſuæ partis fratribus non aſſentientibus conceſſit & addidit Amulrico filio Amulrici quoddam alnetum juxta Breliolum, & terram cenſualem, quam tunc tenebant Radulphus & Guenebaldus, reddentes ſingulis annis IX. ſolidos & IV. denarios. Poſt hoc non multum tempus tranſiit, & quod violentiâ & injuſtitiâ pravorum hominum Eccleſiæ noſtræ ſurripuit, divina miſeratio reſtituit.

(2) Defuncto enim ſecundo Bovone, cùm ego licet indignus in miniſterium Eccleſiæ beati Amandi ſucceſſiſſem, Amulricus filius Amulrici diutinâ infirmitate tandem ad extrema ſe perductum ſenſit; me & aliquos de fratribus apud Landaſtum evocavit, ſe peccatorem & reum contra Deum & maximè contra Eccleſiam ſancti Amandi in præſentia mea confeſſus eſt & recognovit, meoque hortatu, quod ſæpè etiam ante feceram, & ammonitu amicorum meorum & ſuorum centum illos ſolidos patri ſuo antea non legitimè conceſſos cum præſcripto alneto & terra cenſuali ſibi ſimiliter non legitimè conceſſis Eccleſiæ noſtræ præſentibus uxore & filiis reddidit, & à ſuo filiorum etiam jure, ipſis aſſentientibus, in perpetuum abdicavit.

Deinde unctionem benedicti olei à nobis accepit, ſeque corpore & animâ nobis & Eccleſiæ noſtræ commendavit.

Diviſis autem ſingulis filiorum ſuorum poſſeſſionibus ſuis, tandem nos humiliter deprecatus eſt, ut Geraldo filio ſuo, qui deſipuerat & impotens erat, miſereremur, & pro amore Dei & ſui gratiâ quamdiu viveret aliquid eleëmoſynæ ab Eccleſia noſtra impertiremur.

Nos itaque tantis precibus compatientes, Geraldo filio ſuo, de quo poſtulabat, XL. ſolidos denariorum ſingulis annis in vita ſua nos daturos pro eleëmoſyna conceſſimus.

Deinde cùm vitam finiſſet, & ſequenti die eum enrpus ejus ad Eccleſiam noſtram eſſet delatum, antequam ſepulturæ traderetur, uxor ejus Ermentrudis, filii ejus Amulricus, Stephanus, Gerardus, Rogerus, Robertus,

(2) Bovoni anno 1121. defuncto ſubrogatus eſt Galterius Abbas.

Hugo, omnia quæ ipſe Amulricus, ſicut præmiſſum eſt, Eccleſiæ noſtræ reddiderat; & ipſi in præſentia Fratrum & religioſorum laïcorum, (*) ceſpite & ramo ſuper Altare poſitis reddiderunt: & à ſuo ſuorumque poſterorumque jure in perpetuum abdicaverunt.

Ad hoc confirmandum aſſenſu & monitu uxoris & filiorum Amulrici, ſententiam excommunicationis intorſimus in omnes tam præſentes quàm futuros, quicumque per violentiam vel ſubreptionem vel fraudem, quod Eccleſiæ noſtræ ſic juſtè & ſpontaneè per Dei gratiam reſtitutum eſt irerum ſurripere tentaverint; & ſe inde non ſubtraxerint.

S. Galteri Abbatis.
S. Fulquini Prioris.
S. Alardi.
S. Alunoldi.
S. Alberti.
S. Heremſridi.
S. Hugonis.
S. Fulconis.
S. Roberti.
S. Theoderici
S. Egerici
S. Amulrici.
S. Ermentrudis uxoris Amulrici.
S. Filiorum ejus Amulrici, Stephani, Rogeri, Hugonis, Roberti.
S. Gerulphi de Senghin.
S. Gerardi de Donen.
S. Amulrici Gerbalt.
S. Borlandi de Nameng.
S. Lietbaldi de Samion.
S. Gileberti de Remelgies.
S. Rodulphi Claret.
S. Hermanni, Præpoſiti.

(*) Ita veteres cùm donum aliquod aut reſtitutionem faciebant, per ceſpitem aut ramum, aut baculum, aut cultellum, aut chirotecam aut aliud hujuſmodi cartæ donationis innexum inveſtire ſolebant, ac cartam ipſam ſuper Altare plerumque deferebant. In Turonenſi S. Martini Cartophilacio vidêre eſt, innexos adhuc hujuſmodi cartis, quibuſdam cultellos & quibuſdam chirothecas.

De iiſdem ceremoniis feſtucæ, rami & ceſpitis, vide idem apud Miræum pag. 141. 213. & 263.

CAPUT XXXVIII.

Abbatia B. Mariæ Bonæ Spei Ordinis Præmonſtratenſis prope Binchium in Hannonia, fundatur anno 1127. per Rainardum de Croix & Beatricem ejus Conjugem, probante Burchardo Epiſcopo Cameracenſi.

Ex Archivis Abbatiæ Bonæ Spei.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Burchardus Divioâ miſerarione Cameracenſium Epiſcopus, tam futuris quam preſentibus in perpetuum. Noverit diſcretio veſtra, Rainardum De Cruce & Beatricem uxorem ſuam ad Præmonſtratam Eccleſiam dilectione filii ſui Guillelmi, qui ibidem Deo ſe ſerviturum devoverat, devotionis gratiâ deveniſſe, & allodium in villa Ramelgiis ſicut liberè tenebant, Deo & prælibatæ Eccleſiæ, oh ſuam & Predeceſſorum ſalurem obtuliſſe & aſtipulaſſe.

Proceſſu vero temporis petitione Fratrum ibidem Deo regulariter ſervientium ad Atrium ſacrandum convocati, conſilio Clericorum noſtrorum eo pervenimus. Sed non invento competenti loco, idem Rainardus allodium aliud, ſcilicet vulgo *Sarta Richewini* vocatum abſolutè cum aliis participibus, ſcilicet Hadewide & filiis ſuis Joanne & Lamberto, Bezelâ quoquè & filiis Lantberto & Waltero atque Pagano & Sigero, ad deſignationem Atrii emancipavit.

In hoc itaque loco rogatu & conceſſione Otberti Clerici, ad cujus Altare ſcilicet Vellerellam decima loci ipſius pertinebat, Atriom ſacravimus, atque decimam quæ in procinctu loci ipſius erat, conceſſione & redditione ejuſdem Otberti, eidem loco in perpetuum canonicè aſſignavimus.

Sæpefatus autem Rainardus & Uxor ſua, imo hæredes ſui aſtipulariooem illam, quam ſuper præfato allodio Premonſtratæ Eccleſiæ fecerunt, recognoverunt, & ſub legitimo Clericorum ac Laicorum teſtimonio adſtipulaverunt;

Inſuper allodium quod in eadem villa, ſcilicet Vellerella, tenebant addiderunt, & ut inde munimentum Eccleſiæ eidem apponeremus, humiliter rogaverunt. Molendinum etiam cùm ſtagno adjacenti, quod præfata Hadewidis cùm filiis ſuis Joanne & Lantberto eidem Eccleſiæ contulerunt, huic munimento apponimus.

Nos igitur ex officio noſtro Eccleſiæ impoſterum providentes, conſervatoribus benedictione datâ, in prævaricatores quoad reſipuerint Anathematis gladium porrigimus. Et ut hæc præfata tam allodii quam Decimæ & Molendini traditio inconcuſſa permaneat, ſubſignato canonico teſtimonio, imo appoſitâ ſub imagine noſtrâ, hujus noſtri Decreti paginam confirmamus.

S. Erleboldi Præpoſiti & ejuſdem loci Archidiaconi.

S. Joannis Archidiaconi.

S. Ancelli Archidiaconi.
S Gerardi Archidiaconi.
S. Theoderici Archidiaconi.
S. Oylardi Decani. S. Roberti Canonici.
S. Widonis, Radulfi, Ugonis, Lantberti, Maſſellini, Rotardi, Bernardi, Walcheri, Eriberti, Vincentii, Geroldi, Wirenboldi, Bartholomei, Anielli, Canonicorum.
S. Balduini Henoenſis Comitis.
S. Iſaac Montenſis, Bernardi, Iſaac de Merbis, Gualcheri, Oſtonis, Walteri, Euſtachii, Liberorum.

Actum Incarnati Verbi anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſeptimo, Indictione quintâ, Præſulatûs Domni Burchardi duodecimo.

CAPUT XXXIX.

Robertus Atrebatenſis Epiſcopus fundat ac dotat anno 1129. *Abbatiam Viconienſem Ordinis Præmonſtratenſis prope Valencenas; primis Religioſis ex Abbatia S. Martini Laudunenſis deductis.*

Ex Cartulario hujus Abbatiæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Robertus Dei gratiâ ſanctæ Atrebatenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Quia Pontificali Cathedræ Deo auctore licet indigni præſidemus, etſi omnibus noſtræ Diœceſeos fidelibus, prout facultas ſuppetit, in communi prodeſſe debemus, circa illos tamen, qui abjectâ hujus mundi ſarcinâ felici naufragio ad placidum & tranquillum contemplationis portum enataverunt, præcipuè vigilare decrevimus, quatenus piâ viciſſitudine eorum orationibus aliquod imperfectioni noſtræ ſubſidium comparemus.

Notum igitur eſſe volumus tam præſentibus quam futuris, qualiter frater Wido, annuente Comite Balduino & omnibus illis ad quos beneficium illud pertinebat, locum illum in Viconia, qui *Caſa Dei* nuncupatur, in manu noſtra reddidit, poſtulans ut curæ & diſpoſitioni fratris Walteri Abbatis S. Martini Laudunenſis Cœnobii eundem locum committeremus.

Nos vero plæ petitioni illius acquieſcentes, locum illum cum omnibus quæ ad eum pertinent, in manu prædicti Abbatis dedimus; hoc interpoſito, quod ut quando nobis & Abbati viſum fuerit, Abbas in eodem loco conſtituatur, qui cum ſubjectis ſibi Fratribus ſecundum Regulam B. Auguſtini ad tenorem Laudunenſis Cœnobii vivat.

In eligendis vero Abbatibus, & in culpis eorum (ſi, quod abſit, ab ordine ſuo deviaverint) emendandis, & in omnibus his quæ ad rigorem Ordinis pertinent, ſecundum Inſtituta Lauduoenſis Cœnobii in præfato loco perpetuò fieri debere decernimus.

Abbas autem & Eccleſia S. Martini, de qua prædictus locus religionis ſumſit exordium, ab omni illum temporalis commodi exactione tam in præſenti quam in futuro abſolvit. Ut vero ibi ordo teneatur invigilabit, & laboris ſui mercedem juges ibidem orationes habebit.

Ut autem Fratres qui ad eumdem locum pro ſalute animæ ſuæ convenerint, ſine omni inquietudine ſoli Deo vacare poſſint, ab omni exactione tam noſtra, quam miniſtrorum noſtrorum illum abſolvimus. Canonicam vero profeſſionem & filialem obedientiam, ac illorum in Synodo noſtra præſentiam & aſſiduas orationes tam nobis quam Succeſſoribus noſtris in eodem loco retinemus.

Concedimus etiam Fratribus ejuſdem loci Decimas omnium quæ ibi poſſident, ſive de omnibus agriculturis quas in eadem ſilva extra terminos circa-jacentium Parochiarum fecerint, & locum illum quem frater Hugo in vicinia deſervit. Ad hæc adjicientes decernimus, ut univerſa quæ nunc inibi commanentes fratres poſſident, vel quæcumque in futuro conceſſione Eccleſiaſticâ, largitione Principum vel oblatione fidelium juſtè & canonicè potuerint adipiſci, firma illis illorumque Succeſſoribus & illibata permaneant.

Ut autem hæc rata & inconvulſa in perpetuum permaneant, hoc Scriptum fieri juſſimus, & ſigilli noſtri impreſſione & teſtium ſubſcriptione roborari præcipimus. Et ne quis aliquid eorum infringere præſumat temerariè, anathematis ſententiam interpoſuimus.

Actum anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXIX. Indict. VII.

S. Aluiſi, Aquicinenſis Abbatis.
S. Hugonis, Haſnonienſis Abbatis.
S. Hugonis, Abbatis de Monte S. Eligii.
S. Drogonis Archidiaconi.
S. Roberti Archidiaconi.
S. Petri Præpoſiti.
S. Ebruioi Decani.
S. Anaſtaſii Cantoris.
S. Andreæ Canonici.
S. Gerardi Canonici.
S. Roberti Canonici.
S. Bernardi Canonici,
S. Setgualonis Capellani.

Alter fundator Viconienſis Abbatiæ extitit Balduinus Hannoniæ Comes, à multitudine ædificatarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Palatiorum &c. cognominatus *Ædificator*, qui anno 1143. largiſſimam eidem Viconienſi Monaſterio dotem contulit. Diploma ejus exhibetur apud Miræum Tomo II. pag. 1165; ſed non integrum. Extat porro integrum Tomo III. novæ Galliæ Chriſtianæ editæ per PP. Benedictinos S. Mauri Pariſiis, inter Inſtrumenta ſeu Probas eidem Tomo annexas, pag. 95.

CAPUT XL.

Lietardus Cameracenſis Epiſcopus, in ſua Diœceſi fundat anno 1132. Abbatiam de Ghilengien, Monialium Ord. S. Bened. prope Athum Hannoniæ Oppidum.

Ex Archivis Abbatiæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Lietardus divinâ miſeratione Cameracenſis Epiſcopus tam futuris * in perpetuum. * Deeſt: quam præſentibus.

Cum ſecundùm Evangelium, Theſaurizandi ſunt Theſauri qui non deficiunt; conſiderandum nobis eſt, ut de miniſterio nobis credito particulam in cœlis aliquam ſortiamur.

Proinde ad honorem beatæ Dei genitricis Mariæ, ob animæ noſtræ & prædeceſſorum noſtrorum memoriam, Abbatiam ſub Ordine & Religione Monialium feminarum in Ghiſlengien conſtituimus, atque eiſdem Altare loci liberum & ſine Perſona concedentes, eundem Abbatiæ locum ab omni Advocatia & ceterâ quorumlibet exactione emancipamus.

Duas vero ejuſdem villæ partes, tam in ſilvis quam in pratis, & in terris cultis & incultis, in aquis, ſilvis & ancillis, quia juris earum eſt, præfatæ Abbatiæ aſſignamus.

Altare etiam de Villari liberum & ſine perſona eidem Eccleſiæ conferimus, & quartam partem ejuſdem villæ liberam, & duas partes alias ab Eccleſia S. Waldetrudis Montenſis ſub cenſu decem ſolidorum collatas.

Tertiam quoque partem de Buſſutb, & de Herbiſvilh medietatem, Alodium etiam Siburgis, & Alodium S. Valdetrudis in Stantercha ſæpefatæ Eccleſiæ confirmamus. Bouſſu. Herbeville. Sibourg. Steenkercke.

Ad arcendas igitur quorumlibet importunitates, datâ conſervatoribus benedictione, in prævaricatores quoad reſipuerint excommunicationem ſeminamus, atque ſubnotato canonicè teſtimonio, noſtri quoque ſigilli appoſitione hujus noſtri Decreti paginam roboramus.

S. Theoderici eorumdem Altarium Archidiaconi.

S. Johannis, Theoderici, Alardi, Gerardi Archidiaconorum.

S. Erleboldi Præpoſiti.

S. Oilardi Decani.

S. Roberti Cantoris; Widonis, Haduini Sacerdotum, Werinboldi Diaconi, Hugonis, Lamberti, Bartholomei, Adam, Heriberti, Vincentii, Johannis Canonicorum.

Actum anno Incarnati Verbi M.C.XXXII. Indictione X. Præſulatûs Domni Lietardi III. Amen.

† Ego Werinoldus Scholaſticus ſcripſi & recognovi.

CAPUT XLI.

Lietardus Epiſcopus Cameracenſis confirmat anno 1133. fundationem Abbatiæ de Valcellis, Monachorum Ciſtercienſium, prope Cameracum, factam ab Hugone Caſtellano Cameracenſi; ſimulque recenſet beneficia eidem Abbatiæ collata per Abbatem S. Auberti, Ordinis S. Aug. Cameraci.

Ex Regiſtro Valcellenſi.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Lietardus, Dei gratiâ Cameracenſium Epiſcopus tam futuris quam præſentibus in perpetuum.

Cum Scripturæ atteſtatione, quæ ait: Vide cui des & erit gratia in bonis tuis multa. Et alibi: Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad Domeſticos fidei; & rurſum: Congregationi pauperum affabilem te facito; ad bene operandum commoneamur; ſollicitudini noſtræ incumbit, ut in ſovendis pauperibus Chriſti Paſtorali miſericordiâ accingamur.

Igitur Eccleſiam Vallicellenſem in honore Dei genitricis fundatam, & ad ordinem, uſus, & conſuetudines Ciſtercienſis Eccleſiæ pertinentem, in qua viri pauperes Chriſti in monachicæ heremi agonia Deo inceſſanter militant, fundare, amplificare, exaltare decrevimus: & donaria quæ a Principibus vel quibuſlibet perſonis collata vel conferenda ſuot, eidem Eccleſiæ in perpetuum aſſignamus.

Primam vero fundationem a Domino Hugone Caſtellano & uxore ſua Heldiarde, filio quoque eorum Simone & filiabus eorumdem Clementia, Mathilde, Hermengarde, Maria, Adeluya recenſentes, donaria quæ in terris cultis & incultis, ſylvis, pratis, aquis, aquarumque decurſibus eidem Eccleſiæ contulerunt & aſtipulaverunt, libertate Eccleſiaſticâ emancipamus.

Conceſſerunt enim liberè in Vinciaci poteſtate & ab omni Advocatione & omnimoda exactione emancipaverunt terras, prata, ſylvas, aquas, paſcua & omnia quæ * infra ſigna ad hoc diſpoſita continentur. * f. intra.

Extra vero ubicumque & quomodocumque voluerint, uſque ad prohibitionem illorum excolere poterunt & exculta liberè, ſicut ſu-

pra dictum, *in* perpetuum poſſidere.

Per omnes etiam reliquas terras ſuas, nemora, prata, & aquas cnncceſſerunt omnes aſencias in nemoribus ad colligendos fructus, ad paſtinationem porcorum, ad paſturagium exterorum animalium, ſine paſnagio & omni alia exactione, ligna ad ædificandum & calefaciendum & ad cætera neceſſaria.

In pratis paſturagium, in aquis ad piſcandum, & ſi quid ſnrte in his omnibus aliquid venationis, mellis, vel alicujus alterius rei a fratribus vel mercenariis eorum inventum fuerit, liberè poſſidendum.

Si autem aliquandn, quod abſit, alicui damnum intulerint, ſolum damnum reſtituatur.

Præfati quoque fundatores duas decimarum partes ſæpefatæ Eccleſiæ profuturas, in manus noſtras depoſuerunt.

Tertiam vero partem, quæ ad Altare de Vinciacn pertinebat, venerabilis frater noſter Walterus Abbas Eccleſiæ S. Autberti Cameracenſis Capitulo ſuo aſſentiente, eo tenore eidem Eccleſiæ per manus nnſtras conceſſit, ut habeat & in æternum poſſideat quicquid in Parnchia de Vinciaco, exceptâ dote Altaris prædictæ Parochiæ, excoluerit, laboraverit vel quoquo modo a parte Vallencurtenſi ut * Scaudus & Aſnellus terram determinant, fructificaverit.

* l'Eſcaut.

Quidquid etiam in ſylva quam ultra Scaudum poſſidet, excolere potuerit, ſine decima poſſideat, & ſi quid extra determinatos terminos excnluerit, de carruca exculta ſingulis annis dimidium modium frumenti, & dimidium modium avenæ Eccleſiæ S. Auberti perſnlvat.

Prætea decretum eſt, & a præfato S. Auberti Abbate & Capitulo ſnn conceſſum, ut ubicumque infra prædictos terminos, curtes conſtruere Valcellenſis Eccleſiæ fratres vnlueriut, curtes illæ ab omnibus decimis emancipatæ maneant.

Ut autem de his quæ Eccleſiæ præfatæ collata ſunt nulla ulterius controverſia ſuboriatur, Petrus de S. Autberto Miles & uxor ejus Dameta, quicquid in eadem terra, decima & terragio poſſidebant, Eccleſiæ ſub præſentia noſtra aſtipulaverunt.

Huno de Foſſa & filii ejus tertiam partem decimæ quam in eadem terra habuerunt: Wichardus de Bantus & filii ejus, Warinus & uxor, & filii ejus Olmannus de Vinciaco, Robertus Domicellus & Gilla filia ejus, Aldo & Walterus filius ejus, Olmannus frater Aldonis, & nepotes eorum Olmannus & Aldo quidquid in terrra eadem habebant, Valcellenſi Eccleſiæ ſub præſentia noſtra conceſſerunt.

Ad avertendas itaque quorumlibet infeſtatinnes, datâ conſervatonibus benedictione, in prævaricatores, quoad reſipuerint excnmmunicationem exerimus, & ſubſignato canonico teſtimonio, noſtrâ quoque ſigillatinne appoſitâ hujus noſtri Decreti paginam confirmamus.

S. Johannis.
S. Theoderici.
S. Alardi.

Item S. Theoderici & Gerardi Archidiaconorum.

S. Erleboldi Præpoſiti.
S. Oilardi Decani.
S. Widnnis.
S. Roberti Cantoris.
S. Haduini.
S. Hugonis.

Item S. Hugonis.

S. Werinbaldi.
S. Lantberti.
S. Euſtachii Canonicorum.

Actum eſt hoc anno Verbi Incarnati M. C. XXXIII. Indict. XI. Præſulatûs Domni Lietardi III.

Egn Werenbaldus Cancellarius ſcripſi & recognovi.

CAPUT XLII.

Milo Epiſcopus Morinenſis dat Abbatiæ S. Nicolai Furnenſis, Ord. Præmonſtr. in ſua Diœceſi, (nunc in Iprenſi) Altaria de Wulfringhem, & Hautbem cum Decimis, ann. 1135. & ſequentibus. Accedit Diploma Ywani Caſtellani Gandavenſis, datum anno 1142.

Ex Cartulario Abbatiæ.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Milo Dei miſeratinne Morinorum Epiſcopus, notum facio tam præſentibus, quam futuris, quod decimam de Holthem, quæ in manu noſtra erat, Fratri Gndefrido Abbati, & Fratribus in Monaſterio B. Nicolai Furnis Canonicam vitam profeſſis, eorumque Succeſſoribus perpetuo jure liberè poſſidendam dedimus.

Altare quoque de Wlvringehem in Cenſum pro duabus marcis argenti, cùm omnibus appendicüs, quæ ad jus noſtrum pertinebant, eiſdem Fratribus in perpetuum cnnceſſimus, ſalvo tamen jure Morinenſis Eccleſiæ, & reditibus ad Epiſcopum pertinentibus, Synodalibus ſcilicet. Si quis autem huic noſtræ Paginæ obviare præſumpſerit, anathematis gladio feriatur.

Hoc actum est anno Domini M.C.XXXV. indict. XIII. his præsentibus: Philippo, & Milone Archidiacono. Goſſelino Decano &c.

II. DIPLOMA.

IN Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Quia charitate cogente pauperum Chriſti neceſſitatibus ſubveniendum eſſe cognoſcimus, bona eorum augere & aucta confirmare modis, quibus poſſumus, ſatagamus.

Hujus rei gratiâ, Ego Milo Dei miſeratione Morinorum Epiſcopus fratrum neceſſitatibus condeſcendens eorum, qui in Monaſterio Beati Nicolai de Furnis juxta Regulam Beati Auguſtini Canonicam vitam profeſſi ſunt; decimam eis de Houthem ab his, qui eam poſſederant, perpetuo jure conceſſam, etiam ego integrè concedo, uſibus fratrum, & * Sororum perpetuo profuturam. Si quis autem hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis paginam violare, aut annullare tentaverit, excommunicationis vinculo, quo uſque condignè ſatisfecerit, innodetur. * Vide infrà Diploma ad ann. 1181.

Actum anno Domini M.C. XXXVIII. Indictione 2. præſentibus Hermanno Decano, Philippo, & Milone Archidiaconis,

Gerbodone Decantore, Gerardo, Drogone, Balduino, Odone, Canonicis.

III. DIPLOMA.

EGo Y. Filius Baldewini Gandavenſis per manum Th. Dei gratiâ Flandrenſium Comitis, Deo, & Eccleſiæ S. Nicolai, quæ in Furnenſi oppido ſita eſt, omnem decimam de Holthem, & ſedecim menſuras terræ eidem Eccleſiæ adjacentes in perpetuum habendas conceſſi. Adjici placuit, quod ipſe Comes ſine dampno ſupradictæ Eccleſiæ, ſcilicet S. Nicolai, ſi quis hoc donum contraire, vel infringere voluerit, tamquam liber Advocatus & largitor eleemoſynæ, penitùs liberabit.

Actum eſt hoc anno Incarnationis Dominicæ M. C. XLII. Indictione V. Ut hæc rata, & inconvulſa permaneant, Signis aſſignari placuit.

Signum Rogeri Brugenſis Præpoſiti, & Cancellarii.
S. Ogeri, & Alloldi Capellani.
SS. Canonicorum Gerardi, Sibaldi.
S. Theoderici Camerarii.
S. Euſtachii de Grimmita.
S. Radulfi Caſtellani Furnenſis.
Herberti de Wiffrighem.
Idesbaldi de Foſſato.

IV. DIPLOMA.

EGo Milo Dei gratiâ Morinorum Epiſcopus, dilecto Filio Guilhelmo Eccleſiæ S. Nicolai de Furnis Abbati, ejuſque Succeſſoribus in perpetuum. Quia in ſede Epiſcopatûs & æquitatis, licet indigni, reſidemus, omnium utilitati, & paci, maxime eorum, qui ad portum Religionis enataverunt, providere debemus.

Hujus itaque conſiderationis intuitu, frater Guilhelme Abbas, tuæ tuorumque fratrum ſub Regula B. Auguſtini in Eccleſia S. Nicolai Furnis viventium voluntati, ac petitioni annuimus, & Altare de Holthem per duas marchas argenti Epiſcopo Teruanenſi ſingulis annis in Nativitate Domini cenſu poſſidendum concedimus; & ut perpetuo ratum vobis permaneat, ſcripto noſtro, & Sigilli noſtri impreſſione munimus.

Si quis itaque hujus conceſſionis Paginam ſciens, ei temere obviare preſumpſerit, donec errorem ſuum dignè correxerit, anathema ſit.

Actum eſt hoc anno Domini M. C. LV. indictione III. coram his teſtibus, Philippo, & Milone Archidiaconis.

Erembaldo Decano.
Nicolao Cantore.
Everardo.
Odone Presbyteris.
Balduino de Milham,
Alemmo, Diaconis.
Folcrano Furnenſi Decano.
Arnoldo Presbytero, & aliis pluribus.

CAPUT XLIII.

S. Bernardus Abbas Clarævallenſis hortatur Simonem de Oiſy, Caſtellanum Cameracenſem, anno 1140, ut inchoatam a Patre ſuo Hugone Fundationem Abbatiæ Vallis-cellenſis Ord. Ciſterc. juxta Cameracum, perficiat.

Epiſt. 186. S. Bernardi Edition. D. Mabillon.

COgnoſcens dilectiſſime, nunciante Abbate Radulpho de Valcellis, deſiderare te noſtri præſentiam atque colloquium, delectatus ſum admodum tantâ tui erga me devotione: nec certè ingratus benevolentiæ.

Noveris & meæ eſſe voluntatis, tuo ſatisfacere deſiderio: ſed corporali moleſtiâ impediri tam ab hujus voluntatis effectu, quàm & ab aliis plurimis plurimumque neceſſariis negotiis.

Sed licet abſens corpore, ſum tamen præ-

fiat novus introitus, niſi ab Abbate loci rogatus fuerit.

Prohibemus etiam, ut nulli infra Parochias veſtras ad damnum Eccleſiarum veſtrarum Capellam vel Eccleſiam abſque veſtro aſſenſu ædificare liceat, ſalvâ nihilominus Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare &c.

Ego Eugenius Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus.

Ego Albericus Hoſtienſis Epiſcopus.

Ego Marcus Tuſculanus Epiſcopus.

Ego Guido Presbyter Cardinalis titulo S. Chryſogoni.

Ego Reynerius Presbyter Cardinalis tit. S. Priſcæ.

Ego Julius Presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli.

Ego Nicolaus Presbyter Cardinalis titulo SS. Laurentii & Damaſi.

Ego Aſibertus Presbyter Cardinalis titulo S. Anaſtaſiæ.

Ego Waldus Presbyter Cardinalis titulo S. Crucis in Jeruſalem.

Ego Villanus Presbyter Cardinalis titulo S. Stephani in Cœlio-Monte.

Ego Oddo Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

Ego Joannes Diaconus Cardinalis S. Adriani.

Ego Hyachintus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin.

Ego Jordanus Diaconus Cardinalis Romanæ Eccleſiæ.

Ego Cynthius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi.

Datum &c. Calend. Januarii, Indictione IX. Incarnationis Dominicæ anno M. C. XLV. Pontificatûs vero Eugenii tertii anno primo.

CAPUT XLVI.

Sanctus Bernardus Abbas Clarævallenſis determinat anno 1145. diſſentionem, quæ erat inter Abbates Niniveniſem & Diligemenſem, Ord. Præmonſtr. in Diœceſi Mechlinienſi, ſuper Parochiis de Liedekercke & Denderleeuwe.

Ex Archivis Abbatiæ Niniveniſis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Bernardus Dei gratiâ Clarevallenſis Abbas, omnibus Sanctæ Eccleſiæ filiis perpetuam in Domino Jeſu Chriſto ſalutem.

Notum eſſe volumus tam futuris quam præſentibus, diſſentionem inter Abbatem Niniveniſem & Jettenſem pro Eccleſiâ de Liedekercke tali modo in præſentiâ noſtrâ coram Religioſis perſonis determinatam. Conſenſit Abbas Jettenſis ſuſcipere in partem ſuam Altare & Eccleſiam de Lewes cum omnibus appartinentiis ſuis, videlicet in terris, in decimis, cenſu, ædificiis, mancipiis utriuſque ſexus, vel ſi qua ſunt alia; & ſicut Tenera dividit Parochiam de Lewes, & eam de Liedekercke, præter decimam unam in Parocbiâ de Erenbaldegem, pertinentem ad Eccleſiam de Lewes, quam Abbas Jettenſis poſſidebit cum cæteris rebus ejuſdem Eccleſiæ: Abbate Niniveniſe reliqua omnia ad Eccleſiam de Liedekercke pertinentia obtinente. Et ut hæc Compoſitio hortatu noſtro & conſilio facta in perpetuum permaneat rata, Cartam hanc fieri juſſimus, Sigillique noſtri preſſione ſignavimus, idoneis teſtibus qui interfuerunt, conſentientibus etiam fratribus, & invicem exſeſtucantibus utriuſque Eccleſiæ, ſc. Jettenſis & Niniveniſis.

S. D. Petri Abbatis Affligenſis Eccleſiæ.
S. Roberti Abbatis de Duno.
S. Balduini Abbatis de Caſtellione.
S. Goſuini Abbatis de Truncinis.
S. Everardi.
M. Gerardi.
M. Geraldi.
No. Gualfridi.

Diploma iſtud non reperitur inter reliquas Epiſtolas Divi Bernardi; ac proinde meritò iiſdem interſereretur.

Porrò, STUS. BERNARDUS Abbas Clarævallenſis, natus eſt è familia nobili in Caſtro de *Fontanis*, juxta Divionem in Ducatu Burgundiæ. Adoleſcens Monaſticen profeſſus eſt in Archi-Cœnobio Ciſtercienſi ſub ſancto Abbate *Stephano*; à quo adhuc juvenis ordinatus fuit fundator ac primus Abbas Monaſterii Clarævallenſis in Diœceſi Lingonenſi ac Comitatu Campaniæ.

Cum juſſu EUGENII III. Papæ, ſui olim diſcipuli, Cruciatam contra Saracenos apud Belgas prædicaret, datus eſt ei locus in Brabantia *Villa-rienſis*, ad primum Monaſterium ſui Ordinis excitandum, circa ann. 1146. Villarium poſtea dictus, ut nuncupant, filias genuit, *locum S. Bernardi*, ad Scaldim, & *Grande-pratum* in Namurceſio.

Iiſdem ferè temporibus *Camberonenſe* in Hannonia, *Clarus-maricus* in Arthefia, *Vallis-Celenſis* in Cameraceſio, & alia alibi Monaſteria prodierunt. De miraculis Cameraci, Leodii, Affligemii, Villarii & alibi per S. Bernardum editis, ſcriptores vitæ illius conſule.

Obiit Sanctus Pater in ſua Claravalle anno 1153, ætatis 63. Sanctorum Faſtis per Alexandrum III. Pont. adſcriptus anno 1174.

CAPUT XLVII.

Godefridus III. Brabantiæ Dux dotat Abbatiam Foreſtanam Monialium Benedictinarum nobilium juxta Bruxellam, ſeque & Succeſſores in Ducatu Brabantiæ ejuſdem Protectores conſtituit, anno 1145.

Ex Cartulario Monaſterii.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis; Ego Godefridus Dei miſeratione Dux & Marchio Lotharingiæ, vocem Apoſtolicam audiens ſalubriter exhortantem, dum tempus habemus operemur bonum, ad omnes, maximè autem ad Domeſticos Fidei: Ancillas Dei in Eccleſia Foreſtenſi Deo & Sanctæ Mariæ devotè ſervientes tranſitoriæ & caducæ Hæreditatis meæ participes diſpoſui; ut heredum Dei & cohæredum Chriſti merear in futuro conſortio copulari.

Quia enim præfata Eccleſia in confinio meæ potestatis ſita, a me atque Avo & Patre meo libertate donata, Deo incrementum dante, tam Sororum numero, quam Religionis teſtimonio in brevi plurimùm crevit, congaudens ejus proviectui, & cooperari volens profectui, contra malorum infeſtationem, pro poſſe & noſſe illam honorare, exaltare ac munire dignum duxi.

Veniens igitur ad Alrare Sanctæ Mariæ, cùm Matre & cum magna Hominum meorum liberorum ac ſervorum multitudine, adſtantibus etiam ejuſdem Eccleſiæ Fratribus Sororibuſque, quidquid immunitatis ſeu libertatis Avus & Pater meus jam ante donaverant, coram Hominibus meis renovando iteravi. Quidquid etiam ex meo allodio vel emptione, vel Hominum meorum collatione acquiſierant, cùm omni uſu, jure & ſervitio ad ipſam terram pertinente, in ſilvis, pratis, aquis & paſcuis liberè tradidi.

Vt autem ram à me, quam, ut prædiximus, à Parentibus meis Eccleſiæ collata quædam breviter perſtringam, Terram Nicolai de Hoecekercke Curti de Waterlos adjacentem, partim pro filiæ ſuæ ſuſceptione, partim pecuniæ largitione à Fratribus conquiſitam, Mihique ſub totius Curiæ meæ teſtimonio in manus redditam, liberaliter Eccleſiæ contuli.

Terram etiam, quæ Curti de Lemtbolth adjacet, cùm Caſtellanus vendidiſſet, & mihi ad opus Eccleſiæ in manus reddidiſſet, Sanctæ Mariæ delegavi. Terræ inſuper Lamberti de Nothengem, & fratrum ejus Ingelberti de Aio, Goſwini, Godefridi, item Goſwini Nepotum ejus, & omnium Cohæredum ipſorum, Falconis etiam Bolever Fratrum ejus, memorati Cœnobii Fratribus venditæ, mihique coram Hominibus meis redditæ Sanctam Mariam heredem feci. Terram apud Bolenbeke ſitam, Walthero Grimbergenſi Caſtellano ſervos & Ancillas Dei injuſtè inquietanti, nunc coram poteſtate ſæculi jure ſæculari, nunc coram Epiſcopo judicio Synodali, ſæpius abjudicatum, Ego quoque abjudicavi, & præfatæ Eccleſiæ liberè & quietè perpetuò poſſidendam delegavi.

Præterea quidquid in terra poteſtatis meæ, Avi vel Patris mei ipſius tempore Eccleſia legitimè conquiſivit, ſuper ipſum locum mihi retinui. Contra malefactores vero Chriſti ibi famulantium Advocatum, Judicem ac Vindicem, ac ſi pro anima mea me pro eis opponendum recognovi. Nec fas ſit impoſterum ulli Succeſſorum ad hoc excquendum aliquem perſonæ ſuæ Vicarium ſubrogare: ſed quicumque Dominatum totius Terræ Brabantenſia obtinuerit, ipſe etiam, ſicut bonore & poteſtate, ita benevolentiâ & affectu ad Defenſionem Eccleſiæ ſuccedere debere ſe noverit.

Quæ ut tam præſentium quam futurorum poſſent notitiæ commendari, nec aliquorum improbâ temeritate valerent impoſterum violari, Scripto ea mandari, Sigilli mei impreſſione, ac idoneorum Teſtium adſtipulatione roborari feci.

Teſtes; Iwan de Aloſt,
Arnulphus de Aldenaerden,
Waltherus de Teneremundis,
Leonius, & duo filii ejus Anthonius & Leonius,
Aroulphus de Aſcha,
Waltherus & Rawodo de Cruinem,
Waltherus de Campeobolt, & frater ejus Giſclbertus Splentre,
Arnulpbus Dapiſer,
Et frater ejus Godefridus,
Renizo de Tylduno,
Gerardus de Hildebergh,
Lambertus de Saventhem,
Gozuinus de Holthem,
Gozuinus Clutinc,
Gozuinus Cleybyer,
Henricus Pedagogus.

Acta ſunt autem hæc anno Dominicæ Incarnationis, M. C. XLV., Indictione VIII. 1145

Extat Fragmentum hujus Diplomatis apud Miræum pag. 697 novæ Editionis.

CAPUT XLVIII.

Godefridus III. dictus Barbatus, Brabantiæ Dux, Abbatiæ Majoris Bigardiæ Monialium Benedictinarum Nobilium juxta Bruxellam Fundator, eidem denuò benefacit, anno 1145.

Ex Archivis hujus Abbatiæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Godefridus Dux & Marchio Lotharingiæ & Comes Lovanii, & Mater mea Luthardis tradidimus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Bigardis XXXII. Bonnaria alodii quod jacet inter Wolvessem & Bigardis, quod Domina Bertha de Anderlecht, quæ prius illud possidebat, reposuit in manus nostras, ut nostrâ liberâ donatione, eo jure quo hactenus tenebat Ecclesia sanctæ Mariæ, deinceps libere ac legitime possideat; quatinus orationibus ancillarum Dei ibidem consistentium in præsenti sæculo ab omnibus malis liberemur, & in futuro bonis omnibus perfrui mereamur.

Factum est hoc, ipsâ cum filiis suis Gerardo scilicet, Wilelmo & Arnulfo, & duobus generis, Waltero scilicet de Crainhem, Oliverio de Gest, & Herardo de Hidengem, qui sororem ejus duxit uxorem, astantibus & exfestucantibus.

Et ut sopitis omnibus querimoniis hæc nostra Traditio rata & inconvulsa in perpetuum permaneat, Sigilli nostri impressione eam firmavimus, violatores & invasores anatematis gladio feriri fecimus; Testibus idoneis quorum subscripta sunt nomina roboravimus.

Balduinus Decanus de Brussella,
Henricus Canonicus S. Gudilæ,
Walterus Scholasticus,
Onulphus Sacerdos de Caldenberch,
Filii & generi ejus supra nominati,
Herardus de Hidengem,
Rothardus de Weesenbec,
Sigerus de Rosinale,
Franco Lupus,
Johannes de Laibeke & Frater ejus Gisekinus,
Minardus de Bruscella,
Everwinus de Scarenbeke,
Ingelbertus Hebe,
Franco Pincerna,
Gosuinus Dubbinc,
Herzo Camerarius.

Ut autem penitus omnis amputaretur occasio postmodum inferendæ injuriæ, annitentibus amicis ipsius Ecclesiæ, Dominus Leonius cum filiis suis, Bernerus de Morcella cum filiis suis, Gerardus de Sotrengem cum filiis suis, exfestucaverunt quidquid juris habebant in eodem allodio, & promiserunt in fide sua quod contra omnes injuriam inferre volentes, zelo justiciæ se defensores opponerent.

Actum est anno Incarnationis Dominicæ M. C. XLIII. Indictione VI., regnante Conrardo Imperatore.

CAPUT XLIX.

Eugenius III. Pont. confirmat anno 1146. Privilegia & Possessiones Ecclesiæ S. Donatiani Brugis, nunc Cathedralis.

Ex Archivis Eccl. Brug.

EUgenius Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Rogerio Præposito cæterisque Fratribus Brugensis Ecclesiæ sancti Donatiani tam præsentibus quam futuris canonicè substituendis in perpetuum.

Commissæ nobis Apostolicæ Sedis nos hortatur autoritas, ut locis & personis ejus auxilium devotioue debitâ implorantibus tuitionis præsidium impendere debeamus. Quia sicut injusta petentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium nulla est differenda petitio, præsertim eorum qui cum honestate vitæ, & laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Domino deservire.

Ea propter dilecti in Domino filii, vestris justis petitionibus clementer annuimus, & prefatam Beati Donatiani Brugensem Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis Scripti Privilegio communoimus. Statuentes, ut quascumque possessiones quæcumque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successo-

ceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

In Epiſcopatu Tornacenſi Altaria Dudaſela, Utkerca, Orſcamp, cùm appenditiis ſuis, Altaria Sancti Micbaelis & Sanctæ Crucis, Suenkerka, Clemeskerka, Zuevenzela, Arricta.

In Epiſcopatu Morinenſi Wideſcat, Kemla, cùm univerſis decimis & terris ſibi pertinentibus; Heſina com appendiciis ſuis, Dixmutha & Clarck, duas partes decimæ de Iprenſi Parochia, duas partes decimæ de Formaſela & Dicsbuſc, & de novalibus ejuſdem terræ.

Similiter Cancellariam Comitis Flandriæ, quemadmodum piâ devotione à Roberto Comite Eccleſiæ tuæ conceſſa eſt & Scripto ſuo firmata, & Eccleſia ipſa eam hactenus quietè tenuit.

Obeunte vero tc, nunc ejoſdem loci Præpoſito vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quâlibet, Subreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem fratres ejuſdem Eccleſiæ ſecundùm Dominum Canonicè providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, nec Altaria ad ipſam pertinentia vel Miniſtros eorum quibuſlibet indebitis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ auctoritate & Diœceſianorum Epiſcopotum canonicâ Juſtitiâ. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hujus noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tempraverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Conctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia eternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Tbeodevinus Sanctæ Rufinæ Epiſcopus.

Ego Guido Presbyter Cardinalis tit. Sancti Chriſogoni.

Ego Guido Presbyter Cardinalis tit. Sanctorum Laurentii & Damaſi.

Ego Aribertus Presbiter Cardinalis tit. Stæ. Anaſtaſiæ.

Ego Julius Presbyter Cardinalis Sti. Marcelli.

Ego Jordanus Presbyter Cardinalis tit. Stæ. Suſannæ.

Ego Octavianus Diaconus Card. Sancti Nicolai in carcere Tulliano.

Ego Gregorius Diaconus Cardinali Sancti Angeli.

Ego Guido Diaconus Card. Stæ Mariæ in Porticu.

Ego Iacynthus Diaconus Card. Stæ. Mariæ in Coſmedino.

Datum Viterbii, per manum Bavonis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi VIII. Kal. Novemb. Indictione X. Incarnationis Dominicæ anno M. C. XLVI. Pontificatûs vero Domini Eugenii III. PP. anno ſecundo.

CAPUT L.

Radulphus Caſtellanus Brugenſis, benefacit Abbatiæ de Eeckhout Canonicorum Regularium Brugis anno 1146.

Ex Archivis Abbatiæ.

*****N nomine Sanctæ & Individuæ Tri-
** I ** oitatis.
****** Ego Radolphus Brugenſis Caſtellanus, pro redemptione animæ meæ, quadraginta ſolidos ex decima mea de Lophout Eccleſiæ Sti. Bartholomæi apud (1) Eeckhout in Brugis contuli, Theodorico Flandrenſi Comite aſſenſum præbente, & Sigilli ſui impreſſione confirmante.

Teſtes affuerunt (2) Bernardus Abbas Clarevallenſis.

Robertus Abbas ex Dunis.

(3) Lennothus S. Bertini.

Anſelmus Dapifer.

Euſtachius Camerarius.

Balduinus Deſthuga.

Dodinus frater ejus.

Actum Brugis, anno Incarnationis Dominicæ M. CXLVI. regnante Ludovico Rege Franciæ, Theodorico Flandriam tenente.

(1) Eeckhout, latinè Quercetum, Abbatia Canonicorum Regularium Brugis, S. Bartholomæo Apoſtolo Sacra. De inſigni dote eidem Monaſterio collatâ per Theodoricum de Alſatia Flandriæ Comitem anno 1130, vide Diploma Miræi pag. 381.

Traditio habet, B. Trudonem Presbyterum, Haſbaniæ Principem, anoo 650 primam huic Cœnobio originem dediſſe, conſtitutis ibidem 80 Monachis. Vide quæ dicentur inferiùs, in Notis ad Bullam Alexandri III. Pont. ad annum 1179.

(2) Bernardus. In fuit Fundator Ordinis Ciſtercienſis; de quo vide Notas, ſupra pag. 41.

(3) Lennothus, aliàs Leonius, Abbas S. Bertini Audomaropoli. Is eſt, qui anno 1148 ſacrum Cruorem ex dono Theodorici Flandrorum Comitis, è Paleſtina Brugas detulit. Unde etiam quotannis Abbas S. Bertini ad deferendum eundem S. Cruorem in ſolemni ſupplicatione, die 3 Maii, Brugas invitatur.

CAPUT LI.

Eugenius III. Pont. Abbatiam Meſſinenſem Monialium Benedictinarum Nobilium in Diœceſi Iprenſi, ſuſcipit in Protectionem, ejuſque Poſſeſſiones recenſet atque confirmat, anno 1147.

Ex Archivis Abbatiæ.

EUgenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto Filiabus. Ælidi Abbatiſſæ (1) Mecinenſis Cœnobii, ejuſque Sororibus tam præſentibus quam futuris Regularem vitam profeſſis, in perpetuum.

Deſiderium quod ad Religionis propoſitum, & animarum ſalurem pertinere monſtratur, auctore Deo, eſt ſine aliqua dilatione complendum. Ea-propter dilectæ in Domino Filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus: & præfatum Mecinenſe Cœnobium in quo divino mancipatæ eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus ſecundum B. Benedicti Regulam, & Cluniacenſium Fratrum Inſtitutionem perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conſervetur.

Præterea ſtatuimus, ut quæcumque bona inpræſentiarum juſtè, & canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poteriris adipiſci, firma vobis, & his quæ poſt vos ſucceſſuræ ſunt, & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimendis vocabulis. Locum ipſum in quo Eccleſia ſita eſt, cum decima, & annuale ſorum, quod Comes Robertus contulit Eccleſiæ veſtræ.

Apud Lamperueſſam X. Berquerias, & quartam partem unius. Apud Alvergem VII. manſa terræ. Apud Ekes VII. manſa terræ, apud Wideſchat XXVIII. manſa terræ.

Altare de Warneſtun, & medium Teloniun de Duvia. Apud Ferlinghem dimidiam vaccariam. Apud Duplices montes: Curiam, & duo molendina, & XII. manſa terræ, & partem aquæ. Decimam de Merengies, & de Martini-campo, villam de Scotis.

Apud Ipram X. libras de cenſu & manſura Alcberi, & manſuras quas Hugo eidem Eccleſiæ contulit, Villam Croiſette cum appendiciis ſuis. Manſum unum apud Martini-Campum.

Apud Duacum terram quæ dividitur in XII. partes. Apud Aluwange manſum terræ, decimam Sancti Ricbarii.

Apud Commines pratum, & terram quæ vocatur Ploits cum Hoſpitibus, quam Iwanus contulit eidem Eccleſiæ. Apud Chemlam VIII. ſolidos denariorum, Capellam de Merkem cum redditibus, & terris adjacentibus.

Obeunte te verò ejuſdem loci Abbatiſſâ, vel earum aliquâ quæ tibi eſt ſucceſſura, nulla inibi, quâlibet ſurreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ, præponatur, niſi quam Sorores communi conſenſu, vel pars Sanioris conſilii ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam provideant eligendam.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Cœnobium perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus exactionibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur, Ancillarum Chriſti pro quarum gubernatione, ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

Si qua igirur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona banc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire rentaverit, ſecundò tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis, honoriſque dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examioe diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Albertus Oſtienſis Epiſcopus.

Ego Hugo Presbyter Cardinalis titulo in Lucina.

Ego Hyacinthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedino.

Ego Guido Presbyter Cardinalis titulo Paſtoris.

Datum Altiſiodori per manum Guidonis Rom. Eccleſiæ Diac. Card. & Cancell V. kal. Auguſti, Indict. X. Incarnationis Dominicæ anno M. C. XLVII. Pontificatûs vero Domini Eugenii PP. III. anno 3. 1147

(1) Volgo Messines; Vide Miræum pag. 64. & 67.

CAPUT LII.

Nicolaus Epiſcopus Cameracenſis, inſtituit Monaſterium Monialium Præmonſtratenſium ſub Cura Abbatis Trunchinienſis, in Parochia de Cerſcamp, anno 1148; quæ hodie eſt Præpoſitura Monialium de Tuſſchenbeecke in Diœceſi Mechlinienſi, apud Aloſtum.

EGo Nicolaus Tornacenſis Epiſcopus. Dilecti filii noſtri Roberti Decani de Villa piis petitionibus inclinati, Altare de Cerſcamp cum ſuis appenditiis liberum & ſine perſona Eccleſiæ Truncinenſi, ut ibi Clauſtrum Sororum Ordiois Præmonſtratenſis conſtituatur, benigne donavi.

Quædam etiam quæ præfata Eccleſia poſſidet, videlicet Boedeghen, terram Walterii de Dusburch, quaſdam etiam terras & manſiunculas quas Robertus præfatus Decanus, quaſdam quas Balduinus de Leſda de allodiis ſuis Eccleſiæ de (1) Cerſcamp contulerant.

Præterea Curtes de Burſt & Spinoit qoæ eſt juxta Wiſenberam, quas Eccleſia Trunchinenſis in partibus noſtræ Diœceſis poſſidet, B. Mariæ & auctoritatis noſtræ protectione tuendas ſuſcepimus.

In quibus locis Divina celebrare fratribus Pontificali auctoritate conceſſimus, ſalvo tamen jure Parochialium Sacerdotum.

Ut iſta rata ſint, Sigilli noſtri ſignaculo confirmavimus.

S. Radulfi Archidiaconi,
S. Wilelmi,
S. Ulrici,
S. Walterii,
S. Richerii Canonicorum Cameracenſium,
S. Roberti de Bella.

Actum anoo M. C. XLVIII.

(1) Cerscamp, pagus eſt Comitatûs Aloſtani ſub Diœceſi Mechlinienſi, altero lapide ab Aloſto, hodie pertinens ad Familiam De Cordes. Fuit ibidem ſub annum 1139 fundatum Monaſterium Virginum Ordinis Præmonſtratenſis à Laurentia ſeu Lauretâ de Alſatia, Theodorici Flandriæ Comitis filiâ, Viduâ Ywani de Aloſto Caſtellani Gandavenſis.

Siquidem illa ipſa (Marito ejus fundante ſub eodem anno 1139, Abbatiam Trunchinienſem, Ordinis Canonicorum Regularium Præmonſtratenſium juxta Gandavum ut in Tabulis apud Miræum pag. 104. exhibetur) ne devotionis affectu Marito cederet, haud procul inde Monaſterium Monialium fundavit; quæ Abbati Truncinenſi in ſpiritualibus & temporalibus ſubjectæ forent. Id-ipſum præſenti Diplomate confirmavit anno 1146. Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus.

Porrò præfatæ Moniales anno 1256 è pago de Cerſcamp tranſmigrarunt in locum vicinum dictum *Tuſſchenbeeck*. Remanſerunt autem ſubjectæ Abbati Trunchinienſi, uſque ad annum 1705, quo Abbas iſte jus ſuum tranſtulit in Abbatem Grimbergenſem ejuſdem Præmonſtratenſis Ordinis, qui modo ibidem conſtituit Præpoſitum.

Ex hoc Diplomate obſerva, firmatam olim in Ordine Præmonſtratenſi conſuetudinem, ut in proxima vicinia cujuſque Monaſterii Virorum, eſſent Monialium Cœnobia; uti illud de Cerſcamp ſui reſpectu Abbatiæ Trunchinienſis. Id-ipſum vide apud Miræum pag. 740 in Notis.

CAPUT LIII.

Gerardus Epiſcopus Tornacenſis confirmat anno 1150. Altaria & Poſſeſſiones, quas Abbatia S. Petri in Monte Blandinio, Ord. S. Ben. Gandavi, tunc habebat in Diœceſi Tornacenſi.

Ex Cartulario Abbatiæ.

GErardus Dei gratiâ Tornacenſium Epiſcopus, dilecto Filio Sigero Abbati S. Petri io Blandinio, & Eccleſiæ ſuæ, cunctiſque Succeſſoribus ſois in eodem loco ſubſtituendis pacem & ſalutem perpetuam.

Deum nobis fore propitium credimus, ſi ad reformandum Religionis cultum præcipuam curam impendamus, & Religiom deſervientibus munificentiæ ac liberalitatis noſtræ manum aperiamus.

Proinde tam futurorum quam præſentium ſolertiam ſcire volumus, quod nos venerabilium Romanorum Pontificum Paſchalis videlicet & Eugenii, qui præfatæ Eccleſiæ Apoſtolica Munimenta ſpecialiter dederunt, & Poſſeſſiones Privilegiis ſuis confirmaverunt de libertate ejuſdem Eccleſiæ, auctoritati per omnia, ſicut decet obedientes, Sigere Fili Chariſſime Abbas Sti. Petri Blandinienſis tuis tuorumque Fratrum condignis petitionibus

Supra pag. 41.

acquiescere dignum duximus; & assensu Archidiaconorum nostrorum Everardi & Desiderii cæterarumque Tornacensis Capituli personarum, Altaria Ecclesiarum quæ in Tornacensi Episcopatu hactenus vestra sub Personatu tenuit Ecclesia, & à personis & ab omni personali successione deinceps libera tibi & Ecclesiæ tuæ, cunctisque Successoribus tuis constituimus in perpetuum possidenda.

Altare scilicet Beatæ Mariæ in atrio Ecclesiæ S. Petri cum appenditiis suis, Capella videlicet S. Joannis in Burgo Gandensi, Capella S. Nicolai, Capella S. Jacobi, Capella de Swynaerde & Capella de Lewerghem, Altare de Oostburch cum appenditiis suis, Altare de Vlaersloo cum appendiciis suis: Altare de Eka, Altare de Ondegbem, Altare de Assene: Altare de Westrem: Altare de Lovendeghem; Altare de Bergina: Altare de Kemseke: Altare de Themseka: Altare de Coesforde: Altare de Beverna: Altare de Oygbem: Altare de Desselghem: Altare de Anleghem: Altare de Autryve: Altare de Bossuyt: Altare de Avelghem: Altare de Ooteghem: Altare de Hollain: Altare de Bruyelle: Altare de Wespes: Altare de Annetieres: Altare de Camphin & Altare de Carvin.

Eo quidem tenore hæc concedimus, ut Abbas S. Petri Blandinensis Ecclesiæ omnium præfatorum Altarium, & Successores sui, & Ecclesia sua sit Persona, Synodisque Tornacensibus intersit, & jura Synodalia Episcopo sive ministris suis singulis annis persolvat.

Insuper statuimus, ut Presbyteri ad eadem Altaria administraturi, prius ab Abbate & Ecclesia sua electi, deinceps Episcopo, Archidiacono seu Decano præsententur, a quibus Curam animarum suscipiant, & ipsi Capitula Archidiaconi sui diligenter observent.

Hæc autem nostra Concessio ut firma & inconvulsa permaneat, Venerabili Patre Nostro Samsone Rhemorum Archiepiscopo mediante, & Reverendis Grolano Suessionensi, Theodorico Ambianensi, Balduino Noviomensi, Milone Morinensi, Coepiscopis facta fuisse dignoscitur.

Ad memoriam igitur nostræ Donationis hujus, concessum est mihi ab Abbate & Fratribus Blandinensis Ecclesiæ, ut me obeunte, dies mei obitûs in Kalendario annotetur, & Anniversarium in eodem Cœnobio singulis annis celebretur.

Si quis igitur ea, quæ nostra stabilivit Authoritas, pro nihilo ducere, atque violare tentaverit, si admonitus non resipuerit, nostri officii auctoritate anathematis vinculo irretitus, & à participatione Corporis & Sanguinis Christi separatus, cùm diabolo & Angelis ejus, sententiam damnationis accipiat.

Quod antiquatur & senescit, propè interitum est. Et ideo priusquam vetustate penitus consumatur, quæ nostris temporibus rationabiliter facta sunt, ea præsentis Paginæ superscriptione annotari curavimus, & Sigilli nostri impressione subsignavimus, hisque testibus idoneis corroboravimus.

Signum Samsonis Rhemensis Archiepiscopi.
Signum Grolani Suessionensis.
S Theodorici Ambianensis.
Signum Balduini Noviomensis
Signum Milonis Morinensis, Episcoporum.
Signum Everardi,
Signum Desiderii, Tornacensis Ecclesiæ Archidiaconorum.
Signum Walteri Decani.
Signum Lethardi Præpositi.
Signum Movini Cantoris.
Signum Nicolai &c.

Actum ab Incarnatione Domini anno M. C. L.

CAPUT LIV.

Samson Archiepiscopus Remensis confirmat fundationem Abbatiæ Dunensis Ord. Cist. olim in Territorio Furnensi, nunc Brugis, anno 1153.

Ex Cartulario Abbatiæ.

EGo Sampson, divinâ miseratione Remorum Archiepiscopus, Universis Stæ. Matris Ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris in perpetuum.

Sicut injusta postulantibus nullus est tribuendus assensus, ita justa desiderantibus non est negandus petitionis piæ affectus. Donum itaque quod Theodoricus Comes Flandriæ in præsentia nostra Ecclesiæ de Dunis anno Domini M. C. XXXIX. Furnis constitutus dedit, Scripto nostro & Sigilli nostri impressione munimus, quodque nominatim annotare utile ducimus.

Terram quam * Bertulphus Brugensis Præpositus in Parochia de Ramscapella possedit, & quod in futurum accrescere poterit cum terrâ Erembaldi Cromminel ultra & citra fossatum jacente, ab omni exactione liberam. Continua autem est illa prædicta terra à fossato qui dicitur Comitis, usque ad aquam quæ dicitur Isara, & à terra Broburgensis Ecclesiæ usque ad fossatum qui ab Isara usque Furnas extenditur.

* Vide supra pag. 30.

Confirmamus etiam illi Ecclesiæ, quidquid Gislebertus ibidem proprium habebat, & quidquid Homines sui ibidem sub ipsa possidebant: quod etiam illis Fratribus idem Gisle-

Gisslebertus & Homines sui concedebant.

Si quis vero hujus Confirmationis nostræ Paginam sciens, ei obviare temptaverit, anathema sit. Testes inde habentur

Bartholomæus & Bozo, Archidiaconi.
Drogo, Præpositus.
Leo, Decanus.
Gregorius, Cantor.
Henricus & Thomas, Presbyteri.
Herluinus & Letboldus, Guido & Rogerius, Diaconi.

Actum Remis, anno Incarnati Verbi millesimo centesimo quinquagesimo tertio, Indictione primâ, regnante Ludovico Francorum Rege anno decimo septimo, Archiepiscopatûs autem Domini Sampsonis anno decimo quarto.

Robertus Cancellarius recognovit, scripsit & subscripsit.

CAPUT LV.

Henricus Leodiensis Episcopus, dat anno 1157. Ecclesiæ Collegiatæ Sti. Joannis Leodiensis dimidiam Ecclesiam Thenensem, in Oppido hujus nominis (hodie sub Diœcesi Mechliniensi) Quæ Ecclesia Collegiata subest Patronatui præfati Capituli S. Joannis Leodii.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Henricus secundus Divinâ miseratione Leodiensis Episcopus tam futuris quam præsentibus in perpetuum. Si justis & rationabilibus religiosarum personarum petitionibus condescendimus, ab æterno remuneratore mercedem nobis inde non diffidimus. Proinde venerabilium fratrum Ecclesiæ sancti Johannis Evangelistæ, quæ est in insula Leodii, piæ petitioni condescendimus, & dimidiam Ecclesiam de Tienestemont liberam, id est, sine persona, salvo Jure nostro, Archidiaconi quoque atque Archipresbyteri, concedimus.

Quod ut ratum sit, datâ conservatoribus benedictionis, in prævaricatores quoad resipuerint excommunicationis sententiam promulgamus; atque canonicâ subsignatione nostri quoque sigilli & Remneri ejusdem Eccl. Archid. appositione, hujus nostri decreti Paginam confirmamus.

Signum Remneri præfatæ Ecclesiæ Archidiaconi.
S. Alexandri Præpositi & Archidiaconi.
S. Huberti Decani.
S. Amalrici Archidiaconi.
S. Balduini Archidiaconi.
S. Godefridi Capellani de Score.
S. Wazonis Subdiaconi.

Actum Leodii XIII. kalend. Martii, anno ab Incarnatione Verbi M. C. LVII. Præsulatûs Dom. Henrici secundi XII. Iod. V. Et erat appensum Sigillum dicti Episcopi.

CAPUT LVI.

Abbas Sti. Nicolai Furnensis donat anno 1159. possessiones quasdam Abbatiæ S. Joannis ejusdem Ordinis Præmonstratensis Ambiani, quæ nunc unita est isti Episcopatui.

Ex Cartulario Furnensis Abbatiæ.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Quoniam abundante iniquitate, refrigescit Charitas multorum; adversus malorum versutias bonorum simplicitas præmunienda est. Ea propter ad præsentium futurorumque memoriam conscribere necessarium duximus ea, quæ ego Guillelmus Abbas Furnensis, & Fratres nostri Ecclesiæ S. Joannis Ambianis concedimus.

Ego Guillelmus Furnensis Abbas totusque Conventus Ecclesiæ S. Nicolai, Ecclesiæ S. Joannis Ambianis concedimus, & in eleëmosynam damus, liberum & absolutum, & jure hereditario possidendum, quidquid nostra Ecclesia in Territorio de Septem-Villa possidebat; Curiam videlicet de Septem-Villa liberam cum ædificiis suis, agriculturam totius Territorii prædicti cum pascuis, nemus ad extruncandum, & ad omnes usus Fratrum ibi manentium, & quidquid in prædicto Territorio nostri juris est, vel possessionis.

Si vero pro his, quæ prænotamus, adversus Fratres Ecclesiæ sancti Joannis querimonia qualiscumque exorta fuerit, nostram Ecclesiam absque rerum suarum dispendio, & adjutricem, & guaram constituimus. Fratres verò S. Joannis pro his, quæ eis concessimus, Ecclesiæ nostræ dederunt CC. & LX. mar-

CAPUT LVIII.

Godefridus Dux Lotharingiæ ac Brabantiæ, Equites Templi Jeroſolymitani (nunc Melitenſes) in protectionem ſuſcipit, eorumque bonis largitur immunitatem, anno 1160.

Ex Archivis Ord. Malt.

IN Virtute Spiritûs Sancti, notum eſſe volo tam præſentibus quam futuris, in perpetuum, quod ego Godefridus Dei voluntate Dux Lotharingiæ, Fratres Sanctiſſimi Templi (1) quod eſt in Jeruſalem, quod piæ memoriæ Avus meus & Pater meus in terrâ ſuâ ſuſceperunt in diverſis locis terræ promovêre, etiam ipſe pro remuneratione illius quo dives & pauper indiget, eorum ſequens veſtigia ſub protectione manûs ooſtræ ſuſcepi, ne paſſim bona eorum à quovis infidele eis auferri poſſint. Ea-propter pacem eis in omnibus corum poſſeſſionibus ubique locis Provinciæ noſtræ firmam fieri præcipimus, & immunes ac liberos eos, ac bona eorum ab omni exactione qoæ interdum ſolet terminis circumjacentibus indici, in perpetuum ſtatuimus. Si qnis temerario anſû hæc vota, quæ diſtinxerunt labia ooſtra ac roboravit authoritas noſtra, infriogere temptaverit, iram Dei omnipotcotis & noſtram iocurrat * ..... liberam & licentiam habeant, banno & ſententiâ anathemaris illum tam diù mulctare, quo uſque reſipiſcat, & peccatum ſuum correctione dampnet.

Acta autem ſont hæc anno M. C. LX. Incarnationis Domini, coram his Teſtibus, &c.

(1) TEMPLI. Ordo Templariorum inſtitutus fuerat Jeroſolymis anno 1118, fundatore principali Godefrido de S. Audomaro, Belgâ. Anno autem 1312 in Seſſione ſecundâ Concilii Viennenſis ſuppreſſus fuit.

CAPUT LIX.

Alexander III. Pont. confirmat anno 1163 Altaria, poſſeſſiones, decimas & Patronatum Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Duaci.

Ex Archivis Capituli S. Petri Duaci.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Hogoni Præpoſito Eccleſiæ Sti. Petri Duacenſis, ejuſque Fratribus tam præſentibus quam futuris canonicè intrantibus, in perpetuam memoriam.

Sicut injuſta petentibus nullus eſt tribuendus aſſenſus, ita & juſta poſtulantium noo eſt differenda petitio. Ea-propter dilecti in Domino Filii, Veſtris juſtis poſtulationibus clemeoter annuimus, & præfatam S. Petri Eccleſiam, in quâ divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pootificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domioo poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant. In quibus bæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Ex dono Roberti quondam Atrebatenſis Epiſcopi, Altare de Marcha-Gotranni; ad uſus Canonicorum inibi Deo ſervientium: ſalvo in omnibus jure Epiſcopi & Miniſtrorum ejus. Ex dono ejuſdem, Altare Sanctæ Rictrudis de Waſers, cum dotibus ſuis, ad uſus corumdem Canonicorum, ita liberum & abſolotum, ſicut ipſe vobis conceſſit: ſalvis in omnibus reditibus Epiſcopi, & conſuetudinibus Archidiaconi & Miniſtrorum ejus. Presbytero vero loci illius defuncto, ſive rationabiliter inde remoto, veſtrum erit alium providere idoneum Presbyterum, & Atrebatenſi Epiſcopo preſentare; cui profeſſionem faciat & obedientiam promittat.

Omoes decimas Parochiæ veſtræ, & omnes oblationes, quas Gerardus Cameracenſis quondam Epiſcopus ad uſus Canonicorum Eccleſiæ veſtræ conceſſit, dum adhuc Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopatus coojunctì eſſent: cà ſcilicet conditionc, ut ipſam Eccleſiam veſtram & res ejus nulla unquam regat laica perſona: ſed ſolummodo eam provideat Præpoſitos, qui Clericus ſit, & io Præbendis locandis curam agens, & in ceteris rebus ipſius Eccleſiæ otdinandis. Liberam quoque, & ab omnibus obſoniis omnique cenſuali reſpectu abſolutam, præfatam Eccleſiam manere volumus, ſicut idem Epiſcopus ſtatuit: ſalvâ tantùm ſicut in aliis Abbatiis, Atrebatenſis Epiſcopi juſtitiâ.

Ex dono memorati Roberti Atrebatenſis quoodam Epiſcopi, Altaria & Eccleſias ſan-

cti Martini de Sin, & ſancti Remigii de Marca, cum dotibus & appendiciis ſuis, ad uſus Canonicorum ibidem Deo ſervientium (remotâ per eundem Epiſcopum omni venalitate & turpis lucri exactione) ita libera jure perpetuo poſſidenda, ſicut ea vobis rationabiliter ipſe conceſſit: ſalvis in omnibus Cathedraticis redditibus Epiſcopi, & conſuetudinibus Archidiaconi, & Miniſtrorum ejus. Presbytero vero de quolibet loco prædicto defuncto, ſive rationabiliter inde remoto, alium idoneum Presbyterum Atrebatenſi Epiſcopo præſentetis, cui profeſſionem faciat & obedientiam promittat: & ſic in populo Dei Curam gerendam de manu Epiſcopi gratis accipiat.

Aliqui tamen veſtrum ſingulis annis Atrebatenſi Synodo ſtudeant intereſſe: niſi forte benevolentiâ Epiſcopi fuerint relaxati.

Duas Capellas Beatæ Mariæ in ſuburbio Duacenſi liberas & abſolutas, ſicut Eccleſia veſtra eas hactenus noſcitur rationabiliter poſſediſſe.

De Præbendis quoque mutandis, quæ de bonis Roberti Præpoſiti, Symonis, & Girardi, in Eccleſia veſtra ſunt rationabiliter inſtitutæ, quorumlibet laicorum aſſenſus contra ipſius Eccleſiæ conſuetudinem nullatenus admittatur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi præſumptionem ſuam congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus.

Ego Bernardus Portuenſis & S. Ruffinæ Epiſcopus.

Ego Gualterus Albanenſis Epiſcopus.

Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis titulo S. Crucis in Jeruſalem.

Ego Henricus Presbyter Cardinalis titulo SS Nerei & Achillei.

Ego Joannes Presbyter Cardinalis titulo S. Anaſtaſiæ.

Ego Albertus, Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Lucina.

Ego Guihelmus, tituli S. Petri ad vincula Presbyter Card.

Ego Hiacynthus, Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedyn.

Ego Ado, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Ego Ardicio Diac. Cardi. S. Theodori.

Ego Boſo Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.

Ego Cinthius Diac. Card. S. Adriani.

Ego Joannes, Diac. Card. S. Mariæ in porticu.

Ego Manfredus, Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum.

Datum Carnoti per manum Hermanni S. R. E. Subdiaconi & Notarii, III. Kal. Maii Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno M. C. LXIII. Pontificatûs vero Domini Alexandri PP. III. anno IV.

Duacum, celebris eſt Gallo-Flandræ Civitas, quam Pius IV. Pontifex anno 1559 Studio generali ſeu Academiâ, ad normam Lovanienſis, inſignivit, petente Philippo II. Hiſpaniarum Rege, primario illius fundatore; primis Profeſſoribus è Lovanienſi Academiâ evocatis. Bullam habes apud Miræum pag. 138.

Sunt hic duo famoſa Canonicorum Collegia, unum S. Amati, cum Præpoſito, Decano &c. cujus antiquam Originem ac Fundationem recenſuit ac confirmavit anno 1076 Philippus I. Francorum Rex, aliique dein Reges poſt ipſum corroborarunt: uti & Gerardus II. Cameracenſis Epiſcopus annn 1081, & Paſchalis II. Pontifex anno 1114. Quorum omnium Tabulas vide in nova Editione Operum Diplomaticorum Miræi pag. 1358.

Alterum Canonicorum Collegium S. Petro Apoſtolorum Principi ſacrum eſt: quod è XII. Canonicis conſtitit, habens Præpoſitum, Decanum &c. Antiquitatem ejus ignoravit P. Buzelinus in ſua Gallo-Flandriæ deſcriptione; aſſerens nullum eſſe monumentum, ex quo erui poſſet vel nomen fundatoris, vel fundationis annus.

Attamen ex traditione ejuſdem Eccleſiæ conſtat, eam anno 1012 à Balduino Barbato Flandriæ Comite fuiſſe fundatam, dotatamque à Gerardo I. Cameracenſium ſimul & Atrebatenſium Epiſcopo, qui decimas & oblationes Parochiæ S. Petri eidem Capitulo conceſſit, obiitque anno 1049.

Habuit hæc Eccleſia celeberrimos doctiſſimoſque Præpoſitos; è quibus eminent ſequentes.

Richarous Smithæus Anglus S. Theol. Doctor Oxonienſis.

Matthæus Galenus, Weſtcapellius Zelandus S. T. Doct. Duac.

Guilielmus Estius Gorcomienſis, S. Th. Doctor Lovanienſis.

Georgius Colvenerius Aloſtanus, S. Th. Doctor Duacenus.

Theodorus Van Couwerden.

Ma-

MATHIAS GERTMAN, Tutohautanus.
PETRUS DE LALAING.
HENRICUS DE CERF, Iprenſis.
ADRIANUS DEL-COURT, Nivellenſis, omnes S. Theologiæ Doctores & Profeſſores, paſſim omnes libris editis celebres.

Porrò Diploma hoc Alexandri III. Pont. aliaque ſubſecutura Parte II. communicata habemus, à Rev. adm. Domino Doutart, ejuſdem Eccleſiæ D. Petri Duaci Canonico.

CAPUT LX.

Alexander III. Pontifex confirmat Privilegia Eccleſiæ S. Donatiani Brugis, anno 1173.

Ex Cartulario S. Donat.

ALexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis Filiis, Roberto Præpoſito, Aketto Decano, & Canonicis Eccleſiæ B. Donatiani Brugis, eorumque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis, in perpetuam memoriam.

Effectum juſta poſtulantibus indulgere, & vigor æquitatis & ordo exigit rationis: præſertim quando petentium voluntates & pietas adunat, & veritas non relinquit.

Quocirca dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus.

Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis propitiante Domino, poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant.

Ad hæc liberam Præpoſiti veſtri electionem, ſicuti huc uſque habuiſſe noſcimini, Vobis & Eccleſiæ Veſtræ duximus in perpetuum confirmandam.

Præterea precibus & inſtantiâ dilecti Filii noſtri Nobilis viri, Philippi Flandrenſis Comitis, benigniùs inclinati, præſenti Decreto ſtatuimus, ut ſicut à primis temporibus ſtatutum eſt, quicumque communi electione Decani & Capituli Eccleſiæ veſtræ conſtitutus fuerit Præpoſitus, idem à Comite Flandreoſi Cancellarius ordinetur.

Rationabiles etiam conſuetudines Eccleſiæ veſtræ, & aſſidoam devotiſſimamque divini ſervitii curam, nec non etiam communitatem Refectorii ac Dormitorii, conſideratione piâ ac providâ conſtitutam authoritate Apoſtolicâ confirmamus; & ſicut huc uſque ſervata eſt, ita deinceps præcipimus inviolabiliter obſervari.

Sepulturam quoque Flandrenſium Comitum & Notariorum atque Officialium ſuorum, ſicut eam hactenus habuiſtis, nec non etiam aliorum, qui apud vos ſepeliri elegerint, niſi excommunicati ſint vel interdicti, liberam eſſe concedimus: ut eorum devotioni & extremæ voluntati nullus obſiſtat: ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat Vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſâ voce divina officia celebrare.

Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi reverentiâ.

Si qua igitur in ſuturum Eccleſiaſtica ſæculariſvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam venire temerè temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi preſumtionem ſuam dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena ſiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Hobaldus Oſtienſis Epiſcopus.

Ego Bernardus Portuenſis & S. Rufinæ Epiſcopus.

Ego Gualterius Albanenſis Epiſcopus.

Ego Guilielmus Presbyter Cardinalis titulo S. Petri ad Vincula.

Ego Boſo Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ, titulo Paſtoris.

Ego Petrus Presbyter Cardinalis titulo S. Laurentii in Damaſo.

Ego Joannes Presbyter Cardinalis titulo S. Marci.

Ego Oddo Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Cinthius Diaconus Cardinalis S. Adriani.

Ego Mamfredus Diaconus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum.

Ego Hugo Diaconus Cardinalis S. Euſtachii juxta Templum Agrippæ.

Ego Petrus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro.

Ego Hugo Diaconus Cardinalis S. Angeli.

Datum Anagniæ per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii, IV Nonas Julii Indictione ſextâ, Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo tertio, Pontificatûs verò Alexandri Papæ tertii anno decimo quarto.

CAPUT LXI.

Philippus Alſatius Comes Flandriæ benefacit Abbatiæ Aldenburgenſi Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Brugenſi, anno 1103.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

EGo Philippus Flandriæ & Viromandiæ Comes notum eſſe volo tam poſteris quam modernis, quod omnem novam Teriam tam arabilem quam paſcualem quæ apud Weſtenda (1) de Teſtrep, ubicumque inter Dunos & Iſaram (2) & mare jacet, & omnem quam ibi in futurom alluvione maris accreſcet, Eccleſiæ ſancti Petri de Aldenburch (3) pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & Prædeceſſorum meorum hereditario jure poſſidendam donavimus.

Ita tamen quod pro ſingulis octo menſuratis infra dicum tantum contentis Eccleſia illa Domioo Flandriæ unam Marcham Flandrenſis monetæ ſingulis annis perſolvet, & ſic deinceps ſupradicta terra ab omni exactione & Relevio & tallia libera & quieta in perpetuum permanebit.

Ut autem hæc Donatio mea in poſterum rata & ab omni reclamationis periculo libera permaneat, ſigilli mei auctoritate & ſubſcriptorum teſtimonio eam confirmavi.

S. Florentii Comitis Hollandiæ.
S. Roberti Turonenſis Theſaurarii & Flandriæ Cancellarii.
S. Hugonis Abbatis ſancti Nicholai de Furnes.
S. Haket Decani ſancti Donatiani de Brugis.
S. Cononis Caſtellani de Brugis.
S. Euthaſii Camerarii.
S. Florentii de Vorren.
S. Raſonis Butticularii.
S. Riquardi Blancet.
S. Riquardi Seneſcalki.
S. Theodorici de Ipris.

Actum eſt Ipris anno Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo tertio.

(1) Vicus Neoportum inter & Oſtendam in Franconate Brugenſi.

(2) Fluvius fluens in Mare ſubtus Neoportum.

(3) Vide Miræum pag. 679. 680.

CAPUT LXII.

Philippus Comes Flandriæ confirmat Privilegia atque poſſeſſiones Abbatiæ Meſſinenſis, Virginum Ord. S. Bened. in Diœceſi Iprenſi, anno 1176.

Ex Archivis Abbatiæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Philippus Dei gratiâ Flandriæ, & Veromandiæ Comes omnibus fidelibus in perpetuum.

Cum ex officio poteſtatis mihi cælitus collatæ omnes Eccleſias terræ meæ defenſare tenear, & earum jura illibata ſervare, tamen quamdam benevolentiæ, ac dilectionis meæ prærogativam ſibi vendicare videntur Eccleſiæ illæ, quas pia Anteceſſorum meorum ac laudabilis devotio ex hæreditate propria ædificari ac fundari voluit.

Inde eſt quod Eccleſiam Mecinenſem à Comite Balduino Inſulano, & uxore ſua Adela Roberti Francorum Regis Filia in honore Sanctæ Dei Genitricis cum omnimoda libertate fundatam, hâc meæ protectionis & gratiæ munificentiâ gaudere volui, quod divinæ remunerationis intuitu, & Agneris ejuſdem loci Abbatiſſæ, ac Gertrudis Sororis meæ quondam Morianenſis Comitiſſæ ſedulo interventu prætaxatam Eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis in mea protectione ſuſcepi, ratum habens, & liberaliter concedens quidquid ei ab anteceſſoribus meis collatum eſt, & quidquid ipſius continetur Privilegiis.

Volo etiam notum eſſe omnibus præſentibus, & Atteſtatione Litterarum ad notitiam poſterorum traduci, quod ab Anteceſſoribus meis, ſive ab aliis per manus Anteceſſorum meorum eidem Eccleſiæ collatum ſit, ſicut

ſub eorum teſtimonio ſcripta teſtantur, & quid ego pro ſalute mea & Parentum meorum in eleëmoſynam ei contulerim.

Sicut igitur à diverſis diverſa ſont ei collata ita locis continentur diverſis. Locus videlicet ipſe io quo ſita eſt præfata Eccleſia cum decima, & annuali foro quod Comes Robertus contulit eidem Eccleſiæ.

Apud Lampernesſam decem Barquariæ, & quarta pars unius. Apud Alfrenghen vii. manſa terræ, Decima S. Richarii, apud Ekenvii. menſa terræ. Apud Wideſchat xxviii. manſa terræ, Altare de Wainestun, & dimidium Telonium de Dovia. Apud Ferlinghen dimidia vaccaria.

Apud Duplices-montes Curia, duo molendina, xii. manſa terræ, & porta aquæ. Decima de Merengies. Apud Martini campum etiam decima, & unum manſum terræ. Villa de Scotis.

Apud Ipram redditus decem librarum de cenſu, & manſura Alcberi, & manſura quas Hugo eidem Eccleſiæ contulit.

Villa Croiſette cum appenditiis ſuis. Apud Alewange manſum terræ. Apud Comines pratum, & terra quæ vocatur Ploiɛtz cum Hoſpitibus, quam Iwanus contulit eidem Eccleſiæ. Apod Kemlam viii. ſolidi, & xxx. menſuræ mori quæ jacent inter morum Eccleſiæ S. Mariæ de Houthem, & Blocled, quas ego ei dedi.

Obeunte verò ejuſdem loci Abbatiſſâ nulla inibi qualibet ſubreptionis aſtutiâ, ſeu violentiâ præponatur, niſi quam Conventus communi conſenſu, vel pars ſanioris conſilii ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam providerit eligendam.

Ut autem hæc omnia per omnem ſæculi decurſum rata permaneant & inconvulſa, ſigilli mei Authoritate, & Teſtium ſubnotatione corroborari precepi.

S. Roberti Inſulenſis Præpoſiti.
S. Gerardi Notarii & Sigillarii mei.
S. Lambini Brugenſis Notarii.
S. Riquardi Plauvot Notarii.
S. Wilgelmi Eleëmoſinarii.
S. Razonis Boticularii.
S. Euſtacii Camerarii.
S. Cononis Brugenſis Caſtellani.
S. Walteri de Lois.
S. Walteri de Formeſelis.
S. Roberti de Ipra.
S. Henrici de Morcela.
S. Walteri de Rolinghen.
S. Willi Gonela.
S. Hugonis Ulent.
S. Hugonis de Wautnes.
S. Walteri Iprenſis Panetarii.
S. Iohannis de Riniuga.
S. Willelmi Blovot.

Actum Brugis in Capella Comitis, anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXVI.

CAPUT LXIII.

Philippus Alſatius anno 1177. *& Margareta ejus filia anno* 1194. *Comites Flandriæ benefaciunt Abbatiæ S. Andreæ Ord. S. Ben. juxta Brugas.*

Ex Camera Rationum Inſulis.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, amen. Ego Philippus Flandriæ & Viromandiæ Comes, notum eſſe volo omnibus, quod pro ſalute animæ meæ dedi in eleëmoſinam Eccleſiæ Sancti Andreæ viginti ſolidos ſingulis annis accipiendos Brugis in Dominica Palmarum ex officio Lambini Notarii.

De iſtis vero denariis ſtatui ut ſolummodo procurentur vinum & panis ad conficiendum Sacrificium Altaris.

Ne igitur hæc eleëmoſina poſſit ad aliquo infringi vel quaſſari, Sigilli mei auctoritate eam confirmari præcepi, anno Domini M.C.

1177. ſeptuageſimo ſeptimo.

1194. EGo Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa & Namorci Marchioniſſa, notum facio tam præſentibus quam futuris, quod ex conſenſu mariti mei Balduini Comitis Flandriæ & Hannoniæ & Marchionis Namurci, & dilecti Filii mei Baldoini primogeniti, conceſſi Monachis Sancti Andreæ ſexaginta ſolidos ſingulis annis de Brevibus quæ majus officium appellantur in Rogationibus Brugis recipiendos. De quibus quadraginta ſolidis cedent Refectioni Monachorum ibidem Deo ſervientium in die anniverſarii mei decem ſolidi: Invocavit me, ſolidi X. Lætare Hieruſalem ſolidi X.: Dominicâ in Ramis Palmarum decem ſolidi diſtribuentur.

Ut igitur hæc donatio mea ad poſteros meos tranſeat inconvulſa, Sigillo meo & Sigillis prædictorum Mariti & Filii mei confirmata eſt & munita Teſtium idoneorum appoſitâ ſubſcriptione.

Signum Gerardi Brugenſis Præpoſiti & Flandriæ Cancellarii.
S. Eliæ Abbatis Dunenſis.
S. Balduini Abbatis de Ekoud.
S. Hugonis Decani Brugenſis.
S. Willelmi Decani Inſulenſis.

SS. Canonicorum de Brugis, Joſeph & Magiſtri Gerardi.

Actum anno Domini M. C. XCIV.

CAPUT LXIV.

Alexander III. Papa confirmat poſſeſſiones ac Privilegia Abbatiæ Quercetanæ, vulgo de Eeckbout, Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſt. Brugis, anno 1179.

Ex Archivis Eeckhoutanis.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Arnulpho Abbati Eccleſiæ S. Bartholomæi de Eeckbout, ejuſque Fratribus tam præſentibus quam futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuam memoriam.

Cùm ſitis Regularem vitam Domino inſpirante profeſſi, paci veſtræ paternâ conſideratione proſpicimus, & ne poſſitis malignorum vexationibus fatigari, Apoſtolicum vobis patrocinium exhibemus.

Ea-propter dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædictam Eccleſiam S. Bartholomæi, in quâ Divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus qui ſecundum Dei & B. Auguſtini Regulam in veſtra Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Præterea quæcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant.

Sanè ſepulturam ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi quislibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & B. Auguſtini Regulam providerint eligendum.

Nihilominus etiam arctius intercidimus, ne Epiſcopo, Archidiacono, vel eorum miniſterialibus Canonicis ſeu Clericis aliis pro confirmatione, introniſatione, vel benedictione Abbatis veſtri, palefridum, cappam ſericam, aut quidquam aliud facultas vel licentia pateat à vobis obtentu cujuſlibet conſuetudinis exigendi. Si verò pro his à vobis quidquam exegerint, cùm deteſtabile ſit, & obvium rationi, liberè vobis liceat eis quod poſtulaverunt, denegare.

Ad hæc, cùm generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis ſuppreſſâ voce Divina officia celebrare.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſerventur eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ autoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus.

Ego Theodoricus Portuenſis & Stæ. Rufinæ Epiſcopus.

Ego Hugo Presbyter Cardinalis titulo Sti. Clementis.

Ego Matth. Presbyter Cardinalis titulo Sti. Marcelli.

Ego Ardicio Diaconus Cardinalis Sti. Theodori.

Ego Gratianus Diaconus Cardinalis SS. Coſmæ & Damiani.

Ego Johannes Diaconus Cardinalis Sti. Angeli.

Ego Rainerius Diaconus Cardinalis Sancti Adriani.

Ego Mathæus Mariæ novæ Diaconus Card.

Ego Paulus, SS. Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis.

Datum

Datum Velletri per manum Alberti S. Rom. Presbyt. Cardin. Cancellarii IV. Idus Januarii Indict. III. ab Incarnatione Dom. anno M. C. LXXIX. Pontificatûs vero Domini Alexandri PP. III. anno XXI.

Origo Abbatiarum Eeckhoutanæ & S. Trudonis Ord. S. Auguſt. Brugis.

QUERCETUM, olim dictum *Eeckbolt*, unde hæc Abbatia (quæ *Quercetana* vel *Eeckhoutana* dicitur), nomen ſuum obtinuit, quondam fuit lucus Jovi ſacer; quercum ſiquidem Ethnici omnes ſanctam habuerunt, & ex eadem ſua oracula * expectâruot. Veroſimile eſt, Quercetum illud prioribus ſeculis multò ſpacioſius excurriſſe, quam modo territorium Abbatiæ Eeckhoutanæ; adeo ut complexum fuerit loca circumvicina, quorum fundus etiamnum ad eandem jure antiquo ſpectat. In quo modernum S. Trudonis Cœnobium, item Dominicanarum & Coletanarum, Xenodochium S. Magdalenæ, Sacellum Jeroſolymitanum, Conventus Alexianorum, Schola pauperum *Begardica* dicta, cùm aliis locis excurrentibus extra Civitatem per Pagum de Odegem uſque ad pontem vulgò *Steen-Brugghe* ad Canalem Ganda-Brugenſem; quæ loca etiàm hodie cenſum annuum pendunt Abbatiæ Eeckhoutanæ.

* Teſte Oliverio Vredio lib. 2. Prod. pag. 411.

Totus hic fundus, bonum patrimoniale ſeu allodiale, ut vocant, S. Trudonis fuiſſe creditur, ipſique, defunctis Parentibus jure hæreditario obtigiſſe. Scriptores hunc S. Confeſſorem natum aſſerunt anno 628 ex nobiliſſimis Parentibus Wilboldo & Adila Sanctiſſimâ Matrona, (cujus Reliquiæ aſſervantur juxta Altare in vico de Zeilhem propè Dieſtemium, teſte Molano.) Hi amplas habebant ditiones in Flandria, Hasbania & Campinia, ob quas nomine & Comitum dignitate celebres habebantur. Quinimo Trudonem ex nobili ſtirpe Francorum Regum & Ducum Auſtraſiorum ortum fuiſſe, Authores aliqui commemorant.

S. Trudo, defunctis Parentibus, ad S. Clodulphum Metenſem Epiſcopum profectus eſt, ibique ſacris litteris inſtructus, Clericatu, ipſoque etiam Sacerdotio adhuc adoleſcens ob eminentem vitæ ſanctimoniam inſignitus eſt. Chriſti & Apoſtolicum de perfectione conſilium ſequi volens, quidquid in Hasbania (quæ Patria ipſi natalis erat, hodieque eſt notabilis Leodienſis Epiſcopatûs portio) patrimonii poſſidebat, Eccleſiæ Metenſi largitus eſt.

* Origo Abbatiæ S. Trudonis in Hasbania.

* Atque ex his bonis anno 657 conditum fuit *Sarcinus* (quæ nunc in honorem & memoriam Sti. Fundatoris *Trudonopolis* dicitur) celebre Clericorum regulariter viventium Monaſterium: quæ nunc eſt Abbatia celeberrima ac potentiſſima Monachorum Benedictinorum, qui tantum poſt aliquot ſæculorum Intervallum eo ſuêre introducti; quæque anno tantùm 1227 per commutationem à Juriſdictione ſpirituali Metenſis Epiſcopi tranſiit ad juriſdictionem Leodienſis.

Simili modo de bonis, quæ apud Brugas in Flandria poſſidebat, Vir Sanctus diſpoſuit. In proprio enim allodio fundare cœpit anno 650 celebre Monaſterium, quod & dotavit; in quo temporis ſucceſſu ipſe-met Fundator octoginta Monachos vidit, rexit, & aluit, ſeu potius Clericos Regulares, quales ipſe in Cathedrali Metenſi viderat, quibuſque convixerat.

Acta ſunt hæc paucis annis, poſtquam Apoſtolicus Vir *Elegius* Tornacenſis ac Noviomenſis Epiſcopus paganiſmum è territorio Brugenſi penitus extirpavit; cui cooperatus eſt Stus. Trudo, & collaborarunt Clerici ab eo inſtituti. Floruit itaque hoc Sanctorum & Apoſtolicorum Virorum Seminarium juxta Brugas plantatum, uſque ad annum 880, quo à Normannis & Danis, cùm pleriſque antiquis in Belgio Eccleſiis & Cœnobiis eſt deſtructum. *De hac vaſtatione vide Molanum in parvo Chronico SS. Belgii*, Cap. 23.

Contra has Barbarorum irruptiones Balduinus Ferreus primus Flandrorum Comes Burgum antiquum Brugenſe ab anno 856 muniverat ac vallo muriſque cinxerat. Atque hæc fuêre prima Brugenſis Urbis exordia.

In eo luctuoſiſſimo ſtatu Clerici & Monachi uti & Sanctimoniales, exuſtis ac depopulatis ſuis Monaſteriis, ubi poterant opportunius latitabant, aut de locis ad loca peregrinabantur. Atque ita vetus Quercetum Brugenſi Burgo vicinum factus eſt denuò locus deſertus; in quem Comites Flandriæ jus ſibi vindicarunt, quod temporis lapſu tandem devolutum eſt ad Theodoricum Alſatium, qui illud abdicavit, & Religioſis Eeckhoutanis poſtliminiò reſignavit, uti ex literis Reſtaurationis ſivè ſecundæ Fundationis conſtat.

Interea aliqui præfatorum Cœnobitarum commorati ſuere circa Eccleſiam de *Amersham* aliàs *Admarsham*, in Agro Brugenſi, propè Canalem quò Gandavum navigatur (quæ uſque hodiedum eſt Villa antiquiſſima Monaſterii Eeckhoutani, creditumque olim fuiſſe pars patrimonii ſivè allodii S. Trudonis:) donec diſperſi denuo collecti ſunt circa annum 1006 operâ Lamberti Tornacenſis Epiſcopi, erecto Cœnobio cum Eccleſia Parochiali in Odeghem juxta Brugas, ſub invocatione Sti. Trudonis Patroni ac Fundatoris ſui. Ibidemque Clerici aliqui Regulares curam animarum adminiſtrârunt, decimaſque & oblationes receperunt.

Anno 1016 pars aliqua Cœnobitarum ex Odeghem regreſſa eſt ad primæ Fundationis locum in Querceto, ubi iterum reſtaurari cœpit Monaſterium, quod anno 1040 perfectum fuiſſe aſſerit Meyerus in Annalibus, ac temporis lapſu excrevit in Abbatiam, cui primum Cœnobium Odegemianum, cùm ſolo Prioratus titulo, diu manſit ſubjectum.

Biennio ante, ſivè anno 1038, in Quercetum admiſſus fuerat B. *Evrelmus* Anachoreta, ut ibidem, conceſſo ſibi Oratorio & cellulâ particulari, ſolitariam (ſicuti Recluſi ſoient) vitam ageret. Qui & illic ſancto fine quievit, juxta hoc Epitaphium ejus adhuc ſuperſtes in Eccleſia „ *Hic jacet* EVRELMUS *Anachorita, qui duodecim annos in „ hac inſula Luci noſtri converſatus eſt, & obiit „ anno Domini milleſimo ſexageſimo, ſecundâ die „ Octobris.*

Anno 1110 Moniales S. Trudonis Ordinis S. Auguſt. (quarum Abbatia Brugis nunc exiſtit) à Canonicis Regularibus Quercetanis in ſuam curam tam quoad ſpiritualia, quam & temporalia admiſſæ fuerunt: & aliquandiu habitarunt in loco eodem & ſub eadem lege. Sed anno 1112 tranſlatæ fuerunt in Prioratum de Odeghem ſub Parochiâ S. Catherinæ juxta Brugas (de quo ſupra) manentes ſub regimine Prioris, quem Abbas Eeckhoutanus iis deſtinabat. Atque interim bona remanebant communia utrique Monaſterio, Quercetano ſcilicet & Odegemiano. Et fortè hinc ortum eſt, quod inſignia Abbatiæ Eeckhoutanæ ho-

diedum duplex pedum exhibeant.

Anno 1130 Quercetum à Theodorico Alſatio Flandriæ Comite, Canonicis Eeckhoutanis, ſub invocatione B. Mariæ & SS. Bartholomæi & Willibrordi Deo ibidem ſervientibus, liberè poſſidendum traditur, *cum omni jure & redditibus Flandriæ Comitis hactenus pendi ſolitis; ut patet ex Diplomate apud Miræum pag.* 381.

Anno 1219 Joanna Flandriæ Comitiſſa notabilem agri portionem per Donationem à ſe factam communem eſſe voluit, & Canonicis Eeckhoutanis & S. Trudonis Canoniſſis. Verum anno 1248 ad ſopiendas quaſdam exortas inter hos & iſtas difficultates, facta eſt bonorum diviſio & perſonarum ſeparatio, nec non exemptio Monialium Trudoniſſarum ab Abbate Eeckhoutano, tunc Goſwino nomine, ejuſque Succeſſoribus; Comite Flandriæ authoritatem interponente, & teſte aſſiſtente Abbate Dulcis Vallis Ord. S. Auguſt. inſtitutâ utique prima Abbatiſſâ, Uſſliâ, nobili ac ſingularis pietatis Sanctimoniali.

Hæc deſumpta ſunt ex libro Brogis edito per *Cornelium Bartholomæi* Canonicum Regularem Eeckhoutanum, cui Titulus *Pondus Sanctuarii* &c. ubi pag. 32 in Mantiſſa recitat atque refutat errores quoſdam, in quos prolapſum fuiſſe aſſerit Miræum, in libello ſuo de Orig. Canonicorum Regularium. Nempe quod anno 1050 evocati fuerint primi Canonici Eeckhoutani ex Abbatia S. Nicolai de Pratis apud Tornacum, quæ utique eſt fundatione poſterior. Item quod aſſerat primos Coenobitas fuiſſe Benedictinos ex Monaſterio de Capella, (quæ olim fuit Abbatia ſita in Diœceſi Morinenſi) ad Quercetum tranſlatos. Item quod dicat hos Monachos circa annum 1080 ſuſtepiſſe Regulam & Statuta Congregationis Arroaſienſis, quæ eſt Abbatia in Artheſia, toto ferme ſæculo poſterior.

CAPUT LXV.

Alexander III. Pont. declarat Wilhelmo Archiepiſcopo Remenſi ejuſque Suffraganeis, Religioſos Dunenſes Ord. Ciſt. immunes eſſe à ſolvendis Decimis terrarum quas ipſi-met excolunt, circa annum 1180.

Ex Cartulario Dunenſi.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus W. Remenſium Archiepiſcopo, Tit. Sanctæ Sabinæ Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, & ejus Suffraganeis, & dilectis Filiis Abbatibus, Archidiaconis, Præpoſitis, Presbyteris in eorum Epiſcopatibus conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Audivimus, & audientes admirati ſumus, quod cum Fratribus Monaſterii de Dunis, ſicut aliis omnibus Ciſtercienſis Ord. à Patribus & Prædeceſſoribus noſtris conceſſum ſit, & à * Nobis poſtmodum confirmatum, ut de laboribus quos propriis manibus aut ſumptibus excolunt, nemini decimas ſolvere teneantur: quidam ab eis nihilominus contra indulgentiam Sedis Apoſtolicæ decimas exigere & extorquere præſumunt, & ſiniſtrâ interpretatione Apoſtolicorum Privilegiorum Capitulum pervertentes, aſſerunt de Novalibus debere intelligi, ubi de laboribus eſt inſertum.

* Vide Diploma apud Miræum pag. 1315.

Cum ergo manifeſtum eſt omnibus qui rectè ſapiunt, interpretationem hujuſmodi perverſam eſſe & intellectu ſane contrariam, cum ſecundum Capitulum illud à ſolutione Decimarum tam de terris illis quas deduxerunt vel deducunt ad cultum, quam etiam de terris cultis quas propriis manibus vel ſomptibus excolunt, ſint penitus abſoluti; ne ullus contra eos materiam habeat malignandi vel quomodolibet ipſos contra juſtitiam moleſtandi: per Apoſtolica Scripta Vobis præcipiendo mandamus, quatenus omnibus qui Veſtræ ſunt poteſtatis, Authoritate Noſtrâ prohibere curetis, ne à memoratis Fratribus de Dunis, vel à Fratribus aliorum Monaſteriorum Ciſterc. Ord. qui in Epiſcopatibus Veſtris conſiſtunt, ac novalibus, vel de aliis terris, quas propriis manibus vel ſumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium decimas præſumant quomodolibet extorquere.

Nam ſi de Novalibus voluiſſemus tantum intelligi, ubi ponimus *de laboribus*, de novalibus poneremus: ſicut in Privilegiis quorumdam apponimus aliorum.

Quia verò non eſt conveniens, ut contra Inſtituta Sedis Apoſtolicæ temerè veniatur, quæ obtinere debent inviolabilem firmitatem, per Apoſtolica Scripta Vobis præcipiendo mandamus, ut ſi qui Canonici, Clerici, Monachi vel Laici contra Privilegia Sedis Apoſtolicæ prædictos Fratres Decimarum exactione gravaverint, appellatione remotâ Laïcos excommunicationis ſententiâ percellatis, reliquos ab officio ſuo ſuſpendatis; & tam excommunicationis, quam ſuſpenſionis ſententiam faciatis uſque ad dignam ſatisfactionem inviolabiliter obſervari.

Ad hæc præſentium Vobis Auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus ſi qui in Fratres prædictorum Monaſteriorum violentas injeceriot manus, eos accenſis candelis excommunicatos publicè nuncietis, & faciatis ab omnibus ſicut excommunicatos diſtrictius evitari, donec congruè ſatisfaciant prædictis Fratribus, & cum Litteris Dioceſani Epiſcopi rei veritatem continentibus Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent.

Datum Laterani decimo quinto Kalendas Maii, 1 1 8 1.

CAPUT LXVI.

Philippus Comes Flandriæ, ad inſtantiam Sororis ſuæ Gertrudis Comitiſſæ Maurianenſis, benefacit Monialibus S. Nicolai Ord. Præmonſt. Furnis anno 1181. Quam Donationem paulò poſt confirmavit Urbanus III. Pontifex.

Ex Archivio Abbatiæ Furn.

IGo Philippus Comes Flandriæ & Viromandiæ, notum eſſe volo tam futuris, quam præſentibus, quod ad petitionem & devotionem cariſſimæ Sororis meæ Gertrudis quondam Morianenſis Comitiſſæ, piæ ipſius devotioni placito occurrens, aſſenſu, pro animabus noſtris, & anteceſſorum noſtrorum conceſſi, dedi, approbavi eleëſynam, quam ex reditibus ſibi ad vivendum aſſignatis, Sororibus S. Nicolai de Furnes aſſignavit, videlicet quinquaginta ſolidos ex officio Lambini Notarii Brugis annuatim perſolvendos.

Notandum, quod ex prædictis quinquaginta Solidis ſorores habebunt aliquam pitantiam in die anniverſarii ejus, & mei, hoc addito, quod Sorores litteratæ pſalterium legant ſingulæ infra octavas utriuſque anniverſarii: illiteratæ quinquaginta *Pater-noſter* dicant.

Si verò contigerit, me poſt ipſam vivere, quamdiu ſuperſtes ero, in Octavis S. Trinitatis celebrabunt Miſſam de Spiritu Sancto pro ſalute & incolumitate mea.

Ut ergo hæc eleëmoſyna noſtra rata permaneat, ſigilli mei auctoritate, & teſtium ſubſcriptione præſens ſcriptum communire curavi.

S. Roberti Advocati.
S. Roberti Filii ejus.
S. Hugonis de Oyſi.
S. W. de Locra.
S. W. de Atrebato.
S. G. de Aria.

Actum anno Domini M. C. LXXXI.

◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus, Chriſtianæ Prioriſſæ, & Sororibus S. Nicolai Furnenſis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt, nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere.

Ea propter, dilectæ in Domino Filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, quinquaginta ſolidos Flandrenſis monetæ, quæ vos annuatim ex pia diſtributione nobilis Mulieris Gertrudis quondam Comitiſſæ Maurianenſis, Auctoritate Apoſtolicâ roboratâ contingunt, ſicut in authentico nobilis viri Philippi Comitis Flandrenſis Fratris ipſius, & ſuo plenius continetur, vobis, & per vos Eccleſiæ Veſtræ Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Veronæ Nonis Februarii. . . . .

Ex binis hiſce Diplomatibus collige, ab Abbatia S. Nicolai Canonicorum Præmonſtratenſium Furnis dependiſſe olim aliud S. Nicolai Cœnobium Monialium, commorantium in villa, quæ modo *het Weſt-Hof* dicitur, antiquitùs verò *het Hof ten Vrauwen*, ſeu *Curtis Dominarum* vocabatur. Quandonam deſierit, incertum eſt: conſtat tamen ex Archivis Furnenſibus, ultra annum 1480 perſtitiſſe.

Quod autem hodie viſitur in Oppido Furnenſi Monaſterium Monialium Præmonſtratenſium, dictum *Bethania*, à priori diverſum eſt. Illæ etenim Moniales primum habitârunt in pago de Wulpen propè Furnas: unde deſtructo circa annum 1580 Monaſterio in hanc Urbem migrare coactæ, tandem anno 1618 obtinuerunt, ut à Regula S. Franciſci quam ante profeſſæ fuerant, tranſirent ad Inſtituta Præmonſtratenſium.

De Monaſteriis Monialium Præmonſtr.

Obſervandum etiam ex his Diplomatibus, fuiſſe olim in Ordine Præmonſtratenſi conſtitutum & per plura ſecula obſervatum, ut in vicinia cujuſque Monaſterii Virorum adjunctum eſſet Cœnobium Monialium, muro tamen & clauſtris ac converſatione ſejunctum: non ſecus ac multis in locis, præſertim Germaniæ, apud Brigittinos hodieque uſitatur.

Sic fuit olim Abbatiæ S. Michaelis Antverpiæ, adjunctum Cœnobium S. Mariæ Magdalenæ, Sororum Præmonſtratenſium, ut patet ex Diplomate Liethardi Camerac. Epiſcopi apud Miræum pag. 176.

Sic juxta Abbatiam Grimbergenſem, Monaſterium Sororum de Novo Sarto. Vide Miræum pag. 740.

Juxta Abbatiam Parcenſem, Aſceterium Monialium de Pellenberg, nunc in Ghempe, apud Miræum pag. 586.

De duplici Cœnobio Poſtulenſi, vide Miræum pag. 709.

De duplici Cœnobio S. Nicolai Furnenſis, vide Diplomata hoc loco notata.

Sic etiam ſupra diximus pag. 47. Monaſterium Monialium de Çerſcamp, nunc Tuſſchenbeke.

fuiſſe annexum Abbatiæ Trunchinienſi.

De Parthenone Monialium apud Abbatiam Tungerloenſem, vide Hiſtoriam Epiſcopatûs Sylvæducenſis pag. 188.

De Monaſterio Worthenſi conjuncto Abbatiæ Bernehſi, vide eamdem Hiſtoriam Sylvæduc. pag. 444.

Sic pariter Moniales de Rivroëlles in Hannonia ſuberant Abbatiæ Bonæ Spei.

Moniales de Wans propè Leodium, Abbatiæ Floreffienſi.

Mons S. Cornelii Leodii, in quo vixit Sancta Virgo Juliana, ſuberat Abbatiæ Belli-reditûs, vulgò *Beaurepaire*, ibidem.

Et ita de reliquis Abbatiis.

CAPUT LXVII.

Fredericus Imp. Ordinem Equitum Templi Jeroſolymitani Cæſareâ protectione donat anno 1180.

Ex Cartulario Equitum Ordin. Melit.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Fredericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus. Si ſacris domibus &c. locis Deo dicatis noſtræ pietatis impendimus affectum, & Imperialis manſuetudinis morem gerimus, æternam retributionem in futuro nos accepturos ſperamus. Quia verò ineſtimabilia opera miſericordiæ, quæ ad ſanctum Hoſpitale, quod eſt in Hieroſolimis, quotidie in advenas & peregrinos atque infirmos humaniſſimè exercentur, per gratiam Dei propriis oculis vidimus, & charitatem quam virtus Dei ibidem incomparabiliter operatur, fide certiſſimâ cognovimus, piis petitionibus Raymundi venerabilis Hoſpitalis Hieroſolimis Magiſtri ac Fratrum ſuorum conſpectui noſtro aſſiſtentium facilem aſſenſum præbentes, Hoſpitales domos Hieroſolimitano Cenodochio pertinentes in omni loco Imperii noſtri ubique ſitas, cum omnibus ſuis pertinentiis, tam hominibus quam rebus cæteriſque mobilibus & immobilibus ſub tuitione noſtræ Imp. Majeſtatis firmiter conſtituimus, & hâc Pragmaticâ Sanctione & noſtri authentici Privilegii roboratione omni ævo valiturâ eiſdem Domibus præfato Cenodochio Hieroſolimitano pertinentibus perpetuò confirmamus. Ut omnia ipſarum Domorum bona per totum Imperium noſtrum longè latèque conſtituta, quæ in præſenti poſſident, vel in poſterum præſtante Domino juſtè poterunt adipiſci, ſub noſtrâ Imperiali deffenſione ſemper conſiſtant & teneantur. Ita ſcilicet ut nulla Eccleſiaſtica vel Sæcularis perſona noſtræ ditioni ſubjecta in prædictas Domos & ipſarum bona aliquam juriſdictionem exercear, vel moleſtiam faciat, quæ jam-dictas Domos vel res earum aliquo modo debeat gravare.

Sancimus etiam & in perpetuum confirmamus, ut quæcumque perſona divino inſtinctu Religionem Hoſpitalis Hieroſolimitani profeſſa, vel ejus patrocinia legitimè commiſſa fuerint, vel ſe, vel bona ſua ad ſubſidium Chriſti pauperum voverit, vel rationabiliter commiſerit ſub noſtrâ protectione ab omnibus angariis & exactionibus, & ab omni onere pecuniariæ tributionis omnino libera ſit. Statuentes & ſub pœnâ noſtri banni præcipientes, ne quis Patriarcha, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Poteſtas, Conſules, Capitaneus, Vice-comes, vel aliqua perſona in omni loco Imperii noſtri bona prædictarum Domorum perturbet, nec ullam perſonam Religionem Hieroſolimitani Cenodochii profeſſam, aut patrocinio ejus juſtè commiſſam angariare & in jus vocare aut ad expeditionem cogere, aut ad opera ſervilia compellere, aut in pontium ſive marium, aut portarum tranſitu pedagium accipere, aut in foris thelonium capere, aut aliquid de bonis earumdem Domorum & hominum ſuorum ab eis extorquere præſumant. Hæc omnia prædicta liberè & abſolutè uſibus ſæcularibus in poſterum & occaſionibus ſopitis pro animæ noſtræ & totius generis noſtri remedio, prædicto Hoſpitali & omnibus ejus Domibus per Imperium noſtrum conſtitutis in perpetuum concedimus & Imperiali authoritate roboramus & zelo Dei firmiter ſtatuimus. Si quis autem hanc noſtram Conſtitutionem violare præſumpſerit, Imperatoriæ Majeſtatis gratiâ careat, & pro reatu L. libras auri componat, medietatem Cameræ noſtræ, reliqua antepradictæ Domui injuriam patienti. Hujus rei teſtes fuerunt Godefridus Patriarcha, Conradus Maguntinenſium Archiepiſcopus, Bonifacius Nonarum Epiſcopus, Conradus Lubicen. Clericus, Rudolphus Prothonotarius Imperialis Aulæ.

Ludovicus Lantgravius Turingiæ.

Bartholomeos Marchio de Andelſe, Comes Dupoldus, Wezelo de Camino,

Henricus Marſcalus de Luſacia.

Rudolphus Camerarius.

Signum Domini Fredetici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Godefridus Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Philippi Colonienſis Archiepiſcopi & Italiæ Archi-Cancellarii recognovi.

Acta fuerunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXX. Indictione quinta regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus XXXIV. Imperii verò XXXII. Datum Papiæ kal. Decembris feliciter, Amen.

CA-

CAPUT LXVIII.

Godefridus Dux Brabantiæ, largitur Equitibus Templi Jeroſolymitani (nunc Melitenſibus) Privilegium immunitatis, anno 1181.

GOdefridus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ univerſis iſta inſpicientibus ſalutem. Notum facimus tam præſentibus, quam futuris à Succeſſoribus noſtris, divino ammonitu Dominis Fratribus Templi Domini ab omni thelonio liberam conceſſiſſe nos mercationem, tam in emendo, quam in vendendo per noſtrum tutum Ducatûs dominium.

Idem quoque plenariè concedimus omnibus cum eis pactionem emptionis, vel venditionis in domibus eorum contrahentibus. Inſuper omnibus notum eſſe volumus, quod omne prorsùs catallum eorum ubique locorum affetendo & deferendo, in noſtro conductu legitimè ſub bonorum virorum teſtimonio recepimus. Et ut ratum quod facimus habeatur, omnibus noſtræ jutiſdictionis firmiter injungimus. Et ne bona conceſſio noſtra vacillet in poſterum, Sigilli noſtri munimine roboravimus.

Actum eſt hoc Lovaniæ M. C. LXXXI. Incarnationis Domini anno, Frederico Romanorum Imperatore regnante, Alexandro Papâ Apoſtolorum Sedi præſidente, Rudulpho Leodienſem Cathediam regente.

CAPUT LXIX.

Philippus de Alſatiâ, Flandriæ ac Veromandiæ Comes, concedit Abbatiæ Dunenſi, Ord. Ciſterc. cuſtodiam Sluſarum in Territorio Furnenſi ac Neoportuenſi, vulgo Waeteringhe, anno 1183.

Ex Cartulario Abbatiæ.

PHilippus Dei gratiâ tam Flandriæ quam Veromandiæ Comes, univerſis fidelibus in perpetuum.

Quoniam me ſupremi Rectoris ſententia in culmine regiminis collocavit; non ſolùm modernis proſpicere, ſed & poſtetis teſtamentum pacis porrigere elaboro. Proinde ea quæ vel præſente me utiliter ac provide ſunt inſtituta, ſtylo ligari decrevi: ne ſi à memoriâ fuerint elapſa, cùm tempore fomitem miniſtrare poſſint litigii.

Omnium ergo ætatum ſucceſſoribus conſtanti eluceat veritate, quod me mediante atque ita dictante, Fratribus de Dunis univerſæ terræ, cujus in præſentiarum in Caſtellania Furnenſi poſſeſſores exiſtunt, omnium quorum intererat communi decreto ac voluntario aſſenſu, ab omni conditione communi atque exactione conſuetudinariâ perpetua ſit indulta libertas: eo tenore, ut ipſi Fratres magnam Sluſam ſub ſua cuſtodia debeant conſervare; & quidquid præter maris inundationem quæ foſſatum rumpat, fodiendo refici, aut una die ab uno operario reſtaurari potuerit ſuis impendiis reparare.

Verum ſi caſu aliquo præfata Sluſa aut aliquid magni de ejus machina fuerit confractum; nihil omnino ad Fratrum ſpectabit induſtriam vel impenſam; ſed communi totius populi reſtaurabitur expenſâ.

Terra quoque quam nunc poſſidere noſcuntur, iſta eſt apud Hem, ſeptingentæ quinquaginta octo menſuræ: apud Alvotzhuys 402, apud Bongartzmor 256: tota ſimul 1416 menſuæ.

Quidquid vero terræ deinceps acquiſierint, cõmuni cæterarum terrarum legi tenebitur obnoxium.

Porrò ſi in ſeptemtrionali parte Hem alteram Sluſam conſideratione utilitatis conſtrui contigerit, in ſolido ac tuto ponetur loco, & eam cum gottis ſuis lege ſuperioris Fratrum cura tueri tenebitur.

Quod ſi aliquid ex his quæ ſupetius à Fratrum cura excepta ſunt, in alterutra contigerit & populi incuriâ, id à Fratribus manifeſtatum reſtaurare neglexerit, Fratribus objectu terræ eam obſtruere licebit.

Quæ omnia ut certius poſteris innoteſcant, ſcripto mandari, & quò magis inviolabile munimen obtineant, Sigilli mei auctoritate fulciri neceſſarium judicavi, Conventionis hujus Teſtes iſti fuerunt.

Gerardus de Meſſina.
Redulphus Caſtellanus Furnenſis.
Gilbertus Caſtellanus de Dixmuda;
Robertus Yprenſis;
Waltherus de Locra,
Stephanus filius Gilberti, & plures alii Homines Comitis.

Actum Furnis anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo octuageſimo tertio, XI. Kal. Aprilis. 1183

CAPUT LXX.

Philippus de Alſatia, Comes Flandriæ Eccleſiam Brugenſem S. Donatiani ejuſque Præpoſituram Privilegiis adauget, anno 1183.

Vide aliud ſimile Diploma apud Miræum pag. 1128. Item Fragmentum hujus. pag. 716.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii & Spiritûs Sancti. Amen.

Ego Philippus Dei gratiâ Flandrenſium & Viromandorum Comes, Theodorici Comitis Filius, divino inſtinctu prænonitus, & majorum meorum animatus exemplo, ſalubre conſilium mente concepi, & Eccleſias ſb ipſis ad honorem Dei & Sanctorum, ſacro Religionis favore conſtructas, libertatis dono ſublimare diſpoſui, & ſub tutela pacis impoſterum conſervare; ut videlicet poſt hujus terreſtris habitaculi diſſolutionem, domum æternam in cœlis, ubi ſumma pax & perenuis libertas, obtinerem.

Igitur inter cætera diſpenſationis meæ officia Eccleſiam Sancti Donatiani Brugenſis ad ſtatum meliorem promovens eamdem ei quam Inſulana Eccleſia obtinet libertatem donavi quam ſimul cum quibuſdam poſſeſſionibus ipſius ambiguo Scripto & quaſi involuto ſenſu nominatis explicare neceſſarium duxi, ſicque poſt futuras excluders quæſtiones.

Hac igitur inter cæteras libertatis gratiâ potitur, ut Submanſores ejuſdem Eccleſiæ ſb omni publica exactione liberi, omnique jugo, etiam noſtræ Dominationis abſoluti, nequaquam jure Forenſi, ſive alicujus Decreto poteſtatis teneantur, etiam ſuper his quæ ad legem terræ pertinent requirendis. Nullus excepto Præpoſito Eccleſiæ ſuper eos poteſtatem habeat.

Inſuper ſi aliqnid quæſtionis judicio terminandæ contra eos emerſerit, aut inter eos natum fuerit, non niſi ad Eccleſiam referatur, ibique Præpoſito judice & Fratrum diffinitione res terminetur.

Sed nec illud de poſſeſſionibus ejus ſilentio prætereundum puto, ſcilicet ubicumque decimas de culta terra poſſidet, ibidem eas de inculta pariter poſſidere debeat, ſi forte ibi inculta fuerit poſtmodum excolenda. Hoc vero non ſolum ego, ſed & Prædeceſſores mei memoratæ Eccleſiæ conceſſêre.

Illud quoque notum fieri volo, quod quædam ædificia ad uſum pariter & decorem ipſius Eccleſiæ conſtructa & ei donata fuerunt, quæ ſunt: Domus Præpoſiti, & quæ ex alia parte Clauſtri juxta ejus longitudinem extenditur, cum illis ædificiis quæ juxta Clauſtri latitudinem porrecta cæteris contigua habent extremitates.

Hæc vero ad ultimum expreſſa ædificia Everardus Tornacenſis à Prædeceſſoribus meis ut Feudum ſuum ſæpe requiſivit & pro eis Eccleſiam infeſtavit. Sed Eccleſiâ conſtanter renitente, eo tandem res perducta fuit, ut die ſuper hac quæſtione ventilanda determinato, Eccleſia in negotio prævaleret, & non ſolum jure Eccleſiaſtico, ſed & etiam lege totius Curiæ Flandrenſis, quæ poſſederat, jure perpetuo poſſideret.

Hæc & alia præmiſſa Sigilli noſtri impreſſione dignum duximus confirmare, & teſtium ſubſcriptione corroborare.

S. Gerulfi Decani.
S. Willelmi Decani Sancti Audomari.
S. Gerardi de Meſſines.
S. Hugonis Urſo.
S. Willelmi Caſtellani Sancti Audomari.
S. Johannis Inſulenſis Caſtellani.
S. Euſtachii Camerarii.
S. Walteri De Locris.
S. Willeberti de Aria.

Actum apud Male VIII. Kal. Aprilis anno Domini M. C. LXXXIII.

CAPUT LXXI.

Philippus de Alſatia Comes Flandriæ confirmat anno 1187. Donationem factam à Rogerio Caſtellano Gandavenſi in favorem Præpoſituræ S. Martini in Papinglo, dependentis ab Abbatia S. Bavonis Gandavi.

Ex Archivis Epiſcopatûs Gandavenſis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti.

Ego Philippus Flandrenſium atque Viromandenſium Comes notum volo fieri tam præſentibus quam poſteris omnibus in perpetuum, quod Rogerus Caſtellanus & uxor ejus Margareta, Dei miſeratione inſpirati, tam animabus eorum, quam Prædeceſſorum eorum volentes conſulere, quicquid id eſt quod in Parrochia de Sevenne de manu Wilhelmi Lupardi rationabiliter emerant, præſentibus filiis ipſius Rogeri Caſtellani, & amicorum pluribus, per manum meam, Eccleſiæ B. Mariæ & S. Martini

(1) in Papinglo, pro ſalute ſua & parentum ſuorum, in perpetuum liberè poſſidendum, piâ animi devotione contradiderunt &c.

Signum Wilhelmi Abbatis (2) Sti. Bavonis
S. Gerardi Abbatis Sti. Petri.
S. Joannis Abbatis Sti. Bertini.
S. Waltheri Abbatis Truncinienſis.
S. Rogeri, Arnoldi, Giſelberti, filiorum ipſius Rogeri Caſtellani.
S. Joannis Inſularis Caſtellani.
S. Michaelis Conſtabularii.
S. Oliverii de Macbline.
S. Sigeri de Gant.
S. Reinoldi de Aria.
S. Bernardi de Rosbais.
S. Rogeri fratris ipſius.
S. Waltheri Mor.
S. Reingeri de Prat.

Facta eſt iſta Donatio, anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXXVII. II Nonas Maii.

(1) PAPINGLO, alias *Papeloo*; fuit hæc Præpoſitura in Pago de Maldeghem, Diœceſis Brugenſis: ubi hodieque Epiſcopus Gandavenſis ob unionem hujus Præpoſituræ cum aliis bonis Abbatiæ Bavonianæ ad ſuum Epiſcopatum, villam poſſidet notabilem. Olim vero plures Religioſi Benedictini ſub Præpoſito S. Martini in Papinglo, ibidem divina officia in oratorio ſimul peragebant. Illius fit etiam mentio apud Miræum pag. 1041.

(2) S. BAVONIS, potens olim Abbatia Benedictinorum Gandavi, ſita erat eo in loco, ubi nunc Caſtrum eſt ad Scaldis & Liſæ confluentem. Quod Caſtrum dum extruere moliretur Carolus V. Imp. imprimis anno 1536 Monachos Bavonianos per Paulum III. Pont. ſæcularizari curavit. Dein anno 1540 dum arx ædificanda eſſet ad cuſtodiam Urbis, Collegium hoc Canonicorum recens erectum, inde tranſlatum fuit ad Parochialem S. Joannis Baptiſtæ Eccleſiam; titulo S. Joannis in titulum S. Bavonis mutato.

Tandem anno 1559. Philippo II. Rege, Carolo V. filio rogante, Paulus IV. hanc Collegiatam S. Bavonis erexit in Eccleſiam Cathedralem. Bullas omnes, quæ hanc mutationem concernunt, exhibui in Supplemento ad Opera Diplomatica Miræi.

CAPUT LXXII.

Urbanus III. Pontifex confirmat anno 1187 Privilegia & Altaria Abbatiæ S. Petri in Monte Blandinio, Gandavi Ord. S. Bened.

Ex Archivis Blandin.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis Filiis Geraldo Abbati & Fratribus Monaſterii S. Petri Gandenſis, ſive Blandinienſis &c.

Præfatum Monaſterium S. Petri ſub noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio munimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum & S. Benedicti Regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter ſervetur.

Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut io futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis diximus exprimenda vocabulis. Locum iſtum, in quo dictum Monaſterium ſitum eſt, cum pertinentiis ſuis.

In Tornacenſi Epiſcopatu Altare S. Mariæ in Atrio S. Petri conſtitutum, cùm appendentiis ſuis: Capellam S. Joannis Baptiſtæ in Borgo: Capellam S. Jacobi: Capellam S. Nicolai: Capellam de Swynaerde: Altare de Ooſtburch cùm appenditiis ſuis: Altare de Eka: Altare de Ondegbem: Altare de Olzene: Altare de Wettrem: Altare de Lovendighem: Altare de Bergina: Altare de Themſeca: Altare de Kemſeca: Altare de Coesfoorde: Altare de Calloo: Altare de Vracene: Altare de Beverna: Altare de Byghem: Altare de Deffelghem: Altare de Anſeghem: Altare de Autrive: Altare de Avelghem: Altare de Ooteghem: Altare de Boſſuyt: Altare de Hollain: Altare de Baugille: Altare de Annetiennes: Altare de Werpes: Altare de Campbinio: Altare de Carvin, à perſonis & ab omni perſonali ſucceſſione libera ſint, ut à Tornacenſibus Epiſcopis vobis canonicè ſunt conceſſa & ſcriptis ſuis firmata.

Ooſtburg in Diœc. Brug.

In Cameracenſi Epiſcopatu Altare de Meerlebeke * cùm appenditiis ſuis: Altare de parvo Honthem: Altare de Materna: Altare de Boſt cum appenditiis ſuis: Altare de Hilleghem: Altare de Woubrechteghem: Altare de Dulciaco cum appendicio ſuo: Altare de Elinghen: Altare de Fleurſigbem: Altare de Ydeghem: Altare de Steenhuyſe: Altare de Smeerebbe: Altare de Leeuwergbem: Altare de Dickele.

Appendices de Meerlebeke ſunt Borrelaere Schelderode & Munte.

In Morinenſi Epiſcopatu, Altare de Boeſinghen: Altare de Terdighem.

In Atrebatenſi Epiſcopatu Altare de Hanes cum appendiciis ſuis. In Roffenenſi * Epiſcopatu Altare de Gevisham: Altare de Gronewich.

Vulgo Rocheſter in Anglia.

Sive Novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum decimas à vo-

bis nullus extorquere præſumat.

Liceat quoque vobis Clericos Laicos à Sæculo fugientes, liberos & abſolutos ad converſationem recipere, & eos ſine contradictione aliqua retinere. Cùm autem generale interdictum fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſâ voce divinâ officia celebrare.

Inſuper auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ne quis in vos vel Monaſterium veſtrum Excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententiam ſine manifeſta & rationabili cauſa promulgare, vel novas indebitas actiones irrogare præſumat. Nequis infra clauſuram Domorum veſtrarum ſpolium aut rapinam committere, ignem apponere, hominem capere, aut interficere, ſeu aliquam violentiam qualibet temeritate exercere præſumat.

Obeunte verò Te nunc ejuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet obreptionis aſtutia ſeu violentia proponatur, niſi quem Fratres commuoi conſenſû, vel Fratrum major pars ſanioris conſilii ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam providerint eligendum.

Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati ſint vel interdicti, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Miſſas publicas à Diœceſano Epiſcopo in eodem Monaſterio fieri prohibemus, ne in in ſervorum Dei receſſibus ulla popularibus conventibus occaſio præbeatur, vel mulierum fiat inuſitatus acceſſus, niſi ab Abbate & Fratribus fuerit invitatus.

Prohibemus inſuper, ne infra fines Parrochiæ veſtræ ullus ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi & veſtro Capellam vel Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis privilegiis Romanorum Pontificum.

Interdicimus etiam, ne parochiani veſtri contra inhibitionem felicis memoriæ Innocentii Papæ prædeceſſoris noſtri & conſuetudinem hactenus obſervatam apud alias Eccleſias in præjudicium veſtrum accipiant ſepulturam.

Decrevimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, pro quorum gubernatione ſuſtentatione & uſibus conceſſa ſunt &c.

Datum Veronæ per manum Alberti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, tertio nonas Decembris Indictione quintâ Pontificatûs vero Domini Urbani tertii, ſecundo, anno Domini 1187.

CAPUT LXXIII.

Godefridus Brabantiæ ac Lotharingiæ Dux, rogatu Imainæ Conjugis ſuæ, benefacit Abbatiæ Averbodienſi Ord. Præmonſtr. in Brabantia, anno 1188.

GOdefridus Divinâ ordinatione Dux & Marchio Lotharingiæ, tam futuris, quam præſentibus in perpetuum.

Notum facimus, quod ad conſenſum, & petitionem dilectæ uxoris noſtræ Imainæ, Ducissæ Lotharingiæ, omnem donationem, quam frater ejus Comes Gerardus de Loen, in Parochia de Teſſenderloen, Eccleſiæ Averbodienſi, ad uſus fratrum, inibi Deo ſervientium donavit, ratam tenemus, & velut legitimam tenentes, tutelam auctoritate, ſeu poteſtate noſtrâ, nomine uxoris noſtræ, ac liberorum noſtrorum, in perpetuum confirmamos.

Teſſenderloo Diœc. Leod.

Et cum ſpecialius Eccleſiam Averbodienſem, iotuitu uxoris noſtræ, & filiorum noſtrorum, quam alias Eccleſias diligere teneamur, eo quod à Prædeceſſoribus eorum fundatam, atque dotatam eſſe cognoſcamus, ipſam attentius noſtrâ poteſtate munitam eſſe affectamus.

Ea-propter ſi qua inpoſterum in Allodio, quod poſſedit Comes de Loen, inter cohæredes orta fuerit calumnia, voluimus, & conniventiâ uxoris noſtræ, ac filiorum noſtrorum ſtatuimus, ut omnis portio Allodii præfatæ donationis, quæ ad ipſos, jure ſucceſſionis devolvi potuiſſet, perpetuâ ſtabilitate, in Eccleſia Averbodienſi permaneat.

Factum itaque noſtrum, ut in perpetuum ſit firmitate ſubnixum, ſigilli noſtri impreſſione communimus, & Teſtium bonæ famæ, & opinionis, ſubſcriptione corroboramus. Quorum hæc ſunt nomina:

Arnoldus de Dieſte.
Filius ejus Arnoldus.
Walterus de Aa.
Arnoldus de Weſemale.
Willelmus de Bergen, & Willelmus filius ejus.
Salutarius de Teſtelt, & cæteri quamplures Presbyteri, & honeſti viri.

Acta ſunt hæc anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, centeſimo, octogeſimo octavo.

CAPUT LXXIV.

Albertus Leodienſis Epiſcopus circa ann. 1190. *inſtituit ac fundat Eccleſiam Collegiatam S. Germani Thenis in Brabantia, ſub Patronatu Capituli S. Joannis Leodii. Quod ipſum confirmavit Clemens III. Pontifex.*

Ex Archivis Capit. S. Joannis Leodii.

ALbertus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus omnibus in perpetuum. Notum ſit tam poſteris quam præſentibus, quod cum nos Archidiaconatûs dignitate fulti, Perſonatum Thenenſis Eccleſiæ tenuiſſemus, cujus ordinatio ſpecialiter ſpectat ad Beati Johannis in Inſula Eccleſiam, cui quidem ex Præpoſituræ (1) officio præſuimus, apud Clementem Romanæ Sedis Apoſtolicum ore ad os obtinuimus, ut quicquid in prædicta Thenenſi Eccleſia ordinaremus, ratum & inconvulſum perpetuò haberetur.

Cujus quidem freti auctoritate & noſtrâ, Præbendas in ea à Baldrico Beati Johannis Decano, & à toto ejus Capitulo, & Domino Rixone diſpoſitas & ordinatas, Clericis noſtris vacantes, eo jure quo Prædeceſſoribus ſuis collatæ fuerant, dictæ Eccleſiæ conſenſu contulimus.

Baldrico autem Clerico noſtro, & (2) Engelberto quem Decanum Chori conſtituimus, certa ſtipendia quæ Prædeceſſores ſui, quouſque vixerunt, quietè poſſederant, tertiam ſcilicet partem omnium oblationum per totum annum & omnium viſitationem infirmorum, ac in Nativitate Domini, & in Paſcha quartam partem, & omnis juris exequiarum tertiam partem in perpetuum dedimus, nil tamen de Eccleſiæ decimatione.

Engelberto autem quicquid de nuptiarum vel partûs purificatione contingebat, ad Decaniam contulimus; ſcholaſque à præfato Baldrico & ejus Capitulo & dicto Rixone Magiſtro Sygero collatas ipſi confirmavimus.

Canonicas horas in Eccleſia celebrari inſtituimus, pro quarum quidem frequentatione dicto Sygero VII. Curtes & ſingulis dominicis diebus ſingulos denarios, & in Nativitate XII. denarios, & in Paſcha totidem, in Pentecoſte totidem, & in feſto omnium Sanctorum totidem, de noſtra parte Altaris perpetuò contulimus; omnes etiam candelas Purificationis & alias ..... Eccleſiæ dedimus.

Ludovicoque præbendam Sanctæ Crucis, Wigero vero Sancti Johannis contulimus; ita quod, ut quanto citius potuerint, in Sacerdotium promoveantur, & interim præbendam ipſorum Sacerdotes ſubſerviant; Heliam Eccleſiæ Cuſtodem fecimus.

Prædicta itaque omnia cum præbenda Gerardi Sacerdotis Apoſtolicâ & noſtra Auctoritate confirmata ſi quis inſtingere attentaverit, ipſum indiſſolubili anathemate percuſſimus.

Hæc ergo Archidiaconatûs noſtri tempore acta, in noſtro Præſulatu plenarie confirmavimus. ....

(1) S. ALBERTUS, Leodienſis Epiſcopus, ex his Diplomatibus innoteſcit Filius Godefridi III. Brabantiæ Ducis, & ante Epiſcopatum Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ S. Joannis Leodii. Martyrio coronatus anno 1192, inter Sanctos relatus ad diem 21 Novembris. Vide Diplom. Miræi pag. 190. novæ Edit. item Faſtos ejus SS. Belgii.

(2) ENGELBERTUS, primus fuit Decanus Capituli Thenenſis. Proinde hic habes hujus Capituli originem & fundatorem S. Albertum Epiſcopum; de qua origine dubium movebatur in Hiſtoria Archiepiſcopatûs Mechlin. Parte I. pag. 273.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Canonicis Thenenſis Eccleſiæ S. & A. B.

Etſi de omnium tranquillitate ex debito commiſſi nobis officii eſſe ſolliciti non immerito debeamus, major tamen cura de Eccleſiarum libertate manutenenda nos de ratione ſollicitat, ut per noſtræ diſpoſitionis providentiam temporaliter & ſpiritualiter recipiant incrementum, & quæ bene in eis ordinata ſunt & diſpoſita, ne ipſis valeant deperire, Apoſtolicæ confirmationis munimine roborentur.

Ea-propter dilecti in Domino filii, veſtris poſtulationibus annuentes, canonicam ordinationem & diſpoſitionem ipſius Eccleſiæ, & rationabiles Conſtitutiones ratas habemus, & quæcumque vobis & Eccleſiæ veſtræ a dilecto filio (1) Alberto Leodienſi Archidiacono filio nobilis viti Ducis Lovanienſis collata ſunt, ſicut ipſa juſte & ſine controverſia poſſidetis, vobis & per vos Eccleſiæ veſtræ Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lateranis III. cal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno tertio.

CAPUT LXXV.

Henricus I. Brabantiæ Dux, Jeroſolymam ad expeditionem Terræ Sanctæ profecturus benefacit Abbatiæ Foreſtenſi Monialium Ord. S. Bened. juxta Bruxellam, anno 1197.

Ex Butkens Troph. Br.

HEnricus Dei gratiâ Dux & Marchio Lotharingiæ, omnibus fidelibus in perpetuum. Iturus Jeruſalem, ut Saracenos tam viſibiles quam inviſibiles poſſim ſuperare, largam largâ manu miſericordiam Sanctimonialibus in Foreſto Deo & B. Mariæ ſervientibus volo impendere, ipſas honorando, pacique earum & indemnitati per omnia proſpiciendo. Spero enim quod ipſarum ignitis precibus, labor Jeroſolomirani itineris animæ meæ erit fructuoſus. Hinc eſt quod ſilvam de Fronerode, quam mei juris eſſe putabam, eidem Eccleſiæ liberrimè poſſidendam conſigno.

Teſtes, Godefridus Caſtellanus Bruxellæ.
Arnulphus de Weſemaele.
Godinus Villicus de Lovanio.
Boldenoi de Sone.
Henricus Villicus de Steerbeks.
Godefridus de Haile.
Alſcanus de Geroclſt.
Reinerus Sigerus de Ueeles, & alii quamplures.

Datum anno Domini MC. XCVII.

CAPUT LXXVI.

Henricus I. Brabantiæ Dux donat Eccleſiæ Cathedrali Cameracenſi Altare de Brania Allodii (vulgo Braine-l'Alleud, quod eſt Municipium Gallo-Brabantiæ) anno 1197.

HEnricus Dei gratiâ Dux Lothsringiæ, tam præſentibus quam futuris in perpetuum Noverit Univerſitas veſtra: quod cum eſſemus in procinctu peregrinationis noſtræ; poſt omnes quæſtiones, inter nos, & Eccleſiam Cameracenſem, ſuper Altaribus de (1) Brana-Allodio, & Iſca, diutius habitas, & tandem noſtræ voluntati relictas, per interventum Domini Remenſis, & virorum Religioſorum Clarevallenſis & Igniacenſis Abbatum, & Hominum noſtrorum, Altare Eccleſiæ de Brana, quæ ſita eſt in Allodio noſtro, & quidquid in illo juris habebamus, Eccleſiæ Beatæ Mariæ Cameracenſis, tituln eleëmoſynæ ob remiſſionem peccatorum noſtrorum, & uxoris noſtræ Matildis, & prædeceſſorum noſtrorum liberaliter contulimus.

Hoc tamen tenore, quod ſingulis annis Eccleſia Cameracenſis, Eccleſiæ Remenſi ſolvet centum ſolidos ſterlingorum, in depoſitione Beati Martini, ob anniverſarium Alberri Fratris noſtri, piæ memoriæ, Leodienſis Epiſcopi, & prædeceſſorum noſtrorum, & noſtrum.

Ad hæc Decanus præfatæ Eccleſiæ, tenetur nobis, & ſucceſſoribus noſtris, hominium præſtare, in recognitione Allodii noſtri, & eleëmoſynæ, à nobis ſibi collatæ.

Præterea in dote Eccleſiæ illius, ad proprios uſus noſtros quinque bonaria terræ, de conceſſione Eccleſiæ Cameracenſis, cum placuerit nobis, retinebimus; ita quod eadem nullo titulo, nec nos, nec ſucceſſores noſtri, alicui niſi Eccleſiæ jam dictæ, conferre poterimus.

Eccleſia etiam ſæpè dicta, quidquid juris habebat (2) in Altari de Iſca, liberè reſignavit, & noſtræ reliquit voluntati.

Dominus inſuper Archiepiſcopus, & Eccleſia Cameracenſis Dominum Epiſcopum Cameracenſem, ab injuſta impetitione dictarum Eccleſiarum, de cetero compeſcent.

Ut autem hujus eleëmoſynæ largitio, rata perſeveret, ſigilli noſtri impreſſione, & teſtium ſubſcriptione confirmavimus. &c.

Actum Remis anno verbi Incaroati milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo, menſe Junio.

Habemus hoc Diploma ex Topographia Gallo-Brabantiæ Auth. D. Barone le Roy, pag. 167. ubi alia quædam Diplomata adjunguntur.

(1) Brania-Allodii, Municipium inſigne Gallo-Brabantiæ, ſubjacet Diœceſi Namurcenſi. Proprios olim habuit Dynaſtas; inde ex Familia de Witthem tranſiit ad Principem Vaudemontium è Stemmate Lotharingico.

(2) Isca, vulgo *Over-Iſſche*, Municipium juxta ſilvam Soniæ pertinens ad Principem de Hornes; cujus Eccleſiæ Patronatum Dux Brabantiæ anno 1225 ceſſit Abbatiæ Vallis Ducis. Vide Hiſtoriam Archiep. Mechlin. Parte II. pag. 101.

CAPUT LXXVII.

Balduinus Comes Flandriæ confirmat anno 1198. Donationes a Rogero Caſtellano Cortracenſi, aliiſque factas in favorem Eccleſiæ Collegiatæ Harlebecenſis in Flandria.

Ex Archivis Eccl. Harlebec.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen.

Ego Balduinus Flandriarum & Hannoniæ Comes, notum fieri volo tam præſentibus quam futuris, quod inclytus Vir Rogerus Curtracenſis Caſtellanus acceſſit ad me, inſtanter petens, quatinus viginti ſolidos, quos apud Curtracum de * Berbanoo à me in Feodo tenuit, per manum meam Eccleſiæ Harlebeccenſi pro anima Patris ſui Rogeri quondam illuſtris Caſtellani liberè & perpetuò conferre poſſet.

Vernaculè ban-molen.

Ego verò piæ petitioni ipſius aſſenſum præbens, & utilitati præſcriptæ Harlebeccenſis Eccleſiæ in omnibus, ſicut honeſtum eſt, conſulere volens, eoſdem XX. ſolidos ab ipſo Rogero Curtracenſi Caſtellano, coram Hominibus meis, in manu mea reſignatos, ſupra-dictæ Harlebeccenſi Eccleſiæ liberaliter & abſolutè in perpetuam eleëmoſynam contradidi.

Item notum fieri volo in perpetuum, quod nobilis Mulier Beatrix Domina de Nivella * ad me accedens humiliter & devotè poſtulavit, quatinus de reditibus ſuis apud Werveke, * quos a me in Feodo tenuit, quadraginta ſolidos pro anima Mariti ſui Rogeri Curtracenſis junioris, nec non pro anima ſua & Anteceſſorum ſuorum, Eccleſiæ Harlebeccenſi per manum meam in perpetuam eleëmoſynam conferre poſſet.

Vulgo Nevele.

Vulgo Werwicke.

Ego verò & laudabili petitioni ipſius ſatisfacere & utilitati prædictæ Eccleſiæ conſulere volens, prædictos XL. ſolidos ab ipſa in manu mea reſignatos, prænominatæ Harlebeccenſi Eccleſiæ coram Hominibus meis liberè & abſolutè perpetuò condonavi. Hoc ex petitione ejuſdem Beatricis ſtatuendo, ut ſi ipſa, vel aliquis Succeſſorum ſuorum ad quos iidem redditus in poſterum revoluti fuerint, eos dare aut vendere, vel aliquo modo alienare voluerint, id faciendi nullam habeant facultatem, niſi XL. ſolidis Harlebeccenſi Eccleſiæ præ-aſſignatis.

Ut autem hæ eleëmoſynarum largitiones ſæpedictæ Harlebeccenſi Eccleſiæ quietè & inconvulſè permaneant in perpetuum, præſens Scriptum Sigillo meo communiri, & Teſtes ſubnotari feci.

S. Gerardi, Cancellarii & Brugenſis Præpoſiti.
S. Willelmi Notarii Comitis.
S. Sigeri Gandenſis Caſtellani.
S. Theoderici de Beverna.
S. Rogeri Caſtellani Curtracenſis.
S. Balduini de Commines.
S. Bernardi de Rosbais.
S. Danielis Curtracenſis.
S. Rogeri de Moſcre.

Actum Curtraci, an. Dñi. MC. XC. VIII. 1198.

CAPUT LXXVIII.

Recognitio Capituli Sonegienſis in Hannonia anno 1198. pro variis beneficiis a Balduino & Maria Hannoniæ Comitibus receptis, nec non Fundatio eorum Anniverſarii.

Ex Archivis Eccleſiæ Soneg.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Goſſuinus Præpoſitus, Nicolaus Decanus & totum Sonegiense Capitulum, univerſis tam præſentibus quam futuris in perpetuum.

Cum in Eccleſiâ noſtrâ inter cæteras divinorum officiorum exercitationes ſatis congruas & honeſtas, Horarum gloriosæ Dei genitricis ac perpetuæ Virginis Mariæ aſſidue canendarum inſtitutio vel conſuetudo nequaquam haberetur, nos gratiæ & benignitatis copiâ præveniente, & cariſſimi Domini & Principis noſtri Balduini Flandriæ & Hannoniæ Comitis Illuſtris petitione interveniente, diligenter decrevimus, per quotidianam Horarum illarum celebrationem, inſtitutum divinorum laborem officiorum augmentare.

Dominus equidem Comes prædictus piam circa honorem & incrementum Eccleſiæ noſtræ gerens curam & ſollicitudinem, omnia quæ in Hornes & in illius appenditiis, & in tota illa Parochia habebat, Eccleſiæ noſtræ

in eleëmoſynam perpetuam donavit, conferens ea propriis manibus cum nobiliſſima uxore ſua Maria Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, per *ceſpitem terræ & per ramum arboris ad Altare Beati Vincentii legitimâ Donatione, ſub teſtimonio quamplurium virorum nobilium, nihil proprietatis ſeu alicujus dominationis ſibi vel ſuis Succeſſoribus retinens in his, exceptâ gente ex ſervili conditione, ſeu Advocatia ad cjus juriſdictionem pertinente.

* Vide ſupr. pag. 34.

In hujus ſiquidem eleëmoſynæ collatione ipſe Dominus Comes communi conſenſu & conſilio noſtro firmavit, ut omnes prædictorum prædiorum & bonorum in eleëmoſynam Eccleſiæ aſſignatorum fructus & proventus in opera Eccleſiæ & ornatus ejus, ordinatione noſtra & diſpoſitione, perpetuo convertantur: affigustis inde ſexaginta ſolidis denariorum ad Anniverſaria ſæpedictorum Comitis & Comitiſſæ in Eccleſiâ noſtrâ perpetuo recolenda, & viginti ſolidis denariorum Cuſtodi Eccleſiæ noſtræ quoquo anno in Natali Domini per manum noſtram adminiſtrandis in ſubſidium luminaris cerenrum, quæ Cuſtos ad omnes Horas Beatæ Mariæ debet adminiſtrare, & candelæ ad quotidianam Miſſam pro anima nobiliſſimi Principis Balduini Comitis Hannoniæ & Marchionis Namurcenſis, Patris, inquam, ſæpedicti Comitis Flandriæ & Hannoniæ, per Capellanum ad hoc inſtitutum celebrandam, a Cuſtode eodem adminiſtrandæ.

Nos itaque conſideratâ ſæpenominati Balduini Flandriæ & Hannoniæ Comitis & ejus conjugis Mariæ, Comitiſſæ piâ erga Eccleſiam noſtram intentione & devotione, conceſſimus eis de gratia & caritate, firmantes & ſtatuentes, quod poſt eorum deceſſum perpetuo pro animabus ſuis recolemus cum veneratione anniverſaria, & in cujus anniverſarii celebratione triginta ſolidi de prædictis denariis ordinatione noſtra in Canonicos noſtros & in Vicarios diſtribuentur.

Quod autem de ſatis dictis prædiis & bonis Eccleſiæ noſtræ in eleëmoſynam perpetuam aſſignatis, in fructibus & proventibus ſupercreverit, quoquo anno denariis anniverſariorum prædictis & luminarium in opera Eccleſiæ & oroatus ejus diſpoſitione Capituli noſtri ſemper converteretur.

Ut autem omnes ſupradictæ inſtitutiones & ordinationes conſcriptæ, tam a Domino Comite ſæpedicto & ejus Succeſſoribus, quam a nobis & noſtris Succeſſoribus ratæ habeantur, & inviolate conſerventur, ſcripti annotatione, & ſigilli noſtri impreſſione eas ad perpetuitatem confirmari decrevimus.

Teſtes Eccleſiæ noſtræ Senogienſis Canonici.

Ego Goſſuinus Præpoſitus.
N.colaus Decanus.
Balduinus Cuſtos.
Godefridus Camerzeenſis Archidiaconus.
Euſtatius Beatæ Waldetrudis in Montibus Præpoſitus.
Gillebertus Sancti Germani in Montibus Præpoſitus
Renerus Decanus Sancti Germani in Montibus.
Magiſter Elias.
Johannes Capellanus de Hannon Chaiſnoit.
Johannes Magiſter Scholarum.
Johannes Alduini.
Johannes de Morbeinweis.
Romondus Montenſis.
Balduinus, agnomine Molendinarius.
Thomas de Enghien.
Haimericus de Horvetis.
Nicolaus de Jacta.
Nicolaus de Suvri.
Nicolaus de Rues.
Nicolaus de Naſta.
Raſſo de Lara.
Radulfus de Brena.
Egidius de Hornut.
Clemens de Gamapia.
Alardus prædicti Cuſtodis Frater.
Actum anno Verbi Incarnati MC. XCVIII.

CAPUT LXXIX.

Balduinus Comes Flandriæ dotat anno 1198. *Cluſam quæ nunc* Byloka *dicitur, in Urbe Gandavenſi; ubi dein erecta fuit Abbatia Virginum Ciſtercienſium.*

Ex Du Cheſne in Probis Familiæ de Gandavo.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen.

Ego Balduinus, Dei gratiâ Flandriæ & Hannoniæ Comes, omnibus tam futurisquam præſentibus notum eſſe volo, quod pro mea Uxoriſque meæ Mariæ, ſed & omnium tam Prædeceſſorum quam meorum ſalute Succeſſorum, donavi Deo & perpetuæ Virgini Mariæ, ad Domun quæ dicitur *Cluſa* (1) aliquantulum ſilvæ meæ.

Cujus Donationis poſitio his terminis coarctatur. A via videlicet, quæ ducit verſus *Calf*, uſque ad morum, & ſecus morum uſque ad

(1) Cluſa, locus olim ſitus extra, nunc intra Urbis Gandavenſis pomœria, dictus *Byloka*, ubi Lepioſarium erat. Huic annexum fuit Hoſpitale fundatum à *Catharinâ Utenhovia* ejuſque fratre *Fulcone* Eccleſiæ Inſulenſis Canonico. Tandem anno 1226 evaſit celebris Abbatia Monialium Ordinis Ciſtercienſis. Fundationis Hiſtoriam ac Diploma vide apud Miræum pag. 999.

locum qui dicitur *Wolfputte*, & ab inde totum cluſæ *Gavere*, quod dicitur *Onlent*, uſque ad rivulum qui *Creffort* nominatur.

Ut autem hæc mea Donatio firma & incouvulſa permaneat, eam præſenti Scripto, & quorumdam Teſtium, qui Donationi intererant, annotatione confirmari præcepi.

Signum Balduini Comitis.

S. Gerardi, Brugenſis Præpoſiti & Cancellarii.

S. Razonis Butellarii.

S. Sigeri Caſtellani Gandenſis.

S. Caldaronis & Rolini, Officialium meorum

S. Dirkini, & Balduini Sculteti de Lokern.

S. Hugonis Buſere.

SS. Canonis, Sigeri, Willelmi de Likevelde, Venatorum.

SS. Willelmi, Walteri, Balduini, Foreſtariorum; & multorum aliorum.

1198. Actum anno Domini M. C. XCVIII.

Proceſſu verò temporis, anno Incarnati Verbi M. C. C. I. donavi prædictæ Domui ad vivarium, molendinum, & Domui neceſſaria faciendа, quatuor bouaria terræ meæ nemoroſæ pro mea Uxoriſque meæ Mariæ ſalute. Hujus autem Doostionis meæ Teſtes fueruut.

Frater Sigerus (2) quondam Gandenſis Caſtellanus.

Gerardus de Roden.

Rolinus & Bernardus, Officiales

Dirkinus, Balduinus Sculteus de Lokern.

Simon de Varnewie.

Conou de Ravenſeoct.

Laucelottus de Maldeghem.

Willelmus de Mare.

Balduinus, filius Sigeri veuatoris.

Walterus, Willelmus, Balduiuus, Foreſtarii.

Balduinns de Voroltа

Balduinus Amman, & multi alii.

(2) FRATER SIGERUS, *quondam Gandenſis Caſtellanus*, dein Ordinem FF. Militiæ Templi, ſeu Templariorum profeſſus eſt. Filiam habuit Petronillam primam Abbatiſſam Parthenonis Foreſtenſis apud Bruxellam; uti conſtat ex ejuſdem Petronillæ Diplomate apud Miræum pag. 757.

CAPUT LXXX.

Innocentius III Pontifex, fundationem, donationemque variorum Pontificum, Epiſcoporum, ac Flandriæ Comitum, nec non Altaria conceſſa Abbatiæ Wormeſellenſi Canonicorum Regularium Ordin. S. Auguſt. juxta Ipras, confirmat anno 1200.

Ex Archivis Capit. S. Donat. Brugis.

* Hic dein fuit Abbas S. Martini Ipris.

INnocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Hugoni * Abbati Formiſellenſis Eccleſiæ, ejuſque Fratribus tam præſentibus atque futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Quoties à nobis petitur, quod Religioni & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti eoueedere, & juſta poſtulantium deſideriis Apoſtolicum patrocinium impertiri.

Ea-propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam Formiſelleuſem, in quâ divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri & Noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundom Dominum & Beati Auguſtini Regulam, in eadem Eccleſiâ inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, Vobis Veſtrisque Sucecſſoribus, & illibata permaneant Iu quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cùm omuibus pertinentiis ſuis; duo Altaria * Renighes & Marck, † cum decimis ad ea pertinentibus; tres etiam Eccleſias, videlicet Diekebuſch, Sillebeka, & Sandtfoort eum tertiâ parte deeimarum ad eas pertineutium, ſicut vobis Joannes Morinenſis Epiſcopus ab omni exactione liberas conceſſit; Synodalibus tantum reditibus reſervatis; iu æſtivâ ſcilicet Synodo ſex tautum denariis de omnibus perſolvendis; iu autumnali verò de Renynghe duobus ſolidis; de Marek ſimiliter duobus; de ſingulis autem Eccleſiis ſupradictis duodecim denariis tantùm; in Biſſextili verò anno de Renighe viginti ſolidis, de Marek vigiuti, & de ſiugulis Eccleſiis ſupradictis decem perſolvendi ſunt.

* Reninge. † Vulgò Langhemarck. Dickebuſch Zillebeke Santvoort. Pagi Diœceſis Iprenſis, in quibus Abbas de Wormezeele Paſtores conſtituit.

Altare de Elverdynghe eum tertiâ parte deeimæ, quod de dono Epiſcopi ejuſdem poſſidetis; Synodalibus tantum reditibus reſervatis. Elverdinghe.

Altare de Staples eum tertiâ parte decimæ, quod vobis Milo Morinenſis Epiſcopus conceſſit; ſalvo jure tam Epiſcopali quam Syuodali. Staple.

Ghiverinchove omnes ejuſdem Parochiæ.

Altare Ghyverdynchove cum tertiâ parte decimæ, & de Waſtina, quæ vobis idem Milo liberè & quietè conceſſit, perpetuo poſſidenda; redditibus tantum Synodalibus tam ei quam Succeſſoribus perſolvendis; ſex inſuper jugera Waſtinæ in fronte terræ Egberti de Ghelevelt adjacentia, ſimulque totum morum, qui in eâ eſt, quæ Eccleſiæ Veſtræ Robertus * Comes Flandriæ liberè & abſolutè in perpetuom dedit.

Vide ſupra. pag. 31.

Quamdam etiam terram, quæ latinè dicitur Arena, vulgò verò t'Sant, & omnia jura ſæcularia ad Dominum Comitatûs pertinentia à Baldnino * Comite vobis conceſſa; & Præbendam eleemoſinariam, quam idem Comes in officio Brugenſi vobis perpetuò conceſſit habendam; terram deſertam in Sadelt, cum decimis pertinentibus ad eam; à parte auſtrali Steenwerke quatuor jugera terræ in proximo adjacentis, & à Steenwerke uſque ad deſertum quas vobis Carolus Comes donavit; doodecim bonaria terræ in Dickebuſck; & quatuor alia bonaria in Wideskate, quæ Comes Theodoricus ab omni dominio libera vobis conceſſit.

Ibidem.

vulgò Witſgaete.

Præterea viginti quinque menſuras terræ mori ob omni exactione liberas, cum omni libertate fodiendi quandocumque libet, & decem menſuras terræ mori eidem terræ adjacentes, quæ fuerunt W. de Locris; viginti quinque ſolidos Brugis aſſignatos ex officio Lamberti Notarii, ad conficiendum Corpus & Sanguinem Domini Noſtri Jeſu Chriſti annuatim recipiendos; & quinquaginta ſolidos ex eodem officio pro recolendo anniverſario Gertrudis Comitiſſæ quondam Morianenſis * annuatim perſolvendos; quæ omnia Comes Flandriæ Philippus vobis perpetualiter conceſſit; viginti etiam ſolidos, quos vobis Margareta Comitiſſa aſſenſu Balduini * viri ſui, & Majoris ſui Balduini de Brevibus majoris officii Brugenſis annuatim in eleemoſinam dedit; quinque ſolidos annuos in villâ de Kemmeia, & bonarium prati in villâ de Warneſton juxta Liſiam.

* Vide Miræum pag. 415.

* Balduini Hann. Comitis.

Libertatem quoque telonii de rebus ad uſos Eccleſiæ pertinentibus, quæ Robertus Betunienſis Advocatus per manum & conſenſum W. * Filii ſui vobis liberè in perpetuum conceſſit; duas menſuras terræ, vel paulò plus, juxta terram Canonicorum ab auſtrali parte jacentis; & tres menſuras vel paulò plus juxta veterem curtum, quas Formiſellenſi Eccleſiæ W. in eleemoſynam dedit, & quadraginta octo ſolidos annuos, quos anteceſſores Henrici de Godeverdeſvelde ſuper quandam terram Canonicorum aſſignatos ab eodem W. in feudum tenuerant.

* Vide Miræum pag. 396.

Circiter etiam viginti menſuras terræ apud Hoghebrugam, quas Robertus quondam Præpoſitus & Elias Decanus Sti. Donatiani Brugenſis aſſenſu Capituli Eccleſiæ ejuſdem vobis ab omni ſæculari exactione conceſſerunt liberè poſſidendas.

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſivè de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquêre præſumat.

Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & abſolutos, è ſæculo fugientes ad converſationem recipere, & eos ſinè contradictione aliquâ retinere.

Prohibemus inſuper, ut nulli poſtquam in eo loco Profeſſionem fecerit, abſque Abbatis ſui licentia, arctioris Religionis intuitu de eodem loco diſcedere; diſcedentem verò abſque communium litterarum cautione nullus audeat retinere.

In Parochialibus autem Eccleſiis quas habetis, liceat Vobis proprios Sacerdotes eligere, & eos Diœceſano Epiſcopo præſentare: quibus, ſi idonei fuerint, Epiſcopus curam animarum committat; ut ei de ſpiritualibus, Vobis verò de temporalibus debeant reſpondere.

Ad hæc præſenti Decreto diſtrictios inhibemus, ne quis intra fines Parochialium Eccleſiarum veſtrarum Eccleſias ſeu Oratoria, ſine veſtro & Epiſcopi Diœceſani aſſenſu, de novo conſtruere audeat; ſalvis Privilegiis Pontificum Romanorum.

Cùm autem Interdictum generale terræ fuerit, liceat vobis elauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſâ voce divina officia celebrare.

Sepulturam præterea ejuſdem loci liberam eſſe decernimus, & eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverunt, (niſi fortè excommunicati aut interdicti ſint) nullus obſiſtat, ſalvâ Canonicâ juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Obeunte verò Te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum & B. Auguſtini Regulam providerint eligendum.

Libertates inſuper & immunitates Vobis & Eccleſiæ veſtræ conceſſas, nec non antiquas & rationabiles conſuetudines hactenus obſervatas, ratas habemus, & eas futuris temporibus illibatas manere cenſemus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Authoritate & Diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularive perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita,

niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit Pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

(1) Datum Laterani per manum Reynaldi Acherontenſis Archiepiſcopi vicem gerentis Cancellarii, quarto Nonas Auguſti, Indictione .... Incarnationis Dominicæ anno milleſimo duceteſimo, Pontificatûs verò Domini Innocentii PP. III. anno tertio.

(1) Eſt & aliud Diploma datum anno 1140 ab Innocentio II. Pont. in favorem præfatæ Abbatiæ Formiſellenſis, ejuſdem planè quoad ſingula verba tenoris cum præcedenti, exceptis iis quæ ſequuntur.

„ Actum Remis anno Incarnati Verbi milleſi„mo centeſimo quadrageſimo, Indictione ter„tiâ, Regnante Ludovico Francorum Rege an„no octavo, Archiepiſcopi Domni Samſonis an„no primo. Drogo Cancellarius recognovit, „ ac ſubſcripſit. *Verum data hæc in multis fuſ-* „*pecta eſt.*

Cæterum Abbatia hæc Formiſellenſis, vulgò *Wermezelle*, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, in pago ejuſdem nominis ad medium ab Urbe Iprenſi lapidem; fundata fuit anno 1098 ab Iſaaco Formiſellenſi Domino, atque à Gerardo Morinenſium Epiſcopo libertate donata; in quam Joannes Gerardi Succeſſor Statuta Reformationis paulò poſt introduxit.

CAPUT LXXXI.

Henricus I. Brabantiæ Dux, jus Patronatûs Eccleſiæ Collegiatæ S. Gummari Liræ in Brabantia ac Diœceſi Antverpienſi, concedit Decano & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, anno 1200.

Ex Archivis Capituli.

IN nomine Domini. Amen. Ego Henricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Marchio Romani Imperii, Notum facio univerſis, tam præſentibus quam futuris, quod Jus Patronatûs Eccleſiæ Lyrenſis, a meis Prædeceſſoribus ad me devolutum, Canonicis ejuſdem Eccleſiæ in perpetuam eleëmoſynam contuli.

Ut autem hoc ratum habeatur, Sigilli noſtri appoſitione confirmamus, Teſtibus ſubnotatis.

S. Henrici Lovanienſis Præpoſiti.
S. Simonis.
S. Lamberti.
S. Arnoldi de Weſemaele.
S. Arnoldi Dapiferi.
S. Arnoldi de Walhem.
S. Arnoldi Rape.
S. Wilhelmi de Lyra.

Actum anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo, anno Ducatûs noſtri decimo.

In Capitulo Lirano nullæ habentur Litteræ Fundationis, quam conſtat eſſe admodum antiquam & factam a Sto. Gummaro; qui falſo perhibetur fuiſſe de ſanguine Ducum Brabantiæ.

Unde loco Documentorum exhibent Extractum ex Legenda ſeu Vitâ Sti Gummari, ubi dicitur extruxiſſe *Monaſterium duodecim Clericorum ſeu Canonicorum*; item ex Balderici Chronico Cameracenſi, in quo ſic habetur lib. II. cap. 48.

„ Nec procul hinc (a Maſlinis) eſt Monaſte„rium Canonicorum, quod ex propriis prædiis „ vir Dei Guntmarus, illuſtris laicus ſtruxit, ibi„que ſepultus diem reſurrectionis expectat.

Eſt autem Lira Brabantiæ Oppidum, nunc Diœceſis Antverpienſis, diſtans a Mechlinia paulò amplius quam duobus milliaribus. S. Gummari vitam habet Surius Tom. V. ad diem 11 Octobris, item Molanus & Miræus de SS. Belgii.

CAPUT LXXXII.

Henricus I. Dux Brabantiæ bona Equitum Templi Jeroſolymitani propè Nivellam (è quibus dein exurrexit Commenda de Chanteraine & Vaillenpont Equitum Melitenſium) in protectionem ſuſcipit, circa ann. 1200.

Ex Archivis Ordinis.

IN nomine ſummæ Trinitatis & Individuæ Unitatis. Ego Henricus Dei miſeratione Dux Loth. omnibus tam præſentibus quam futuris in Chriſto fidelibus imperpetuum. Notum facimus univerſitati veſtræ quod Fratres Templi juxta Nivellam degentes, & bona eorum quæ jure hæreditario poſſident, ubicumque locorum poſita ſunt, recipimus ſub noſtrâ deffenſione, & ita noſtrum eis impendimus auxilium, ut nul-

lus eos ſupra prædictis poſſeſſionibus audeat moleſtare, vel inquietare. Verum ſi aliquis hominum aliquid cauſæ adverſus jam dictos Fratres habuerit, coram nobis ſuam proponat quæſtionem, vel coram Epiſcopo Diœceſiano, & coram nobis Juſtitiæ recipiat plenitudinem. Ut autem hæc noſtræ Confirmationis Pagina impoſterum maneat inviolata eam noſtri ſigilli impreſſione duximus roborandam. Hujus cartæ conſcriptioni præſentes fuerunt

H. Præpoſitus Lovanienſis.
R. Capellanus Sancti Nicolai in Caſtro.
C. Capellanus Dominæ Duciſſæ.
RR. Notarius Ducis.
† Milites A. Sacti....
W. Boe. &c. de Nioenham.
A. Leonis, de V. Ham.
W. de Poote.
C. de Wilzele.
A. de Rapa.

CAPUT LXXXIII.

Balduinus, Flandriæ & Hannoniæ Comes, Jeroloſymam pro expugnatione Terræ Sanctæ profecturus, variis ſimul Monaſteriis benefacit anno 1201; Teſtes adducens pleroſque primariæ Nobilitatis Belgicæ Viros, cum Principe ſuo Cruce Signatos.

EGo Balduinus Flandrenſis & Hainoenſis Comes omnibus notum facio quod Hieroſolymam proficiſci proponens, volens Eccleſias quæ in meis ſunt poteſtate à malignantium importunitate protegere, Conventum feci in meo Caſtro apud Vallencenas; in medio cujus recognovi, me dediſſe in perpetuam eleëmoſyoam multa prædia Monaſteriis S Dionifii in Broqueroia, Nivellæ, Ninivæ, Donarum, S. Nicolai de Furnes, S. Auberti, & Cantiprati apud Cameracum, Vallencenarum & alibi. Super quæ præcepta ſatis extant, & munimenta à me data ſignata & ſigillata. Quas omnes donationes, & eleëmoſynas ratas, ſtabiles, & perpetuas eſſe intelligo & jubeo, &c.

S. Mei Balduioi Comitis.
S. Mariæ uxoris meæ.
S. Willelmi Patrui.
Godefridi fratris mei Camer. Archidiaconi.
Theodorici Flandrenſis.
Willelmi Bethuniæ Advocati.
Cononis ejus Fratris.
Raiueri de Trith.
Egidii de Trazegnica Fland. Conſtabularii.
Joannis de Neele Caſtellani Brugenſis.
Nicolai de Barbençon.
Jacobi de Aveſnis.
Mathæi de Wallincourt.
Balduini de Belveoir. (Beauvoir)
Guidonis de Hoſdeing.
Theodorici de Loz.
Thiedrici de Diets.
Balduioi de Albigny.
Alexandri de Stenkerque.
Egidii de Braina.
Petri de Duaco.
Willelmi Caſtellani S. Audomari.
Balduini de Praet.
Roberti Seneſchalci.
Bernardi de Rosbais.
Boudelini de Mourkerke.
Michaelis de Lembeque.
Gerardi de Mancicort.
Reneri de Montibus.
Balduini de Lobes.
Balduini de Vallencenis.
Hugonis de Ham.
Jacobi de Bondues.
Theodorici de Tenremonda.
Hugonis de Hollebaim. (d'Ollehain)
Rotgeri de Cortriaco.
Balduioi de Commines.
Rogeri de Moſchre.
Willelmi de Lickevelde Venatoris.
Simonis de Warnewick.
Sigeri Gandenſis.
Joannis de Lens.
Michaelis de Harnes.
Ivonis de le Zoete.
Hellini de Wavrin.
Egidii Bertout, Camerarii.
Giloois de Acrimonte (Aigremont)
Girardi de Jace.
Alardi de Cimaio.
Gualteri de Lingue (Ligne)
Gilonis de Barbençon.
Gualteri de Lens.
Walteri de Fontanis.
Nicolai de Haveſdonck.
Oſtonis de Arbre.
Hogonis Buſere.
Boudoini de Vorolta.
Genekini de Sotenghem.
Petri de Husbeque.
Hackini de Coleham.
Gerardi de Rigneſcurte.
Petri de Maiſnil.
Gerardi de S. Auberto.
Willelmi de Hot.

Ge-

Gerardi de Oldenburgh.
Caldaronis Officialis.
Willelmi de Marck.
Giſleni Caſtellani de Bellomonte.
Alulfi de Struem.
Hugonis dicti Caprioli de Querceto.
Alexandri de Pucques.
Odardi de Guiſtelles.
Huardi de le Voeſtine.
Arnoldi de Steenhniſe.
Odonis de Hamaide.
Alardi de Villa.
Iſembardi de Berlemonte.
Philippi d'Axelles.
Sifridi de Montigny.
Anfridi de Gomegnies.
Baldrici de Roiſgin.
Renaldi de Freſne.
Ulrici de Maſteng.
Willelmi de Gomegnies.
Herberti de Brifeuil.
Drogonis de Beaurain.
Euſtachii de Sars.
Petri de Louvegnies.
Bernardi de Sonbrenghien.
Hugonis de Maldeghem.
Gualteri de Bouſſiers.
Iſaaci de Strombe, & Gualteri fratris ejus.
Egidii de Landas.
Hulconis de Steelant.
Franconis de Colemy.
Radulfi de Boulers.
Sigeri d'Eſcarmeng.
Willelmi del Cil.
Segardi de Wargny.
Egidii de Pamele.
Alelmi de Stavelo.
Colardi de Campinghem.
Manaſſis de Billemont.
Euſtachii de Lis.
Lamberti de Morſelede.
Drogonis de Vormeſele.
Herſeri de Somerghem.
Godefridi de Cuinghien.
Simonis de Bornhem.
Willelmi de Vendougies.
Ivaini de Treſlong.
Boidini de Rungies.
Sigeri de Hellebeke.
Conrardi de Schaepsbergh.
Joannis de Trallis.
Joannis de Calſter.
Pagani de Ruever.
Martini d'Aimeries.
Balduini de Hove.
Wateri de Maulde.
Widonis de Saventhem.
Sigeri de Heetvelde.
Leardici de Pyliſers.
Renizonis de Maele.
Gerardi de Vier.
Joannis de Maſgreils.
Stephani de Bocxſtel.
Walteri de Maerſchem.
Arnulfi de Ophem.
Hugonis de Molbais.
Henrici de Paskendael.
Hackeri de Rideworde.
Chriſtiani de Guiſtelles.
Helvini & Walteri de Betencort.
Joannis Cretons.
Joannis de Marcoing.
Walrandi de Hauſſi.
Almani de Bavay.
Fulconis de Wormines.
Annekini de Brackel.
Balduini & Elbrandi de Ellignies.
Willelmi de Main.
Walteri, & Roberti de Bambeque.
Walteri le Charon.
Sotonis de Bongardes.
Colardi de Warendonc.
Sigeri de Roedcn.
Timeri de Rogemeis.
Hugonis Eſchaliers.
Roberti del Kaiſnoy.
Lisberti d'Entrenghem.
Hugonis & Gerardi d'Erpe.
Joannis de Raempaert.
Dirkini, & Roberti de Rupelle.
Balduini de Haveſquerque junioris.
Anſelli de Rolenghem.
Caroli de Vercli.
Oſtonis de Vieſlis.
Hugonis de Belines.
Roberti de Anſeng.

Walteri de Pons, & aliorum plurimorum Militum, qui hic congregati ſunt, ut mecum Crucem Sanctam induant, præter & alios in magno numero, qui cum huc ſe receperint, coram illis talem recognitionem facere promitto, in majorem omnium quas dotavi Eccleſiarum ſecuritatem & quietem. Fiat ita. Amen. Amen.

Actum apud Valencenas ſolempniter anno M. CC. I. menſe Aprili, &c.

CAPUT LXXXIV.

Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, pro felici itineris ſui Jeroſolymitani ſucceſſu largitur eleëmoſynam celebri Abbatiæ Claræ-vallenſi in Gallia, anno 1201.

IN Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Ego Balduinus Flandrenſis & Hannoniæ Comes, notum fieri omnibus volo, quod Jeroſolymam profecturus, cùm per Monaſterium Clarevalenſe tranſitum facerem, Congregationis ſanctæ viſione roboratus, & in Dei nimirum amore ferventior, ex tantæ devotionis accenſus exemplo, eidem loco benefaciendi animum Chriſtianâ prævià fide ac religione concepi.

Quia verò rebus meis diſpoſitis, & reditibus ordinatis, pro voluntate mea quod conceperam pleniter ordinare non potui, memoriale ſaltem quoddam liberalitatis initium arrhamque diſpoſitæ interim ordinavi, eleemoſynamque perpetuam ad panem & vinum conſecrationi Dominici Corporis & Sanguinis neceſſarium ei liberè contuli, & liberaliter aſſignavi; decem videlicet libras Valencenæ monetæ in grangia mea de Montibus in feſto Sancti Remigii paratè ſingulis annis accipiendas, & per manum Abbatis Camberonenſis prædicto Monaſterio deferendas.

Hanc autem eleemoſynam pro ſalute animæ meæ & cariſſimæ Conſortis meæ Mariæ illuſtris Flandrenſis & Hannoniæ Comitiſſæ, & anteceſſorum meorum, ac deinceps ſucceſſorum à me ſolemniter ordinatam atque conceſſam, ut rata & inconcuſſa in perpetuum perſeveret, dignum duxi præſentis ſcripti patrocinio, & Sigilli mei impreſſione firmandam.

Nihilominus eâdem auctoritate firmans omnes eleemoſynas & libertates quas memorato Conventui ſanctitatis eximiæ per ſua authentica confirmavit omni poſteritati veneranda in perpetuum & tenenda illuſtris memoriæ quondam Flandrenſis & Viromanduorum Comes Avunculus meus Philippus Princeps toto orbi clariſſimus, ſicut in eiſdem authenticis continetur.

Actum anno Domini M. C. C. II. menſe Aprili.

CAPUT LXXXV.

Balduinus Flandriæ Comes, Jeroſolymam profecturus ubi dein in Imperatorem Orientis electus eſt, benefacit Hoſpitali B. Mariæ Virg. Aldenardæ, anno 1202. *Quod & confirmant Maria Uxor Balduini Comitis, anno* 1203, *& Joanna, dicta* Conſtantinopolitana, *eorum filia & heres an.* 1214.

Ex Archivis Cam. Rat. Inſulis.

EGo Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes. Notum fieri volo tam futuris quam præſentibus, quod Jeroſolymam profecturus, pro ſalute animæ meæ & Anteceſſorum meorum ac deinceps Succeſſorum in perpetuam dedi eleemoſinam Domui Hoſpitalis de Aldenarda locum & ſedem ad molendinum faciendum, in Foſſato juxta portam quæ ducit verſùs Aynham.

Quod ot ratum permaneat & ſtabile, præſentem ſuper hoc prædictæ Domui contuli Paginam Sigilli mei appenſione & Teſtium ſubſcriptione munitam.

S. Walteri Stombe.
S. Thomæ Nepotis mei.
S. Walteri De Scornaco.
S. Wilelmi Clerici mei.
S. Arnulphi Presbyteri, * qui eandem Domum incepit.

* Fundator hujus Hoſpitalis.

Actum Cameraci anno Domini M. C. C. II. feriâ ſextâ, poſtquam iter peregrinationis meæ arripueram.

Sedem autem hanc molendini ita conceſſi Domui Hoſpitalis, quod nullum inde dampnum accidat molendinis meis.

II. DIPLOMA.

NOverint univerſi tam præſentes quam futuri, quod Ego Maria Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, cognoſco & approbo quod Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, Dominus & Vir meus dilectus, dedit in eleemoſinam Hoſpitali glorioſæ Virginis in Aldenarda locum, in quo data ſunt duo Molendina, terram etiam quæ extendit ſe à Molendinis uſque ad murum, & præterea terram & aquam à Molendinis ſupra uſque portam de Bevra.

Volo etiam & præcipio meo Ballivo quis-

cumque ſit, ut prædictum Hoſpitale, & omnia quæ poſſidet in ſuo jure & in omni parte teneri faciat, & ea ſicut quæ mea ſunt protegat & deffendat.

Ut hoc igitur firmum eſſet & ſtabile, munimine Sigilli mei feci confirmari.

* Male. Caſtrum juxta Brugas.

Actum Verbi Incarnati M. C. C. III. apud Male. *

III. DIPLOMA.

JOanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, dilectis ſuis Scabiois & Burgenſibus de Aldenarda, & omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem.

Noveritis, quod Domum Hoſpitalis Beatæ Mariæ de Aldenarda, & perſonas de Domo & omnes res prætactæ Domûs in conductu & protectione mea ſuſcepi.

Nolo etiam, ut Taliam aliquam vel exactionem à Domo prætacta exigatis vel excipiatis; quod ſi facerctis, nullo modo ſuſtinerem, & inſuper offenſam meam incurreretis.

Datum Gandavi feriâ tertiâ poſt diem paſchæ, Anno Domini M. C. C. XIV.

CAPUT LXXXVI.

Philippus Sueviæ Dux, electus Imp. Rom. inter plura beneficia, quæ confert Henrico I. Brabantiæ Duci, anno 1204, declarat Brabantiam eſſe Feudum S. R. Imperii, quod tamen poſſit etiam ad filias devolvi.

Ex Regiſtris Brabantiæ

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Philippus Divinâ favente clementiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus.

Regalis excellentiæ provida conſpectio, nobilium pariter & magnorum Principum devotionem & præclara conſuevit penſari obſequia, & circa eorum augmentum & honoris promotionem, cum omni affectu curam & operam adhibere diligentem.

Quapropter ad univerſorum Imperii fidelium præſentis ætatis & poſteritatis ſucceſſivæ notitiam deduximus proferendum; quod accedens ad præſentiam noſtram, ſub frequentia Principum apud Confluentiam, dilectus Conſanguineus & Princeps noſter Henricus illuſtris Dux Lotharingiæ & Brabantiæ hominium nobis fecit & de manu noſtra recepit, fœudum quod ab Imperio tenere debet.

Noſque ut ipſe pro exaltatione noſtra, operoſâ voluntate deſudet, & ubique locorum Imperiale commodum procuret; concedimus ſibi & legitimis Hæredibus ſuis in rectum fœudum Abbatiam Nyvellenſem cum omni honore & eo jure, quo eam Imperium & noſtri Anteceſſores Romani Imperatores & Reges uſque ad noſtra tempora habuerunt.

Eccleſia Nivellenſis.

Inſuper concedimus ei & hæredibus ſuis in feodum civitatem Trajectenſem, cùm omnibus juſticiis & appendiciis ſuis extra civitatem & intra, nec non ibidem Eccleſiam S. Servatii, cum omni integritate & eo jure, quo Patri & Fratri noſtro Divis Romanorum Imperatoribus attinebat.

Trajectum ad Moſam.

Noviomagum quoque, quod ad noſtrum & Imperii Dominium reduximus, ipſi Duci in aliis recompenſabimus bonis.

Vulgo Nimeghe.

Item conceſſimus ei omne fœudum, quod Patruus ſuus Comes Albertus de Dagiſpurg de manu noſtra & Imperio obtinet; ita quòd ipſe Dux poſt mortem ipſius Comitis, in omnibus bonis ſive pactis abſque cujuſlibet contradictionis impedimento (ſi tamen Comes ſine hærede diſceſſerit) ei ſuccedat.

Hominibus quoque Ducis, Civitatis videlicet Orten quæ nunc Silva dicitur, & Thiele, per totum imperium in exactione thelonii, eandem habebunt joſtitiam & libertatem, quam habuerunt temporibus Patris & Fratris noſtri; & proinde homines noſtri in terra Ducis ab omnere exactionis liberi erunt. Sylvaducis.

Inſuper Regiâ Auctoritate noſtrâ ſtatuimus, & memorato Duci concedimus, ut filiæ ſuæ, ſi maſculum hæredem non habuerit, in fœudis ſuis liberè ei tamquam maſculi ſuccedant.

Demum Regiâ benigoitate in rectum fœudum concedimus ei annuatim ſexaginta carratas vini, quarum media pars apud Boperdiam, reliqua pars apud Baldebern in Alſatia tempore vindemiæ ei perſolventur.

Compromiſſum eſt etiam ex parte noſtra & ipſius Ducis, quòd omnium amicorum noſtrorum fidus erit amicus, & adverſariis noſtris inimicabitur, & nobiſcum eos diſtrictè perſequetur, nec aliquem manutenebit; & nos etiam ipſum Ducem in omnibus negotiis ſuis manutenentes, nulli inimicorum ſuorum contra eum auxilium vel conſilium præſtabimus.

Ut autem hæc omnia rata ſemper permaneant & inconvulſa perſeverent, hanc Paginam exinde conſcriptam, Sigilli noſtri charactere juſſimus communiri.

Hujus rei Teſtes ſunt, Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus.

Ditbalmus Conſtantienſis Epiſcopus.
Conradus Spirenſis Epiſcopus.
Comes Wilhelmus Juliacenſis.
Comes Arnoldus de Altenach.
Comes Otto de Geldere.
Comes Silvertus de Werda.
Comes Henricus de Geminoponte (Zweybrugge.)

Comes Erneſtus de Velſeki.
Otto de Buren.
Cono de Mintſenberg.
Henricus Dapifer de Walpurg.
Henricus de Smalmecki.
Wernerus & Philippus Frater ejus de Boulandia.
Conradus puer de Boperdia.
Reinhardus de Lutre, & alii complures.

Item concedimus Duci univerſa bona conſtituta ultra Moſam, quæ antea Comes de Loen ab ipſo Duce in fœudum acceperat, Imperio attinentia.

Acta ſunt hæc anno Domini M.C.C.IV.

Datum Confluentiæ ſecundo Id. Novembris, Indictione ſeptimâ.

De hac Conceſſione pluribus agit doctiſſimus Hiſtoricus, Joannes Baptiſta de Vaddere, S. T. B. F. Bruxellenſis, Canonicus Anderlechtenſis, in libro quem edidit *de Origine Ducum ac Ducatûs Brabantiæ* pag. 156; ubi refutat argumenta quorumdam hoc Diploma impugnantium.

(1) PHILIPPUS. Controverſum eſt, an verus fuerit Imperator. Siquidem poſt mortem Henrici VI. Imp. pars una Electorum elegit Otthonem Saxoniæ Ducem; pars altera Philippum Sueviæ ac Hetruriæ Ducem, quem Henricus moriens tutorem Frederici Filii ſui reliquerat. Et quidem Rex Galliæ Philippo, Otthoni Rex Angliæ favebant. At vero Innocentius III. Pont. inſpectis litigantium rationibus, rejecto Philippo, Otthonem ſaniori ac potiori ſuffragio electum, Imperatorem confirmavit. Quem Adolphus Archiepiſcopus Colonienſis, præſente Legato Pontificis, Imperiali poſtea diademate Aquiſgrani inſignivit. *Vide Hiſtorias illius temporis.*

Quidquid ſit de Authoritate Philippi Cæſaris, attamen conſtat, Diploma ejus poſtmodum fuiſſe ratihabitum à ſeptem Rom. Imperatoribus; nempe Frederico II. 1219. Henrico VII. 1222. Rudolpho de Habspurg 1272. Adolpho Naſſovio 1292. Alberto Auſtriaco 1298. Henrico Luxemburgico 1309, & Carolo IV. 1349. Ita D. de Vaddere libro citato.

CAPUT LXXXVII.

Henricus I. Brabantiæ Dux, ejuſque Conjux Mathildis, benefaciunt Abbatiæ Villarienſi Ord. Ciſt. in Gallo-Brabantia, anno 1205.

Ex Butkens Troph. Brab.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus, quod ego Henricus Dux Lotharingiæ & legitima conſors mea Mathildis Duciſſa contulimus in elemoſynam, annuatim, pro noſtris ac noſtrorum prædeceſſorum & poſterorum animabus, duos laſtos allecium Conventui de Villari, & illos eis aſſignamus annuatim accipiendos, de noſtris redditibus apud Calays.

Calais Oppidum Galliæ.

Ut autem hæc elemoſyna quam tam purè & ſincerè contulimus, ſtabile robur in perpetuum obtineat, præſens Scriptum ſigillorum noſtrorum appoſitione confirmavimus & auctenticavimus, probabilium Teſtium adjunctâ ſubſcriptione, quorum nomina ſunt hæc:

Magiſter Renerus de Hoxem.
Magiſter Renerus de Hugardis, Clerici Ducis.
De Nobilibus, Arnulphus de Dieſt.
Jacobus de Orbais.
De Familia Ducis, Arnulphus de Walleheim.
Arnulphus de Weſemale.

Actum eſt hoc, anno ab Incarnatione Domini M C C. V.

CAPUT LXXXVIII.

Boguſlaus & Kaſimirus Duces Pomeraniæ donant Religioſis Præmonſtratenſibus Abbatiæ Horti S. Mariæ, *in Friſia, locum dictum* Caſtrum S. Petri *in Ducatu Pomeraniæ, cum terris adjacentibus, ad inchoandam illic Abbatiam ſui Ordinis, anno* 1208.

Ex Hiſtoria Pomeraniæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen

Notum fieri volumus tàm præſentibus quam futuris, quod Ego Boguſlaw & Frater noſter Kaſimirus, Dei gratiâ, Pomeranorum Principes, cùm venerabili matre noſtra, Anaſtaſia, fratribus de (1) Orto ſanctæ Mariæ in terram noſtram venientibus dedimus locum juxta Trebetow ſitum, quondam Belbne, nunc S. Petri Caſtrum dictum, & totam Inſulam in qua manent.

Contulimus etiam eidem loco duodecim villas non procul à Rega conſtitutas, cùm pratis & omnibus utilitatibus & appendiciis ſuis, liberè & quietè, ſine omni exactione, ſoli

ſoli clauſtro ibidem conſtituto perpetualiter ſervituras.

Nomina vero villarum ſunt hæc : Gummin , quæ ſola culta eſt , Miſtoweze , Miroſlaweſe, Wiſto, Karcene, Darſow, Groſamuſter , Droſedowe , Jarchowe , Kinowe , Latin Strigutine.

Medietatem etiam portionis Clauſuræ (Capturæ) piſcium in fluvio , qui Rega dicitur, Fratrum refectioni dedimus , cùm medietate ſtagni , nomine Niſloze , & Villam piſcatorum adjacentem.

Contulimus etiam eidem Eccleſiæ Eccleſiam in Tribbezow cum omni jure ſuo, & viginti marcas nummorum in Colberga de taberna annuatim ſolvendas. Et locum ad ſex ſartagines ad uſum ſalis ; ab omni exactione perpetualiter liberas.

Iſta ad inceptionem Cœnobii prædicti contulimus , ita liberè , ut qui cunque hos de terra ſua ſequi voluerit , & Fratribus jam dicti loci adherere , ab omni exactione liber ſit, tantum Deo & Eccleſiæ ſerviat.

Ut autem hæc omnia in perpetuum firmiter & inviolabiliter obſerventur, Sigilli noſtri impreſſione munire curavimus. Hujus rei Teſtes ſunt

Sigeruſinus Epiſcopus. * * Nimitum Caminenſis in Pomerania.
Abbas Rodigerus,
Ditmarus Cuſtos ,
Conradus Præpoſitus,
Et Bartholomeus & Caſimirus Fratres.
Henricus Caſtellanus in Uſnam.
Normarus Caſtellanus in Camin.
Ratmarus Caſtellanus in Stettin.

Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini M. C. C. VIII.

(1) HORTUS S. MARIÆ , vernaculè *Mari-Gaarde* , celebre olim fuit Religioſorum Præmonſtratenſium Cœnobium in Friſia , fundatum anno 1163 à Frederico Feicone , Eccleſiæ Parochialis de Hallum Paſtore , ac dein primo ſui Cœnobii Abbate.

Anno 1560 dum erectus fuit per Paulum IV. & Pium IV. Pontifices novus Epiſcopatus Leovardienſis , novi Ultrajectenſis Archiepiſcopatûs Suffraganeus , eidem in dotem aſſignata atque unita fuit potens illa Abbatiâ Horti Mariani : ejuſque Religioſi deinceps ſæcularizati , facti ſunt decem Canonici novæ Eccleſiæ Cathedralis Sti. Viti Leovardiæ : eorumque Præbendæ in futurum affectæ fuerunt Canonicis Graduatis. Ultimus quoque Abbas Horti Mariani *Regnerus ab Aſperen* , primus ejuſdem Capituli Præpoſitus declaratus eſt.

Bullam Pii IV. Pont. ſuper Erectione Epiſcopatûs Leovardienſis , infra recenſebo.

CAPUT LXXXIX.

Philippus Marchio Namurcenſis , in abſentia Fratris ſui Balduini Imperatoris Conſtantinop. Procurator Flandriæ , Præbendam unam inſtituit in Eccleſia Collegiata B. M. V. Cortraci anno 1209. Accedit Ratihabitio Patrui ejus Guilielmi de Flandria Præpoſiti Sti. Donatiani Brugis ac Flandriæ Cancellarii , eodem anno.

Ex Archivis Capituli.

EGo Philippus Marchio Namurcenſis , Flandriæ & Hannoniæ Procurator. Notum facio univerſis tam futuris quàm præſentibus ;

Quòd, cum unam de Præbendis illis , quæ perficiendæ erant in Eccleſia Curtracenſi (ſicut in Domini & Fratris mei piæ recordationis Balduini Flandriæ & Hannoniæ Comitis & Conſtantinopolitani Imperatoris Litteris , quas eadem habet Eccleſia , continetur) inſtituiſſem , & eam ab ipſa Eccleſia Cortracenſi ſingulis annis in Purificatione Beatæ Virginis accipiendam , videlicet 20 libras novæ flandriæ monetæ aſſignaſſem ad Brevia , que Wluini fuerunt , & quæ majus officium appellantur , & illam etiam Præbendam Johanni filio Magiſtri Roberti de Hunecourt dilecti Clerici mei & Tornacenſis Canonici contuliſſem : Ego poſtmodum Brugis exiſtens , prædictam iſtius Præbendæ inſtitutionem renovans , jam dictas 20 libras in præfatis Brevibus , per dilectum noſtrum Willelmum Præpoſitum Brugenſem ac Flandriæ Cancellarium mihi feci , & Curtracenſi Eccleſiæ in perpetuum aſſignari.

Actum Brugis coram eodem Præpoſito Willielmo Patruo meo,

Michaële de Harnes, & Bernardo de Rosbais.

Anno Domini 1209 Menſe Octobri feriâ V. ante Feſtum S. Dionyſii.

xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx

EGo Willelmus Brugenſis Præpoſitus ac Flandriæ Cancellarius. Omnibus fieri notum vnlo tam futuris quàm præſentibus Litteras inſpecturis , quòd cum piæ recordationis Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes & Conſtantinopolitanus Imperator mandaſſet per Litteras ſuas Guilielmo Brugenſi Præpoſito & Flandriæ Cancellario , Caſtellano S. Audomari , Advocato de Betunia , Guilielmo de Burgella tunc Caſtellano Inſulenſi , & aliis , quos terræ ſuæ Procuratores ſtatuerat

Procuratores Flandriæ, abſente Comite.

& Ballivos; ut Præbendas, quas in Eccleſia S. Mariæ Curtracenſi voverat inſtituendas, de redditibus ſuis perficerent, ſicut continetur in litteris ipſius Imperatoris, quas dicta Curtracenſis habet Eccleſia; Illuſtris Philippus Marchio Namurcenſis, Frater ejuſdem Imperatoris, Flandriæ & Hannoniæ Procurator, ad perficiendam unam Præbendarum, quæ reſtabant perficiendæ, præfatæ Eccleſiæ aſſignavit 20 libras novæ Flandriæ monetæ ſolvendas eidem Eccleſiæ ſingulis annis in Purificatione B. Mariæ & de Brevibus bonæ memoriæ Wluini, quæ dicuntur Majus Officium, & illas 20 libras fecit minui in Brevibus ratione ad idem Majus Officium pertinentibus, & aſſignari in perpetuam eleemoſynam Eccleſiæ Curtracenſi.

Illam etiam Præbendam contulit Joanni filio Magiſtri Roberti de Honecourt Clerici ſui & Canonici Tornacenſis.

Actum Brugis coram Willelmo Patruo ſuo,

Michaële de Harnes,

& Bernardo de Rosbais.

Anno Domini 1209. Menſe Octobri, feriâ V. ante Feſtum S. Dionyſii.

CAPUT XC.

Decretum Capituli S. Donatiani Brugis anno 1215 ſuper diviſione unius Præbendæ in tres, & ſuper inſtitutione duarum Præbendarum Sacerdotalium, ad decantandas Miſſas in honorem B. Mariæ Virgenis.

Ex Archivis Eccl. Brug.

Universis Christi fidelibus præsentem Paginam inspecturis, Willelmus Divinâ permissione Brugensis Præpositus & Flandriæ Cancellarius, Josephus Decanus, & Capitulum Beati Donatiani in Brugis, salutem in Domino.

Universitati vestræ notum facimus, à Viro venerabili Stephano Parisiensi Archidiacono, & dilectis Canonicis nostris W. de sancto Johanne & G. de Gandavo arbitrium fuisse prolatum sub hac formâ.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti Amen.

Nos Waltherus de sancto Johanne & G. de Gandavo Canonici Sti. Donatiani in Brugis, notum facimus universis præsentem Paginam inspecturis, quod cum inter Venerabilem Virum W. Præpositum nostrum, & quosdam Coecanonicos nostros fautores ejusdem ex una parte & Magistrum Gerardum & R. de Vermella & quosdam alios Concanonicos nostros ex alterâ coram J. Archidiacono Tornacensi & Conjudicibus suis authoritate Apostolicâ, quæstio verteretur, utrum de præbenda Robini quondam Nepotis Decani tres fieri deberent Præbendæ vel una, tandem ab utraque parte consensu & approbatione Judicum in nos est compromissum, ita quod nos eligeremus tertium, sivè intra Capitulum sivè extra: & quidquid Nos tres sivè duo nostrûm tam de causa ipsa, quam de custo exinde facto ordinaremus & decerneremus observandum, hoc inviolabiliter ab omnibus observaretur.

Et Præpositus sub juramento quod fecit Eccleſiæ, & sub pœna centum librarum Ordinationem nostram se promisit observaturum. Similiter juratum est de mandato Canonicorum in animas ipsorum, quod ipsi Ordinationem prædictam firmiter observarent: ita quod quicumque contradictor existeret, pœnâ 50 librarum puniretur.

Nos igitur, de consensu & approbatione Viri venerabilis & discreti Stephani Archidiaconi Parisiensis, subscriptæ Ordinationis executioem per electionem nostram ad preces proborum virorum nobiscum suscipientis, auditis & illatis rationibus utriusque partis, causæ meritis diligenter examinatis, habito nichilominus Juris-peritissimorum Parisiis & alibi consilio, & cum diligenti deliberatione & tractatu, ad honorem Dei & utilitatem Ecclesiæ promovendam, & pacem tam in capite quam in membris Ecclesiæ reformandam & conservandam, utriusque partis conscientiæ satisfacere cupientes, ita duximus ordinandum.

Statuimus & ordinamus, quod tres fiant Canonici, ita quod ad Præbendam, quæ fuit R. quondam Nepotis Decani, unus illorum instituatur Canonicus, qui de proventibus ejusdem Præbendæ, juxta quantitatem unius Præbendæ ad æqualitatem reductæ Præbendam suam recipiat annuatim. Residuum vero ad æqualitatem pertinebit. Inde tamen exemptis 40 libris, ex quibus sint duæ Præbendæ ad quas reliqui duo admittantur, quorum uterque summâ 20 librarum percipiendarum annuatim pro Præbenda sit contentus. Nec ultra prædictam summam à Præposito vel à Capitulo quocumque ingenio aliquid præsumat petere vel extorquere, præter quotidianas obventiones, quas dicti duo cum reliquis Canonicis æqualiter participabunt; & Canonicorum gaudebunt nomine & dignitate, nec non lege Foraecitatis adstringentur: ita quod qui residentiam in Ecclesia non fecerit, non nisi centum solidos præcipiat annuatim.

Onus verò quantum ad servitium Ecclesiæ, arbitrio Præpositi cum consilio Capituli relinquimus dictis tribus Canonicis imponendum.

Præterea cum adhuc ad minus quinque sint

in Eccleſia antiquæ Præbendæ nondum ad æqualitatem redactæ, ſtatuimus, ut cum illas vacare contigerit, quicumque ad aliquam illarum ſubſtituetur Canonicus, tantùm de illa retinebit quantùm unus Canonicorum ad æqualitatem pertinentium æqualitate aliarum computatâ.

Reſiduum verò, vel tantumdem de proventibus ſæpe memoratæ Præbendæ duabus prædictis Præbendis æqualiter addatur: ita quod quandocumque hoc modo vel alio legitimo ad ſummam 30 librarum pervenerint, ad æqualitatem pertineant.

Addicimus inſuper, quod decimæ & alii proventus ſupradictæ Præbendæ non niſi conſilio Canonicorum ad æqualitatem pertinentium vendantur, vel alicui committantur. Dantes partibus in mandatis ſub pœna ſuperiùs in arbitrio comprehenſa, ut dictum arbitrium noſtrum modis omnibus inviolabiliter obſervent.

Ut autem omnia ſupradicta majori ſtabilitate firmentur, præſentem Pagioam conſcribi fecimus, & Sigillorum noſtrorum munimine roborari.

Actum anno Domini M.C.C. XV. menſe Junio.

Nos igitur prædictam Ordinationem approbantes, confirmamus.

Quoniam autem hucusque in Eccleſia noſtra non fuit aliquod Beneficium ſervitio B. Mariæ Virginis ſpecialiter deputatum, ſecundum laudabilem conſuetudinem quarumdum Eccleſiarum, communi conſilio decrevimus ordinandum, quod duæ prædictarum trium Præbendarum, quæ nunc Presbyteris, ſcilicet G. de Orſcamp &.... De novo Templo ſunt collatæ, de cetero non niſi Presbyteris conferantur: ita quod ſingulis diebus alter eorum tempore vicis ſuæ, id eſt in ſeptimana ſua, Miſſam de Beata Virgine celebrabit; ſalvo tamen ſervitio Chori ſive Majoris Altaris, ad quod ſicuti cæteri Canonici tenebuntur.

Tertiam verò prædictarum trium Præbendarum ſervitio Subdiaconi majoris Altaris duximus deputandum.

Et ne contra prædictas Ordinationes aliqua impoſterum poſſit occaſio malignandi ſuboriri, præſentem Paginam conſcribi fecimus, & Sigillorum noſtrorum munimine roborari.

Actum anno Domini M.C.C. XV.

Inter plura alia Brugenſis S. Donatiani Eccleſiæ decora, hoc unum hic laudaſſe ſufficiet, quod cum olim anno 961 ab Arnulpho Comite Flandriæ inſtituti tantùm eſſent XII. Canonici cum Præpoſito (apud Miræum pag. 43.) ipſi raro liberalitatis exemplo Præbendas ſuas ultro bifariam triſariamque ſecuerint, donec pervenirent ad numerum XXXI. Canonicatuum ac Præbendarum i comprehenſis nimirum quatuor poſterioris Fundationis, tribus nempe anno 1194 à Margareta de Alſatia Flandriæ Comitiſſa, & quartâ anno 1368 à Philippo Arboſio Tornacenſi Epiſcopo, inſtitutis. Diplomata vide in Miræo pag. 556 & 1027.

Similem Canonicorum Antverpienſium liberalitatem refert idem Miræus, eorum quondam Decanus, pag. 580, qui præbendas ſuas à numero XII. ad XXIV. reduci voluerunt anno 1240, probante Guidone Cameracenſi Epiſcopo.

CAPUT XCI.

Sententia arbitralis conceſſa anno 1216 Eccleſiæ Collegiatæ S. Walburgis Furnenſis, ſuper Decimis Piſcium in Portubus de Dunkerka & Novo-portu, & ſuper interfectione duorum Presbyterorum. Dein confirmata anno 1236 per Innocentium IV. Pont.

NOs R. Cantor, & Magiſtri C. Sebolaſticus, & Thomas Canonicus Inſulenſis, Judices delegati à Domino Papa in cauſa, quæ vertitur inter Eccleſiam Stæ. Walburgis Furnenſem ex una parte, & Parochianos de Novoportu, & Duyokerka ex altera, ſuper Decimis piſcium, lite coram nobis legitimè conteſtatâ, teſtibus receptis, & pro utraque parte diligenter examinatis, publicatis atteſtationibus, & inſtrumentis prolatis in judicio, auditis rationibus, & allegationibus utriuſque partis, & plenius intellectis, Juris ordine in omnibus obſervato, communicato prudentum virorum conſilio, Procuratorem Parochianorum de Novoportu & Duynkerka ad ſolvendas Decimas piſcium Eccleſiæ Stæ. Walburgis Furnenſi, per definitivam Sententiam condemnamus.

Actum Inſulis anno ab Incarnatione Domini M.C.C. XVI. quinto Idus Februarii.

Confirmatio prædictæ Sententiæ ſuper Decima Piſcium.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio Decano Inſulenſi, Tornacenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Suâ nobis dilecti filii Præpo-

ſitus & Capitulum Eccleſiæ Furnenſis petitione monſtrarunt, quod cùm inter ipſos ex parte una, & homines Villarum de Novoportu & Duynkerka Morinenſis Diœceſis ex altera ſuper decima Piſcium coram quodam R. Cantore, C. Scholaſtico, & Thoma Canonico Inſulenſis Eccleſiæ, Tornacenſis Diœceſis, Authoritate Apoſtolicâ, quæſtio verteretur, iidem judices cognitis cauſæ meritis, & juris ordine obſervato, pro eiſdem Præpoſito & Capitulo definitivam Sententiam promulgarunt, quam ipſi Apoſtolico petierunt munimine roborari. Quo circa diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Sententiam ipſam, ſicut eſt juſta, facias per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remotâ, firmiter obſervari.

Datum Perufii, 6. Idus Auguſti, Pontificatûs noſtri anno decimo.

Sententia Compromiſſi habiti inter Eccleſiam Furnenſem & Villam de Novoportu ſuper morte Presbyterorum interfectorum.

FRater J. dictus Abbas Sti. Bertini, Petrus de Collemedio Præpoſitus Eccleſiæ Sti. Audomari, & W. Brugenſis Præpoſitus, Flandriæ Cancellarius, omnibus adquos præſentium notitia pervenerit, in Domino ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum controverſia fuiſſet inter Eccleſiam Stæ Walburgis Furnenſem, ex una parte, & Parochianos de Novoportu ex altera, ſuper decima Piſcium, quod petebat dicta Eccleſia à Parochianis prænominatis, & poſtmodum exigentibus peccatis duo Presbyteri, qui pro cauſa prædicta ad faciendam citationem de præfatis Parochianis, venerant, hac occaſione inſtinctu diabolico interfecti fuiſſent, & unus Clericus atrociter vulneratus; ac propter hoc, dicti Parochiani de Novoportu excommunicati ſuiſſent, tam per Ordinarium, quam per judices delegatos, tandem mediantibus bonis viris de conſenſu partium prædictarum, & de conſenſu Dominæ Comitiſſæ Flandriæ, & de conſenſu Domini Noſtri Epiſcopi Morinenſis, in nos extitit compromiſſum tam ſuper principali, quam ſuper injuriis memoratis ſub pœna mille librarum.

Nos itaque ad preces dictæ Dominæ Comitiſſæ, & aliorum bonorum virorum, onus iſtud ſuſcipientes, de ejuſdem Dominæ Comitiſſæ & prudentum virorum conſilio, dictum noſtrum protulimus in hunc modum. Vigintiquinque de Villa Noviporûs, ſive ſint Scabini, ſive alii, qui magis videbuntur culpabiles (ſecundum inquiſitionem faciendam à nobis per bonos viros cum uno de Clericis Dominæ Comitiſſæ) ibunt ultra mare, & ibi morabuntur per annum, & iter accipient a proximo feſto Sti. Joannis Baptiſtæ in annum, nec poterunt ulterius prorogare.

Iſti viginti quinque antequam iter accipient, ibunt ad Proceſſiones ſolemnes, hoc modo. In Epiſcopatu Morinenſi, primùm in Eccleſia Cathedrali, deinde apud Stum. Audomarum, apud S. Bertinum, apud Stam. Walburgem, apud S. Nicolaum Furnenſem, apud Dixmuidam, apud Ipram, apud Caſletum, apud S. Mariam, apud Grevenninges, apud Calais, apud Wuſſand & apud Boloniam. In Epiſcopatu Tornacenſi, primum in ipſa Eccleſia Cathedrali, deinde Brugis apud S Donatianum, & S. Mariam, Gandavi apud S. Petrum & S. Bavonem, Inſulis apud Stum. Petrum. In Epiſcopatu Cameracenſi, primum in ipſa Eccleſia Cathedrali, deinde apud S. Aubertum & apud S. Gangericum, & ſanctam Crucem. In Epiſcopatu Atrebatenſi, primum in ipſa Eccleſia Cathedrali, deinde apud Duacum, in Eccleſiis Sti. Petri & Sti. Amati, & apud Bethuniam in Eccleſia Sti. Batholomæi.

Ibunt autem ad prædictas proceſſiones nudi, & diſcalceati, bracchis tantum contecti, portantes virgas, & cum *Miſerere mei Deus* recipient diſciplinam. Iſtas vero Proceſſiones & peregrinationes propriis ſumptibus perficient. Eo modo centum de majoribus & potentioribus Villæ eligendi a nobis ibunt ad proceſſiones diverſis temporibus, per loca prædicta. Si qui vero de electis ad hoc, proceſſiones vel peregrinationes prædictas facere recuſaverint, per Dominam Comitiſſam ad hoc compellantur; ita quod bona eorum confiſcet & de corporibus eorum faciet, quod videbitur eſſe juſtum. Nec propter hoc a Comunitate villæ pœna appoſita commutetur, niſi Villa ipſis faverit, vel duxerit receptandos.

Communi Villæ faciet Cappellaniam in villa de Novoportu, in qua miſſarum ſolemnia celebrabuntur pro animabus Sacerdotum interfectorum, in loco quem ordinabimus, ſalvo jure Parochialis Eccleſiæ; & habebit redditum quindecim librarum. Et dabit centum libras pro Cappella ædificanda, ita quod Capella ſit facta, & redditus empti & aſſignati a feſto Sti. Joannis in annum, & infra dictum tempus aſſignabuntur redditus decem librarum Cappellaniæ inſtituendæ in Monaſterio de Waſtina, & dabuntur quinquaginta libræ Monialibus de Ponte Roardi ad redditus comparandos. Item infra feſtum Sti. Joannis proxime venturum, faciet Commune de villa pacem cum conſanguineis Presbyterorum interfectorum, & ſolvet pagam, ſicut de nobilibus hominibus ſolvi ſolet; & infra idem tempus reſtituet Clerico vulnerato expenſas factas in medicos, & damna uſque ad decem libras, & dabit ei quadraginta libras ad ſuſtentationem vitæ ſuæ. Facient fortalitium Dominæ Comitiſſæ de mille libris in Villa de Novoportu, ut à talibus factis de cætero arceantur. Vel ſi Domina Comitiſſa maluerit, eam facere fieri, dabunt ei mille libras ponendas ibidem, & inſuper facient illi de villa propriis corporibus foſſata, quæ pertinuerint ad fortalitiam antedictam. Dabunt quoque annuum redditum

qua-

quadraginta librarum Dominæ Comitiſſæ, & Succeſſoribus ſuis in perpetuum imponendum perſonis habitantibus in villa ſecundum arbitrium Dominæ Comitiſſæ & Succeſſorum ſuorum, quæ quadraginta libræ ſolventur in fortalitia prædicta ſingulis annis in die converſionis Sti. Pauli, eo ipſo die quo fuerunt dicti Presbyteri interfecti.

Item reſtituent damna Eccleſiæ Stæ. Walburgis, quæ ſuſtinuit ab eis poſt interfectionem prædictorum Presbyterorum, ſi qua probata fuerint coram nobis tribus, vel duobus ex nobis. Fiet autem hæc reſtitutio infrà quatuor menſes poſt Dictum noſtrum.

De principali dicimus, quod Villa de novo Portu dabit triginta libras redditiuum Eccleſiæ Stæ. Walburgis, qui redditus ſtatim ex quò percipient, perpetuo cedent in communes diſtributiones quotidianas Canonicorum in Eccleſiâ ſervientium. Ipſi vero redditus empti erunt adſignati à proximo feſto Sti. Joannis in annum, vel ſolventur triginta libræ quolibet anno in feſto omnium Sanctorum & in Purificatione: donec redditus fuerint adſignati. Vel ſi eligant magis ſolvere trecentas & quadraginta libras pro redditu memorato, ſolvent termino quo dictum eſt ſupra de Cappellania. Debent autem eligere quod maluerint facere infrà menſem poſtquam habuerint hoc Dictum ſigillatum, vel oblatum eis fuerit ſub teſtimonio competenti. A petitione autem decimarum piſcium, quas Eccleſia Stæ. Walburgis petebat ab hominibus de Novo-Portu, eoſdem perpetuo abſolvimus; & dabit eis Litteras ſuas patentes & Litteras Domini Morinenſis, quod eos de cætero non impetent ſuper decimis memoratis. Illi vero de Novo-Portu talem ſecuritatem præſtabunt Canonicis Stæ. Walburgis.

Jurabunt homines de Villa à quatnordecim annis & ſupra uſque ad ſexaginta annos, quod nec per ſe, nec per alios occaſione bujus Dicti, vel totius facti, offendent Canonicos ſupra dictos, nec malum per ipſos eiſdem eveniet in rebus vel perſonis ipſorum vel ſuorum, & ſuper hoc Litteras Villæ patentes Canonicis iiſdem dabunt infra quindenam, poſtquàm hoc Dictum noſtrum habuerint ſigillatum, nec non & litteras Dominæ Terræ & litteras Domini Morinenſis, quod eos punire debeant, ſi forte contravenirent, & ad obſervationem compellere prædictorum. In prædictis reſtiouimus nobis poteſtatem ioterpretandi, & declarandi, ſi qua fuerint dubia vel obſcura.

Hoc autem Dictum noſtrum partes prædictæ quæ per Procuratores præſentes erant, ratum habuerunt & acceptarunt. Nos autem ſub pœna promiſſa mandamus prædicta omnia inviolabiliter obſervari.

Actum anno Domini M. C. C. XXXVI. in vigilia Exaltationis Stæ. Crucis.

CAPUT XCII.

Litteræ Confraternitatis & aſſociationis inter Abbatias Grimbergenſem in Brabantia & Furnenſem in Flandria Orddinis Præmonſtrat. anno 1218.

HDe Grimbergis & H. de Furnis dicti Abbates, notum facimus tam præſentibus quam futuris, quod inter Eccleſias noſtras talis facta eſt ſocietatis conventio, quod altera earum pro Fratribus, & Sororibus alterius defunctis ſolempne officium in Kalendis Martii faciet, & ſinguli Conventus viginti ſolidos Flandrenſis monetæ ad refectionem ſuam percipient.

Ita quod Furnenſes viginti ſolidi ſupra manſuram antè portam & viginti ſolidi Grimbergenſes ſupra manſuram Theodorici in Vico canum de Ipra accipi debebunt annuatim.

Anno Incarnationis Dominicæ M. C. C. XVIII.

CAPUT XCIII.

Honorius III. Pontifex anno 1219 *confirmat Poſſeſſiones Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Thoraltenſis, in Diœceſi Brugenſi.*

Ex Archivis Capit. Thoralt.

HOnorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis Filiis, Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ Sti. Petri Thoraltenſis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cùm à Nobis petitur quod juſtum & honeſtum eſt, dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & ea quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea-propter Dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes affectu, perſonas veſtras, & Eccleſiam in qua divino eſtis obſequio mancipati, cùm omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, ſub Beati Petri

& noſtra Protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Decimam majorem ac minutam, nec non cenſus ab inhabitantibus Villæ ſive Parochiæ Thoraltenſis, redditus nundinarum, atque alios qui Kermiſſe vocantur, Vobis competentes, ac alia bona veſtra, ſicut, ea juſtè ac pacificè poſſidetis, Vobis & prædictæ Eccleſiæ veſtræ Autboritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti Patrocinio communoimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Protectioois ac Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si qnis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum tertio Idus Maii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

THORALTUM, vulgo *Tourout*, Flandriæ Oppidulum, medio circiter itinere Brugis Ipras verſus, ſitum eſt. Fuit illic, vel in vicino loco de Winendaele, inſigne quondam & opulentum Benedictinorum Monaſterium & Abbatia à Dagoberto Francorum Rege fundata.

Ludovicus Imperator circa annum 830 hoc Thoraltenſe Cœnobium regendum tradidit B. Anſchario Hamburgenſi ac Bremenſi Archiepiſcopo, qui cum vix ullos ex ſuo Archiepiſcopatu haberet proventus, reſiduum ex bonis Thoraltanis reciperet.

Vixit autem aliquandiu B. Anſcharius Thoralti, eoque in loco B. Rembertum adhuc juvenem invenit, quem in præfato Monaſterio litteris ac pietate inſtructum, poſtmodum laborum comitem, atque in regimine tum Archiepiſcopatûs, tum Abbatiæ Succeſſorem habuit.

Paulò poſt, ſuccedentibus Normannorum in Belgium irruptionibus, eorum furore dirutum fuit Cœnobium Thoraltanum. Ita quidem ut nullum ejus veſtigium, nullaque SS. Ancharii & Remberti memoria ſuperſit.

Robertus Friſius, Comes Flandriæ, anno 1073 hunc locum primo ſplendori reſtituit, fundato ibidem in honorem S. Petri Capitulo ſeptem Canonicorum totidemque Sacellanorum, ſub uno Præpoſito, qui Paſtor eſt Chori, & omnium Prædendarum Collator. Præpoſituram confert Dux Neoburgicus, ſive Palatinus Elector, tanquam Toparcha Thoralti & Wienendaliæ.

De acquiſitione hujus Dominii, item Roularienſis Caſtellaniæ, vide Miræum pag. 461.

CAPUT XCIV.

Waltherus Epiſcopus Tornacenſis concedit Abbatiæ Baudeloenſi, Ord. Ciſterc. Gandavi duas tertias Decimarum in Waſia, manente tertiâ reſtante pro Paſtoribus ibidem; anno 1220.

WAlterus divinâ miſeratione Epiſcopus Tornacenſis, omnibus Chriſti fidelibus, præſentes Literas inſpecturis, in Domino ſalutem. Noverint univerſi, quod nos Decimas Novalium, preſentium & futurorum, totius Waſiæ ad jus noſtrum ſpectantes, eo quod non contineantur infra fines alicujus Parochiæ, cùm Parochiæ quædam ibidem non ſint limitatæ, & locus ille ſit de noſtra Diœceſi, dedimus Eccleſiæ de Bodeloo, titulo eleemoſinæ perpetuò poſſidendas, ſalvâ tertiâ Garbâ, quæ dabitur Sacerdotibus qui ibi Parochialia miniſtrabunt. Inſuper in Parochiis limitatis, ſcilicet de Waſemonſtre, de Lokerna, de Belcela, & cæteris ad Perſonatum noſtrum ſpectantibus, in terris in quibus hactenus nihil percepimus, duas Garbas concedimus dictæ Eccleſiæ liberaliter poſſidendas, in perpetuum, tertiâ Gerbâ Presbytero conferendâ. Nolumus autem per hanc conceſſionem noſtram Monialibus de Buſco * in portione ſibi debita aliquod præjudicium generari. * Nonnen Boſſche Gandavi.

In hujus rei memoriam præſens Scriptum Sigillo noſtro fecimus roborari, & nomina eorum qui interfuerunt inferius annotari.

Signum Magiſtri Godefridi Officialis Tornacenſis.

Magiſtri Joannis Canonici Tornacenſis.

Magiſtri Walteri de Odelem, Decani Brugenſis.

Ferrici Capellani noſtri.

Magiſtri de Torohaut.

Willelmi Clerici de Brugis.

Actum apud Odelem anno Domini M. C. C. XX. menſe Novembri.

Fuit hæc Donatio Waltheti Epiſcopi confirmata anno 1238 per Gregorium IX. & anno 1248 per Innocentium IV. Pont. Verumtamen poſtmodum fuit effectus ejus revocatus in dubium ab anno 1250 coram Arbitris Epiſcopo Laudunenſi & Decano atque Officiali illius Eccleſiæ. Dein rurſum circa annum 1675 per litem inſtitutam in Conſilio Flandriæ, dein terminatam in Conſilio ſupremo Mechlinienſi: inter Epiſcopum & Capitulum Tornacenſe ex una parte, & Paſtores Terræ Waſianæ, videlicet de Waesmunſter, Lokeren, Belſele, Sancti Nicolai, Exaerde, Sinay, S. Pauli, S. Ægidii, Nieuwkercke, Cruybeke & Baeſele, ex altera parte: ſuſtinentibus Tornacenſibus aut falſitatem hujus Tituli, aut quod Epiſcopus *dediſſet quod non habuerat.*

CAPUT XCV.

Henricus I. Brabantiæ Dux donat Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſi Allodia de Orthen cum Buſco (id eſt Sylvam Ducis) cum Tilburgh, Lumershem & Durmal. Quod ipſum ſuo Diplomate teſtatur S. Engelbertus Archiepiſcopus Colonienſis, anno 1222.

Ex Buckens Trophæis Brab.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Engelbertus Dei gratiâ ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, omnibus præſens ſcriptum inſpecturis in perpetuum. Ne rei geſtæ finem decurſu temporis conſumat oblivio, litterarum indiciis ſolet æternari.

Noverint propterea univerſi, quod Henricus Illuſtris Dux Brabantiæ propter dilectionem quam erga nos & Eccleſiam Colonienſem habet, Eccleſiæ Colonienſi prædictæ Allodium ſuum Lumershem de conſenſu Hæredum ſuorum cum omnibus ſuis pertinentiis contulit.

Item Allodium ſuum de Orthen cum Buſco & aliis pertinentiis omnibus, exceptâ Curiâ ſuâ & atrio Eccleſiæ, in quibus ſi munitionem conſtruxerit, Allodium Eccleſiæ Colonienſis exiſtet.

Inſuper Allodium de Tilborg cum ſuis attinentiis, præter munitionem quæ ab Epiſcopo Trajectenſi tenetur.

Item Allodium de Durmael cum Caſtro & aliis ſuis appenditiis.

Item Hannoit cum Caſtro & aliis attinentiis Eccleſiæ Colonienſi cootradidit. Hæc autem Allodialia prænominata, de manu noſtra cum aliis bonis ſuis in feudum recepit, jure Brabantino. Pro hac autem donatione, nos & noſtri ſucceſſores nec non Eccleſia Colonienſis ipſum Ducem & ſuos Succeſſores juvabimus in jure ſuo, propriis expenſis noſtris ubique.

Idem quoque Dux nos & Eccleſiam Colonienſem, contra quemlibet qui Archiepiſcopatum violenter intraverit, vel in eo violentiam exercuerit, ſuis juvabit expenſis.

Ad hujus ergo facti robur, &c.

Acta ſunt hæc anno Domini M. C. C. XXII.

CAPUT XCVI.

Henricus I. Brabantiæ Dux confirmat anno 1223 bona in Vico de Bouchaut, Diœceſis Antverpienſis & Curiam de Sombeke, in favorem Abbatiæ S. Bavonis, Ord. S. Ben. Gandavi, dein mutatæ in Eccleſiam Cathedralem.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen.

Ego Henricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ tam præſentibus quàm futuris, notum fieri volo, quod ad petitionem Henrici Abbatis S Bavonis Gandenſis viri venerabilis & Conventûs ejuſdem loci, Curtim de Sombeka ſitam infrà Parochiam (1) Bocbout (quæ eſt Villa S Bavonis) à jure Hoſpitii quod in ea videbar habere, & ab omni exactione, pro ſalute animæ meæ & omnium parentum meorum, liberam & quitam in perpetuum clamavi.

Prædictæ verò Curtis non eſt alius præter me Advocatus, quam ab omni inquietudine debeo defendere & in pace firma & ſtabili conſervare.

Jus etiam Advocati Curtis Eccleſiæ S. Bavonis quæ eſt juxta atrium Bochout determinare & ſcripto decrevi confirmare, ſicut à viris ſapientibus potui intelligere diligenti inquiſitione; ne Advocatus ejuſdem curtis, aliquando conceſſam ſibi abuti valeat poteſtatem.

Igitur ad tria placita generalia, cùm ſex tantum equitaturis debet Advocatus in dicta corte hoſpitium habere, & nihil præterea à prædicta Curte exigere; qui hoc tenet a me in feodo.

Ego verò benè fateor, quod in ea nihil juris habeam, cùm homini meo jus meo in feodum contulerim.

In hujus igitur rei memoriam, præſentem paginam feci conſcribi & Sigilli mei appenſione roborari.

Actum anno Domini M. C. C. XXIII. Menſe Julio.

(1) BOUCHAUT, olim *Bocholt & Bacuwaldus*, antiquum S. Bavonis peculium; Pagus eſt Diœceſis Antverpienſis, inter Antverpiam & Liram. Eccleſia S. Bavoni ſacra eſt. Jus Patronatûs modo habet Epiſcopus Gandavenſis. Decima eſt pecus ejus Capitulum. Vide Diplom. Miræi pag. 12 & 50, Item Marchionatum S. R. I. *authore Baronio le Roy, lib.* 11 *cap.* 9.

CAPUT XCVII.

Idem Dux benefacit Abbatiæ de Camera, Virg. Ord. Ciſterc. juxta Bruxellam, anno 1224.

Ex Burkens Trophæis Brab.

HEnricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Marchio, &c. Pro remedio & ſalute animæ meæ & uxoris meæ Mathildis Ducissæ & Prædeceſſorum meorum, contuli tres libras Lovanienſis monetæ Conventui de Camera B. Mariæ in eleëmoſynam, de redditibus noſtris in Antverpia, à Sculteto & Scabinis ejuſdem Oppidi ſingulis annis perſolvendas. Ita quod dictæ Domûs Conventus in Adventu Domini & in Quadrageſima annuatim halecia habeat ad refectionem. Quæ quidem tres libræ, de redditibus noſtris & bonis ubique in Antverpia recipientur, & ad præfatum opus præfatis perpetuò in feſto Sancti Andreæ tenebuntur.

Teſtes hujus eleëmoſynæ Donationis, Maria quondam Imperatrix, filia, & Godefridus frater ejus filius Ducis, & quamplurimi alii.

Datum apud Furam anno ab Incarnatione Dominica MCC. XXIV. menſe Martio.

CAPUT XCVIII.

S. Engelbertus Colonienſis Archiepiſcopus confirmat poſſeſſiones Abbatiæ Averbodienſis Ord. Præmonſt. in Brabantia, anno 1224.

Ex Archivis Abbatiæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritûs Sancti.

Engelbertus Divinâ patientiâ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, univerſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis bonæ volontatis, ſalutem uberem, reique geſtæ rutilam veritatem.

Quoniam ad hoc in ſpecula domûs Dei ſumus ejus opitulante miſericordiâ conſtituti, ut honeſtati omnium Eccleſiarum, & utilitati, maximè autem domeſticarum, ad noſtram juriſdictionem pertinentium, efficaciter provideamus, & pias fidelium donationes, & ergà cultum Dei devotiones, auctoritate debitâ roboremus; ſummoperè niti decet, ut ea quæ diebus noſtris ſolempniter aguntur, ſcripto plenius adnotentur: quatenus habeat ſecutura Poſteritas, unde rei geſtæ, ſine ſcrupulo, plenam obtineat cognitionem.

Univerſis igitur hanc noſtræ Confirmationis Paginam intuentibus, declaramus, quod nos Eccleſiam ſanctæ Mariæ, Sanctique Joannis Baptiſtæ, in Averbodio, quo in loco, ut fama celebris atteſtatur, vera Religio viguit, & floruit ab antiquo, veneratione debitâ ampiectentes, cum omnibus ſuis appenditiis, ſive cis, quæ inpræſentiarum rationabiliter poſſi ſent, ſive quæ impoſterum, largiente Domino, & fidelium eleëmoſynis, ſive quibuſcunque laboribus, vel aliis dignis modis, ejuſdem Eccleſiæ Fratres ſunt adepturi, ſub noſtrâ, & ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ auctoritate, ſuſcipimus protegenda.

Nominatim autem in Patronatu Eccleſiarum, tam inferioris, quam ſuperioris villæ, quæ dicitur Glatbeke, ab egregiæ recordationis, Lodovico Comite de Los, cum laboraret in extremis, eis collatarum.

Partem quoque decimæ de villa de Pelte, ſicut eam tenuit, quam eis contulit perpetuò poſſidendam, fratre ejus Arnoldo, poſt eum Comite, conſentiente, & donationem fratris approbante, ſicut in litteris, ab eodem Arnoldo impertitis, novimus contineri.

Item quidquid prædicti Fratres in prænominata villa de Pelte poſſident; ſpecialiter Allodium, quod erat Domini Robini Militis de Werta, quod ipſi largitione fidelium, juſtè ſunt adepti.

Allodium etiam Nicholai Militis de Werta, quod ipſe legitimè eis contulit in eleëmoſynam, ſed ipſi illud redemerunt ſeptem Marcis, de manu Lodovici de Dalele, qui illud nomine pignoris poſſidebat.

Item Jus patronatûs Eccleſiarum de Blercke, & Berckele, quas bonæ memoriæ Dominus Oſto de Borne, uxore ejus, & filiis conſentientibus, in eleëmoſynam contulit inperpetuum poſſidendas, Domino Arnoldo Comite de Los, à quo eas tenebat in feodo, approbante, & hanc Donationem legitimam, litteris Sigillo ſuo munitis confirmante.

Præterea omnem decimam tam majorem, quam minutam, quam utiquè vir nobilis Theodoricus de Altena, in villa de Bruſthem poſſi-

de-

fidebat, quam ipſe de conſenſu uxoris ſuæ, ac Nepotum ſuorum Willelmi, & Engelberti, partim ob remiſſiooem peccatorum ſuorum, ſupradictæ Averbodienſis Eccleſiæ fratribus, in eleemoſynam, partim acceptâ ab eis quâdam ſummâ pecuniæ, contulit liberè omni tempore percipiendam, cum cæteris bonis, quæ juſtè & pacificè poſſideot, auctoritate quâ fungimur, eis confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio, cum ſigilli noſtri munimine roboramus.

Sub anathematis interdicto inhibentes, ne quis eos, vel aliqois Succeſſorum noſtrorum, ſuper his deinceps infeſtare præſumat, aut moleſtare;

Sed liberè & abſolutè, ſicut à Sede Apoſtolica ſuo Ordini eſt indultum, liceat eis ſupradictarum Eccleſiarum Inveſtituram, & perſooatum, ſine omni exactione illicitâ, ab Archidiaconis ſuſcipere, tenere.

Si quis aotem diffideotiæ filius, hujus noſtræ Coofirmationis ſcriptum infringere præſumpſerit, maledictioni Omnipoteotis Dei ſubjaceat cum Datan & Abiron innodatus.

Datum aono gratiæ milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo quarto, regnante Fredetico Imperatore Romaoorum.

CAPUT XCIX.

Joannes Dominus Nigellæ Caſtellanus Brugenſis, hanc ſuam Caſtellaniam vendit Joannæ Comitiſſæ Flandriæ anno 1224. *Atque hinc Origo Franconatûs Brugenſis.*

IOannes Dominus Nigellæ, Notum facio uoiverſis pariter & futuris, quod ego vendidi & ceſſi hereditariè Joanni Comitiſſæ Flandriæ & Hanooniæ Caſtellaniam Brugenſem, & quicquid tenebam de ea in Feodum & Homagium; & fateor mihi ſatisfactum eſſe de tota ſumma pecuniæ, quam habere debebam pro hac venditione.

In cujus rei teſtimonium præſentem Chartam Sigilli mei munimine confirmavi.

Actum Meloduni, aono Domini, MCC. XXIV. menſe Februario.

Addit Meyerus in Annalibus Flandriæ. Eodem anno, (nempe 1224) Joanna Comes de Joanne Nigellano (vulgo de Neelles) Brugenſem emit Præfecturam XXIV millibus, qoinquenis quadraginta quinque libellis, ſex ſolidis & octo denariis Pariſiacis. Ejus rei Teſtes adfuerunt,

Ludovicus Rex Galliæ,
Philippus ejus Frater, Comes Bononiæ,
G. Epiſcopus Catalaunicus,
M. Epiſcopus Bellovacenſis,
Garinus Epiſcopus Silvanectenſis, idem Galliæ Cancellarius,
B. Roianus, Cubicularius,
Matthæus à Monte-morenciaco, Magiſter Equitum Galliæ,
Robertus Comes Druidum, cum Joanne Fratre,
Engerrannus Cociacenſis,
Stephanus à Sacro Cæſaris,
Adam Bellomontanus, cum Joanne Fratre, & Simon Piſciacenſis.

CAPUT C.

Waltherus de Marvis, Tornacenſis Epiſcopus, Domum Hoſpitalariam quatuor Fratrum ac totidem ſororum Aldenardæ, in Protectionem ſuſcipit, iiſdemque Statuta præſcribit, anno 1224. *Quod-ipſum confirmat Gregorius IX. Pont. anno* 1237.

Ex Archivis Cam. Rat. Inſulis.

WAlterus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino. Cum plurimæ traditiones plorimas faciant tranſgreſſiooes, Nos uni ſententiæ Bti. Jacobi inhærentes, ubi dicitur, *religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo*, ſummam Religionis conſiſtere arbitramur io ſuſcipiendo & fovendo perſonas miſerabiles humano auxilio deſtitutas; maximè qoas Dominus probat io camino paupertatis & in fornace ægritudinis corporalis.

Et quooiam experti ſumus in Hoſpitali Stæ. Mariæ de Aldenarda erga bujuſmodi miſerabiles perſonas, tam virorum quam mulierum ibidem Deo & pauperibus ſuis deſervientium plurimùm ſervere devotionem & affectum, eos in noſtram protectionem ſpecialem ſuſcipientes, nihil eis ampliùs oneris duximus im-

ponendum, niſi quod eorporalem continentiam, propriorum abdicationem & habitum religioſum & obedientiam Magiſtro Domûs tenentur generaliter obſervare.

Hæc autem quatuor Fratribus & Sororibus ejuſdem Domûs pro regula vivendi decernimus obſervanda, auctoritate pontificali eadem confirmantes.

Cætera ergo quæ emergunt vel in pœnitentiis iojungendis vel in exceſſibus corrigendis, relinquimus in diſcreta diſpoſitione Magiſtri Domûs: ita tamen quod majora ad Epiſcopum referantur.

In hujus rei teſtimonium & firmitatem, præſentes litteras ſcribi & ſigilli noſtri appenſione commuoiri fecimus.

Actum apud Heleinium anno Domioi MCC. XXIV. feriâ ſextâ poſt feſtum beati Martini.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Fratribus & Sororibus Domûs Hoſpitalis de Aldenardo Tornacenſis Dioeeſis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Sacro-Sancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propentius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tamquam pia Mater ſuæ protectionis munimine confovere.

Ea-propter dilecti in Domini filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & Hoſpitale de Aldenardo in quo pauperum eſtis obſequiis deputati cum omnibus bonis qui in præſentiarum rationabiliter poſſidetis aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus.

Specialiter autem modum regularem in Domo veſtra vivendi ſub obedientia, continentia & abdicatione proprii, ſub habitu religioſo à venerabili Fratre noſtro Tornacenſi Epiſcopo ſalubriter inſtitutum, ihidem futuris temporibus obſervandum, ſicut proinde ad honorem Dei ooſcitur inſtitutus, authoritate Apoſtolicâ confirmamus & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominm liceat hanc Paginam noſtræ Protectionis & Confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Interramni, Idibus Januarii, Pontificatûs noſtri anno decimo.

CAPUT CI.

Capitulum D. Petri Duacenſe erigit ibidem novam Parochiam Sti. Jacobi, eandemque à D. Petri Parochia ſeparat anno 1225.

Ex Archivis Capituli S. Petri Duacenſis.

PEtrus Præpoſitus, Baldninus Decanus, & Capitulum B. Petri Duacenſis, omnibus præſentium inſpectoribus ſalutem in Domino. Cum novis morbis ac periculis occurrentibus, nova conveniat antidota ſive præſidia præparari; Nos attendentes effrenatam populi multitudinem in Parochia noſtra Sti. Petri Duacenſis, & quam mirabiliter amplietur diebus ſingulis eadem Parochia, nec non & onus importabile, & (quod majus eſt) periculum animarum; ſpe remunerationis æternæ, & quia neceſſitas ingruit, ſæpe dictam Parochiam decrevimus aliquâ parte minuendam.

Unde nos de eommuni noſtro aſſenſu, bonorum & prudentum virorum freti conſiliis, partem illam quæ *nova Villa* dicitur, ſicut totaliter extra muros Duacenſes adjacet, ſcilicet à foſſato quod dividit mariſcum Duacenſem à ficea terra, cùm toto ſuburbio vadorum uſque ad Parochiam S. Albini & uſque ad Parochiam de Waſiers, à ſepedicta Parochia ſeparavimus.

Ita ſiquidem, ut in Eccleſia S. Jacobi inſtituatur Presbyter Parochialis, qui præſentatus à nobis Epiſcopo Diœceſano, eo loco fideliter ſerviat & devotus intendat profectum animarum. Et hoc ſalvo in omnibus & per omnia jure tam Præpoſiti quam Præpoſituræ & Capituli: ſicut ante inſtitutionem Presbyteri Parochialis.

Presbyter autem qui ibidem inſtituetur reddet Eccleſiæ noſtræ ſingulis annis pro legatis ſuis unum ſertonem ad reparationem librorum.

Hoc ſalvo, quod Presbyter nihil hereditatis de legato, vel de dono ſibi vel Eccleſiæ ſuæ poterit detinere, niſi de voluntate & aſſenſu Capituli. Nec idem poterit prohibere vel impedire, quin Capellanus ab Eccleſia noſtra miſſus ihidem celebret divina, & corpora defunctorum totius Parochiæ S. Petri ſepeliat.

Nec quicquam juris habebit in toto luminari vel in oblationibus, preterquam innummo ſingulari meliori.

Participabit autem Presbyter S. Jacobi cum Capellanis noſtris in diſtributionibus & obventionibus, quotiens & quandocumque occupatus fuerit in ſuo parochiali negotio, vel in Eccleſiâ noſtrâ deſervierit in habitu Eccleſiaſtico, ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ.

Tenebitur etiàm ad obedientiam Decani & Capituli, ſicut Presbyter S. Petri, & habebit tantum juris & beneficii in ſuâ Parochia, quantum prius habebat Presbyter S. Petri, unà eum ſeptem mareis, quas dedit in eleëmoſinam Jacobus Pammouillie Clericus.

Idem verò Presbyter tenetur reddere Eccleſiam noſtram indempnem & immonem à qualibet vexatione vel exactione, tam Epiſcopi quam Archidiaconi, quæ poſſunt emergere ratione Parochiæ antedictæ.

Ut autem hoc ſcriptum ratum & inconcuſſum permaneat, ipſum ad petitionem Presbyteri S. Jacobi Sigillo Capituli S. Amati & noſtro fecimus roborari.

Actum anno Verbi Incarnati M. C. C. XXV. menſe Junio.

CAPUT CII.

Pontius Atrebatenſis Epiſcopus confirmat Erectionem novæ Parochiæ S. Nicolai in Urbe Duacena, ejuſque diviſionem à Parochia S. Petri, factam authoritate ejuſdem Capituli S. Petri, anno 1228.

Ex Archivis Capituli Sti. Petri Duacenſis.

POntius Divinâ patientiâ Atrebatenſis Epiſcopus. A. Oſtrevadenſis Archidiaconus, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Sciat Univerſitas veſtra, quod nos Litteras Præpoſiti, Decani & Capituli Sti. Petri Duacenſis vidimus in hæc verba.

Petrus Præpoſitus, Balduinus Decanus, & Capitulum Sti. Petri Duacenſis omnibus præſentium inſpectoribus ſalutem in Domino. Noverint univerſi, quod nos attendentes in Parochia Sti. Petri Duacenſis populi multitudinem & onus Presbiterii importabile, nec non, quod majus eſt, periculum animarum, ad petitionem & inſtantiam venerabilis Patris noſtri Pontii Atrebatenſis Epiſcopi, de communi aſſenſu & prudentum virorum freti conſilio, ipſam Parochiam in aliqua ſui parte dignum duximus dividendam.

Ita quod in Eccleſia S. Nicholai ad poſternam novus inſtituetur Sacerdos, qui præſentatus à Capitulo Sti. Petri Duacenſis, de manu Epiſcopi Curam & Regimen recipiat animarum.

Salvo tamen in omnibus jure Præpoſiti & Capituli; ſicut ante inſtitutionem Presbiteri Parochialis Eccleſia Sti. Petri indempnis remanebat ab omni onere vel dampno quod poſſet ei provenire ex inſtitutione Presbiteri Parochialis; tam in jure Epiſcopi, quam in inſufficientia beneficii Presbiteri, & reparatione cancelli, vaſorum & ornamentorum Eccleſiæ.

Habebit autem Presbiter ille inſtitutus centum ſolidos Pariſienſes ſingulis annis, quos reddet ei Eccleſia Sti. Petri, quoadulque Capellania Johannis de Sto. Venantio vacaverit. Quamcito autem dictam Capellaniam vacare contigerit, ad uſus Presbiteri retorquebitur, & dicta Eccleſia Sti. Petri Duacenſis libera erit à ſolutione dictorum centum ſolidorum Pariſienſium.

Habebit etiam idem Presbiter ſeptem libras Pariſienſes ab Eccleſia Sti. Nicholai, quas tenentur eidem Presbitero reddere ſuper ſe & ſua Renaldus de Caus, Hugo Crouſtele, Balduinus Capeles, Ingerrannus Presbiter & Lambertus de Ypra Pater ejus; donec eidem Presbitero datum fuerit vel aſſignatum tantum hereditatis, titulo eleëmoſinæ vel aliquo alio modo.

Habebit autem Presbiter ſupradictus in Parochia ſua idem juris quod prius habebat Presbiter Parochialis Sti. Petri: exceptâ præbendali portione. Partieipabit etiam cùm Capellanis noſtris in diſtributionibus & aliis obventionibus, quoties & quandocumque perſonaliter deſervire voluerit, ſicut & cæteri Capellani in habitu Eccleſiaſtico ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem: & propter hoc ſolvet Eccleſiæ Sti. Petri Duacenſis decem ſolidos Pariſienſes in quadrageſima ſingulis annis ad reparationem librorum.

Tenebitur etiam Presbiter Sti. Nicholai ad obedientiam Decani & Capituli Sti. Petri, ſicut & Presbiter Sti. Petri. Nec fient in Eccleſia Sti. Nicolai proceſſiones in Ramis Palmarum, in Letania majore, & in Rogationibus. Nec licebit Presbitero inſtituto recipere redditum pro Capellaniis & annualibus faciendis, niſi de aſſenſu & voluntate Capituli Sti. Petri Duacenſis.

Hæc autem omnia facta ſunt & conceſſa ſalvo jure Epiſcopi & Archidiaconi, de quo tamen nihil pertinebit ad Capitulum Sti. Petri Duacenſe.

Quod ut ratum & firmum permaneat in futurum, præſentem Paginam inde factam Sigilli noſtri appenſione ſignavimus.

Actum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo viceſimo octavo, menſe Novembri.

Nos igitur Ordinationem prædictæ Parochiæ Sti. Nicholai ratam habentes & gratam, ſicut ſuperius eſt expreſſum, eam ſigillorum noſtrorum appenſionibus confirmamus.

Actum anno Domini, milleſimo ducenteſimo viceſimo octavo, menſe Martio.

CAPUT CIII.

Ferrandus Luſitanus, & Joanna Conſtantinopolitana, Flandriæ Comites, factâ repartitione duorum Hoſpitalium Gandavi, primum donant Abbatiſſæ & Monialibus de Biloka, Ord. Ciſterc, & in altero fundant Conventum FF. Prædicatorum in eadem Urbe Gandavenſi, anno 1228.

FErrandus Flandriæ & Hayn: Comes, & J. Comitiſſa uxor ejus, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Notum vobis facimus quod nos extra Gandavum juxta locum, qui ab antiquo Monialium Portus appellari ſolebat, in honorem S. Mariæ quondam inchoavimus Hoſpitale, juxta quem locum Monaſterium quoque Monialium, quod Portum Beatæ Mariæ vocamus, fecimus inchoari.

Ita quod ipſum Hoſpitale cum omnibus ad illud pertinentibus ſemper erit membrum de corpore præfati Monaſterii, & bona ejuſdem Hoſpitalis habita, vel habenda in perpetuum ipſius proviſione Monaſterii regentur ac diſtribuentur in neceſſitates infirmorum & pauperum, quorum uſibus aſſignata noſcuntur.

Bona quoque, quæ ſpectabant hactenus ad domum ſitam ſecus atrium S. Miebaëlis in Ganda, in qua manere ſolebant pauperes & infirmi, perpetuo pertinebunt ad Hoſpitale prædictum, in quod transferendi ſunt ad manendum pauperes memorati.

Domum verò præfatam, quæ erat panperum, per manum venerabilis Patris Walteri Tornacenſis Epiſcopi, & de aſſenſu omnium, quorum fuit ſuper hoc requirendus aſſenſus, aſſignavimus Fratribus Ordinis Prædicatorum in perpetuam manſionem.

Ita quod ipſa domus in uſus alios, quam in manſionem eorumdem Fratrum in ea habendam, nullo modo poſſit converti, nec à Fratrum habitatione poterit alienari, quin domus eadem revertatur ad pauperes Hoſpitalis præfati.

Cupientes ergò ut Monaſterium & Hoſpitale, de quibus fecimus mentionem, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus ſecundum Dominum proficiant & regantur, locum ipſius Monaſterii, & univerſa ad illud pertinentia, Ordini Ciſtercienſi in perpetuum pacificè poſſidenda concedimus in uſus Monialium & in neceſſitates infirmorum & pauperum convertenda.

Ut hæc autem firma permaneant, & ab hominum memoria non recedant, præſentes Litteras ſcribi fecimus, & ſigillorum noſtrorum munimine roborari.

Datum anno Domini M. CC. XXVIII.

Plura vide in *Belgio Dominicano*, ſivè Hiſtoria Provinciæ & Conventuum Ord. FF. Prædicatorum &c. Auth. R. P. Beroardo de Jonghe. Prodiit Bruxellis 1719, liber perutilis ad Hiſtoriam Belgicam.

De Conventu Gandavenſi ſpecialiter notandum quod Robertus de Bethunia, Comes Flandriæ, curam Begginagii Gandavenſis commiſerit FF. Prædicatoribus ibidem anno 1312. Diploma exhibetur in Miræo pag. 1013.

CAPUT CIV.

Ferrandus & Johanna Flandriæ Comites fundant ac dotant anno 1228 *&* 1234 *Abbatiam Dulcis-Vallis, vulgo* Zoetendaele, *quondam Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſt. Diœc. Brugenſis, propè Ardenburgum. Cujus bona dein fuerunt incorporata Collegio Societatis Jeſu Brugis.*

Ex Archivis Cam. Rat. Inſulis.

FErrandus Flandriæ & Hannoniæ Comes & Johanna Uxor noſtra Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem. Noverint univerſi, quod nos divinæ pietatis intuitu & pro animarum noſtrarum & Anteceſſorum noſtrorum remedio contulimus Domui Duleis Vallis propè Rodembourgh quatuor modios tritici de decima noſtra ſivè eleëmoſina ſpicarii Brugenſis ſingulis annis in perpetuum in termino Beati Martini ad dictum ſpicarium capiendos.

Quod ut perpetui roboris obtineat firmitatem, præſcotem paginam Sigillis noſtris duximus roborandam.

Datum Maleæ anno Domini M. C C. XX. octavo, menſe Junio, feriâ ſextâ poſt Baſilii.

EGo Johanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, notum facio omnibus præſentes litteras inſpecturis: quodeum felicis memoriæ Kariſſimus Dominus & Maritus meus F. Flandriæ

driæ & Hannoniæ Comes ad preces & inſtantiâ meas Monaſterio de Dulci-Valle, quod nomine meo fuit inchoatum, diſpoſuit in vita ſua beneficia conferre, & laborans in extremis mihi mandavit promiſſionem ſuam ipſis factam adimplere; piâ devotione commonita, volens adimplere quod injunxit, dicto Monaſterio contuli liberaliter & donavi ſalvo jure cujuſlibet triginta bonaria terræ jacentis in Parochia de Mourkereke in puram eleëmoſinam in perpetuum poſſidenda.

Quæ terra tales habet terminos: videlicet verſus orientem terram quam conceſſi illis de Markette, quam dieaverunt dilecti & fideles mei Egidius de Brugis Clericus meus, Henricus Tam, Gervaſius Tobbio & eorum Socii; verſus occidentem terram quæ vocatur Manſelinge, verſus meridiem duo Polra Domini Willelmi de Maldeghem & Domini Boidini de Arſebroec, mare autem verſus ſeptentrionem.

Sed cum dictam terram eidem Monaſterio quittare non poſſem, utpote quam ante contuleram Eccleſiæ de Marquette; in ejuſdem eleëmoſinæ recompenſationem, contuli & donavi eidem Monaſterio ſeptem modios & tres hodios ſpicarii frumenti ex eleëmoſina ſpicarii Brugenſis, in feſto Sti. Martini de eodem ſpicario annuatim imperpetuum preeipiendos.

Ut autem hæc mea Donatio rata & firma permaneat, præſens ſcriptum Sigilli mei munimine feci roborari.

Actum anno Domini M. C. C. XXX. quarto, menſe Auguſti.

CAPUT CV.

Henricus I. Dux varia conſtituit ad utilitatem Eccleſiæ Collegiatæ S. Gummari Liræ, anno 1229.

Ex Archivis Capituli.

HEnricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, omnibus in perpetuum. Notum ſit, tam præſentiæ quam poſteritati cunctorum fidelium, ad quos præſentem Paginam pervenire contigerit, quod Nos honeſtati & utilitati Eccleſiæ B. Gummari in Lyra providere curantes; cum in ea non eſſet Decanus vel Præpoſitus, qui eidem præeſſet in ſpiritualibus, & ipſum non immerito acephalum ceuſeri poſſet Capitulum; Nos cum eodem Capitulo diſpoſuimus & eidem indulſimus, ut una Præbenda, illa videlicet, cujus ſpecialis terra in Vieo *Voorſpoel* nuncupato eſt ſita, quam *Balduinus de Somerhoet* cum onere nunc habet

Dos Decanatûs.

Decanatûs, de cætero ad uſum (ſicut prius ordinatum eſt) cedat Decanatûs.

Ita ut, ſi eundem vel viam univerſæ carnis contingat ingredi, vel alia de cauſa præfatæ cedere Præbendæ, Capitulum perſonam idoneam eligat, qui velit & poſſit Decanatûs onera ſuſtinere: Nobiſque præſentetur, à Nobis donum recepturus Præbendæ, & poſtmodum Domino (qui pro tempore erit) tranſmittatur Cameracenſi Epiſcopo, ut ab eo Curam recipiat animarum.

Præbenda ſummæ Miſſæ.

Præterea cum in eadem non eſſet aliqua Præbenda miniſterio ſummæ Miſſæ deputata, & neceſſe haberet Capitulum contra Eccleſiaſticam honeſtatem conductitios annis ſingulis ſibi quærere Sacerdotes, Nos eidem conceſſimus, ut Præbenda una, illa videlicet, cujus ſpecialis terra in *Elſfort* eſt ſita, miniſterio ſummæ Miſſæ eſſet annexa: ita videlicet, ut ſi Arnoldum qui nunc eam obtinet, contingat vel mori, vel aliàs præfatam dimittere Præbendam, ſui Succeſſores receptâ Præbendâ teneantur ſummam Miſſam in perpetuum celebrare, & vice Sacerdotis Horis Canonicis providere.

Vacatio Præbendæ

Diſpoſuimus etiam cum ſæpefato Capitulo, ut cum eorum aliquem contiget debita naturæ perſolvere, elapſo illo (cujus fructus de longa conſuetudine illius Eccleſiæ defuncto cedere conſueverunt) anno, Eccleſia cum omni integritate fructus unius habeat anni, quibus prædictæ neceſſitatibus Eccleſiæ, vel ejus ornamentis, vel in aliis piis uſibus conſulatur.

Neque hoc ſolum ad eas, quæ de manu mortua ad vivam transferuntur, extendi volumus Præbendas, ſed etiam ad illas quæ ſive per commutationem, ſive per reſignationem, vel quocumque alio modo de una manu ad aliam transferuntur.

Ut autem hæc rata & inconvulſa ab omni poſteritate habeantur, Nos prædictas Conceſſiones in diverſis temporibus factas veracitati Litterarum fecimus committi, & ſigilli noſtri munimine roborari.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono, Menſe Junio.

CAPUT CVI.

Acta Viſitationis Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Lovanii, per Decanum S. Joannis Leodii ex Commiſſione Legati Apoſtolici, anno 1230.

Ex Archivis Capituli S. Joannis Leodii.

VIris venerabilibus & in Chriſto dilectis Præpoſito, Decano totique Capitulo B. Petri Lovanienſis, Magiſter G. Decanus S. Johannis in Leodio, & Conviſitatores ſui, ſalutem in Domino.

Quoniam ad viſitandam Eccleſiam veſtram auctoritate Domini (1) Legati accedentes, per inquiſitionem factam ſtatum ipſius Eccleſiæ pleniùs cognovimus; ex injuncto nobis officio ad Reformationem Eccleſiæ veſtræ diligentius intendentes, ordinamus & volumus, quod Canonici veſtri univerſi & ſinguli reſidentiam faciant; aut ſi quis foraneus fuerit, tantum tertiam partem Præbendæ ſuæ percipiat, Vicarius ejus tertiam, & reliquam tertiam in uſus cedat reſidentium. Singulis autem annis dno Canonici à Capitulo eligantur, qui hanc tertiam & proventus omnes communis Præbendæ recipiant, in communes uſus reſidentium per eorum providentiam expendendos.

Reſidentia Canonicorum.

Talis autem ordo à Canonicis in Choro obſervetur, ut Sacerdotes ſuprema ſtalla teneant; de cæteris qui ſuperior eſt in ordine, ſuperior ſit in ſtallo.

Ut autem & conſcientiæ conſulatur & famæ, inhibemus ne Canonicus ſive Vicarius, vel quiſcumque Clericus alius ſuſpectam perſonam in domo ſua, ſive in loco ſuſpecto retinere præſumat.

Ordinamus etiam, ut Canonici Sacerdotales Præbendas habentes, eas in propriis perſonis deſervire compellantur: alioquin ab officio & beneficio ſuſpendantur.

Ordinamus etiam, ut quicumque Vicarias habent vel Capellanias in Oppido Lovanienſi, vel extra, eas in propriis perſonis, non per Vicarios deſervire compellantur: alioquin illis privatis, aliis liberè conferantur, qui eas in propriis perſonis & velint & valeant deſervire.

Ordinamus etiam, ut Privilegia & Inſtrumenta Eccleſiæ communia in Theſauraria reponantur.

Sigillum Capituli ſub duabus clavibus ibidem claudatur, quæ duobus Canonicis continuè reſidentibus reſervandæ committantur.

Volumus etiam, ut Canonici veſtri in minoribus Ordinibus conſtituti infra annum ad Ordinem Subdiaconatûs promoveantur, nec aliquis in Vicarium admittatur, niſi ſaltem ſit Subdiaconus, vel ad eundem Ordinem in proximo velit & poſſit promoveri.

Hæc omnia auctoritate Domini Legati, quâ fungimur in hac parte, præcipimus perpetuo & inviolabiliter obſervari.

Unde etiam horum omnium executionem Magiſtro Gaufrido & F. * Decano Conſilii Lovanienſis duximus committendam.

Datum Wavriæ, an. Domini M. CC. XXX. menſe Julio.

* Vulgo Landt-Deken.

(1) LEGATUS Iſte erat *Otho*, dictus *Candidus*, è Montiſferrati Marchionibus, Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano renunciatus anno 1227 à Gregorio IX Pont. dein ab Innocentio IV creatus Epiſcopus Portuenſis anno 1244. Fuit Legatus Sedis Apoſtolicæ in Anglia atque Germania, uti referunt Chapeaville & Fiſen in Hiſtoriis ſuis Leodienſibus. Obiit in Concilio Lugdunenſi anno 1251.

CAPUT CVII.

Acta in Synodo Remenſi apud S. Quintinum anno 1231, *in cauſa Capituli S. Donatiani Brugenſis, contra Comitem Flandriæ, de reparanda injuria illata Clericis S. Donatiani.*

Ex Archivis Epiſcopatus Brugenſis.

HEnricus Dei gratiâ Remenſis Archiepiſcopus, cæterique Remenſis Eccleſiæ Suffraganei, in Provinciali Concilio apud Divum Quintinum congregati, dilectis filiis Decano & Simoni de Clattre Canonico Tornacenſi, ſalutem in Domino.

Venientes ad nos dilecti filii Nuncii dilectorum filiorum Præpoſiti Decani & Capituli Brugenſis, nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum ipſi cauſam habeant contra Virum nobilem Comitem Flandriæ, & meritò ſibi timere debeant, eos aſſecurari faceremus, & injuriam, quæ Magiſtro B. eorum Scholaſtico ac Wilhelmo Clerico in captione eorum fuit irrogata, faceremus in honorem Dei & ſanctæ

Eccleſiæ emendari.

Vobis igitur authoritate noſtrâ totiuſque Concilii mandamus, quatenus ad Dominum Comitem perſonaliter accedentes, eidem præcipiatis, ut injuriam dictis Clericis illatam infra menſem poſt monitionem veſtram faciat emendari.

Quod ſi infra dictum terminum non fecerit, ab ipſo juramentum exigatis, quod bonâ fide diligentiam & ſollicitudinem quam citius poterit, adhibebit, in dicta injuria emendanda. Injungentes eidem, ut dictos Præpoſitum Decanum & Capitulum, homines, res & familias eorumdem de ſe & ſuis bonâ fide & legitimè aſſecuret. Si vero præmiſſa, aut aliquid præmiſſorum facere noluerit, ipſum ad ea facienda per Cenſuram Eccleſiaſticam compellatis.

Datum apud Stum. Quintinum, anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo primo.

Acta varia illius Concilii extant inter Concilia generalia P. Harduini Tomo VII. pag. 199. ſed Charta hic junctа omittitur. Neque fit etiam mentio illius in Hiſtoria Remenſi P. Marlot.

CAPUT CVIII.

Henricus I. Brabantiæ Dux donat Abbatiæ Bernenſi Ord. Præmonſt. propè Buſcum-Ducis, jus Patronatûs Eccleſiarum de Orthen & Buſcoducis, anno 1231.

Ex Archivis Eccleſiæ Cath. Sylvæducenſ.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Quoniam vita principum corporalem ſequitur motum, & eis ex hac luce decedentibus, ipſorum opera aliquando gravia patiuntur oblivionis incommoda, neceſſe eſt ut talium notitia, quæ ſtare prodeſt in æternâ memoria, litteris fulciatur.

Inde eſt, quod Ego Dominus Henricus Lotaringiæ ac Brabantiæ Dux, notum facio præſentt Scripto, Patronatum Eccleſiarum de (1) Orthen & de Buſco, (2) Bernenſi Conventui me dediſſe, pro ſalute mea ac liberorum meorum, & omnium amicorummeorum, quos præſens adhuc ſæculum in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore ſuſcepit, in ea tamen integritate poſſeſſionum & utilitate quâ tenuit eadem Dominus Theodericus quondam ibidem Inveſtitus, & ſalvo omni jure Domini Leonii de Bruxella, modo Inveſtiti. Quo viam univerſæ carnis ingreſſo, omnia ad Eccleſiam Bernenſem liberè redibunt.

Curtem etiam meam, eum omni juris ſui integritate & piſcatione, & paſcua dictæ Eccleſiæ conceſſi.

Licentiam inſuper dictis Fratribus dedi, Decimas à me admodiatas redimendi: eâ tamen conditione, ut poſtmodum ſi voluero, ab ipſis Fratribus reſtitutâ eiſdem pecuniæ ſummâ, quâ dictas decimas à me redemerant, ad me revertantur.

Copiam quoque conceſſi eis emendi & vendendi, & tranſigendi in omni terra mea impunè, & ſine theolonei exactione.

Et ut ſervitium eorum ſanctum creſcat in Domino & pax augeatur; in defenſione mea eos ſuſcepi, & tuitionem poſterorum meorum promiſi.

Ut ea quæ religioſè acta ſunt & rationabiliter donata inconvulſa permaneant, præſentem Paginam Sigilli mei impreſſione munivi, & Sigillo Domini Henrici filii mei roboravi, & fidelium virorum teſtimonio, quorum hæc ſunt Nomina.

Dnus. Arnoldus Abbas de Antverpia.
Egericus Abbas de Tongerloe, &
Waltherus Abbas de Berna,
Everardus Notarius meus,
Waltherus de Pulle, &
Arnoldus de Liemalle, &
Theodericus de Engel, &
Daniel de Mierwich, & multi alii.
Acta ſunt hæc anno gratiæ M.CC.XXXI.

(1) De Abbatia Bernenſi, ejuſque Fundatione egit Miræus pag. 290. Porrò Abbas Bernenſis hodie, poſt occupatum à Batavis Majoratum Sylvæducenſem, reſidet Vilvordiæ, Bruxellam inter & Mechliniam. Vide Hiſtoriam noſtram Eccleſiaſticam Epiſcopatûs Sylvæducenſis.

(2) Orthen erat olim Eccleſia Matrix: Buſcumducis filialis, ſed ab erectâ Urbe, conditoque Capitulo, ſuperavit filia Matrem. Utrumque hoc Aliodium anno 1221 Henricus I. Brabantiæ Dux tradidit Eccleſiæ Colonienſi, Diplomate ſuperiùs exhibito pag. 83.

Jus Patronatûs Eccleſiarum de Orthen & Buſcoducis poſtmodum ab Abbatia Bernenſi tranſiit ad Prioriſſam Monaſterii Vallis Duciſſæ io Auderghem juxta Bruxellam, Monialium Ord. S. Dominici.

Ab eis vero tranſlatum & incorporatum in Capitulum S. Joannis Evangeliſtæ Sylvæducis anno 1413, ſecundum Diploma quod extat apud Miræum pag. 452.

CAPUT CIX.

Hugo Caſtellanus Gandavenſis dotat Abbatiam de Byloka, Virg. Ord. Ciſterc. Gandavi, anno 1230. & 1232.

Ex Du Cheſne Maiſon de Gand.

EGo Hugo, Caſtellanus Gandenſis, notum facio tam præſentibus quam futuris, quod Giſelbertus de Sottenghem Miles, de voluntate & conſenſu Mathildis Uxoris ſuæ, ipſâque manum apponente, Decimam de Baſſevelde, (1) quam de me tenuerunt in Feodum, in manus meas liberam omni modo, per judicium Homioum meorum, ad opus Abbatiæ novæ juxta Gandavum Ciſtercienſis Ordinis, quæ Portus Beatæ Mariæ nuncupatur, reſignavit.

Ego vero dictam Decimam ab omni ſervicio & jure feodali penitus abſolutam contuli præfatæ Abbatiæ in perpetuam eleëmoſynam liberè ac pacificè poſſidendam.

Si autem (quod abſit) aliquis ipſam Abbatiam de eadem Decima vexare præſumeret, ego tanquam Dominus me opponendo, ſupradictam Decimam Abbatiæ memoratæ teneor garandizare.

In cujus rei teſtimonium præſentem Paginam ſcribi, & Sigilli mei feci munimine roborari.

Actum anno M. CC. XXX. menſe Maio.

EGo Hugo Caſtellanus Gandenſis, Dominus de Hoſdain, notum facio omnibus præſentes Litteras inſpecturis, quod Bernardus de Vennebrechies, Miles, quamdam partem novæ Decimæ tam de terris cultis quam incultis, quam in Parochia de (2) Aſſenede de me tenebat in Feodum, jacentem in Haghevoorde, per viam quæ tranſit uſque ſncuelten, in præſentia mea & Hominum meorum, nomine eleëmoſynæ ad opus Monialium de Portu B. Mariæ Gandenſis, in manus meas, per judicium Hominum meorum legitimè reſignavit, & eandem werpivit.

Ego vero pro ſalute animæ meæ, & pro animabus Anteceſſorum & Succeſſorum meorum, præfatam partem Decimæ à Jure Feodalicii penitus quitam clamo, & prædictis Monialibus in eleëmoſynam confero in perpetuum liberè & pacificè poſſidendam.

Ut hæc autem eleëmoſyna mea in perpetuum firma permaneat, præſentes Litteras ſcribi feci, & ſigilli mei appenſione firmari.

Actum anno M. CC. XXXII.

(1) Bassevelde, Parochia Diœceſis Gandenſis, ſub Decanatu Evergemienſi. Jus Patronatûs habet Epiſcopus Gandenſis.

(2) Assenede, Parochia Diœceſis Gandenſis, ſub Decanatu Evergemienſi. Unum eſt è IV Officiis Flandriæ. Jus Patronatûs eſt penes Abbatem S. Petri Gandavi, ut habent Diplomata ſuprà relata pag. 41. & 48.

CAPUT CX.

Henricus I. Brabantiæ Dux benefacit Abbatiæ Villarienſi Ord. Ciſterc. in Gallo-Brabantiæ, anno 1231.

HEnricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, omnibus præſentes litteras inſpecturis in Domino ſalutem.

Univerſitati veſtræ notum facio, quod ego in remedium animæ meæ & uxorum mearum Mathildis & Mariæ & Prædeceſſorum meorum, contuli Conventui de Villari, duodecim libras Lovanienſis monetæ, de redditibus meis in domo pannorum apud Antverpiam, circa feſtum omnium Sanctorum ſingulis annis perpetnò percipiendas, de quibus duodecim libris ementur allecia ad opus præfati Conventûs Domûs de Villari annuatim, nec ad alios uſus niſi ad præmiſſos de cætero poterunt converti.

Ut autem hæc eleëmoſyna rata ſit & firma, præſens ſcriptum Sigillo meo dignum duxi roborandum.

Actum anno gratiæ M. C. C. XXXI. apud Antverpiam.

CAs

CAPUT CXI.

Joanna Flandriæ Comitiſſa, juxta Teſtamentum Mariti ſui Ferrandi, inſtituit Fundationem in majori Hoſpitali S. Joannis Brugis, anno 1233. Accedit Donatio quarumdam Decimarum in Parochia de Houthove, facta ab anno 1228.

Ex Archivis Cameræ Rat. Inſulis.

JOanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem. Noverint univerſi, quod de redditu centum librarum, quas Illuſtris & Cariſſimus Dominus ac maritus noſter Ferrandus piæ memoriæ quondam Flandriæ & Hannoniæ Comes in teſtamento ſuo ad ſtacaſium Furnenſe annuatim ſolvendas de noſtro aſſenſu aſſignavit, & ordinationi Teſtamentariorum ſuorum diſtribuendas reliquit, Nos juxtà ordinationem eorumdem Teſtamentariorum, de conſilio Reverendi Patris Domini W. Tornacenſis Epiſcopi factam, Brugenſi Hoſpitali Sancti Johannis ſolvi faciemus quindecim libras nomine Capellaniæ, & centum ſolidos ad opus unius lecti, in quo idem Hoſpitale de eiſdem centum ſolidis in memoriam ipſius Domini Comitis uni pauperi tenebitur in perpetuum neceſſaria providere.

De prædictis autem quindecim libris in eodem Hoſpitali nova Capellania non debet inſtitui, nec Cappellaniæ quæ ibi nunc eſt redditus augmentari. Sed totidem redditus quos ipſum Hoſpitale ſolebat in ſuſtentationem ſui Capellani conferre, in uſus infirmorum & pauperum de cetero quitabuntur.

Volumus autem & præcipimus, ut Receptores redditnum noſtrorum de Furna ex prædictis viginti libris medietatem in Feſto Sti. Martini & aliam medietatem in Purificatione Beatæ Mariæ annuatim perſolvant Hoſpitali prædicto, donec eidem Hoſpitali totidem redditus alibi aſſignaverimus competenter.

Ut hæc igitur inpoſterum firma permaneant, præſentes Litteras ſcribi fecimus & ſigilli noſtri munimine roborari.

Datum anno Domini M. CC. XXXIII. menſe Auguſto.

EGo Berta uxor Domini Radulfi militis de Roden, univerſis præſens Scriptum inſpecturis, notum facio, quod Walterus Vighe & Johannes Frater ejus, ſicuti à Domino Radulfo marito meo intellexi, duodecimam partem decimæ de * Houtave & quartam partem oblationum Altaris ejuſdem loci ad eandem decimam pertinentem, legitimè vendiderit Fratribus Hoſpitalis Sti. Johannis in Bruga, de conſenſu Domini Gerardi de Royen, de quo prædicta in Feodum tenuerant & in manibus præfati Domini Gerardi prædictam decimam cum oblationibus eorum hominibus ipſius Domini Gerardi reſignaverint, guerpiverint & effeſtucaverint.

Ex iiſdem Archivis.

* Passus infer Brugas & Offendam.

Iple autem Dominus Gerardus ſæpedictam Decimam cum oblationibus ab omni ſervicio, quod ſibi & anteceſſoribus ſuis ſolebat impendi, liberam legitimè contulit præfatis Fratribus * libere & abſolutè in perpetuum poſſidendam.

* Hodie tantum tunc Sorores.

Quam venditionem & collationem quantum ad me & heredes meos pertinet, divinæ retributionis intuitu approbo, ſicut Dominus Radulfus maritus meus pro parte ſua approbavit, & ſigilli mei appenſione corroboro & confirmo.

Actum anno Domini M. CC. XXVIII.

CAPUT CXII.

Joannes de Appia Leodienſis Epiſcopus permittit Conventum FF. Prædicatorum erigi Lovanii, iiſque benefacit anno 1233.

Ex Archivis Conventus.

JOannes Dei gratiâ Epiſcopus Leodienſis, univerſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis, æternam in Domino ſalutem.

Cum dilectorum in Chriſto Fratrum Prædicatorum Ordinem ad Eccleſiæ ſanctæ reformationem noſtris temporibus dignatus ſit omnipotens Dominus ſuſcitare: dignum omninò eſt, & omni conſonum pietati, ut favorabili eorum miniſterio congaudeant omnes, qui ſalutem deſiderant animarum. Ac præcipuè Eccleſiarum Prælati, quorum vices fideliter exequuntur, dignis eos tenentur favoribus attollere, & oportunis auxiliis confovere.

Ea-propter notum volumus fieri omnibus,

tam futuris, quam præſentibus, quod nos de prædictorum Fratrum Prædicatorum in noſtram Diœceſim adventu plurimùm in Domino Jeſu congratulantes, dedimus ipſis licentiam conſtruendi Eccleſiam, Clauſtrum, & officinas; habendi inſuper cœmiterium, ac liberam ſepulturam in Oppido Lovanienſi.

Concedimus etiam eis auctoritatem audiendi confeſſiones, & pœnitentias injungendi vice noſtrâ.

Poſſunt etiam convocare populum ad audiendum Dei verbum ubicumque voluerint prædicare: ubi omnes utriuſque ſexûs, homines, & fœminæ liberè, qui velint convenient: non obſtante ullâ contrariâ conſtitutione, vel contradictione; cum verbum Dei eſſe non debeat alligarum.

Prioris autem diſcretioni committimus, qui ibi pro tempore fuerit: ut ipſe Fratribus ſuæ domûs, quos ad prædicationis officium perſpexerit idoneos, concedat poteſtatem dandi auctoritate noſtrâ viginti dierum indulgentiarum in publica ſtatione..... Inhibemus ergò omnibus noſtræ Diœceſis Eccleſiaſticis, & laicis, ne quis auſu temerario ſupradictos Fratres contra hujus noſtræ indulgentiæ tenorem, aut aliàs, factis, dictis, ſeu calumniis audeat moleſtare; quos tamquam ſtudioſos agri dominici cultores ſub beati Lamberti, & noſtra protectione ſpirituali ſuſcepimus.

Quod ſi quis Dei timoris immemor, & noſtræ prohibitionis contemptor, præſumpſerit attentare: ſciat ſe debitæ ultionis pœnam minimè evaſurum.

Datum anno gratiæ M CC. XXXIII. pridiè Kalendas Februarii Præſulatûs noſtri anno quarto.

* *Vide plura in libro Belgio Dominicano.*

CAPUT CXIII.

Godefridus de Fontanis Epiſcopus Cameracenſis confirmat anno 1233. primam Fundationem Monialium Ord. Præmonſtr. in Valle Liliorum, ſub Parochia de Humbeke; nunc vero habitantium Mechliniæ.

Ex Archivis Monaſterii.

GOdefridus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis præſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in omnium Salutari.

Tantò paterna benignitas ad exaudienda filiorum deſideria, piæ exauditionis aurem facilius & promius debet inclinare, quanrò eos honeſta & ſalubria, ac nullius juri derogantia viderit poſtulare.

Hinc eſt, cur nos juſtis poſtulationibus dilectarum in Chriſto filiarum Sanctimonialium (1) in Parochia de Humbeka juxta Mackelinas congregatarum, ac Ordini Præmonſtratenſi de novo, ſicut dicitur, incorporatarum, miſericorditer inclinati, diœceſanâ auctoritate eis duximus indulgendum, ut in dicta Parochia liceat eis Monaſterium conſtituere, & vitam ſub jugo Domini ducere Regularem, ſalvo tamen in omnibus & per omnia jure Parochiali, & Perſonæ ejuſdem loci.

Si verò de jure prædicto minus ſalvo contentio (quod abſit) fuerit ſuborta, hujuſmodi interpretationem, ſivè declarationem, ſivè juris conſervationem, nobis reſervamus; ne fortè, quod abſit, in tam pio opere aliquis de nobis habeat materiam conquerendi.

Actum in die Purificationis Beatæ Virginis, anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo tertio.

VALLIS-LILIORUM, vernaculè *Liliendael*, Virginum Ordinis Præmonſtratenſis Monaſterium fundatum fuit anno 1231 in pago de Hombeke, juxta Mechliniam, à Lamberto Presbytero & Curato dicti loci. Anno 1580 everſo ac deſtructo per Iconoclaſtas Cœnobio, Moniales illæ ſeſe receperunt Mechliniam, ubi coempto Abbatiæ S. Michaelis Antverpienſis Hoſpitio, hodie incolunt elegans Monaſterium. Præpoſitum habent; quem jam à plurimis retro annis elegerunt ex Abbatia Tongerloenſi.

(1) HOMBEKA. Alia dicitur Hombeka S. Martini, ad Scrnam-Fluvium, haud procul Mechlinia. Jus Patronatûs obtinet Abbatiſſa Cortembergenſis dono Burchardi Cameracenſis Epiſcopi; cujus Diploma habet Miræus pag. 964. Eſt & Vice-Comitatus, erectus anno 1681 in favorem D. Joannis Antonii Locquet, Præfidis Magni Conſilii, ac dein Brabantiæ Cancellarii.

Alia dicitur Hombeka S. Rumoldi, altero lapide à Mechlinia, ad canalem quo Bruxellis Antpiam navigatur. Fuit antiquum potentis Familiæ de Berthaut Dominium, & in ſpiritualibus dos antiqua Capituli Metropolitani Mechlinienſis, quod ibidem habet Jus Patronatûs, & Curiam feodalem. Eſt & Comitatus erectus anno 1694 in gratiam D. Jacobi Franciſci le Cocq.

CAPUT CXIV.

Henricus I. Brabantiæ Dux Monialibus Vallis Liliorum Ord. Præmonſt. modo Mechliniæ, concedit jus piſcaturæ, annis 1234. & 1242. Idem beneficium præſtat Waltherus de Berthaut.

Ex præfato Cartulario.

HEnricus Dei Gratiâ Dux Lotharingiæ omnibus præſens ſcriptum inſpecturis Salutem in Domino. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod nos pro remedio animæ, noſtræ Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Hnmbeke & Sororibus Ordinis Prænonſtratenſis in ea Domino famulantibus piſcaturam in flumine quod dicitur Zenne à ponte Zemſe uſque ad pontem de Hefne, in perpetuam contulimus eleëmoſynam; ita quod nemini liceat in eodem flumine aliquo modo piſcari infrà ſpatium præſcriptum, niſi de ſpeciali licentia Eccleſiæ memoratæ.

Sempſt. Heſſra.

Ut hæc e eëmoſyna rata & inconvulſa permaneat in perpetuum, præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine duximus roborandam.

Hujus rei teſtes ſunt

Everardus Cantor Lovanienſis.

Walterus de Huldeberga, dictus Care.

Bernardinus Secletus de Buſco.

Villicus Arnoldus de Arſcoth.

Godefridus de Huldeberghe, Notarius Ducis & alii quamplures.

Datum apud Vuram anno Domini M. C C. XXXIV. in vigilia Annuntiationis Dominicæ.

II. DIPLOMA.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Univerſis præſens ſcriptum inſpecturis, Ego Walterus, dictus Bertoldus, ſalutem in Domino. Notum facio tam præſentibus, quam futuris, quod divinæ retributionis intuitu, & pro animabus Parentum meorum dedi in puram eleëmoſynam & perpetuam Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Valle Liliorum & Sororibus Ordinis Præmonſtratenſis in eadem Domino famulantibus jus Piſcaturæ in flumine quod dicitur Zenne, quod ab Illuſtri Viro, Henrico Duce Brabantiæ cum aliis bonis meis tenui in Feodum de conſenſu ipſius Ducis, à ponte de Werde uſque ad Eccleſiam de Leeſt; ita quod præter piſcatores & ſervientes dictæ Eccleſiæ nemini liceat piſcari aliquo modo piſcandi infrà præſcriptum terminum, niſi de licentia ſpeciali Eccleſiæ memoratæ.

Quiſcumque enim in prædicto flumine infra prænominatum terminum ſine licentia dictæ Eccleſiæ piſcari preſumpſerit, offenſam meam ſe noverit incurſurum.

Ut autem hæc eleëmoſyna & jus piſcaturæ à nemine infringatur, ſed in perpetuum Eccleſiæ ſupradictæ inviolabiliter conſervetur, præſentem Cartam ſigilli mei munimine & teſtium ſubnotatione confirmavi.

Hujus rei teſtes ſunt

Walterus de Roſt.

Henricus de Heisbroeck, N. de Roſſate milites.

Petrus de Haren, & alii quamplures.

Actum prædicto Domino Duce præſente & conſentiente in domo ipſius, apud Lyre.

Anno Dominicæ Incarnationis M. C C. X L I I. menſe Auguſto.

III. DIPLOMA.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, & Brabantiæ, omnibus præſentem Paginam inſpecturis ſalutem in Domino.

Notum ſit tam præſentibus, quàm futuris, quod Walterus dictus Bertoldus, homo meus in præſentia mea conſtitutus, de conſenſu meo, pro animabus Parentum ſuorum dedit in puram eleëmoſynam & perpetuam Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Valle Liliorum, & Sororibus Ordinis Præmonſtratenſis in eadem Domino famulantibus, Piſcaturam in flumine quod dicitur Zenne à ponte de Werde uſque ad locum illum Zenne, qui eſt vicinior Eccleſiæ de Leeſt, quam cum aliis bonis ſuis à me tenet in feodum; ita quod præter piſcatores, & ſervientes dictæ Eccleſiæ nemini liceat piſcari aliquo modo piſcandi infrà præſcriptum terminum, niſi de licentia ſpeciali Præpoſiti Eccleſiæ memoratæ.

Quicumque enim in prædicto flumine infrà prænominatum terminum ſine licentiâ Præpoſiti dictæ Eccleſiæ, piſces capere præſumpſerit, offenſam meam ſe noverit incurſurum.

Ut autem hæc eleëmoſyna per me data, videlicet jus piſcaturæ à nemine infringatur, ſed in perpetuum Eccleſiæ ſupradictæ inviolabiliter conſervetur: præſentem Paginam ſigilli meâ appenſione, & teſtium ſubnotatione confirmavi.

Hujus rei teſtes ſunt,

Walterus de Roſth,

Henricus de Heisbruch Dapifer, milites.

Petrus de Haren, homo meus, & alii quamplures.

Actum apud Lyre in domo mea anno Domini M. CC. XLII. menſe Auguſto.

CAPUT CXV:

Henricus I. Brabantiæ Dux, Privilegium pro conſtitutione Magiſtratûs largitur Civitati Bruxellenſi, anno 1234.

Ex Archivio Urbis.



Enricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, univerſis præſentes Litteras inſpecturis in perpetuum. Quoniam ea quæ memoriâ digna ſunt, Litteris expedit exarari; ideo præſcripto præſenti facimus notum, tam præſentibus, quam futuris, quod ad preces, & propter utilitatem Burgenſium noſtrorum in Bruxella, ipſis de conſilio Hominum noſtrorum indulſimus, ut de anno in annum ſemper infrà octo dies ante Feſtum Beati Johannis Baptiſtæ, quolibet anno novos eligant Scabinos, & tredecim Juratos, de quibus hæc ſubnotata forma de cætero in antea obſervabitur. Videlicet:

Quod illi tredecim Jurati & Septem Scabini ſingulis annis ante Feſtum Beati Johannis Baptiſtæ infrà dies memoratos ſub periculo Juramenti Nobis & Oppido præſtiti ſincerâ conſcientiâ novos eligent Scabinos & Juratos, & illos nobis præſentabunt inſtituendos & ponendos.

Ita tamen, quod ſi aliquis præſentatorum nobis non placuerit, alium eligere, & nobis præſentare tenebuotur, quoadúſque plenum numerum habeant Scabinorum.

Præterea libertatem ipſorum ipſis obſervabimus, nec quicquam faciemus eiſdem, niſi per ſententiam & Judicium Scabinorum Bruxellenſium, in hiis de quibus dicti Scabini Judicare tenentur & debent.

Inſuper adjectum eſt quod Scabini ad exactionem, & Statutum Nobis faciendum, de bonis ſuis juxta facultates ſuas ſolvent, & in expeditionibus noſtris noſtrorum ubique à nobis vocati fuerint, de propria burſa expendent.

Sciant etiam univerſi, quod ſi aliquid dictis Burgenſibus ſine judicio Scabinorum fecimus, hoc per conſilium Scabinorum emendabimus, & etiam Juratorum.

Cum igitur ea quæ prænotata ſunt, unà cum majori Filio noſtro Henrico de Lovanio, ipſis Juramento interpoſito promiſimus à nobis obſervanda; ideo hanc Cartam ecoſcribi fecimus in teſtimonium, & noſtro, & dicti filii noſtri Sigillis, noſtris & Teſtium nominibus corroborari.

Inde ſunt teſtes,
Abbas Villarienſis.
Godefridus Filius Ducis.
H. de Pernhues Caſtellanus de Bruxella.
G. de Goyencort,
Et A. de Waelem.
H. de Atteohoven.
W. Clutins,
Et G. Filius ſuus, & H. Bruno.
G. de Saventhem, & alii eum plures

Actum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto, feriâ ſecundâ ante Dominicam Palmarum proximâ.

CAPUT CXVI.

Ferrandus & Joanna Comites Flandriæ eximunt Incolas Franconatûs Brugenſis à ſervitute (vulgò dictâ, van het Beſte Hooft) anno 1234.

Ex Archivis Franconat. Brug.

Errandus Flandriæ & Hannoniæ Comes, & Johanna uxor ejus Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, univerſis præſentes Litteras inſpecturis Salutem.

Noverint univerſi, quod omnes illi de octo Virſcarniis manentes infra Officium Brugenſe, qui ad Scabinagium pertinent, & omnes illi, quicumque fuerint, & undecumque venerint, quiti ſunt, & liberi in perpetuum de ſervitute quadam, quæ vocatur (1) *Beſte Hoofd*, quam diu infrà dictum Officium Brugenſe manſerint ad dictum Scabinagium pertinentes. Et ſi forte aliqui prædicti Officii Brugenſis ad Scabinagium pertinentes, extra Scabinagium dictum irent manère, illi de ſervitute prædicta, quæ vocatur *Beſte Hoofd*, neque eſſent quiti, neque liberi, quam diu extra Scabinagium dictum iidem manſerint.

In cujus rei teſtimonium præſentem paginam ſcribi fecimus, Sigillis noſtris roboratum.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſecundo, in Vigilia Beati Mathæi Apoſtoli.

(1) Beste

Besta hooft, latinè dicitur *Melius Capitium*, gallicè *Droit de meilleur Catel*; quod à Du-Cangio in Gloſſario Latinitatis deſcribitur: Jus quod poſt mortem tenentis Domino præſtatur. Ita Conſuet. Hannoniæ cap. 83.

Vide Chartam Philippi Marchionis Namurcenſis: anno 1212 apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 2. cap. 75. *Statui, ut a nullo Militi, qui ſit de Familia vel Advocatione mea, melius Mobile, quod quidem melius catheium dicitur, de catero accipiatur poſt ejus deceſſum* &c. Adde Diploma Joannæ Comitiſſæ Flandr. pro Abbatia de Marquette. §. 13. apud Buzelinum lib. 2. Hiſt. Flandr. cap. 30.

Chronicon magnum Belgicum anno 1123. *In eo conſiſtebat Jus* (Manus mortuæ) *ut quandocumque aliquis Pater-familias, qui hanc debuit ſervitutem, moreretur, in ſignum ſervitutis præterita, optimum pignus vel jocale, quod in ipſius domo reperiri contigerit, a Dominis exigeretur; ſin autem nihil eſſet, ut tum defunctis dextera manus abſciſſa Dominis offerretur.* Id etiam juris ſibi olim vindicarunt plures Eccleſiæ. *Ita Du-Cangius in Gloſſario.*

CAPUT CXVII.

Henricus I. Brabantiæ Dux confirmat Fundationem Capellaniæ ſeu Beneficii Curati, in Domo Leproſorum, vulgo Ter Siecken *Mechliniæ, anno* 1235.

* Henricus.

Universis & ſingulis præſentes Litteras ioſpecturis, H. * Dei gratia Dux Lotharingiæ cognoſcere veritatem. Quoniam vigor & ſenſus hominum labilis eſſe cognoſcitur, ſolemnis actio ſcripti memoriâ roboratur.

Notum ſit univerſitati veſtræ, quod H. dictus *Peuten* Scabinus Villæ Machlinienſis & Gerberga uxor ſua, in remiſſionem peccatorum ſuorum, ad Fundatiooem Præbendæ Capellani in Religioſa Domo pauperum Leproſorum Machliniæ Miſſam pro fidelibus defunctis perpetuis temporibus celebraturi, novem honaria terræ ſitæ in territorio Filfortenſi, de propriæ voluntatis arbitrio, ſalvo in omnibus jure noſtro, eidem Domui in puram eleëmoſynam contulerunt. Volentes, quod ſi dicta terra ad valorem centum librarum non ſuffecerit, quidquid defuerit, recipietur in domo ſua ſita prope atrium S. Rumoldi in Machlinia, & in cæteris mobilibus eorum, uſque ad plenariam dictarum C. librarum ſolutionem. Hoc etiam ab eiſdem ordinato, quod donatio honorum ad prædictam Præbendam pertinentium, ad præfatam Domum liberò ſemper ſpectabit & abſolutè.

Prætereà Arnoldus dictus Stegeman de Filfordis, ob ſalutem animæ ſuæ & prædeceſſorum ſuorum, quinque bonaria terræ ſitæ in territorio Filfordenſi, paulò plus vel minus de propriæ voluntatis ſuæ arbitrio, ſalvo per omnia jure noſtro, in puram contulit eleëmoſynam Domui memoratæ.

Nos igitur hiis omnibus conſenſum adhibentes, ut ea in perpetuum rata permaneant & inconvulſa, præſentibus Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Actum Filfordis anno Dni. M. CC. XXX. quinto, menſe Martio. 1235

Vide Fundationem hujus Monaſterii in Hiſtoria Archiepiſcopatûs Mechlinienſis, Parte I. pag. 83.

CAPUT CXVIII.

Waltherus de Marvis Tornacenſis Epiſcopus, condit Statuta pro Beneficiatis Eccleſiæ S. Salvatoris Brugis, anno 1235; *quorum Capellaniæ dein per Epiſcopum Tornacenſem Petrum Quicke erectæ ſunt in Canonicatus anno* 1501. (*apud Miræum pag.* 1271 *& ſequentibus.*) *Accedunt Bullæ Confirmatoriæ SS. Pontif. Gregorii IX. anno* 1237 *& Innocentii IV. anno* 1246.

Ex Archivis Eccl. S. Salvat. Brugis.

Waltherus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Univerſitati veſtræ volumus eſſe notum, quod præter tria Parochialia Beneficia, quæ ſunt ex antiquo in Eccleſia Sti. Salvatoris in Brugis inſtituta, & de novo in eadem Eccleſia alia Beneficia, quæ & quorum Inſtitutores taliter diſtinguuntur,

Wilhelmus quondam Decanus inſtituit Capellanum, qui mane celebrat de Sancta Maria. Magiſter Wilhelmus dictus ſenex, quondam Canonicus Tornacenſis inſtituit Capellanum qui celebrat altam Miſſam in una hebdomada; & Wilhelmus dictus Stipula quondam Presbyter Parochialis ejuſdem Eccleſiæ inſtituit Capellanum, qui celebrat altam Miſſam in alia hebdomada ibidem. Et inter hoc

duos Capellanos viciſſitudo celebrandi ſemper altam Miſſam debebit alternatim per hebdomadas obſervari.

Præterea idem Wilhelmus dictus Stipula dedit 100 libras Flandricas in numerata pecunia ad emendos reditus ad opus Subdiaconi in eadem Eccleſia ſervituri. Similiter Johannes Clericus dictus Gabriel dedit 60 libras. Et Magiſter Waltherus quondam Presbyter Parochialis Eccleſiæ prædictæ dedit 10 libras, & prædictus Wilhelmus Stipula dedit 40. De quibus 60, & 10, & 40 libris in numerata pecunia datis, debent ad opus alterius Subdiaconatûs redditus comparari.

Johannes Clericus, dictus Rufus, inſtituit Diaconum ibidem, aſſignans ei perpetuos reditus 15 librarum. Borduinus de Arlebeca Laïcus dedit 170 libras in pecunia numerata ad emendos reditus perpetuos, Capellano inſtituendo in eadem Eccleſia deputandos.

Nos igitur de prædictis Beneficiis jam inſtitutis, & aliis ibidem fortaſſis impoſterum inſtituendis, ſic ordinamus; ut nulli conferantur, niſi promoto ad eos Ordines, in quibus debent eadem Beneficia deſerviri, vel tali qui poſſit ad eos Ordines in proximo promoveri. Et ut nullus de iiſdem Beneficiis aliquid emolumenti percipiat, niſi in eadem Eccleſia reſidentiam faciat, & in propria perſona deſerviat & miniſtret.

Pontificali Authoritate, ſub interminatione Anathematis diſtrictius inhibentes, ne quis hoc noſtrum Statutum præſumat infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Quod ut firmum & inconcuſſum permaneat impoſterum, præſentes Litteras conſcribi fecimus, & Sigilli noſtri munimine roborari.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto, menſe Decembri.

Gregorius IX Pont. confirmat anno 1237 Statutum Waltheri Tornacenſis Epiſcopi de quo ſupra.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Tornacenſi ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Præſentatæ ſiquidem Nobis Tuæ Fraternitatis literæ continebant, quod cum in Eccleſia Parochiali S. Salvatoris Brugenſis Tornacenſis Diœceſis à Fidelibus Chriſti plura ſint Beneficia inſtituta, & ſperentur adhuc ibidem alia pro Altaris ſacri Miniſteriis ſtatuenda, Tu de Beneficiis antedictis ordinaſti, ut eadem nulli conferantur, niſi promoto, vel tali, qui poſſit in proximo ad eos Ordines promoveri, in quibus debent in eiſdem Beneficiis deſervire.

Et ut nullus de iiſdem Beneficiis aliquid emolumenti percipiat, niſi in Eccleſia prædicta reſideat, & in perſona propria deſerviat.

Propter quod à nobis humiliter poſtulabas, ut quod à te factum eſſe dignoſcitur, in hac parte firmitatem faceremus debitam obtinere.

Nos igitur devotis tuis precibus inclinati, ſupradictam Ordinationem tuam, ſicut provide facta eſt, & in litteris inde confectis dicitur plenius contineri, Authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti Patrocinio communimus: ſalvâ in omnibus authoritate Sedis Apoſtolicæ & mandato.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani X. Kal. Januarii, Pontificatûs noſtri anno decimo.

Innocentius IV Pont anno 1246 confirmat Statutum præcedens Waltheri Epiſcopi.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Presbyteris & Clericis Beneficiatis in Eccleſia Sti. Salvatoris Brugenſis, Tornacenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Hys quæ ad cultum divini Nominis & Eccleſiarum profectum deliberatione providâ ſtatuuntur, libenter robur adjicimus perpetuæ firmitatis.

Veſtra ſane petitio nobis exhibita continebat, quod Venerabilis Frater noſter Tornacenſis Epiſcopus Diœceſanus veſter Eccleſiæ veſtræ utilitate penſatâ, volens quod debitis obſequiis non fraudetur, deliberatione duxit piâ & providâ ſtatuere, ut promotis dumtaxat & in proximo promovendis ad illos Ordines in quibus debent Eccleſiæ Beneficia deſerviri, ea de cetero conferantur; & ut ex hiis eadem obtinentes nihil percipiant niſi perſonaliter deſervierint in Eccleſia memorata. Si vero eorum aliqui vel abſentes fuerint, vel propter defectum ordinari nequiverint, ſecundum quod dicta Beneficia exigunt perſonaliter in eadem Eccleſia deſerviri, in ipſis Beneficiis Miniſtri inſtituantur idonei, quibus de prædictorum proventibus aſſignatâ congruâ portione, per aliquem ab hiis qui ſtatutis horia & debitis in ipſa Eccleſia deſerviunt ſpecialiter deputandum proventus colligantur: reſidui ſtatuto inter eos termino communiter dividendi.

Adjecit etiam Epiſcopus ſupradictus, ut ſi aliquis Capellanorum ejuſdem Eccleſiæ Miſſam & alia Officia horis Canonicis non celebraverit, in eadem ſex denarios uſualis monetæ nomine pœnæ perſolvat, inter eos modo ſimili dividendos.

Quare nobis humiliter ſupplicatis, ut quod ſuper hiis ab eodem Epiſcopo ſtatutum eſt, Apoſtolico dignaremur munimine roborare.

Nos igitur Veſtris juſtis poſtulationibus

grato concurrentes assensu, Statutum hujusmodi, sicut providè factum esse dignoscitur, & in Litteris ejusdem Episcopi confectis exinde dicitur plenius contineri, Auctoritate Apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti Patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Lugduni XIII. Kal. Junii Pontificatûs nostri anno tertio.

CAPUT CXIX.

Fundationes variæ in favorem Abbatiæ Vallis Rosarum Virg. Ord. Cisterc. juxta Mechliniam; & signanter Donatio Decimarum de Leffinghe, Lichtervelde, & Hardoya in Franconatu Brugensi, anno 1235 & sequentibus.

Ex Archivis Cam. Rat. Insulis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Egidius Bertoldus notum facio omnibus præsens Scriptum inspecturis, quod in remissionem omnium peccatorum meorum liberaliter & absolutè in puram eleemosynam contuli decimam de Leffinghes, decimam de Lichtervelda & decimam de Hardoya in manus Abbatissæ & Conventûs de Valle Rosarum Cisterciensis Ordinis, nihil juris mihi vel Successoribus meis in eisdem reservando.

In cujus rei confirmationem presentes Litteras Sigillo nostro roboravi. Actum anno Domini 1235. feriâ tertiâ ante Purificationem Beatæ Mariæ.

II.

EGo Wilhelmus S. Audomari Castellanus, notum facio omnibus tam præsentibus quam futuris, quod ego in mei meorumque Antecessorum remissionem peccatorum, Monasterio de Valle Rosarum, sive Monialibus ejusdem Monasterii Cisterc. Ordinis, quidquid juris habebam in dominio, seu modo alio in decima de Leffinghem sita in territorio de Sclipes, in meram eleemosynam contuli eidem Monasterio & ejusdem Monasterii Monialibus perpetuo possidendum.

Ita tamen quod Ego vel Hæredes mei aliquid in decima memorata de cætero non poterimus reclamare: quo minus dicta collatio Monasterio & Monialibus prædictis à me concessa pacificè teneatur.

Quod ut ratum sit, & stabile permaneat in perpetuum, presentem Cartam Monialibus dicti Monasterii in hujus rei testimonium contuli Sigilli mei munimine roboratam

Actum anno Domini 1241. Mense Julio.

III.

EGo Mathildis Domina de Reninghes Castellana sancti Audomari notum facio universis præsentes Litteras inspecturis, vel audituris, quod ego pro mea & animarum Prædecessorum meorum salute desiderio bonæ memoriæ Willelmi avunculi mei Castellani Sti. Audomari, satisfacere cupiens, remisi & remitto in perpetuum omnem quæstionem seu querelam, quam habere me credebam contra Abbatissam & Conventum de Rosendale super donatione decimæ de Leffinghes à predicto nobili avunculo meo factam, & dictam donationem approbo & confirmo.

In cujus rei testimonium & perpetuum robur, presentes Litteras Sigillo meo roboravi. Datum Dominicâ primâ Adventus Domini, anno Domini 1257.

IV.

EGo Mathildis Domina de Reninghes Castellana S. Audomari, notum facio universis præsentes Litteras inspecturis vel audituris, quod cum quæstio à me moveretur Abbatissæ & Conventui de Rosendale Cisterc. Ordinis super donatione decimæ de Leffinges cum Dominio & omni jure sibi attinente à Viro nobili bonæ memoriæ Willelmo Castellano S. Audomari avunculo meo dictis Monialibus facta;

Tandem lectis diligenter & discussis cartis seu litteris super dicta donativa confectis, habito nihilominus non modico tractatu super dicta donatione & litteris coram Domina mea illustri Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, in viridario suo apud Ypre, ac multis homioibus suis præsentibus ibidem, nullaque causa reperta, quo minus dicta donatio firma debeat & stabilis permanere; Ego ob meam & animarum Prædecessorum meorum salutem, de prudentum virorum consilio dictam donationem coram dicta Comitissa & suis hominibus subscriptis, approbavi, & ratam habeo & confirmo.

Stabiliens jugiter ut dicti Abbatissa & Conventus dictam decimam cum dominio & omni jure sibi attinente liberam habeant & possideant. Nullo prorsus jure calumpniæ vestigio michi aut meis Successoribus in posle-

rum in dicta decima reſervato.

Præmiſſo Tractatui interfuerunt,
Dominus Guido Comes Flandriæ.
Dominus de Dampierre frater ſuus.
Dominus Ingelrammus de Fielnes,
Arnoldus de Ghiſen.
Robertus Dapifer Flandriæ.
Hellinus de Wavrin frater ſuus.
Egidus Brune.
Balduinus de Commines.
Willelmus de Grimbergis.
Balduinus de Bailliolo.
Euſtachius & Michael de Lambeque, & alii multi.

In cujus rei robur & munimen, præſentes Litteras Sigilli mei appenſione roboravi. Datum anno Domini 1257, Dominicâ primâ Adventûs Domini.

CAPUT CXX.

Conditiones, quibus FF. Prædicatores à Capitulo S. Donatiani, Brugas admiſſi fuerunt, anno 1236.

Ex Archivis Eccl. Brug.

WAltherus Dei gratiâ Epiſcopus Tornacenſis, univerſis præſentes Literas inſpecturis in Domino ſalutem.

Univerſitati veſtræ notum facimus, quod cum Viri Venerabiles F. Præpoſitus Brugenſis & Flandriæ Cancellarius, R. Decanus S. Donatiani & Magiſter Mathæus Capellanus Hoſpitalis S. Johannis in Brugis ab illuſtri Domina Johanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa ex parte una, & à Viris Venerabilibus R. Decano & Capitulo Sti. Donatiani ex altera arbitri eſſent electi ſuper recompenſatione dampnorum facienda, quæ de adventu FF. Ord. Prædicatorum Eccleſiæ B. Donatiani & Paroehiæ S. Crucis erant profutura.

Dicti Arbitri Dictum ſuum protulerunt in hunc modum.

* Alibi duodecim.

Quod eadem Domina Comitiſſa in paratis & certis redditibus decem * libras Flandrenſes eiſdem Eccleſiis aſſignaret annuatim, ex quibus Presbyteri ſanctæ Crucis 6 libras & 10 ſol. & Cuſtos eorumdem 10 ſolidos pro jure Parochiali: reliquas verò tres libras Capitulum S. Donatiani pro dampno Juris Patronatûs percipient annuatim.

Ad hæc etiam nos ordinamus de conſenſu Capituli prædicti & FF. Prædicatorum, ut quiſcumque de Parochianis S. Donatiani & S. Crucis ſepulturam ſibi elegerit in Cymeterio FF. Prædicatorum, non ante corpus ſuum recipient, quam ad ſuam Parochialem Eccleſiam deportetur, & ibi præſente funere Miſſâ animarum cum ſolempnitate peractâ, ſi amici defuncti ad Eccleſiam FF. Prædicatorum corpus detulerint liberè, illud recipiant tumulandum.

Item prædicti Fratres coram Nobis liberaliter conceſſerunt, quod ipſi in ſignum dilectionis reverentiæ & honoris in morte Præpoſiti, Decani & cujuſlibet Canonici S. Donatiani, pro anima ipſius defuncti in Conventu ſuo Vigilias, & Miſſam pro defunctis dicent ſollempniter, & exequias pro illo tamquam pro uno Fratre ſui Ordinis celebrabunt.

Præterea quinies in anno, videlicet in die Cinerum, in die Palmarum, in Vigilia Aſcenſionis Domini, in die Aſcenſionis & primâ Dominicâ Adventûs Domini, dicti Fratres, ſi à Decano B. Donatiani vocati fuerint ad proceſſionem dictæ Eccleſiæ, verbum Dei prædicabunt, niſi legitimâ neceſſitate fuerint præpediti.

Item dicti Fratres liberè prædicent, confeſſiones audiant, dum tamen à Papa vel à nobis miſſi fuerint. Nichilominus quilibet Parochianus dictarum Parochiarum ad minus ſemel in anno tenetur confiteri proprio Sacerdi, ſecundum Statutum Lateranenſis Concilii generalis. Salvis autem prænotatis prædicti Fratres ſuâ gaudeant libertate.

In cujus rei teſtimonium, & ut prædicta rata & firma permaneant in futurum, præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine unà cum Sigillo Conradi Provincialis Ordiois FF. Prædicatorum & Sigillo Capituli S. Donatiani duximus roborandam.

Actum Inſulis anno Domini M. C. C. XXXVI. quarto Nonas Aprilis.

CAPUT CXXI.

Joanna Conſtantinopolitana Flandriæ Comitiſſa fundat anno 1236 *Hoſpitale Inſulis, vulgo dictum,* l'Hopital-Comteſſe.

Ex Cartulario hujus Domus.

IOhanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, omnibus præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino. Cùm Dominus in judicio iis qui pietatis operibus abundaverint dicturus ſit: *Eſurivi & dediſtis mihi manducare; ſitivi & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram & collegiſtis me; infirmus & viſitaſtis me. Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi*; Deſiderio

deſi-

deſideravi benedictionis particeps fieri, & in ſubſidium egentium Hoſpitale quoddam juxta domum noſtram apud Inſulas fundare decrevi in honorem Virginis glorioſæ. Ad cujus inchoationem prn ſalute animæ meæ, & pro omnibus Aotecefſorum & Succeſſorum meorum, & ſpecialiter pro anima illuſtris Domini ae Mariti mei F. * claræ memoriæ, quondam Flandriæ & Hannoniæ Comitis, in perpetuam eleëmoſynam confero quæ ioſeriùs ſubſequentur; totam ſcilicet terram, &c...

* Ferrandi.

Quia verò Hoſpitale præfatum ſpecialiter in ſuſtenrationem peregrinorum & tranſeuntium fundare diſpoſui, volo & firmiter ſtatuo, ut in eodem Hoſpitali non ſuſcipiantur ad ſerviendum ſani, in quantum pauciores poſſunt ſofficere ad miniſteria Hoſpitalis, & præcipuè Fratres & Sorores, qui non recipiantur in eodem Hoſpitali niſi pauci, qui ſufficere valeant ad Hoſpitale regendum.

Qui Fratres & Sorores de conſilio Fratrum & Sororum receipi tenebuntur; eo quòd ipſi quales ſibi neceſſarii ſunt ad miniſteria Hoſpitalis meliùs experientiâ docente noverunt.

Eorum verò qui habebunt regimen Hoſpitalis, principalis & maxima ſemper ſit intentio, ut quanto plures infirmos pauperes lecto decumbentes recipiant libentiſſimè, ipſiſque in ſuis neceſſitatibus caritativè ſtudeant providere; ſcientes certiſſimè, quòd quanto plures tales infirmos pauperes ſtudebunt propter Chriſtum recipere, tanto magis ſua temporalia ſentient abundare.

In robur igitur & memoriam præd ctorum, præſentes Litteras ſcribi feci, & Sigilli mei munimine roborari. Sereniſſima Soror quoque mea M * Domina mea Domina de Dampetra ad petitionem meam prædictis omnibus benignè conſenſit, & in ſignum aſſenſûs ſui Sigillum ſuum præſentibus Litteris feeit apponi. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſexto, menſe Februario.

* Margareta.

CAPUT CXXII.

Conventio inter Eccleſias S. Donatiani Brugenſem & S. Petri Inſulenſem, quod Præpoſiti earum habeant Præbendam & diſtributiones in mutuis Eccleſiis: cum Confirmatione Waltheri Tornac. Epiſcopi, anno 1238.

Ex Regiſtro quod extat in Archivis Præpoſituræ Sti. Donatiani Brugenſis, ubi ſic habetur.

Confirmatio Conſuetudinis inter Nos & Eccleſiam Inſulenſem, quod Præpoſiti ad invicem habeant Præbendam in his Eccleſiis.

Altherus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Inter Eccleſiam Beati Donatiani de Brugis & Eccleſiam B. Petri de Inſula quædam conſuetudo multis temporibus noſcitur obſervata: videlicet quod Brugenſis Præpoſitus fructus unius Præbendæ haberet in Eccleſia Inſulenſi, & Præpoſitus Inſulenſis ſimiliter fructus unius Præbendæ in Eccleſia B. Donatiani de Brugis.

Cum vero noſtris temporibus Magiſter Gerardus de Moraghe Canonicus Tornacenſis queſtionem moviſſet contra Conſuetudinem memoratam, tandem à Præpoſitis & Capitulis prædictarum Eccleſiarum & præfato Magiſtro Gerardo fuit in nos unanimiter compromiſſum.

Nos autem habito ſuper iis diligenti tractatu, dictum Magiſtrum Gerardum pacificavimus, & de prædictûm Virnrum conſilio ſupradictarum Eccleſiarum conſuetudinem duximus approbandam Unde præſentes Litteras ſcribi fecimus in robur & teſtimonium hujus rei.

Datum anno Domini M. CC. XXX. octavo, menſe Martio.

W Dei gratiâ Torn. Epiſcopus; Univerſis. Chriſti fidelibus æternam in Dominn ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, nos Litteras Ordinatinnis factæ inter Eccleſiam Inſulenſem & Brugenſem à Virra venerabilibus F. de Gandavo Canonicn Inſulenſi, Magiſtro W. Canonico Brugenſi, & Æ. tam Ioſulenſi quam Brugenſi Canonico, inſpexiſſe in hunc modum.

Omnibos præſentes litteras inſpecturis F. de Gandavo Canonicus Inſulenſis, Magiſtri Willelmus Canooieus B. Donatiani Brugenſis, & Ægidius tam Inſulenſis quam Brugenſis Canonicus, in Domino ſalutem.

Cum Vir venerabilis Willelmus de Gandavo bonæ memoriæ Præpoſitus Inſulenſis, venerabiles Viros Decanum & Capitulum B. Donatiani Brugenſis coram Præpoſito S. Audomari & Conjudicibus ſuis Auctoritate Apoſtolicâ Delegatis traxiſſet in cauſam, ſuper eo, quod ad Præbendam quamdam ipſius Eccleſiæ B. Donatiani & ad fructus ejusdem Præbendæ ad Præpoſituram Inſulenſem (ſicut ipſe aſſerebat) pertinentes ipſum admittere nolnerunt, & ſuper hoc fuiſſet diutius litigatum;

Tandem poſt mortem dicti W. Præpoſiti, Viri venerabiles Brictius Præpoſitus Inſulenſis Succeſſor ejuſdem Will. Præpoſiti de conſenſu Capituli ſui ex una parte, & Decanus & Capitulum B. Donatiani Brugenſis cum litteris ratihabitionis ſui Præpoſiti ex altera, pro bono pacis, ſuper dicta diſcordia in nos compromiſerunt ſub hac forma.

Univerſis præſentes litteras inſpecturis, Ego Brictius Præpoſitus Inſulenſis, notum fieri volo, quod cum inter bonæ memoriæ W. Prædeceſſorem meum quæſtio orta fuiſſet ex una parte, & Vitos venerabiles Decanum & Capitulum B. Donatiani Brugenſis ex altera ſuper fructibus corporis unius Præbendæ de Eccleſia S. Donatiani, & ſuper eo quod dicebat Præpoſitus cum veniret ad Eccleſiam Brugenſem ſe debere admitti in choto cum veſte nuptiali, & ſi Miſſæ vel Horis intereſſet aliquibus, percipere deberet quotidianas diſtributiones, ut percipit Canonicus Eccleſiæ Brugenſis, qui ipſis Horis intereſt; & ſuper omnibus hiis aliquamdiu coram Viris venerabilibus P. * de Collemedio Præpoſito S. Audomari & Conjudicibus Auctoritate Apoſtolicâ Delegatis inter dictum W. Prædeceſſorem meum & dictos Decanum & Capitulum B. Donatiani fuiſſet litigatum, tandem pro bono pacis utriuſque Eccleſiæ placuit mihi compromittere de dicta diſcordia in tres Viros, Fulconem ſcilicet de Gandavo Canonicum Inſulenſem, & Magiſtrum Willelmum Canonicum B. Donatiani & Dominum Ægidium de Brugis tam Eccleſiæ meæ quam B. Donatiani Canonicum, ſub hac forma.

* Hic deinfactus eſt S. R. E. Cardinalis.

Quod quidquid iſti tres arbitri, vel duo eorum auditis rationibus utriuſque Eccleſiæ, & veritate cognitâ, de plano & abſque ſtrepitu judicii arbitrando vel ordinando ſtatuerint, Ego & Succeſſores mei ſub pœna centum marcharum ſterlingorum ad magnum pondus tenebimur inviolabiliter obſervare, & numquam de cetero contraire.

Ad hoc de conſenſu meo eſt adjectum, quod ipſum arbitrium ſive Ordinationem dictorum Arbitrorum, Venerabilis Pater Tornacenſis Epiſcopus confirmare debeat & ipſe Ordinationi Auctoritatem ſuam impertiri, & non ſolum ad confirmationem ejuſdem Ordinationis pet pœnæ ſolutionem me & Succeſſores meos poterit compellere, verum etiam per Cenſuram Eccleſiaſticam poterit coercere.

Hac etiam conditione adjectâ Arbitri prædicti in ſe ſuſceperunt hoc arbitrium terminandum: quod ſi infra tempus à partibus nominatum ipſum non terminaverint, idem Venerabilis Epiſcopus Tornacenſis ad terminandum eos per Cenſuram Eccleſiaſticam compellere poterit & debebit. Et nihilominus poſt latam in eoſdem ſententiam tato manente compromiſſo, tenebuntur üdem arbitri prius impetratâ abſolutione ſuâ dictum ſuum ex neceſſitate proferre.

Si vero aliquem dictorum Arbitrorum ante finitum arbitrium mori contigerit, qui illum elegit, alium loco ipſius ſurrogabit: & ſi tertius arbiter electus deceſſerit, alius arbiter eligetur.

Huic autem compromiſſioni Nos Decanus & Capitulum Inſulenſe benignum præbentes aſſenſum, ad pœnam prædictam nos ſpeciaiter obligavimus, ſi forte dictæ Ordinationi contrairemus.

In cujus rei teſtimonium tam Ego B. Præpoſitus, quam Nos Decanus & Capitulum prædictum præſeotes Litteras ſigillorum noſtrotum munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M.CC.XXXVIII. menſe Auguſto.

Nos igitur, ſecundum poteſtatem à partibus nobis traditam, veritate de plano cognitâ, auditis rationibus utriuſque partis & inſpecto Privilegio Ven. Patris W. Tornac. Epiſcopi, quod in modum Probationis exhibebatur ex parte Præpoſiti Inſulenſis, ex cujus tenore & aliis Probationibus manifeſtè perpendimus, quod ab antiquis retro temporibus inter prædictas Eccleſias talis ſocietas & Confœderatio inita fuerit & longis temporibus obtenta, quod Præpoſitus B Donatiani Brugenſis, obtinebat in Eccleſia B. Petri Inſulenſis fructus unius Præbendæ Præpoſituræ ſuæ annexos, & Præpoſitus Inſulenſis ſimiliter obtinuit fructus unius Præbendæ in Eccleſia Brugenſi Præpoſituræ ſuæ annexos. Societas inter Eccleſias Inſulenſem & Brugenſem.

Intelligentes quoque quod dicta Confœderatio ſive ſocietas bonâ intentione & pro utilitate Eccleſiarum facta fuit, ad hoc videlicet, ut tam Præpoſiti Eccleſiarum, quam ipſæ Eccleſiæ ſpeciali affectione & fœdere ſint invicem perpetuo obligati, ſeſeque mutuis obſequiis & honoribus ſemper præveniant, & in neceſſitatibus ſuis ſibi efficaciter Fratrum affectu aſſiſtant;

Nos eandem Conſuetudinem tam laudabilem plurimum approbantes, deliberatione habitâ & conſilio juriſperitorum ita decrevimus arbitrandum ſive ordinandum ſub pœna prædicta ab utraque parte ſervandum;

Ut quemadmodum Præpoſitus Brugenſis fructus unius Præbendæ obtinet in Eccleſia Inſulenſi Præpoſituræ ſuæ annexos, ita de cætero Præpoſitus Inſulenſis obtineat in Eccleſia B. Donatiani Brugenſis fructus unius Præbendæ Præpoſituræ ſuæ annexos, illam videlicet quam Vit venerabilis bonæ memoriæ W. Præpoſitus Inſulenſis quondam Caſtellanus, & cæteri Præpoſiti Inſulenſes in dicta Eccleſia obtinuerunt. Ita quod de primis & paratioribus fructibus corporis prædictæ Præbendæ Præpoſitus Inſulenſis habeat 20 marchas annuatim, ſolidis Flandrenſibus computatis pro marcha, & quidquid de corpore ejuſdem Præbendæ refiduum erit convertetur in uſus unius Vicarii uſque ad 8 libras à Decano & Capitulo Brugenſi inſtituendi, qui in eadem Eccleſia ſerviat vice Inſulenſis Prolatio Arbitrii. Vicarius Præpoſiti.

Præpoſiti in ordine Diaconatûs vel Subdyaconatûs.

Et eidem Præpoſito quando Brugas veniet, idem Vicarius tenebitur aſſiſtere: & ſi ab ipſo Præpoſito requiratur, debebit fructus ipſius Præbendæ recipere fideliter & ſervare; & ſi quid aliquando reſiduum fuerit ad ſervitium Altaris vel Vicarii prædicti deputabitur ſecundum arbitrium Capituli Brugenſis.

Volumus etiam & ordinamus, ut quemadmodum Præpoſitus Brugenſis in Eccleſia Inſulenſi percipit omnes quotidianas obventiones, quocumque nomine cenſeantur, dum eas deſervit ut Canonicus, ita etiam Præpoſitus Inſulenſis in Eccleſia Brugenſi, ſicut unus Canonicus omnes quotidianas obventiones, quocumque nomine conferuntur, dum ipſe ſicut Canonicus perſonaliter eas deſerviet, ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem.

In qua Eccleſia ipſe debebit ſemper ſicut Canonicus, cum veſte nuptiali ire temporibus inſtitutis, quotieſcumque ad dictam Eccleſiam accedat. Per hoc tamen non erit Canonicus ejuſdem Eccleſiæ, nec vocem habebit in Capitulo, nec erit de Capitulo, quamvis ſtallum habebit in Choro, illum ſcilicet, quem Anteceſſores ſui Inſulenſes Præpoſiti in Brugenſi Eccleſia habuiſſe noſcuntur.

Ut autem hæc perpetuam habeant firmitatem, ordinamus, ut Præpoſiti & Capitula prædictarum Eccleſiarum de Inſula & de Brugis, præſentibus Litteris Sigilla ſua adponant; & Nos eaſdem litteras Sigillorum noſtrorum appenſione fecimus conſignari.

Partes quoque communiter tenentur ſupplicare Domino Tornacenſi, quatenus pro bono pacis dictam Ordinationem confirmare dignetur.

Nos igitur B. Præpoſitus, C. Decanus, & Capitulum Beati Petri Inſulenſis, ſecundum dictum arbitrium præſentibus litteris Sigilla noſtra duximus apponenda, dicto anno Domini M. C. C. XXX. octavo, menſe Septembri. 1238.

Nos igitur Ordinationem prædictam pro bono pacis utriuſque Eccleſiæ attendentes eſſe factam, eandem ad petitionem ad nos Miſſorum pro ipſa Ordinatione confirmanda, approbamus, & Authoritate pontificali communimus.

Datum anno Domini M. C. C. XXX. octavo, menſe ſeptembri. 1238.

Præpoſitus Inſulenſis ratione Præbendæ quam habet in hac Eccleſia, percipit hodieque bona in Aerdenbourg & Weſt-Capella. Item Epiſcopus Brugenſis quædam bona Inſulis.

CAPUT CXXIII.

Raſo de Fontinella, vulgo Borneken, fundat ac dotat Abbatiam de Roſis, vulgo Ten Rooſen, Monialium Ord. Ciſtercienſis apud Aloſtum, in Diœc. Mechlin. anno 1239.

Ex Chartis Abbatiæ.

UNiverſis præſens ſcriptum viſuris, Frater J. dictus Abbas de Bodelo, Soror Jutta dicta Abbatiſſa de Roſa S. Mariæ Ordinis Ciſtercienſis, æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod Dominus Raſo de Fontinella, Miles, Oliverius, Daniel, & Raſo, filii dicti Militis in præſentia noſtra conſtituti, Divinæ remunerationis intuitu, omnia, quæ poſſidebant in terris, ſilvis, pratis, reditibus, decimis, ſive rebus mobilibus, in Parochiis de Aloſt, de Morſele, de Bardegem de Mazenſele, de Bruggen, de Hadinchem, & de Wiſe, ſivè in locis aliis, dictæ Abbatiſſæ J. nominatæ de Roſa Beatæ Mariæ Ordinis Ciſtercienſis, in eleëmoſynam contulerunt liberè & pacifictè ſine omni calomnia in perpetuum poſſidenda.

Tali conditione, quod dicta Abbatiſſa, in loco qui Fontinella vocatur, Monaſterium, debeat ædificare, ubi magis dictæ Abbatiſſæ & Conventui viſum fuerit expedire; ita tamen, quod dictum Monaſterium, de loco qui Fontinella dicitur, non debeat, vel poſſit aliquatenus removeri, niſi de conſenſu prædictorum.

Teſtes Baldoinus Caſtellanus in Aloſt.
Henricus Presbyter de Moorſele.
Gerardus dictus Canis.
Johannes Clericus de Bardenghem.
Johannes Clericus de Moorſele.
Johannes dictus Scultus.
Sygerus de Curia.
Magiſter Simon de Aloſt.
Bernardus de Walſeboſch.
Frater Gerardus Clericus,
Et Soror Margareta ejuſdem Domûs,
Et Soror Mathildis de Rameia, Moniales.

Ut autem hoc firmum, & inconcuſſum permaneat, patentes litteras Sigillo Domini Clarevallenſis Abbatis, & Sigillis noſtris duximus muniendas.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo nono.

Abbatis B. M. V. de Roſis, Virginum Ordinis Ciſtercienſis, fundatorem agnoſcit Raſonem de Fontinella, vulgo *Bornekem*, anno 1239, ut patet ex hoc Diplomate. Fuerat primò fundata in Parochia de Moorſſele, Aloſtum inter & Tenenamundam: inde verò tranſlata in vicum de Meylbeecke ſub diſtrictu Parochiæ Aloſtanæ; & hinc in locum, ubi etiamnum ſita eſt. Vide infrà aliud Diploma ad annum 1256, ubi de prædicta Tranſlatione agitur.

CAPUT CXXIV.

Fundatio Hoſpitalis Comitiſſæ Inſulis à Thoma & Johanna Comitibus Flandriæ confirmatur, anno 1239.

Ex Archivis Hoſpitalis.

THomas Flandriæ & Hannoniæ Comes, & Johanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Deſiderio deſideramus ardenter, ut Hoſpitale quod apud Inſulam juxta Domum noſtram in uſus pauperum infirmorum lecto decumbentium ad honorem ſanctæ Mariæ fundavimus, laudabiliter & ſecundùm Deum futuris temporibus gubernetur.

Quocirca de conſilio proborum virorum duximus ſtatuendum, quòd nos & ſucceſſores noſtri, qui ad ſuſtentationem & promotionem ejuſdem Hoſpitalis ſemper erimus obligati, ſingulis annis ante feſtum ſancti Johannis Baptiſtæ unam perſonam Eccleſiaſticam ſubſtituemus loco noſtri. Et Capitulum ſancti Petri de Inſula unum Presbyterum Canonicum ſuum, quem nos & ſucceſſores noſtri poſtulabimus, nobis concedere tenebitur, & ſubſtituere loco ſui. Et illi duo quolibet anno inſtituti erunt Proviſores Hoſpitalis in his quæ ad officium ipſorum pertinebunt: Si verò ante feſtum S. Johannis Baptiſtæ novos Proviſores non accepimus, illi qui uſque ad feſtum S. Joannis fuerunt, manebunt Proviſores, donec in ſequenti anno ante feſtum ſancti Johannis novos inſtituerimus Proviſores.

Proviſores Hoſpitalis.

Ad officium verò Proviſorum ſpecialiter pertinebit inſtituere de conſilio Abbatis de Laude Magiſtrum in ipſo Hoſpitali reſidentem, & de conſilio ejuſdem Abbatis eumdem Magiſtrum deſtituere ſi inveniatur manifeſtè culpabilis, negligens vel remiſſus. Magiſter autem inſtitutus, ſi non ſit Presbyter, debet quam citiùs poterit in Presbyterum promoveri, qui habebit plenam adminiſtrationem in temporalibus Hoſpitalis. Omnia tamen majora negotia de conſilio Proviſorum facere tenebitur, & de conſilio antiquorum & diſcretorum Fratrum & Sororum Hoſpitalis, vel majoris partis ipſorum. De conſilio quoque prædictorum Proviſorum; vel alterius ipſorum, ac de conſilio Fratrum & Sororum, Magiſter recipiet Fratres & Sorores, ſed non plures quàm exigat neceſſitas Hoſpitalis.

Magiſter Hoſpitalis.

De conſilio etiam eorumdem Magiſter aſſumet ſibi Capellanos & Clericos, ſed non plures quàm ſufficiant Hoſpitali. Capellanos autem & Clericos canonicè non inſtituat, niſi in Hoſpitali habitum Religionis aſſumant. Capellani tamen & Clerici, qui Religioſum habitum non acceperint, quamdiu manebunt in Hoſpitali, uſum Hoſpitalis obſervabunt, ferentes exteriùs ſuperpellicia, ſivè nigras cappas.

Proviſores etiam cum Abbate, die ad hoc de conſcientia Abbatis ſtatutâ, debent bis vel ſemel in anno in præſentia Magiſtri & Fratrum & Sororum viſitationem facere, & audire computationem de expenſis Hoſpitalis & receptis per annum, corrigentes quæ invenerint corrigenda. Nec ad inſtitutionem vel deſtitutionem Magiſtri, vel ad viſitationem faciendam debent procedere, vel diem aſſignare, niſi ſciente ipſo Abbate. Si autem die ſtatutâ Abbas non venerit, nec pro ſe miſerit, Proviſores ad prædicta tractanda poſſunt procedere. Sed ſi inter ſe diſcordes fuerint, oportebit quòd Abbatis præſentia expectetur; & tunc ſtandum erit ſententiæ Proviſoris illius qui Abbatis conſilio adhærebit.

Officium Capellanorum.

Capellani autem & Clerici Horas & Miſſas in ipſo Hoſpitali coram infirmis cantabunt congruo tempore ad commodum Hoſpitalis. Et omnibus ſanis & infirmis in ipſo Hoſpitali & infrà ambitum ipſius jacentibus, vel manentibus, in vita ipſorum Capellani Hoſpitalis omnia jura Chriſtianitatis exhibebunt.

Regula quoque vivendi ad petitionem noſtram inſtituetur in Hoſpitali per Dominum Epiſcopum Tornacenſem: Quam Regulam prædicti Proviſores facient firmiter obſervari.

Magiſter quoque manere tenebitur infra ambitum Hoſpitalis, & Capellani cum ipſo, nec pro propriis negotiis exire poterunt ultra duos dies vel tres, niſi de licentia Proviſorum.

Præcipua autem & principalis ſit intentio omnium, ut plurimi infirmi pauperes libentiſſimè recipiantur ibidem & charitativè eis neceſſaria miniſtrentur. Et maximam ſemper curam & ſollicitudinem Capellani, Fratres & Sorores exhibeant erga infirmos pauperes in his quæ ad ſalutem pertinent animarum ſuarum; ut ſcilicet diligenter audiantur confeſſiones eorum, & frequenter ſalutaria monita fiant cis. Ut autem jus Parochiale perſonis & Eccleſiæ ſervetur illæſum, dabit ibidem Hoſpitale quolibet anno Theſaurario S. Petri viginti ſolidos; primo Capellano Capellæ S.

De Jure Parochiali

lariæ ſimiliter viginti ſolidos; ac Presbytero Canonico Proviſori Hoſpitalis quadraginta ſolidos, medietatem in feſto S. Remigii, & aliam medietatem in Paſcha. Et ſic oblationum quæ in Hoſpitali ad manus Presbyterorum offeruntur ad Miſſas, medietas erit ipſius Hoſpitalis, & alia medietas erit Capituli S. Petri.

Corpora Capellanorum & Clericorum, & Fratrum & Sororum Hoſpitalis (Miſsâ in Hoſpitali cantatâ) deferentur poſt Primam S. Petri cum Proceſſione ejuſdem Eccleſiæ ad Eccleſiam ſancti Petri, & eorum exequiæ in Conventu fient ibidem, & cum ſolemnitate debita ſepelientur in Cemeterio ſancti Petri. Corpora autem eorum qui erunt de familia Hoſpitalis & qui manebunt infra ambitum Hoſpitalis, Presbyter Parochialis ante primam ſancti Petri ducet ad Eccleſiam S. Petri, & eorum exequias ibidem faciet, & ſepeliet eos in Cemeterio ſancti Petri; niſi alibi ſepulturam elegerint; jure Parochiali in omnibus ſemper ſalvo. Pauperum verò corpora unus Capellanus, Miſsâ in Hoſpitali cantatâ, ducet ad locum ſepulcri, & ſepeliet in Cemeterio Apoſtolorum, vel alio quod ad hoc præparare proponimus ſpeciale.

Præterea Magiſter, Fratres & Sorores Hoſpitalis, poſſeſſiones antiquas ſen redditus antiquos ad proprietatem ſeu juriſdictionem Eccleſiæ ſancti Petri ſpectantes, vel decimas in Perſonatu eorum jacentes, ſine voluntate & aſſenſu ejuſdem Eccleſiæ numquam acquirere poterunt, nec etiam obtentu alicujus Privilegii ſuper his impetrati, vel impoſterùm impetrandi. Et ſi aliqua decima jacens in Perſonatu ſancti Petri ſit venalis, nullum pro ea penitus ex parte Hoſpitalis precium offeretur, niſi de conſcientia Capituli S. Petri: hoc ſemper ſalvo, quòd de outrimentis animalium ſuorum, de hortis ac pomeriis ſuis decimas Hoſpitale non perſolvat, prout & fuerit ab Apoſtolicâ Sede conceſſum.

Si quæ verò terræ in fundo S. Petri jacentes in puram eleëmoſynam datæ fuerint Hoſpitali, infrà annum eas laïco vendere tenebitur: niſi eas de aſſenſu ejuſdem Eccleſiæ ulteriùs tenuerit, & pro ſe ipſi Eccleſiæ Laïcum ſubſtituerit, pro jure ejuſdem Eccleſiæ in omnibus conſervando. Si qua etiam decima jacens in Perſonatu S. Petri à Laïco poſſeſſa, in poram eleëmoſynam ſine dolo & fraude collata fuerit Hoſpitali, Capitulum ad hoc benignum adhibebit aſſenſum; ita quòd infra annum pro qualibet libra redditûs de eadem libra provenientis, Capitulum dabit decem libras pecuniæ Hoſpitali.

Præterea Magiſter quàm citò erit à Proviſoribus inſtitutus, eum iiſdem Proviſoribus vel cum ipſorum litteris veniet ad Præpoſitum & Capitulum ſancti Petri, fidelitatem juraturus eiſdem, & de manu Præpoſiti, ſi præſens fuerit, vel, ſi Præpoſitus abſens fuerit, de manu Decani, cum libro recepturus officium Hoſpitalis, & ibidem jurare tenebitur, quod ſine omni reclamatione ad dictum Proviſorem, prout ſuperiùs expreſſum eſt, proferendum, eedet à Magiſterio Hoſpitalis, & quòd bona fide ſervabit jura & Privilegia Hoſpitalis.

Præter hæc autem quæ diximus, Hoſpitale prædictum non obligabitur Eccleſiæ Sti. Petri ad aliquod obſequium ſeu ſervitium, nec juriſdictionem aliquam ultra id quod diſpoſitum eſt, univerſi vel ſinguli ſibi poterunt nomine Capituli vendicare, præter id quod ſpectat ad eos de jure communi.

Præfata verò omnia conſilio proborum virorum, & de aſſenſu Præpoſiti & Capituli Sti. Petri, ordinavimus; ſalvo in omnibus jure Domini Tornacenſis Epiſcopi; ita quòd in nullo per aliquid prædictorum præjudicetur juri ipſius, quin omne jus in ipſo Hoſpitali habeat ipſe Dominus Epiſcopus quod debet habere de jure.

In robur igitur & memoriam prædictorum præſentes Litteras ſcribi fecimus, & Sigillorum noſtrorum munimine roborari. Præfati quoque Præpoſitus, Decanus & Capitulum, de quorum aſſenſu prædicta omnia ordinata ſucrunt, eiſdem Litteris in Signum ſui aſſenſûs Sigilla ſua apponi fecerunt.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo trieſimo nono, menſe Septembris.

CAPUT CXXV.

Waltherus Epiſcopus Tornacenſis Fundationem præcedentem Hoſpitalis Comitiſſæ Inſulis confirmat anno 1246.

WAlterus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra quòd nos Ordinationem habitam & contentam in Carta præſentibus his litteris noſtris annexa, cui Cartæ Sigilla illuſtrium perſonarum Thomæ quondam Comitis Flandriæ & Hannoniæ & Johannæ Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſæ, & venerabilium virorum Brictii Præpoſiti & Capituli Eccleſiæ Sti. Petri Inſulenſis ſunt appenſa, ratam & firmam habentes, eam Auctoritate Pontificali confirmamus.

Actum anno Domini M. C. C. XLVI. menſe Martio.

CAPUT CXXVI.

Henricus III. Rex Angliæ recenſet atque confirmat circa annum 1240 prædia decimas ac Privilegia Prioratûs de Levesham in agro Cantiano ac Archiepiſcopatu Cantuarienſi in Anglia; qui Prioratus pertinebat ad Abbatiam S. Petri Ord. S. Ben. juxta Gandavum.

Ex Monaſt. Anglicano. Vide ſupra pag. 13.

HEnricus Dei gratiâ Rex Angliæ, Radulfo Archiepiſcopo, & Rogero Epiſcopo Sarum, & Vicecomitibus de London, & de Kent, & omnibus Baronibus & Miniſtris ſuis Francis & Anglis de London & Kent ſalutem.

Præcipio, quod Abbates & Monachi de Sto. Petro de Gant habeant & teneant manerium ſuum de Levesham & de Grenewico, cum Eccleſiis ſuis & cimiteriis, cum decimis & omnibus terris & reditibus eiſdem Eccleſiis pertinentibus, & cum decimis de Andredeswald, cum conſuetudinibus & redditibus ſuis & cum omnibus aliis appenditiis ſuis, ſicut Cartæ Regum Edwardi & Willielmi patris mei teſtantur, & cum terra infra Lond. de Weirmanacra quæ pertinet ad eandem Grenewiz, cum Faka & Sokna, Tol & Tbeam & Infangenethef, & cum omnibus aliis conſuetudinibus, legibus, & libertatibus ſuis & Wervagio ſuo *Bi Lande & bi ſtrande*, & ſint quieti de placitis & querelis & ſyris & hundredis, in burgo & extra, in aqua & extra, in buſco & in plano, ita bene & plenè liberè & honorificè, ſicut unquam melius tenuerunt tempore Regis Edwardi & Willielmi patris mei, & fratris mei & meo poſtmodum.

* Id eſt, per terram & aridam.

Et precipio, quod habeant decurſus aquarum ſuarum ubi voluerint, & piſcarias ſuas & ſtagnum & paludes & volatilia ſua infra ambitum villæ. Et de molendinis ſuis quæ ſunt ſuper terras ſuas, & de theloneis ſuis & menſuris annonæ ſuæ & ſerviſiarum ſuarum de omnibus Miniſtris meis firmam pacem meam habeant. Ita quod nulli reſpondeant niſi Abbati & Monachis.

Et habeant in eadem villa ſua Huderam ſuam liberam & quietam; & omnes qui ibi advenerint faciant Abbati & Monachis eaſdem conſuetudines omnes quas facere ſolebant tempore Regis Edwardi & tempore Prædeceſſorum meorum. Et præcipio, quod habeant Warennam ſuam in eadem villa liberam & quietam; ita quod nullus in ea leporem vel aliam beſtiam fuget niſi per Abbatem & Monachos.

Et prohibemus, ne ſuper hiis de hac eleëmoſyna mea aliquis eis injuriam vel contumeliam ſive torturam amodo faciat, ſuper foris-facturam decem librarum.

T. Roberto Comite de Mell,
Et Willielmo Comite Warenne,
Et Wilhelmo de Albiniaco,
Et Roberto filio Suem de Eſſex,
Et ..... Lond. apud Weſtmon.

CAPUT CXXVII.

Wilhelmus & Ægidius de Bethunia fundant ac dotant Abbatiam Pontis-Rohardi, Monialium Ord. S. Aug. è Congregatione S. Victoris, Ipris, anno 1240.

Ex Archivis Abbatiæ.

EGo Willielmus de Bethunia, Dominus de Molembeka, & Eliſabeth Domina de Poote-Rohardi, Uxor mea: Notum facimus univerſis præſentium notitiam habituris, quod nos, de aſſenſu & voluntate Ægidii filii noſtri primogeniti, in perpetuam contulimus eleëmoſynam Monialibus Plantationis B. Mariæ juxta Pontem-Rohardi liberam poteſtatem fodiendi, comportandi & parandi turbas in moro noſtro de Houthen, quantumcumque poterunt per evectionem unius navis comportare.

Et ut dicta eleëmoſyna noſtra eiſdem Monialibus ad plenorem profectum proveniat, contulimus ipſis in eodem moro unam menſuram terræ ad turbas earumdem deſiccandas & ad *Slag-haud* faciendum, in quo poſſint turbas ſuas comportare & pro commodo ſuo præparare.

Et ut hæc eleëmoſyna rata permaneat in perpetuum, præſens ſcriptum Sigillorum noſtrorum, & ſupra-dicti Ægidii filii noſtri primo-geniti munimine fecimus ſigillari.

Actum anno Domini milleſimo decenteſimo quadrageſimo, menſe Aprili.

Digitized by Google

II. DIPLOMA.

EGo Ægidius de Bethunia, Dominus de Molembeka, Eliſabeth Uxor mea. Notum facimus omnibus præſentem Paginam inſpecturis, quod nos reſignavimus in manus Thomæ Comitis Flandriæ & Hannoniæ & Joannæ Uxoris ejus, & ad plenam legem contulimus pro ſalute animæ Nobilis Viri Williermi de Bethunia Patris mei, & ad ſatisfaciendum ejus extremæ voluntati, ad opus Eccleſiæ novellæ Plantationis B. Mariæ juxta Pontem-Rohardi, decem libras annui redditûs de 30 libratis terræ jacentis in Parochia S. Petri de Bergis juxta Muldic, quas contra Stephanum de Billeca emimus in perpetuum, & à dictis Thoma & Joanna ejus Uxore in feodum tenemus &c.

Datum anno Domini M. C. C. XLIII. menſe Martio.

III. DIPLOMA.

EGo Ægidius de Bethunia, Dominus de Molembeka, & Eliſabeth Uxor mea, univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in eo qui eſt ſalus omnium. Noverit univerſitas veſtra, quod nos per conſenſum & aſſenſum dilectiſſimi Domini noſtri Viri Nobilis Roberti Advocati Atrebatenſis, Bethunienſis & Teneremondenſis Domini, Eccleſiæ novellæ Plantationis B. Mariæ juxta Pontem-Rohardi XXVI. libras & XIII ſolidos & IV. Denarios Artigienſes annui redditûs jacentis in Suenkerka & Dudſelle, cùm reliquis ad dictum redditum ſpectantibus, quæ omnia à dicto Roberto in feodum poſſidemus, pro 288 libris ejuſdem Monetæ legitimè vendidimus, & à dicta Eccleſia pecuniam prænotatam recepimus, facientes quidquid ad legitimam venditionem facere competebat &c.

Actum anno Domini M. C. C. XLV. menſe Maio.

IV. DIPLOMA.

EGo Robertus Advocatus Attrebatenſis, Bethunienſis & Teneremondenſis Dominus, univerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in vero ſalutari. Noverit univerſitas veſtra, quod dilectus Conſanguineus noſter Egidius de Bethunia, Dominus Molembekæ, Miles, XXVI. libras & XIII. ſolidos & IV. denarios annui redditûs jacentis in Suenkercke & Dudſele, quas à Nobis tenebat in feodum, cum reliquis ad dictos redditus ſpectantibus, Eccleſiæ novellæ Plantationis B. Mariæ juxta Pontem-Rohardi vendidit pro 288 libris Artigienſibus, & ad opus Eccleſiæ memoratæ in manus noſtras eadem bona werpivit & effeſtucavit, faciens quidquid ad legitimam venditionem facere competebat &c.

Nos igitur dicta bona à prænominato Ægidio & Eliſabeth ejus Uxore, in manus noſtras legitimè reportata, Eccleſiæ prænominatæ contulimus jure hereditario poſſidenda; & Venditioni prædictæ conſenſum noſtrum attribuimus & aſſenſum; ab omni dominio & jure feudali eadem bona abſolvimus; & tanquam Dominus Superior, in perpetuum quittamus &c.

Actum & datum anno Domini M. C. C. XLV. menſe Maio.

In Obituario Monialium Pontis-Rohardi Ipris notantur ſequentia.

II. Idus Januarii. Commemoratio Anniverſarii illuſtris Viri, D. Wilelmi de Bethunia quondam Domini de Ponte-Rohardi, nec non Nobiliſſimæ Uxoris ſuæ, Fundatorum Eccleſiæ. † obiit anno 1243.

XIV. Kal. Februarii. Anniverſarium duplex illuſtris ac nobilis dilectæ, & Sororis noſtræ ad ſuccurrendum, Eliſabeth Dominæ de Ponte-Rohardi. Quæ ob dilectionem & amorem præcipuum, quem ad nos & Ordinem noſtrum præ aliis Ordinibus habebat, à Primiacenſi Eccleſia per Venerabilem Patrem Petrum Dei gratiâ Morinenſem Epiſcopum ſex Sorores Deo devotas, & zelo Religionis & juſtitiæ plenas advocari in hujus erectione nidduli provocavit. Quas per 35 annos verbis dulciſonis & conſolationibus aſſiduis nutriendo, adverſus omnes in earum defenſione quaſi murum ſe viriliter erigebat.

Hæc autem lucerna patriæ, noverca malitiæ, extirpatrix malorum, conſolatrix miſerorum, devota Deo, quaſi Anna altera in ætate adhuc ſenili faſtidio non vexata, jejunio & obſecrationibus aliiſque bonis operibus intenta, Domino ſedulum obſequium exhibebat.

Et quia omnia & ſingula bona per ipſam tam in vita quam in morte nobis facta, difficile eſſet omnibus enarrare, tum pro conſtructione novellæ Eccleſiæ noſtræ & Dormitorii noſtri, tum pro reparatione officinarum noſtrarum, cum 26 libris & 13 ſolidis, quas nobis in territorio Brugenſi hereditarié aquiſivit, circa 1500 libras in ſicca & numerata pecunia nobis liberaliter erogavit. Hujus autem Anniverſarium quantò poteſt ſolemnius fiat, & commendatio ante Miſſam ab omnibus dicatur: habeantque Sorores pro plenaria refectione LX. ſolidos ad reditum noſtrum in Brugenſi Territorio aſſignatos.

Idus Aprilis. Anniverſarium ſolemne dilecti & familiariſſimi nobis Domini Nicolai, quondam S. Martini * Brugenſis Eccleſiæ Presbyteri, qui ob amorem quem ad Ordinem noſtrum in honeſtate habitûs aliiſque obſervantiis & diverſis inſtitutionibus præ quibuſdam aliis Ordinibus præferendum habebat, Virum Nobilem D Guillelmum de Bethunia, unà cum Illuſtri Domina Eliſabeth, uxore ſua Domina de Ponte-Rohardi, exhortationibus, monitionibus, conſiliiſque ſalubribus ad hoc induxit &c. * Lege Bergenſis.

XIX. Kal. Septembris. Anniverſarium ſolemne D. Guidonis Kieret Militis, & Domini de Ponte-Rohardi.

X. Kal. Septembris. Anniverſarium duplex Wilielmi de Bethunia Domini de Ponte-Rohardi, fundatoris Eccleſiæ, & Fratris noſtri ad ſuccurrendum.

CAPUT CXXVIII.

Joanna Comitiſſa Flandriæ fundat ac dotat Begginagium Cortracenſe, anno 1241.

Ex Archivis Cortrac.

Oanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod domum quandam, quam in villa Cortracenſi à Dignardo de Halla ad opus Begginarum, ad præſens ibidem commorantium, & in poſterum venientium, emimus, eiſdem Begginis liberè & abſolutè contulimus perpetuò poſſidendam.

Et ne præfatæ Begginæ ſuper dicta domo in poſterum aliquam ſentiant controverſiam, prædictam domum poſuimus in manus Magiſtri Hoſpitalis noſtri Inſulenſis: ita quod ſi aliquis prædictas Begginas ſuper memorata domo in poſterum moleſtare præſumpſerit, idem Magiſter Hoſpitalis hoc debet referre Domino terræ, qui præfatam domum ſæpedictis Begginis debebunt garrandare.

Et licet ſupra dictam domum poſuerimus in manus Magiſtri memorati, nolumus tamen ut ipſe, vel prædictum Hoſpitale in prænominata domo ullum jus poſſit acquirere ſibi vel habere.

Ut autem hæc Donatio firma & ſtabilis permaneat, præſentem Paginam ſigillo noſtro fecimus corroborari.

Datum anno Domini M. CC. XLI. menſe Februario.

CAPUT CXXIX.

Abbatia Monialium Ordinis Ciſterc. quæ nunc eſt Brugis, & Sparmalia *dicitur, ex loco de* Hunkevliet, *propè Neoportum, in quo fundata fuerat, transfertur in Parochiam de Syſſeele, juxta Brugas anno* 1241; *conſentiente Capitulo B. M. V. Brugis*

Vide Miræi Diplom. pag. 1325.

Univerſis Chriſti Fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, Egidius Magiſter, W. Filius Ghiſelini Sti. Donatiani, & Magiſter R. Stæ. Mariæ in Brugis Canonici, ſalutem in Domino.

Univerſitati veſtræ notum facimus, quod cùm Viri venerabiles Lambertus Præpoſitus & Capitulum Stæ. Mariæ in Brugis divinâ moti pietate conceſſerunt Monialibus de Hunkevliete, ut apud Sparmalliam in Perſonatu ſuo, videlicet in Parochia de Zieſele Eccleſiam ſibi poſſint ædificare, quæ ſui Ordinis Privilegia & ſtatuta requiruot, ſalvo jure ſuo & Eccleſiæ Matricis: Tandem dicti Præpoſitus & Capitulum & H. Presbyter de Zieſele ex una parte, & dicta Abbatiſſa & Conventus ex altera in nos compromiſerunt ſuper recompenſatione juris dampnorum prædictorum imminentium Eccleſiæ S. Mariæ & Eccleſiæ de Zieſele, ſub pœna centum librarum Flandrenſium parti obſervanti arbitrium à parte reſiliente ab arbitrio ſolvendarum; ita quod quidquid per nos tres concorditer, vel per Ægidium ſolum fuerit ordinatum, inviolabiliter à partibus obſervetur, ſub pœna prædicta.

Nos igitur ſuſcepto in nos dicto Arbitrio; habitâ deliberatione competente de bonorum virorum conſiliis ſic duximus ordinandum: videlicet quod dictæ Abbatiſſa & Conventus de Hunkevliete apud Sparmalliam in Parochia de Zieſele & in Perſonatu Btæ. Mariæ de Brugis pro ſuæ voluntatis arbitrio ædificent, Divina celebrent, oblationes recipiant & omnia alia faciant, quæ ſui Ordinis Privilegia & Inſtituta requirunt. Salvo eo quòd in Parochia de Zieſele nullas Novalium terras ad culturam redigant, abſque Præpoſiti & Capituli licentia ſpeciali: nec corpora Parochianorum de Zieſele ad ſepulturam in Monaſterio ſuo recipiant, niſi prius delata fuerint ad Parochiam de Zieſele, & Miſſa ibi ritè celebrata, niſi aliter de conſenſu Presbyteri fuerit ordinatum.

Præterea ordinamus, ut dictæ Abbatiſſa & Conventus pro univerſis dampnis reſiduis Eccleſiæ Beatæ Mariæ in Brugis decem ſolidos annui redditûs, & Presbytero de Zieſele XL. ſolidos ſimiliter annui redditûs in perpetuum aſſignent. In cujus facti memoriam præſentes Litteras Sigillis noſtris fecimus ſigillari.

Actum anno Domini M. C. C. quadrageſimo primo, menſe Auguſto.

CA-

CAPUT CXXX.

Abbatia Monialium Ord. Ciſtere. quæ nunc eſt Brugis, & Vallis-Cæli, vulgò s'Hemelſdaele nominatur, primitus fundatur in Parochia de de Eeſſene, Diœceſis Iprenſis anno 1242; conſentiente Capitulo S. Donatiani Brugis.

Ex Archivis Eccl. Cath. Brugis.

UNiverſis Chriſti fidelibus tam præſentibus, quam futuris, Nos Ægidius Præpoſitus S. Petri Duacenſis, & Mgr. Jacobus dictus Schotelaere Canonicus Sti. Donatiani in Brugis, notum facimus, quod cum Mgr. Theodoricus Presbyter Parochialis de (1) Eſna contradiceret Monialibus Ciſtercienſis Ordinis fundare Eccleſiam & conſtruere Abbatiam in loco qui dicitur *Heed* ſito infrà eandem Parochiam, aſſerens ſi ibidem Monaſterium conſtruatur, non tantum in præſens dampnum ſui, verum etiam in præjudicium non modicum juris Parochialis quoad omnes Succeſſores ſuos debere redundare.

Tandem precibus & inſtantiâ illuſtris Dominæ Joannæ Flandriæ & Hainoniæ Comitiſſæ, idem Th. Presbyter de Eſna pro ſe & pro Succeſſoribus ſuis de aſſenſu Decani & Capituli Sti. Donatiani Brugenſis Patronorum Parochiæ de Eſna, & dicta Illuſtris Domina Joanna Comitiſſa pro Monialibus præfati loci ſub pœna XL librarum Flandrenſium promiſerunt, quod Ordinationi noſtræ ſtabunt ſuper dicta controverſia, & eandem Ordinationem quam duximus faciendam bonâ fide obſervabunt, & in perpetuum obſervari facient, prout in Litteris hinc inde confectis plenius continetur.

Nos igitur arbitrio in nos ſuſcepto, ſic pronunciando ordinamus: Moniales de Heed liberè recipiant ad ſepulturam omnes illos qui apud Eccleſiam illarum elegerint ſepeliri: primo tamen corpus ſui Parochiani deferri debebit ad Eccleſiam Parochialem de Eſna, & ibidem prima Miſſa pro defunctis ſollempniter celebretur. Quâ celebratâ, corpus deferri poterit ad dictum Monaſterium ſecundum præordinatam diſpoſitionem defuncti tumulandum.

Item tricenaria & anniverſaria Parochianorum de Eſna qui ibidem elegerint ſepulturam, in matrice Eccleſia Parochiæ de Eſna tantum celebrari debebunt. Si verò Amici & propinqui defuncti illa in Monaſterio de Heed celebrare petierint, hoc fieri debebit: ſed omnes oblationes de tricenariis & anniverſariis ibidem provenientes Presbytero Parochiali integraliter conferantur.

Adhæc eædem Moniales neminem de familia propria ad ſepulturam recipere poterunt, niſi ſint Converſæ vel Converſi, vel illi qui dicuntur familiares. Sed hiis exceptis tota earum familia obnoxia manebit Presbytero de Eſna pro jure Parochiali, niſi forte aliquis de hujuſmodi familia ſepulturam apud Monaſterium elegerit; & tunc idem obſervandum erit, quod ſupra dictum eſt de aliis Parochianis de Eſna.

Præter iſta pronunciando injungimus Monialibus, ut certum redditum annuum XL. ſolidorum Flandrenſium aſſignent ad opus Presbyteri Parochialis de Eſna, pro recompenſatione totius juris Parochialis reſidui ſupra nominati perpetuo recipiendum. Quâ aſſignatione redditûs factâ, volumus ut partes hanc Ordinationem noſtram & dictum redditum à Vener. Patre Epiſcopo Morinenſi impetrent confirmari: & ex tunc poterunt Moniales liberè Eccleſiam conſtruere, & eandem facere conſecrari, & cimeterium inſtitui & benedici.

Prædicta igitur omnia & univerſa præcipimus inviolabiliter obſervari à partibus, ſubpœna in Compromiſſo aſſignatâ. Et hanc Ordinationem noſtram partes approbando acceptarunt.

Actum publicè anno Domini M.C.C.XLII. Menſe Junio, Sabbatho ante Feſtum B. Johannis Baptiſtæ.

(1) ESNA; vulgo *Eeſſene* Parochia Diœceſis Iprenſis, ſub Decanatu Dixmudano, de Jure Patronatûs Capituli Cathedralis S. Donatiani Brugis.

Fuerunt hic poſita ab anno 1237 prima fundamenta Abbatiæ Vallis Cœli Monialium Ciſtercienſium quæ vulgo *s'Hemelsdaele* dicitur, per Nobilem Dominam Eliſabetham viduam Balduini de Steenvoorde Militis; quæ partem notabilem bonorum ſuorum eum in finem tradidit Abbatiſſæ de Marketta juxta Inſulas; cujus Moniales primam huic Parthenoni Inſtitutionem dedêre.

Anno 1266 varia huic Abbatiæ bona conceſſa fuere per Guidonem & Margaretam Comites Flandriæ, quæ antea pertinuerunt ad Michaelem de Torhout Virum nobilem, & Margaretam le Maide ejus Conjugem; tunc autem pro media parte Fiſco Comitis adjudicata, propter delictum dictæ Margaretæ, quæ Virum ſuum occiderat. Vide Diplomata inferiùs.

Anno 1293 Moniales Vallis-Cœli tranſierunt in Parochiam de Werckene, Diœceſis Brugenſis propè Dixmudam, in locum ubi ante habitaverant Moniales Clariſſæ Ord. S. Franciſci; quæ inde tranſierunt in Peteghem propè Aldenardam. Vide infrà.

Tandem anno 1671 poſt varias viciſſitudines, Conventus earum qui erat Dixmudæ diruus fuit, ad ampliandas illius Oppidi munitiones unde nunc Brugis fixum habent domicilium.

CAPUT CXXXI.

Hezelo & Henricus Milites de Capella S. Lamberti dotant Abbatiam Aquirienſem, vulgo Aywieres, *Monialium Ord. Ciſterc. in Gallo-Brabantia, anno* 1244.

Ex Archivis Monaſterii.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Quoniam parum eſt labenti memoriæ hominum, ea quæ firmitatem perpetuitatis requirunt, relinquere, niſi & ſcriptis & fidelibus commendentur, teſtium teſtimonio;

Inde eſt quod ego W. Nivellenſis Præpoſitus, univerſis tam futuris quam præſentibus, præſenti Paginâ notifico, quod Decimam quam Gozolo de Capella Miles, & xxvj. denarios tenebat à me in feodo, in manus meas ad opus Dominarum de Awiria Ciſtereienſis Ordinis reſignavit; quam videlicet Decimam, & denarios præſcriptos eiſdem Dominabus pro remedio animæ meæ, ad opus perpetuæ ſuſtentationis reportavi.

Ut autem prædicti Gozolonis reſignatio, & mea reportatio, firmitatis robur obtineant, præſentem Paginam ſigilli mei munimine dignam duxi roborari.

---

* Vulgo Chapelle S. Lambert.

UNiverſis præſens ſcriptum inſpecturis, Ego Henricus dictus Miles de *Baſilica ſancti Lamberti juxta Lanche, & Henricus unigenitus meus, cognoſcere veritatem. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod nos cauſis, clamoribus, calumpniis, & omni juri terræ, nemoris, & Decimæ in quibus dicebamus adverſus Domum Awiriæ nos jus habere, omnibus renuntiavimus, & ea Domui Awiriæ liberè & abſolutè in eleemoſynam quittavimus, & aſſumpto libro, coram Abbatiſſa & Conventu, ego & Henricus filius meus, ſuper Altare Beatæ Mariæ de Awiria, reportavimus, & quia ſigillum non habemus, ſigillo Domini Caſteliani Bruxellenſis, præſentem Paginam ad preces noſtras fecimus roborari.

Anno Incarnationis Domini M. CC. XLIV. menſe Auguſto, in die beati Bartholomei Apoſtoli.

Teſtes autem hujus rei,

Dominus Boſinus Miles de Othegnies,

Et Dominus Godefridus Miles frater ejus;

Et Dominus Godefridus Miles de Ruxanfart,

Et Dominus Henricus dictus Bavenchiens,

Joannes Lanch,

Joannes filius Domini Boſini de Othegnies.

CAPUT CXXXII.

Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa recenſet atque confirmat poſſeſſiones Abbatiæ Dunenſis Ord. Ciſt. anno 1245, *quæ tunc ſita erat prope Furnas; nunc autem eſt Brugis.*

Ex Chartulario Abbatiæ

EGo Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, notum facio univerſis tam præſentibus quam futuris, quod dilecti in Chriſto Filii & Viri Religioſi Abbas & Conventus de Dunis Ciſt. Ord. mihi humiliter ſupplicarunt, ut Privilegiis & Inſtrumentis eorum inſpectis, poſſeſſiones, libertates, & alia bona univerſa, quæ à Prædeceſſoribus meis, nec non ab aliis fidelibus per donationem, emptionem ſive alio juſto titulo acquiſierunt, cum iis quæ ſine ſcripto in præſenti poſſident digneter confirmare.

Ego vero eorum precibus inclinata, duos Viros diſcretos & litteratos, Ægidium Præpoſitum Sti. Petri Duacenſis, & Magiſtrum Jacobum dictum Schotelaere, Canonicos Sti. Donatiani in Brugis, deſtinavi ex parte mea ad dictam Eccleſiam de Dunis, ut Privilegia & Inſtrumenta ipſius Eccleſiæ inſpicerent, & de poſſeſſionibus & aliis bonis ab ea acquiſitis, ſive in ſcripto, ſive ſine ſcripto poſſeſſis inquirerent diligenter.

Ex quorum Virorum veridicâ relatione pro certo cognovi, quod poſſeſſiones & alia bona præſentia dictæ Eccleſiæ conceſſa, vendita & alio juſto titulo acquiſita, in ipſam Eccleſiam dudum ſunt tranſlata, & à Prædeceſſoribus meis & aliis Fidelibus confirmata.

Dictorum igitur Prædeceſſorum meorum & aliorum Fidelium Privilegia & Inſtrumen-

ta, quæ de poſſeſſionibus, libertatibus & aliis bonis ſuis prædicta Eccleſia de Dunis hactenus habuit, quia non cancellata, non abolita, nec in aliquâ parte vitiata mihi eſſe conſtat, Ego ob remedium animæ meæ & Prædeceſſorum meorum univerſa confirmo, & conſenſum meum eis adhibendo tata, firma, in perpetuum permanere decerno: poſſeſſiones quas in præſenti poſſidet dicta Eccleſia, ſive in Inſtrumentis contenta, ſive non, huic ſcripto inſerendo: Locum ipſum, in quo Abbatia ſita eſt, cum terra Dunarum, quantum propriis aratris excolere voluerint, & ad paſcua animalium ſuorum opus habuerint: hoc addito, quod infra 360 circiter virgas terræ Dunarum ab orientali parte Oratorii Monaſterii Dunenſis, & 240 circiter virgas ab occidente & ab aquilonari parte dicti Oratorii uſque ad mare, & ab auſtrali parte uſque ad finem dunarum, nullus excepto dicto Monaſterio animalia paſcere poſſit; & ſi fecerit, foreſto ſuper hoc aſſignato, ſcilicet de qualibet vacca, equo, vel jumento tres ſolidos, & de ore duodecim denarios, mea erunt.

Item grangiam de Sintenes, cum 850 circiter menſuris terræ, & cum aqua illa quæ venit à Sintenes & Mardica, & tranſit ſtuſam Sintinenſium. & ſic pergit ad mare, cum omni ſua piſcatione, qualitercumque homines illam effodere vel tranſmutare conati fuerint, à Mardica veteri uſque in Venechum, & à Rietvliet uſque in mare.

Item Curtem de Moer, cum 300 circiter menſuris mori cum fundo, & 120 menſuris terræ arabilis; item apud Vormoer 110 menſuras tam terræ quam mori cum fundo: item grangiam quæ dicitur (1) pomærium cum terris pertinentibus ad ipſam grangiam circiter 670 menſuris; apud Amanſwalle circiter 100 menſuras terræ; item grangiam de Alvotſidomo cum 700 circiter menſuris terræ ad ipſam grangiam pertinentibus; item grangiam de Hem cum 780 menſuris circiter terræ, & terram quæ dicitur Adeliſemland & continet menſuras circiter 80; item ad orientem Villæ quæ dicitur Nieuwpoort, menſuram in qua Domus de Dunis ſita eſt, cum appendiciis ſuis & 24 menſuris terræ; item omnes domos & menſuras quas Eccleſia de Dunis habet in diverſis Oppidis vel Villis Flandriæ; item apud Waetervliet 32 circiter virgas mori, latitudinis ad frontem cum terra adjacente & fundo prædicti mori de Waetervliet; item 470 circiter bonaria tam terræ quam mori cum fundo & omnibus pertinenciis ſive apud locum qui dicitur Lepe: item apud Zandum & Noorthof & Franckendicke, quæ grangiæ ſunt Eccleſiæ de Dunis. In Officio de Hulſt circiter 5600 menſuras terræ dicatæ, & 2400 menſuras terræ non dicatæ; & in eodem Officio morum cum fundo ipſius mori, qui continet 300 circiter menſuras in latitudine ad frontem, cum terra quæ dicitur vulgo *Noort-Oeſt* ad eundem morum pertinente.

Item 60 circiter libras Flandrenſes in cortis redditibus per Flandriam ſparſim jacentibus: item ad portas Abbatiæ de Dunis & grangiarum ejus 180 libras Flandrenſes in redditibus ad opus pauperum.

Præterea poſſeſſionibus & libertatibus & aliis juribus, quæcumque dictum Monaſterium de Dunis à Comitibus Hollandiæ & Nobilibus Zelandiæ vel ab aliis fidelibus in Zelandia juſto titulo acquiſivit, Ego Superior Domina terræ Zelandiæ conſenſum meum adhibeo, & omnia dicto Monaſterio confirmo.

Ad hæc, quia præfatum Monaſterium magnam patitur moleſtiam, & in brevi quaſi ex toto obrui poſſe videtur à ſabulo ſive arena volante de Dunis, niſi aliquo occurratur ei remedio; concedo eidem Eccleſiæ, ut ſpinas & runcos & nemora & virgulta plantare, eradicare, tranſplantare & ad voluntatem ſuam ſcindere, & in quoſcumque uſus quos ſibi expedire viderit, convertere poſſit, & omnibus modis quibus poterit, contra ſabulum ſive arenam ſe poſſit tueri & præmunire, & omnia alia facere quæ ei valeant & proſint ad ſabuli ſive arenæ incommoditatem vitandam.

Hæc autem omnia quæ præmiſſa ſunt, cum libertatibus, Privilegiis & aliis quibuſcumque bonis, quæ in præſenti poſſidet præfata Eccleſia de Dunis, præſenti Paginâ confirmo; ſed nullam juriſdictionem temporalem in hominibus ſæcularibus ſuper terras ipſius Eccleſiæ manentibus per hoc me conferre intelligo.

In hujus igitur Confirmationis & Collationis teſtimonium, præſentem Paginam ſæpedictæ Eccleſiæ contuli ſigilli mei munimine roboratam.

Acta ſunt autem præfata omnia per prænominatos duos Viros publicè in Monaſterio de Dunis ſupra dicto, anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto, menſe Decembri.

(1) POMERIUM, vulgo *Boſaerde*, Villa Abbatiæ Dunenſis, ſita propè Furnas, in qua ſolent hodieque Religioſi aliquot hujus Abbatiæ habitare, & curam bonorum gerere. Præerat his anno 1678 *Arnoldus Terraſſe*, Monachus Dunenſis, qui à Ludovico XIV. Galliarum Rege ſpeciali amicorum favore quamdam ſeparationem bonorum ſub dominio Gallicano ſitorum ſeque etiam in Abbatem Dunenſem per Audomarenſem Epiſcopum conſecrare obtinuit; tametſi Abbas legitimus Brugis reſidens à Rege Catholico nominatus fuiſſet ſed paulò poſt, curâ ac labore Abbatis Dunenſium Martini Collé propriam ac Monaſterii ſui cauſam Pariſiis agentis, pœnenſa iſta ſeparatio atque novi Abbatis electio irrita fuit Decreto Senatûs Regii, dato Verſalliis die 21 Julii 1683.

CAPUT CXXXIII.

Ordinatio Capituli S. Donatiani Brugis, pro Capellanis S. Baſilii, in Sacella ſacri Cruoris, ibidem, anno 1245.

Ex Archivis Eccl. Cath. Brugenſis.

Niverſis præſentes Literas inſpecturis, R. Decanus, Æ. Præpoſitus Duacenſis, J. Cantor, Canonici B. Donatiani in Brugis, æternam in Domino ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum Capitulum B. Donatiani in Brugis in Capellanos S B filii ejuſdem loci omnimodam juriſdictionem aſſereret ſe habere, dictis Capellanis negantibus; ſuper dicta juriſdictione & modo quo dicti Capellani deberent frequentare Chorum, inter eos queſtione ſubortâ, tandem pro bono pacis ſuper his dictæ partes in nos fide mediâ bine inde præſtitâ compromiſerunt.

Nos autem, lite ſuper his coram Nobis conteſtatâ, recepto à partibus calumpniæ juramento, factis poſitionibus hinc inde, & reſponſionibus ad illas receptis, teſtibus ab utraque parte productis & diligenter examinatis, omnibus ritè peractis arbitrando pronunciamus: quod dicti Capellani frequentare debent Chorum Beati Donatiani hoc modo: quod venire debent ad minus ad Primas, Veſperas, & ad Miſſam majorem uſque poſt Evangelium omnibus diebus Dominicis & omnibus Feſtis duplicibus, & ad proceſſiones eorumdem dierum, & ad Vigilias, omnes Commendationes & Miſſas animarum omnium Anniverſariorum ad quæ Refectoria ſunt inſtituta. Et per hæc venient ad Refectoria omnia extra Quadrageſimam, ſicut alii Eccleſiæ Capellani.

Inſuper inter illas partes arbitrando dicimus, quod dicti Capellani ſint & eſſe debent de juriſdictione Decani & Capituli communiter, ſicut Capellani Eccleſiæ ſecundum modum qui in Conſtitutione ſuper Juriſdictione Eccleſiæ editâ & ſigillata plenius continetur.

Et quod dicti Capellani quoad curam animarum ſubſint & ſubeſſe debent Domino Decano B. Donatiani. Si quid contra impetraverint, in irritum revocantes.

In pulſatione etiam Horarum & aliis reverentiam exhibeant Eccleſiæ B. Donatiani & ejuſdem perſonis.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras ſcribi fecimus, & ſigillorum noſtrorum munimine roborari.

Actum anno Domini M. CC. XLV. ſabbatho poſt Purificationem B. Mariæ Virginis.

Theodoricus Alsatius Flandriæ Comes, ejuſque Uxor Sibilla, in Caſtello ſeu Burgo Brugenſi Eccleſiam in honorem S. Baſilii Epiſcopi ædificarunt, quæ nunc ſacri Cruoris Domini dicitur, & in ea Capellanos quamor cum cuſtode collocarunt atque dotarunt. Quam dotem anno 1187. auxit Philippus ejus filius ac ſucceſſor. Vide Diploma & Notas apud Miræum pag. 552.

Dein anno 1388. Guilielmus de Normannis Epiſcopus Ancoritanus atque Adminiſtrator Tornacenſis, Theſaurum Sacro-Sancti Cruoris in eadem Eccleſia à ſe viſitatum fuiſſe teſtatus eſt, in præſentia plurimorum Epiſcoporum, Abbatum, & Nobilium. Vide rurſus Miræum in Supplemento pag. 1029.

De eodem preciofiſſimo Sanguine Tractatum Hiſtorico Theologicum typis edidit P. Petrus du Fay, Brugenſis S. T. D. Ord. FF. Prædicat. Brugis anno 1633. in 4.

CAPUT CXXXIV.

Innocentius IV. Pont. confirmat Abbatiæ B. M. de Camera Virg. Ord. Ciſt. juxta Bruxellam, Altare de Vilvordia, anno 1252; *de quo apud Miræum pag.* 581.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto Filiabus, Abbatiſſæ & Conventui de Camera Ciſtercienſis Ordinis, Cameracenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & juſtis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Quapropter dilectæ Filiæ, veſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, volentes Vobis gratiam facere ſpecialem, partem proventuum Eccleſiæ de Filefort, in qua majores Decimas Jure Patronatûs obtinetis, ad refectionem Monialium veſtrarum infirmarum (cum Rector modernus dictæ Eccleſiæ deceſſerit) Rectori futu-

ro

ro de bonis Eccleſiæ portione competenti reſervatâ, Vobis concedimus convertendam.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum... X Kal. Januarii... Pontificatûs noſtri anno nono.

CAPUT CXXXV.

Margareta Flandriæ Comitiſſa, donat Perſonatum de Hulſt (quod eſt munitum Flandriæ Oppidum) Capitulo B. M. V. Cortracenſis, anno 1252.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

* Vide Miræum pag. 1215.

MArgareta Flandriæ Comitiſſa univerſis &c. Noverit Univerſitas veſtra, quod cum dilectus & fidelis noſter Dominus Wulfardus Dominus de Waſtina & de Malſtede * Perſonatum de Hulſt de nobis teneret in feodum cum aliis bonis ſuis, ad preces noſtras dictum Perſonatum in manus noſtras liberè & abſolutè reportavit werpivit & effeſtucavit ad opus Eccleſiæ B. Mariæ Curtracenſis, Gerardo filio ſuo & herede conſentiente, & hominibus noſtris judicatoribus per ſubmonitionem noſtram dictas reportationem werpitionem & effeſtucationem ſecundum leges factas eſſe. Nos præfatum Perſonatum prædictæ Eccleſiæ B. Mariæ Curtracenſi contulimus in elëmoſynam perpetuo poſſidendum. In cujus rei &c.

Datum & actum anno Domini M. CC. LII. menſe Januario.

Catalogum Decanorum Eccleſiæ Cortracenſis, ante-hac nunquam editum, hic adjungimus nobis communicatum à Prænob. D. Du Mont, ejuſdem Decano.

I. *Ægidius*, primus Decanus, anno 1195 ab ab ipſa Erectione Capituli; erat ſimul Capellanus Illuſtriſſimæ Fundatricis Margaretæ Comitiſſæ Flandriæ.

II. *Sigerus.*

III. *Ægidius.*

IV. *Sigerus de Cortraco.*

V. *Waltherus.*

VI. *Wilhelmus de Coolſcamp.*

VII. *Guilielmus.*

VIII. *Joannes.*

IX. *Sigerus de Ghmedelghem.*

X. *Ægidius de Gandavo.*

XI. *Joannes de Atrio*, Aldenardenſis.

XII. *Petrus Rinch*, S. Th. Doctor.

XIII. *Henricus de Eccleſia*, S. Th. Doctor.

XIV. *Joannes de Tderghem*, S. Th. Doctor.

XV. *Henricus.*

XVI. *Ægidius de Fœna.*

XVII. *Wilhelmus Joannis*, à Gandavo.

XVIII. *Judocus de Menine*, ex nobili familia Equitum, ſen Militum armatorum de Menenis. Fuit item Canonicus Eccleſiæ S. Donatiani Brugis, circa annum 1360.

XIX. *Raſo de Boſco*, in Decretis Licentiatus, qui & erat Præpoſitus S. Pharaildis Gandavi, item Canonicus ad S. Donatianum Brugis. Obiit 1385.

XX. *Waltherus Collini.*

XXI. *Sigerus Crommelynck*, J. V. L. qui & fuit Canonicus ad S. Donatianum Brugis.

XXI. *Guillelmus van Henlle.*

XXIII. *Franciſcus a Gandavo*, J. V. L. Philippi Boni Burgundiæ Ducis ac Belgarum Principis Conſiliarius, ac Libellorum ſupplicum Magiſter.

XXIV. *Joannes de Neuvillette*, J. V. L. Conſiliarius Ducis Burgundiæ, interfuit anno 1481 Synodo Diœceſanæ Tornacenſi.

XXV. *Joannes ab Eynatten*, Legum Doctor, Maximiliani Romanorum Regis Conſiliarius & primus Requeſtarum Magiſter, ejuſque Legatus ad Regem Galliæ. Vixit anno 1495. Fuit item Canonicus Stæ. Gudilæ Bruxellis, item Præpoſitus Eccleſiæ Colleg. S. Servatii Trajecti ad Moſam.

XXVI. *Georgius de Themſicke*, Decretorum Doctor; Conſiliarius ac Requeſtarum Magiſter in Supremo Senatu Mechlinienſi, ac dein in Sanctiore Bruxellis. Præter Decanatum Cortracenſem (quem circa annum 1496 reſignavit) poſſedit Præpoſituras Harlebacenſem & Caſletenſem; & S. Bavonis Harlemenſem in Hollandia, Decanatum S. Gudilæ Bruxellis, Canonicatum in Sti. Donatiani Brugis &c.

XXVII. *Ludovicus de Barradet*, J. V. L. fuit anno 1497 Decanus Cortraci nec non Canonicus S. Donatiani Brugis & S. Petri Anderlechti. Item Decanus & Canonicus Caſletanus.

XXVIII. *Georgius de Themſicke*, qui ſupra, ad Decanatum Cortracenſem regreſſus.

XXIX. *Georgius de Themſicke*, junior, Nepos præcedentis, fuit Decanus Cortracenſis circa annum 1524, ſimulque Præpoſitus S. Salvatoris Harlebaci, Canonicus S. Donatiani Bregis &c.

XXX. *Jacobus de Themſicke*, J. V. L.

XXXI. *Odoardus de Berſacques*, ultimus Præpoſitus Eccleſiæ B. M. V. Andomaropoli, Conſiliarius & Eleëmoſynarius Major Caroli V. Imp. fuit quoque Decanus Cortracenſis. Obiit Bruxellis 15 Februarii 1557, ſepultus in Monaſterio Frigidi Montis.

XXXII. *Guilielmus de Berſacques.*

XXXIII. *Levinus Grenier*, Gandavenſis, antea Paſtor Eccleſiæ S. Michaelis Gandavi.

XXXIV. *Jacobus Tſantels*, Lovanienſis, S. T. L. antea Plebanus & Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Antverpienſis. Intervênit anno 1589 quâ Decanus Cortracenſis, Synodo Tornacenſi.

XXXV. *Joannes Wrichius*, S. T. L.

XXXVI. *Joannes Mauroy*, antea Canonicus B. M. V. Brugis.

XXXVII. *Judocus Bonckaert*, ex Iſeghem, Congregationis Oratorii Netiani Presbyter,

Præpoſitus ac Paſtor Aſpricollenſis &c. Decanatum Cotracenſem ab Archiduce Iſabella Clara Eugenia circa anno 1630 collatum ſponte dimiſit. Conſecratur anno 1642. Epiſcopus Iprenſis.

XXXVIII. *Petrus Wullus*, J. V. L. 1643.

XXXIX. *Philippus de Maulde*, J. V. Doctor Decanus anno 1649 Dominus temporalis de Mauroy, Familiereux, Semerpont &c.

XL. *Joannes de Lys*, Decanus anno 1660.

XLI. *Adrianus Albertus ab Egmont*, Decanus 1665.

XLII. *Ludovicus de Berſaques*, S. T. L. Decanus annis 1675 & 1688.

XLIII. *Franciſcus Raoul.*

XLIV. *Nicolaus Philippus de Xavailles*, J. V. L. Hiſpano-Belga, obiit anno 1708.

XLV. *Auguſtinus Wolfardus Damman de Warnoiſe*, ex Vice-Comitibus de Herines, Decanatum dimiſit anno 1717 dum eſſet Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis Canonicus.

XLVI. *Philippus Antonius Baro du Mont*, Teneramundanus, J. V. L. Decanatûs poſſeſſionem accepit anno 1722. Electus fuit annis 1727 & 1730 Deputatus primarius ad Comitia Flandriæ pro Clero Diſtrictûs Gandavenſis.

CAPUT CXXXVI.

Margareta Flandriæ atque Hannoniæ Comitiſſa fundat ac dotat Montibus Hannoniæ anno 1252 Prioratum Vallis-Scholarium Canonicorum Regularium, de Congregatione S. Genovevæ Pariſienſis; confirmante Nicolao Cameracenſi Epiſcopo; qui dein erectus fuit in Abbatiam anno 1617.

Ex Cartulario hujus Abbatiæ.

MArgareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Quam pium ſit & quam ſaluti animæ neceſſarium, quantumque proficuum, eleëmoſynas piis locis & pauperibus elargiri, & operibus miſericordiæ inſiſtere, ex Scripturis Sacris & Sanctorum dictis dinoſcitur evidenter.

Sed licet eleëmoſynæ ſint omnibus exhibendæ, & quilibet ad opera pietatis ſe debeat exercere, ſua, prout poteſt, commode omnibus tribuendo, juxta illud, omni petenti te tribue; viris tamen Religioſis ac Fidei Chriſtianæ Domeſticis maximè ſumus obnoxii, qui abnegantes ſalubriter ſemetipſos, elegerunt in paupertate Chriſto pauperi ad placitum famulari, propriam abjiciendo voluntatem, ſenſum proprium & amorem relinquentes, tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes.

Hæc igitur diligenter attendentes, & volentes diem meſſionis extremæ operibus miſericordiæ prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino, multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis, viris Religioſis & in Chriſto dilectis Fratribus Ordinis Vallis-Scholarium ex mera liberalitate noſtra ac motu proprio, & gratia pura damus & concedimus manſum quemdam qui quondam fuit Jobannis dicti Noë & Saræ uxoris ejus, quem nos emimus ab eiſdem, ſitum in villa noſtra Montenſi, nihilominus ante dictis Fratribus concedentes & in eoſdem transferentes omne jus & dominium quod habebamus vel habere poteramus in manſo prædicto, ut in honore Dei & gloriosæ Virginis Mariæ Fratres ſopradicti Ordinis ibidem valeant in perpetuum Domino famulari.

Ad eorumdem autem Fratrum ſuſtentationem damus & concedimus eiſdem perpetuo poſſidendas XXX. modiatas terræ arabilis ſitæ in territorio Valenchenenſi & circa, quam emimus ab executoribus defuncti Jacobi dicti le Cornut.

Univerſis præterea notum facimus, quod cum dediſſemus quondam Magiſtro Roberto de Duaco pro fideli ſervitio ſuo XL. bonaria prati jacentis inter prata de Onnaing contigua juxta prata cariſſimi filii noſtri Balduini de Avenia ex una parte, & Colardi de Perona ex altera, ab ipſo R. & heredibus ejus perpetuo poſſidenda, ſub annuo cenſu duodecim denariorum alborum, de voluntate & conſenſu filii noſtri cariſſimi Johannis de Avenis; & eadem XL. bonaria benè & legitimè reacquiſierimus a dicto Magiſtro R. ſufficienti excambio alibi ſibi facto, ſæpedicta XL. bonaria damus & concedimus memoratis Fratribus Ordinis Vallis Scholarium perpetuo poſſidenda, ut ea teneant & poſſideant abſque coactione aliqua ponendi extra manum ſuam, ita tamen ut nobis & hæredibus noſtris prædictos duodecim denarios annis ſingulis ſolvere teneantur.

Ut autem prædicta omnia & ſingula perpetuam habeant firmitatem, & neque nos nec hæredes noſtri contra prædicta vel aliquod de prædictis venire in poſterum valeamus, prædictas Litteras dignum duximus ſigilli noſtri munimine roborandas.

Actum anno Domini M. CC. LII. menſe Auguſti.

II. DIPLOMA.

MArgareta Flandriæ & Haynenſis Comitiſſa, univerſis præſens Scriptum inſpecturis ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod nos viris

Religioſis Priori & Fratribus Ordinis Vallis Scholarium dedimus & conceſſimus in perpetuam eleëmoſynam manſum quemdam qui fuit Johannis dicti Noë in villa de Montibus juxta Cantumpratum ad iohabitandum ibidem & ædificandum Eccleſiam, in qua Prior & Fratres prædicti & eorum ſucceſſores valeant in perpetuum famulari; & Prior & Fratres prædicti dictam donationem & conceſſionem à nobis ut ſupra dictum eſt eis factam de conſenſu & voluntate Eccleſiæ beatæ Valdetrudis Montenſis, quæ ad petitionem noſtram Prioris & fratrum ſupradictorum dictæ donationi, conceſſioni & ædificationi ipſius Eccleſiæ in dicto manſo ſuum adhibuit conſenſum, receperunt: ſalvo ipſi Eccleſiæ Montenſi privilegio claræ memoriæ Balduini quondam Comitis Haynenſis, in quo manifeſte continetur, quod oulla Eccleſia nulluſve locus Conventualis terras vel domos in Montibus aut in procinctu illo, abſque conſenſu nobilis Eccleſiæ Montenſis ſibi poſſit acquirere, non per eleëmoſynæ donationem, aut per emptionem, ſeu concambii recompenſationem; ſalvo etiam cenſu ſedecim ſolidorum Haynenſis monetæ uſualis, quem dicta Eccleſia Montenſis in dicto manſo habere dignoſcitur in feſto nativitatis B. Johannis Baptiſtæ ipſi Eccleſiæ Montenſi ſingulis annis à Priore & fratribus antedictis in perpetuum ſolvendorum, & ſalvis omnibus privilegiis & juribus Eccleſiæ Montenſis antedictæ.

Nos igitur ipſius Eccleſiæ Montenſis volentes privilegia & jura integra illibataque ſervari, ad petitionem Prioris & fratrum ſupra dictorum, præſentes litteras dictæ Eccleſiæ Montenſi tradidimus, Sigilli noſtri munimine roboratas.

Actum & datum Montibus in octavis B. Martini hiemalis anno Domini M. CC. LII.

III. DIPLOMA.

REverendo patri ac Domino N. (Nicolso.) Dei gratiâ Cameracenſi Epiſcopo Margareta Flandriæ & Hainoenſis Comitiſſa, ſalutem & obedientiam in omnibus debitam ac devotam.

Reverendæ Paternitati veſtræ tenore præſentium innoteſcat, quod nos intuitu Dei & ob remedium animæ noſtræ dedimus Domui Fratrum Vallis Scholarium quam fundare inchoavimus in loco qui dicitur pratum Beatæ Mariæ juxta villam Montenſem, trigiuta & unam modiatas terræ arabilis, quas à teſtameutariis quondam Jacobi dicti Corouti militis comparavimus, ad opus dictæ Domûs, de quibus eſt jam in poſſeſſione pacifica ipſa Domus.

Quapropter Reverendam Paternitatem veſtram humiliter exoramus, quatenus pium propoſitum noſtrum in hac parte ad effectum perducere uos juvare velitis, fundationi dictæ Domûs veſtrum tanquam Epiſcopus dicti loci, benevolum aſſenſum & paratum, nec uou & conſilium apponendo cum effectu, ſcientes quod dictæ triginta & una modiatæ terræ valent anouatim octoginta libras Alborum.

Et ſi quid deficeret de valore prædicto, uos ad dictum veſtrum, defectum adimplere promittimus præſentium teſtimonio litterarum.

Litteras autem veſtri conſenſûs ſuper hoc per latorem præſentium nobis mittere nullatenus poſtpouatis.

Datum anno Domini M. C. C. LII. Feriâ II. poſt Aſſumptionem B. Mariæ Virginis.

IV. DIPLOMA.

NOs Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in vero ſalutari.

Noverit univerſitas veſtra quod nos collationem XXX. modiatarum & unius terræ arabilis, quam illuſtris Domina fecit Fratribus Domûs Vallis Scholarium ad commorandum in loco qui dicitur B. Mariæ, juxta villam Montenſem, prout in litteris ſuis, his noſtris Litteris appenſis, plenius continetur, Auctoritate ordinariâ confirmamus & approbamus; & Fratres qui ibidem duxerint commorare, ſub noſtra protectione recipimus, ſalvo in omnibus jure alieno. In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine duximus roborandas.

Datum anno Domini M C.C.LII Feriâ III. poſt Aſſumptionem Beatæ Virginis.

CAPUT CXXXVII.

Magiſtratus Bruxellenſis anno 1253 conſtituit leges Fratribus Laicis, curam gerentibus Hoſpitalis S. Nicolai Bruxellis, quod jam dudum deſit.

De hoc Hoſpitali vide Miræum pag. 683 & 684 Item infra ad an 1308.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, univerſitas oppidi Bruxellenſis ſalutem in Domino ſempiternam.

Noverit univerſitas veſtra, quod ex parte Reverendiſſimi Patris noſtri Nicolai à Fontanis Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopi, ſæpius monitionem recepimus diligentem, ut ad reformationem Hoſpitalis B. Nicolai in Bruxella curam adhiberemus efficacem, eò quod ad uſus & recreationem pauperum tranſeuntium à prima fundatione de fide ium eleëmoſynis ſtatutum fuit, & ab antiquis temporibus, à quibus non exſtat memoria obſervatum, ſicut & adhuc ſuperſtites recoluut infiniti.

Nos periculum animarum noſtrarum à nobis in hac parte removere volentes, parati ſalutares monitus exaudire, conſentimus unanimiter, & ſtatuimus, quod dicta Domus & ejus poſſeſſiones tractentur conſerventur & amplientur per manus fideles, & ad hoc deputatos; & perſonæ elcëmoſynis ejuſdem Domûs viventes de cætero ſe religioſè habeant in habitu & veſtitu & converſatione ſub obedientia Presbyteri à Superioribus eis deſtinati, ſicut in cæteris Hoſpitalibus Religionibuſque moris eſt; ut honor Dei in hoc obſervetur & Oppidani Bruxellenſes non poſſint merito teprehendi.

Sunt autem Articuli inferius exſcripti, quos etiam ibidem volumus & decernimus obſervari.

Quidquid propril & proprietatis ſivè Juris quiſque habuit, Domui Hoſpitalis prædicti conferat & appropriet: alioquin nihil ei de Domûs beneficio miniſtretur.

Item ſcapularios & veſtes griſias ſivè brunas portent, ut à cæteris hominibus ſicut perſonæ Religioſæ diſcernantur.

Item nullus uxoratus ad hanc Domum & ejus beneficium de cætero recipiatur.

Item in locis ſuſpectis nullatenus converſentur.

Item mercimonia & communes contractus non exerceant.

Item ſinè licentia ſpeciali illius, cui licentia in Domo committitur, ad Oppidum non egrediantur, & cauſam revelent eundi nominatam, anteqnam eis licentia concedatur.

Item cum aliquem de Domo eorum decedere contigerit beneficium Domûs ſicut recepit totaliter per manus fideles reſervabitur & ampliabitur, & ſic de uno quoque decedente quouſque dicta Domus in tantum adaucta fuerit, quod commorantes ibidem poſſint abſque defectu & ſcandalo in Religioſo habitu ſuſtentari; & pauperibus tranſeuntibus pro facultatum juribus Hoſpitalitatis beneficium impendatur, vel quouſque de communi conſenſu eorum quorum intereſt, ipſa Domus ad priſtinum ſtatum ad quem fundata fuit primitus vel ad meliorem prout ſecundum Deum utilius fuerit, reformetur.

Volumus & ſtatuimus, quod quicumque contra Statuta hujuſmodi rebellis extiterit ſi ſemel aut iterum Presbytero eis conceſſo & deſtinato ſub teſtimonio competenti monitus non deſiſtat, ab officio dictæ Domûs penitus ſit privatus.

Item ſi quis de bonis dictæ Domûs ſine licentia ſpeciali furtive ſibi uſurpaverit, ejiciatur à Domo & beneficio, nullatenus reverſurus.

Ut autem Conſtitutiones iſtæ ad honorem Dei & ſalutem animarum à præſentibus & futuris inviolabiliter obſerventur, præſentes Litteras in teſtimonium, communi Sigillo Oppidi noſtri Bruxellenſis duximus roborandas.

Datum & actum anno Domini M. CC. LIII, menſe Novembris.

CAPUT CXXXVIII.

Nicolaus de Fontanis, Cameracenſis Epiſcopus, Eccleſiam B. M. V. trans Diliam Mechliniæ, ſeparat à Matrice Eccleſia D. Rumoldi, eamque erigit in Parochialem anno 1255, quæ poſtmodum erecta fuit in Collegiatam.

Ex Archivis Capit. Metropol.

Nicolaus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras viſuris & inſpecturis ſalutem in Domino. Cum propter nimiam plebis multitudinem, ac locorum diſtantiam, Parochiam Sancti Rumoldi in Mechlinia, quæ ultra Diliam ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, videlicet ad Muſenas, ad Hanſwyck & ad Neckerſpole ſe etiam extendebat (in qua etiam Parochia ſolus Mechlinienſis Plebanus curam habuit animarum, & ſepeliebat mortuorum corpora tam Sanctæ Mariæ, quam de Muſenis, ſeu etiam de Neckerſpole, Capellanis confeſſiones audientibus, & pœnitentiam non abſque periculo animarum injungentibus) ex noſtro duxerimus officio dividendam, præſentium teſtimonio Litterarum notum facimus univerſis quod nos de conſenſu tam Plebani, quam Capituli Mechlinienſis, quod utique Capitulum in locis omnibus ſupradictis jus obtinet Patronatûs, de conſenſu etiam Capellani Stæ. Mariæ & Parochianorum, Eccleſiam Sanctæ Mariæ prædictam à Sancti Rumoldi Parochia dividentes per ſe Parochialem conſtituimus; ita quod tam baptiſterium quam ſepulturam habeat, & proprium Sacerdotem, qui curam habeat animarum, jura Chriſtianitatis omnia ut Curatus ſingulis adminiſtret infrà terminos ipſius Eccleſiæ, prout hactenus eſt ſervatum.

Idem vero Sacerdos etiam partem omnium oblationum quæ in dicta fient Eccleſia, perpetuò percipiet & habebit, & Mechlinienſe Capitulum reliquas duas partes, & ſimiliter in legatis, & aliis quibuſcumque obventionibus, ſivè fiant Curato ſivè Eccleſiæ Stæ. Mariæ, Capitulum duas partes, Presbyter tertiam percipiet, præterquam in anniverſariis deinceps ordinandis ſeu ſtatuendis.

In quibus licet ab aliquibus parochianorum Sanctæ Mariæ ordinetur, quod fiant in Eccleſia

ſia Sanctæ Mariæ, nihilominus tamen anniverſarium fiet tam in ipſa Eccleſia, quam in Eccleſia Conventuali à Canonicis & Clero Eccleſiæ Mechlinienſis, & denarii in anniverſario ſolvendi diſtribuentur ibidem; & habebit Presbyter Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in denariis ipſis tantumdem, quantum percipiet unus ex Canonicis ſupradictis.

De Candelis etiam, quæ ponuntur circa corpora defunctorum, & quæ deferuntur ad Eccleſiam Stæ. Mariæ, ſeu etiam offeruntur, Proviſor Stæ. Crucis in Eccleſia Sancti Rumoldi, tam Cuſtos quam Capitulum loci ipſius tantum percipient, & habebunt ſinguli partes ſuas & jura, ſicut ante diviſionem hujuſmodi habuerunt, quando ad Eccleſiam Sti. Rumoldi deferebantur tumulanda corpora defunctorum.

Ad hæc ordinamus de aſſenſu omnium prædictorum, quod Magiſtri ſeu Proviſores Fabricæ Stæ. Mariæ, bona quæ dicuntur dos Stæ. Mariæ, eum eorumdem pertinentiis percipient, & habebunt nomine ejuſdem Eccleſiæ, & reddent Gerardo Plebano Mechlinienſi pro reditibus ſibi in dicta diviſione ſubſtractis, quandiu tenuerit Plebanatum, juxta redituum ipſius dotis valorem, annuam penſionem, vel fructus dotis; & poſtquam idem Plebanus demiſerit ſeu non tenuerit Plebanatum, dos prædicta penes ipſam Eccleſiam Stæ. Mariæ in perpetuum libere permanebit.

Salvo tamen, quod nos ad utilitatem ipſius Eccleſiæ ſeu divini cultûs amplificationem, de dote ipſa ordinare poterimus, prout viderimus expedire.

Præterea ordinamus & volumus, quod per diviſionem hujuſmodi præjudicium nullum fiat Eccleſiæ Sti. Rumoldi, nec Capitulo Mechlinienſi cùm Synodus fuerit celebranda, ſed in Sti. Rumoldi celebretur, & ibidem conveniant Synodales, & Presbyter Sanctæ Mariæ; cùm ſit retroactis temporibus ſic ſervatum. Et fient expenſæ tam Archidiaconorum, quam aliorum qui Synodo præerunt, fient antè diviſionem ipſam fieri conſueverant.

Inſuper ordinamus, quod Presbyter Stæ. Mariæ in præcipuis ſolemnitatibus ad recognitionem antiqui juris & Matris Eccleſiæ, proceſſionibus interſit à Capitulo & Clero conventualis Eccleſiæ faciendis; ſi tamen antè proceſſionis horam à ſuæ Eccleſiæ officio poterit expedire; & Veſperis in conventuali, id eſt ſancti Rumoldi Eccleſia deeantandis.

In præfata quoque Eccleſia Stæ. Mariæ, Nobis & noſtris ſucceſſoribus annuatim pro juris pontificalis recognitione ſolvendos duodecim denarios, nomine Cathedratici retinemus.

In cujus rei teſtimonium, tam nos quam Mechlinienſe Capitulum & Plebanus Mechlinienſis, Sigilla noſtra præſenti Scripto apponi fecimus, in teſtimonium veritatis.

Hæc autem acta ſunt de conſenſu prædictorum, quos ad diviſionem hujuſmodi faciendam convocari fecimus, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, in craſtino B. Egidii Abbatis, menſe Septembri. 1255.

Eodem anno ac die, eodemque litterarum tenore, erexit præfatus Epiſcopus Cameracenſis Eccleſias Parochiales de Muſenis (vulgo Muyſen) & S. Spiritûs in Neckerſpoel, juxta Mechliniam, quas ambas à Matrice S. Rumoldi Eccleſia ſeparavit.

Porrò Parochia de *Neckerſpoel*, anno 1603 extincta ſunt decreto Nicolai Oudart J. V. Doctoris Canonici Graduati & Officialis Mechlinienſis, ejuſque Parochiani fuerunt incorporati partim Eccleſiæ SS. Petri & Pauli in Mechlinia, partim Eccleſiæ de Boenheyde.

CAPUT CXXXIX.

Abbatia de Roſis Virg. Ord. Ciſterc. prope Aloſtum recognoſcit beneficia à Margareta & filio ejus Guidone Comitibus Flandriæ accepta, anno 1256.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Soror Gerbergis electa Abbatiſſa de Roſis prope Aloſtum, Ordinis Ciſtercienſis, & Conventus ejuſdem loci, ſalutem in Domino.

Noverit Univerſitas veſtra, quod cum loci importunitate cogente, à loco quo eramus prope Aloſtum in quamdam curtem noſtram ſitam apud Borneken* & in appendiciis dictæ curtis, ubi eſſe dicuntur ſex bonaria terræ vel circiter, de licentia Illuſtris & Cariſſimæ Dominæ noſtræ Margaretæ Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſæ & Domini noſtri Guidonis Filii ejus Comitis Flandriæ, nos tranſtulerimus; ipſi Domina Comitiſſa & Comes ejus Filius dicta ſex bonaria terræ pro ſuorum anteceſſorum ſucceſſorumque animarum ſalute noſtro contulerunt Monaſterio, abſoluta ab omni onere & ſervitio Feodali;

*Vide ſupra pag. 103.

Concedentes nobis, quod eadem ſex bonaria terræ cum eadem libertate teneamus & poſſideamus perpetuò, quâ Domus Ciſtercienſis Ordinis terras ſui ambitûs in dominio Flandriæ poſſident, & utamur eiſdem eodem modo.

Hoc ſalvo, quod de noſtra conceſſione & aſſenſu Dominæ Comitiſſæ & Domino Comiti ejus filio prædictis ac eorum ſucceſſoribus Comitibus Flandriæ in loco à quo nos tranſtulimus, omnimoda juſtitia alta & baſſa debet perpetuò remanere.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras ſigillo noſtro fecimus roborari.

Datum apud Tenremonde, anno Domini M. CC. LVI. menſe Martio.

CAPUT CXL.

Abbatia Viconienſis Ord. Præmonſtrat. juxta Valencenas, acquirit Decimam de Siſſeele juxta Brugas anno 1256; eamque dein cedit Capitulo B. M. V. Brugis, anno 1296.

Ex Archivis Capit. B.M. Brugis.

Alterus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum Johannes Dominus de Praet decimam quamdam jacentem in Parochia de Zieſeele noſtræ Diœceſis, quam ipſe Johannes à Decano & Capitulo Eccleſiæ B. Martini Trajectenſis tenebat, & anteceſſores ejus ſub annuo cenſu tenuerant, ut dicitur ab antiquo, in Eccleſiam Viconienſem Ordinis Præmonſtratenſis omnino tranſtulit ab ea perpetuò poſſidendam, de conſenſu Decani & Capituli prædictorum, prout in eorum Litteris dicitur; Nos dictam tranſlationem quantum ad nos ſpectat, dictæ Viconienſi Eccleſiæ confitmamus, ſine juris præjuditio alieni.

Datum anno Domini M. CC. LVI. menſe Octobri.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Fratres Petrus de Wetcinio & Johannes de Brugis Canonici Monaſterii Viconienſis Ordinis Præmonſtratenſis, Attrebatenſis Diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Noverit univerſitas veſtra, quod nos Procuratores & Nuntii ſpeciales ab Abbate & Conventu prædicti Monaſterii noſtri ad infraſcripta conſtituti & miſſi, de eorum ſpeciali mandato vendidimus venerabilibus Viris Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ Beatæ Mariæ in Brugis Tornacenſis Diœceſis, ad opus ejuſdem Eccleſiæ Beatæ Mariæ decimas noſtras tam veteres quam etiam decimas novalium, quas prædicti Abbas & Conventus ſeu noſtrum Monaſterium antedictum habebant & poſſidebant infra fines Parochiæ de Zieſeele, cum omni jure & Dominio, quod ipſis competit, competere poteſt, & potent in futurum in decimis antedictis pro pretio ſeptingentarum librarum Pariſienſium dictis Abbati & Conventui ſeu eorum mandato à Præpoſito & Capitulo ſolvendarum.

Et promittimus fide & juramento à nobis interpoſitis, nomine Procuratorio & pro ipſis viris religioſis Abbate & Conventu prædictis, quod nos curabimus, procurabimus & faciemus, quod dicti Viri Religioſi Abbas & Conventus dabunt Litteras ſuas ſuis propriis ſigillis ſigillatas ſufficientes ad ratificandum venditionem prædictam nomine ſuo factam, ac etiam ſufficientes Litteras ad faciendam werpitionem, effeſtucationem, renuntiationem & quiti-clamationem dictarum decimarum, & ad transferendum in prædictos Vitos diſcretos Præpoſitum & Capitulum omne jus & omne dominium utile & directum, quod ipſis noſtris Religioſis competit, competiit, & poſſet competere in futurum in decimis memoratis.

Nec non & Litteras ſufficientes ſigillatas ſigillo Patris Abbatis dictorum Virorum Religioſorum, ad confirmandam, approbandam, ratificandam auctoritate ſuâ paternâ præmiſſas venditionem, werpitionem, effeſtucationem renuntiationem & quiti-clamationem & tranſlationem juris & dominii decimarum prædictarum. Et quod prædicti Abbas & Conventus contra præmiſſa omnia & ſingula non venient per ſe, alium ſeu alios, in futurum aliquâ ratione, ingenio ſive cauſa. Et quod prædictum Contractum & alia ſuperius expreſſa juxta formam prædictam fideliter obſervabunt & nullatenus recedent ab eiſdem, ſub pœna centum librarum Flandrenſium dictis Præpoſito & Capitulo à memoratis Vitis religioſis Abbate & Conventu ſolvendarum & reddendarum, ſi eoſdem viros religioſos Abbatem & Conventum à præmiſſis venditione werpitione effeſtucatione renuntiatione quiti-clamatione, juris & dominii tranſlatione, nec non impetratione Litterarum Patris Abbatis, ut ſuperius eſt expreſſum, reſilire contingat, & eaſdem neglexerint obſervare & adimplere, ſub obligatione bonorum Monaſterii antedicti.

In cujus rei teſtimonium, Ego Frater Petrus non habens proprium ſigillum penes me, ulus ſum ſigillo Walteri dicti Porrewaghens, Magiſtri Hoſpitalis Sti. Spiritûs Brugenſis, una cum ſigillo Fratris Johannis prædicti ipſum ſigillum præſentibus appendendo.

Acta ſunt hæc præſentibus Simone de Curtraco Notario publico, Domino Simone de Sto. Benedicto Canonico Eccleſiæ Sti. Donatiani Brugenſis, Petro Cauwe, & Johanne de Aſſenede Capellanis in Eccleſia Beatæ Mariæ prædictæ, & Joanne dicto Soybaert Laico, in loco ubi Præpoſitus & alii Canonici prædictæ Eccleſiæ Stæ. Mariæ conſueverunt tenere Capitulum & Eccleſiæ ſuæ negotia pertractare, poſt Veſperas cantatas, anno Domini M. CC. nonageſimo ſexto, feriâ ſextâ poſt feſtum Bti. Matthiæ Apoſtoli.

Digitized by Google

CAPUT CXLI.

Jacobus Atrebatenſis Epiſcopus ratam habet diviſionem Parochiæ B. Mariæ in Civitate Duacena à Parochia S. Petri, factam authoritate Capituli Canonicorum S. Petri ibidem, anno 1257.

Ex Archivis Capituli S. Petri Duacenſis.

Acobus miſeratione Divinâ Atrebatenſis Eccleſiæ Miniſter humilis, univerſis Chriſti fidelibus litteras has viſuris æternam in Domino ſalutem.

Litteras diſcretorum virorum Præpoſiti Decani & Capituli Eccleſiæ Sti. Petri Duacenſis nos inſpexiſſe noveritis, in hæc verba.

Univerſis præſentem Paginam inſpecturis, Præpoſitus Decanus totumque Eccleſiæ Sti. Petri Duacenſis Capitulum, eternam ſalutem in Domino.

Noveritis, quod nos attendentes populi Parochiæ noſtræ Sti. Petri Duacenſis fore multitudinem tantam, quod illius commodè non erat Eccleſia una capax, & quod per unum Sacerdotem Curatum non poterat ſalubriter gubernari; ex quibus periculum animabus evidens imminebat; ſano prudentium virorum freti conſilio, requiſitis ſuper hoc à nobis Reverendi Patris Jacobi Dei providentiâ venerabilis Atrebatenſis Epiſcopi & viri venerabilis N. Archidiacooi Atrebatenſis in Oſtrevanno, nec non & Presbiteri Parochialis Sti. Petri benevolentiâ & aſſenſu, de communi aſſenſu noſtro, ipſam Parochiam Sti. Petri in perpetuum duximus dividendam.

Ita quod in Eccleſia Stæ Mariæ novus inſtituetur Sacerdos, qui partem illam Parochiæ Sti. Petri quæ eſt extra muros, videlicet extra portam quæ dicitur de foro, & portam quæ dicitur de Cantilupo, in ſua cura limitatam habebit.

Vulgò Canteku.

Qui etiam Presbiter præſentatus Domino Epiſcopo à nobis, de manu ipſius Domini Epiſcopi curam & regimen recipiet animarum; ſalvo in omnibus jure Præpoſiti Decani & Capituli noſtri, ſicut ante inſtitutionem ipſius Presbyteri Parochialis. Et Eccleſia Sti. Petri indempnis remanebit ab omni onere & dampno quæ poſſent ei obvenire ex inſtitutione Presbyteri Parochialis, tam in jure Epiſcopi, Archidiaconi & Decani, quam in ſufficientia beneficii Presbyteri & reparatione cancelli vaſorum & ornamentorum Eccleſiæ Stæ. Mariæ ſupradictæ.

Habebit autem & recipiet ſingulis annis à Capitulo noſtro Presbyter canonicè inſtitutus ibidem quindecim libras Pariſienſes de Capellanis Sti. Petri, videlicet in Natali medietatem, & in medio Martio aliam medietatem; ſecundum quod aliarum Capellaniarum fructus in dicta Eccleſia exſolvuntur.

Habebit etiam idem Curatus Stæ. Mariæ in ſua Parochia idem juris, quod prius habebat Presbyter Parochialis Sti. Petri prædicti: hoc excepto, quod in Præbendali portione nihil percipiet nihilque juris in ea ſibi poterit vindicare: ſed portionem illam Præbendæ, videlicet tales fructus dimidiæ Præbendæ, quales ante diviſionem Parochiæ Sti. Petri habebat ipſius Presbyteri Parochialis perpetuus Coadjutor Magiſter Bernardus, cui illa dimidia præbenda à nobis unanimiter eſt collata, nec non & Succeſſores ipſius Magiſtri Bernardi in prædicta Eccleſia Sti. Petri percipient & habebunt ac in ipſa Eccleſia more Canonicorum.

Tenebuntur prædicti Magiſter Bernardus & ejus Succeſſores perſonaliter deſervire: hoc adjecto quod ipſi ad perpetuam reſidentiam in ipſa Eccleſia tenebuntur, & quod idem Magiſter Bernardus & ejus Succeſſores Miſſam pro defunctis antè primam quàm viciſſim ſua hebdomada dictus Coadjutor præfati Presbyteri Sti. Petri, nec non & Miſſam diei Dominicæ, aquam benedictam & proceſſionem, quas ſimiliter idem Coadjutor ſua vice cantare facere conſueverat, cantabunt & facient ſuis hebdomadis & vicibus, prout ſuperius eſt expreſſum.

Inſuper & alia facient dicti Magiſter B. & ejus Succeſſores in choro & Eccleſia memorata, quæ pro utilitate & honeſtate ſervitii ipſius Eccleſiæ præfatum Capitulum duxerit ordinandum.

Presbyter verò Sti. Petri duos Capellanos habere tenebitur, ſi dicto Capitulo viſum fuerit expedire.

Participabit autem præfatus Curatus Presbyter Sanctæ Mariæ cum Capellanis Sti. Petri in diſtributionibus cotidianis & aliis obventionibus, quotienſcumque voluerit in habitu Eccleſiaſtico, ſicut & cæteri Capellani, ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem in ipſa Eccleſia perſonaliter deſervire. Et propter hoc reddet eidem Eccleſiæ Sti. Petri quinque ſolidos Pariſienſes in quadrageſima ſingulis annis ad reparationem librorum Eccleſiæ memoratæ.

Tenebitur etiam præfatus Presbyter Curatus Stæ. Mariæ ad obedientiam Decani & Capituli ſupradicti, ſicut & Presbyter Parochialis S. Petri: nec faciet idem Presbyter S. Mariæ proceſſiones in Ramis Palmarum, in Eccleſia ſua, in Letania Majore, neque etiam in Rogationibus: ſed tenebitur proceſſionibus

antredictis cum cruce & plebe ſua in habitu Eccleſiaſtico cum Canonicis & Capellanis ſupradictæ Eccleſiæ Sti. Petri dictis temporibus perſonaliter interesſe.

Nec licebit ipſi recipere redditum ex legatis vel aliunde provenientem pro Capellania vel annualibus faciendis, niſi de voluntate & aſſenſu Capituli noſtri prædicti.

Tenebitur inſuper Presbyter Curatus Stæ. Mariæ orare & facere orari pro illis qui in præfata Eccleſia Sti. Petri Capellanias inſtituerunt: quarum fructus & proventus modo de conſilio & aſſenſu præfati Reverendi Patris Atrebatenſis Epiſcopi ad prædictam Parochiam Stæ. Mariæ liberè convertentur.

Præterea de paonis fericis ipſius Parochiæ S Mariæ, quos Eccleſia S. Petri antè diviſionem Parochiæ ex mortuariis habere conſuevit, centum ſolidos Turonenſes ipſe Presbyter ſinguliis annis, donec tantumdem ex legatis in annuis & perpetuis redditibus habere poterit, recipiet & habebit.

Ita tamen quod ſi ipſi Presbytero perpetuus redditus ex legatis vel ex obventionibus quibuſcumque ipſius Parochiæ vel etiam aliunde provenerit ſecundum portionem & quasi tantum hujuſmodi redditûs, ſuperiùs annotata dictorum panorum penſio minuetur.

Hæc autem omnia & ſingula ſupradicta unanimiter à nobis facta ſunt & conceſſa, Domini Epiſcopi, D. Archidiaconi Atrebatenſis in Oſtrevanno in omnibus & per omnia jure ſalvo; anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, menſe Octobri.

Nos verò quòd ſic ſuper præmiſſis actum eſt tatum & gratum habentes, illud Auctoritate Epiſcopali confirmamus, & hujus teſtimonialis ſcripturæ Sigilli noſtri roboratæ munimine patrocinio communimus, noſtro & alieno in omnibus & per omnia in perpetuum jure ſalvo.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, menſe Octobri.

CAPUT CXLII.

Henricus III. Brabantiæ Dux donat Eccleſiæ B. Rumoldi Mechliniæ (nunc Metropolitanæ) omnes Decimas novales, anno 1260. Idem confirmat Alexander III. Pontifex.

Ex Chartulario Capit. Metropol.

HEnricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem in Domino omnium Salvatore.

Univerſitatem veſtram ſcire volumus, quod nos dilectis amicis noſtris Decano & Capitulo S. Rumoldi Machlinienſis, ob ſalutem animæ noſtræ, remiſſionem noſtrorum peccatorum, & ut jugiter orent pro nobis ad Dominum, in Terra & Ducatu noſtro undique ubi jus obtinent Patronatûs, Decimas Novalium, quas huc uſque percepimus, plenariè reſtituimus habendas & poſſidendas pacificè & quietè, præſentium teſtimonio Litterarum.

Datum apud Lovanium, ſabbatho poſt diem B. Matthiæ Apoſtoli, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Decano & Capitulo Eccleſiæ Mechlinienſis Cameracenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Devotionis veſtræ precibus benignum impertientes aſſenſum, Vobis Authoritate præſentium indulgemus, ut in locis in quibus Decimas vetetes juſtè tecepiſtis, Novalium quoque de quibus aliquis hactenus non recepit, pro eâ portione quâ veteres vos contingunt, libetè perceipere valeatis, ſine juris præjudicio alieni.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atteotare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.

Datum Lateraoi V. Noo. Februarii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Aub. Miræus de Collegiis Canonicorum cap. 74. ex Joanne Molano Antiquitatum Belgicæ Eccleſiæ peritiſſimo, dicit, primum Collegii Mechlinienſis auctorem fuiſſe B. Rumoldum.

B. Rumoldi opus eſt, ait Molanus, *Monaſterium apud Malinas ..... Fuit autem ab initio Fundationis, non Monachorum, ſed Canonicorum Monaſterium. Quomodo in Chronicis Cameracenſibus ante annos ferè 600 conſcripsit nominatur.*

Stum erat in pratis intra ulmos; ſed paulatim Mechlinia ex parva Urbe trans Dilam adeo excrevit, ut nunc Collegium S. Rumoldi in mediullio Urbis ſitum ſit.

Baldericus Chronographus Cameracenſis qui ad Gerardum II. Cameracenſ. Epiſcopum Chronicon ſuum ſcripſit, & floruit anno 1000. *Apud Mechlinas eſt Monaſterium Canonicorum, ubi requieſcit preciosus Dei Martyr Rumoldus. ... Hoc autem Monaſterium ab antiquitate conſtructum, regalibus emolumentis maximè fuit augmentatum.*

In Regiſtris Eccleſiæ Metropol. notantur ſequentia de fundatione Capituli Mechlinienſis.

Cum

Cum Arnoldus à Berthaut dictus Drakenbaert rerum Mechliniæ potiretur, pluresque haberet liberos eorum ſingulis aliqua Dominia dedit. Inter duos vero majores nati, Urbem diviſit. Alter eorum poſt mortem Patris, Monaſterium Lobienſe ingreſſus & Monachus attonſus, partem ſuam Sancto Benedicto adſcripſit. Unde variæ inter utrumque fratrem inimicitiæ, variæ diſſentiones exortæ ſunt. Auferebat quippè frater ſenior Monaſterio quidquid poterat, ſoluſque fere in utraque Urbis parte regnabat, ab anno 960 uſque ad 990.

Quod dum exactè conſiderat Monaſterium, metuens ne potentiæ fratris illius reſiſtere poſſet, impetrato nequidquam Othonis Brabanti auxilio, cogitat de cedendo jure ſuo Epiſcopo Leodienſi Notgero, natione Germano, qui uti ſtemmate, bonis, ac amicis dives erat, & ita apud omnes authoritate prævalebat. Ut cogitatum, ita perfectum.

Eodem anno Notgerus poſſeſſionem medietatis capit, multumque & loci amœnitate & civium ſuavitate delectatus, duobus poſt annis, ibi Capitulum fundat duodecim Præbendarum, quibus poſtea acceſſere duæ aliæ à Comitiſſa Namurcenſi Geila fundatæ. Deſiit hic Notgerus vivere anno toto, Epiſcopatûs ſui anno 38. *Hallenus ex Cartulario Capituli Mechlinienſis.*

Ex quibus omnibus collige, B. Rumoldum fuiſſe hujus Capituli Metropolitani primum Fundatorem, Notgerum vero Epiſcopum, Reſtauratorem.

Bullam Pii IV. Pont. quâ in Eccleſia B. Rumoldi Mechliniæ Sedem Archiepiſcopalem ac Primatiam Belgii conſtituit, ac proinde Capitulum Canonicorum è Collegiato in Metropolitanum evexit anno 1560 vide apud Miræum pag. 610. Vigore hujus Bullæ, una è Præbendis antiquæ ac primariæ Fundationis annexa fuit Menſæ Archiepiſcopali.

Hodie ſunt in hac Eccleſia Metropolitana Canonici XVII, è quibus tredecim ſunt fundationis antiquæ, atque hos inter Graduati novem, videlicet tres in Theologia, in Jure totidem, ac tres Nobiles Graduati. Præbendæ recentius additæ ſunt; Plebania, cum annexo Canonicatu Zellarienſi, item una fundata per R. D. Petrum Van Cauteren J. U. L. hujus Eccleſiæ Cantorem ac dein Præpoſitum S. Salvatoris Harlebacenſi, quæ eſt Patronatûs Laici; tertia fundata per R. P. Joannem Hugonem Quarré S. T. D. Congregationis Oratorii primum in Belgio Præpoſitum; quarta erecta per Archiepiſcopum Boonen cum unione Perſonatûs de Melle, nunc autem amplius dotata per Eminentiſſ. D. Cardinalem Archiepiſcopum Thomam Philippum de Alſatia, unito Perſonatu de Hofſtade propè Aloſtum.

CAPUT CXLIII.

Arnulphus de Guines fundat ac dotat Monaſterium Guilielmitarum, in loco dicto Peene ſub Diœceſi Iprenſi, anno 1261.

Ex Duchesne Hiſt. Domûs Bethuniæ.

GO (1) Arnulphus de Ghiſnes, Miles, Avunculus Comitis de Ghiſnes, Fratri L. Provinciali Fratrum Heremitarum Ordinis S. Willelmi per Franciam, ſalutem cum notitia veritatis.

Diſcretioni Veſtræ tenore præſentium notum facio, quod Ego in remedium animæ meæ & Anteceſſorum meorum, confero Ordini veſtro ſexaginta & ſeptem menſuras terræ, in Terra mea quæ dicitur (2) *Scodbroec*, jure hereditario; quod in eadem terra Oratorium & officinas Ordini veſtro congruentes propriis expenſis fieri faciam, & ornamenta ad divinum cultum neceſſaria ibidem conferam.

Inſuper & ſex Fratribus in victualibus, ſecundum Ordinis veſtri conſuetudinem providebo: ita tamen, ut infra Pentecoſtem ad nos venientes, ibidem Fratres locaveritis, qui ibidem divina celebrare valebunt. Quod ſi hoc non feceritis, ad prædicta non tenebor.

In hujus rei teſtimonium præſentem Litteram Sigilli mei munimine duxi roborandam.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, XVI. Kal. Aprilis. 1261.

(1) Arnulphus de Ghisnes, de quo & cæterorum Ghiſnenſium Comitum Stemmate plura vide in Diplomat. Miræi pag. 355 novæ Editionis,

(2) Scodbroeck. Prima horum Guilielmitarum habitatio fuit in hoc loco ab anno 1261; deinde in Parochia de Oudezeele ſub Decanatu Caſtetano ab anno 1457; ac tandem in Peene verſus limites Diœceſis Audomarenſis ab anno 1498.

Porro hic eſt Catalogus Monaſteriorum Ordinis S. Guilielmi in Belgio & vicinis regionibus, juxta Miræum in Originibus Monaſticis lib. 2. cap. 17.

I. Domus *Portæ-Cœli* in Baeſeldonck extra Sylvam-ducis, inchoata circa annum 1245. nunc deſtructa. Vide Hiſtoriam Epiſcopatûs Sylvæducenſis pag. 306.

II. Domus dicta *Vallis S. Antonii*, inchoata in Municipio de Biervliet circa annum 1249. dein tranſlata Brugas. Vide Diploma ſequenti pag. 122.

III. Domus *Bernardi-Fania*, vulgo *Barnajuay*, in Condroſio, Diœceſis Leodienſis, inchoata anno 1249.

IV. Domus *Paradiſi*, juxta Duram in Ducatu Juliacenſi ac Diœceſi Colonienſi.

V. Domus *Vallis B. Mariæ* apud Wallincourt, in ditione ac Diœceſi Cameracenſi; fundata anno 1255.

VI. Domus de *Nova-Terra*, ſeu *Nazareth*, modo eſt in Peene Diœceſis Iprenſis, inſtituta anno 1261.

VII. Domus *Montis-Rubei*, olim extra, nunc intra Pariſios in loco *Alborum*, ut vocant, *Manſellorum*.

VIII. Domus *S. Urſmari*, olim extra, nunc intra Aloſtum, Diœceſis Mechlinienſis. Fuit olim Cella Benedictinorum, veroſimiliter à Lobienſi Abbatia dependens.

IX. Domus *S. Catharinæ* juxta Nivellam, Diœ-

ceſis Namurcenſis, fundata anno 1270 à Familia de Trazegnies.

X. Domus *S. Siardi in Huybergben*, inter Antverpiam & Bergizomium fundata anno 1277. ab Arnoldo Bredæ & Bergarum Domino. Vide Hiſtoriam Epiſcop. Antverp. pag. 188.

XI. Domus *de la Motte*, olim extra, nunc intra Leodium: fundata anno 1280 per Griſellum de Bierſez, Canonicum Cathedr. Leodienſis.

XII. Domus dicta *Atons noſtræ Domina*, in Parochia de Flobecq Diœceſis Cameracenſis, verſus Aldenardam, fundata anno 1283. à Joanne Aldenardæ Domino. Jam dudum deſiit.

XIII. Domus *Paludis Comitis*, vulgo *Grevenbroeck* in Ducatu Joliacenſi, Diœc. Colonienſis; cujus Religioſi anno 1628. à Regula S. Guilielmi tranſierunt ad Ciſtercienſem.

XIV. Domus *SS. Trinitatis*, in Bevera Waſiæ, ſub Diœceſi Gandavenſi, inchoata anno 1459. Fundationis Diploma ſequeturinferiùs.

CAPUT CXLIV.

Margareta Flandriæ Comitiſſa benefacit anno 1262. Abbatiæ de Dorrezeele, Virginum Ord. Ciſterc. tunc ſitæ prope Aſſenede, nunc Gandavi.

Ex Archivis Cameræ Rat. Inſulis.

NOs Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa notum facimus univerſis, quod nos venditionem tertiæ partis viginti ſex bonariorum Waſtinæ noſtræ cum moro exiſtente in eadem, jaceotium in Officio de Aſnede juxta Domum Abbatiſſæ de de Dorenzeele quæ vocatur Trieſt, quam dilectus Clericus noſter Magiſter Johannes de Moote S. Eligii Cuſtos Montenſis fecit Balduino de Curia oppidano noſtro Gandenſi de mandato noſtro, ratam habemus & firmam; ita tamen quod ipſe Balduinus & ejus Succeſſores io dicta Waſtina nobis & noſtris Succeſſoribus Comitibus Flandriæ pro quolibet bonario dictæ Waſtinæ ſex denarios annui cenſus in perpetuum ad brevia noſtra de Aſnede in feſto S. Remigii annuatim ſolvere teneantur.

In cujus rei teſtimonium & munimen præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine duximus roborandas.

Actum & datum Gandavi anno Domini 1262, die Sabbati poſt Cineres.

CAPUT CXLV.

Margareta Flandriæ Comitiſſa fundat ac dotat anno 1262. Monaſterium FF. Guilielmitarum, primùm in Bierdliet apud maræ modo Brugis exiſtens.

Ex Archivis Cameræ Rat. Inſulis.

NOs Margareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, notum facimus univerſis, quòd Nos pro animæ noſtræ & animarum Anteceſſorum & Succeſſorum noſtrorum remedio & ſalute, dedimus in puram & perpetuam eleëmoſinam viris Religioſis Priori & Fratribus Heremitis Ordinis S. Willelmi manentibus in loco qui dicitur Waſtinæ B. Mariæ, ſex bonaria Waſtinæ ooſtræ jacentia in loco qui dicitur Benthil juxta Biſelvere poſſidenda ab eiſdem perpetuo & habenda.

Et ipſos inveſtivimus de ſex bonariis memoratis, retentâ nobis & noſtris Succeſſoribus omnimodâ juſtitiâ in eiſdem.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras dictis Priori & Fratribus tradidimus Sigilli noſtri appenſione munitas.

Ego verò Guido Comes Flandriæ collationem & eleëmoſynam prædictas factas à kariſſima Domina & Matre mea prædicta dictis Fratribus, prout ſuperius eſt expreſſum, laudo & approbo ac gratas habeo.

Io cujus rei teſtimonium Sigillum meum una cùm Sigillo kariſſimæ Dominæ Matris meæ prædictæ, duxi præſentibus Litteris apponendum.

Datum anno Domini 1262 menſe Aprili.

NOs Margareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, notum facimus univerſis, quòd Nos pro animæ noſtræ & animarum Anteceſſorum & Succeſſorum noſtrorum remedio & ſalute, dedimus in puram & perpetuam eleëmoſynam viris Religioſis Priori & Fratribus Eremitis Ordiois Sti. Willelmi manentibus in loco qui dicitur Waſtina B. M. 20 bonnaria waſtinæ noſtræ cum moro exiſtente io eadem, quæ waſtina adjacet in loco qui dicitur Benthil juxta aqoæ ductum qui vocatur Biſelvere. Et dicta 20 Bonaria ipſius waſtinæ cum moro, eiſdem FF. deliberari fecimus per dilectum noſtrum Clericum Magiſtrum Johannem de Monte S. Eligii Cuſtodem Montenſem, ac ipſos inveſtivimus de 20 bonariis memoratia ab eiſdem FF. poſſidendis perpetuò & habendis; retentâ nobis & noſtris Succeſſoribus omnimodâ juſtitiâ in eisdem: ita

tamen quod dicti Fratres pro quolibet bonario ipſius waſtinæ unum denarium monetæ Flandrenſis annui cenſûs nobis & noſtris Succeſſoribus Comitibus Flandriæ ad Brevia noſtra de Watervliet in feſto S. Remigii in perpetuum annuatim ſolvere teneantur.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Priori & Fratribus tradidimus Sigilli noſtri appenſione munitas.

Ego verò Guido Flandriæ Comes Filius dictæ Dominæ Comitiſſæ collationem & eleëmoſynam prædictas dictis FF. à kariſſima Domina & Matre mea prædicta factas prout ſuperius eſt expreſſum laudo & approbo ac gratas habeo. In cujus rei teſtimonium Sigillum meum unà cum Sigillo kariſſimæ Dominæ Matris meæ prædictæ duxi præſentibus Litteris apponendum.

Datum Gandavi anno Domini 1262 menſe Februario, die mercurii poſt, Invocavit me.

CAPUT CXLVI.

Margareta Comitiſſa Flandriæ fundat ſibi anniverſarium in Abbatia B. M. V. de Byloke, Monialium Ciſtercienſium Gandavi, anno 1263.

Ex Archivis Cameræ Rat. Inſulis.

NOs Margareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, notum facimus univerſis, quod cum Kariſſimæ noſtræ in Chriſto Abbatiſſa & Conventus de Biloka, Ordinis Ciſtercienſis juxta Gandavum nobis & noſtris Succeſſoribus Comitibus Flandriæ debent annuatim pro quibuſdam terris ſuis jacentibus propè Curtem ſuam quæ Waſtina dicitur juxta Azendonck, videlicet pro ſex bonariis & quarta parte unius bonarii 11 ſolidos & 6 denarios Flandrenſis monetæ. Item pro duobus bonariis & dimidio & una menſura cum quinta parte unius menſuræ, 11 ſolidos.

Item pro quatuor menſuris 5 ſolidos & quatuor groſſos. De quibus petiis omnibus antedictis ſumma eſt 8 librarum, 14 ſolidorum & 9 denariorum Flandrenſium.

Nos ſcire volumus univerſos, quòd ob noſtræ Anteceſſorumque noſtrorum animarum remedio, dictis Abbatiſſæ & Conventui, dictam ſummam pecuniæ quittemus & in perpetuam eleëmoſynam contulimus & conferimus tali modo: quod in die obitûs noſtri Abbatiſſa & Conventus in ſuo Monaſterio, ac Capellani & Clerici Deo ſervientes in Hoſpitali ibidem ſito in Capella ipſius Hoſpitalis officium defunctorum & Miſſam pro defunctis annis ſingulis pro nobis & ipſis Anteceſſoribus ac Succeſſoribus noſtris ſolempniter celebrabunt.

Et eodem die pitanchiæ fient, unà Conventui de vino & piſcibus valoris 100 ſolidorum, & alia pauperum Hoſpitalis de vino & aliis ferculis diei competentibus valoris ſexaginta quatuordecim ſolidorum & novem denariorum monetæ prædictæ. Quod ut robur obtineat firmitatis, præſentes Litteras prædictis Abbatiſſæ & Conventui tradidimus Sigilli noſtri munimine confirmatas.

Ego etiam Guido dictæ Dominæ Comitiſſæ Filius Comes Flandriæ prædicta omnia & ſingula laudans & approbans, Sigillum meum duxi præſentibus Litteris apponendum.

Datum anno Domini M. C. C. LXIII. menſe Aprili.

CAPUT CXLVII.

Margareta Comitiſſa Flandriæ benefacit Begginagio de Vinea, Brugis, anno 1264.

Vide Miræi Diplom. pag. 717 & 1005.

NOs Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa notum facimus univerſis, quod cum Balduino de Arſebruec fideli noſtro calumpniam feciſſemus pro quodam fore-facto quod commiſerat, occaſione cujus forefacti ſe & ſua eſſe in gratiam noſtram ſeu eſſe debere dicebamus; tandem intervenientibus bonis Viris, de dicto forefacto ipſum ad pacem noſtram recepimus mediantibus triginta & tribus menſuris terræ vel circiter quas tenebat à nobis juxta manſum Beghinarum Brugenſium, quod vulgariter dicitur in Vinea. Quâ terrâ, per ipſum Balduinum in manu noſtrâ reportatâ ad Legem, ipſam poſtmodum dictis Beghinabus vendidimus & conceſſimus pro ducentis Libris Flandrenſibus, nobis ab eiſdem Beghinabus plenariè perſolutis.

Et ſciendum, quod nos illud quod dicta terra valet aut valebit ultra viginti Libris annuatim Flandrenſibus dedimus & conceſſimus dilectæ noſtræ Laureæ nunc Magiſtræ Beghinarum, quamdiu vitam habebit in corpore, in uſus proprios, prout voluerit & ſibi

expedire viderit convertendum; & poſt deceſſum ipſius Lauretæ omnes proventus totius terræ prædictæ, ad communem utilitatem Beghinarum in Vinea Brugenſi commorantium perpetuo devolventur.

Prædictas autem venditionem & conceſſionem dictæ terræ memoratis Beghinabus garandizabimus contra omnes, jus in eadem terra reclamantes. In cujus rei teſtimonium & munimentum dictis Beghinabus præſentes Litteras tradidimus Sigilli noſtri appenſione munitas.

Nos etiam Guido filius Illuſtris Comitiſſæ prædictæ Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis venditionem & conceſſionem dictæ terræ prout ſuperius expreſſæ ſunt, laudamus approbamus ac tenebimus eas & faciemus eas inviolabiliter obſervari.

In cujus rei teſtimonium & munimentum cum ſigillo dictæ Dominæ Matris noſtræ præſentibus Litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum.

Datum anno Domini M. CC. LXIV. menſe Februario.

CAPUT CXLVIII.

Waltherus Bertholdus, Mechliniæ Dominus, ejuſque Uxor Maria fundant ac dotant Monaſterium Vallis Liliorum, Monialium Ordinis Præmonſtratenſis olim extra, nunc intra Mechliniam, anno 1265.

Ex Archivis Monaſterii Vallis Liliorum.

Univerſis præſentes Litteras inſpecturis Walterus dictus Bertholt Dominus de Maghma & Maria uxor ejus, ſalutem, & hujus collationis cognoſcere veritatem.

Ut omnis novella Plantatio Eccleſiæ militantis ſunditus radicetur, & in ſuis ſtipendiis inviolabilis perſeveret, oportunum exiſtit providum & honeſtum, ut Fundationis ſuæ titulo roboretur, & præcipuè in Collegiis confirmandis, ne divinus cultus in aliquo minuatur, vel etiam divinum officium ſubſtrahatur, malitiis hominom eſt omni diligentiâ obviandum.

Nam jura Canonica proteſtantur, quod ses ſemel Deo dicata, non eſt amplius ad humanos uſus aliquatenus redigenda.

Et quia breves ſunt dies hominis, memoria labilis, fides modica, abundans malitia ſuper terram, ſecurum eenſetur, & neceſſarium judicatur, ut ſupradictis omnibus obvietur, & facta ac dicta ſingula conſcribantur tempore oportuno, & per ſcripta auctentica ad memoriam reducantur.

Noverint igitur univerſi præſentes, pariter & futuri hanc Paginam inſpecturi, quod Lambertus Presbyter & Curatus quondam in Humbeka anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo tertio, ſuum allodium, in quo 1233. fundata eſt Eccleſia Vallis Liliorum obtulit noſtris progenitoribus & anteceſſoribus, videlicet Waltero dicto Bertholt Domino de Magïnia, & ejus uxori Dominæ Adeloïæ, renuntians omni juri quod ſibi in fundo hujuſmodi competebat. Tali appoſitâ conditione quod in eodem fundo Eccleſia conſtrueretur in honore Virginis gloriosæ, in quâ Canonicæ commorantes Ordinis Præmonſtratenſis Deo perpetuò deſervirent, & eundem fundum a noſtris progenitoribus ſupradictis, & eorum ſucceſſoribus univerſis ſæpedictæ Sorores in hæreditatem tenerent. Quas Sorores ſupradicti progenitores inhæredabant in fundo ſuperius nominato, annuatim ad duos denarios cenſuales. Quem eenſum poſtmodum liberè remiſerunt & eundem fundum eiſdem Sororibus in allodium liberaliter reliquerunt, garentizarunt, & ad garentiam obſervandam ſuos ſucceſſores univerſos reliquerunt ſimiliter obligatos.

Unde in eodem fundo Canonicæ Ordinis Præmonſtratenſis in eodem anno induĉtæ fuerunt, inveſtitæ & velatæ de licentiâ & mandato Domini Epiſcopi Cameracenſis G & de conſenſu & beneplacito ſpeciali Abbatiſſæ & Conventos de Corthenberga, in quarum Monialium Perſonatu dictus locus Vallis Liliorum noſcitur eſſe ſitus.

In primâ Miſſâ in eodem loco celebratâ Sabina & Margareta de Noſcegem Sorores & Canonicæ Ordinis Præmonſtratenſis habitum acceperunt.

Huic Miſſæ & velationi ex mandato Dominæ Machtildis de Herpſa tunc Abbatiſſæ in Cortenberga, interfuerunt Dominæ Ida nunc Abbatiſſa ibidem dicta de Blaisfelde, Heilewigis de Noſceghem tunc Prioriſſa, Odilia de Bernem, Heilewigis de Craneim, Ida de Herpſa, Domicellæ & Moniales in Cortenberga.

Teſtes vero omnium prædictorum exiſtunt Sabina & Margareta de Noſceghem, Eliſabet Prioriſſa, Margareta Supprioriſſa, Clementia de Leeſt, Machtildis, Beatrix de Hargeſebole & Machtildis Sorores, & Aleidis de Bruxella Sorores profeſſæ in Eccleſiâ Vallis Liliorum.

Ut autem ſingula ſupradicta perpetuam habeant firmitatem, noſtra duximus apponenda ſigilla.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto.

CA-

CAPUT CXLIX.

Nicolaus de Fontanis, Cameracenſis Epiſcopus, binas Ducum Brabantiæ Conſtitutiones in favorem Capituli S. Gummari Lyræ, unam anno 1225, alteram 1255 datas, recenſet atque corroborat anno 1266.

Ex Regiſtro Capituli.

NIcolaus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, Univerſis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Litteras claræ memoriæ Ducum Brabantiæ vidimus, tenorem hujuſmodi continentes.

IN nomine Domini. Amen. Henricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ. Omnibus io perpetuum notum ſit, tam poſteritati quam præſentiæ cunctorum Fidelium, ad quos præſentem paginam pervenire contigerit: quod nos Præbendam Guilielmi Sacerdotis, quondam Magiſtri François filii, in Elshaut ſitam, cujus donatio ad Nos, ſicut cæterarum Præbendarum ſpectat, in Eccleſia Beati Gummari in Lyra, io perpetuum deputamus miniſterio ſummæ Miſſæ in Eccleſia memorata: ita etiam, ut quiſcumque eam poſt memoratum Guilielmum habebit, teneatur ſummam Miſſam celebrare, & horis Canonicis Sacerdotis vice ſummâ diligentiâ providere.

Ut autem hoc ratum, & inconvulſum ab omni poteſtate habeatur &c.

1225. Actum anno Domini M. C. C. XXV.

HEnricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & & Brabantiæ, univerſis præſeotes Litteras inſpecturis ſalutem & omne bonum.

Noveritis, quod cum in Eccleſia B. Gummari in Liera tantum una Præbenda deputata eſſet miniſterio ſummæ Miſſæ, & ad Horas Canonicas vice Sacerdotis decantandas, nec una perſona ſufficeret, ad hujuſmodi duplex officium competenter exequendum: Nos ejuſdem Eccleſiæ utilitati providere voleotes & honori; ad ampliandum cultum divinum, & ut eidem Eccleſiæ honeſtius ſerviatur in divinis, ipſi duximus indulgendum, ut Præbenda Magiſtri Henrici Noeſe Scholaſtici ejuſdem loci, cùm Præbenda ſupradicta, cedat in perpetuum ad ſummam Miſſam & ad Horas decaotandas vice Sacerdotis.

Statuimus inſuper firmiter injungendo, ut Hebdommadarii in dicto Officio deputati, hebdommàdas obſervent permutatim: ita quidem, ut quando unus eorum in hebdommada ſua celebrat ſummam Miſſam, alter præſideat Horis Canonicis vice Sacerdotis. Hoc proviſo diligenter, ut dicti duo Hebdommadarii nihil percipiant de Præbendis ſuis, niſi fuerint Sacerdotes, & continuo reſideant, in officio ſoo laudabiliter miniſtrando. Præmiſſis adjicientes, quod dictæ duæ Præbendæ hebdommodariorum non conferantur de cætero, niſi eis qui fuerint Sacerdotes.

Hanc autem Præbendam, poſt reſignationem dicti Magiſtri Henrici Noeſe, Joanni de Liera Sacerdoti canonicè contulimus cum Scholaſteria & Cantoria annexis, eodem jure quo eam habuit Magiſter Henricus memoratus.

In hujus rei teſtimonium & munimen, dictæ Eccleſiæ Lierenſi Litteras noſtras contulimus, Sigilli noſtri munimine roboratas.

Actum & datum in Lovanio anno Domini 1255. menſe Septembri, in craſtino Beati Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ.

NOs itaque ſicut ex commiſſo nobis vigilantiæ Paſtoralis officio ſollicitudini noſtræ incumbere noſcitur, diligentius attendentes, ex Conſtitutionibus ſeu Statutis hujuſmodi in prædicta Lyrana Eccleſia honorem Dei bonumque ſtatum & decorem ipſius Eccleſiæ multipliciter augeri, Conſtitutiones & Statuta ſuperiùs edicta, in quibus fuſius univerſa & ſingula ſunt expreſſa, rata habemus & grata, eaque Authoritate noſtrâ Pontificali confirmamus, & præſentis Scripti Patrocinio communimus, dilecto in Chriſto Filio Cantori Antwerpienſis Eccleſiæ dantes præſentibus in mandatis, ut prænominatam Eccleſiam Lyrenſem non permittat contra hujuſmodi Confirmationis noſtræ tenorem ſuper præmiſſis Conſtitutionibus & ſtatutis à quocumque indebitè moleſtari: moleſtatores hujuſmodi Auctoritate prædicta, per Cenſuras Eccleſiaſticas compeſceodo.

In quorum omnium Teſtimonium & evidentiam pleniorem præſentes Litteras noſtras Eccleſiæ memoratæ conceſſimus, Sigilli noſtri munimine roboratas.

Datum anno Domini M. C. C. LXVI. menſe Octobris.

CAPUT CL.

Margareta Flandriæ Comitiſſa benefacit Monialibus Ordinis S. Claræ, olim extra, nunc intra Brugas, anno 1266.

Ex Archivis Camerar. Ration. Inſulis.

NOs Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, notum facimus univerſis, quod nos divino intuitu pro noſtræ animæ & pro noſtrorum Anteceſſorum Succeſſorumque animarum ſalute, religioſis Mulieribus Abbatiſſæ & Conventui Ordinis ſanctæ Claræ juxta Brugas in puram elœmoſynam contulimus quinque bonaria mori noſtri jacentis immediate juxta morum (*) Fratrum Guilleminorum verſus occidentalem plagam.

De his vide ſupra pag. 122.

Ita tamen, quod dictæ Abbatiſſa & Conventus pro quolibet bonario prædictorum quinque bonariorum cum fundo novem denarios Flandrenſis monetæ annuatim in feſto B. Remigii ad Brevia mori noſtri de Rodembourg nomine cenſûs in perpetuum ſolvere tenebuntur.

In cujus rei teſtimonium & munimentum præſentes Litteras Abbatiſſæ & Conventui prædictis tradidimus ſigilli noſtri adpenſione munitas.

Et nos Guido filius Illuſtris Comitiſſæ prædictæ Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis, collationem prædictam ſicut ſuperius eſt expreſſa, ratam & gratam habemus & eam promittimus in perpetuum pro nobis & ſucceſſoribus noſtris dictis religioſis mulieribus inviolabiliter obſervare. In cujus rei teſtimonium & munimentum præſentibus Litteris Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Datum anno Domini M. CC. LXVI. in die Beatæ Mariæ Magdalenæ.

Sancta Clara Virgo nobilis Aſſiſienſis, Monialium Ordinem authore S. Franciſco concive ſuo anno 1212 inchoavit, cui confirmationis Privilegium ab Innocentio III. Pont. impetravit. Obiit anno 1253.

Porro dictarum Clariſſarum aliæ dicuntur Damianiſticæ ſeu pauperes; aliæ vero Urbaniſticæ, ſive divites. Priores quidem ſic vocantur à primo Conventu divæ Claræ, qui S. Damiano ſacer eſt, in ſummo diſciplinæ ac paupertatis rigore perſtantes. E contra Urbaniſticæ dicuntur, quia mitigationem ab Urbano IV. Pont. factam admiſerunt.

Utriuſque generis plura in Belgio Monaſteria extant: imo ſæpe in una Urbe bina videre eſt; notanter Bruxellis, Mechliniæ, Gandavi, Brugis, Inſulis, &c. Porro Clariſſarum divitum ſeu Urbaniſticarum in Belgio noſtro tantum potui notare Monaſteria ſequentia.

Bruxellenſe, de quo vide Mirræi Diplom. pag. 450. Mechlinienſe, Gandavenſe, Peteghemienſe prope Aldenardam, de quo vide Mirræi Diplom. pag. 812. item infra in hoc Supplemento ad ann. 1286 Brugenſe, de quo hoc Diplomate. Iprenſe, Inſulenſe, Valencenenſe, & Luxemburgenſe.

De Monaſteriis pauperum Clariſſarum ſive Colletinarum, locus erit agendi infra ad an. 1457.

CAPUT CLI.

Margareta Flandriæ Comitiſſa ejuſque filius Guido donant Abbatiæ Vallis Cœli Monialium Ciſtercienſium recens fundatæ, tunc propè Dixmudam, nunc Brugis, varia bona fiſco ſuo propter homicidium addicta, anno 1266.

Ex præfatis Archivis.

NOus Margherite Conteſſe de Flandre & de Haynau faiſons a ſavoir a tous, ke nous a nos chieres amies en noſtre Seigneur L'Abeſſe & le Convent dou Val del ciel del Ordene de Ciſteaus dale Dikemue, avons donei pour Dieu & en aumoſne le manoir & toute la terre & heritage Ki nous eſchiy en noſtre partie pour l'okiſon du murdre, ki fu fais a Ipre de Mikiel de Trebout. jadis noſtre feiable & noſtre bourgois d'Ipre dou fourfait de Margherite Le-Meide ki ſa femme fu. C'eſt a ſavoir deun meſures cinquante trois verghes peu plus u peu moins on manoir & en le mote en le court ou gardin & es foſſez dou manoir, ki fu celui Mikiel, & ſou giſent vingt meſures une ligne treize verghes & demie dehors le gardin par deviers ſeptentrion teut en une piece, & deux lignes trois verghes moins peu plus u peu moins en une autre piece dales celi piece de terre, ce devant-dit Mikiel.

Vide ſupra Notas pag. 109.

Et ceſte terre devant-dite tous enſi comme elle eſt deviſée cy deſeure de piece en piece, avons nous donee & otryé a l'Abeſſe & au Convent devant-dis en aumoſne, pour tranſlater lor Abeie dou liu u elle fiet, dalés Dikemue ou liu & en le tierre deviſte cy deſeure, a tenir quitement & frankement as us & as Couſtumes, ke en tient autres Abeies de Ciſteaus en le Contei de Flandre, & ſauves toutes nos juſtices.

En temoing & en confermance de lequel choſe nous avons doné ces preſentes Lettres a l'Abeſſe

& au Couvent devant dis ſeelées de noſtre ſeel.

Et nous Guis fil à la noble Conteſſe devant dite, Cuens de Flandre & Marchis de Namur ce don & ceſte aumoſne tout enſi comme il eſt cy deſſeure eſcrit & deviſé, loons & approuvons, & prometons a tenir ferme & eſtable perpetuelement. En temoing & en ſeurté de lequel choſe aons avons mis noſtre ſeel a ces preſentes Lettres, ki furent données en l'an de l'Incarnation noſtre Seigneur Jeſu-Chriſt M. CC. LXVI. el mois de March.

CAPUT CLII.

Henricus Leodienſis Epiſcopus confirmat anno 1270. inſtitutionem Begginarum in Oppido Bredano, factam ab Henrico Bredæ Domino.

HEnricus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, dilectæ in Chriſto novellæ Congregationi Beginarum in una Curia apud Bredanos commorantium ſalutem, & ſponſum apprehendere quem ſequuntur.

Piæ veſtræ devotioni congaudentes, quâ ſæculi vitando contagia ſecretæ converſationis inſigoia ſuſcepiſtis, ut ſponſo cœleſti tantummodò placeatis, eâ volumus paci veſtræ providere cautelâ, quod obſequiis vacando divinis, ſpiritûs unitatem ſervare poſſitis.

Authoritate igitur quâ fungimur, locum veſtrum cum perſonis in eodem commorantibus ſub B. Lamberti ac noſtra protectione præſentium tenore ſuſcipimus;

Viro diſcreto Decano Conſilii Bekenſis noſtris dantes Litteris in mandatum, quod deinceps vos moleſtari ab aliquo non permittat: moleſtatores ſi qui fuerint per Cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. Et ut vos à nocivis diſcurſibus obtemperare poſſitis, concedimus vobis, quod in loco veſtro proprium habeatis Oratorium, in quo (ſalvo jure Parochiali) à proprio Capellano dumtaxat vel alio Catholico divina valeant ſuo tempore officio celebrari.

Concedimus inſuper vobis in Religionis aſſumptæ favorem, quod apud vos proprium habeatis Cœmiterium ac propriam ſepulturam, abſque juris Parochialis præjudicio.

In cujus rei teſtimonium præſentem Litteram vobis tradimus ſigilli noſtri appenſione roboratam.

Datum anno Domini M. CC. LXX. in Feſto B. Leonardi.

Extiit hujus Diplomatis fragmentum apud Miræum pag. 773.

Fundatrix primaria hujus Begginagii fuit Machtildis Domina de Dieſt, Uxor Godefridi Domini de Breda, circa annum 1250: cujus ſucceſſores, ac notanter filius ejus Henricus, dotem notabiliter auxerunt.

Porro tametſi Bredana Civitas jam ab anno 1637 Hollandis paruerit, attamen tolcratur illic prædictum Begginarum domicilium.

CAPUT CLIII.

Guido Comes Flandriæ donat Iſabellæ Luxemburgicæ Uxori ſuæ & liberis ejus Dominium de Tourout & Wienendaele in Diœceſi Brugenſi anno 1270.

Ex Annalibus Clivix per Teſſchemaker, pag. 215.

IE Gais Cuens de Flandres & Marchis de Namur, fache ſavoir a tous, ke comme Yzabeans me tres chere femme & compaigne ſe ſoit maintenue, comme preude femme, & bonne Dame loyaument & honetement en tous bons manieres, ke elle pens avec moy & envers my comme a ſon Seigneur & Mary, parqaoy je ly doy etre tenus perpetuelement, en avoir & en favear & en toutes autres honteis je le poarray faire poar luy, je pour les raiſons devant dites & pour les tres grand chariges des enfans, k'ele a & encou pourra avoir de my. je ſuis aviſez & conſenſiz & a ce mechmen Oſtroy par le conſeil & volontes de ma tres chere & tres haute Dame & Mere Margriete Conteſſe de Flandres & de Hainaa & par t Oſtroy & conſent de Robiert mon ainſné fil, & Soir Conte de Nevers & Guillaume mon fil, ke ele ayt en nom dou Doa & aſſeurement de Doone la manoir de Wymendail & les appendances & le Vile de Torout, & les appendences, toa en tel maniere & auſſi franchiment, comme ly ay tenais juſques a ores Et avec ce, je voel k'ele ait mille livres de notre monnoye de Flandres & prendre a Tbougen de Dam chaſcun aa, tant comme elle vudra a deux payementz, coſt aſſavoir &c. & infra.

Et apres ſon deces, je voel & Oſtroy, ke li ſoins que nous avons & aurons enſemble, ou ke qui devons y ſera enſemble ait devant-dit Manoir & la Ville de Toroat, & les appendences, en la maniere & en le franchiſe ke nous les avons tenu &c. & les tiengnt en fief & en homage, lige de Monſoir Seigneur & Conte de Flandres &c. Ce fut donné l'an del' Incarnation notre Seigneur Jeſus-Chriſt Mil dcun cens ſoixaate dix, & ait el mois de Jane.

CAPUT CLIV.

Capitulum Colonienſe recognoſcit Joannem I. Brabantiæ ejuſque ſucceſſores Fundatores ac Patronos Altaris SS. Trium Regum Coloniæ, anno 1272.

EXcellenti Dominæ Dnciſſæ Brabantiæ ejuſque filio Joanni Illuſtri Duci Brabantiæ & Lotharingiæ, Capitulum Colonienſe quidquid poſſunt obſequii & honoris.

Cùm Reverendus in Chriſto Pater & Dominus noſter Engelbertus Dei gratiâ Archiepiſcopus Colonienſis, ad quem vacante Decanatu Eccleſiæ noſtræ, Altaris ſanctorum trium Regum ſpectabat collatio, iſtâ vice ipſum Altare vacans per mortem Theodorici Sacerdotis bonæ memoriæ, Hermanno Sacerdoti exhibitori præſentium contuletit; & ipſe Hermannus ſibi debitum officium fideliter exequens, ad illud Altare fideliter deſerviat & devotè:

Excellentiæ veſtræ humiliter ſupplicamus, quatenus habentes Deum præ oculis, & fideliter advertentes quâ devotione & humilitate vir ſtrenuus & illuſtris Henricus piæ recordationis quondam Dnx Brabantiæ, de ſua & ſuorum Prædeceſſorum & Succeſſorum ſalute juſtè & religiosè cogitans, dictum Altare conſtruxerit in noſtrâ Eccleſiâ, perpetuò faciendum, illudque dotaverit duodecim Marcharum redditibus annis ſingulis, ſicut in Privilegio à veſtris Prædeceſſoribus ſuper hoc confecto, cujus tranſcriptum vobis ſub Sigillo Eccleſiæ noſtræ tranſmittimus, pleniùs continetur, quæ à veſtris Prædeceſſoribus dicti Altaris miniſtris ſunt ſolutæ; licet tamen per ſex annos continuos iidem redditus ſunt detenti, quorum requiſitionem dilectis nobis in Chriſto Alexandro de Linepe & Johanni de Rimersbergis in noſtra & Leodienſi Eccleſia Canonicis commiſimus, ſecundùm quòd in Litteris vobis ex parte noſtrâ miſſis pleniùs videbitur contineri.

Datum feriâ ſextâ antè Ramos Palmarum anno Domini M. C. C. LXXII.

CAPUT CLV.

Erectio Begginagii Sylvæducenſis, anno 1274.

Ex Cartulario Capituli quondam Buſcodui.

UNiverſis præſens ſcriptum viſuris, Fr. Franco Prior F F. Ordinis Prædicatorum in Lovanio, ſalutem in omnium Salvatore. Noverint univerſi inſpectione præſentium, quod Prioriſſa totuſque Conventus Vallis Dnciſſæ, Ordinis B. Dominici, Patroni Eccleſiæ de Orten & de Buſco, & Godefridus Rector ejuſdem Eccleſiæ ex una parte, & Begginæ ibidem cum ſuis Proviſoribus, Domino B. Decano Concilii de Cuyck & Domino G. Inveſtito Eccleſiæ S. Petri in Vucht, ex parte alia, in nos compromiſerunt, quod quidquid ordinaremus & ſtatueremus ſuper ſeparatione earumdem Begginagii & dictæ Eccleſiæ, ratum & ſtabile in perpetuum permaneret: prout in Litteris ſuper ipſa Compromiſſione confectis pleniùs continetur.

Nos autem, inſpectâ ſalute & utilitate partis utriuſque, habito ſuper hoc proborum conſilio, ſeparationem inter dictas Eccleſiam & Capellam Begginarum ordinamus in hunc modum.

Statuentes, quod dictæ Begginæ in loco quem jam acquiſierunt, vel acquiſituræ ſunt impoſterum infra limites Parochiæ ſæpe-dictæ, Eccleſiam ædificare & cæmiterium habere valeant ac proprium ſacerdotem, qui Coram animarum ipſarum habeat, & divina ibidem celebret, atque Eccleſiaſtica adminiſtret eis Sacramenta, & in eodem cæmiterio exhibeat eis ſepulturam, & cætera circa eas faciat, quæ ad ſollicitudinem Parochialem pertinere dignoſcuntur, licentiâ illius cujus intereſt, ſuper hoc obtentâ.

Qui Sacerdos, quotiens inſtituendus eſt ibidem, Prioriſſa ſupra-memorata tamquam Patrona eum inſtituet & præſentabit per ſe vel per ſuas Litteras Archidiacono loci, ad quem de antiqua & approbata conſuetudine Curæ animarum Collatio pertinet Villæ & Parochiæ de Buſſcho, Curam animarum earumdem Begginarum ab ipſo recepturum.

Qui poſtquam ſic inſtitutus fuerit, dote Eccleſiæ ſuæ, oblationibus & obventionibus, quæ ſibi à ſuis proveniunt Begginabus, pro ſuo ſtipendio ſit contentus: ita quod nullius pauperatis, vel defectûs competentiæ prætextu aliquid exigere preſſit à Prioriſſa, vel Inveſtito, vel aliquo ſuorum ſucceſſorum, ſed ad præbendæ ſuæ competentiam tenebuntur Begginæ memoratæ.

Debet

Debet nihilominus in receptione ſua jurare reſidentiam perſonalem, & fidelitatem facere Inveſtito de Juribus Parochiæ fidelitet conſervandis.

Ordinamus inſuper, volentes, quod prædictus Sacerdos omnes percipiet oblationes ſuarum Begginarum infra ſepta ſua commorantium. In exequiis tamen earumdem medietatem dabit Inveſtito ſine fraude, ſive una Miſſa, ſive plures....

Ut autem pleniùs indempnitati Eccleſiæ Parochialis caveamus, ſtatuimus ordinantes, quod quælibet Beggina infra clauſuram ſive Collegium commorans, ibidem duos denarios Lovanienſes, videlicet unum infra Nativitatem Domini, & alium infra Octavas Paſchæ Inveſtito Parochiæ perſolvere tenebitur annuatim.

Sepultura. Si vero aliquem vel aliquam ſæcularem de Parochia apud Begginas memoratas ſepulturam eligere contingat, licebit Sacerdoti Begginarum ipſum ſive ipſam recipere, & in cemiterio ſuo ſepelire, deportato prius corpore ad Eccleſiam Parochialem. Sed deportato corpore ad Eccleſiam Begginarum, oblationes ibidem factæ, ſive una Miſſa fiat ſive plures, cedere debent Sacerdoti Begginarum pro medietate, & pro alia medietate Sacerdoti Parochiali.

Præterea non poterit idem Sacerdos Begginarum Tricenale aliquod aut Anniverſale à Parochianis Parochiæ ullo unquam tempore recipere, niſi ſibi conſtet Sacerdotem Parochialem vel ejus Vicarium prius illud habuiſſe vel habiturum ab eiſdem. Quidquid tamen oblatum fuerit Sacerdoti Begginarum in Eccleſia Begginarum à Parochianis Parochiæ cauſâ devotionis per totum annum præter prædicta, poterit Sacerdos Begginarum retinere: exceptis in quatuor ſolempnitatibus præcipuis, in quibus oblata à Parochianis Parochiæ Sacerdos Begginarum debet reſtituere integraliter Inveſtito Parochiæ ſine fraude. Et per hoc eædem Begginæ & earum Sacerdos exempti & immunes ab omnibus aliis juribus parochialibus remanebunt, nec ad aliquod ultra Parochiæ ſeu Inveſtito tenebuntur.

Ut autem hæc omnia inperpetuum rata atque inconcuſſa permaneant, præſentem Ordinationis noſtræ Litteram, Sigillis Religioſorum Virorum, Gardiani FF. Minorum de Buſcoducis, & Prioris FF. Ord. Beati Wilhelmi ibidem, ac noſtro duximus roborandum.

Datum in Buſco-Ducis, in Octavis BB. Petri & Pauli Apoſtolorum, anno Domini M. CC. LXXIV.

CAPUT CLVI.

Margareta Flandriæ Comitiſſa fundat ac dotat Conventum FF. Prædicatorum Duaci, anno 1275.

NOs Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, notum facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod nos locum cum fundo ſitum in villa Duacenſi, in vico, qui dicitur Caſtellum, quem viris Religioſis Fratribus Prædicatoribus apud Duacum dedimus pro Domo ſui Ordinis ædificanda ibidem ob noſtram & anteceſſorum, liberorumque & aliorum Succeſſorum noſtrorum ſalutem;

In quo quidem loco fuerunt domus Euberti Reguli dicti Pikette, Lauvini dicti Pilatte, Sagatonis, & Engranni filiorum dicti Lauvini, Gerardi dicti le Truie, Wiberti dicti Mobachi Pikette, Jacobi dicti Hureillon, Lamberti Jvonis, & domus Engranni dicti Pilate; quæ quidem domus ultimo nominata fuit Walteri de Keri: necnon & vicum, qui eſt inter memoratas quondam domos prædictorum Wiberti, Jacobi, & Engranni, quæ quondam prædicti Waltheri fuerat; ac eorumdem Fratrum nunc Eccleſiam, prout extenditur à domo quondam Gerardi dicti le Truie, uſque ad angulum domûs prædicti Engranni; quæ fuit præfati Walteri, contiguum viæ quâ tenditur verſus Eccleſiam S. Amati, & à prædicto angulo protenditur in latitudine uſque ad angulum domûs præfati Euberti contiguum domui prædicti Lauvini rectâ lineâ menſurando. Quem etiam vicum muro cum porta claudi fecimus, & ipſum cum clauſura eiſdem Fratribus Prædicatoribus ad ſui loci dilatationem & eorum commodum contulimus, & conferimus, per præſentes liberamus & eximimus, ac libertum & exemptum eſſe volumus, & decernimus in perpetuum ab omni juſtitia ſæculari, ſæpè dictum locum cum fundo tali dantes libertati, qualem alia loca Religioſa infrà ſepta Monaſteriorum, aut Eccleſiæ cum ſuis cimiteriis in terra noſtra habere noſcuntur.

In cujus rei teſtimonium & munimen Sigillum noſtrum præſentibus ad perpetuam memoriam duximus apponendum.

Et ego Guido dictæ Dominæ Comitiſſæ filius & hæres, Comes Flandrenſis, & Marchio Namurcenſis præſcriptis omnibus, & ſingulis, quæ ſuperiùs ſunt expreſſa, meum conſenſum præbeo patiter & aſſenſum, & vo-

lo ea omni tempore inviolabiliter obſervari.

Atque ut perpetuæ robur obtineant firmitatis, Sigillum meum unà cum Sigillo chariſſimæ matris & Dominæ meæ prædictæ duxi præſentibus appendendum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio, menſe Junio.

In Belgio noſtro duæ ſunt Provinciæ Ordinis FF. Prædicatorum. Prima quæ eſt Flandro-Belgica ſive inferioris Germaniæ, anno 1514 erecta per Leonem X. Pont. ad inſtantiam Caroli V. Cæſ. Sunt in ea Conventus XVI. ſequentes.

Gandavenſis. Lovanienſis, ubi eſt Studium generale. Antverpienſis. Brugenſis. Buſcoducenſis, modo tranſlatus Mechliniam. Moſæ-Trajectenſis. Calcarienſis in Clivia. Bruxellenſis. Luxemburgenſis. Montenſis. Braniæ-Comitis. Namurcenſis. Sittardienſis. Tungrenſis. Liranus, & Vilvordienſis. Item tres Vicariatus, Raſpalienſis pertinens ad Conventum Bruxellenſem; & Tillienſis & Altibrunenſis, ad Braniæ-Comitanum.

Conventus quoque Monialium ibidem ſunt ſeptem: Gandavenſis. Lovanienſis. Antverpienſis. Brugenſis. Audergemienſis juxta Bruxellam. Sittardienſis, & Ruremundenſis.

Altera Provincia Ordinis FF. Prædicatorum eſt Gallo-Belgica, ſeu Stæ. Roſæ, anno 1680 à priore ſeparata. Sunt in ea undecim Conventus ſequentes.

Inſulenſis. Leodienſis. Valencenenſis. Winocibergenſis. Iprenſis. Audomarenſis. Duacenſis Stæ. Crucis, item alter Sti. Thomæ, ubi eſt Studium generale. Tornacenſis. Revinienſis. & Cameracenſis. Conventus autem Atrebatenſis ſubeſt Provinciæ Galliæ.

Monaſteria quoque Monialium ibidem ſunt: duo Inſulis, quorum unum vulgo dicitur *Labiette*. Bello-montanum Valencenis, Duacenſe ac Tornacenſe.

Præterea duo ſunt Conventus Prædicatorum Aogiorum, unus Lovanii, alter Bornhemii in Flandria; item Conventus Monialium Anglarum Bruxellis. Unus quoque Dominicanorum Hibernorum Lovanii.

De Monaſteriis ejuſdem Ordinis quæ perierunt in Hollandia, vide *Bataviam deſolatam* P. De Jonghe, qui & deſcripſit *Belgium Dominicanum*, editum Bruxellis anno 1719 apud F. Foppens.

CAPUT CLVII.

Jus Patronatûs Begginagii Bruxellenſis à Capitulo S. Gudulæ transfertur anno 1275. in Abbatem S. Bernardi ad ſchaldim Ord. Ciſterc. approbante Joanne I. Duce Brabantiæ, qui in vicem concedit eidem Capitulo electionem liberam ad duas Præbendas.

Ex Butkens Trop. Brabantiæ fragmentum.

IOannes Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem cum notitia veritatis.

Quia viri diſcreti Decanus & Capitulum Eccleſiæ B. Gudulæ Bruxellenſis petitionibus noſtris ſuper hoc ſibi porrectis benignè annuerunt, & Ordinationes factas inter ipſos ex parte una, & Beginas loci de Vroea * juxta Bruxellam ex altera, per viros Religioſos Abbatem de Villari Ciſtercienſis Ordinis & Gardianum Fratrum Minorum de Bruxella, ſuper jure Patronatûs & aliis juribus, quæ dicti Decanus & Capitulum priùs habebant in loco prædicto, &c.

* N. B. tunc habitabant in Molebeecke.

In cujus rei teſtimonium, ſigillum noſtrum Litteris præſentibus eſt appenſum.

Datum anno Domini M. CC. LXXV. in craſtino B. Martini hiemalis.

CAPUT CLVIII.

*Margareta Comitiſſa Flandriæ confirmat anno 1276. Poſſeſſiones Abbatiæ Thoſanæ * Ord. Ciſterc. juxta Brugas (dein unitæ Epiſcopatui Brugenſi) ſub obligatione Miſſæ quotidianæ.*

* Vulgo *Doſſ.*

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti Amen. Nos Margareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, Notum facimus univerſis, quod cum Religioſi Viri nobis in Chriſto kariſſimi Abbas & Conventus B. Mariæ de Thouſan Ciſtercienſis Ordinis Tornacenſis Diœceſis, devotis orationum ſuffragiis & aliis piis obſequiis variis & diverſis noſtris multotiens complacuiſſent deſideriis: Nos propter Deum & eorum merita gratioſa & ob noſtræ Anteceſſorum & Succeſſorum noſtrorum remedium animarum, ut contra poſſeſſiones & bona ſua & Eccleſiæ ſuæ omnis calumnioſa prorſus ceſſet materia & occaſio temporibus ſucceſſivis, dictiſque bonis & poſſeſſionibus omni tranquillitate gaudeant, & etiam omni pace, pro auctoritate conſenſu corrobatione

approbatione & noſtræ confirmationis munimine firmiùs obtinendis, ea fecimus in hiis Scriptis redigi ſpecialiter & expreſſè.

Videlicet ſitum Monaſterii ſui de Thouſan, & circa ſirum ipſius Monaſterii circiter quadringenta boneria terræ ab antiquo poſſeſſa & juſto titulo acquiſita.

* Hodie Aerdenbourg. Item in Officio de Rodembourg * apud Curtem de Pulsbrouc cum pertineotiis circiter ducenta & quinquaginta ſeptem boneria waſtinæ ac mori privilegiata, ab Anteceſſoribus noſtris Comitibus Flandriæ libera ab omni cenſu; item apud eandem Curtem circiter tredecim boneria waſtinæ per noſtras Litteras confirmata; de quibus dicta Eccleſia ſolvit pro quolibet bonerio cenſum novem denariorum Flandrenſium annuatim ad Brevia de Rodembourg: item apud eandem Curtem circiter triginta & unum bonerium waſtinæ juſto titulo acquiſita; de quibus dicta Eccleſia ſolvit pro quolibet bonerio conſimilem cenſum ad Brevia ſupradicta.

Item apud Curtem de Burkela cum pertinentiis ſuis circiter trecenta & quinquaginta tria boneria waſtinæ & nemoris empta erga Illuſtrem Virum Thomam de Sabaudia Comitem Flandriæ & Haynoniæ & felicis memoriæ Illuſtrem Dominam Johannam ejus uxorem Comitiſſam: de quibus ipſa Eccleſia ſolvit pro quolibet bonerio cenſum ſex denariorum Flandrenſium ad Brevia de Maldenghiem annuatim.

Item apud eandem Curtem circiter triginta duo boneria waſtinæ juſto titulo acquiſita, de quibus ipſa Eccleſia ſolvit decem & octo denarios Flandrenſes ad dicta Brevia de Maldeoghiem annuatim.

Item in Officio de Hulſt apud Curtes de Grouda cum pertinentiis ſuis in terris, waſtinis, moro, lacis, viis & aquis circiter mille trecenta boneria juſto titulo acquiſita, de quorum numero ſolvit dicta Eccleſia pro centum triginta & novem honeriis waſtinæ & mori cenſum quatuor librarum decem & novem denariorum Flandrenſium ad Brevia de Hulſt annuatim, & de eodem numero pro viginti boneriis mori ſolvit ipſa Eccleſia ad eadem Brevia cenſum viginti denariorum annuatim, & pro toto reſiduo dicti numeri ſolvit dicta Eccleſia ad Brevia Spicarii noſtri Gandenſis liberum cenſum triginta quinque denariorum annuatim.

Item in Officio de Ooſtbourg circiter quadraginta & unum bonerium terræ ab antiquo poſſeſſa & juſto titulo acquiſita. Item Speiam inter Roiam & Lyſſewegherher, ſundum ſive manſuram apud Munekereide tam intra dictum quam extra, & manſionem in ea ſitam. Fundum & bruggam ſuper Roiam juxta pontem Rollekini ad edificandam domum ſive manſionem uſibus Eccleſiæ neceſſariam.

Item redditus annuos circiter centum librarum Flandrenſium in diverſis locis per Officium Brugenſe juſto titulo acquiſitos.

Item quadraginta ſolidos Flandrenſes annui redditûs ad ſacrificium Altarium ex dono Illuſtris Domini Philippi quondam Flandriæ & Viromandiæ Comitis. Item capturam anguillarum, ex dono quondam Gerulphi de Calvekete militis. Item apud Curtem de Roſſewale cum pertineotiis ſuis circiter nonaginta tria bonaria terræ juſto titulo acquiſita; cujus terræ major pars jacet circa dictam Curtem & reſidua jacet in diverſis locis per Officium Brugenſe.

Item immunitatem Theolonei & alienarum exactionum perſonis & rebus ipſius Eccleſiæ ab Anteceſſoribus noſtris conceſſam.

Igitur Abbati & Conventui & Eccleſiæ memoratis ſuper obtinendis & poſſidendis omnibus & ſingulis præmiſſis prout ſuperiùs ſunt conſcripta, auctoritatem conſenſum robur & firmitatem ſolempniter impartimur, & ea ipſis Abbati Conventui & ipſorum Eccleſiæ ex certa ſcientia, habitoque ſuper hoc diligenti conſilio, taliter confirmamus, ne per Nos vel Succeſſores noſtros contra dictos Abbatem & Conventum ipſorumque Eccleſiam, ſupra dictis poſſeſſionibus juribus ſive bonis remenſuratio nec inquiſitio in poſterum ulla fiat, aliudve per quod præmiſſa vel aliquod præmiſſorum poſſint vel debeant retractari, vel per quod in prædictis ipſa Eccleſia in perſonis ſive bonis moleſtari valeat ſeu turbari.

Ad hoc ipſam Eccleſiam perſonas & bona ejuſdem ſub protectione noſtra ſuſcipimus, & contra quoſcumque in jure ſuo tamquam terræ Domina ratione prævià defendemus.

Et ut fides plenaria præſentibus adhibeatur Litteris, volumus & expreſſè concedimus, quod huic Inſtrumento per ſe ſtetur abſque exhibitione aliarum Litterarum ſeu aliâ probatione quacumque. Et adhæc præmiſſa omnia & ſingula firmiter obſervanda Nos & noſtros Succeſſores ſpecialiter obligamus.

Et quia ſæpedicti Abbas & Conventus per hujuſmodi noſtræ Auctoritatis & Confirmationi munimen reputarant ſibi & eorum Eccleſiæ magnam à nobis gratiam factam eſſe, nobis liberaliter promiſerunt, quod unam Miſſam de Sancto Spiritu omni die in eorum Monaſterio quamdiu vixerimus per Sacerdotem idoneum ad hoc ſpecialiter deputatum; & poſt noſtrum deceſſum loco Miſſæ de Sancto Spiritu, Miſſam de Requiem pro anima noſtra diebus ſingulis facient ſpecialiter & in perpetuum celebrari, niſi diebus valde ſolempnibus, quibus ſecundum conſuetudinem Ordinis celebrari non congruunt dictæ Miſſæ. Ad quarum celebrationem Miſſarum bonâ fide coram nobis ſe ſpecialiter obligarunt.

Item univerſis & ſingulis volumus eſſe notum, quod hæc præſens noſtra Confirmatio ad alia extendi non debet, niſi ad ea quæ conſcripta ſuperius continentur.

In robur igitur & memoriam perpetuam omnium & ſingulorum prædictorum, præſens

rem Cartam præfatis Abbati & Conventui & Eccleſiæ de Thouſan tradidimus, ſigillorum noſtrorum appenſionc munitam.

Datum anno Domini M. CC. LXXVI. in die Beati Martini hiemalis.

CAPUT CLIX.

Margareta Flandriæ Comitiſſa fundat ac dotat Conventum Monialium Ordinis S. Dominici Inſulis, vulgo Labiette, anno 1276 & ſeqt.*

* Latinè dicitur Abbatiola.

Ex Gallo-Flandria P. Bucellini.

NOs Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, & Nos Joannes Brugenſis & Inſulenſis Præpoſitus & Flandriæ Cancellarius, notum facimus univerſis, nos vidiſſe, & recepiſſe Litteras confectas per nos Præpoſitum ſupradictum, & per diſcretos Viros Decanum & Capitulum S. Petri Inſulenſis, in forma inferiùs annotata.

Nos Joannes filius Comitis Flandriæ Brugenſis & Inſulis Præpoſitus & Flandriæ Cancellarius, Decanus & Capitulum S. Petri Inſulenſis, notum facimus univerſis, quòd cùm illuſtris Domina Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa quoddam Monaſterium Sororum, de Ordine Prædicatorum conſtruere proponeret, in Perſonatu Eccleſiæ noſtræ S. Petri in Parochia S. Andreæ juxta Beghinagium Inſul. ipſiaque Domina Comitiſſa ratione jurium temporalium & ſpiritualium nobis in dicto loco competentium, nobis offerret compenſationem rationabilem & debitam ſe facturam mediantibus probis viris &c.

II. DIPLOMA.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis Frater Joannes, Fratrum Ordinis Prædicatorum in Francia Prior Provincialis indignus, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quanto affectu illuſtris Domina Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa Ordinem noſtrum dilexerit, favor & gratia, quam apud ipſam habuit dictus Ordo, continuuſque & indeficiens beneficiorum ſucceſſus, quæ eidem exhibuit dicta Domina quoad vixit, manifeſtè declaravit.

Fuit ſiquidem diverſorum noſtri Ordinis infrà ſuæ terræ terminos patrona magnifica & fundatrix, Fratrumque in eiſdem ſervientium pia mater & ſuſtentatrix, & nutrix indefeſſa.

De novo inſigne Monaſterium Sororum noſtri Ordinis in ſuo Oppido Inſulenſi fundavit, & redditibus dotavit magnificè & privilegiis, aliiſque ſpecialibus gratiis ſtabilivit &c.

Datum Inſulis anno 1276 menſe Maio.

III. DIPLOMA.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Priori Provinciali Fratrum Prædicatorum in Alemannia ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Comitiſſæ Flandriæ fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut, cùm ipſa quoddam Monaſterium in villa Inſulenſi Tornacenſis Diœceſis, de novo conſtruxerit, pariter & dotarit, ut in eo habeantur Sorores Ordinis S. Auguſtini ſecundum Inſtituta Fratrum Prædicatorum viventes, Sororibus ipſis aliquam de Sororibus Monaſterii Vallis B. Mariæ* ipſius Ordinis, Trevirenſis Diœceſis, ſecundum Inſtituta prædicta viventibus, Prioriſſam concedi, de benignitate Apoſtolica mandaremus.

* Vide Belgium Dominican. pag. 294 & 300.

Nos igitur ipſius Comitiſſæ ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus aliquam de prædictis Sororibus dicti Monaſterii Vallis B. Mariæ, Tuæ, ut intelleximus, curæ commiſſis, litteratam, & ſanctæ converſationis & vitæ, prædictis Sororibus præfati Monaſterii Inſulenſis, aſſumendam per eas in eodem Monaſterio Prioriſſam, ſine qualibet difficultate, ſi videris ſecundum Deum, & animarum profectum expedire, tranſmittas: ut ejus doctrinâ in obſervantia ipſius Ordinis inſtruantur.

Datum Lugduni VII. Idus Auguſti, Pontificatûs noſtri anno tertio.

IV. DIPLOMA.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis, Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, & Guido filius ejus, Comes Flandriæ, & Marchio Namurcenſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Univerſitati veſtræ volumus eſſe notum, quòd dum ſecreta conſcientiæ diligenti meditatione diſcutimus, ipſamque conſcientiam variis & diverſis exceſſibus accuſari & obrui interdum conſpicimus; illud præcipuum credimus ſupereſſe remedium, ut per grata beneficia nobis perſonas obligemus fidelium, quæ pro nobis, & noſtris exceſſibus, pro quibus ad plenum ſupplicare nequaquam ſufficimus, jugiter altiſſimum miſericorditer interpellent.

Quia verò quâdam ſpecialitate confidimus in univerſis devotionis & caritatis operibus, quæ in omni ſanctitate vigere ſemper agnovimus in Ordine Fratrum Prædicatorum, piis pietatis affectibus ſalutem zelantium noſtrarum (prout verò

vero experimento didicimus) animarum, conſtruendi in terra noſtra Monaſterium Religioſarum mulierum Sororum præfati Ordinis, diu eſt, firmum concepimus propoſitum

Quod divinâ ſuadente clementiâ jam deduci finaliter volumus, & eâ devotione, quâ poſſumus, feliciter ad effectum; ut in utriuſque ſexûs perſonas ejuſdem Ordinis in terra noſtra devotio fidelium, & cultus divini numinis laudabiliter augeatur.

Igitur pro noſtrarum remedio animarum, prædeceſſorum noſtrorum, & ſpecialiter pro remedio animæ dignæ memoriæ Dominæ Joannæ Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſæ, meæ Margaretæ Comitiſſæ Dominæ & Sororis cariſſimæ, & Materteræ Comitis ſupradicti, quæ ad conſtructionem prædicti Monaſterii pium deſiderium, ac promptam, dum viveret, voluntatem habuit; in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis dictum Monaſterium conſtruimus, & fundamus ad honorem Beatæ ſemper Virginis Genitricis Dei Mariæ, in loco, qui dicitur B. Mariæ in Inſula, & quòd Monaſterium tali nomine in perpetuum volumus nuncupari.

Verùm cùm nos deceat, qui ſumus hujuſmodi Monaſterii fundatores, ipſum largitionibus dotare decentibus; & ad uſum perpetuum Religioſarum mulierum Sororum ibidi Domino famulantium liberaliter quoad jus & proprietatem conferimus, & donamus terram &c.

In eo Diplomate dein fusè enumerantur Donationes ac Privilegia, quibus denique ista subjiciuntur.

Ne autem in poſterum forſan antedictum Monaſterium contingat aliquorum, quod abſit, moleſtiis opprimi, aut injuriis indebitis moleſtari, ipſum Monaſterium cum perſonis & bonis ſuis omnibus habitis, & habendis, ſub noſtra protectione, & defenſione ſuſcipimus, & ad protectionem & defenſionem hujuſmodi nos, & hæredes noſtros, ac Succeſſores noſtros Flandriæ Comites tenore præſentium obligamus.

In quorum omnium teſtimonium & munimen Nos Margareta, Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, & Ego Guido filius ejus Comes Flandriæ, & Marchio Namurcenſis prædicti Sigilla noſtra præſentibus Litteris apponi fecimus & appendi.

1279. Actum & datum anno Domini M. C. C. LXXIX. menſe Aprilis.

V. DIPLOMA.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus, Prioriſſæ & Conventui Monaſterii de Iuſulis Ordinis Sti. Auguſtini, ſecundùm Inſtituta & ſub cura Fratrum Ordinis Prædicatorum viventibus, Tornacenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm à nobis petitur, quòd juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii ad debitum perducatur effectum.

Ea-propter dilectæ in Chriſto Filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per Privilegia, ſeu alias indulgentias, vobis, & Monaſterio veſtro, nec non libertates, & exemtiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis, & Monaſterio veſtro prædicto indultas, ſicut eas juſtè, ac pacificè obtinetis, & nos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c.

Datum Tiburi Kal. Octob. Pontificatûs noſtri anno primo.

VI. DIPLOMA.

CArolus Dei gratiâ Francorum & Navariæ Rex, notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quòd Nos ſummis deſideriis affectantes, ut perſonæ Eccleſiaſticæ Regni noſtri, ſpecialiter illæ, quæ relictis mundanis honoribus, & deliciis, Religionis habitum aſſumſerunt; &, ut liberiùs, & à conſortio ſæcularium ſeparatæ, poſſint Altiſſimo famulari, infra loca ſua volunt ineludi, ſub tranquillitate pacis adimplere valeant ſalubriter votum ſuum, & ut ab inquietatione ſæcularium, per quos nonnunquam, inſtigante maligno ſpiritu, moleſtantur, manu noſtræ potentiæ tueantur: Religioſas Mulieres nobis in Chriſto dilectas, Prioriſſam & Conventum Monaſterii B. Mariæ Inſulenſis de Ordine Prædicatorum; cum familia, gentibus, & bonis ſuis quibuſlibet, præſentibus & futuris, in noſtra Regia pro nobis & Succeſſoribus noſtris Franciæ Regibus, recepimus in perpetuum, & recipimus gardiâ ſpeciali, præſentium tenore.

Mandantes Bailivo Inſulenſi, Torneſii, & Duacenſi, qui nunc eſt, & ſuerit pro tempore, ipſiuſque locum tenenti, cæteris juſtitiariis Regni noſtri, & eorum cuilibet: quatenus dictas Religioſas, familiam, & gentes ſuas, res & bona ipſarum defendant, & faciant defendi ab omnibus injuriis, violentiis, oppreſſionibus; gravaminibus, moleſtiis, vi armorum, & novitatibus indebitis quibuſcumque, factaſque, ſi quæ fuerint, ad ſtatum debitum celeriter, & de pleno reducant; & illos, quos contra dictam noſtram ſpecialem gardiam invenerint quomodolibet attentaſſe, ad præſtandam proinde tam nobis, quàm dictis Religioſis emendam condignam ſine difficultate compellant, ac alias coſdem taliter puniant, civiliter tamen, quòd ulteriùs talia facere non præſumant; cedereque debeant aliis in exemplum

Et pro præmiſſis diligentiùs exequendis, præfatis Religioſis tradant, ſi, & cùm ex

parte ipſarum ſuerint requiſiti, unum de ſervientibus noſtris in ſpecialem gardiatorem, qui tantum de his, quæ cauſæ cognitionem requirunt, ſe nullatenus intromittat.

Quod ut ratum & ſtabile permaneat in futurum, præſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi Sigillum.

Actum apud S. Germanum in Laya, anno Domini M. CCC. XXVII. menſe Septembris. 1327.

CAPUT CLX.

Joannes Angianus Leodienſis Epiſcopus, anno 1277. Leges ac Statuta præſcribit Fratribus & Sororibus Majoris Hoſpitalis Sylvæducenſis.

Ex antiquo Regiſtro Eccl. Cath. Buſcoduc.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Joannes Dei gratiâ Epiſcopus Leodienſis, univerſis Fidelibus præſentem Paginam inſpecturis, perpetuam in Domino ſalutem.

Quoniam via vitæ eſt cuſtodientibus diſciplinam, ad laudem & honorem Dei omnipotentia, & ut viam vitæ fideles inveniant, in Hoſpitali B. & glorioſæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, quod in Buſco-Ducis Brabantiæ de fidelium eſt eleëmoſynis ædificatum, Deo famulantes, ipſum Hoſpitale, ac vitam & mores in illo, Chriſto & Chriſti pauperibus ſub diſciplina regulari ſervientium, conſilio Virorum Eccleſiaſticorum & Religionis expertorum prudentiâ ſic ordinanda diſponimus: ut Fratres & Sorores ibidem degentes in habitu & geſtu, in modeſtia victûs & veſtium, ſe à ſæculo & ſæcularium converſatione ſequeſtrent.

Statuimus itaque, ut quicumque divinâ inſpiratione tractus, in eadem Domo ſe Domino famulaturum obtulerit, non prorſus ad obedientiam recipiatur, niſi primò per annum unum integrum tamquam Novitius inter Fratres & Sorores converſando probetur, & labore domûs modoque vivendi experiatur.

Nec etiam votum profeſſionemque Religionis quiſquam ab eo recipiat, ſine Leodienſis Epiſcopi mandato & licentiâ ſpeciali. Sed ex tunc ſi de domo ipſa quacumque occaſione exire voluerit, de bonis quæ ipſi Domus dedit, ſeu quæ ex parte ipſius Hoſpitalis eidem provenerint, nihil omnino repetere poterit, nec de ipſa exiens de bonis ipſis quicquam extra feret. Sed ipſa bona integraliter Domui dictæ, ac pauperibus ibidem degentibus remanebunt.

Veſtimentis in pretio, colore & formâ humanitatem & Religionem præferentibus, Fratres & Sorores induantur. Fratres à Sororibus, ac Sorores à Fratribus, Refectorium, Dormitorium, & officinas ſuis adminiſtrationibus deputatas habeant ſeparatim.

Frater cum Sorore nunquam ſingularia ac ſecreta miſceat colloquia. Nunquam ſolus cum ſola ſedeat; ne capiendis malignus inſidiator viſcetium tendat.

Prohibemus, ne quicquam propriâ voluntate faciant, ſed omnia nutu & conſilio ejus, cui diſpoſitio talis commiſſa eſt, cum obedientia & humilitate ſine reclamatione ac murmuratione peragantur.

In Refectorio & Capitulo juxta converſionis ſuæ ordinem ſedeant, & eodem ordine in coquina & refectorio miniſtrare duæ Sorores eligantur, quarum intererit ſagaci diſcretione providere, ſi quorum imbecillitas exigat edulium, quod in omnibus non eſt aptum refocillationi.

Septa loci ſui & terras domus ſuæ, niſi de officio ſibi commiſſo, vel de licentia rationabili nequaquam exeant, vel excedant per vicos & plateas ſeu domos.

Nulla Sororum ab alterius Sororis comitatu & teſtimonio incedere aut ſpaciari præſumat.

Confeſſiones ſuas ſemel ad minus infra quindenam faciant, & ad Capitulum conveniant de communi utilitate tractaturi, & exceſſus, ſi qui forte acciderint correcturi. Qui in Capitulo correptus & accuſatus fuerit, breviter reſpondeat, ſi conſcientia de hoc ipſum reprehendit, *libenter emendabo*: ſin autem, *neſcio me culpabilem*, dicat, & ſic verbis litigioſis finis imponatur.

Nec aliquis in Capitulo loquatur ſine licentia, niſi propriam culpam confitendo, vel aliam proclamando.

Si quis hoc tranſgreſſus fuerit, & Capitulum perturbare præſumpſerit, uno die ſit in pane & aqua.

Quicumque etiam ſecreta Capituli alienis à Capitulo revelaverit, prædictam pœnitentiam faciat. Item quicumque jactaverit ſuperbè, ſe aliqua bona ſecum abſtuliſſe, uno die in pane & cereviſia jejunet. Si poſtulet illa ſibi reddi, tribus diebus ſit in pane & aqua.

Nullus Fratrum vel Sororum intra Buſcum, dormiat extra domum ſuam vel manducet.

In dormitorio vel refectorio in ſilentio ſedeant; verumtamen ſi inter prandendum aut cœnandum à quovis aliquid eorum quorum indiget uſus, exigendum eſt aut inſinuandum, quod per nutus aut per ſigna intelligi ab aliis non poſſit, ſurgat qui opus habuerit, & ſtando quod opus ſeu neceſſe habuerit breviter eloquatur.

Poſt cœnam breviſſimo intervallo habito,

pulſatoque ſigno conveniant omnes bibituri; ſtatimque pulſato ad Completorium tiotinnabulo omnibus ſilentium imponatur: præterquam ſi Infirmorum aut hoſpitum occaſione interrogatur ſilentium interrumpere ab aliquo.

Quilibet ſextâ feriâ io victu quadrageſimali jejunent; ab Exaltatione S. Crucis uſque ad Adventum Domini, & ab Octavis Epiphaniæ uſque ad Quadrageſimam per quartas Ferias jejuoium ſervent in lacticiois. Ab Adventu uſque ad Natale Domini, & à Quinquageſima uſque ad Paſcha continuum jejunium ſervent. Per Adventum, cum exceptis quartis & ſextis Feriis, lacticiois uti poterunt. Singulis diebus Dominicis tertiâ & quiotâ feriâ extra continoum jejunium, carnibus uti poterunt, & in præcipuis Feſtis ae aliis diebus de licentiâ Proviſoris vel Prioris. Jejunia Vigiliarum & quatuor Temporum joxta inſtitutionem Eccleſiæ obſervabunt. Infirmi vero Fratres & Sorores carnibus oti poteruot, excepto tempore jejuniorum.

De levioribus culpis.

Si quis ſigno dato veniendi, non properaverit, vel io eiſdem locis inquietudinem aliquam fecerit, ſi per licentiam Ordinis egreſſus ultra quam debuit negligenter moram fecerit: ſi veſtimentum vel aliquod utenſilium pejoraverit vel perdiderit: ſi Conventum aliquo geſtu vel verbo ioordinato ſcandalizaverit: de his omnibus & ſimilibus veniam petentibus iojungatur: *Miſerere mei Deus* vel quindecim *Pater Noſter*.

De mediis culpis.

Si quis ad Capitulum, dormitoriom, vel Refectorium ſigoo dato venire contempſerit: ſi quis eum à quo clamatus eſt eodem die quaſi vindicando clamare præſumpſerit: ſi quis cum mendacio ſieut io loquendo ſolet, ad affirmaodum vel negandum cooſueverit jurare: ſi quis turpem ſermonem vel vaniloquium in uſum habuerit; ſi quis eorum qui officiis deputati ſunt circa proprium officium negligens fuerit repertus: ſi quis ſine benedictione eibum vel potum ſumpſerit: ſi quis ſilentium loco vel tempore ſtatuto ſcienter infregerit: clamatis & de ſupradictis veniam petentibus fiet unius correctionis diſciplina, cum VII. Pſalmis vel ſo Pater noſter.

De gravioribus culpis.

Si quis cum aliquo in audientia ſæcularium inhoneſtè contenderit: ſi quis falſum teſtimonium io alium dixerit: ſi quis mendacium ex induſtria dixiſſe deprehenſus fuerit: ſi quis ſilentium non tenere in conſuetudinem duxerit: ſi quis culpam ſuam vel alterius defenderit: ſi quis inter Fratres diſcordias ſemioaverit: ſi in illum à quo clamatus eſt vel quemlibet alium minas ſeu opprobria malitioſè intulerit: ſi quis Fratri præteritam culpam pro qua ſatisfecit improperaverit: ſi quis ſuſurro vel detractor inventus fuerit: ſi quis mala de Patribus vel Fratribus io Domo ſua malitioſè dixerit: io hujuſmodi & ſimilibus culpis veniam petentibus, & noo clamatis, una eorrectio detor; videlicet unius diei io pane & aquâ, clamatis vero una correctio & unus dies ſuperaddatur.

De gravioribus culpis.

Si quis Frater aut Soror per contumaciam & manifeſtam rebellionem ſuo Priori inobediens extiterit: ſi quis cum Priore vel cum Proviſore intus vel foris cootendere præſumpſerit: ſi quis percuſſor, incontinens, dilapidator, incortigibilis ext terit: 40 diebus continuis (exceptis diebus Dominicis & feſtivis) correctionem accipiet: quartâ & ſextâ feriâ in pane & aquâ jejunabit, & ſuper terram nudam coram Fratribus & Sororibus comedet.

Item quicumque pœoitentiam meritis ſuis condignam ſuſtinere, aut ad juſſum ſui Rectoris, fratri reconciliari recuſaverit, pane & aquâ tantum utatur, & extra conſortiom Fratrum ſit, quamdiu in hac rebellione ſua perduraverit.

Item quicumque apoſtataverit, ſi infra 40 dies noo redierit, excommunicabitur, & Epiſcopo vel Archidiacono loci denunciabitur. Si vero miſertus ſui redire voluerit, ad arbitrium Prioris extra portam reſidebit. Tandem eo iotroducto, & veſtibus depoſitis in Capitulo ſuo virgam manu tenens & humi proſtratus & diſcalceatus, correctionem & pœnitentiam recepturus, bumiliter comparebit.

De Lectione Horarum.

Ante Matutinas ſuas dicent ſemel *Credo in Deum*. Et poſtquam ſe ſignaverint, in loco Matutinarum dicent 20. *Pater Noſter*, & totidem *Ave Maria* intercalariter. Quam ſalutationem dicent genua flectentes; oiſi fuerint in exercitio itineris. Pro Prima, Tertia, Sexta, Nona, pro ſingulis dicent ſepties Pater, & totidem Ave Maria ſimili modo ut ſupra. Pro Veſperis decies; pro Completorio ſepties. Poſt Completorium vero ſemel *Credo in Deum* & *Ave Maria*.

Veſperi autem ante boram dormiendi conveniant hi qui poſſuot, Fratres ſeorſim & Sorores ſeorſim, & dieant pariter *Miſerere mei Deus*, *Kirie-eleyſon*, *Pater Noſter*. Qui vero neſciunt *Miſerere*, dicant ter *Pater Noſter*. Ec hæc dicent pro Benefactoribus Domûs. Idem facient & infirmi.

De infirmis.

Si Frater vel Soror ejoſdem Domus moriatur, Fratrum & Sororum ſinguli & iofra tricenariom ſingulis diebus dicent 7 Pater. Pro illis vero qui in ſuffragiis ſpecialiter ſunt recepti, ſinguli & ſingulæ, ſani & infirmi diceoe ſo Pater, poſtquam ſciverint obitum eorumdem.

Quicumque Domum primùm ingreſſus fuerit infirmus, primùm dennnciabit confeſſionem factam Sacerdoti. Deiode proximo, ſi quem læſit, pro poſſe ſuo ſatisfaciet & veniam petet. Res ſuas ſi quas habet, ſub teſtimonio in ipſo Hoſpitali committet, eaſdem integrè ſi convaluerit, recepturus.

Quod ſi imminente mortis articulo, omnia ſua ſortè relinquere noluerit, deductis expenſis de reſiduo condet teſtamentum. Si autem inteſtatus deceſſerit, omnia ad uſus pauperum ejuſdem Domûs devolventur. Si qui vero inter

ægr s fuerint, qui pro ægritudinis magnitudine gr ffi ribus uti non poſſunt cibariis, dentur quæcu nque deſideraverint, dummodo haberi poſſunt.

Si quis f rtè decumbentium particulari laborans infirmitate, medicorum egens auxilio, nec habens quod merito tribuat, à Magiſtra Holpitalis pro curatione corporis detur, prout fi ri poterit, æſtimatione laborum moderatâ.

Temporalia quoque Domûs memoratæ de conſilio quatuor virorum zelum Dei habentium, authoritate Pontificali, ac conſenſu Scabinorum ae Juratorum oppidi de Buſco ad hoc electorum, qui Sacramento Domui fidelitatem exhibuerint, debent pertractari Hi vero, prout opus fuerit, poterunt amoveri, & alii ſubſtitui.

Statuimus etiam, ut quoties Frater vel Soror recipiendus fuerit, Conſtitutionum iſtarum ſeries coram illis prælegatur & exponatur. Et omnia hæc, quantum in eis eſt, ſe obſervaturos promittant.

Alioquin Fraternitatem Domûs minimè poterunt adipiſci: & ſi aliter recepti fuerint, expellentur.

Salvâ igitur in omnibus ſupradictis noſtrâ ac noſtrorum Succeſſorum Authoritate, ad quos proviſio, cura & ſollicitudo in omnibus Religioſis D mibus noſtræ Diœceſis præ aliis ſuper alias ejuſdem Diœceſis noſtræ noſcitur pertinere, ſtatuimus, ut in omnibus quæ ad vigorem Religionis & ſeveritatem diſciplinæ ſpectantia præordinavimus, occaſione infirmitatis aut corporum imbecillitatis, aut oneris laborioſi, ſeu quâlibet deliberatione rationabili, pro arbitrio Priviſoris liceat diſpenſare, & præſentibus Conſtitutionibus alias pro tempore ſuperaddi.

Harum autem Traditionum obſervantias in ſupradicta Domo inviolabiliter obſervari volentes, eas Authoritate Pontificali roboramus, & fig illi noſtri appenſione præſentis Paginæ continentiâ munimus

Actum & datum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, menſe Julio.

Jo Grammaye in Antiquitatibus Sylvæducenſibus, aliique illius Hiſtoriæ Scriptores, primam hujus Noſocomii originem ad hunc annum 1277 referunt. Erant tunc Fratres & Sorores, ſimul commorantes, & ægrotorum curam communiter gerentes. Sed anno 1376 Johannes ab Arckel Epiſcopus Leodienſis, reformato nonnihil loco, ſatius jud cavit excluſis Viris, Virgines ſolas Regulam S. Auguſtini ſectantes decumbentium ſervitio relinqui. Quod ſubſtitit, uſque dum anno 1629 cum Religione Catholica Moniales Sylvâ-Ducis expulſæ ſunt. Eccleſia hujus Hoſpitalis anno 1458 per Calixtum III. Papam erecta fuerat in Parochialem.

Interim mirare lector, in ſupra allegato Diplomate miram antiquorum temporum in condendis Statutis, loquendi ingenuitatem.

CAPUT CLXI.

Joannes Aldenardæ Dominus, & Uxor ejus Mathildis Vice-Comitiſſa Ambianenſis benefaciunt Abbatiæ Vallis Virginum, Monialium Ciſtercienſium Aldenardæ, anno 1277.

Ex Archivis Cameræ Ration. Inſulis.

Ous Jehans dis Sires d'Audenarde & Sires de Roſoit, & Mehaus ſa femme Vidameſſe d'Amiens Dame de Piquigny, faiſons aſſavoir à tons ceaus qui ches Lettres verrons & orront, que comme il ſoit enſi que nous aiemes mis une de nos filles, c'eſt aſſavoir Jehenne en le Maiſon des Vaus des Virgenes de Pamele, & aiens pris warde en nous que nous ne volons mie que la devant dite Maiſon ſoit trop carchié ou l'occaiſon de la devant dite Jehenne; Nous en recompenſation de che avons aſſené à le devant dite Jehenne dys livres de Pariſis par an, tant comme Elle vivera, à prendre ſour le Winage de nó Eſpeie de Pamele chacun an à le Candeler, en tel maniere que on les dois delivrer à l'Abeſſe de le devant dite Maiſon, par tel ma iere que elle les dois tourner & mettre es uſages & es neceſſités de le devant dite Jehenne: & ſe elle ne faiſoit enſi, nous y pourriens reſraire, comme au noſtre ſitoſt comme elle en defauroit que elle ne le feſiſt ſenſiſament ſans mal engien, & aprés le deces de le devant dite Jehenne les dys livres Pariſis par au devant dites doivent revenir à nous & à nos Hoirs & à che faire tenir, ſi com chi devans eſt dis.

Obligons nous & nos Hoirs par ces preſentes Lettres leſquelles nons avons ſeellées de nos Seans, & ſi prions à nó Gentil Seigneur Monſr. Guy Conte de Flandre & Marchis de Namur que c'eſt aſſennements confirme par le ſienne auctorité & par le ſien Seel; lequel aſſennement aons avons fait ore C'eſt l'an del, Incarnation Jeſus Chriſt mil C. C ſexante onze, el mois de Jenvier.

Es nons Guys Cuens de Flandre & Marchies de Namur à le requeſte de ces nos deux feables devant nommes & pour le pitet meſme de le beſoigne qui nous eſt à luer, avens eeſte choſe grée & confermée or noſtre Seeul que nous avens fait mettre à ces Lettres l'an de la ſainte Incarnation Jeſus-Chriſt Mil C. C. LXXVII. el mois de Decembre.

C A-

CAPUT CLXII.

Conſenſus Capituli S. Donatiani Brugis datus anno 1279. pro erectione Infirmariæ ſeu Hoſpitalis Sororum Sti. Oberti, intra limites Parochiæ S. Crucis, ſeu prope portam iſtius nominis. Quod Hoſpitale hodie occupant PP. Carthuſiani Brugenſes.

Ex Archivis Capituli Cath. Brugenſis.

Universis præſentes Litteras inſpecturis, Magiſtræ & Sorores Begginarum Infirmariæ infra limites Parochialis Eccleſiæ S. Crucis in Brugis conſtitutæ, ſalutem in Domino.

Noveritis, quod Venerabilis Patris Domini Tornacenſis Epiſcopi (ut congruit) authoritate pariter & conſenſu, pro libere obtinendo à Viris venerabilibus & diſcretis Decano, Capitulo B. Donatiani & Presbyteris Parochialibus Stæ. Crucis in Brugis * eorum conſenſu, quo ipſi Decanus & Capitulum tanquam Patroni prædictæ Parochialis Eccleſiæ, ſeu illius Perſona, & dicti Presbyteri tanquam Rectores ejuſdem Eccleſiæ Parochialis conſentiant & concedant finaliter, irretractabiliter & efficaciter nobis habere & ponere infra fines & limites dictæ Parochialis Eccleſiæ Infirmariam prædictam cum ſuis attinenciis, & Capellam hujuſmodi loco neceſſariam, dictis Decano & Capitulo ac Presbyteris in recompenſationem eorum incommodi atque dampni, & recognitionem congruam juris debiti eorumdem, promiſimus & promittimus ſolvere annuatim 65 ſolidos Flandrenſes tanquam certos redditus & perpetuos annuatim ſolvendos ad duos terminos anni, unam videlicet medietatem in Nativitate Domini, medietatem aliam in Nativitate B. Joannis Baptiſtæ;

* Hodie unus dicitur Paſtor S. Crucis extra Brugas; alter S. Annæ Brugis.

Taliter, quod prædictis Decano & Capitulo de prædictis 65 ſolidis 10 ſolidos, dictis vero Presbyteris 22 ſolidos & 6 denarios annis ſingulis ad prædictorum terminorum utrumque congruè perſolvemus.

Dabimus quoque plenariè, abſque fraude qualibet, ſeu procurabimus dari annis ſingulis dictis Presbyteris Parochialibus medietatem omnium oblationum, quæ ad manus Capellani noſtri, ſeu Capellanorum noſtrorum, ſi forſitan in poſterum nos plures habere contigerit, ad Altare proveneriot in denariis, pane, vino, candelis, cereis, aut aliis, quibuſcumque nomioibus cenſeantur, medietate alterâ nobis ſeu Infirmariæ noſtræ loco pro ſuis utilitatibus & neceſſitatibus remanente.

Dabimus quoque dictis Presbyteris, ſalvo tamen jure quod competit dictis Decano & Capitulo ut Perſonæ, videlicet ubi dicti Presbyteri nihil, ſed dicti Decanus & Capitulum ut Perſona recipiunt, totum quod provenit ad Altare diebus aliquibus ſpecialibus, ſicut in Eccleſia S. Crucis de talibus obſervatur.

Promittimus quoque prædictis Decano & Capitulo & Presbyteris, quod ſi oblationes aliquæ in anniverſariis, trecennariis vel aliis, quibuſcumque nominibus cenſeantur officiis, quæ pro remediis animarum Parochianorum B. Donatiani vel S. Crucis in Brugis, Eccleſiarum videlicet prædictarum, vel etiam apud earum alterutram ſepultorum vel ſepeliendorum in poſterum quandocumque aut etiam in exequiis ſeu exequiarum tempore defunctorum ſeu ſepeliendorum hujuſmodi, ad Infirmariam prædictam occaſione prædictâ contingerit provenire, nos illos reſtituemus eiſdem in quorum cimeteriis illi de quibus, ut tactum eſt, ſepeliri debuerant, vel ſepulti fuerunt.

Specialiter autem Presbyteris antedictis promittimus, eos procuraturas, quod nullet Capellanus ſeu Capellani, ſi plures forſitan in futurum fuerint, non celebrabit ſeu non celebrabunt in loco prædicto diebus Dominicis & feſtivis, nec aliqui vel aliquis vice ſuâ pro ipſo ſeu ipſis, antequam pulſatum fuerit in Eccleſia S. Crucis ad Miſſam majorem.

In feriis autem ſimplicibus celebrare poterit, ſive poterunt, quando ſibi videbitur expedire.

Promittimus quoque, quod nullo tempore procurabimus, ſed ſemper impediemus potius prædicationem in loco prædicto fieri, ſeu ſermonem publicè ante prandium ſeu comeſtionis communem & ſolitam horam diebus Dominicis & feſtivis & ſextis feriis, niſi à dictis Presbyteris Parochialibus, & petita fuerit prædicandi licentia & obtenta.

Specialiter quoque dictis Decano & Capitulo, & Parochialis Eccleſiæ ſæpedictæ, per conſequens quoque ut loci noſtri totalis prædicti, ut tactum eſt ſupra, Patronis, ſeu potius ut Perſonæ, promittimus, quod in jure quod eis competit atque poteſt competere ratione prædicti Patronatûs ſeu potius Perſonatûs, in omnibus & per omnia Nos ad ipſos habebimus, ipſoſque hujuſmodi jure ipſorum gaudere libere permittemus, ut juris ratio ſuadebit. Videlicet prout competit jus in locis aliis ſitis infra limites Juris Patronatûs ſeu Perſonatûs eorum.

Ad majorem etiam firmitatem roboris ſingulorum & omnium prædictorum, Nos Magiſtræ & Sorores prædictæ etiam juramento à Nobis præſtito corporaliter Procuratori di-

&orum Decani, Capituli & Presbyterorum legitime ordinato nomine procuratorio ſtipulanti promittimus, Nos inviolabiter & fideliter obſervaturas omnia atque ſingula ſupradicta.

Promittimus quoque pro nobis, & nobis in poſterum ſucceſſuris, quod juramentum hujuſmodi, quot enſcumque & quandocumque fuerimus requiſitæ à dictis Decano & Capitulo & Presbyteris Parochialibus, innovabimus, & per illas quæ viventibus Nobis acceſſerint, ut Conſorores, in ſtatu quocumque fuerint illæ nobiſcum, curabimus innovari. Et dictos Presbyteros in recognitionem debiti juris ſui, ſimiliter & Canonicos S Donatiani prædicti ad celebranda divina in noſtra prædicta Eccleſia ſeu Capella in anno quocumque, quotienſcumque & quandocumque voluerint, abſque contradictione qualibet admittemus.

Ad pleniorem etiam firmitatem & robur ſingulorum & omnium præmiſſorum, beneficio reſtitutionis in integrum, allegationi ſeu prætenſioni deceptionis, omnimodæ revocationis, erroris cujuſlibet, denunciationi etiam cuicumque, ſive quæ poſſet fortaſſis fieri apud Superiorem aliquem ſeu quemcumque, exceptioni dolt malt in factum & aliis exceptionibus, defenſionibus ſeu auxiliis quibuſcumque, ac omni alu Juris Canonici vel Civilis auxilio, Privilegiorum etiam impetratorum ſeu impetrandorum, ſeu Privilegit impetrati ſeu impetrandi pro Infirmaria noſtra prædictâ ſeu Nobis ſeu Eccleſia noſtra beneficio ſeu auxilio, quibus ſeu quorum aliquo præmiſſorum aliquid ſive aliquod poſſet infringi, vel contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum veniri ſeu aliquatenus attemptari, & Nobis in præjudicium partis adverſæ ſuccurri, tenore præſentium renunciamus, fide mediâ noſtrâ, etiam corporaliter interpoſito juramento.

Et Ego Johannes de Bredene Capellanus loci prædicti ad obſervantiam præmiſſorum in quantum hujuſmodi Me vel meos Succeſſores in Capellaniæ Beneficio videntur contingere, ſeu contingunt, etiam fide interpoſitâ corporali promitto pro Me & meis Succeſſoribus, quod contra prædicta vel aliquod prædictorum non veniam, nec aliquatenus procurabo veniri, ſed potius quantum in me fuerit ea faciam adimpleri.

In cujus rei teſtimonium & munimen, Nos Magiſtræ & Sorores prædictæ, præſentibus Litteris noſtrum ſeu Infirmariæ noſtræ prædictæ ſigillum duximus apponendum; rogantes Venerabilem Patrem Dominum Tornacenſem Epiſcopum antedictum, ut ipſe in teſtimonium Auctoritatis ipſius adhibitæ ſupraſcriptis, & Approbationis ſingulorum & omnium præmiſſorum velit & faciat ſigilli ſui munimine communiri.

Nos quoque Decanus & Capitulum noſtro, ſeu Eccleſiæ noſtræ Sigillo, Magiſtri P. & B Rectores Eccleſiæ Parochialis prædictæ propriis noſtris ſigillis, & ego Johannes prædictus etiam meo ſigillo in teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum tangentium ſeu contingentium Nos ſeu noſtrum conſenſum & factum, præſentes Litteras, quarum Copiam tradidimus Magiſtrabus & Sororibus antedictis, duximus roborandas.

Datum anno Domini M. CC LXXIX. feriâ quartâ poſt Nativitatem B. Mariæ Virginis, menſe Septembri.

CAPUT CLXIII.

Joannes I. Brabantiæ ac Limburgi Dux benefacit Abbatiæ Vallis-Dei, Religioſorum Ciſtercienſium in Ducatu Limburgenſi, anno 1282.

Ex Cartulario Abbatiæ

NOs Johannes Dei gratiâ Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, Notum facimus univerſis præſentibus & futuris, quod nos Dilectorum nobis Abbatis & Conventûs Vallis Dei Ciſtertienſis Ordinis, attendentes merita glorioſa, ob remedium & ſalutem animarum omnium progenitorum noſtrorum ac noſtræ, & dilectæ Conſortis thori noſtri Margaretæ Ducíſſæ animæ, & ut terra noſtra & omnes inhabitantes inde divinum ſentiant ſublevamen, ſupradictos Abbatem & Conventum, & res eorum diverſas nunc & in perpetuum ab omni thelonei, winagii, calciagii, & ab omnis generis thelonei præſtatione & jure dimittimus, & dimitti volumus liberos & abſolutos.

In cujus rei teſtimonium atque robur, nos prædictis Abbati & Conventui & eorum Succeſſoribus damus præſentes Litteras, noſtri ſigilli munimine roboratas.

Datum apud Aquiſgrani, anno Domini milleſimo, ducenteſimo, octuageſimo ſecundo, Sabbato ante octavam Paſchæ.

II. DIPLOMA.

NOs Johannes Dei gratâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, notum facimus univerſis tam præſentibus quam futuris, quod nos inſpectis meritis Religioſorum Virorum Abbatis & Conventûs Vallis Dei Ciſtertienſis Ordinis, quibus apud Deum & homines præ cæteris emteſcunt, eos & eorum bona ubi-

cumque ſita ſub noſtra protectione recipimus, & permutationes ſeu contractus terrarum & feodalium confirmamus Manſionarium allodii ipſorum, cujus allodii Jus Advocatiæ dicti Abbas & Conventus nobis liberè tradiderunt, videlicet apud Gorhem, Speſſe & Hus juxta Valles, ab omnium exactionum ſervitute ſeu gravamine quolibet alio abſolvimus, & abſolutos eſſe volumus & indempnes, niſi forte generale bellum ingruat, in quo ipſa terra propter guerrarum diſcrimina indigeat defenſione.

In cujus rei teſtimonium Nos prædictis Abbati & Conventui & eorum Succeſſoribus damus præſentes Litteras, noſtri Sigilli munimine roboratas.

Datum apud Aquiſgrani, anno Domini milleſimo, ducenteſimo, octuageſimo ſecundo, ſabbato antè octavam Paſchæ.

III. DIPLOMA.

NOns Jehan par la grace de Dien Dux de Lothier & de Brabant, faiſons à ſçavoir à tous ceulx, qui ces preſentes lettres verrons & oiront, que nous pour noſtre proffict & noſtre utilité avons vendu à Religieus hommes l'Abbé & le Convent de le Val-Dieu, de l'Ordre de Cyſteaus, de l'Eveſché de Liege, pour trois cens & cinquante mars de Liegois, cinquante muis de bleis de Regon, à la meſure de Liege. que ilz nous delvoient heritablement chacun an payer en noſtre Chateau de Dolhain, de terre qui giſt ou territoir de Warſage, que ilz ons tenu de nous en heritage pour la ſomme de bleit devant nomée, & trois mars & demy de Liegoys, à tout vint & ſix chapons, ou la entour, & trois muis d'avaine à à la meſure de Liege, & neuf ſombrins de Regon, que ils nous paient chacun an pour cens, pour preches, pour tailles de terre, que ilz tiennent de nous ou terroir d'Auble & de Warſage devant dict. Laquelle ſomme de deniers nous avons donné & converty en l'achat que nous avons faict à l'Abbeſſe & Convent de Bourchis de l'Ordre de Cyſteaus pour la ville de St. Andrieu & les villes, que y pendent, pour les ſommes pour les maſmers, pour la Juſtice & pour ſeize mars de Liegois, de cens, & cent chapons, que eux meſmes donnent chacun an des villes devant dictes, & les Abbés & les Couvents de le Val-Dieu deſſus nommez doivent à nous, & à noz hoirs aprez nous paier hairitablement, pour le terre de Warſuge & d'Auble que ilz tiennent de nous, chacun an un denier d'or, qui doit valoir trois ſous Liegois & pour tant ſeront quitte ligement quittes les clamons entierement & bonnemens pour nous & pour noz hoirs qui aprés nous verront, de sous trecens, rentes, cens, & tailles que ilz nous doibvent on debvoir peuvent à jourd'hui.

Et renonchons entierement & expreſſement à touttes exceptions, & aultres droitz de ſainctn Egliſe & de fiecle & à tous privileges & graces impetrées on à impetrer, qui nous pourroient valoir ou aider, & l'Abbé & le Convent devant nommé nuire & grever, en sont on en partie, en droict de ce marché & des convenances devant nommées. Et cogniſſans, que le devantdit Abbé & le Convent nons ont bien paié entierement, en bonne monnoye, & courante, de la ſomme devant dicte, de trois cens & cinquante mars, & bonnement les clamons quittes, en temoignage des noz præſentes Lettres ſellées do noſtre Seel.

Données en l'an de la Incarnation Notre Seigneur mil deux cens quatre vins & trois, le Mardi aprè Puſques.

CAPUT CLXIV.

Guido Comes Flandriæ ac Marchio Namurcenſis, & Iſabella Luxemburgica ejus Conjux, fundant ac dotant Monaſterium Clariſſarum Urbaniſtarum in Pago de Werckene, (hodie Diœceſis Brugenſis) anno 1287; quod Monaſterium paulò poſt inde tranſlatum fuit in Peteghem prope Aldenardam.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

NOus Guis (1) Cuens de Flandre & Marchis de Namur, & (2) Iſabians ſa chiere Compaigne Conteſſe de Flandre & de Numur, faiſons ſavoir à tons, com il ſoit enſi, ke nous long-tans a paſſeit avons eut en cuer en voloté & en propoſ, de faire edifier & eſtorer unenne maiſon de Religion, nons pour le grant eſperance de bien ke nous senons & le grande devotion ke nous avons à l'Ordene des Freres Mineurs deva.s sontes autres Ordenes, avons en volonté, & n che ſommes enſemble ucordei, ke nons en l'onneur de Dieu & de ſe glorieuſe Mere & de Monſeigneur ſaint François & de Medame ſaintn Clare, pour le ſalut de nos ames, & des ames de nos Peres, de nos Meres, de nos Anciſſeurs & de nos Succeſſeurs avons fait edifier en noſtre tiera de (3) Werkin nne Maiſon de l'Ordene des Sereurs de ſainte Clare encloſes.

Et pour ce ke telles Sereurs encloſes & enfremées pour Dieu ſervir, ne puceent vivre & leur neceſſité querre preſentement, ſans propre à juwe & ſuſtensation de biens temporens, nons volons & otrions, ke li Abbeſſe & li Convens de ledita Maiſon niens pregnent & rechoivent caſcun an perpetuellement & yretaulement cent livres de no-

ſire monnoie de Flandre às lius ci-après nommeis.

C'eſt à ſavoir le ſoir ou le jour ſaint Nicholay des Rentes ke on nous paie à (4) *Thourouth à cellui jour, ſoiſſante livres de ledite monnoie. Encore às Rentes ke on nous paie à Thoureut au jour ſaint Pierre entrant Aouſt, douze livres wit ſols ſis deniers de ledite monnoie.*

Si mandons & commandons au Recheveur des Rentes devant dites, kicoukes le ſoit, k'il à l'Abbeſſe & au Convent devant nommés paie delivre caſcun an as termes devant-nommés, les ſoiſſante douze livres wit ſols ſis deniers de ledite monnoie ſans attendre autre commandement de nous ou de nes hoirs Seigneurs de Thourent, perpetuellement & yretaulement.

Senſi c'eſtoit, ke nous ou nos Hoirs Sires de Thourout feiſſimes à l'Abbeſſe & au Convent de le Maiſon devant-dite des ſiſſante douze Livres wit ſols ſix deniers devant dites en autres lius aſſenement ſouffiſant.

Encore nous donnons à l'Abbeſſe & au Convent de ledite Maiſon trente meſures de tiere, pau plus pau mains, ke nous avons ncaté à Gilbon le Kien noſtre Serjant, giſant en le Paroche de Werkin aſſez priés de leurdite maiſon, ki valent par an par boine & loial priſie vingt-ſiet livres onze ſols ſis deniers.

Leſqueles trente meſures de tierè pau plus pau mains li Abbeſſe & li Convens devant dit doivent tenir perpetuellement ſans pater à nous ne à nos Hoirs Rente ne Cens, ne nul autre ſervice jamais à nul jour.

Et parmy ces aſſenemens devant nommés ſont li Abbeſſe & li Convens devant dit aſſent de cent livres par an ſouffiſanment.

Et à che ke les cent livres devant dites ſi comme elles ſont de ſeure aſſences ſoient bien fermement & perpetuellement payées & rendues caſcun an, à l'Abbeſſe & au Convent de le devant dite Maiſon ſi comme deſſeure eſt dit: obligons Nous, Jehan de Namur noſtre Fil & les Hoirs & Seigneurs de Thourout & de Werkin.

Encore nous donnons à l'Abbeſſe & au Convent de le devant dite Maiſon, pour prendre recheveir pour leur neceſſité vint bonniers de meur; leſqueulx vint bonniers de meur nous voulons ke delivré leur ſoient des cent bonniers de muer, ke jou Guis Cuens de Flandre & Marchis de Namur ay donné à Iſabiel me chiere Compaigne devant dite, en men muer giſant encoſté (5) *Ardembourgh.*

Et volons & otriont, ke des vint bonniers de muer devant dis li Abbeſſe & li Convens de ledite Maiſon perpetuellement puiſſent tout che faire ke meus leur ſemblera fait, ke laiſſiet pour le pourfit & le utilité de elles & de leur Maiſon.

Et pour ce ke nous voulons ke ceſte noſtre volonté & propos ſi comme deſſeure ordené eſt & deviſé ſoient fermement & bien faites & loiaument accomplies par nous ou par l'un de nous, ſe il advenoit ke li uns de nous alaſt de vie à mort, aimois ke les choſes fuſſent entierement parfaites & par acomplies.

Avons nous ces preſentes Lettres ſnielées de nos preprès Saians, ki furent faites & données en l'an del Incarnation noſtre Seigneur mil deux cens quatre vint & ſiet, el mois d'Aouſt.

(1) GUIDO, Comes Flandriæ, Margaretæ Conſtantinopolitanæ heredis Flandriæ & Guilielmi de Dampetra filius, primis nuptiis duxit Machtildem Roberti Atrebatenſis Advocati, Bethuniæ ac Teneramondæ Domini filiam, quæ anno 1251, eodem videlicet quo Comes Flandriæ Guilielmus Guidonis Frater, è vivis exceſſit. Sepulta jacet in Abbatia Flinenſi. Epitaphium ejus lege apud Miræum pag. 415.

Guido Comes, diu unà cum Matre Margareta Flandriam rexit, uti patet ex pluribus ſupra Diplomatibus, ab utroque ſignatis ac ſigillatis. Is eſt, qui primus novo ſigillo Leonem Flandriæ integrum aſſumpſit.

Secundis nuptiis duxit Iſabellam Luxemburgicam, Henrici Blondi filiam, & cum ea jus Luxemburgicorum in Namurcum à matre illius emptum acquiſivit, unde & Marchionis Namurci titulum aſſumpſit; dein vero Namurcum Joanni, ſuo ex Iſabella filio reſignavit.

Tandem poſt varias viciſſitudines, variaque bella infeliciter geſta, Compendii apud Gallos captivus, filio Roberto, Comitis titulo ornato, Flandriam gubernandam reliquit. Mortuus eſt in carcere anno 1304. ſepultus in Abbatia Flinenſi juxta Duacum, apud priorem Conjugem.

(2) ISABELLA, Luxemburgica, Guidonis conjux, Monialium Clariſſarum in hoc Diplomate memoratarum fundatrix, obiit anno 1298. & apud eaſdem ad Monaſterium Peteghemienſe juxta Aldenardam tranſlatas ſepulta fuit.

(3) WERKIN, alias WERCKENE, Parochia Diœceſis olim Tornacenſis, modo Brugenſis, ſub Decanatu Thoraltano. In temporalibus ſubeſt Dominio Winendalienſi. Jus Patronatûs olim habuit Abbas S. Eligii Noviomenſis, ut patet ex Diplomate ſequenti. Modo eſt penes Abbatiſſam Monialium Clariſſarum, quæ nunc ſunt in Peteghem.

Porrò Clariſſæ iſtæ paucis à fundatione ſua annis, nempè 1293, primam hanc ſuam habitationem in Werkene cum bonis quibuſdam annexis vendiderunt Monialibus Vallis-Cœli, vulgo s'Hemelſdaele, primò fundatis propè Dixmudam: quæ modò habitant Brugis. Vide Diplomata ſuperiora pag. 109. & 126.

Ipſæ verò Clariſſæ receſſerunt in Peteghem juxta Aldenardam, in Diœceſi Gandavenſi, ubi olim erat Præpoſitura Benedictinorum ab Abbatia S. Theodorici Remis dependentium. De hoc loco Peteghem vide Diploma apud Aubertum Miræum Tomo II. pag. 812.

(4) THOUROUTH, latinè Thoraltum, Oppidum Flandriæ, de quo, ejuſque acquiſitione per Iſabellam Luxemburgicam, vide Diplomata noſtra ſuperiùs pag. 81. & 127.

(5) ARDEMBOURGH, Oppidum Diœceſis Brugenſis, hodie gemens ſub poteſtate Acatholicorum. Vide Miræum pag. 972.

CAPUT CLXV.

Honorius IV. Pontifex, Michael de Waringhem, Tornacenſis Epiſcopus, & Abbas S. Eligii Noviomenſis, Ord. S. Benedicti laudant & confirmant anno 1287. fundationem præcedentem Abbatiæ Clariſſarum in Pago de Werckene; quæ nunc eſt in Peteghem ſub Diœceſi Gandavenſi.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Tornacenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Iſabellæ Comitiſſæ Flandriæ fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſibi conſtruendi pro animæ ſuæ ſalute de aſſenſu & voluntate dilecti filii nobilis Viri Guidonis Comitis Flandriæ Viri ſui, & in fundo proprio in Parochia de Werkin tuæ Diœceſis conſtituto, Monaſterium Monialium in honorem Beatæ Claræ in quo Sancti Franciſci Regula & prædicti Ordinis* obſerventur, ac in Monaſterio ipſo quod de bonis ſufficienter dotare proponitur, ut aſſerit, inſtituendi Sorores ſeu Moniales, quæ in perpetuum impendant inibi Domino famulatum, licentiam ſibi concedere dignaremur.

* Supple Statuta.

Nos autem volentes tibi qui loci Diœceſanus exiſtis, in hac parte deferre, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eidem Comitiſſæ, ſi tibi conſtiterit de premiſſis, petitam licentiam largiaris, ſine juris præjudicio alieni.

Anno 1286

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam, ſecundo Nonas Februarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

II. DIPLOMA.

Michael de Warenghien.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, M * Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam.

Guidonis.

Noverit univerſitas veſtra, quod conſiderato pio deſiderio & affectu illuſtris Principis Domini G... Comitis Flandriæ & Marchionis Namurcenſis, ac nobilis Dominæ Iſabellæ uxoris ſuæ Comitiſſæ Namurcenſis, quem erga Ordinem Fratrum Minorum habent, necnon erga Sorores ejuſdem Ordinis, fundationem, dotis conſtitutionem & aſſignationem ejuſdem factam à dictis Conjugibus pro Monaſterio Monialium ſub Fratrum Minorum habitu Deo deſervientium regulari, dedicando in Parochia de Werkine noſtræ Diœceſis, prout in Litteris quibus ſunt in fixæ continetur & prout juſte ritèque facta ſunt quantum in nobis eſt laudamus, approbamus, & Pontificali auctoritate confirmamus, ſalvis tamen juribus Epiſcopali, Capituli Tornacenſis, Parochiali & quibuſlibet alienis. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M. C. C. LXXX. ſeptimo, Sabbato poſt Exaltationem ſanctæ Crucis.

III. DIPLOMA.

REverendo Patri ac Domino M. Dei gratiâ Tornacenſi Epiſcopo, Johannes ejuſdem patientiâ Monaſterii ſancti Eligii (1) Noviomenſis Abbas humilis, ſalutem & cum omni obedientia reverentia & honore paratam ad ejus beneplacita voluntatem.

Noverit veſtra Reverenda Paternitas, quod ſi vobis viſum fuerit expedire, ad preces nobilis viri Domini Comitis Flandrenſis conſentimus, ut per dictum Comitem infrà fines Parochiæ de Werkine, cujus Parochiæ Jus Patronatûs ad nos dignoſcitur pertinere, Domus Religioſa conſtruatur, ſeu conſtructa Deo dedicetur; ſalvo tamen in omnibus jure noſtro & Parochiali in Decimis oblationibus & Sacramentis, per Presbiterum dictæ Parochiæ habitantibus in prædicta Domo præſtandis, vel mediante bono redditu & bene aſſignato loco reſtaurationis jurium prædictorum.

In cujus rei Teſtimonium præſentibus Litteris Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Datum anno Domini M. C. C. octogeſimo ſeptimo, die Lunæ poſt feſtum S. Laurentii Martyris. 1287.

(1) S. Eligii Abbatia, Noviomi in Gallia, quæ Civitas eſt Epiſcopalis, & Remenſis Archiepiſcopi Suffraganea, vetus eſt Cœnobium Benedictinorum, ſub invocatione Sti. Lupi conſtructum à S. Eligio Tornacenſi ac Noviomenſi Epiſcopo, Belgarum Apoſtolo; à quo dein nomen accepit. Qui huic Cœnobio ſuo Decimas & jus Patronatûs in Werkene, aliaque alibi pro dote attribuit. Menſa Abbatialis ibidem anno 1720 ſuppreſſa atque unita fuit Abbatiæ Calenſi (vulgo *Chelles*) Monialium Benedictinarum nobilium apud Pariſios, à Duce Aurelianenſi Galliarum Regente, cujus filia ibidem Abbatiſſa præerat.

CAPUT CLXVI.

Prioratus B. M. V. de Hanſwyck Canonicorum Regularium de Ordine Vallis Scholarium erigitur juxta Mechliniam anno 1286 & 1288, primis Religioſis è Prioratu Leeuwenſi evocatis, de conſenſu Capituli D. Rumoldi. Modo Prioratus hic eſt in ipſa Urbe Mechlinienſi.

Ex Archivis Eccl. Metropol. Mechlin.

Niverſis præſentes Litteras viſuris, Joannes dictus Canis Decanus Eccleſiæ Mechlinienſis, & quod cum eo eſt ejuſdem Eccleſiæ Capitulum, ſalutem in auctore ſalutis. Res geſta inſeritur Litteris, ut poſteris amputetur materia queſtionis.

Ad ſingulorum igitur notitiam volumus pervenire, quod nonnulli Nobiles & Scabini ac alii Villæ Mechlinienſis Oppidani ad nos propter hoc acceſſerunt & humiliter ſupplicarunt, ut propter Deum Fratribus Ordinis Vallis-Scholarium de Leewis Eccleſiam de Hanſwyck cum Cappellania ibidem fundata, cedentibus vel decedentibus Domino Guillielmo nunc Curato & Gilberto Cappellano ibidem, quantum in nobis eſt, concedere curaremus; ut circa dictam Eccleſiam divino adjutorio conſtruere poſſint Monaſterium, in quo famulari valeant Domino noſtro Jeſu-Chriſto in perpetuum, ſub Ordinis diſciplina.

Nos piis precibus precantium annuere cupientes, vocatis ad hoc ſocis noſtris abſentibus, ad diem certum & horam, videlicet ad craſtinum Octavarum Sti. Martini hiemalis, & aliis ad hoc evocandis, Eccleſiam & Cappellaniam de Hanſwyck, ut dictum eſt, cum vacaverint, dictis Fratribus conferimus & damus canonicè poſſidendas, jure Cuſtodis in candelis quæ ponuntur circa corpora defunctorum, jure Scholaſtici in Decimis, & Capituli in omnibus & per omnia ſemper ſalvo.

Et eſt ſciendum, quod Prior, & Fratres qui ſunt ad præſens, vel eorum Succeſſores, qui pro tempore erunt in Hanſwyck, per ſe vel per alios nihil juris petere poterunt impoſterum nec reclamare, etiam aliquod jus in aliquibus Decimis, niſi in illis & pro ea parte, quâ Curatus ea percipere conſuevit & habere.

Retinentes nobis in ſignum Juris Patronatûs medietatem oblationum omnium quæ fient in Eccleſia de Hanſwyck ſupradicta, tam in Altari quam alibi, ſive fient in denariis vel candelis, ſeu alis sebus quibuſcumque, tam in diebus feriatis quam non feriatis; ſive fient in nuptiis ſive tricenariis, ſeptenariis & anniverſariis, ſive etiam projiciantur vel ponantur in truncho infra Eccleſiam civicam vel extra, medietatem nobis ſimiliter retinemus; & etiam in veſtibus ſericis; quæ ſupponi debent corporibus defunctorum ibidem ſepeliendorum, ac candelis quæ poni debent ante crucem; partem ut prætens nobis retinemus.

Si verò aliqui elegerint ſuam ſepulturam apud dictos Fratres de Hanſwyck, de Parochiis Villæ Mechlinienſis, licet eorum corpora delata ſint ad proprias Parochiales Eccleſias infra Mechliniam & in Muſenis, antequam apud Hanſwyck deferantur tumulanda; nihilominus in oblationibus quæ fient ibidem, dum deferentur, medietatem oblationum in denariis & candelis, ut dictum eſt, nobis retinemus. De truncbis vero & piccide ubi oblationes reponi debent, Capitulum unam clavem ſibi retinebit; reliquam vero ſibi Prior ſi voluerit retinebit; & de quindena ad quindenam dictas oblationes inter ſe dividant æquâ librâ.

Prior vero qui nunc eſt, & qui ſubrogabitur eidem inpoſterum in Hanſwyck, ac etiam Plebanus dicti loci, qui eſt vel qui erit, jurare tenebitur, quod dictas oblationes ut dictum eſt, fideliter Capitulo reddent & conferent pro medietate, ut dictum eſt, ſine fraude.

Jurabunt etiam in verbo Sacerdotii & ſub Ordinis diſciplina quod per ſe vel per alios contra præmiſſa non venient in futurum, nec artem vel ingenium quærent, quolibet in præmiſſis Capitulum in aliquo poſſet vel deberet defraudari.

Renuntiantes autem expreſſe dicti Fratres omnibus Litteris ſub quacumque forma verborum ab ipſis impetratis vel impetrandis, per quas Decano & Capitulo in aliquo poſſent obeſſe, ipſiſque Fratribus prodeſſe.

Et in ſignum recognitionis præmiſſorum, prædicti Prioris & Conventûs ſigilla, una cum ſigillis Prioris Vallis Inſulæ B. Martini Leodienſis, nec non & Prioris Gerondiſarti una cum ſigillo Capituli noſtræ Nobilis Viri Domini Guillielmi Berthaut Domini Mechlinienſis, N. à Lapide, Henrici de Vallo, Matthiæ de Eccleſia Scabinorum Mechlinienſium, ac Communitatis Oppidi Mechlinienſis præſentibus ſunt appenſa, in teſtimonium præmiſſorum.

Et eſt ſciendum, quod Prior & Fratres prædicti nobis Plebanum in Hanſwyck tenebuntur præſentare idoneum, quotieſcumque neceſſe fuerit, & Plebanatum ibidem vacare contigerit, & ejus Archidiacono ad poſſeſſionem præſentare tenebuntur requiſiti.

Et ad præmiſſa ſe obligantes dicti Fratres, Litteras Domini Epiſcopi Cameracenſis ſuper

confirmatione, & obligatione omnium prædictorum, & ut eos ad hoc compellere valeamus nobis tradere & exhibere tenebuntur.

Si vero quod absit, Prior & Conventus prænotati contra præmissa quidquam attentare præsumerent, consenserunt expresse in hoc, quod à præscripto Venerabili Patre Cameracensi Episcopo potestate nobis concessâ in ipsos Priorem & Conventum de Hanswyck ac eorum Monasterium interdicti sententiam monitione competenti præmissâ ferire possimus, usque ad satisfactionem condignam.

Datum & actum anno Domini millesimo
1286. ducentesimo octuagesimo sexto, in crastino Epiphaniæ Domini.

II. DIPLOMA.

GUillielmus Dei gratiâ Cameracensis Episcopus, Universis præsentes Litteras visuris salutem in Domino sempiternam.

Audivimus per vos concordiam factam inter Decanum & Capitulum Ecclesiæ Mechlinien sis & Dominum Guillielmum de Haren Canonicum ejusdem Ecclesiæ ex una parte, & Priorem & Conventum Vallis-Scholarium de Lewis ex altera, super regimine Ecclesiæ de Hanswyck, seu constructione Monasterii ibidem, per dilectum Fratrem nostrum Magistrum B. Archidiaconum Antverpiensem, cui in hac parte vices nostras commisimus; eamque ratam habemus & gratam, & ipsam auctoritate Pontificali confirmamus.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus Litteris est appensum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo
1288. octuagesimo octavo, die quâ cantatur Lætare Jerusalem.

III. DIPLOMA.

UNiversis præsentia visuris, Magister Bertho Archidiaconus Cameracensis in Antverpia, salutem in vero salutis auctore.

Cum Decanus & Capitulum Ecclesiæ Mechlinien sis, Parochiani de Hanswyck, Dominus Bertholdus Dominus de Mechlinia, Schabini, Justitiarius & Universitas Villæ Mechlinien sis, cum Fratribus Ordinis Vallis Scholarium de Leuwis taliter convenerint & concordaverint pro eis, ad ædificandum & construendum Monasterium sui Ordinis in loco prædicto de Hanswyck, quod Ecclesiam Parochialem prædictam plenè indulgeant & expresse concedant una cum Cappellania ibidem, (prout in cupiis his sigillis suis roboratis plenè vidimus contineri) & liberam facultatem & potestatem eis tribuant hoc perficiendi, dum de Venerabilis Patris ac Domini nostri Guillielmi Dei gratiâ Cameracensis Episcopi Auctoritate & consensu ac voluntate hæc proveniant, & per eum sanctè confirmata.

Præfatus vero Dominus noster prædictus Episcopus à dictis Fratribus humiliter super hoc requisitus nobis Litteras prædictas super hoc confectas inspiciendas, & singulos in eis articulos examinandos diligenter commisit & si eorum petitionem licite admitti posse inveniremus, voluit & expresse mandavit de speciali sua auctoritate concordiam sive concordias inter ipsos initas utrobique & singulos articulos in dictis Litteris contentos. Quæ sic incipiunt:

Universis præsentes Litteras inspecturis J. dictus Canis Decanus Ecclesiæ Mechlinien sis, &c. Et sic finiunt: usque ad satisfactionem condignam.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo sexto in Crastino Epiphaniæ Domini.

Quibus etiam transfixa est Littera Domini Guillielmi de Haren Curati de Hanswyck, Confirmationis suæ robore muniremus.

Nos vero singulis articulis diligenter examinatis, nihil obstare invenimus, quin tanquam legitimam & honestam petitionem dictorum Fratrum admittere debeamus.

Quare de speciali auctoritate Venerabilis Domini nostri Cameracensis Episcopi prædicti nobis in hac parte commissâ, præmissa omnia & singula confirmavimus, confirmamus ac Litteras nostras sigillo nostro munitas ipsis Litteris transfiximus, in testimonium super eo.

Damus potestatem dictis Canonicis contra dictos Fratres procedendi, secundum quod in præfatis Litteris continetur, si quod absit, in toto vel in parte eos contravenire contigerit.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, feriâ sextâ ante conversionem Sti. Pauli.

IV. DIPLOMA.

EGo Guillielmus dictus de Haren, Canonicus Mechlinien sis & Curatus Ecclesiæ de Hanswyck, collationis factæ suprad ictæ Ecclesiæ à Decano & Capitulo Ecclesiæ Mechlinien sis Viris Religiosis Fratribus de Leuwis Ordinis Vallis Scholarium, prout in Littera præsenti Cartulæ annexæ continetur, meum præbeo assensum & consensum, & supplico ut Venerabilis Pater noster Guillielmus Dei gratiâ Cameracensis Episcopus velit eam confirmare.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, feriâ sextâ post Epiphaniam Domini.

V. DIPLOMA.

UNiversis præsentia visuris, Magistri Guillielmus de Certis Bruxellensis & B. Antverpien sis in Ecclesia Cameracensi Archidiaconi, salutem in omnium Salvatore.

Litteras venerabilis in Christo Patris Domini Guillielmi Dei gratiâ Cameracensis Episcopi recepimus; in hæc verba.

Guillielmus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, honorabilibus Viris dilectis & fidelibus in Chriſto Finis W. Bruxellenſi & B. Antverpienſi in Eccleſia Cameracenſi Archidiaconis ſalutem & ſinceram in Domino charitatem.

Cùm omnium rerum creator ineffabilis propagante generis humani naturâ ex diverſis patrimitibus innumeros ac diverſos provocavit filios, quos hujus Sponſæ ſuæ Sacramentis Eccleſiæ in regenerationis ſobolem tradidit educandos; expedit ut Monaſterii ejuſdem Eccleſiæ bona in locis apropriatis regant, foveant, & ioforment & ad ejuſdem Creatoris doctrinam in his agendis altius omnia ſublevet & ſupportet.

Quia ergo in Parochia de Hanſwyck noſtræ Diœceſis Fratres de Ordine Vallis Scholarium ad terviendum Domino morari ſatagunt, ut intelleximus, & proponunt, & ipſo coöperante Domino jam ibidem aliquod habent edificium quod divino cultui applicatum eſt & in poſterum dante Domino poſſit augmentari; Nos circa noſtri Epiſcopatûs ardua negotia impediti, dictorum Fratrum negotio ad preſens intendere non valentes, de fidelitate veſtra plenam gerentes fiduciam, vos in iſto caſu in partem noſtræ ſollicitudinis eligimus, & vobis ſuper conſtructione Monaſterii dictorum Fratrum & regimine Parochialis Eccleſiæ dicti loci ac conceſſione eùm eiſdem hac vice committimus vices noſtras; mandantes vobis, quatenus Deum ſolum habentes præ oculis in præmiſſis, prout ſaluti animarum & honori paſtoralis officii expedire videritis, procedatis.

Datum anno Domini milleſimo LXXXVIII. feriâ quiotâ poſt Oculi.

Hujus igitur auctoritate mandati, cum dictis Fratribus prout poſſumus & nobis conceſſum eſt ſuper regimine dictæ Eccleſiæ de Hanſwyck & ea deſervienda per eos, prout ad nos pertinet diſpenſamus, concedentes eiſdem in teſtimonium Litteras noſtras patentes ſuper quibus, Sigillorum noſtrorum munimine roboratas.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo LXXXVIII. Sabatho ante Lætare Jeruſalem.

De Ordine Vallis-Scholarium actum fuit in Notis ad Supplementum Diplomatum Aub. Miræi pag. 816.

Anno 1653 Laurentius Michel Abbas & Generalis Ordinis Vallis-Scholarium (quod Monaſterium in Diœceſi Lingonenſi apud Gallos ſitum eſt) in Capitulo Generali Pariſiis habito in Abbatia S. Genovevæ in Monte, dignitate Abbatiali ſe abdicavit: atque deinceps Ordo iſte Vallis Scholarium unitus fuit Congregationi Canonicorum Regularium Stæ. Genovevæ Pariſiis.

In Belgio noſtro, ſimul cum Diœceſi Leodienſi, ſex hujus Inſtituti Vallis-Scholarium Cœnobia exiſtunt; oempè

Prioratus B. M. de Hanſwyck, primum fundatus in Parochia de Muyſen juxta Mechliniam anno 1287, juxta Diplomata jam allegata, primis Religioſis è Prioratu Leeuwenſi evocatis. Fundatio primùm exorta fuit ex oblationibus fidelium, non autem à Guillielmo van Haren, Scholaſtico Mechlinienſi, ut habet Hiſtoria Mechlinienſis parte I. pag. 71. nam hic ſolum ſuum præbuit conſenſum. Anno 1578, Monaſterio ſuburbano per Iconoclaſtas vaſtato, Canonici Regulares Hanſwycani feſe Mechliniam receperunt.

Prioratus B. M. V. de Leeuwa S. Leonardi, in Brabantia, fundatus fuit anno 1232. Prior eſt triennalis.

Prioratus B. M. V. de Gerondiſarto juxta Namurcum (de quo vide Diploma io Miræo pag. 818) anno 1617 erectus fuit in Abbatiam.

Vallis Scholarium Montibus Hannoniæ, olim Prioratus, cujus Fundationem ſupra exhibui pag. 514, anno 1617 erecta fuit in Abbatiam.

Vallis Scholarium Leodii, olim Prioratus ab anno 1131, dein Abbatia ab anno 1614. Vide Fundationem inferiùs Parte II.

Prioratus Houſaliſienſis in Ducatu Luxemburgenſi, in Silvis-Arduennis propè Oppidum Baſtoniæ.

Porrò hæc ſex Monaſteria Belgica anno 1662 die 27 Auguſti, unionem mutuam & incorporationem cum Congregatione S. Genovevæ Pariſiis inierunt.

CAPUT CLXVII.

Capitulum B. M. V. Ultrajecti benefacit Fratribus Saccitis ſive de Pœnitentia, ibidem anno 1289.

UNiverſis præſentes Litteras viſuris & audituris: Decanus Eccleſiæ Beatæ Mariæ Trajectenſis, ſalutem. Noveritis, quod nos locavimus Priori & Fratribus Ordinis Pœnitentiæ Jeſu-Chriſti, Monaſterii Trajectenſis, aream noſtram contiguam areæ dictorum Fratrum ex una parte, & areæ noſtræ, in qua moratur Gerardus dictus Blavoeth ex altera. Et contulimus ipſis, etiamſi contigerit eos mutare habitum ſuum, quem nunc habent, in alium Ordinem ſive habitum, perpetuò poſſidendam.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono, in craſtino beatæ Margaretæ Virginis.

De Fratribus Ordinis de Pœnitentia, vulgo dictis *Saccati*, quia ſaccis induti erant, plura vide apud Miræum pag. 231.

De his Ultrajectinis agit Ant. Matthæus libro

do

de Fundationibus & Fatis Eccleſiarum Ultrajectenſium pag. 223 dicens, eos anno 1190 aſſumpſiſſe Regulam S. Auguſtini & habitum Canonicorum. Fuitque poſtea dictus Prioratus SS. XII. Apoſtolorum in Trajecto.

De Saccitis Bruxellenſibus vide Diploma in Miræo, pag. 231, item plura inferiùs ad annum 1308.

De Saccitis Tornacenſibus, in quorum locum FF. Auguſtiniani ſucceſſerunt, vide Diploma Miræi pag. 597.

De Gandavenſibus agit Sanderus in Flandria Illuſt. Tomo I. pag. 314 novæ edit., dicens in locum Saccitarum ſucceſſiſſe Carthuſianos.

Item fuerunt Saccitæ Mechliniæ, habitantes ſub Parochia S. Catharinæ & occupantes Sacellum S. Bartholomæi; qui dein dicti fuerunt Bogardi; ſuamque habitationem labente ſæculo XVI. ceſſerunt Monialibus Victorinis vulgo dictis de Bleyenbergh.

Fuit etiam Pariſiis Conventus Saccitarum, ſeu FF. de Ordine Pœnitentiæ Jeſus-Chriſti, fundatus in Parochia S. Andreæ de Arciſiis anno 1261 per S. Ludovicum IX. Franciæ Regem. Litteræ Fundationis hujus extant in Hiſtoria civitatis Pariſinæ per D. Lobineau Ord. S. Benedicti Congreg. S. Mauri Tom. III. pag. 206.

CAPUT CLXVIII.

Leges ac Statuta præſcribuntur anno 1290. à Præpoſito & Capitulo B. M. V. Brugis, Fratribus Bogardis Brugenſibus; quibus deficientibus, fuit ibidem erecta poſtmodum celebris illa Schola pauperum, quæ communiter Bogardica *dicitur.*

Ex Regiſtro Capituli B. M. V. Brugis.

REverendo Patri ac Domino, Venerabili Tornacenſi Epiſcopo.

Placet Præpoſito & Capitulo B. Mariæ in Brugis, quod Beggardi majoris Conventûs in Brugis commorantes intra Parochiam S. Mariæ prædictæ, faciant & conſtruaot Capellaniam valentem XV. libr. Pariz. vel amplius uſque ad XX. libr. cujus redditus bene ſint aſſignati ad certas terras; & Oratorium habeant intra domum, in quo Capellanus inſtitutus dicat Miſſam.

Et collatio illius Capellaniæ, ſeu præſentatio Capellani ad eandem, ſpectabit ad Prædictum. Et jurabunt Capellanus & Magiſter prædictorum Beggardorum, Præpoſito Canonicis & Eccleſiæ. Et hoc facient etiam quotieſcumque de novo inſtituentur.

Oblationes ſive obventiones quæ provenient ad manus Capellani & cujuſvis Sacerdotis ibidem celebraotis ad Præpoſitum & Capitulum prædictos integraliter & ſine aliqua defalcatione pertinebunt. Medietas vero legatorum, teſtamentorum, & omnium provenientium ex morte defunctorum quorumcumque & undeqnaque, ſcilicet ex morte defunctorum prædicta, ſive legata ſint Capellaniæ ſive Capellano, ſive in candelis ſive in pannis ſericis, vel aureis ſeu pecunia ſeu aliis quibuſcumque: alterâ medietate relictâ iis quibus legata ſunt, cedere debent Præpoſito Canonicis & Fabricæ Eccleſiæ Btæ. Mariæ ſupradictæ: & Dominus Præpoſitus ad omnia præmiſſa colligenda quemcumque voluerit deputabit.

Si autem contigerit quod aliquis diſcedens velit aliquos redditus dare vel legare ad augmentationem Capellaniæ, quibus Capellania deveniet ad valorem viginti librarum, placet; & poſtea dum deveniet ad viginti libras, medietas illius augmentationis, ſi legata fuerint ex morte defunctorum, cedet Præpoſito Canonicis & Eccleſiæ prædictis.

Et prædicti Beggardi habebunt Confeſſorem ſuum Presbyterum Parochialem, ſicut Parochianus debet habêre, & frequentabunt Eccleſiam Beatæ Mariæ, ſicut Parochiani ſolent frequeotare.

Magiſter Beggardorum promittet fide mediante quod omnia præmiſſa & ſingula pro poſſe ſuo fideliter obſervabit & faciet obſervari. Capellanus autem qui fuerit inſtitutus, celebrabit Miſſam ſuam intra primam Miſſam Stæ. Mariæ & Miſſam Parochialem ejuſdem Eccleſiæ.

Et ſi contigerit (quod abſit) quod prædictus Capellanus eſſet rebellis, & noo vellet celebrare modo debito vel ſtatuto, vel faceret celebrari pro ipſo, vel contumeliam vel injuriam verbis vel factis inferret Beggardis prædictis, vel alicui Beggardorum, Præpoſitus poſſit ſaiſire fructus Capellaniæ, quo uſque devenerit ad emendam, & hoc jurabit Capellanus, ſe obſervaturum in futurum.

Nec Sermonem ibi facient fieri ſeu etiam procurari eodem die, quo ſermo fit in Eccleſia Btæ. Mariæ prædictæ, niſi de licentiâ Præpoſiti prædicti, nec aliquid aliud ſine ſpeciali mandato Præpoſiti prædicti, qui prædicta ordinabit.

Et ſi contingat (quod abſit) quod diſpergantur vel dividantur, ita quod non remaneant minùs quam tres, prædictus Præpoſitus ordinabit de Capellano, ubi vel quo loco debeat celebrare, prout ſibi viſum fuerit expedire.

◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆◆

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis J. divinâ permiſſione Abbas Monaſterii

de Echout in Brugis Ordinis Sti. Auguſtini Tornacenſis Diœceſis, ſalutem in Domino.

Noveritis, quod in noſtra præſentia propter hoc perſonaliter conſtituti Magiſter & Conventus major Begardorum Brugenſium in Parochia B. Mariæ commorantes, Henricum de Sto. Egidio, & Henricum de Hertsberghe conſocios ſuos Begardos dicti Conventûs, Henricum de Ayshove, & Johannem Lauwaert Clericos exhibitores præſentium, & quemvis eorum in ſolidum (ita quod non ſit melior conditio occupantis) ſuos conſtituerit Procuratores & Nuntios ſpeciales, quantum ad obligandum dictos Magiſtrum & Conventum coram Viro venerabili & diſcreto Domino Officiali Tornacenſi ſub pœna Canonica ad obſervationem perpetuam omnium & ſingulorum contentorum & expreſſorum in Cedula cui hæ noſtræ Litteræ præſentes ſunt infixæ, ad ſupponendum quantum ad hoc dictos Magiſtrum & Conventum juriſdictioni Curiæ Tornacenſis, nec non ad faciendum omnia & ſingula quæ quoad dictam obligationem fuerint facienda, & præſtandum in animas dictorum Magiſtri & Conventûs cujuſlibet generis ſacramentum, & impetrandum Litteras Curiæ Tornacenſis, per quas ſeu virtute quarum dicti Magiſter & Conventus authoritate Domini Officialis Tornacenſis poſſint per pœnam Canonicam compelli ad obſervationem omnium & ſingulorum contentorum Cedulâ prædictâ, ſi forte quod abſit contra ea vel aliquod ex eiſdem per ſe, vel per alium, vel per alios, vellent impoſterum venire.

Ratum & firmum habituri quidcumque per dictos Procuratores ſuos, vel eorum aliquem & eorum quemlibet in ſolidum pro ipſis Magiſtro & Conventu ſuper præmiſſis coram dicto Domino Officiali Tornacenſi actum fuerit, decretum ſeu procuratum.

In cujus rei teſtimonium præſentibus Litteris ad preces & inſtantiam dictorum Magiſtri & Conventûs ſigillum noſtrum duximus apponendum.

Datum anno Domini M. CC. nonageſimo, feriâ quintâ ante Nativitatem Domini.

Patet ex hoc Diplomate, Brugis fuiſſe jam ante annum 1290. Bogardos, Fratres laïcos textrinam exercentes, qui anno 1450. authoritate Nicolai V. Pont. ſub titulo FF. de Pœnitentia Jeſu-Chriſti, tria Religionis vota emiſerunt & D. Franciſci Regulam amplexati ſunt. Poſtmodum circa annum 1520. contagioſus morbus Cœnobium hoc invaſit, tanto impetu atque diſpendio, ut vix unus è præfatis Bogardis ſuperſtes evaſerit.

Quo factum, ut Senatus Brugenſis Cœnobium ad ſe trahens Seminario pauperum aſſignarit, cui *Schola Bogardica* nomen inditum. Solent hic educari pluſquam 150 juvenes, qui ſecundum capacitatem ſuam ad varia opificia applicantur, donec in iis perfecti dimittuntur; & qui inter eos probatioris ingenii dant ſpecimina, ad ſtudia deſtinantur, etiam Philoſophica ac Theologica.

Prodierunt ex eadem Schola Bogardica Epiſcopi duo, Petrus Simonis Iprenſis & Jacobus Blaſæus Namurcenſis ac dein Audomarenſis, Abbates plures, aliique Viri tam in Eccleſia quam in Republica eminentes. Sanè hæc Schola, quæ liberalitate Senatûs Populique Brugenſis adminiſtratur, non infimum eſt Urbis illius ornamentum.

CAPUT CLXIX.

Guilielmus Epiſcopus Cameracenſis benefacit anno 1292. Abbatiæ Monialium de Flinis Ord. Ciſterc. juxta Duacum, ibique ſuam eligit ſepulturam.

(1) UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis Guillermus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus ſalutem in Domino ſempiternam.

Noverit univerſitas veſtra, quod nos ob devotionem, quam habemus ad Monaſterium B. Mariæ de (2) Felines Ciſtercienſis Ordinis, Attrebatenſis Diœceſis, & ob ſpecialem affectum quem habuimus & habemus ad perſonas loci ejuſdem, tam nunc viventes quam quæ jam humano generi commune mortis debitum exſolverunt, & quia ſpem & fiduciam concepimus ſpeciales, quod tam nos quam bonæ memoriæ Dominus (3) J. quondam Leodienſis Epiſcopus Dominus noſter & conſanguineus cariſſimus, debeamus apud Dei miſericordiam orationum earumdem ſuffragiis adjuvari, noſtram eligimus, acceptamus & determinamus expreſſè & irrevocabiliter ſepulturam in prædicto Monaſterio, una cum Domino noſtro conſanguineo memorato: ita quidem, quod tam nos quam ipſum idem ſarcophagus contineat, & in ſignum perpetuæ ſocietatis uniat quos corpora defunctorum in vita per veræ caritatis glutinum junxit affectus & identitas animorum.

Quod ſi forſan aliquo tempore contingeret nos de corde noſtro aliquid ſpecialiter ordinare, id nihilominus ratum eſſe volumus & immutabiliter obſervari.

Cæterum ut amoris affectum quem ad dictum Monaſterium & perſonas ejuſdem habemus & habuimus, oſtendamus operis per effectum, & ut præfatæ perſonæ eo devotius, eoque ferventius, inter orationum Sacrificia & divinæ laudis cantica apud Deum tam dicti Domini & conſanguinei noſtri prædicti quam noſtræ ſalutis commoda proſequantur, quo

per nos ſenſerint devotiori caritate impenſa bonorum temporalium ſe munitos: nos tam pro Domini & conſanguinei noſtri prædicti ſalute, quam noſtra, facimus & inſtituimus in Monaſterio prædicto Capellaniam unam perpetuam valoris viginti librarum Turonenſium annui & perpetui reditûs, ſub hoc modo.

Videlicet quod nos in pactum & conventionem legitimam deducimus & promittimus bonâ quod nos acquiremus & aſſignabimus pro fide, Capellania prædicta ad opus & nomine ipſius, viginti libras Turonenſes annui & perpetui reditûs quitti & liberi Monaſterio ſupradicto; & quod nos de anno in annum donec prædictum annuum reditum acquiſierimus & dicto Monaſterio aſſignaverimus, prout ſuperius eſt expreſſum, ſolvemus integre de noſtro proprio dictas viginti libras annui reditus pro dicta Capellania, & nomine ipſius ſæpedicto Monaſterio anno quolibet, die quo celebrabitur anniverſarium Domini noſtri & conſanguinei ſupradicti.

Damus inſuper ex nunc pro pitantia & nomine pitantiæ Abbatiſſæ & Conventui præfati Monaſterii, centum ſolidos annui & perpetui reditûs monetæ prædictæ convertendos in perpetuum nomine pitantiæ in refectionem perſonarum dicti Monaſterii annuatim die quo celebrabitur anniverſarium dicti Domini & conſanguinei noſtri quandiu vixerimus, & poſt mortem noſtram etiam eodem die quo cum ſuo noſtrum volumus anniverſarium perpetuo celebrari.

Inſuper damus ex nunc eidem Monaſterio quadraginta ſolidos monetæ prædictæ annui reditûs, de quibus ordinamus & volumus diebus quibus dum vivimus anniverſarium dicti domini & conſanguinei noſtri, & poſt mortem noſtram noſtrum, eum ſuo celebrabitur, prout ſuperius expreſſum eſt, Capellanus cuilibet dicti Monaſterii qui celebrationi dicti anniverſarii præſens erit duodecim denarios Turonenſes aſſignari.

Reſiduum vero dictorum quadraginta ſolidorum in emptionem ceræ volumus applicari, ſex cereos annuatim inde confici, & eos quandiu anniverſarii prædicti celebrabitur officium anno quolibet in loco celebrationis accendi.

Ad hoc autem tam prædictos centum quam quadraginta ſolidos Turonenſes annui & perpetui reditûs promittimus bona fide acquirere & aſſignare in perpetuum, & etiam ſolvere Monaſterio ſæpe dicto qui de viginti libris Turonenſibus pro Capellania acquirendis, aſſignandis & ſolvendis ſuperius ſunt expreſſi.

Intelligimus autem quod illi duntaxat Capellani dicti Monaſterii dictos duodecim denarios Turonenſes percipiant, qui pro dicto Domino & conſanguineo noſtro ac nobis miſſas prædicti die anniverſarii celebrabunt.

In quorum omnium teſtimonium, & ut præmiſſa omnia robur obtineant firmitatis, præſentibus litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum.

Datum anno Domin. M. CC. XCII feriâ V. poſt octavas beatorum Apoſt. Petri & Pauli.

(2) FELINES, vulgo *Flines*, Abbatia Monialium Ciſtercienſium, propè Duacum; dicta etiam *Honor B. Mariæ*.

De ejus Fundatione vide Diploma & Notas apud Miræum pag. 579.

(1) GUILIELMUS DE HANNONIA, dictus etiam *de Flandria*, filius Joannis de Avenis Hannoniæ Comitis, qui filius erat Margaretæ heredis Flandriæ ex Burchardo de Avenis. Fuit hic Guilielmus ab anno 1289 Cameracenſis Epiſcopus. Obiit anno 1296 in itinere Terræ Sanctæ. Corpus ejus in Belgium relatum quieſcit in Abbatia Flinenſi (quam avia ejus Margareta Comitiſſa fundaverat) ad latus ſiniſtrum ſummi Altaris, cum hac brevi inſcriptione.

Guilielmus de Flandria Epiſc. Cameræc. Dominus Epiſc. Leodienſis conſanguineus.

(3) JOANNES DE FLANDRIA, Guilielmi de Dampetra & prædictæ Margaretæ heredis Flandriæ filius ex ſecundo ejus matrimonio. Primum fuit Præpoſitus Eccleſiæ S. Donatiani Brugis & Cancellarius Flandriæ, dein Epiſcopus Metenſis, atque ab anno 1282 Leodienſis. Vivere deſiit anno 1292, ſepultus in præfata Abbatia Flinenſi, apud Matrem, ad latus dextrum majoris Altaris, cum hoc Epitaphio.

Joes de Flandria Epiſc. Leodienſis, filius Guidonis Comitis Flandriæ, hujus Eccleſiæ Fundatoris. Obiit anno M. CC. XCII.

CAPUT CLXX.

Abbas S. Victoris Pariſienſis locum Belli-reditus, vulgo Beaurepaire, *Leodii, antea Canonicis Regularibus ſuæ Congregationis conceſſum, transfert anno 1296 in Canonicos Regulares Præmonſtratenſes, è loco Cornelii-Montis huc commigrantes.*

Ex Gallia Chriſtiana, Tom. III.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis Frater Odo humilis Abbas Monaſterii S. Victoris Pariſienſis, totuſque ejuſdem loci Conventus æternam in Domino ſalutem.

Noverint univerſi quod cum Dominus Valdardus quondam Archidiaconus Leodienſis, ſitum ſatis inſignem ab Epiſcopo & Capitulo Leodienſi acquiſiverit atque dotarit, & in extremis laborans, in eorum loco Canonicos Regulares noſtri Ordinis & de Domo noſtra Deo famulaturos ibidem inſtituerit; atque

mandaverit ordinari, & per venerabilem virum Magiſtrum Godefridum de Fontanis Canonicum Leodienſem, dictum locum de (1) Belloreditu cum ſuis pertinentiis juxta ordinationem præfati Archidiaconi Leodienſis, inſtantiſſime nomine executorio ipſius Archidiaconi, nobis obtulerit cum effectu, & ut aſſenſum noſtrum præberemus ſtudioſiſſime laborarit. Nos matura & multiplici deliberatione ſuper hoc præhabita, unanimi noſtro conſenſu, loco prædicto de Belloreditu cum pertinentiis ſuis & aliis bonis, occaſione dicti loci & perſonarum noſtrarum acquiſitis, renuntiavimus, ſine lege aliqua repetendi.

Attendentes quod viri Religioſi Abbas & Conventus quondam Montis-Cornelii Ordinis Præmonſtratenſis de voluntate & aſſenſu Epiſcopi & Capituli Leodienſis, ad ipſum locum de Belloreditu ſe tranſtulerint, permutando clauſtrum ſuum (2) Montis-Cornelii pro loco prædicto de Belloreditu ibidem perpetuo famulaturi. Nos vero de dicta tranſlatione gaudemus, ac eorum joſtis deſideriis annuentes ipſum locum prædictum cum omnibus pertinentiis ſuis, quantum in nobis eſt, conferimus & per præſentes totaliter concedimus, præmiſſa omnia penitus abdicantes, & in eos transferentes &c.

In quorum teſtimonium & robur firmitatis, Sigilla noſtra præſentibus litteris duximus apponenda.

Datum & actum anno Domini M. C. C. XCVI. menſe Martio.

(1) Belli-Raoitûs Præmonſtratenſis Ordinis Abbatia vulgo *Beau-Repaire*, modo in Urbe Leodienſi, infra Monaſterium S. Jacobi poſita, initia ſua debet Otberto Epiſcopo Leodienſi, qui anno 1116 in Monte Cornelio, uno vel circiter ab urbe milliario in honorem XII. Apoſtolorum dicavit Oratorium ac dotavit.

Eidem loco libertatem aſſeruit Adalbero itidem Epiſcopus Leodienſis dato diplomate anno 1224 in eoque paulo poſt Ordinis Præmonſtratenſis Canonicos è Floreffia eductos collocavit.

Sed cum locus iſte à prædonibus & perditis hominibus infeſtari non deſineret, Fratres hac mutatâ ſede, quam hodie incolunt Carthuſiani, anno 1288 in Urbem ſe receperunt; quibus anno 1296 menſe Martio Odo S. Victoris Pariſienſis Abbas quidquid juris in eodem loco ſibi traditum cuerat à Valdardo quondam Archidiacono confeſſit.

(2) Mons Cornelii: Olim hic habitavit *B. Juliana*, Sanctimonialis, quæ multis præcedentibus revelationibus Feſtum SS. Sacramenti inſtituti curavit, & poſt multas tribulationes, meritis miraculis, ſpiritu prophetico ac divinis conſolationibus illuſtris migravit ad Chriſtum anno 1247 die 5 Aprilis. Ciſtercienſes eam Ordini ſuo adſcribunt. Præmonſtratenſes autem ſuo; & hi quidem (ut apparet ex habitatione Præmonſtratenſium in hoc Monte-Cornelio) Veroſimilius. Vide Acta SS. Bollandina ad diem 5 Aprilis.

In eodem Monte-Cornelio, hoc in loco fundavit anno 1357 Engelbertus de Marca Leodienſis Epiſcopus Monaſterium Carthuſianorum; quod poſtmodum fortallitio adaptatum, bellorum furiis exuſtum, multaque alia damna ſæpius paſſum fuit.

Huic Carthuſiæ inſigniter benefecit Familia de Liverlo Leodii, è qua P. Ægidius de Liverlo, ejuſdem Profeſſus ac Prior novam Eccleſiam ædificavit. Obiit anno 1667.

CAPUT CLXXI.

Ex Archivis Ordinis.

Joannes Brabantiæ ac Lotharingiæ Dux, bona Equitum Templi Jeroſolymitani (nunc Melitenſium) in protectionem ſuſcipit, anno 1298.

NOs Johannes Dei gratiâ Lotharingiæ, Brabantiæ, Limbourgenſiæ Dux, vobis Baillis, Amanois, villicis, Scultetis, & juſticiariis, & univerſis nunc exiſtentibus & in poſterum futuris præcipimus firmiter & imperpetuum quatenus Fratribus Domus Hoſpitalis Sancti Joannis in Jeruſalem, ipſorum curtibus & bonis ubicumque in Brabantiâ conſtitutis nullas moleſtias ſeu gravamina inferatis, nec ab eis exactiones ſeu ſervitia petatis, ſive ſit in curribus, bigis, equis, vel aliis quibuſcumque requirendis ſicut noſtrum amorem perpetuo diligitis & favorem, maximè cum eandem gratiam, à cariſſimis Dominis Patre, Avo ac aliis progenitoribus noſtris memoriæ recolendæ obtinuerint diebus ſuis.

Cui gratiæ derogari nolomus, imò meritis exigentibus, & ob remedium ſalutis animæ noſtræ, ac Prædeceſſorum noſtrorum potius ampliari, præſentium quibus Sigillum noſtrum eſt appenſum teſtimonio litterarum.

Datum Lovanii die jovis poſt feſtum omnium Sanctorum anno Domini milleſimo CC. nonageſimo octavo.

CA-

CAPUT CLXXII.

Abbas Florinenſis in Diœceſi Leodienſi, ad ſubveniendum neceſſitatibus ſui Monaſterii, vendit Abbatiæ Bonæ-Spei Ord. Præmonſtrat. in Hannonia jus Patronatûs ac Decimas de Eyſinghen, qui vicus eſt Diœceſis Mechlinienſis propè Hallas, anno 1300. *Quam venditionem etiam confirmant Epiſcopi Leodienſis & Cameracenſis.*

Ex Cartulario Abbatiæ Bonæ-Spei.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Hugo Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus ſalutem in Domino ſempiternam. Quantâ diligentiâ, quâque ſollicitudine Monaſteria & Eccleſias noſtræ Diœceſis nobis ſubjecta appetimus promoveri & eorum jura conſervari, ſcit ille qui omnia novit.

Cum igitur ad regimen noſtræ Leodienſis Eccleſiæ nuper aſſumpti fueramus, honorabile Monaſterium Florinenſe (1) invenimus in multis debitis oneratum & quaſi totaliter deſolatum. Et cum ipſum Monaſterium bona mobilia non haberet unde debita ſua perſolveret, & ſe ab uſurarum voragine liberaret, dilecti in Chriſto filii Abbas & Conventus dicti Monaſterii nobis humiliter ſupplicarunt, ut noſtrum conſenſum & auctoritatem adhiberemus, ut aliqua bona immobilia ſui Monaſterii prædicti venderent. Nos de ſtatu dicti Monaſterii tam in capite quam in membris plenam inquiri fecimus veritatem. Et quia per dictam inquiſitionem invenimus, quod dictum Monaſterium obligatum fuit in diverſis & multis debitis jacentibus ad uſuras & ſub cuſtibus fidejuſſorum, & aliis pœnis contractis à longis temporibus retroactis, ex eauſis diverſis inevitabilibus, nec bona mobilia habeant, nec aliud ſubſidium ſubſit, per quod dictum Monaſterium ab onere debitorum hujuſmodi liberari poſſit: & niſi celeri remedio ſuccurratur ipſis Monaſterio, Abbati & Conventui, ad cum ſtatum devenerunt, quod dicti Abbas & Conventus victum ex bonis ſuis non habentes, neceſſario & inevitabiliter habebunt elauſtrum dimittere, vitæque neceſſaria vereeundè mendicare; conſenſum noſtrum quantum in nobis eſt adhibemus, quod ipſi Abbas & Conventus bona quædam ſive quamdam partem decimæ, quæ vel quam habent & poſſident, ſeu habere & poſſidere debent, poſſunt & noſcuntur, in Villa de Yſenghien (3) ac locorum terminorum ſeu territoriorum ipſius Villæ, quocumque titulo aut poſſeſſione vel nomine ad eos ſpectent, vel pertineant, vel aſſequi debeant, & quidquid juris & proprietatis habere poſſiot indictis villa, decimis, & territoriis ejuldem, cum ſuis appenditiis, quæ inter cætera bona dicti Monaſterii minoris utilitatis & valoris eſſe dicuntur, vendant & venditioni exponant, cum plenitudine Jnris Patronatûs ipſius villæ de Yſenghien; dictaque bona, ac ipſam partem decimæ prædictæ villæ veodiderint & tradiderint Religioſis viris Abbati & Conventui Eccleſiæ (2) Bonæ-Spei Ordinis Præmonſtratenſis Diœceeſis, cum plenitudine Patronatûs ejuſdem villæ, pro quingentis libris Turonenſis monetæ communiter nunc currentis in villa & patria de Florenis, converſis per nos, & auctoritate noſtrâ in ſolutionem graviorum debitorum ipſius Monaſterii, prout in Litteris eotum ſuper hoc confectis plenius continetur.

Quibus venditioni & traditioni noſtros conſenſum & anthoritatem adhibemus, ac eaſdem ſalvo jure noſtro & eujuſlibet alterius laudamus approbamus, ratifieamus & cnnfirmamus auctoritate Pontificali per præſentes. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo, Dominicâ poſt Servatii.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Guido miſeratione divinâ Cameracenſis Epiſeopus, ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod Religioſi Viri Abbas & Conventus Monaſterii Florinenſis, Ordinis S. Benedicti, Leodieoſis Diœeeeſis, decimam quamdam, quam apud Villam de Yſenghien noſtræ Diœeeeſis obtinebant, cum pertinentiis ipſius Religioſis Viris Abbati & Conventui Bonæ-Spei, Præmonſtratenſis Ordinis, Cameracenſis Diœeeeſis, liberaliter & in perpetuum vendiderunt; prout in Litteris ſuper hoc confectis, plenius continetur.

Verum dicti Abbas & Conventus Bonæ-Spei Nobis humiliter ſupplicarunt, ut emptionem & venditionem prædictas confirmare, & noſtrum aſſenſum præbere miſericorditer dignaremur. Nos vero volentes eorum ſupplicationibus annuere in hac parte, prædictas venditionem & emptionem ex certa ſcientia confirmamus, & noſtrum in omnibus præbemus aſſenſum.

Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo, in die Beatæ Mariæ Magdalenæ.

(1) Florinensis Abbatia S. Joannis Baptistæ Monachorum Benedictinorum in Diœcesi Leodiensi, Sabim inter & Mosam, authorem habuit Gerardum Arnulphi Toparchæ Florinensis filium dein Cameracensem Episcopum circa annum 1023 de quo vide Diploma & Notas apud Mir. pag. 658.

(2) Bonæ-Spei, vulgo *Bonne Esperance*, Abbatia Religiosorum Ordinis Præmonstratensis, non longè à Binchio Hannoniæ oppido, fundata circa annum 1126 à Reinaldo de Croix & Beatrice ejus conjuge, qui fundum istum Ecclesiæ Præmonstratensi dederunt, intuitu filii sui Guilielmi ibidem Monachi, quem Sanctus Norbertus Coloniâ rediens anno 1120, ab hæresi Tancheliana ad veram fidem converterat. Vide Diploma Fundationis superiùs pag. 35.

(3) Ysenghien, vulgo *Eysinghen*, pagus Diœcesis Mechlinienſis & ad fines Brabantiæ, medio milliari ab Hallis. Jus Patronatûs & Decimæ spectabant olim ad Abbatem Florinensem; at nunc vigore præcedentis Diplomatis ad Abbatem Bonæ-Spei.

CAPUT CLXXIII.

Jus Patronatûs Ecclesiæ Sti. Viti Leovardiæ in Frisia, quæ dein extitit Cathedralis, à Familia Burmanninga transfertur in Abbatem & Conventum Horti B. M. V. Ordinis Præmonstratensis in Frisia, anno 1300.

Ex Historia Episcopatus Leovardiensis.

IN nomine Domini & individuæ Trinitatis. Universis Christi fidelibus, hasce Litteras inspecturis & audituris, in perpetuam reigestæ memoriam.

Ne ea quæ geruntur, simul cum tempore labantur, cum humana memoria sit labilis, omniumque habere memoriam divinitatis sit potius quam humanitatis; Nos Alterus & Renaldus, fratres, laïci, filii quondam Frederici, dicti de Burmanninga, Parochiani Ecclesiæ (1) S. Viti in Olde-Hove, publicè plenèque recognoscimus & profitemur, in his Scriptis, nos scientes, volentes, ætate majores, ex plena deliberatione, communicato insuper consilio cum amicis nostris, pietatis intuitu, in remissionem peccatorum nostrorum, ac in remedium & subventionem animarum nostrorum Parentum jam defunctorum, contuliſſe, dediſſe Jus Patronatûs, cum omni jure quod tenuimus, habuimus, possedimus, pacificè & quietè in dicta Ecclesia de (2) Lieuwerth, Viris Religiosis & famosis, Abbati & Conventui Monasterii (3) Horti Beatæ Mariæ Ordinis Præmonstratensis in Oestergoe; nomine dicti Monasterii perpetuo possidendum & tenendum, ac tenore præsentium liberaliter absque omni dolo & pactione quâcumque damus, confirmamus; datum & collatum dilucidè & planè in nomine Domini protestamur; ita quod hæc collatio, donatio pié facta, nec à nobis seu Successoribus nostris ac heredibus, fraudis consilio nequeat aliquatenus revocari, seu ullatenus infirmari.

In cujus rei testimonium, præsentem Paginam Sigillis honorabilium Virorum, Abbatum de (4) Bethania & (5) Claro-Campo petivimus figillari.

Acta sunt hæc anno Domini M.CCC. Dominicâ *Oculi mei* &c.

(1) S. Viti in Olde-Hove, Ecclesia primaria Urbis Leovardiensis, quæ anno 1560 per Bullam Pii IV. Pont. facta fuit Cathedralis, instituto in ea decem Canonicorum ac Decani Collegio, desumpto ex Abbatia Horti Mariani Ord. Præmonst. ad muros Urbis Leovardiæ; atque in eorum subsidium decem Præbendis ad S. Vitum in Canonicatus transformatis.

(2) Lieuwerth, Latinè *Leovardia*, Urbs Metropolis Frisiæ, olim Sede Episcopali, & hodiedum Consilio Provinciali illustris.

(3) Hortus Marianus, Abbatia Religiosorum Præmonstratensium propè Leovardiam: cujus Fundationem vide supra exhibitam pag. 77.

(4) Bethania, olim Abbatia Benedictinorum in Foswert, Diœcesis Leovardiensis.

(5) Clarus-Campus, insignis olim Abbatia Religiosorum Cistercienſis Ord. in eadem Diœcesi.

CAPUT CLXXIV.

Philippus Pulcher Francorum Rex benefacit Abbatiæ Cisonienſi Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini apud Insulas, in Gallo-Flandria, anno 1301.

PHilippus Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus universis tam præsentibus, quàm futuris, quòd cùm Religiosus vir Abbas Cysonienſis Tornacensis Diœcesis ad nostram accedens præsentiam, pro se & Conventu suo, dudum se, & omnia bona sua nostræ submiserit voluntati, nobisque fidelitatis præstiterit Sacramentum, nobis supplicans, ut eos, & temporalia bona in protectione nostra recipere dignaremur.

Nos ipſius Abbatis ſupplicationibus inclinati, dictum Monaſterium cùm perſonis & bonis ejuſdem in protectione noſtra duximus admittendum; dantes omnibus Juſtitiariis Regni noſtri tenore præſentium in mandatis, ut dictos Religioſos, & eorum bona ab injuriis, oppreſſionibus, & violentiis manifeſtis defendant. Nec eiſdem permittant, in perſonis, aut bonis gravamina, vel indebitas novitates inferri.

Quod ut firmum permaneat in futurum, præſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi Sigillum.

Actum apud Fontem-Bleaudi, menſe Decembri anno Domini M. CCC. II.

Vulgo Fontaine-Bleau.

CAPUT CLXXV.

Philippus Pulcher Galliæ Rex, Robertum Bethunienſem Flandriæ Comitem in Galliam evocat anno 1307, ut opem & conſilium impendat pro extirpatione Ordinis Templariorum.

PHilippus Dei gratiâ Francorum Rex, dilecto & fideli noſtro Comiti Flandriæ ſalutem & dilectionem.

Fidei zelus Catholicæ nos quieſcere non permittit quominus ut inimici nominis Jeſu-Chriſti, niſi per veram pœnitentiam convertantur, de Regni noſtri finibus expellantur, contiouis actibus inſudemus.

Error ſane Templariorum tam abominabilis nuper in lucem deductus à Domino, vobis innotuit, ad quem à ſancta Dei Eccleſia extirpandum quiſquis Catholicus, potiſſimè Eccleſiarum Prælati in ipſa Dei Eccleſia præſidentes tenentur.

Ea-propter nos progenitorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, qui negotium hujuſmodi ad defenſionem fidei ſerventer aſſumpſimus, cum ejus auxilio cujus res agitur in hac parte ſerventius ipſum proſequi & nos ad Apoſtolicam ſedem in brevi transferre proponimus, pro his & aliis, prout noſtrum decet miniſterium, promovendis.

Veſtram igitur ſollicitudinem excitamus, vobis ſub fidelitatis vinculo quo nobis aſtricti tenemini injungentes, quatenus ad tres ſeptimanas inſtantis Paſchatis nobis in præmiſſis opem & conſilium impenſuri, nobiſcum apud Turones interſitis, vel ſaltem Procuratorem vel Procuratores idoneos ad nos propter hæc deſtinetis.

Actum Meleduni die XXVI. Martii anno Domini M. CCC. ſeptimo.

CAPUT CLXXVI.

Concordia inter Theobaldum de Barro Epiſcopum Leodienſem, & Ægidium de Berthaut Advocatum Mechlinienſem, ſuper Juribus Villæ Mechlinienſis, anno 1308; unà cum conſtitutione Magiſtratûs aliiſque Legibus Municipialibus, vulgo Keuren, *ejuſdem Civitatis,*

Ex Collectionibus Benedictinis S. Mauri.

UNiverſis tam præſentibus quam futuris præſentes Litteras inſpecturis, Ægidius Berthout de Machlinia ſalutem, & eorum quæ ſequuntur agnoſcere veritatem.

Cum pax ſive concordia ſit & adepta, inter Patrem & Dominum meum * Theobaldum Dei gratiâ Leodienſem Epiſcopum ex parte una, & nos ex altera, ſuper juribus villæ Machlinienſis & appenditionem ejuſdem, de conſilio proborum videlicet Virorum, Venerabilis Præpoſiti, Decani, Archidiaconorum, totiuſque Capituli Majoris Eccleſiæ Leodienſis, Nobilium etiam, ſcilicet Militum Armigerorum Epiſcopatûs Leodienſis, Conſulumque bonarum Villarum Epiſcopatûs ejuſdem, necnon proximorum & amicorum noſtrorum, ſecundum quòd in Litteris ſuper ordinatione & reformatione pacis prædictæ confectis, plenius continetur.

* Vide Miræi Diplomat. pag. 593.

Et Dominus noſter Epiſcopus ſupradictus, Villæ Machlinienſi prædictæ, ad corroborationem & immunitatem libertatum ejuſdem, quædam Privilegia & Muniments indulgendo conceſſerit, prout in Litteris ſuo Sigillo ſigillatis ſuper hoc confectis vidimus plenius contineri.

Quorum Privilegiorum articuli, prout in Litteris continetur eiſdem, de verbo ad verbum, in modum qui ſequitur, ſubſequuntur.

Videlicet, quod dicta Villa Machlinienſis de cetero habeat in perpetuum Communiam,

duos Magiſtros * Communiæ, plenum Bancum ſive ſedem duodecim Scabinorum, quodque nemo ſimul Judex eſſe valeat & Scabinus.

* Vulgo Commune-Meeſters.

Item duos rectores de opere ſeu officio lanificii, & ſeptem Juratos, qui idem opus ſeu officium adjuvent gubernare. Item quatuor Juratos de ſingulis officiis dictæ Villæ. Qui Magiſtri, Scabini, Rectores & Jurati amoveri debent, & alii eorum loco eligi annis ſingulis, infra Octavas Aſſumtionis beatæ Mariæ in medio Auguſti, per commune conſilium Communitatis ejuſdem; excepto quòd ſex de duodecim Scabinis longius per unum annum durabunt.

Item, Magiſtri Communiæ poteſtatem habebunt jus Communitatis ſervandi, & eorum injuriam defendendi, in bis quæ ad jus commune pertinent, ubi & à quibus injuriam eis contigerit irrogari.

Item, nulla Confraternitas, neque Gulda; neque aliquod ſingulare ſignum de ipſis, niſi ſola communitatis confraternitas, in Machlinia eſſe poterit & debebit.

Item, de duodecim Scabinis eligendis, ut dictum eſt, quando Conſilium Communitatis mutatur, ſex amoveri, & ſex remanere debbunt, & in anno ſequenti, illi qui per duos annos in Scabinatu permanſerant, amoveri debebunt, & eorum loco ſex alii ſubrogari. Et Scultetus Epiſcopi in Machlinia, Domini ſui vice, ſic electis juramentum fidelitatis imponet, & recipiet ab eiſdem: & amoti Scabini infrà duos annos poſt eorum amotionem, ad Scabinatum non poterunt promoveri.

Item, omnia delicta & omnes exceſſus debent judicari, corrigi & puniri, ſecundum ſententiam Scabinorum.

Item, quidquid Scabini per ſententiam judicaverint, debet ſtabilitatem & firmitatem habere & nullâ contradictione obſtante, executioni debitè demandari.

Item, quidquid Scabini per Litteras ſuis Sigillis ſigillatas, vel oretenus teſtantur ſe vidiſſe, & tamquam Scabinos iuterfuiſſe, firmitatem habebit & faciet plenam fidem.

Item, dicti Scabini, ſi deſiderent & neceſſe habuerint in aliquo caſu, poterunt recurrere ad caput ſuum Scabinos Leodienſes, abſque contradictione quâcumque.

Item nullus Juſtitiarius debet intereſſe teſtium depoſitionibus audiendorum per Scabinos, niſi quoad hoc tantum, quod faciat & videat eos jurare de veritate dicenda.

Item nullus foraneus poterit ferre teſtimonium contra aliquem de Burgenſibus Machlinienſibus, ſuper aliquo facto accidente infrà terminos francifiæ, ſeu immunitatis Villæ prædictæ.

Item, duo Rectores lanificii poteſtatem habebunt monendi ſeptem Juratos ejuſdem Officii, ſuper Omnibus exceſſibus contingentibus circa idem Officium, & circa omnia quæ ad illud officium pertinent, & ipſi Jurati ſupra hujuſmodi judicabunt, & ſuper hoc Scabini Machlinienſes erunt capita eorum. Et ſi ipſi rectores requirant à Sculteto auxilium, hoc idem Scultetus impendere debebit eiſdem, quia medietatem emendarum ſeu proventuum forefactorum ejuſmodi, Dominus, & aliam medietatem ipſi rectores levabuut, ad dictum officium in ſuo jure ſervandum.

Vernaculè Schaut.

Item, prædicti Jurati de omnibus Officiis Communiæ, Rectores lanificii, & eorum ſeptem Jurati intereſſe debent cum Scabinis omnibus conſiliis Scabinorum, in omnibus dictæ Villæ negotiis, & utilitatibus, exceptis tractatis & conſiliis tangentibus ſententiam Scabinorum, niſi Scabini eos deſiderent intereſſe.

Item, Conſilium dictæ Villæ poteſtatem habebit omnia ſtatuta Villæ, quæ vulgariter Coeren * nominantur, ſtatuendi, ordinandi, augmentandi, minorandi, corrigendi etiam & mutandi, pecuniam recipiendi ad opus Villæ ſuæ, ſive ſit in affiſiis, ſive in vendendis redditibus quoad vitam, redditus acquirendi & faciendi ad opus Villæ, ubicumque locum ſeu loca ad hoc habuerint, vel acquirere potuerint, quocumque modo eis ad utilitatem Villæ magis videbitur expedire, & computandi poſt de omnibus receptis & datis in ſuis negotiis, quando voluerint, & eis placebit.

* Vulgo Keuren.

Item quod quilibet de Burgenſibus Villæ prædictæ, de conſenſu & licentiâ Conſilii cambire & cambium tenere poterit, pro tribus libris Lovanienſibus annuatim à ſingulis campſoribus Domino perſolvendis.

Item, de quolibet pondere, quod vulgariter dicitur Waghe, unus denarius Lovanienſis ſolum ſolventur pondera rationis tenenti.

Item, Officia quæ ſaemecoop vervoeringhe & bamaegbe teutonice nominantur, & omnes menſuræ quarumcumque rerum fuerint, ſunt & remanebunt Villæ noſtræ prædictæ, exceptis quatuor menſuris, videlicet mellis, ſalis & berbarum tinctoriarum quæ Woed & Meode vocantur.

Item, quod nullus cujuſcumque conditionis exiſtat, infrà franciſiam Machlinienſem vinum vendere poterit niſi, ſub eo jure &.... vendat Burgenſibus de Villa.

Item, quod nullus Dominus apud aliquem forum vel plateam infrà terminos Franciſiæ dictæ Villæ locare in ædificando, vel alio modo quocumque occupare, ſeu etiam reſtringere, vel arctare; vel hoc fieri facere poterit, vel debebit.

Item, nullus de Burgenſibus dictæ Villæ poterit vel debebit extra Franciſiam ejuſdem Villæ pro quocumque dilecto duci captivus, ſed infrà dictam Villam ſecundum Scabinorum ſententiam juri ſtabit.

Item, nullus de Burgenſibus dictæ Villæ habens bona ſufficientia infrà Villam, vel petens & volens cautionem ſufficientem præſtare pro emenda, juxta qualitatem & quantitatem ſui delicti, vel exceſſus faciendi, debet in captivitate poni nec teneri. Et ſi captus eſſet, mediantibus talibus bonis vel cautione,

tione, debet emitti, niſi tale eſſet delictum, quod mortem vel extremum ſupplicium mereretur. In quo caſu debet uſque ad ſententiam in captivitate ſervari, &, ſalvo jure Communiæ, juſtitia fieri de eodem.

Item, ſi aliquis per ſententiam Scabinorum quocumque delicto mortem meruiſſe declaratus fuerit, vel ad mortem per eorumdem ſententiam condemnatus, Dominus medietatem omnium bonorum mobilium & immobilium, quæ relinquet ſic delinquiſſe declaratus & condemnatus, ut dictum eſt, obtinebit, & alia medietas ad Succeſſores debitos devolvetur.

Item, Dominus nulli extra Villam Machlinienſem bannito poterit Villam reſtituere infrà terminum bannito præfixum, nec aliquibus de Villa ſpontanee fugientibus pro debitis vel delictis conductum ad reintrandam Villam præſtare, ſine conſenſu illorum quibus debent, vel contra quos deliquerunt.

Item, Dominus nullum factum vel delictum quòd villa Machlinienſis ſibi non attrahit vel aſcribit, ipſi Villæ debebit vel poterit imputare, nec emendam exigere vel recipere ab eadem, ſed delinquens & non Villa opus ſuum portabit.

Item, omnes emendæ à tribus ſolidis ſupra uſque ad quatuor libras & dimidiam aſcendentes, & omnes emendæ occaſione ſtantorum quæ Koeren vocantur provenientes, ſive magnæ ſint, ſive parvæ, cedent pro parte tertia dictæ Villæ, exceptis emendis de officio lanificii, de quibus ſuperius eſt expreſſum.

Item, poteſt dicta Villa nunc & in perpetuum portas, foſſata, & omnes munitiones ſuas facere emendari & fortificari, quocumque modo Conſilio dictæ Villæ melius videbitur expedire.

Nos commodum, augmentum, utilitatem, pacem, tranquillitatem & omne bonum dictæ Villæ Machlinienſis, ejus appendiciorum, & populi ejuſdem, prout in forma pacis continetur, cordialiter affectantes, omnia & ſingula in prædictis Privilegiorum articulis contenta, propter immunitatem & libertatem dictæ villæ, ejus appendicorum, & hominum ejuſdem, ut eſt dictum, & non in contrarium intelligenda ſeu interpretanda laudamus, & ex certa ſcientia approbamus, & ex noſtris præſentibus Litteris perpetuâ perſeverantiâ & ſtabili firmitate manſura Sigillo noſtro in teſtimonium præmiſſorum ſigillata communimos.

Datum in die feſto Circumciſionis Domini, anno ejuſdem milleſimo trecenteſimo octavo.

CAPUT CLXXVI.

Clemens V. Pont. petente Magiſtratu Bruxellenſi anno 1308 ex bonis FF. de Pœnitentiâ ſeu Sti. Nicolai erigit Bruxellis Hoſpitale pro peregrinis, cujus cura tradita fuit FF. Saccitis.

Ex Archivis Civitatis ante bombardationem extractum.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Decano & Capitulo Eccleſiæ, ac Scabinis & Univerſitati villæ Bruxellenſis, Cameracenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sinceræ devotionis affectus, quem ad nos & Romanam geritis Eccleſiam & babetis, dignè Nos excitat & inducit; ut petitiones veſtras quantum cum Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Sanè petitio veſtra nobis exhibita continebat, quòd FF. de Pœnitentiâ Jeſu-Chriſti, qui quemdam pium locum de conſenſu noſtro in villa Bruxellenſi Cameracenſis Diœceſis dum viverent obtinebant, deceſſiſſe noſcantur; ſicque locus ipſe, qui ex hoc ſolitudini & turpitudini derelictus in diſpoſitione Sedis Apoſtolicæ liberâ juxta tenorem Conſtitutionis felicis recordationis Gregorii Papæ X Prædeceſſoris noſtri, editæ ſuper hoc in generali Concilio Lugdunenſi, dignoſcitur remanſiſſe.

Quare pro parte veſtra fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut cum in loco prædicto, cujus valor, ſi venditioni exponeretur ſummam 400 florenorum auri ut aſſeritis nequaquam excederet, Hoſpitale ad uſum infirmorum & panperum, & quandam Capellaniam de bonis vobis à Deo collatis, ad Dominici cultûs augmentum, de conſilio Diœceſani loci ordinare & conſtituere proponatis, Vobis locum ipſum concedere dignaremur.

Nos igitur veſtrum in hac parte laudabile propoſitum multipliciter in Domino commendantes, illudque volentes proſequi favoribus opportunis, vobis locum prædictum cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis pro dicto Hoſpitali & Capellania ibidem ordinandis & conſtruendis, prout de conſilio dicti Diœceſani proceſſerit, Authoritate Apoſtolicâ concedimus, & donamus ex gratiâ ſpeciali: non obſtantibus quibuſcumque Litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, cujuſcumque tenoris exſtant, ſuper conceſſione locorum Fratrum ejuſdem Pœnitentiæ à quibuſcumque perſonis obtentis, cujuſcumque tenoris exiſterent, per quas effectus præſentium impediri poſſet quomodolibet vel differri.

Nulli ergo &c.
Datum Avenione Kalendis Auguſti Pontificatûs noſtri Anno quarto & Domini M. CCC. VIII.

Fuit olim Bruxellis Hoſpitale Peregrinorum, dictum S. Nicolai, propè Eccleſiam Parochialem ejuſdem nominis, in quo habitaverunt primò Fratres Laïci in communi viventes. His Regulas & leges vivendi præſcripſit anno 1255 Magiſtratus Bruxellenſis, per Diploma quòd extat ſuperiùs pag. 115. Vetus illud Xenodochium ſitum fuiſſe creditur propè claustra FF. Minorum, fuitque Domus divendita anno 1323 per decretum Magiſtratûs cuidam Godefrido van Coudenberghe Civi Bruxellenſi.

Seu Sacci Fratres.

Porrò extinctis ad unum uſque Fratribus iſtis Nicolaitis, ſucceſſerunt *Saccitæ*, vernaculè *Sackdraeghers*; qui ſimul cum prædeceſſorum bonis hæreditaria habuere cognomina. Adinſtar Religioſorum, ut à ſæcularibus facile diſcernerentur, oblongâ veſte coloris ſubcinericii utebantur. Superoè geſtabant ſcapularium, ut illis habitus cum Fratribus de Pœnitentia communis fuiſſe videatur. Nullo Religionis voto obſtricti, velut Regulares vivebant.

Habuerunt hi Saccitæ domicilium imminens Sacello B. Mariæ Magdalenæ in plateâ quâ ad aulam adſcenditur, vulgo *den Steenweg*; ubi olim fuiſſe perhibetur Domus Templariorum, qui ſub ea tempora Decreto Concilii Viennenſis extirpati ſunt.

Sed & ipſi Saccitæ poſtmodum defecerunt, & ſeptem ultimi ſuperſtites repoſiti fuerunt circa annum 1458 ad onus variorum Hoſpitalium. De quibus ita habet Hiſtoria Manuſcripta Carthuſiæ Bruxellenſis per R. D. de Vaddere Canonicum Anderlechtenſem.

„ Ne reſtantibus Saccitis, qui ad numerum ſeptem erant reducti, neceſſaria deficerent, ſedulo providit Senatus. Tres enim in majori S. Joannis Xenodochio poſuit ad onus Hoſpitalis alendos; & tres in Begginagio ad onus Infirmariæ ſeu Ciſtæ ut vocant ſuſtentandos; Hoſpitali Sti. Eligii & aliis ſpiritualibus Domibus in portionem oneris vocatis.

„ Septimus verò dimiſſâ præbendâ vel proprio vel amicorum ſumptibus deinceps victitavit. Fabrica Sacelli Stæ. Mariæ Magdalenæ etiam unius Præbendæ Saccitarum reddibus habet, quos acquiſivit multis annis (anno 1405) antea Carthuſianos. *Ita de Vaddere in Mſſ.*

Porrò præfatorum Saccitarum bona anno 1458 de conſenſu Philippi Boni Ducis Burgundiæ Belgarumque Principis, ac Senatûs Populique Bruxellenſis per Bullam Pii II. Pont. (relatam apud Miræum pag. 231 novæ Edit. Diplom.) ceſſerunt Fundationi Monaſterii Carthuſianorum B. M. V. de Gratia in Scheut juxta Sacellum ejuſdem nominis, ſub Parochia Anderlechtenſi. Cujus Fundationis Diploma vide inferiùs, ad annum 1456.

CAPUT CLXXVII.

Philippus Pulcher Francorum Rex, mandat Gubernatori ſuo Duacenſi anno 1309, ut juriſdictionem temporalem Capituli Sti. Petri Duaci tueatur.

Ex Archivis Capituli S. Petri Duaci.

* Is erat Balduinus de Longweu, Equet.

PHilippus Dei Gratiâ Francorum Rex, Gubernatori * Duacenſi ſalutem. Dilecti noſtri Præpoſitus & Capitulum Eccleſiæ Sti. Petri Duacenſis nobis graviter ſunt conqueſti, quod cum ipſi eſſent & fuiſſent in pacificâ poſſeſſione vel quaſi, juſtitiæ & juriſdictionis cujuſdam Domûs & manerii cum pertinentiis eorumdem, quæ quondam fuerunt Joannis de Vitaco: Scabini & Jurati villæ Duacenſis Ægidio de Bonis Hoſpite dictorum Præpoſiti & Capituli de dictis Domo & manerio violenter erepto per eoſdem Scabinos & Juratos, Richardum quondam filium Roberti Auberon in dictorum Domûs & manerii poſſeſſionem inſtruſerunt de facto & animo juſticiandi ibidem, dictos Præpoſitum & Capitulum impediendo & perturbando indebitè & de novo in ſuâ poſſeſſione prædicta, in eorum damnum præjudicium & gravamen.

Quare vobis mandamus, quod vocatis evocandis, ſi vobis conſtiterit ita eſſe, dictos Scabinos & Juratos, ut à prædictis impedimento & perturbatione deſiſtant, ratione prævia compellatis, dictoſque Præpoſitum & Capitulum manuteneatis in ſuâ poſſeſſione prædictâ, non permittentes eis circa hoc fieri aliquam indebitam novitatem; prædictumque Ægidium in ſua poſſeſſione dictorum Domûs & manerii in quâ erant tempore ejectionis prædictæ, facientes prima ratione repoſi, & ad ſtatum reduci debitum quidquid in ejus & dictorum Præpoſiti & Capituli præjudicium inveneritis factum eſſe.

Datum apud Cachatn die 26 Aprilis anno Domini M. CCC. nono.

Catalogum Præpoſitorum Eccleſiæ Collegiatæ Sti. Petri Duaci, quem ſupra breviter attigi pag. 32 accuratum mihi benignè præbuit Reverendus admodum ac Eruditiſſ. D. Doutart S. Theologiæ Liceotiatus, Linguæ Græcæ in Academia Duacena Profeſſor, nec non præfatæ Eccleſiæ Canonicus & Seminarii. B. Mariæ Præſes. Quam Seriem è monumentis illius Eccleſiæ fideliter erutam, & hactenus Anecdotam, hic ſubjicio.

I. *Bernardus*, præfuit anno 1125.
II. *Robertus*, 1162.
III. *Hugo*, præfuit ab anno 1163; obiit 1191.
IV. *Robertus*, Præpoſitus 1197.
V. *Petrus*, obiit 1208.
VI. *Nicolaus*, floruit 1269.
VII. *Petrus* præerat anno 1217; obiit 1237.

VIII. *Michael*, 1238.

IX. *Ægidius de Brugis*, qui & fuit Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Sti. Donatiani Brugis, & Præpositus Sti. Petri Duaci; vixit anno 1240 & 1252. obiit die 6 Decembris...

X. *Lanvinus*, obiit 21 Julii.

XI. *Joannes de Foro*, obiit 7 Februarii.

XII. *Joannes du Markier*, rexit anno 1276.

XIII. *Joannes de Novella*, præfuit anno 1293.

XIV. *Gerardus Mulet*, anno 1293.

XV. *Gerardus de Frelin*; anno 1304.

XVI. *Petrus de Maully*, anno 1322.

XVII. *Gerardus Fierlin*, anno 1341.

XVIII. *Gerardus Mulet* 1354.

XIX. *Petrus Columbarius*, Gallus, S. R. E. Cardinalis Episcopus Ostiensis ab anno 1353, antea vero Episcopus primum Nivernensis, dein Atrebatensis; fuit Præpositus S. Petri, Legatus Apostolicæ Sedis in Gallia, Anglia, &c Contagioso morbo decessit Avenione anno 1361 die 13 Julii.

XX. *Jacobus de Camfaing*, annò 1369.

XXI. *Jacobus de Strazeele*, anno 1393.

XXII. *Theodericus Palene*, fuit item Canonicus Sti. Donatiani Brugis; vixit anno 1401 & 1412

XXIII. *Stephanus de Chalvaire*, 1419.

XXIV. *Stephanus de Coevery*, 1428 fortè idem.

XXV. *Wallaricus de Mergme*, Præpositus S. Petri anno 1429 & 1440; dein quoque Præpositus S. Amati.

XXVI. *Nicolaus de Grincourt*, anno 1444.

XXVII. *Joannes*, alias *Antonius du Buisson*, fuerat olim Carmelita, dein Confessarius Ducis Burgundiæ, nec non Episcopus Bethleemitanus. Vivere desiit circa annum 1469.

XXVIII. *Joannes de Were*, Canonicus S. Crucis Cameraci, Præpositus S. Petri Duaci anno 1484.

XXIX. *Ægidius Grenier*, Jur. Licentiatus, Canonicus Cathedr. Tornacensis, præfuit 1486.

XXX. *Ludovicus Compere*, anno 1500.

XXXI. *Petrus du Woes*, anno 1504

XXXII. *Sidrach de Lalaing*, Vir nobilis, in Decretis Licentiatus, promotus viâ Romanâ & Regiâ anno 1508. dein etiam Decanus Eccl. Audomarensis. Obiit ann 1533 die 28 Junii.

XXXIII. *Petrus de Manchicourt*, Ducensis, J. V. L. præfuit anno 1533, fuit item Decanus Ecclesiæ S. Petri Insulis.

XXXIV. *Joannes Cèsile*, Canonicus Ecclesiæ Cortracensis præfuit 1541.

XXXV. *Reginaldus Marie*, præfuit 1558.

XXXVI. *Joannes Sonqueques*, Eleemosynarius Mariæ Reginæ Hungariæ, fit Præp. anno 1561

XXXVII. *Richardus Smithæus*, Wigornicnsis Anglus, S. T. Doctor ac Professor Regius Oxoniæ in Anglia, è quâ exulare coactus, à Rege Philippo II. nominatus fuit Præpositus ad S. Petrum Duaci anno 1563, & primus in nova Academia SS. Literarum Professor. Extat in ista Ecclesia sequens ejus Epitaphium.

„ Richardus Smithæus, Anglus, Theologiæ „ Doctor, Regii Sacrarum Litterarum Professo„ris munere Oxonii in Anglia multis jam annis „ summâ cum laude functus, dum fidei tandem „ Catholicæ causâ patriâ iterum exulat, ab op„timo verèque Catholico Principe Philippo His„paniarum Rege Præpositurâ Collegii Divi Pe„tri Duacensis ornatur, publicæque ibi institu„tæ Scholæ propensissimis optimorum Civium „ studiis primus SS. Literarum publicus Præce„ctor creatur. Quo in munere cum annum jam „ paulo minus felicissime versatus esset, præcla„raque ingenii monimenta contra grassantes hu„ temporis hæreses publicis mandata litteris reli„ quisset, VII. Idus Junias anno à partu Virgi„nis 1563 ætatis verò suæ 63, magno omnium „ ordinum mœrore fato concessit, publicoque „ elatus funere, hoc Virginis Matris Sacello se„pultus est. Cujus animæ ut Deus O. M. prò „ sua clementia misericors esse velit, pias candi„de lector ad communem Dominum preces fun„dito, felixque age.

XXXVIII. *Matthæus Galenius*, Zelandus, Westrapellius, olim Philosophiæ Professor Lovanii in Pædagogio Porci, & Theologiæ in Academia Dilingana, dein S. T. Doctor Duaci creatus annò 1564. Fuit Præpositus S. Petri ab anno 1563, usqee ad 1571 quo successit in Præpositura S. Amati, ubi obiit anno 1574.

XXXIX. *Johannes Kuhus*, Viletanus ex Agro Athensi in Hannonia, olim Philosophiæ in Pædagogio Porci Lovanii Professor, nascente Academia Duacensi inter primos S. Th. Professores cooptatus ac S. Th. Doctor anno 1571 unâ cum Cardinale Alano, Stapletonio & Bossemio; & primus Regens Collegii Regii renunciatus. Fuit Præpositus S. Petri ab anno 1571 usque ad 1595 quo obiit 3. Idus Aprilis, relictis facultatibus omnibus alimentationi pauperum studiis operam dantium.

XL. *Antonius Surius*; S. T. Doctor Duac. creatus Præpositus 1596, obiit eodem anno.

XLI. *Guilielmus Estius*, Gorcomiensis Batavus, S. T. Doctor Lovan Præpositus ab annò 1597. Sepultus fuit in hac Ecclesia ante Altare S. Sepulchri, cum Epitaphio sequente.

„ Deo sacrum. Guilielmus Estius, ex Gorri„chemio, Hollandus, S. Theol. Doctor & Dua„ci Professor, simulque Regii Seminarii Præses „ annis XXXI. ac hujus Ecclesiæ Præpositus, co„que titulo Universitatis Cancellarius annis XVIII. „ pietatis, doctrinæ, modestiæ, beneficentiæ „ speculum, hic sepultus est. Decessit XX. Sep„tembris M. D. C. XIII. ætatis suæ LXX. Gratu„ lare spectator, & piè precare.

XLII. *Georgius Colvenerius*, natus in Gempe, vico Brabantiæ juxta Lovanium; à puero tamen Alosti educatus; unde & se Alostanum scribere maluit. Anno 1609 renunciatus est S. Th. Doctor Duaci, & anno 1614 è Scholastico Præpositus S. Petri; Vir non solum in Theologia sed & in Historia Ecclesiastica versatissimus, libris que editis celeberrimus. Sepultus in hac Ecclesia cum sequenti Epitaphio.

„ D. O. M. Sub hoc marmore quiescit Eximius „ D. M. N. *Georgius Colvener*, Alostanus, S. T. „ D. & per annos 50 Professor, hujus Ecclesiæ „ Præpositus, simulque Universitatis Cancellarius „ annis 36, Seminarii Henriniani primus & us„que ad mortem Præses; pietatis, doctrinæ „ modestiæ ac beneficentiæ verè speculum & „ exemplar. Decessit ex hac vitâ plenus dierum „ ac bonorum operum, cum in hac Ecclesia fun„ dasset Duplex Patroni, & reliqua fere bona „ Testamento legasset Erectioni Seminarii ad Pro„pagandam Fidem. Obiit 29 Maii anno salutis „ 1649. ætatis 88 Gratulare spectator, & bene „ apprecare.

XLIII. *Theodorus van Conwerden*, Gochtensis è Clivia S. T. Doctor ac Professor Regius, fuit ecessit anno 1649. obiit anno 1658.

XLIV. *Mathias Gertman*, Turnhautanus Brabantus, S. Th. Doctor ac Profeſſor Regius, Seminarii Regii Præſes, fuit hic Præpoſitus ab anno 1658, uſque ad 1670, quo deſignatus fuit Præpoſitus Eccleſiæ Primariæ D. Amati. Obiit anno 1683.

XLV. *Petrus de Lalaing*, Duacenus, S. Th. Doctor ac Profeſſor, Præſes Seminarii Hayniniani ſive Iprenſis, fuit hic Præpoſitus ab anno 1670 & obiit anno 1682.

XLVI. *Henricus de Cerf*, Iptenſis, olim Eccleſiæ Cathedralis in Patria Canonicus, dein S. T. Doctor ac Profeſſor, Præſes Seminarii de la Torre, ex Decano factus eſt Præpoſitus anno 1682. Vivere deſiit anno 1705.

XLVII. *Adrianus Del-Court*, Nivellenſis Brabantus, S. T. Doctor & Profeſſor Regius, Præſes Seminarii Regii, fuit Præpoſitus ab anno 1706.

CAPUT CLXXVIII.

Johannes II. Dux Lotharingiæ ac Brabantiæ, bona Equitum Templi Jeroſolymitani (nunc Melitenſium) in Brabantia, ac ſignanter Domum de Walsberghe propè Thenas, in protectionem ſuſcipit anno 1310.

Ex Archivis Ordinis.

NOs Johannes Dei gratiâ Lotharingiæ Brabantiæ & Limburgi Dux, mandamus vobis univerſis & ſingulis Juſticiariis noſtris, Villicis, Majoribus, Baillivis, Sculetis, Foreſtariis & aliis quibuſcumque juſticiam in terrâ noſtrâ exercentibus quatenus Domos Hoſpitales Sancti Johannis Jeroſolymitani, videlicet Walsberghe, & alias in terrâ noſtrâ conſiſtentes, Fratreſque dicti Hopitalis, bonaque ad eos pertinentia non moleſtetis, nec exactionetis vel gravetis quoquò modò per vos, alium, vel alios, nec permittatis ab aliquibus gravari indebitè ſeu etiam moleſtari; dictos Fratres, domoſque & eorum bona in bujuſmodi libertate contra moleſtatores quoſcumque ſicut nos diligitis deffendentes.

Datum ſub Sigillo noſtro in Bruxellâ anno Domini M. CCC. X. Sabbato poſt Petri ad Cathedram.

CAPUT CLXXIX.

Clemens V. Pontifex anno 1310 dat Teſtimonium publicum de veritate Sacri Cruoris in Eccleſia S. Baſilii Brugis aſſervati, eoque tempore adhuc liquati, & certis diebus guttatim diſtillantis.

Ex Hiſtoria S. Cruoris per P. Fayum.

CLemens Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus dignè ac laudabiliter ſerviatur, de abundantiâ pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit, & beoè ſervientibus multò majora retribuit, quàm valeant promereri: nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem, fideles ejus ad complacendum, & quaſi quibuſdam allectivis muneribus, Indulgentiis videlicet, & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores.

Attendentes itaque quod in Eccleſia ſancti Baſilii de Brugis Tornacenſis Diœceſis (quam ineffabilis altitudo providentiæ, recti cenſura judicii, cœleſtia pariter & terrena diſponens, prærogativâ ſublimavit honoris, & miraculorum aſſiduitate decoravit) exiſtit non modica quantitas ſacratiſſimi Sanguinis pretioſiſſimi Corporis, humani generis Redemptoris Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti: qui per omnes dies Hebdomadæ, die veneris domtaxat exceptâ, quaſi quandam in modum lapidis duritiem repræſentat. Die verò prædictâ ut plurimum, horâ ſextâ liqueſcit, guttatimque diſtillat, pluraque alia miracula multa, immenſa Dei potentia in fidelium populorum præſentia, ex devotione accedentium in magna multitudine ad Eccleſiam antedictam, ibi operatur. Nota miraculum.

Ex quibus dicta Eccleſia, grandi redditur veneratione colenda, favoribus attollenda, præcipuis ſtudiis honoranda, ſollicitis & ſonoris laudum præconiis veneranda. Propter quæ dilecti Filii, Burgimagiſtri, Scabini, Conſules, & univerſitas Villæ Brugenſis dictæ Diœceſis, in veræ dilectionis ſervore, & zelo intimæ devotionis accenſi, à ſeptennio citra vel circiter in Feſto Inventionis ſanctæ Crucis, cum Prælatorum & Clericorum tam ipſius Villæ, quàm circumvicinorum locorum multitudine copioſâ, proceſſionaliter dictam

Villam

villam circumeuntes, Sanguinem ipſum, in ejuſdem Sanguinis honoris, & reverentiæ plenitudinem, deferentes, ut ex hoc ſibi per operis meritum, & aliis pretio Sanguinis prædicti redemptis proficiant per exemplum, inducendo eos ad viſitandam dictam Eccleſiam, & locum in quo ipſe conſiſtit, & exhibendam fuſo pro eis Sanguini reverentiam omnimodam & honorem.

Nos quibus prædicta miracula, ipſorum experientia jam multipliciter patefecit, dignum & congruum, quin-imò debitum arbitrantes, ut Eccleſiam ipſam, quem ipſe (cujus, licet immeriti, vices gerimus in terris) voluit proprii Sanguinis ſplendore fulgere, odore reſpergere, ac laudibus venerari, exhibitione reverentiæ uberis proſequamur, dictorum Burgimagiſtrorum, Scabinorum, Conſulum, & univerſitatis hujuſmodi exemplum laudabile proſecuti, Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attentè in remiſſionem peccaminum; Vobis injungentes quatenus ad Eccleſiam ipſam imploraturi à Domino intervenientibus Sanguinis ejuſdem ſuffragiis, veniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis.

Nos enim ut iidem fideles eò concurrant libentiùs ad eandem, quò ſuæ devotionis affectum ſibi magis ex divinæ ac noſtræ gratiæ largitione ſenſerint fructuoſum; de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui causâ devotionis ad Eccleſiam & locum præfatos in dicto feſto, vel infra quindenam feſtum ipſum immediatè ſequentem, Villam circumeundo prædictam, ac in die Veneris majoris hebdomadæ ad Eccleſiam ipſam acceſſerint annuatim, quinque annos & quinque quadragenas; ſingulis verò aliis diebus Veneris Eccleſiam viſitantibus antedictam, centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione Kalendis Junii, Pontificatûs noſtri anno quinto.

CAPUT CLXXX.

Gerardus Dieſthemii Dominus & Joanna de Flandria ejus Conjux, fundant atque dotant anno 1328 Carthuſiam Vallis S. Joannis Baptiſtæin Parochia de Zeelhem propè Dieſthemium; in Diœceſi Leodienſis.

Ex Chartulario Monaſterii.

IN nomine Domini. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno ejuſdem Dom. M. CCC. XXVIII. Indict. XII. menſis Februarii die 1. horâ Miſſæ, conſtituti propter hoc perſonaliter in præſentia mei Notarii publici & teſtium ſubſcriptorum, nobilis vir Gerardus Dominus de Dieſt & Caſtellanus Antverpienſis, Diœceſis Leodienſis, necnon nobilis Domina Johanna de Flandria ejus Conjunx ex una parte; & Fratres Johannes Prior B. Mariæ de Capella * juxta Harines, Henricus Prior B. Catharinæ juxta Antverpiam Diœceſis Cameracenſis ex altera.

* Prope Angiam in Hannonia.

Præfati Nobiles, pietate ducti, volentes & cupientes animabus ſuis, parentum ſuorum & amicorum, ac Dominæ Mariæ piæ memoriæ Dominæ quondam de Dieſt ſalubriter providere; ad fundandum & conſtruendum Clauſtrum unum cum Eccleſia Fratrum Ordinis Carthuſienſis, in Parochia Eccleſiæ de Zeelhem, Leodienſis Diœceſis præfatæ in honorem B. Johannis Baptiſtæ, quod Clauſtrum Vallis S. Johannis Baptiſtæ voluerunt nuncupari, dederunt, ceſſerunt & donarunt donatione inter vivos, purè propter Deum & in puram eleemoſynam, liberè & ſine ſpe revocandi, & pro verè donatis haberi voluerunt cum effectu, quatuor bonaria terræ jacentia in una petia * in dicta Parochia, inter Eccleſiam de Zeelhem ex una parte, & vineam prædictorum Nobilium ex altera; quæ terra ſe extendit ad quemdam rivum ibidem currentem; ut dictum Clauſtrum in ea terra ædificetur & conſtruatur.

* Gallicè Piece.

Item bonarium unum, cum dimidio bonario vel circiter prati jacentis in principio pratorum jacentium inter Zeelhem & Ghenepe, in una petia tendente per medium dicti prati, quòd pratum partim dicitur Haverſtopele & partim Vrona-Beempt, & jacet ibidem propè Temeram *, inter terram Odæ de Dumo ex una parte, & pratum Menſæ S. Spiritûs de Zeelhem ex altera.

* Vulgo Demer.

Item 40 modios ſiliginis menſuræ Dieſtenſis, & 30 libras nigrorum Turonenſium, uno groſſo Turonenſi Regis Franciæ bono & legali, pro ſexdecim denariis parvis computato, annui & perpetui reditûs, quos uſque nunc habuerunt dicti conjuges jure hæreditario in Herke, ad molendina & reditus nobilis viri Domini Comitis Loſſenſis, prout in litteris ſuper hoc confectis, ipſis Prioribus ex parte dictorum Nobilium datis, ad opus Clauſtri prædicti plenius continetur, omni juri proprietatis & poſſeſſionis quòd in bonis prædictis habuerunt, ad opus ædificationis Clauſtri prædicti & Fratrum ejuſdem effectualiter renunciantes, & nihil juris, proprietatis ſeu poſſeſſio-

nis ſibi ac ſuis hæredibus in præmiſſis reſervando.

Volentes & mandantes, quòd Fratres Clauſtri prædicti deinceps de dictis bonis gaudeant ad opus dicti Clauſtri, & diſponant pacifice & quiete tamquam de bonis ſuis propriis, aliâ traditione non ſecutâ, prout eis viſum fuerit expedire, Prioribus ipſis ipſa bona ad opus ipſius Clauſtri & Fratrum ipſius acceptantibus; ſalvo tamen prædicto Domino de Dieſt, quòd dictos 40 modios ſiliginis & 30 libras reditûs prædicti erga ipſos Fratres, pro bonis, ipſis Fratribus æquivalentibus redimere poterit & habere.

Promiſerunt inſuper dicti conjuges in manu mei Notarii ſtipulantis omnium quorum intererit, fide interpoſitâ corporali vice loco juramenti, quòd contra prædictavel eorum aliquis, per ſe, alium, vel alios non venient in futurum.

Acta ſunt hæc in Capella Caſtri Dieſtenſis anno, Indictione, menſe, die & horâ prædictis, præſentibus ibidem, &c.

Et nos Dominus & Domina de Dieſt prædicti, ut huic Inſtrumento fides plenaria adhibeatur perpetuis temporibus, Sigilla noſtra huic præſenti Inſtrumento duximus apponenda.

Actum & datum, anno & die ut ſupra, &c.

CAPUT CLXXXI.

Abbas S. Martini Tornacenſis Ord. S. Benedicti fundat anno 1330 Monaſterium Carthuſianorum, vulgo Sylvam S. Martini, in pago de Lierde apud Gerardimontem, in Diœceſi Mechlinienſi.

Ex Archivis Abbatiæ S. Martini Tornaci.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, amen.

Debemus juxta Apoſtolum ſemper operari bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. Quoniam de profectu ſanctæ Matris Eccleſiæ noſtrum eſt gaudere, atque in vinea Domini pro mercede laboris operantibus auxilium ferre; dignum eſt, ut quòd fideles pro libertate ſeu multiplicatione locorum divino cultui manicipatorum devotè poſtulaverint, attendamus, & in quantum poſſumus ſupplicationes eorum humiles exaudiamus.

Comperiat igitur fidelium ſollertia, quòd nos Theodericus humilis Abbas Monaſterii S. Martini Tornacenſis Ordinis S. Benedicti, de conſenſu totius Capituli Eccleſiæ noſtræ, ad honorem Dei, gloriosæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum, ac reverentiam Religionis venerandæ Carthuſienſium & ſacri Ordinis eorumdem, pro expiandis fidelium peccatis orantium & præclara pœnitentiæ delicta delentis exempla præbentium, quibus mundus nunc indiget nimium; & ampliationem eorum caritativis deſideriis promoti affectantes, habitâ ſuper hoc deliberatione plenâ & diligenti, concordi & unanimi aſſenſu omnium noſtrûm, eiſdem Religioſis, quantum in nobis eſt, & ad nos ſpectat, ſalvis omnibus & ſingulis juribus Monaſterii S. Martini prædicti & Eccleſiæ Parochialis de Lierde aut aliorum, & ſine præjudicio eorumdem, tenore præſentium conceſſimus, & concedimus, ut Eccleſiam, Clauſtrum, Domos, & alia quæcumque ædificia & loca ad habitandum pro ſe & ſuis, ac Deo ſerviendum eidem oportuna fuerint, in loco qui dicitur, Silva S. Martini, eiſdem à Johanne dicto Gaelin determinato infrà limites Parrochiæ vel Eccleſiæ de Lierde ad Præſentationem noſtram Jure Patronatûs ſpectantis, libere fundent, ædificent, conſtruant, ſeu fundari, ædificari faciant & conſtrui.

Hoc expreſſe acto, concordato & conventu, videlicet quòd dicti Religioſi Carthuſienſes annis ſingulis in futurum in ſignum recognitionis Patronatûs, in quo ſua Eccleſia fundatur, in tranſitu glorioſiſſimi S. Martini noſtræ Eccleſiæ Patroni, unam malgiam auream octo ſolidorum Pariſienſium fortium valentem, vel valorem ejuſdem unà cum candela & denario Pariſino, ac etiam in die ſolemni pretioſiſſimi Sacramenti unam malgiam auream cum candela & denario Pariſienſi valore prædicto mittant & offerri faciant in Monaſterio humiliter & devotè ad Offertorium altæ Miſſæ.

Item ſi prædicti Religioſi Carthuſienſes acquirent terras aliquas in dicto Patronatu, in omnibus aequiſitis, tam in decimis quam in aliis ſalva debent eſſe omnia jura noſtra, & Eccleſiæ noſtræ in eiſdem.

Item quod præfati Religioſi Carthuſienſes de omnibus & ſingulis oblationibus ad manus Sacerdotum vel eorum Altaria, quas fideles undecunque veniant in Miſſis, offerent, & de omnibus oblationibus in ſancta die Veneris Dominicæ Paſſionis ab initio divini Officii uſque in finem ejuſdem Officii ibi fient, ac de oblationibus primæ Miſſæ novorum Sacerdotum, necnon de omnibus funeralibus quæ cum funeribus Parochianorum noſtrorum & Curatorum de Lierde ad ipſorum Religioſorum Eccleſiam deferentur; ſive redimantur pro pecunia ſive non, tribus quartis penes ſe retentis unam quartam partem inter nos & Curatum Eccleſiæ de Lierde ſecundum æquitatis modum dividendam integraliter abſque dolo & fraude, quolibet malo ingenio remoto, nobis

aut illi qui ad hæc recipienda deputatus erit, in duobus cujuslibet anni terminis, videlicet in Nativitate Domini, & in Nativitate S. Johannis Baptistæ dare & solvere tenebuntur. Exceptis Monachis & Fratribus eorum professis, & aliis similiter, qui Religionem ingressi & habitum ejusdem Ordinis deferentes cum sani existent, infrà probationis annum decedent; de quibus eisdem Religiosis dictam quartam partem de assensu Curati de Lierde, qui pro tempore erit, omnino remisimus intuitu pietatis. Famuli tamen vel servientes eorum, Curatis dictæ Parochiæ de Lierde subeunt, & eis jura Parochialia, sicut ceteri eorum parochiani solvere tenebuntur.

Item quòd præfati Religiosi Carthusienses annis singulis in futurum pro redemtione decimarum terræ, videlicet quatuor bonaria in quibus prædicta ædificabuntur, cum ædificiis & manso ibidem nunc constructis, qui vulgariter locus de Bosco dicitur, duodecim solidos Parisienses ad Natale Domini pro nobis & Curato dicti loci solvere tenebuntur; salvo jure alieno, si quod jus habeat aliquis in manso & terris supradictis.

Et nos Frater Johannes de Bolliuziel Prior, & Fratres Walterius Acsielle & Petrus de Furnis Monachi una cum dicto Priore conjunctim quoad nunc in dicto loco facientes omnia & singula præscripta nos & Ordinis nostri ac pro nobis & Successoribus nostris, plenâ super bis habitâ deliberatione gratanter & humiliter dictis Domino Abbati & Conventui Monasterii S. Martini Tornacensis & Curato de Lierde ac eorum Successoribus bonâ fide promisimus, & promittimus & solemni stipulatione eisdem nos & Successores nostros efficaciter obligamus, eadem omnia & singula firma & rata habere, tenere, conservare, & adimplere, & non contra facere vel venire per nos vel per alium aliquâ ratione, causâ, vel modo, de jure vel de facto.

Denique nos Theodericus Abbas & Conventus Monasterii S. Martini Tornacensis & Willelmus nunc Curatus de Lierde, Priorque & Conventus Carthusiensis ante-dicti, supplicamus humiliter & devotè Reverendo in Christo Patri & Domino nostro Domino Dei gratiâ venerabili Cameracensi Episcopo, quatenus æternæ retributionis & pietatis intuitu suum præmissis adhibendo consensum eadem ratificare dignetur, & suâ Auctoritate ordinariâ confirmare.

In quorum omnium & singulorum testimonium, & munimen nos Abbas & Conventus S. Martini ac Curatus de Lierde, Priorque & Conventus Carthusiensis supradicti præsentibus Litteris Sigilla nostra quibus utimur duximus apponenda.

Datum anno Domini M. CCC. XXX., prima die mensis Maii, videlicet in die Beatorum Philippi & Jacobi Apostolorum.

CAPUT CLXXXII.

Joannes III. Brabantiæ ac Limburgi Dux confirmat Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Dionysii Leodii antiquam possessionem Decimarum in Hervia & locis adjacentibus, anno 1331.

Ex Archivis Capituli.

Universis præsentes Litteras inspecturis, Johannes Dei gratiâ Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Dux, sempiternam in Christo salutem & cognoscere veritatem.

Cum ad Nos dudum quorumdam relatione pervenisset, quod grossæ & minutæ Decimæ Villarum & Territoriorum de (1) Herve, (2) Charneux, & Clairmont, de Elmoseis, de Hasoir; de Stockis, de Tbimister, de Loxbirville, de Xbenemont, aliarumque Villarum & Territoriorum eis adjacentium, sitarum in Ducatu nostro Limburgensi, videlicet in Banno de Herve, fuerant quondam à nostris Prædecessoribus Limburgensibus Ducibus erga Venerabiles Viros Decanum & Capitulum Ecclesiæ (3) S. Dionysii Leodiensis pro uno sextario denariorum titulo pignoris obligatæ; Nos Decano & Capitulo prædictis intimavimus; quod eis pro dictis Decimis redimendis dictum denariorum sextarium reddere volebamus.

Ad quam præfati Decanus & Capitulum responderunt, Ecclesiam ipsorum super prædictis Decimis & eorum pertinentiis fuisse & esse fundatam; prædictasque Decimas ad eos libero & hereditario jure pertinere, ipsosque esse & fuisse in vera & pacifica possessione earumdem, à tempore cujus principii memoria hominum non existit, nullamque talem obligationem erga eos, vel eorum Prædecessores unquam à nostris Prædecessoribus esse factam.

Nos igitur, super his factâ diligenti inquisitione per Nos, postmodum plenius informati, discussâque & compertâ clarius veritate, volentes futuris obviare periculis, & amovere scandala quæ possent inde dictis Decano & Capitulo generari, recognoscimus per præsentes, & exigente justitiâ decernimus & declaramus, Nos seu dictos Prædecessores nostros nihil omnino Juris habere, vel unquam habuisse in grossis & minutis Decimis, & eorum pertinentiis ante-dictis, nec eas aliquatenus esse vel fuisse; obligatas ut dicebatur;

ſed liberè & perpetuo jure ſpectaſſe ad Decanum & Capitulum ſæpe-dictos, credimuſque firmiter & tenemus, prædictam eorum Eccleſiam ſuper Decimis ipſis fuiſſe & eſſe fundatam, ut præfertur: quos tanquam bonæ fidei poſſeſſores volumus ex nunc perpetuò omnium Decimarum, Territoriorum & Villarum prædictorum eum ſuis pertinentiis, in qualibuſcumque rebus & locis caiſtant, prout hactenus uſque in diem hodiernum eas habuerunt & levare ſeu pereipere conſueverunt, dictâ verâ & pacificâ poſſeſſione gaudere, abſque quavis inquietatione, pertorbatione, inhibitione, arreſtatione ſeu imbanitione & moleſtia in prædictis decimis & earum pertinentiis ac levatione ſeu receptione illarum in toto vel in parte per Nos, noſtros Sneceſſores vel ſubditos in futurum faciendâ.

Recognitio pro Advocatia.

Salvis tantùm in omnibus Decimis ſuprædictis XX. modiis avenæ hereditariis, quos d ctı Decanus & Capitulum Nobis & Succeſſoribus noſtris Limburgenſibus Ducibus, pro Advocatia noſtra ſingulis annis in Caſtro noſtro Limburgenſi tenentur exſolvere. Et Nos noſtrique Sueceſſores tenentur ex hoc præfatis Decano & Capitulo per totam dictam Terram noſtram in rebus & perſonis defenſionis & tuitionis auxilium exhibere.

Quapropter mandamus & præcipimus univerſis Seneſcallis, Villicis, Scabinis, Juſticiariis, Juſticiatis, & omnibus Hominibus noſtris qualibuſcumque præſentibus & futuris, quatenus dictis Decano & Capitulo fructus, redditus, proventus & ſummas Decimarum ab omnibus cenſuariis & debitoribus illarum integrè deliberari faciant & exſolvi, Litteraſque conventionum de fermis ſeu accenſis Decimarum earumdem inter dictos Decanum & Capitulum ac eorum firmarios faciendarum, gratis ſigillent, & conventiones ipſas cuſtodiant pro ſimplici jure eis dari conſueto, modiſque omnibus eis in præmiſſis omnibus & ſingulis aſſiſtant, quoties ſuper h s fuerint requiſiti; ac ab omni penitus impedimento ſive damno in Decimis prædictis & earum pertinentiis quomodolibet inferendo, deſiſtant; noſtræ Declarationis prædictæ per omnia formam, omnibus fraude & dolo remotis obſervando, & contra dictam Eccleſiam nullum judicium ſuper jure hereditatis dictarum Decimarum (quarum ad eos non pertinet cognitio) proferentes.

Præmiſſa quoque omnia & ſingula, quatenus pru dictis Decano & Capitulo declarata ſunt & expreſſa, volumus à Villicis locorum prædictorum, cuſtodiæ Scabinorum ibidem, & eorum memoriis ex abundanti perpetuò commendari, & ea omnia & ſingula ab omnibus Scabinis ipſis & hominibus noſtris infallibiliter obſervari.

Quæ etiam omnia & ſingula promittimus bonâ fide obſervare, Nos & noſtros Succeſſores ad hoc efficaciter obligantes.

In quorum omnium veritatis teſtimonium præſentes Litteras juſſimus fieri, & eas Sigilli noſtri majoris appenſione muniri.

Datum anno Domini M. CCC. XXXI. undecimâ die Menſis Maii.

(1) Hervia, Municipium inſigne Ducatûs Limburgenſis, Leodium inter & Limburgum, pannorum fabricâ & caſeis famoſum. Jus Patronatûs ac Decimas ibidem hodieque poſſidet Capitulum S. Dionyſii Leodii.

(2) Clairmont, Comitatus hodie pertinens ad Familiam de Clariſſe, Bruxellis. Charneux, Thimiſter & Chefneux, Eccleſiæ filiales Matricis Parochiæ Hervienſis, poſtmodum propter communicantium multitudinem, in ſpeciales Parochias erectæ fuêre. Sunt etiam de Patronatu præfati Capituli.

(3) Eccleſia Collegiata S. Dionyſii Leodii. Capitulum habet XXX Canonicorum, cum Præpoſito (qui ſemper è gremio Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis eligitur) & Decano. Priores XX. Præbendas inſtituerunt circa annum 987. Nithardus Canonicus S. Lamberti, ejuſque Fratres Joannes & Godeſchalcus, Notgero Leodienſi Epiſcopo confirmante. Reliquas decem ſuperaddidit anno 1044 Epiſcopus Waſo Notgeri Succeſſor. Præcipua bona Capituli hujus in Ducatu Limburgenſi exiſtunt.

Extant in Archivis Eccleſiæ S. Dionyſii Leodii plura alia Diplomata, quibus Decimæ Hervienſes eidem ſpecialiter aſſeruntur & confirmantur; nempè Gerardi Comitis Juliacenſis, & Florentii de Berthaut Domini Mechliniæ, Tutorum Joannis III. Brab. Ducis anno 1313. Wenceſlai Ducis Bohemiæ & Brab. 1369. Joannis IV Ducis 1420. Philippi Boni 1429. Maximiliani I. & Caroli V. Cæſarum &c. Pii IV. Pont. anno 1458 &c.

CAPUT CLXXXIII.

Ludovicus Comes Flandriæ Begginagium de Iſendycke (ubi nunc eſt Caſtrum munitum ſub dominio Hollandorum in Diœceſi Brugenſi) ſuſcipit in protectionem, anno 1331.

Ex Archivis Cam. Rat. Inſulis.

Udovicus Flandriæ, Nivernenſis & Regiſtetenſis Comes, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Univerſitati veſtræ notum facimus per præſentes, quod Nos veſtigiis inclitorum Prædeceſſorum noſtrorum inhærentes informati de vita & honeſta converſatione,

ne, debitâ contiocntiâ & aliis operibus caritativis Religioſarum mulierum nobis in Chriſto dilectarum Begginaſii in Villa de Yſendike commorantium, eaſdem & earum inſtantiam & ſupplicationem in noſtra gardia & ſecura protectione ſuſcipimus; & ut participes omnium orationum & bonorum operum quæ per ipſas fient, tam Nos quam Margareta inclyta Comitiſſa Comitatuum noſtrorum prædictorum thoriquè noſtri Conſors cariſſima ac Liberi & Succeſſores noſtri exiſtere valeamus, firmiter & diſtrictè omnibus ſubditis noſtris præcipimus & mandamus, ne quis eis in aliquo injurioſus vel moleſtus exiſtat; omnibus Ballivis Subballivis qui pro tempore fuerint, ac aliis juſtitiariis noſtris præſentium tenore dantes in mandatis, ut eas manuteneant efficaciter & defendant, nec permittant indebitè aliquatenus eas gravari per aliquos vel turbari.

Quod ſi in hoc exſtiterint negligentes, eorum hujuſmodi negligentiam non vellemus dimittere impunitam.

Datum Brugis anno Domini M. CCC. triceſimo primo, viceſimâ tertiâ die menſis Julii.

CAPUT CLXXXIV.

Ludovicus Comes Flandriæ relevat feudum ab Epiſcopo & Capitulo Leodienſi de Oppidis Mechlinienſi ac Gerardimontenſi & Bornhemienſi, ſalvo quod Oppida illa non ſeparentur à ſuo Comitatu, anno 1333.

Ex Collect. Diplomat. PP Bened.

NOs Ludovicus Flandriæ, Niverenenſis & Regiſtetenſis Comes, notum facimus univerſis, quod nos anno Domini M. CCC. XXXIII. menſis Octobris die XVI. a Reverendo in Chriſto Patre & Domino noſtro ac ac conſanguineo cariſſimo Domino Adulpho Dei gratiâ Leodienſi Epiſcopo Oppidum noſtrum (1) Machlinienſe cum ſuis appendentiis, juribus, & pertinentiis univerſis, necnon (2) Geralmont & (3) Bornehem cum ſuis & cujuſlibet eorum pertinentiis & attinentiis quibuſcumque in feodo relevamus, ſibique & Eccleſiæ ſuæ Leodienſi debitam fidelitatem & homagium cum juramento & pacis oſculo de eiſdem præſtitimus & fecimus, ut eſt moris, adhibitis adhibendis, prout in talibus fuit & eſt fieri conſuetum, & prout facere tenebamor, ſecundum contenta (& non aliter) in Litteris ſeu Inſtrumento ſuper venditione dicti Oppidi Machlinienſis & pertinentiarum ejuſdem nobis factâ per dictum Reverendum Patrem & Capitulum Eccleſiæ ſuæ Leodieoſis.

Ita tamen, quod nec per nos nec per noſtros Succeſſores, dictum Oppidum cum ſuis appenditiis debeat à Comitatu Flandriæ ratione Feudi Imperii in perpetuum ſeparari vel disjungi, ſecundum ſolummodo quod in prædictis Litteris dictæ venditionis eſt expreſſum.

Actum, præſentibus Nobilibus & diſcretis viris Dominis,

Geraldo de Marcha Domino de Radekem,
Engelberto de Marcha, &
Henrico Oelli Scabino Leodienſi, Militibus,
Petro de Herminſcuto, Malbodienſis, & Sonegienſis, Cameracenſis Diœceſis, Eccleſiarum Canonico,
Renero Dietſcura Villico Tudinienſi,
Johanne de Monte & Hermanno dicto Hynce, ipſius Domini Epiſcopi Camerariis,
Johanne dicto Deſpieres de Tornaco, &
Guidone de Heſiis Scholaſtico Cameracenſi Leodienſis Diœceſis publicis, & dicti Reverendi Patris Notariis; ipſius Domini Epiſcopi Feodalibus ſeu Vaſſallis & pluribus aliis ad hoc ſpecialiter vocatis & rogatis: quorum memoriæ & cuſtodiæ præmiſſa fuerunt ab eodem Domino Epiſcopo commendata.

In quorum teſtimonium, his Litteris noſtrum Sigillum duximus apponendum.

Datum in Monaſterio S. Adriani de Geralmont Ordinis ſancti Benedicti Cameracenſis Diœceſis, anno & die ſupradictis. (4)

(1) MECHLINIA, Tametſi civitas hæc olim paruerit Leodienſi Epiſcopo in temporalibus, ut patet ex Miræi Diplomat. pag. 593, item ex Actâ Concordiæ inter Epiſcopum Leodienſem & Ægidium de Bertaut Advocatum Mechlinienſem quam ſupra retuli pag. 151; nihilominus eadem Civitas Mechlinienſis in ſpiritualibus ſemper manſit ſubjecta Epiſcopo Cameracenſi, donec propriam Sedem Archiepiſcopalem receperit.

Manſit tamen Capitulum S. Rumoldi aliqualiter ſubjectum Eccleſiæ Cathedrali Leodienſi: nam è gremio illius Præpoſitus Mechlinienſis eligi debuit, prout ſemper factum fuiſſe obſervatur uſque ad Antonium Granvellaoum incluſivè, ultimum Præpoſitum, primumque Archiepiſcopum Mechlinienſem. Vide Diploma ſuper hac conſtitutione, apud Miræum pag. 1019.

(2) GERALMONT, aliàs *Gerardimontium*, oppidum Flandriæ ſub Diœceſi Mechlinienſi, olim feudum Epiſcopi Leodienſis. Eſt illic inſignis Abbatia Benedictinorum S. Adriano ſacra.

(3) BORNHEM, oppidum Flandriæ ſub Diœceſi Gandavenſi juxta Waſiam, Comitatûs titulo & Prioratu Benedictinorum ab Affligemienſi Abbatia dependentis, inſignitum.

(4) Editum fuerat hoc Diploma à P. Piſenio Tom. II. Legiæ ſacræ paginâ 102, ſed truncatum. Unde hîc exhibemus integrum.

CAPUT CLXXXV.

Archiepiſcopus Trevirenſis confirmat anno 1348 Carolo IV. Romanorum ac Bohemiæ Regi Dominium Comitatûs Rupenſis cum Advocatia Abbatiarum Stabulenſis & Malmundarienſis, & Oppidorum Marchiæ Baſtoniæ & Durbuti.

Ex Reliquiis Diplomat. Ludewig. Tomo. V.

BAldoinus Dei gratiâ ſanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Galliam Archicancellarius, notum facimus univerſis, quod, licet de voluntate libera excellentiſſimi Principis & Domini noſtri Caroli Romanorum ac Bohemiæ Regis pro nobis ac noſtra Eccleſia Trevirenſi Comitatum de (1) Roche cum (2) Advocatia Monaſteriorum (3) Stabulenſis & Malmundarienſis & Oppidis (4) Marchiæ & (5) Baſtoniæ & Ducatu ſeu Dominio (6) Durbuy & in (7) Ruland a manibus extraneorum, tanquam heres proximior, pro decem novem millibus Marcarum argenti boni & puri (LXIV. groſſos Pragenſes pro marca qualibet computando) reemimus & recuperavimus.

Pro quibus & aliis variis pecuniarum ſummis, quæ uſque ad ſummam quinquaginta millia marcarum argenti prædictarum aſcendunt, pro prædicto Domino noſtro à nobis & ab Eccleſia noſtra Trevirenſi expoſitis in parato: idem Dominus noſter Comitatum (8) Lucenburgenſem, & (9) Marchionatum de Arluno jure tamen Dotis ſive Donationis propter nuptias inclitæ (10) Beatricis felicis recordationis Joannis olim Bohemiæ Regis genitoris ipſius relictæ, quæ ſuper dicto Marchionatu & rebus adſpectantibus obtinet ad vitæ ſuæ tempora dumtaxat, exceptis & ſibi ſemper ſalvis, bona prædicta cum omnibus oppidis, caſtris, fortalitiis, territoriis, munitionibus, villis, redditibus, proventibus, utilitatibus, obventionibus, diſtrictibus, bonis, juribus, Dominiis, juriſdictionibus altis & baſſis, vaſallis fidelibus, caſtrenſibus, oppidanis & aliis hominibus, nobilibus & ignobilibus cum (11) Huldis & (12) Homagiis & attinentiis & pertinentiis eorundem aliis univerſis, quæ ab antiquo ad præmiſſa vel eorum aliquod ſeu ad ipſum Dominium noſtrum pertinuerunt hactanus & jam pertinent, vel quæ in poſterum poterunt pertinere.

Et ultra hæc omnia caſtra, fortalitia, dominia, bona, Vaſallos & Villas cum ſuis attinentiis, quæ circa Rhenum ab illa parte, ubi oppidum (13) Bopardienſe ſitum exiſtit, habet & habebit, nobis & Eccleſiæ noſtræ Trevirenſi, Præpoſituris Lucenburgenſi & Arlunenſi abſque villis Romiche & Marcharin juſto venditionis titulo nos ac Eccleſia noſtra Trevirenſis à dicto Domino noſtro Rege obtinemus, exceptis; quas Præpoſituras dicto Domino noſtro uſque ad voluntatem & beneplacitum dimiſimus, gubernatione tamen eorundem nobis ut prius reſervatâ, ſubportavit & vendidit & in nos plenarie tranſtulit; ita videlicet, ut nobis dicta noſtra Eccleſia cautionem vel has Litteras de nobis habens vel habentes pro dictis pecuniarum ſummis nobis perſolvendis prædicta Comitatus, Marchionatum & Dominia, munitiones & caſtra, juriſdictiones & omnia prædicta in toto vel pro parte communiter vel diviſim, prout nobis placuerit, quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis vel ſecularibus, cujuſcunque ſtatûs vel præeminentiæ fuerint, obligare, impignorare vel aliàs in perpetuum vel ad tempus diſtrahere & alienare libere valeamus; prout hæc omnia in Litteris memorati Domini, deſuper confectis, latius & plenius continentur.

(14) Nos vero eodem Domino noſtro, ob ſanguinis proximitatem quâ eidem conjungimur ac ſuis heredibus ſpecialiter in præmiſſis proſpicere cupientes, ipſis promiſimus & promittimus in his ſcriptis, ut ipſi dictos Comitatus, Marchionatum, Advocatiam, Ducatus ſeu dominia & omnia oppida & bona prædicta, his duntaxat exceptis, quæ per nos Eccleſia Trevirenſis, cautionem vel has Litteras à nobis habens vel habentes, pro dictis pecuniarum ſummis nobis perſolvendis, obligari, impignorari, vendi vel alias in perpetuum vel ad tempus diſtrahi vel alienari contigerit, pro quinquaginta millibus marcarum argenti prædictis: nobis Eccleſiæ noſtræ prædictæ, cautionem vel has Litteras à nobis habenti vel habentibus, ſimul & ſemel primitus perſolvendis, niſi nos & Eccleſia noſtra Trevirenſis cautionem vel has Litteras à nobis vel habentes ex aliqua obligatione impignoratione, venditione, diſtractione vel alienatione certas pecuniarum ſummas, quæ tamen ipſe Dominus noſter Rex & ſui heredes prædicti manifeſtè probare poterunt & debebunt, levaremus.

Quas ſummas ſic levatas in dictis quinquaginta millibus volumus defalcari à nobis & noſtra Trevirenſi Eccleſia, cautionem vel has Litteras à nobis habentibus retinere & ad ſe, quandocumque eis placuerit, recuperare & tandem omnia præmiſſa, ſicut ipſorum veri Domini, poſſidere, tenere & juxta propriæ voluntatis arbitrium de ipſis diſponere libere poſſint & valeant, ſicuti prius dictum, & prout ipſis viſum fuerit expedire.

In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Datum Coloniæ anno Domini M. CCC. XLVII. menſe Februarii.

(1) Roche, ſive *Ropes Arduennæ*, oppidum Ducatûs Luxemburgenſis, inter medias ſylvas ſitum, Comitatûs titulo jam olim illuſtre.

(2) Advocatia. titulus honorificus, Patronum ſeu Protectorem Eccleſiæ deſignans. Sic Dux Brabantiæ Advocatus eſt Abbatiæ Gemblacenſis, ſic Comes Lovanienſis Monaſterii Nivellenſis, Dominus Bethuniæ reſpectu Monaſterii Vedaſtini, Berthautii Eccleſiæ Mechlinienſis &c.

(3) Stabulensis, inſignis Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi, juxta Ducatum Limburgenſem; de qua plura extant Diplomata apud Miræum. Paſſim habet Abbates Commendatarios, qualis modo eſt Illuſtriſſ. Epiſcopus Tornacenſis. Huic unita eſt jam pridem Abbatia vicina Malmundarienſis, quæ eſt ſub Diœceſi Colonienſi.

(4) Marchia, vulgo *Marche en Famine*, oppidum Ducatûs Luxemburgenſis, ſub Diœceſi Leodienſi terminans Provincias Luxemburgenſem & Namurcenſem ac ditionem Leodienſem.

(5) Bastonia, vulgo *Baſtogne*, oppidum præfati Ducatûs inter ſylvas Arduennæ ſitum, ſeptem à Luxemburgo Metropoli milliaribus.

(6) Durbutum, oppidum Ducatûs præfati, ejus Dominium pertinuit ad Comitem de Grobbendonck, cui ſine liberis defuncto, ſucceſſit anno 1726 Conſanguineus ejus & hæres Dux d'Urſel.

(7) Ruland, inſigne Dominium in Ducatu Luxemburgenſi, quod olim fuit penes Familiam de Blanckenheim. Poſſeſſor illius officio Camerarii dicti Ducatûs perfungitur.

(8) Luxemburgensis, tunc Comitatus, qui tantum anno 1354 erectus fuit in Ducatum, juxta Tabulas exhibitas apud Miræum pag. 221.

(9) Arlunum, oppidum quarto milliari diſtans à Luxemburgo, Marchionatus antiquus.

(10) Beatrix, filia Balduini de Avens, de qui plura vide apud Miræum, in Diplom. pag. 435.

(11) Hulda: vocabulum belgicum, quod latinè *Principis ſive Domini inauguracionem* ſignificat.

(12) Homagium, infimæ latinitatis vocabulum, quod *clientela profeſſionem* ſignificat, dum ſubditus ſe Domini ſui *hominem* (ſeu ſervum ſubjectum) fore profiteur. Vide Gloſſarium Du-Cangii.

(13) Boppardia, oppidum Electoratûs Trevirenſis ad Rhenum fluvium, haud procul à Confluentia.

(14) Nos vero &c. Balduinus, Elector & Archiepiſcopus Trevirenſis, erat Frater Henrici VII. Imperatoris, & Pro-patruus Caroli IV. Imperatoris ac Ducis Luxemburgenſis.

CAPUT CLXXXVI.

Carolus IV. Imp. datis ad Abbatiſſam Nivellenſem Diplomatibus anno 1349 & 1351 declarat Jus Inveſtituræ pertinere ad Ducem Brabantiæ.

Ex Archivis Capituli Nivellenſis.

CArolus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, Venerabili Abbatiſſæ ſæcularis Monaſterii Nivellenſis devotæ noſtræ gratiam regiam & omne bonum.

Licet aliàs exiſtimantes te & Monaſterium tuum Nivellenſe in temporalibus Romano Imperio cui præſidemus immediatè ſubeſſe, & quod tua Regalia à nobis dumtaxat & non ab alio ſuſcipere tenebaris, devotionem tuam monuerimus & per Regalia Scripta injunxerimus tibi, ut infra certum tempus ibi præfixum ad noſtram Majeſtatem veniens, Regalia prædicta ſuſciperes; faciendo nobis honores debitos, qui Divis Romanorum Regibus Prædeceſſoribus noſtris ab aliis qui Te præceſſerunt Abbatiſſis Nivellenſibus & etiam fieri à Te conveniſſent.

Quia tamen poſtmodum de juribus Illuſtris Joannis Ducis Brabantiæ, Principis & Conſanguinei noſtri chariſſimi, quæ ſibi circa prædictum Monaſterium Nivellenſe Abbatiſſaſque ejuſdem competunt, informatione ſufficiente receptâ, & luculenter edocti, qualiter Tu & quælibet Abbatiſſa prædicti Monaſterii Regalia & quævis temporalia ab eodem Duce Brabantiæ & ab hærede vel Succeſſore ipſius, tanquam à tuo vero & ordinario Domino ſuſcipere tenearis, ipſum in ſuis juribus prædictis volumus & non immeritò generoſiùs conſervare.

Eapropter Litteras Monitionis ſuper ſuſceptione Regalium tibi factas, ſub quacumque forma verborum conceptas, in omnibus ſuis punctis & clauſulis de verbo ad verbum prout ſcripta ſunt caſſamus, annullamus, & præſentium tenore de Regiæ poteſtatis plenitudine Nobis veluti Romanorum Regi & ſacro Romano Imperio competente, de certa noſtra ſcientia revocamus; decernentes & authoritate Regiâ declarantes, quod prætextu monitionis ejuſdem in præfixo tibi termino comparere non debeas, nec ad aliquos actus in eadem Monitione contentos exequendos aut effectui mancipandos quomodolibet tenearis; Te cùm ſuſceptione Regalium prædictorum & illo reſpectu quem ad Imperium te putabamus habere, ad ſupradictum Ducem Brabantiæ, Principem & Conſanguineum noſtrum dilectum tanquam ad verum & ordinarium tuum Dominum, cui in temporalibus ſubjecta fore dignoſceris, præſentibus oſtendentes.

In cujus rei teſtimonium, præſentes Litteras ſcribi, & Sigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri.

Datum in Wuſtkerck anno Domini M. CCC. XLIX. Indictione ſecundâ, tertio Kalendas Martii, Regnorum noſtrorum anno tertio.

II. DIPLOMA.

CArolus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, Religioſis Abbatiſſæ & Conventui Sanctimonialium Monaſterii Nivellenſis Leodienſis Diœceſis, devotis noſtris dilectis, gratiam regiam & omne bonum.

Pridem de tenoribus Privilegiorum, juribus & immunitatibus Illuſtris Joannis Brabantiæ, Lotharingiæ & Limburgiæ Ducis, Conſanguinei & Principis noſtri Chariſſimi informatione ſufficienti receptâ, ſibi inter cætera ſuſceptionem Feudorum & temporalitatum Monaſterii Nivellenſis; ut videlicet Abbatiſſa Nivellenſis dum & quoties electa ſive inſtituta fuerit, Feuda & temporalitates hujuſmodi à præfato noſtro Principe & Conſanguineo, Hæredibus & Succeſſoribus ſuis Ducibus in perpetuum petere & ſuſcipere debeat, & conſuetis ceremoniis ſive obſervantiis ipſis præſtare & facere homagii, fidelitatis & obedientiæ juramenta, de Regiæ noſtræ Celſitudinis gratiâ meminimus confirmaſſe, ſicut in Litteris noſtris Regalibus credimus utique & ſcimus luculentiùs contineri.

Idcirco devotioni veſtræ precipimus & mandamus, hoc præciſè & ſeriosè, volentes, quatenus ad hoc totâ mentis ſolicitudine debeatis inniti, quòd quælibet Abbatiſſa inſtituta recenter electa, ſeu quotiens in futurum quandocumque contigerit eligi, ſeu conferente ſe caſu inſtitui, univerſa Feuda & temporalitates prædicti Monaſterii Nivellenſis cum ſolemnitate conſueta à præfato Duce Brabantiæ, Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis in perpetuum ſine quavis contradictione, difficultate, ſeu repugnantia ſuſcipere debeatis, præſentium ſub appendente Sigillo teſtimonio Litterarum.

Datum in Wnſtkerck, anno Domini M. CCC. XLIX. Indictione ſecundâ, tertio Kalendas Martii, Regnorum noſtrorum anno tertio.

III. DIPLOMA.

KArolus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, dilectis nobis in Chriſto Mathildi Abbatiſſæ, Præpoſito, totique Capitulo ſecularis Eccleſiæ Nivellenſis, Leodienſis Diœceſis, gratiam regiam & omne bonum.

More boni Principis jugiter optamus cunctis Imperii noſtri fidelibus proſperam pacem & tranquillitatem. Cùm igitur quorundam relatione ad noſtrum pervenit auditum, inter vos ex parte una, ac dilectum conſanguineum & fidelem noſtrum Joannem Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ Ducem Sacri Imperii Marchionem ex altera, diſſentionis & controverſiæ materiam occaſione diverſorum Privilegiorum Tibi Abbatiſſæ & Capitulo memoratis, ſicut aſſeritis, de noo recipiendis Regalibus ab alio quàm Imperatore vel Rege Romanorum, &c. fore ſubortam, quæ tam celeriter ut res exigit per Nos commodè nequit ex tuto ſopiri.

Nos damnis, diſpendiis ac detrimentis quæ exinde Tibi Abbatiſſæ & Capitulo fæpedictis poſſent veroſimiliter evenire, volentes Tibi Abbatiſſæ prælibatæ tenore præſentium providere, concedimus, & nihilominus præcipiendo mandamus, quatenus hac vice à Duce prænominato hujuſmodi tua Regalia recipere poſſis & recipias; juribus noſtris & Imperii tuiſque & Eccleſiæ fæpedictæ ac Ducis memorati in hoc manentibus illæſis.

Per hoc enim non intendimus nec volumus vobis aut alteri veſtrûm ſeu Imperio aliquod præjudicium generari, vel in aliqoo derogari, ſed ea illibata & illæſa remanere.

Vobiſque Præpoſito & Capitulo prælibatis præcipiendo mandamus, quatenus cùm vobis conſtiterit ipſam Mathildem dicta ſua Regalia à prefato Duce ut præmittitur relevaſſe & recepiſſe, ipſi tanquam Abbatiſſæ veſtræ ac Dominæ obedientiam & reverentiam debitam exhibentes, ſibi in omnibus quæ ad Abbatiſſam Nivelleoſem pertinent pareatis, reſpondeatis & ad plenum intendatis, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis Sigilli teſtimonio Litterarum.

Datum & Actum Wratiſlaviæ anno Domini M. CCC. LI. die XXVI. menſis Novembris, Regnorum noſtrorum anno ſexto.

Catalogum Præpoſitorum inſignis Eccleſiæ Nivellenſis poſtulavi ſæpius à Canonicis illius Eccleſiæ. Sed cum aſſeruiſſent, nullam eſſe habere antiquorum ſuorum Præpoſitorum notitiam, exuſtis aut ſpoliatis tempore bellorum veteribus eorum Regiſtris, Seriem illam ex Diplomatibus aliis que Monumentis ſupplere conatus ſum, prout infrà ſequitur. Porrò Abbatiſſarum, quæ hujus loci Principatu Dominioque gaudent, ſeriem habes apud Baronem Le Roi in Topographia Gallo-Brabantiæ, & alibi.

I. *Fredericus*, præfuit anno 1003.

II. *Godeſchalcus*, Eccleſiæ ſuæ munificus benefactor, præfuit anno 1048 & 1074.

III. *Adelmannus*, Canonicus & Archidiaconus Leodienſis, Præpoſitus que Nivellenſis anno 1112.

IV. *Herimannus*, Præpoſitus Nivellenſis, & Canonicus atque Archidiaconus in Cathedrali Leodienſi, anno 1126 & 1131.

V. *Everardus*, Præpoſitus anno 1156 & 1158.

VI. *Johannes d'Antoing*, Nepos Rogeril de Wavrin Epiſcopi Cameracenſis, Præpoſitus Nivellenſis, item Præpoſitus & Archidiaconus in Cathedrali Cameracenſi, ſimulque Decanus Cathedralis Atrebatenſis. Electus anno 1196 Epiſcopus Cameracenſis, quinto poſt menſe obiit, ſepultus Nivellis in Eccleſia Collegiata Stæ. Gertrudis.

VII. *Everardus de Oiſiaco & de Avenis*, Præpoſitus Nivellenſis & Archidiaconus Cameracenſis, factus anno 1173 Epiſcopus Tornacenſis, obiit anno 1191.

VIII. *Gerar-*

VIII. *Gerardus de Brabantia*, Nepos Henrici I. Brabantiæ Ducis, ex filio ejus ſecundo-genito Godefrido, & Mariâ Dominâ de Bauſigny, præfuit anno 1130.

IX. *Gobertus de Perweys*, filius Guilielmi de Lovanio, cujus Pater erat Godefridus III. Dux Lotharingiæ & Comes Lovanienſis, fuit Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ Ultrajectenſis, item Collegiatarum B. Mariæ Antverpiæ & Ste. Gertrudis Nivellæ, annis 1255 & 1266. Vide Diplomata Miræi pag. 1001, & ſeqr.

X. *Gerardus a Lovanio*, dictus *de Gaesbeke*, ex Stemmate Comitum Lovanienſium oriundus, Præpoſitus anno 1288.

XI. *Walterus de Ranſt*, anno 1404.

XII. *Jacobus Vyde*, Secretarius Philippi Boni Ducis Burgundiæ item Canonicus S. Donatiani Brugis & S. Petri in Anderlecht, & Nivellis Præpoſitus anno 1434.

XIII. *Joannes d'Erpe*, dictus d'Oſtoye, J. V. L. fuit etiam Canonicus Anderlechti & obiit 1474.

XIV. *Philippus de Brimen*, Præpoſitus anno 1474 & 1494, fuit quoque aliquamdiu Abbas Commendatarius Abbatiæ S. Amandi ſive Elnonenſis, Conſiliarius Ducis Burgundiæ, ſimulque Conſiliarius Eccleſiaſticus in Senatu Mechlinienſi: dein anno 1498 Præpoſitus Cameracenſis, obiit 1504.

XV. *Johannes Ottbonis*, Præpoſitus anno 1500.

XVI. *Robertus de Croy*, Præpoſitus Nivellenſis anno 1519, quo factus eſt Epiſcopus Cameracenſis; utramque dignitatem retinuit, uſque ad obitum anno 1556.

XVII. *Joannes de Berlaymont*, Præpoſitus Cathedralis Leodienſis, & Collegiatæ Nivellenſis, circa annum 1570 mortuus anno 1580.

XVIII. *Petrus Antonius de Aſſelers*, Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Ultrajecti, indeque per turbas Rebellantium excluſus, fuit in Metropolitanâ Mechlinienſi Canonicus Graduatus. Item Canonicus Anderlechtenſis, in Senatu Mechlinienſi ab anno 1594 Conſiliarius Eccleſiaſticus, ac dein anno 1603. in Sanctiore Concilio Senator: demum Præpoſitus Nivellenſis circa annum 1606. Dimiſſâ Præpoſiturâ Nivellenſi, tandem obiit Bruxellis 8 Octobris 1631.

XIX. *Franciscus Dandelot*, J. V. L. ex Decano Præpoſitus, anno 1624 & 1639.

XX. *Philippus Hermannus* ex Comitibus de Lalaing & Hooghſtraeten, Præpoſitus Nivellenſis & Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis, obiit anno 1657.

XXI. *Alphonſus de Berghes*, Præpoſitus Eccleſiarum Collegiatarum B. Mariæ Cliviæ, & B. Gertrudis Nivellæ, Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Tornacenſis &c. anno 1671 ad Archiepiſcopatum Mechlinienſem evectus.

XXII. *Albertus de Trazegnies*, Vice-Comes de Bielſteyn, Præpoſitus Nivellenſis & Canonicus ad Sanctam Waldetrudem Montibus Hannoniæ, nominatus fuit anno 1695 ad Epiſcopatum Namurcenſem; ſed paulò poſt eidem liberè renuntiavit. Obiit Nivellis anno 1699, ibidem ſepultus in Eccleſia S. Gertrudis.

XXIII. *Antonius Ignatius Comes de T'Serclaes-Tilly*, & S. R. I. Baro de Marbaix, Seneſchallus hæreditarius Comitatûs Namurci &c. Præpoſitus Nivellenſis, & Canonicus Cathedralis Leodienſis. Ante ſuſceptos Ordines factos, Uxorem habuerat Joannam Urſulam d'Immerſelle Comitiſſam de Bouchove, è quâ filiam unicam ſuſcepit Magdalenam Franciſcam, quæ nupſit Patruo ſuo Alberto Principi de T'Serclaes & S. R. I. Philippi V. Hiſpan. Regis Militiæ Supremo Præfecto, Arragoniæ Pro-Regi &c. Obiit Comes Antonius Ignatius Nivellis anno 1714.

XXIV. N. ex Comitibus de Haynin-Lietart, Præpoſitus & Canonicus Nivellenſis, obiit anno 1717.

XXV. *Dominicus Ganda-Villanus*, ex Principibus d'Iſenghien & Maſmines, quondam Sereniſſimo Duci Bavariæ Bruxellis à ſacris Oratorii, factus Præpoſitus anno 1718.

CAPUT CLXXXVII.

Clemens VI. Pontifex concedit Philippo de Arboſio Tornacenſi Epiſcopo licentiam intrandi Flandriam, non obſtante interdicto generali contra Flandriam lato, anno 1352.

Ex Archivis Epiſcopatus Brugenſis.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri, Philippo Epiſcopo Tornacenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem

Perſonam tuam Nobis & Apoſtolicæ Sedi devotam paterna benevolentia proſequentes, votis tuis libenter annuimus, & petitiones tuas, quantum cum Deo poſſumus favorabiliter exaudimus.

Cum itaque ſicut pro parte tua fuit nobis expoſitum, Tu Diœceſim tuam viſitare proponens, eam partem ipſius Diœceſis quæ in Patria Flandriæ ſita eſt, propter Interdictum cui eadem Patriæ univerſaliter tota, ex certis cauſis Authoritate Apoſtolicâ ſuppoſita eſt, intrare ac viſitare diſtuleris, timens ne ſi te præſente divinæ laudis organa ſileant, ex tua viſitatione hujuſmodi pro animarum commodo, quod in ea proſequeris, ſcandalum forſitan oriatur.

Nos volentes tuam honorare perſonam, & per honorem tibi exhibitum erga incolas illarum partium elementiam exhibere, ac ſperantes, quod iidem Incolæ ad noſtram & Eccleſiæ Romanæ obedientiam eo promptiùs ſe diſponent, quo noſtram & ipſius Eccleſiæ gratiam erga ſe cognoverint promptiorem, Cariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Regis Franciæ illuſtris, Nobis ſuper hoc humillimè ſupplicantis, ac Tuis ſupplicationibus inclinati, Auctoritate Apoſtolicâ Fraternitati tuæ tenore præſentium indulgemus, ut in locis ejuſdem Patriæ, de tua tamen Diœceſi exi-

ſtentibus, quotiens hinc ad Feſtum Reſurrectionis Dominicæ te ſore contigerit, divina ſolemniter celebrare, ac omnia & ſingula ad Officium Pontificale ſpectantia exercere libere valeas : non obſtantibus, quòd Patria ipſa ſuppoſita, ut præfertur, ſit Eccleſiaſtico Interdicto, & Conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque.

Per hoc autem, Proceſſibus contra eoſdem Incolas habitis nullum volnmus præjudicium generari.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ conceſſionis & volnntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si qnis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datnm Avenione octavo Idus Septembris, Pontificatûs noſtri anno decimo.

CAPUT CLXXXVIII.

Joannes Francorum Rex omnimodam juriſdictionem Decani & Capituli Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis Confirmat anno 1352.

Ex Archivis Capituli Tornacenſ.

Johannes Dei gratiâ Francorum Rex, notum facimus univerſis præſentibus & futuris, quòd inter curas ſollicitas, quibus noſter animus aſſidnè afficitur, affectus mentis noſtræ aſpirat deſiderans factum juſtitiæ obſervari ubique in Regno noſtro & debitè exerceri, per quòd, noſtri ſubditi in tranquillitate vivant, ſtatuſque Eccleſiaſticus in eodem Regno, ſublatis obſtaculis, Domino ſalubriter famuletur.

Cum itaque Decanus & Capitulum Eccleſiæ Tornacenſis, nobis exponi fecerint, quòd licet in pluribus particularibus locis & Villis ſuis, tam infrà Banleucam * villæ Tornacenſis, quam alibi infrà Epiſcopatum Tornacenſem ſituatis, ipſi habeant juriſdictionem omnimodam altam & baſſam ejuſque exercitium & uſum : verumtamen, quia in aliqnibus ſuorum locorum prædictorum, non ſunt carceres fortes, in aliis tamen ſunt, pro cuſtodia criminoſorum & illorum, quibus delicta vel crimina, in eorum Curiis, ſeu eorum ſuis Judicibus & Officiariis, eorum Juriſdictionem regentibus imponuntur, interdum contigit, quod priſionarii per ipſos Officiarios capti, eorum ingeniis, excogitationibus & malitiis, de locis in quibus reponuntur in dictis Villis, carceribus carentibus, evadere nituntur, & aliqui evaſerunt & effugerunt.

* Vulgo Banlieu.

Propter quod, de ipſis non potuit, nec poteſt juſtitia fieri, & ejus intuitu, aliquorum talium captorum cuſtodia fuit hactenus, in ipſis locis, in quibus non ſunt carceres, periculoſa dictis Decano & Capitulo ac ſumptuoſa nimis, ut dicunt Supplicantes, per nos ſibi ſuper his, de generoſo, & opportuno remedio provideri.

Nos igitur præmiſſis attentis, ſupplicationi hujuſmodi favorabiliter inclinati, dictis Decano & Capitulo, pro ſe & ſuis in perpetuum Succeſſoribus, conceſſimus & per præſentes concedimus auctoritate noſtrâ Regia, de gratiâ ſpeciali, ut quomodocumque & quotieſcumque aliquos criminoſos vel delinquentes acculatos, in eorum Curiis, ſeu eoram Officiariis ſuis, ac aliter, ſuſpectos de, ſeu ſuper criminibus vel delictis, ad ipſorum Decani Capituli juriſdictionem, ſeu cognitionem pertinentibus, capi & arreſtari contigerit, in locis prædictis, in quibus non ſunt carceres, ut præfertur, vel diſtrictibus eorumdem locorum; ipſos priſionarios, Officiarii & gentes dictorum Decani & Capituli, ab inde, ad alium locum vel loca alia dicti Capituli propinquiorem vel propinquiora, in quibus habent carceres, tranſducere & reponere etiam tranſeundo per aliam vel alias non ſuam vel non ſuas juriſdictiones, ſi iter rectum vel magis ſecurum hoc exigat, valeant impunè ac pacificè & quietè, ſine fraude, pro ſecurâ cuſtodiâ eorumdem priſionariorum ac pro faciendo de eis debitum juſtitiæ complementum, prout ad jus & juriſdictionem eorumdem Decani & Capituli poterit pertinere.

Dantes præſentibus in mandatum Baillivo noſtro Tornacenſi & Inſulæ, ceteriſque Juſticiariis noſtris, vel eorum loca tenentibus, qui ſunt ad præſens & pro tempore fuerint, quatenus hac noſtrâ conceſſione & gratiâ dictos Decanum & Capitulum & ſuos in perpetuum Succeſſores, gaudere & uti deinceps faciant & permittant, ſine debato & impedimento, quocumque uſu vel conſuetudine patriæ, nec noo obſtantibus in cootrarium quibuſcumque. Quod ut firmum & ſtabile permaneat in futurum, præſentes Litteras fecimus Sigilli noſtri appenſione muniri, ſalvo in aliis jure noſtro & in omnibus quolibet alieno.

Actum & datum Tornaci menſe Aprilis anno Domini M. CCC. LV.

CAPUT CLXXXIX.

Carolus V. Francorum Rex jurisdictionem Capituli Cathedralis Tornacensis Confirmat, anno 1360.

Ex Archivis Capit. Tornac.

Charles aiſnés Fils du Roi & Regent le Royaume de France, Duc de Normandie & Dauphin de Vienne, ſçavoir faiſons à tous preſens & à venir, que oye la ſupplication du Bailly de nos amés le Doyen & Chapitre de Tournay, contenant que comme leſdits Doyen & Chapitre ayent toute Juſtice, haute, moyenne & baſſe en touses les Egliſes & Atres de la Cité de Tournay en la partie de deçà l'Eſcaud, où l'Egliſe Cathedrale eſt ſituée; & à icelle cauſe, ledit Suppliant ou perſonne par lui, ait pris nagaire une femme, qui avoit coupé une bourſe, ſi comme l'eu dit, en l'Atre d'une deſdites Egliſes, & pour ce qu'en icelle Egliſe ne Atre n'avoit pas forte priſon, fut amenée és priſons qui ſont en l'Egliſe Cathedrale, du conſentement des Prévos & Jurez de ladite Ville de Tournay, leſquels ſuffiſamment requis ne veulent conſentir, que ledit Suppliant maine ladite femme par ladite Ville hors d'icelle, à leurs autres Juriſdictions, pour en faire Juſtice, ſi comme raiſon d'oroit, mémement que ſe ladite femme eſtoit condaunée à mort, ſe ne la pouroit mettre à execution ledit Suppliant, en ladite Egliſe, ſi comme chacun ſçait, & par ainſi ladite priſonniere ſeroit long temps en priſon, au retardement & illuſion de Juſtice. Requerans que ſur ce leur ſoit pourveu de gratieux remede, & que ou cas, où il appara audit Bailly, que ladite feumme ait deſervi mort, il puiſt ladite peine de mort à ladite femme, convertir en autre peine que de mort; c'eſt à ſçavoir en condemnation de chartre perpetuelle au pain & à lieauwe, comme gens d'Egliſe ont accoutumé. Nous eul conſideration aus coſes deſſuſdites, avons octroyé & octroyons de grace eſpeciale, & de l'autorité Roiale dont nous uſons, que audit cas, ledit Bailly puiſſe & li laiſſe à ladite femme couvertir ladite peine de mort, en autre peine que de mort, en la maniere que dis-eſt, nonobſtant la Coûtume du Pays, ſans ce que ledit Bailly ou leſdits Doyen & Chapitre puiſſent être pourſuivis ſur ce, ou aucun prejudice ſois ou porté à eux, ou à aucuns d'eux, ou à leur juriſdiction au tems à venir.

Si donnons en mandement au Seuverain Bailly de Lille & de Tournefis, & à tous les autres Juſticiers dudit Royalme preſens & à venir & à chacun d'eux, ſi comme à luy appartiendra, ou à leurs Lieutenans, que les deſſuſdits Doyen & Chapitre & Bailly & chacun d'eux faſſent & laiſſent jouir de nôtredite grace paiſiblement, & contre la teneur d'icelle ne les moleſtent, faſſent ou ſouffrent eſtre moleſtés ou empeſchés en corps ny en biens en aucune maniere.

Et pour ce que ſe ſoit ferme choſe & eſtable perpetuellement à toûjours, Nous avons fait mettre le Seel de notre ſecret en l'abſence du grand, à ces preſentes lettres, ſauf en autres choſes nôtre drois & en toutes l'autruy.

Donné à Boulogne ſur la mer l'an de grace mil trois cens & ſoixante, ou mois de Septembre.

CAPUT CXC.

Ludovicus Nivernenſis Comes Flandriæ largitur Privilegia Franconatui Brugenſi anno 1361.

Ex Actis Franconatus Bruhenſis.

Louis Comte de Flandre Duc de Brabant Comte de Nevers, & de Rethel, & Seigneur de Malines nos amez amis, Bourgmaiſtres Eſchevins & nos bonnes Gens communement de noſtre Pays du Franc, & de nos Villes ſubalternes du Franc, & chacun ſpecialement, ſalut, & amitié.

Chers amis pour ce que nous entendons, que quelques nouvelles ſont venues parmi vous & ſeroient, que nous voudrions diminuer ou prendre à voſtre louange queiqu'unes de vos Franchiſes, dont neus n'avons en ouecques ne avons l'intention, là ou vous nous avez ſi loyalement aſſiſté, & aſſiſtiez encore.

Nous faiſons ſçavoir à vous tous, pourveû que d'ores en avant vous nous aſſiſtiez touſiours, comme vous avez fait, dont nous nous remercions beaucoup, que neus penſons vous maintenir & maintiendrons tous & chacun en particulier, conſtamment vos Franchiſes ſans euſſaindre.

Et nous acquiterons toujours, & fairons envers vous comme envers nos bons & fideles gens tout ce que bon Seigneur eſt obligé de faire, partant qu'en nous vous ne trouverez faute aucune, & vous prions tous & requerons, que vous ne veuilliez croire, aucune des ſemblables neuvelles, mais d'eſtre & demeurer touſiours dans le ferme propos de nous aſſiſter & ſervir, comme nous vous ſions pleinement.

Donné à Wervicke ſeus noſtre Seel le vingt-cinquiéme jour d'Aouſt, en l'an de Noſtre Seigneur mil trois cent ſoixante un.

CAPUT CXCI.

Wenceslaus & Joanna Brabantiæ Duces, confirmant Privilegia Equitum Ordinis Melitensis, anno 1380.

Wenceslaus de Beheme par la grace de Dieu Ducq de Luccembourg, de Lothier, de Brabant & de Lembourg, Marchis du St. Empire, & Jehanne par celle mesme grace Duchesse des Duchies & Marchise du Marchionat susdits.

A tous ceux qui ces presentes lettres verront ou oiront, salut. Sçavoir faisons, que nous concideré l'amour & grande devocion que nos Predecesseurs de bonne recordation tousiours ont eu à la Religion de l'Hopital Saint de Jherusalem, si comme apparoir peut par plusieures graces & Privileges de noz Predecesseurs ns Religieux dudit Hospital du temps passé concedez toutes les graces & privileges jusques aujourd'hui ayaulx par nosdiz Predecesseurs donnez, loons, aggreons, ratiffions, approuvons & confirmons par ces presentes; & n'abondant mandons à tous nos Bailleux, Maitres, Ammans, Scholtes, & autres nos Justiciers, & Officiers presents & à venir de quelconque estat ils soient, & à chacun par luy commandons si estroitement comme nous pouvons, que ns diz Religieux, leurs maisons & biens tant dudit Hospital comme de ceulx qui jadiz furent du Temple seant dedens nostre pays de Brabant, il ne prengnent, ne empechent, ne par autruy, prendre, arreter, n'empecher aucunement ne sueffrent, chars, charettes, chevaulx, bestes, ne aultres leurs biens quelconcques, ne leur demandent aucunement tailles, corvées, services, ne exaction autres quelconcque, en nul maniere sur encourre Nostre indignation, & quant que meffaire pourront vers nous, car de grace especiale & en recompensation des bons services que Religieuse personne Nostre amé & feal Conseillier Frere Henry de Sainct Tron pour le tems Maitre de Chantraine & les Freres de ladite Religion nous ont fait nous les diz Religieux & leurs biens en avons quitté & quittons pour nous, nos Hoirs & Successeurs à toujours mais, sans malenghien aulcun; par temoing de ces presentes Lettres ne nos Seaulx seelées.

Donné à Bruxelles le quatriesme jour du mois de Janvier M. CCC. LXXX. selon l'usage de la Cours de Cambray Ainsi signé; De mandato ipsorum Dominorum Ducis & Ducissæ.

Domino de Witthain Senescallo.

Præposito Lovanii Sigillifero.

Ac C. Holland. Receptore Brabantiæ præsentibus.

CAPUT CXCII.

Philippus Audax, Burgundiæ Dux, Antverpiæ Dominus, ejusque Conjux Margareta Flandriæ Comitissa concedunt Privilegia plurima Civibus ac Mercatoribus Antverpiensibus, anno 1383.

Ex Archivis Civitatis.

Philippus Regis quondam Francorum filius, Dux Burgundiæ, & Dominus Antverpiæ, & Margareta de Flandria Ducissa Burgundiæ, & Domina dictæ Villæ Antverpiæ, ejusdem Domini mei consors, universis præsentes Literas inspecturis salutem.

Notum facimus, quod ad supplicationem dilectorum & fidelium nostrorum Scabinorum Consulum & singulorum Burgensium & habitatorum Villæ nostræ Antverpiæ ad quos singularem gerimus affectionem;

Videlicet Nos Ducissa, de auctoritate, & licentiâ dicti Domini mei Ducis, qui auctoritatem & licentiam Nos Dux prædictus eidem consorti nostræ, donamus & concedimus per præsentes;

Nos pro nobis & Successoribus nostris Domiois Antverpiæ, universis & singulis Mercatoribus cujuscumque patriæ seu nationis existant, qui ad ipsam nostram Villam venire, & in eâdem morari, aut mercari voluerint, concessimus, & tenore præsentium (de nostra certâ scientiâ, & gratiâ speciali) concedimus, ut ipsi Mercatores, & ipsorum quilibet, eorumque Factores, Familiares, & Servitores, ad prædictam nostram Villam Antverpiam venire ac in eâdem morari, & mercari, mercimoniasque quascumque, res, & alia bona sua adducere, & tenere, ipsasque mercimonias, & alia bona sua ibidem vendere, & deducere, & alias ab aliis Mercatoribus emere, & ab ipsâ villa nostra extrahere, seque in dictas mercimonias, res & alia bona soa alibi transferre quotiescumque sibi placuerit, valeant, quocumque impedimento cessante; solvendo tamen nobis, & Successoribus nostris Dominis Antverpiensibus Thelonium,

nium, & alias Redibentias ab antiquo confuetas.

Quos quidem Mercatores, eorumque Factores, Familiares, & Servitores, quamdiu in prædictâ Villâ noſtrâ Antverpienſi de voluntate noſtrâ, aut dictorum Succeſſorum manebunt, unà cum mercimoniis, rebus & aliis bonis ſuis, in noſtro & dictorum Succeſſorum noſtrorum ſalvo & ſecuro conductu ſuſcipimus per præſentes; & caſu quo nos, aut dicti Succeſſores noſtri, præfatos Mercatores, aut aliquem ſeu aliquos à dictâ Villâ noſtrâ Antverpienſi recedere voluerimus, Nos & dicti Succeſſores noſtri ſuper hoc voluntatem noſtram ipſis Mercatoribus, ac dictis Scabinis, & Conſulibus ipſius Villæ noſtræ per noſtras patentes Litteras tenebimur ſignificare.

Nihilominus ipſi Mercatores, eorumque Factores, Familiares, Servitores, mercimoniæ, res & bona per tres menſes poſtquam dicta voluntas noſtra eiſdem, ac dictis Scabinis & Conſulibus fuerit, (ut præfertur) certificata, in dicto noſtro, & Succeſſorum noſtrorum ſalvo, & ſecuro conductu remanebunt, & ipſi à dictâ Villâ noſtrâ recedere, debitaque ſua recuperare, & ab eâdem Villa mercimonias, res, & bona eorumdem extrahere valebunt, abſque impedimento ſeu perturbatione cujuſcumque.

Quocirca univerſis & ſingulis Juſticiariis, Officiariis, & ſubditis noſtris, & Succeſſorum noſtrorum, modernis & futuris, ac quorum cuilibet prout ad eum pertinuerit damus tenore præſentium in mandatis, alios attentè requirentes, quatenus prætatos Mercatores, & eorum quemlibet, cujuſcumque Nationis, ſeu patriæ exiſtant, eorumque Factores, Familiares & Servitores dictis præſenti gratiâ, & conductu, uti, & gaudere pacificè faciant & permittant, ipſos, aut eorum aliquem in contrarium nullatenus moleſtandum, ſeu à quoquam moleſtari permittendum.

In cujus rei teſtimonium Sigilla noſtra præſentibus Literis duximus apponenda.

Datum Bergis die 8 menſis Septembris anno Domini milleſimo, octogeſimo tertio.

CAPUT CXCIII.

Joanna Ducissa Brabantiæ, concedit Ægidio de Bredyck ejusque sociis, locum in Sylva Soniæ, ad inchoandum Monasterium Canonicorum Regularium, vulgo dictum Seven-Borren, *sive* Septem-Fontes, *juxta Bruxellas, anno* 1388.

Authographum hujus extat Flandricè in Priorata Septifontaneo.

IOanna Dei gratiâ Ducissa Luxemburgi, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi, Marcgravia Sacri Imperii, notum facimus omnibus ad perpetuam memoriam, quod Nos in puram eleemosynam, ob amorem Dei & remedium animarum omnium Prædecessorum noſtrorum feliciis memoriæ, ut ipſi, Nos ipſæ, & omnes Succeſſores noſtri Duces Brabantiæ participes eſſe poſſimus divini ſervitii, quod futuris temporibus Deo volente præſtabitur, dederimus, prout damus dilecto Nobis in Chriſto Domno Ægidio de Bredeycke & Sociis ejus, inibi modo exiſtentibus, aut in futurum adventuris, hereditariè poſſidendam Cluſam de *Zeven-Borren**, cum diſtrictu & locis, prout ibidem nunc ſita ſunt, & prout per fidelem noſtrum Conſiliarium ac Receptorem Brabantiæ Reinerum Hollandt eis aſſignata, & ſigno Silvæ noſtræ Zoniæ ex parte noſtra ſignata ſunt.

* Id eſt, Septifontanam.

Quem ſitum & locum Nos eis pro Nobis, heredibus & Succeſſoribus noſtris alienavimus & alienamus, & eum in finem etiam amortizamus, in quantum opus, per Litteras præſentes, ut ea liberè & integrè perpetuis futuris temporibus teneant, habeant & poſſideant; eum in finem, ut ibidem Hoſpitale ac Monaſterium extruere atque erigere poſſint in honorem Dei, ad laudes ejus inibi annunciandum, eique ſerviendum; in quo volumus in Domino, poſteaquam Dei voluntas non amplius patietur nos in hoc mundo exiſtere, celebrari Anniverſarium noſtrum annuè, ſolemniter, ac in perpetuum, decantatis pridie Vigiliis novem lectionum, Miſſa poſtridie mane, cum Commendationibus, prout ad hoc requiritur.

Ut autem præfatis perſonis eorumque Succeſſoribus poſtmodum ad eundem ſtatum recipiendis hæc noſtra Donatio firma & inconvulſa permaneat, & quoniam Nos pro amore Dei volumus ab eis eorumque Succeſſoribus præſcriptum Servitium Anniverſarii noſtri, eo modo quo ſupra declaratum eſt celebrari, hinc eis Litteras has noſtras pro Nobis ac noſtris Succeſſoribus tradi fecimus, Sigillo noſtro munitas, in mbur ac teſtimonium perpetuum veritatis.

Datum Bruxellæ, die quartâ Novembris, anno Domini M. CCC. LXXXVIII.

CAPUT CXCIV.

Rupertus Romanorum Rex teſtatur per Litteras datas annis 1406 & 1407. defunctâ Joanna Brabantiæ Duciſſâ, Provinciam Brabantinam ad S. R. Imperium eſſe devolutam.

Ex Theſauro Anecdot. per PP. Benedict.

RUpertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Nobilis vir, fidelis dilecti, bonorandi ac prudentes viri noſtri, & ſacri Imperii fideles dilecti. Magnificam & nobilem Johannam quondam Brabantiæ Duciſſam à certo percepimus noviter eſſe defunctam, cujus animæ omnipotens dignetur ſuam miſericordiam impertiri.

Noſtis autem, quomodo inſignia Brabantiæ Provincia in Sacri Romani Imperii limitibus conſtituta, ab eodem jure Feudali antiquitus derivatur, ejuſque membrum non modicum inter cetera computatur, necnon multis privilegiis, libertatibus, & gratiis ſpecialibus à Noſtris Prædeceſſoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus prædotatur, & quòd dudum utile dominium ad ſuum fuiſſet ſtipitem reverſum, & Sacro Romano Imperio immediatè incorporatum, niſi divæ memoriæ Carolus IV. quondam Romanorum Imperator Noſter Prædeceſſor, tamquam Romanorum Imperator ratione Imperii, ſingulari quodam reſpectu dictæ quondam Duciſſæ Johannæ Provinciam Brabantiæ gratioſè conceſſiſſet & indulciſſet, quoad viveret, poſſidendam.

Nunc itaque per dictæ Duciſſæ obitum Provincia illa amodo cenſetur Nobis & Sacro Romano Imperio devoluta, & de Jure Noſtræ Imperiali Cameræ applicata, nec alius quiſquam in eadem peramplius ſibi poteſt principatûs aut alti dominii Jura directè vel utiliter vendicare, prout veſtram prudentiam putamus ſagaciter intueri.

Ea-propter fidelitatem tuam inſtanter exhortamur, teque ſeriosè requirimus & monemus, quatenus Majorum & Seniorum, Parentum, & Prædeceſſorum tuorum qui ſemper Romanum Imperium zelati ſunt, nec ſe ab eodem ſeparari ullatenus permiſerunt, veſtigiiſque inhærendo, ſuaveque Imperii jugum & onus Noſtrum leve alacriter ſuſcipiendo, Nos tamquam Romanorum Regem & dictæ Provinciæ Dominum fideliter recognoſcatis, nobiſque ut ſic realiter pareas, & conſtanter apud Nos & Sacrum Romanum Imperium ſtudeas permanere, non advertendo ſi qua forſan ſiniſtris Marchinationibus tibi vel alias in contrarium ſuggerantur, nec permittendo te & dictam Provinciam à vero & juſto Imperii Domino abdicari, ut de fide & obedientia victimis præferenda, poſſis gloriari, & ſpud nos & omnes ejus temporibus commendari, faciendo in prædictis, prout decet, ſpes & ratio dictant, & tuæ legalitati omnino credimus confidendum, ſciturus quòd ſi in hac Noſtri & Sacri Romani Imperii partem veluti juſtam & rationabilem efficaciter declinaveris, parati erimus tibi omnem favorem & gratiam elargiri, necnon in omnibus & ſingulis Privilegiis & libertatibus te & dictam Provinciam cum omnibus pertinentiis ſuis conjunctim & diviſim manutenere & defendere inconcuſſa, quinimò eadem potius augmentare & dilatare, quàm infringere ullo modo.

Et ſi in his aliquos tractatus prævios Te cum illis conjunctim vel diviſim habere deſideras, non recuſabimus quidquid rationi & æquitati conſonum fuerit intelligere, & eidem intendere juxta poſſe, notroſque Conſiliarios cum ſufficienti mandato ad loca congrua, ubi partes utriuſque ſecrè poterunt convenire, ad ſuper hoc deputandos tranſmittere in quantum opportunum fuerit, curabimus ſine mora: ſuper quibus mentem tuam nobis ad plenum aperire & ſignificare velis præſentium vel alium quantocius fieri poteris per latorem.

Datum Heydelberg, die XXII. Decembris, anno Domini M.CCCC.VI. regni vero noſtri anno VII.

Reſcriptum Alterum.

RUbertus, &c. Honorandi ac prudentes Viri, noſtri & Sacri Romani Imperii fideles dilecti, dudum intellecto recolendæ memoriæ magnificam & nobilem Johannam quondam Brabantiæ Duciſſam tunc noviter eſſe defunctam, fidelitatibus veſtris, & aliis Baronibus ac Communitatibus Brabantiæ ſcripſiſſe meminimus, ſub tenore quem ideo præſentibus duximus inſerendum, ut ſi forſan, quòd non credimus, à veſtris memoriis hujuſmodi ſcripta excidiſſent recentem præ oculis noſtram intentionem denuo valeatis intueri.

Et licet nuntii Noſtri ad vos & alios Brabantinos cum prædictis Noſtris Litteris deſtinati nobis retulerint, ſe à pleriſque ex vobis intellexiſſe, quod velletis nobis per veſtros nuntios reſponſum, prout etiam in noſtris deſiderabamus Litteris, deſtinare, tamen nullum adhuc reverſum verbis habuimus aut ſcripturis.

Unde miramur ſatis, nec immerito, quòd nec deſiderio noſtro, nec veſtris verbis in hac parte eſt ullatenus ſatisfactum.

Et certè ſi aliquorum prudentum & notabilium virorum Romanum Imperium zelantium Conſilia ſequeremur, vos utique duris pœnis atque ſuppliciis legitimis arctaremus, veriùm benignitas & manſuetudo Noſtræ, quas io omnibus actibus noſtris præmittere ſolemus, vobis & aliis, priùs ſaltem præſentibus innoteſcet.

Deſideramus itaque, iterato ſeriosius admonentes, quatenus monitis & requiſitionibus in prædictis Litteris noſtris ioſertis adhue parere, Nos & Sacrum Romanum Imperium reſpicere, eidem adhærere, & Nobis ratione Romani Imperii tamquam vero & ordinario utili atque directo vero Domino, prout de Jure tenemur, & rationabiliter obligamur, curetis intendere cum effectu; Juribus, Privilegiis, & libertatibus veſtris per omnia ſemper ſalvis, ut in dictis Litteris noſtris pleniùs continetur; ne ſi, quòd non confidimus, vos hoc ulteriùs temerè differre, vel protrahere contingat, manſuetudinem & benignitatem Noſtras prædictas pro Juribus Imperii, cui, auctore Deo, præſidemus, manutenendis in rigorem & duritiam juris convertere, juſtitia quam præ oculis habemos mediante, ex noſtri officii debito compellamur: cùm tamen pietatem libentius ſectemur, ſuper quo iterum petimus intentionem veſtram nobis breviter intimari.

Datum Altzey XXVI. Novembris, anno Domini M. CCCC VII. regni vero noſtri anno VIII.

Ad mandatum Domini Regis,
Job Vuener doctor, &c.

CAPUT CXCV.

Arx Winendalia cum Oppidis Thoraltano & Rouſſarienſi in Flandria, ac Jure Patronatûs Capituli Thoraltani & ceteris anno 1409 in dotem conceditur Ducæ Cliviæ à Joanne Burgundiæ Duci Flandriæ Comite &c.

Universis & ſingulis præſentes Literas inſpecturis Nicholaus Wolteri Decanus, & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ beatæ Eliſabeth Gravienſis Leodienſis Diœceſis fineeram in perpetuo ſalutem & bis quæ ſequuntur, fidem indubiam adhibere. Notum facimus, quod anno à nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trieeſimo primo ſecundum ſtylum & modum ſcribendi in civitate & dicta Diœceſi Leodienſi die Lunæ viceſima ſexta menſis Februarii, feria ſecunda videtur poſt Dominicam qua in Eccleſia ſancta Dei ad introitum Miſſæ cantatur Reminiſcere &c.

Vidimus, tenuimus, legi audivimus, inſpeximus, palpavimus, tractavimus & examinavimus diligenter, certas Literas patentes magnifici & Illuſtriſſimi Principis & Domini Johannis excellentis memoriæ Ducis Burgundiæ, Comitis Flandriæ, Arthefii & Burgundiæ Palatini, Domini de Salinis & de Machlinia verò ipſius Domini Ducis ſigillo majori de cera viridi in cordula de filis ſericeis rubrique coloris inpendente Sigillatas non abolitas non cancellatas, non abraſas, neque vitiatas, ſed ſanas & integras, ac omni vitio penitus & ſuſpicione carentes, ut prima facie apparebat, tenorem qui ſequitur in idiomate Gallico de verbo ad verbum in ſe continentes.

Johann Duc de Bourgoigne, Palatin, Seigneur de Salins & de Malins, ſçavoir faiſons à tous preſents & avenir, que comme par ce ſelon le Traictié pieca fait entre nous & notre tres chier & tres amé Filz, le Comte de Cleves & de la Marcka de & ſur le fait du Mariage de luy & de Maria notre tres chiere & tres amée ſeconde fille ſa femme depuis conſummé accompli & ſolennizé en face de ſainte Egliſe, nous ſoyons tenes & obligés de payer, bailler, & delivrer à notre di Fille pour le dot de ſon dit mariage, la ſomme de ſeinante mille Eſcus d'or appellés Couronnes de France en telle valeur qui éteient quand le dit Traictié de mariage fut conclud & accordé à convertir & emploier la dite ſomme de ſeinante mille Couronnes en achat & acquiſition de heritage perpetuel pour la devant dite notre fille & ſes Heirs & Succeſſeurs ſi comme plus à plaineſt contenu & declaré au dit Traictié que de nôtre côté voulons & deſirons accomplir, ainſi que nous devons & raiſon auſſy le veut & donne, Nous par certain accord puisement fait entre nous d'une pt. & nr. dite Fille Comte de Cleves & de la Marcke tant pour lui & en ſon nom, comme au nom de noſtre dite la Comteſſe ſa femme d'autre avons à iceulx nos Filz & Fille, pour la ſomme de quarante mille eſcus en Couronnes d'or à deduire, & rabattre de la dite ſomme de ſeinante couronne par nous ainſi dues par les conventes du dit mariage, baillie, cede, tranſporte & delaiſſie & par la teneur de ces pntes. tres, baillons, cedons, tranſportons & delaiſſons pour nous Nos Heirs Succeſſeurs Comtes & Comteſſes de Flandres nos Caſtel & terre de Winendale ſituez & aſſis en mred. Pais de Flandres avecques toute juriſdiction, Seigneurie & juſtice haulte, moyenne & baſſe, que nous avons en avoir povons à cauſe d'icelle terre & toutes les Rentes,

revenues, explois amendes, maiſons, étangs, caves, prez, molins, forets, bis, garennes, Tenlieux paiges, homage, eſchamages, boſſes, ſujets, reſſorts, apptenantes & appendantes & autres droits quelquenques des dits Chaſtel, & terre de Winendale, que nagueres avons acquis & cetez de ured. tres chiere & amé Conſin Meſſ. Johann de Namur pour les dits Caſtel terre & appetennnces do Winnendale chargies, decharges reeles & autres qui eniſſent être & demourer hiredage perpetuel, de nre. dite fille la Conteſſe de Cleves & de la Marcka & de ſes dits Hoirs & Succeſſeurs Comtes & Conteſſe de Flandres en foy & hommage, lige & en tous cas & reſſort & Souverainité.

Pour ce que dedans trois ans prouchainement ven & continuellement enſuiens l'un l'autre nous on nos dits Hoirs & Succeſſeurs Comtes & Conteſſes de Flandres pourront raimbre & racheter les dits Chaſtel, terre & appertenances de Winnendale a nos dits filz & fille en leur paiant en argent comptant & tout à une fois la dite ſomme X. couronnes, la quelle en ce cas ſera & devra être convertie ailleurs en heritage perpetuel pour icelle nre. fille & ſes dits Hoirs & Succeſſeurs ſelon la forme du dit Traittié de mariage.

Sans ce que ſur icelle ſomme de X couronnes ne autrement l'en pourra à nos dits Filz & Fille aucune choſe defalquire ou rebattre, à cauſe des levées & prouffits qu'ilz auront eus de la dite terre de Winnendale durant de temps du dit rachat, ne qu'ilz ſont auſſi tenus d'en faire aucune reſtitution à nous ne à nos dit Hoirs.

Avec cependant le dit rachat, au quel nos dits Filz & Fille nous devront rendre nos preſentes tres, itzon autre pour eux ne pourront chargier de charges novelles à vie, à rappel ou à perpetuité, ni engagier les dits terres appartenances de Winnendale ne parties d'icelles, on is ſont tenue de maintenir la dite foreſt, ſelon ce qu'en a fait juſques à ores. & de retenir & faire repenir les dits Chaſtel, Etangs, molins & autres edifices, en bon eſtat & convenable.

Muis le dit terme de trois ans paſſé ſe les dits Chaſtel, terre & apprtenances de Winnendale n'eſtoient en dedans rachetés & acquités de nens ou de nos dits Hoirs & Succeſſeurs en & par la manniere deſſus dite, icenn Chaſtel, terre & appertenances de Winendale ſon & demeuront de ioſenavant. à tonjours heritage perpetuel de nostre de Fille la Conteſſe de Cleves & de ſes dits Hoirs & Succeſſeurs, jans ce que jamais apers le dit terme de trois ans expiré, nous on nos dits Hoirs & Succeſſeurs Comtes & Comteſſes de Flandres y pourront plus clamer nucun droit par rachat en autrement.

Excepté toute fois s'il avenoit, que avant que le dit rachapt fut fa.t, en après ce que les dits Chaſtel, terre & appertenances de Winendale par deffault de non avoir eſté rachetés dedans le terme, & ainſi que deſſus eſt declair é demouraſt du tout hirctablemen' à notre dite fille icelle notre Fille allaſt de vie à trespas. que Dieu ne veulle. ſans avoir ne laiſſer Hoir, prouvée de ſon corps, que iceux Caſtel & terre de Winendale, en ce cas revenroient incontinent à nous par ainſi que lorſque nous ſions en vie, ou ſe nen à nos dits Hoirs & Succeſſeurs Comtes & Conteſſes de Flandres, pour être da Domaine du dit notre Puis de Flandres, comme ih ſons maintenant.

Si donnons en mandement à notre Bailli de Bruges ou ſon Lieutenant, que nos dits Filz, & Fille les Comtes & Conteſſes de Flandres, & memens icelle notre Fille comme hirete ou les Commis ſur ce de par notre dit Filz metsre pour & ou nom diceux nos Filz & Fike tantoſt reantement & de fait de par nous en poſſeſſion & ſaiſine des dits Caſtel, terre & appertenances de Winnendale de la quelle poſſeſſion & Saiſine nens leur baillons mêmes par ces tres ſe beſoing eſt, pour en jouir pleinement & entierement comme du propre hiretage de notre Fille en la maniere & condition devant enprimées, mandans aulter au Chaſtell..in du dit lieu de Winnendale nun Receveurs & autres Officiers & pareillemt à tous les Vaſſaulx, hommes & ſubg. quelconque de la dite terre. que à nos dits Filz & Fike comme hireſiere & à leurs tres & commandements obeiſſent decyenavant & toutes choſes regardans la dite Seigneurie de Winendale, en leur faiſant les dits hommes foy & hommage de leurs Fiefs & tenemens & les dits autres ſubg.

Pments teles & ainſi qu'il eſt accoutumé de faire au Seigneur ou Dame-hiretier ou hiretiere d'icelle terre, ou au dit notre Filz, pour & ou nom de noſtre de Fille ſa femme ſans reffies ke conſdit aucun & à nos amez feaulx les gens de nos Comptes à Lille à netre Receveur General de Flandres, à notre dit Bailli de Bruges nun Baillis d'Ypre & de la Salle d'Ypre, & à tous nos autres Juſticiers Officiers & ſubg. pns. & avenir, qu'il pent on pourra tenebr.

Et à chum. d'eun en droit ſoy & ſi comme à luy appenra que des dits Chaſtel, terre & appertenances de Winnendale, les quels des maintenant eſtons & voulons être eſté de l'ordinaire de notre dit Domaine, au quel nens l'avions avien. appliquié laiſſent, facent & feacffrent, ſelon ca que dit eſt notre dit Filz le Comte de Cleves, & notre Fille ſa femme comme hiretiere paiſiblement & pleinement jouir & uſer ſans aucun empeſchement ne deteurbier, & par rapportant vidimue de ces meiſmes pntes. Scel autentique ou copie collationnée par l'un de nos Secretaires, ou en la Chambre de nos dits Comptes, au dit lieu de Lille, pour une & la premiere fois ſeulement par notre dit Receveur de Flandres.

Qui de lad. terre & Seignourie de Winnendale chum. année des dites trois années que a durés le dit achapt ſera tenu de faire menton en ſes Comptes, nous voulons, que luy & tous autres ſoyent & demeurent des levées prouffits & valeur d'icelle terre & Seignourie de Winnendale de chargies cependant par tout & de ceux qu'il appraara & après les dites trois années appetuité, ſe dedans icelle le dit raebat nen. eſtoit fait par la maniere que nit eſt, & a fin que ce ſoit choſe ferme & eſtable.

Nou-

Nous en teſmoing de ce avons fait mettre notre Seel à ces lettres, ſauve en autres choſes notre droit & l'autruy & toutes.

Donné à Paris ou mois de Janvier l'an de grace mil quatre cens & neuff.

In quorum ſiquidem viſionis, auditionis, palpationis & diligentis examinationis præſcriptorum & aliorum præmiſſorum fidem atque teſtimonium, Nos Decanus & Capitulum ſupra-dictæ Eccleſiæ Gravienſis, Sigillum ejuſdem Eccleſiæ quo in hac parte tanquam magis authentico pariter utimur, Literis præſentibus duximus apponendum Anno, menſe & die ſuperius in earundem præſentium capite præſcriptis.

In dorſo Literarum, quarum copia retroſcribitur, habebatur in idiomate Gallico talis ſignarura de alia manuſcripturæ earumdem Literarum penitus diſſimili, cum cuncta ſignatura manuali ſubjuncta,

Jehan Sacqueſpee, Conceillier Threſorier & Gouverneur General de Flandres, Financier de M[ſ]gr. le Duc de Bourgoigne, Comte de Flandres, d'Artois & Bourgoigne;

Geofrois le Sauvais, Receveur General de Flandres. & d'Artois,

Accompliſſer de contenu ou blanc de ces preſentes, ainſi & par la forme & maniere que mon dit Seigneur le mende; eſcrit le dixviſtieme jour de Janvier, l'an mil quatre cent & neuff.

CAPUT CXCVI.

*Petrus de Alliaco Cameracenſis Epiſcopus, dein S. R. E. Cardinalis, confirmat Fundationem Præpoſituræ Monialium Horti Concluſi *, Herendalii in Campinia Brabantina, anno 1411.*

* Vide alterum Diploma apud Miræum pag. 2331.

PEtrus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus; Univerſis præſentes Literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum ex dignitate Paſtoralis officii, ad nos ſpectet inſtitutio ſingulorum Monaſteriorum in tota noſtra Diœceſi de novo erigendorum, & ad hoc noſter ſpecialis requiratur conſenſus, tam de habilitate locorum, quam perſonarum in novis Monaſteriis inſtituendarum, ac etiam de prædictorum dotatione Monaſteriorum novorum, & ad honorem omnipotentis Dei, ſanctæque Matris Eccleſiæ, & divini cultûs augmentum, ſemper tenemur eſſe vigiles, & intenti.

Sanè prout intelleximus per certam informationem virtute commiſſionis noſtræ per dilectum Dominum Conſiliarium Guillielmum de Brugis, Decanum Lyrenſem factam, in qua comperimus, quatuor Moniales Monaſterii Vallis Liliorum Ordinis Præmonſtratenſis noſtræ Diœceſis una cum novem aliis ſæcularibus apud Herentalz in certa domo & loco divinis Officiis inſiſtentes degentes, omneſque eſſe bonorum nominis & famæ, vitæ & converſationis honeſtæ, domumque, quam pro præſenti inhabitant, in quâ conſtructa eſt quædam Capella, licet ſit parva, eſſe tamen habilem ad erigendum ſeu inſtituendum ibidem Monaſterium Religioſarum incluſarum Ordinis Præmonſtratenſis, ipſaſque habere in redditibus hæreditariis ſummam centum Coronarum Regis, & amplius;

Et in penſionibus annualibus ad vitam earundem tredecim, obtinere centum quinquaginta ſeptem Coronas Regis, & ultra, quibus bene quoad vitam poſſent ſuſtentari ibidem Deo deſervientes incluſæ, attentis proviſionibus, quas habent de bonis mobilibus & utenſilibus, & una cum libris, calice, ampullis argenteis, thuribulo & aliis ornamentis Eccleſiaſticis, placet nobis, ut in honore Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ibidem erigatur Monaſterium Ordinis Præmonſtratenſis Religioſarum Monialium incluſarum; de quarum tredecim numero undecim remanebunt Moniales velatæ, ſub Regula dicti Ordinis ibidem degentes, & duæ Converſæ de dicto loco nunquam receſſuræ, ſed quamdiu vitam duxerint in humanis, ibidem Deo ſerviturræ, & omnes tredecim in dicto loco recluſæ permanſuræ, & quod locus ille dedicetur, & quod Capella cum aula pro ædificatione Eccleſiæ, una cum certa parte terræ fundo adjacentis, pro cœmiterio & recedentium ſepultura, juxta æſtimationem Religioſi Patris Domini Tungerloenſis, & Magiſtri Guilelmi de Brugis prædicti, ad hoc pro præſenti per nos Commiſſorum & Deputatorum, attento quòd conſenſus Patris Abbatis ad hoc intervenit, ſicut & conſenſus Curati dicti loci, pront per ſuas patentes Literas plenariè fuimus informati.

Et quod ultra dictum numerum, de cætero nullæ recipienrur in Moniales ſeu Converſas, donec redditus hæreditarii dicti loci in tantum fuerint augmentati, quod ad ſuſtentationem & victum dictarum tredecim, & aliarum recipiendarum, meritò valeant ſufficere: ne incluſæ Religioſæ in neceſſariis & victualibus qualemcumque patiantur defectum; niſi tamen recipiendæ ad hoc habiles & idoneæ tantum habeant in bonis, quod meritò in victu & veſtitu tam extra Monaſterium quam intra merito poſſent & deberent contentari.

Et hæc omnia committimus nomine noſtro peragenda per quemcumque Epiſcopum rite promotum, gratiam & communionem ſan-

ctæ Sedis Apoſtolicæ obtinentem, per dictos Abbatem & Decanum eligendum.

Et ulterius in honore Omnipotentis, & Beatiſſimæ Matris ejus, & divini cultûs augmentationem, ad ſupplicationem etiam prædictorum Abbatis & Decani concedimus dictis Sororibus, & omnibus fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui dicto Monaſterio in eleëmoſynam, manum ſuam porrexerint adjutricem, divinis ibidem dum celebrabuntur, intereſſentibus, in diebus Dedicationis Eccleſiæ quadraginta, in aliis verò diebus octavæ viginti, ſimiliter in quatuor feſtis annuibus quadraginta, & omnibus feſtivitatibus Virginis glorioſæ totidem, & per octavas dictorum teſtorum viginti dierum, de injunctis eis pœnitentiis, miſericorditer Auctoritate noſtrâ Ordinariâ in Domino relaxamus.

Datum apud Chivriam noſtræ Diœceſis, ſub noſtro Sigillo.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo undecimo, die 23 Julii.

CAPUT CXCVII.

Acta Capituli Generalis Ordinis Ciſtercienſis, decernentis anno 1413 ſubſtituendos eſſe Monachos Ciſtercienſes in locum Monialium in Abbatiis Molinienſi, Jardinetana, Boneffienſi &c. in Comitatu Namurcenſi.

Extractum ex Statutis.

ILluſtris Princeps Dominus Namurcenſis Comes deſolationi condolens Monaſteriorum Monialium Ordinis noſtri in ejus Namurcenſi Comitatu atque confiniis ſituatorum, videlicet de (1) Moulins, de (2) Argenton, de (3) Wallencuria, de (4) Boneſya, de (5) Solis-monte, qui ſpiritualem pariter & temporalem ant jam ſubiere, aut de propinquo ruinam minantur omnimodam; Altiſſimi conſilio fretus, ipſe Dominus Comes eadem Monaſteria in unum redigi facere Monaſterium, quod Viris utique Religioſis de Ordine noſtro Ciſtercienſi perpetim adſcribatur & donetur, propoſuit & decrevit: Generale præſens Capitulum eum precibus benigniſſimis exhortans & requirens, ut ad tantæ pietatis atque devotionis opus eidem Domino Comiti cooperari ſtudeat toto poſſe.

Huic itaque Sanctiſſimo ejuſdem Domini Comitis cum gratiarum actionibus humillimis applaudens propoſito, Capitulum generale diſtrictiùs injungit Domino Claræ-Vallis, nec non de Caroli-Loco, de Villaribus, & de Alna Monaſteriorum Abbatibus; & eorum ſingulis, cum poteſtate ſubdelegandi committit, quatenus zelo Religionis accenſi, quam citius poterunt, ſecundum conſilium, directionem & protectionem prædicti Domini Comitis ad executionem præmiſſorum efficacem & ſolertem, auctoritate dicti Capituli totis viribus claborent, Moniales dictorum Monaſteriorum ad alia Ordinis Monaſteria deſtinantes, vel aliàs earum victui, prout congruentius videbitur, providentes perſonas, per cenſuram Ordinis & incarcerationem, ſi opus fuerit, Coërceant & compeſcant.

Sic habent Statuta ſelecta Capitulorum generalium Ordinis Ciſtercienſis ad annum prædictum 1413, numero XIII. quæ ex variis Codicibus Manuſcriptis primùm edita fuere per P. Edmundum Martene, alioſque Monachos Benedictinos Tomo IV. Theſauri Anecdotorum pag. 1243 item 1560.

Omnes Abbatiæ, de quibus hoc loco agitur, quaſque in unum Monaſterium reducere meditabatur Comes Namurcenſis, ſubjacent Comitatui ac Diœceſi hujus nominis.

(1) MOULINS, ſive Molinienſis Abbatia, Religioſorum Ciſtercienſium, ſita eſt propè Bovinam; olim erat Monialium, quibus anno 1414 ſubſtituti ſunt Monachi ex Abbatia Villarienſi deſumpti.

(2) ARGENTON, Abbatia Monialium, ad limites Brabantiæ ac Namurceſii.

(3) WALLENCURIA, alias Abbatia Jardineti, propè Oppidum Walcuricnſe, olim Monialium, dein Monachorum Ciſtercienſium ab anno 1430. Abbas hodie potitur dominio hujus Oppidi.

(4) BONEFFIA, Abbatia Monachorum, inter Lovanium ac Namurcum, olim fuerat duplex Abbatia Monialium Ciſtercienſium, quarum una manſit Boneffiæ, poſtmodum in Abbatiam Religioſorum tranſmutata; altera tranſlata ad Fanum S. Deſiderii in Gallia. Vide Diplomata fundationis in Miræo Parte III. Supplementi cap. 116. 120. 128.

(5) SOLIS-MONS, vulgo *Soleilmont*, Abbatia Monialium Ciſtercienſium propè Caroio-Regium.

CAPUT CXCVIII.

Joannes XXIII. Pontifex concedit anno 1413 Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ Sylvæducis (tunc tantum Collegiatæ, dein Cathedrali) Altaria de Orthen & Buſcoducis, quondam de Jure Patronatûs Prioriſſæ de Auderghem Ord. Sti. Dominici, apud Bruxellam.

Ex Archivis Capituli Cathedralis Sylvæduc.

Oannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei &c.

Ita apud Miræum in Donationibus Belg Lib. I. Cap 143 novæ editionis pag. 451, ſed quia Diploma illud non habetur illic integrum, id-circo reliquum hic ſubjungimus poſt verba: annectimus & unimus, pag. 452.

Ita quòd liceat eiſdem Decano & Capitulo, Eccleſiæ de Orthen & Rectoriæ prædictarum, ſivè actu per obitum bonæ memoriæ * Henrici Epiſcopi Sabinenſis, qui eaſdem Eccleſiam de Orthen & Rectoriam, ex conceſſione & diſpenſatione Sedis ejuſdem obtinens apud Sedem prædictam diem elauſit extremum: aut per hujuſmodi Epiſcopi, vel alterius cujuſcumque liberam Reſignationem in Noſtris, vel extra Romanam Curiam in loci Ordinarii manibus, ſeu dumtaxat coram Notario & teſtibus ſponte factam vacent, etiam ſi tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad eandem Sedem Apoſtolicam legitimè devoluta, vel Eccleſia de Orthen ac Rectoria præfatæ, propter præmiſſa, vel aliàs ſpecialiter aut generaliter reſervatæ exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis in prædicta Curia vel extra eam (cujus ſtatum haberi volomus præſentibus pro expreſſo) pendeat indeciſa,

* Is erat Henricus Minutulus, S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus Neapolitanus, &c.

Etiamſi Rector ipſe ab eiſdem Eccleſia de Orthen & Rectoria ad ſolum nutum ipſarum Prioriſſæ & Conventûs amoveri, & Regularis eſſe conſueverit: & ſi forſan ipſæ Eccleſia de Orthen & Rectoria actu non vacent, nunc cedente vel decedente dilecto Filio moderno Rectore ipſarum Eccleſiæ de Orthen & Rectoriæ, vel eaſdem Eccleſiam & Rectoriam aliàs quomodolibet dimittente, liceat eiſdem Decano & Capitulo corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ de Orthen & Rectoriæ prædictarum, per ſe, vel alium, ſeu alios authoritate propriâ apprehendere & in uſus & utilitatem * Diſtributionum prædictarum faciendarum in eadem Eccleſia S. Johannis, ut præfertur, convertere,

* Ad uſum Diſtributionum.

Ipſamque Eccleſiam & Rectoriam per unum, de quo eis videbitur, ex Canonicis ejuſdem Eccleſiæ S. Johannis, vel alium idoneum Presbyterum ſæcularem, qui * hujuſmodi curam animarum diligenter & debitè habeat exercere, ad ſolum nutum eorum ponendum & removendum, gubernari facere pro tempore; Diœceſani loci, & alterius cujuſcumque ſuper hoc licentiâ minimè requiſitâ.

* Vicarius amovibilis.

Ita tamen, quod Decanus & Capitulum præfati, ratione prædictarum Eccleſiæ de Orthen & Rectoriæ, Epiſcopalia jura ſolvere, Hoſpitalitatem ſolitam tenere, & alia ipſarum conſueta onera teneantur integre ſupportare.

Volumus autem quod propterea in ipſa Eccleſia de Orthen ſolitus miniſtrorum numerus nullatenus minuatur.

* Et ut ipſæ Eccleſia de Orthen & Rectoria, ut ſperamus, ſalubrius in temporalibus & ſpiritualibus proficiant incrementis; quod Canonicatûs & Præbendæ, quos primò in eadem Eccleſia S. Johannis vacare contigerit, ad eoſdem Decanum & Capitulum Collatio & Proviſio, pro hac prima vice communiter pertineant.

* Collatio Præbendarum alternativa inter Ducem Brab. & Capitulum.

Quodque ad alios Canonicatum & Præbendam in ipſa Eccleſia S. Johannis, ex tunc interveniente vacantiâ, Dux Brabantiæ exiſtens pro tempore, ſub cujus ditione præfatum Oppidum exiſtit, pro tempore perſonam idoneam dictis Decano & Capitulo præſentare valeat, per ipſos Decanum & Capitulum, aliquo non obſtante canonico impedimento, ad eandem Præbendam tunc vacantem, ad quam eandem perſonam præſentari contigerit in Canonicum ipſius Eccleſiæ recipiendam & etiam admittendam.

Sicque poſtea de aliis Canonicatibus & Præbendis in eâdem Eccleſia S. Johannis ſucceſſivè vacaturis, ſemper fieri debeat vicibus alternatis: jure tamen Prioriſſæ & Conventûs & cujuſlibet alterius aliàs in omnibus ſemper ſalvo.

Non obſtantibus præmiſſis, ac ſelicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, & aliis Conſtitutionibus atque Ordinationibus, nec non ſpecialibus & generalibus Reſervationibus Apoſtolicis, ac Statutis & Conſuetudinibus Eccleſiæ S. Johannis, ac Monaſterii & Ordinum prædictorum, quibuſcumque contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâcumque aliâ firmitate roboratis.

Aut ſi aliqui Apoſtolicâ vel aliâ quâvis Authoritate in eadem Eccleſia Sti. Johannis in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, ſeu ſi ſuper Proviſionibus ſibi fa-

ciendis de Canonicatibus & Præbendis ipſius Eccleſiæ S. Johannis ſpeciales ac hujuſmodi vel alia Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint: etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum.

Quas quidem Litteras, & proceſſus earum vigore habitos & habendos ad Canonicatus & Præbendas & Rectoriam prædictos, volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad affecutionem Canonicatuum & Præbendarum aut Beneficiorum aliorum præjudicium generari. Et quibuſcumque Privilegiis, Indultis, & Literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus eatum impediri valeat quomodolibet vel differri; & de quibus eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis.

Nos enim ex nunc irritom decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quocunque quâvis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Incorporationis, annectionis unionis, voluntatis & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum XV. kal. Julii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Erectionem hujus Eccleſiæ in Collegiatam, ſub approbatione Joannis de Arckel Leodienſis Epiſcopi, anno 1366, vide in Supplemento ad Opera Aub. Miræi, pag. 1356 Tomo II. Erectionem quoque è Collegiatâ in Cathedralem Eccleſiam, Archiepiſcopatûs Mechlinienſis Suffraganeam, factam per Pium IV. Pont. anno 1560, vide apud eundem Miræum pag. 913.

CAPUT CXCIX.

Henricus V. Angliæ Rex fundat ac dotat anno 1414 Monaſterium Sheneenſe Carthuſianorum in Agro Surregienſi in Anglia; quòd dein ob perſecutiones Anglicanas tranſlatum fuit Neoportum in Flandria.

REx &c. ſalutem. Cum excelſæ Majeſtatis exennia quæ gloriam noſtri regiminis de die in diem uberiùs, ut ipſi videmus, extollant, ritè à nobis graciarum vendicant actiones, juſtiſſimum credimus ot eo medio in auctorem tendant quo nobis ab auctore fluxerunt, nomine Salvatoris, ut ſicut per mediatorem Dei & hominum Jeſum ad nos indignos, de patre luminum, bona cuncta proeedunt, ita noſtræ laudes quamvis inutiles per eundem Jeſum Chriſtum & datorem gratiarum & omnis boni principium revertantur.

Nam Jeſus iſte noſter non Nave ſed Nazarenus in terram ſanctæ Chriſtianitatis tranſcenſo Jordanis alveo nos omnes baptizatos induxit, quod Moyſes vetus non potuit. In Moyſe enim, ſine ordine, ſicut populus ſic Sacerdos inceſſit, in Jeſu noſtro refertur. Sacerdocium præcedit, archa ſequitur, Dux comitatur & populus & omnia per ordinem diſtinguuntur. In Jeſu noſtro Aggei templum reædificatur per Babilonios hereticos antè conſumptum. Jeſu noſtro baptizato, tota Trinitas carnalibus noſtris ipſa corporalis apparuit. Jeſus dum ſe humiliter inclinaret, adulteram potenter redemit. Stans Jeſus in medio reparavit incredulos. Reſurgens de ſepulcro conſolabatur mæſtos. Deprecans in horto dejicit inimicos.

Et quid mirum, ſi ego qui utcunque minimus ſervus ſum Jeſu, ſic cum Propheta quaſi cantans exultem in Deo Jeſu meo; cum hoſtis Herodes impius viſo Jeſu meo miro modo gaudebat. Fstemur quicquid nobis proſpere contigit, Jeſus ipſe donavit. Ipſe per nos dejecit hereticos, ſervavit Catholicos. Jeſus ipſe nobis pacificat emulos exteriores, & domat intrinlecos, ſubjicit homines, & abigit dæmones; ut quaſi viſibiliter cernimus vetum eſſe, quod in nomine Jeſu flectitur omne genu, cœleſtes obſecquuntur, ſpiritus terreſtres obediunt, & inferi contremiſcunt.

Legitur namque quod Romani à Barbaris perſecuti, in locis Domini Jeſu dedicatis per virtutem ejus ſalvati fuerint, & defenſi. Nec mirum, cum ſecundum Apoſtolum non ſit aliud nomen ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat ſalvari. Ipſe etenim, ſacro atteſtante eloquio, ſalvum faciet populum ſuum; cæcis liquidem dedit viſum, ſurdis auditum, claudis curſum, mutis ſermonem, mortuis vitam, totamque Diaboli poteſtatem de obſeſſis corporibus effugavit.

Ex hac igitur meditatione commoniti, & Domini Jeſu gratiâ, ut ſperamus, præventi, conſiderando quòd bona eſt negociatio per quam largiendo tranſitoria declinantur, & æterna ſelici commercio ſubrogantur, quandam Domum Conventualem Monachorum, Ordinis Carthuſienſis, ob ſpecialem & ſinceram affectionem quam ad Ordinem & Religionem illam multis inducti cauſis & motivis geri-

gerimus & habemus, in quodam ſolo noſtro apud Shene ex parte boreali ſitûs manerii noſtri ibidem, continente tria millia centum & viginti & quinque pedes in longitudine ac mille ac treſcentos & quinque pedes & octo pollices in latitudine; & extendit ſe à Hakeloto juxta Diversbuſh ex parte auſtrali uſque ad crucem vocatam Croſaishe ex parte boreali, ad honorem & gloriam ac exaltationem Nominis dulciſſimi Jeſu.

Quam quidem Domum, quam Domum Jeſu de Bethleém de Shene nominari volumus perpetualiter & vocari, diſpoſuimus & duximus ordinandam, & fundandam; ac in eiſdem ſolo & loco, ſi & quatenus in nobis eſt veleſſe poterit, Domum illam tenore præſencium erigimus, fundamus, creamus & ſtabiliimus, temporibus perpetuis duraturam.

Et idcirco ſolum & locum prædicta cum pertinentiis prout limitantur, ſeu impoſterum limitabuntur & includentur, Johanni Wydrington Monacho Ordinis prædicti, Priori ejuſdem loci, aſſenſu eorum quorum intereſt aſſignato & conſtituto, ac Monachis Ordinis prædicti Deo ibidem ſervituris & moraturis, pro ſitu & conſtructione ac primaria Fundatione ejuſdem Domûs ac inhabitatione dictorum Prioris & Monachorum ac ceterarum aliarum perſonarum impoſterum ſpecificandarum & nominandarum, & per eoſdem Priorem & Monachos & ſucceſſores ſuos impoſterum ſuſtinendarum & ſubveniendarum, de gracia noſtra ſpeciali & ex certa ſcientia noſtra, ac de maturo & deliberato aſſenſu conſilii noſtri, pro nobis & hæredibus damus, concedimus & hâc Cartâ noſtrâ confirmamus;

Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis de nobis & Hæredibus noſtris, in liberam puram & perpetuam eleëmoſynam, libera & quieta ab omni exactione & ſervicio ſæculari, cum liberis introitu & exitu & omnibus aliis aiſiamentis in hac parte rationabiliter neceſſariis, vel oportunis, pro otacionibus ac aliis divinis officiis inibi faciendis, pro ſalubri ſtatu noſtro, dum vixerimus, ac anima noſtra cum ab hac luce migraverimus, & animabus parentum & progenitorum noſtrorum & omnium fidelium defunctorum;

Necnon pro pace tranquillitate & quiete populi & Regni noſtri; ac inſuper pro aliis pietatis operibus ibidem ſuſtinendis miniſtrandis & ſupportandis, juxta ordinacionem noſtram hæredum vel executorum noſtrorum in hac parte plenius faciendam.

Et nos & hæredes noſtri ſolum & locum prædicta præfatis Priori & Monachis & ſucceſſoribus ſuis contra omnes gentes warantizabimus & defendemus inperpetuum; & eiſdem Priori & Monachis, quod ipſi ſolum & locum prædicta à nobis recipere & tenere poſſunt ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis, ſicut prædictum eſt, inperpetuum tenore præſentium licenciam dedimus ſpecialem; ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut eo quod ſolum prædictum eſt parcella manerii noſtri prædicti, aut aliâ cauſâ quâcunque non obſtante.

Et ulterius de uberiori gracia noſtra dedimus & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris præfatis Prioti & Monachis procoratoriam Domum ſive Prioratum de Ware in Comitatu Hertf alienigenam, cum pertinenciis. Prioratum de Noien & Newmarket alienigenam, cum pertinentiis ad Abbatiam de ſancto (1) Ebrulpho in Normannia, Prioratum ſive manerium de (2) Levesham & Grenewicb in Comitatu Kanciæ alienigenam, cum pertinentiis ad Abbatiam ſancti Petri de Gautot in Flandria.

Ac Prioratum ſive manerium de Hayling, alias dictum Heling alienigenam, cum pertinenciis ad Abbatiam de Leſne, alias dictam (3) Abbatiam B. Petri Gemetecenſis ſpectantes. Necnon Prioratum de Carisbroke, cum pertinentiis in Inſula Vectæ, ac omnia, terras, tenementa, Eccleſias, porciones, penſiones, cleëmoſynas, & alias quaſcunque poſſeſſiones ad (4) Abbatiam de Lira in Normannia alienigenam, infrà Regnum noſtrum Angliæ, & partes Walliæ pertinencia, ſive ſpectantia; Prioratu Leceſtriæ, qui eſt de poſſeſſionibus dictæ Abbatiæ de Lira, dunraxat excepto.

Iſta omnimoda maneria, terras, tenementa, hundreda, redditus, ſervicia, poſſeſſiones, feoda militum, Advocationes Eccleſiarum, Vicariarum, Capellarum, Hoſpitalium, porciones, decimas, oblaciones, obvenciones, ac alia emolumenta, & profficua quæcunque ad Prioratus, ſive maneria prædicta, & eorum quodlibet, ac ad prædicta terras, tenementa, & poſſeſſiones dictæ Abbatiæ de Lira, exceptis præexceptis, quali-

Anno 1414 Henricus V. Rex Angliæ in Comitiis Parlamenti Leiceſtrienſis ſuppreſſit quamplurimos Prioratus in Anglia ſitos, dependentes à variis Abbatiis Ordinis S. Benedicti aliorumque in Gallia & alibi, quia ad alienigenas pertinebant; atque ex bonis eorumdem Prioratuum plura alia nova erexit Monaſteria: ſignanter hoc Carthuſianorum in Sheene; item aliud Monachorum qui Celeſtini vocantur, ac tertium Brigininorum in Villa de Lenne in Ducatu Norfolciæ.

(1) Abbatia S. Ebrulphi in Normannia, quæ plures olim Prioratus poſſedit in Anglia, vulgo dicitur *S. Evroul* à primo ſuo Abbate; ſita eſt in Oppido hujus nominis ſub Diœceſi *Lexovienſi*: hodie unita eſt Congregationi S. Mauri.

(2) Levesham et Grenewich, Prioratus in Anglia, olim ad Abbatiam S. Petri Blandinienſem Gandavi pertinentes; de quorum fundatione jam ſupra actum fuit pag. 13 & 106.

(3) Abbatia S. Petri Gemmeticensis, vulgo *Jumieges*, ſita in Oppido hujus nominis ſub Diœceſi *Rothomagenſi*, opulenta ac potens, hodieque unita Congregationi S. Mauri.

(4) Abbatia Lyræ, ſita in Oppido hujus nominis ſub Diœceſi *Ebroicenſi* in Gallia; unita Congregationi S. Mauri.

tercunque pertinentia, ſive ſpectantia; unâ cum reverſionibus quibuſcunque, poſt mortem illarum perſonarum quæ ea, vel aliqua eorum tenent in feodo talliato, ſeu ad terminum vitæ, vel annorum, aut alio modo quocunque;

Habenda & tenenda eiſdem Priori, & Monachis & Succeſſoribus ſuis, Prioratus ſive maneria prædicta, ac dictas terras, tenementa, poſſeſſiones dictæ Abbatiæ de Lira, exceptis præexceptis, una cum reverſionibus prædictis, ac omnimodis hundredis, maneriis, terris, &c. adeo plenè & integrè, ſicut perſonæ prædictæ ea jam habent & tenent ſeu aliqui alii ea ante hæc tempora habuerunt & tenuerunt, abſque apporto, firma, comporto vel ratiocinio, aut alio proficuo quocunque nobis vel hæredibus noſtris inde reddendo vel ſolvendo.

Conceſſimus inſuper &c. quod ſi Prioratus ſive maneria prædicta, ac dictas terras, tenementa & poſſeſſiones dictæ Abbatiæ de Lira extra manus ipſorum Prioris & Monachorum ſeu Succeſſorum ſuorum abſque fraude vel malo ingenio evinci vel recuperari aut aliàs qualitercunque ab eiſdem Priore & Monachis ſeu Succeſſoribus ſuis capi contigerit in futurum, tunc iidem Prior & Monachi & Succeſſores ſui habeant & percipiant annuatim in locis ſubſcriptis ſeptingentas marcas, videlicet centum libras de exitibus hanaperii Cancellariæ noſtræ & hæredum noſtrorum per manus cuſtodis hanaperii prædicti pro tempore exiſtentis, ad terminos ſancti Michaelis, & Paſchæ per equales porciones, ac centum libras in portu Civitatis noſtræ London.

Necnon centum libras in portu Villæ noſtræ de ſancto Borhulpho, ac etiam centum & decem marcas in portu Villæ noſtræ Suthampton: ac etiam centum marcas in portu Villæ de Lenn-Epiſcopi: necnon quadraginta marcas in portu Civitatis noſtræ Ciceſter, de cuſtuma lanarum coriorum & pellium lanutarum in portibus prædictis per manus collectorum ejuſdem cuſtumæ pro tempore exiſtentium, ad terminos prædictos per equales porciones, quouſque præfatis Priori & Monachis aliàs in loco congruo infra Regnum noſtrum Angliæ de terris, tenementis, & poſſeſſionibus ad valorem dictarum ſeptingentarum marcarum per annum ultra repriſas, ſibi & Succeſſoribus ſuis imperpetuum habendis & poſſidendas per nos vel hæredes noſtros fuerit proviſum.

Et ulterius conceſſimus eis, quod ſi aliqua parcella dictarum Prioratuum ſive maneriorum aut dictorum terrarum &c. dictæ Abbatiæ de Lira ſeu aliarum poſſeſſionum prædictarum extra manus eorundem Prioris & Monachorum aut Succeſſorum ſuorum abſque fraude vel malo ingenio evicta vel recuperata, ſeu a iis qualitercunque ab eiſdem Priore & Monachis, ſeu Succeſſoribus ſuis capta fuerit in futurum, tunc iidem Prior & Monachi & Succeſſores ſui habeant & percipiant annuatim de exitibus hanaperii Cancellariæ prædictis ac de cuſtumis prædictis in portubus prædictis, ad terminos prædictos valorem parcellæ illius ſic evictæ vel recuperatæ, aut ab eis, ut præmittitur, captæ, ſibi imperpetuum habendis & poſſidendis per nos vel hæredes noſtros prædictos fuerit proviſum.

Conceſſimus inſuper eiſdem Priori & Monachis Domûs Jeſu quandam ſeweram noſtram in aqua Thamiſiæ propè Shene vocatam Petirſamwere, ac medietatem unius acræ terræ eidem ſeweræ adjacentem, necnon totam piſcariam noſtram de Shene in aqua prædicta, habendam & tenendam ſibi & Succeſſoribus ſuis imperpetuum: ſtatuto prædicto, aut eo quod expreſſa meneio de vero valore ſeweræ terræ ac piſcariæ prædictarum in præſentibus facta non exiſtit, ſeu aliâ cauſâ quâcunque non obſtante.

Conceſſimus etiam præfatis Priori & Monachis duo dolia, ſive quatuor pipas vini rubei de Vaſconia, habendas & percipiendas imperpetuum ſibi & Succeſſoribus ſuis de vinis noſtris in portu London per manus capitalis Pincernæ noſtri & hæredum noſtrorum pro tempore exiſtentis, vel ejus locum tenentis in portu prædicto, vel de vinis noſtris Hoſpicii noſtri per manus Pincernæ Hoſpicii noſtri & hæredum noſtrorum pro tempore exiſtentis ad electionem dictorum Prioris & Monachorum & Succeſſorum ſuorum, ſingulis annis ad Purificationem beatæ Mariæ.

Et præterea &c. conceſſimus &c. quod præfati Prior & Monachi, & Succeſſores ſui, imperpetuum ſint quieti de auxilio ad primogenitos filios Regum milites faciendos, ad primogenitas filias Regum maritandas, & de omnibus auxiliis Regum, placitis, querelis, aſſiſis, & ſummonicionibus, necnon contributionibus & tallagiis quæ ab ipſis ratione terrarum &c. quæ nunc habent, vel ex nunc habituri ſunt, per nos aut hæredes noſtros aut Ballivos noſtros ſeu Miniſtros noſtros vel hæredum noſtrorum, quoſcunque ad opus noſtrum vel ipſorum hæredum noſtrorum exigi deberent vel poterunt in futurum.

Et quod quandocunque Clerus regni Noſtri Angliæ aut Cantuarienſis Provinciæ, per ſe, vel Eboracenſis Provinciæ, per ſe, decimam ſeu aliam quotam de bonis ſuis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, vel communitas Comitatuum regni Noſtri Angliæ aut cives vel burgenſes Civitatum vel burgorum dictorum Comitatuum decimam, quintam decimam, vel aliam quotam ſeu taxam quamcunque de bonis ſuis temporalibus ſeu mobilibus, aut terris tenementis ſeu redditibus ſuis nobis vel hæredibus noſtris qualitercunque conceſſerint, ſeu nos vel hæredes noſtri Dominica

noſtra per Angliam fecerimus talliari, aut Dominus Summus Pontifex qui pro tempore fuerit decimam ſeu quotam aliam Clero Regni Noſtri Angliæ aut Cantuarienſis vel Eboracenſis, Provinciarum prædictarum impoſuerit, & eam vel aliquam partem ejuſdem Nobis vel hæredibus noſtris conceſſerit, Eccleſiæ & beneficia ipſis Priori & Monachis appropriata & approprianda, terræ tenementa, redditus, bona & catalla ipſorum Prioris & Monachorum & Succeſſorum ſuorum quorumcunque, ad opus noſtrum vel hæredum noſtrorum non taxentur, aſſideantur &c.

Et ſi contingat ſuper homines Comitatuum dicti regni Noſtri Angliæ vel alicujus eorundem Comitatuum aut aliorum locorum ipſius Regni, ſeu ipſorum terras poſſeſſiones vel bona aliquas pecuniæ ſummas pro munitione & apparatibus hominum ad arma bobelariorum ſagittariorum ſeu peditum quorumcunque, pro obſequio noſtro vel hæredum noſtrorum impoſterum eligendorum, & in hujuſmodi obſequium ad quaſcunque partes & ex quacunque cauſa mittendorum, vel pro cuſtodia maritima facienda, aſſideri, &c. Volumus & concedimus &c. quòd terræ, poſſeſſiones & bona prædictorum Prioris & Monachorum &c. nullatenus aſſideantur.

Conceſſimus eciam &c. quòd ipſi & Succeſſores ſui ioperpetuum habeant & teneant omnes Domos ſuas quas jam habent vel erunt habituri quietas de liberatione Seneſcallorum, Mareſcallorum, & aliorum miniſtrorum noſtrorum, & hæredum noſtrorum, ac Seneſcallorum, Mareſcallorum, Proviſorum, Miniſtrorum Reginarum, Filiorum noſtrorum, procerum, magnatum, & aliorum quorumcumque &c.

Et quòd nullus Dux, Comes, Baro, vel Magnas Regni noſtri aut alinndè, vel Seneſcalli, Mareſcalli ſeu eſcaetores, Vicecomites, Coronatores aut alii Ballivi noſtri, ſeu Miniſtri noſtri, vel hæredum noſtrorum &c. colore aliquo hoſpitentur ibidem vel morentur, ſub pœna ſtatutis in contrarium editis contenta.

Conceſſimus inſuper &c. quòd prædicti Prior & Monachi & Succeſſores ſui & omnes homines & tenentes reſideotes ſui, ac alii reſidentes quicunque, tam de & in villa de Eſchinreeb in Com: Berks, quam de & in terris, dominiis &c. ſint quieti per totum Regnum noſtrum Angliæ de omni tbeolonio in quolibet mercato & in omnibus nundinis, & in omni paſſagio pontium, aquarum, viarum, & maris, per totum Regnum noſtrum Angliæ & per omnes terras noſtras in quibus libertates eis dare poſſum.

Et quod omnia bona, catalla, & mercandiſæ hominum & tenentium reſidentium ſuorum, & aliorum Reſidentium prædictorum quorumcunque, ſint ſimiliter in locis prædictis quieta de omnimodo pavagio, paſſagio, leſtagio, ſtallagio, cariagio, picagio, teragio, tronagio, pontagio, cbiminagio, ankeragio, wharvagio, & tallagio, &c. & de omni ſcotto & geldo, & omnibus auxiliis Regum & Vicecomitum, & de omnibus miſericordiis & de finibus Comitatuum & hundredorum, & de hidagio ſcutagio & damagcldo, hornegeldo, carucagio, & Wapentake, & Shewyne & Miskennyng, Swanemoode, & de tbeſauro ducendo, & Wardepeny, Wardecorne, Averpeny, Hundredpeny, & Borthalpeny & Tythingpeny, & de kaagio, muragio, paagio, barbicanagio, & de operacionibus caſtrorum, parcorum, & poncium clauſuris, & Domorum regalium edificatione ac reparatione, necnon de ſectis Comitatuum, bundredorum, & laſtorum, hundredorum, & Wapentacbiorum, ac de murdro & de communi miſericordia quando contigerit, videlicet comitatus & hundredi coram nobis vel aliquibus juſticiariis noſtris per totum regnum & poteſtatem noſtram.

Conceſſimus etiam, quod ipſi habeant bona & catalla bominum & tenencium ſuorum, convictorum de felonia ſive utlagatorum pro felonia, contemptu, tranſgreſſione, debito, compoto, aut alia occaſione quacunque ad ſectam noſtram ſeu heredum noſtrorum vel ad ſectam partis.

Et quod prædicti Prior & Monachi & Succeſſores ſua habeant inperpetuum retorna præceptorum noſtrorum, & hæredum noſtrorum, ac brevium & preceptorum quorumcunque & execution em eorundem.

Ac eciam quod præfati Prior, tam de & in dicta villa de Eſtenreth, quam de & in terris dominiis prædictis, necnon fines pro licencia concordandi, & omnia amerciamenta, redemptiones, necnon omnimoda eſcapia felonum, de & in villa, terris &c. Ac etiam, deo-danda, theſaurum inventum, & omnia bona & catalla vocata manu-opera, inventa ſeu invenienda, cum quacunqoe perſona infra villam & terras prædicta, & inſuper, omnimodos fines & redemptiones pro quacunque cauſa emergentes, & amerciamenta quæcunque.

Et ulterius, quod nullus vic. ballivus, capiat aliqnem hominem tenentem reſidentem ſeu alium reſidentem quemcunque tam de & in dicta villa de Eſthenreth, quam de & in terris dominiis prædictis per breve præceptum aut per aliud Warantum vel cauſam quamcunque infra Comitatum ubi ſint reſidentes.

Et quod prædicti Prior & Monachi, per ſe & miniſtros ſuos in omnibus terris, faciant & habeant aſſiſam, emendationem, & aſſiſam panis, vini, & ſerviciæ, ac omnimodorum aliorum victualium ac menſurarum, & ponderum quorumcunque, & aliorum ad officium Clerici mercati hoſpicii noſtri & hæredum noſtrorum pertinencium cum punicione eorundem.

Conceſſimus etiam, quod habeant omnia amerciamenta, redemptiones & exitus forisfactos & forisfacturas quaſcunque, annum diem, vaſtum, & ſtreppum, de omnibus hominibus

& tenentibus reſidentibus vel aliis reſidentibus de & in villa prædicta ac terris prædictis, tam nunc datis & conceſſis, quam ex nunc dandis.

Conceſſimus inſuper, quod iidem Prior & Monachi & Succeſſores ſui habeant Wreccum maris, & eciam animalia quæ dicuntur Wayf, & Stray, inventa in villa prædicta, ac in terris dominiis.

Et inſuper conceſſimus, quod ipſi & Succeſſores ſui ad pencionem, corrodium ſeu ſuſtentationem aliquam alicui de Prioratu prædicto, aut aliis poſſeſſionibus ſeu rebus ſuis contra voluntatem ſuam ad rogatus vel mandata noſtra aut hæredum noſtrorum concedendum miniſtrandum ſeu inveniendum, nullatenus teneantur nec ad hoc quomodolibet compellantur. Ac etiam quod habeant liberam Warennam in omnibus terris dominiis feodis ac poſſeſſionibus ſibi collatis & de cetero conferendis ubicunque fuerint, etiamſi fuerint infra metas foreſtæ noſtræ; ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum quod ad Warennam pertineat.

Volumus inſuper & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, & hâc Cartâ noſtrâ confirmamus, quod prædicti Prior & Monachi & eorum Succeſſores, in perpetuum habeant & teneant ex nunc omnia, terras, cum ſoca & ſaca, infangenthef & outfangenthef, & eciam quod habeant in perpetuum viſum franciplegii de omnibus hominibus & tenentibus reſidentibus ac aliis reſidentibus in terris Dominiis, ac de omnibus hominibus & tenentibus reſidentibus ac aliis reſidentibus in dicta villa de Eſthenreth, cum omnibus ad viſum franciplegii ſpectantibus.

Et quod iidem Prior & Monachi & Succeſſores ſui in hujuſmodi terris dominus feodis ac poſſeſſionibus ſuis ac in Villa prædicta Eſthenreth prout ſibi placuerit habere poſſunt Thew, pillorium atque tumbrellum pro punicione malefactorum ibidem; ac etiam quod ipſi furcas in ſolo ſuo terrarum dominiorum & feodorum ac poſſeſſionum prædictorum erigi, & judicium de malefactoribus quos ibidem ac in Villa prædicta deprehendi contigerit, juxta dictam libertatem de infangenthef & outfangenthef fieri, facere poſſunt ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum juſticiariorum eſcaetorum.

Conceſſimus etiam eiſdem Priori & Monachis, quod ipſi & Succeſſores ſui in perpetuum habeant letas ſuas & Lawdayes cum omnibus ad letas & Lawdayes ſpectantibus, de omnibus hominibus & tenentibus ſuis.

Conceſſimus etiam, quod præfati Prior & Monachi & Succeſſores ſui in perpetuum habeant unum mercatum ſingulis ſeptimanis per diem martis apud dictam Villam de Eſthenreth, & duas ferias ſingulis annis per octo dies duraturas; videlicet per duos dies ante feſtum Sancti Auguſtini Epiſcopi in Maio, & in eodem feſto & per unum diem proximè ſequentem & per duos dies ante feſtum ſanctæ Katharinæ Virgiois, & in eodem feſto, & per unum diem proximè ſequentem.

Conceſſimus etiam, quòd ipſi quendam aquæ-ductum ſubterraneum à quodam fonte vocato Dillesdenwell in Shene uſque ad Domum ſuam prædictam ad aquam de fonte illo uſque ad eandem Domum iode ducendam facere, & fiſtulas conductus illius ſubtus terram à fonte prædicto ubi pro eis commodius facere viderint faciendum apponere, conductum illum ſic factum quociens indiguerint reparare & emendare poſſunt & tenere ſibi & Succeſſoribus ſuis in perpetuum, abſque impeticione noſtri vel hæredum noſtrorum, eo quod expreſſa mencio, &c.

His teſtibus, Venerabilibus Patribus H. Archiepiſcopo Cantuarienſi totius Angliæ Primate. &c.

Datum per manum noſtram apud Weſtmonaſterium, primo die Aprilis.

Notitia Monaſteriorum, Anglicæ, Scoticæ ac Hibernicæ Nationis, in Belgio.

Ex Ordine S. Benedicti, Abbatia Monialium Anglarum nobilium Bruxellis, item alia ſimilis Abbatia Gandavi. Cameraci, item Dunkerkæ Monaſteria Bened. Reformatarum Anglarum.

Duaci, Domus S. Gregorii, Primatus Benedictinorum Anglorum Reformatorum, fundatus per Abbatem S. Vedaſti Atrebati; è quo plures S. Theologiæ Doctores prodiêre.

Ex Ordine S. Auguſtini. Lovanii Monaſterium Canonicarum Regularium Anglarum; item ſimile Brugis. Ipris Canoniſſæ Hibernæ. Leodii Canoniſſæ S. Sepulchri, Anglæ.

Ex Ordine Carthuſianorum. Neoporti Carthuſia, olim in Scheene in Anglia; de cujus Fundatione in hoc Diplomate agitur.

PP. Societatis Jesu. Collegium Anglorum Leodii, item Audomaropoli, cum inſigni ſtudioſorum Seminario. Domus Probationis eorumdem Gandavi. Novitiatus Watenæ in Arthæſia propè Audomaropolim, ubi olim erat inſignis Præpoſitura Canonicorum Regularium. Duaci Collegium Jeſuitarum Scotorum.

Ex Ordine S. Dominici. Lovanii, item Bornhemii in Flandria ad Scaldim, Dominicani Angli. Lovanii Dominicani Hiberni. Bruxellis Dominicanæ Anglæ.

Ex Ordine S. Francisci. Duaci Minoritæ Angli. Lovanii Conventus S. Antonii Minoritarum Hibernorum.

Brugis Moniales tertii Ordinis S. Franciſci. Dunkerckæ in Flandria, Aëriæ & Gravelingæ in Arthæſia Clariſſæ pauperes.

Ex Ordine Carmelitano. Liræ in Brabantia Moniales Anglæ Thereſianæ.

Collegia Sacerdotum Sæcularium. Duaci inſigne Anglorum Seminarium, quamplurium Martyrum, Epiſcoporum ac S. Th. Doctorum propago. Lovanii item, & Duaci, Seminaria Paſtoralia Hibernica. Tornaci, Inſulis & Antverpiæ Collegia Sacerdotum Hibernorum.

CA-

Digitized by Google

CAPUT CC.

Martinus V. Pontifex declarat anno 1418 ad inſtantiam Joannis Brabantiæ Ducis & Magiſtratûs Bruxellenſis, quinam excludendi ſint ab Immunitate Eccleſiaſtica; ejus tamen cognitionem decernit ad Ordinarium pertinere.

MArtinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Humilibus ſupplicum votis, illis præſertim quæ à rationis tramite non diſcordant, libenter annuimus, illiaque favoribus proſequimur opportunis.

Sanè dilectorum Filiorum nobilis Viri Joannis Ducis Brabantiæ, nec non Scabinorum, Conſulum, & Univerſitatis Oppidi Bruxellenſis, Cameracenſis Diœceſis, Dominio ipſius Ducis immediatè ſubjecti, nobis exhibita petitio continebat, quod retroactis temporibus nonnulli ſcelerati, & ſeditioſi viri, in necem aliorum crudeliter & ex propoſito machinantes, plerumque in dicto Oppido, & ejus diſtrictu, ſperantes impunitatem ſuorum exceſſuum & ſcelerum per Eccleſiæ defenſionem obtinere, quam aliàs veroſimiliter obtinere nullatenus potuiſſent, homicidia, mutilationes, & alia enormia ſcelera inhumaniter perpetrarunt, & ad Eccleſias, ſeu cimiteria fugientes, cum Officiales dictorum Ducis, Scabinorum, Conſulum & Univerſitatis &alii ad quos hoc ſpectat, timentes pet hoc Eccleſias & cimiteria hujuſmodi violare, ac pœnas & Cenſuras in Eccleſiarum & ſacrorum locorum violatores à jure promulgatas incurrere, ipſos in hujuſmodi Eccleſiis ſeu cimiteriis manu laicali apprehendere, & exinde recipere & ducere non auderent; hujuſmodi exceſſuum & ſcelerum impunitatem obtinuerunt, ac juſtitiam & pœnam condignam evaſerunt, in gravem divinæ Majeſtatis offenſam, ac Reipublicæ & totius politiæ ejuſdem Oppidi læſionem, ac pernitioſum exemplum plurimorum.

Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, niſi hujuſmodi & alii enormium ſcelerum perpetratores, quibus Eccleſiaſtica de jure non ſuffragatur libertas, in hujuſmodi Eccleſiis & cimiteriis, ad quæ, ſi confugerint, manu laicali apprehendi & capi, ac inde recipi poſſent, hujuſmodi perpetratores in futurum, propter impunitatem ſcelerum & confugium libertatis hujuſmodi, ſimilia de cætero, non abhorrendi, ſed potius committendi animum veriſimiliter capient audaciorem; pro parte eorumdem Ducis, Scabinorum, Conſulum, & Univerſitatis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc opportunè providere de poteſtate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos igitur, attendentes quod fruſtra auxilium legis invocat qui committit in legem, & quod impunitas ſcelerum occaſionem præſtat delinquendi; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, perpetratores prædictos, ac etiam latrones publicos, nec non fures, agrorum depopulatores, ac publicorum itinerum ac ſtratarum aggreſſores, non debere Eccleſiaſticæ Immunitatis Privilegio gaudere, nuntiantes, Duci, Scabinis & Conſulibus, qui ſunt & pro tempore erunt, ac Univerſitati præfatis, ut liceat eis per ſe vel Officiales ſuos ad hoc per eos pro tempore deputatos, hujuſmodi perpetratores, latrones, fures, depopulatores & aggreſſores, nec non furta in Eccleſiis, vel homicidia etiam extra Eccleſias per inſidias committentes, qui ſub ſpe prædictâ ad aliquam Eccleſiam ſeu aliquod cimiterium Oppidi & Diſtrictûs prædictorum confugerint. Excluſi ab Immunitate.

Eis prius de hoc legitimè convictis coram loci Ordinario, cujus principalis eſt illius cogoitio, ſeu Vicario in Spiritualibus Generali vel Officiali ejuſdem, (qui ſi requiſiti per Conſules ſeu Scabinos Univerſitatis prædictæ, aut aliquis eorum publicè requiſitus expreſſè denegaverint, vel ultra octo dies à die factæ requiſitionis hujuſmodi compotandos diſtulerint cognoſcere de qualitatibus ſcelerum & exceſſuum hujuſmodi, ex tunc ad præfatos Conſules & Scabinos cognitio ipſa devoluta ſit,) ab ipſis Eccleſiis, cimiteriis, ſi ea ſponte exire noluerint (Vicarii aut Officialis dicti Ordinarii per illum in dicto Oppido pro tempore deputari, ad hoc licentiâ petitâ, licet etiam non obtentâ) abſque tamen ſanguinis effuſione & membrorum mutilatione recipere & educere Auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium indulgemus. Cognitio penes Ordinarium.

Declarantes nihilominus propter hoc Eccleſias & cimiteria hujuſmodi nullatenus violari, aut ipſos, Ducem, Scabinos, Conſules, Univerſitatem aut Officiales, aliquam excommunicationis ſententiam, aut alias pœnas incurrere ſeu Cenſoras. Extra prædictos verò caſus jura communia volumus intacta remanere, & contra facientes cenſuras in tales à jure promulgatas incurrere ipſo facto.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ nuntiationis, conceſſionis, declarationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Conſtantiæ, tertio nonas Januarii, Pontificatûs noſtri anno ptimo.

CAPUT CCI.

Martinus V. Pontificis adſtruit juriſdictionem Ordinariam Eccleſiaſticam Capituli Cathedralis Tornacenſis, anno 1423.

Artinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Decano & & Capitulo Eccleſiæ Tornacenſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Inter cætera, quibus ex ſuſcepti regiminis onere vigilantius intendere nos convenit, hoc ſummopere cupimus ut debemus, noſtris efficere temporibus, quod Eccleſiarum omnium, quarum nobis cura generaliter eſt commiſſa, & in eis, divinis deditarum laudibus perſonarum, ſtatus proſperetur ubilibet, poſſintque ipſæ præſervari à noxiis, & votivis, favente Domino, proficere jugiter incrementis.

S. Celeſtinus vixit anno 1294.

Dudum ſiquidem, pro parte veſtrâ, felicis recordationis, Celeſtino Papæ quinto Prædeceſſori noſtro, expoſito, quòd nonnulli, qui nomen Domini in vanum recipere non formidabant, vos & Eccleſiam veſtram, ſuper poſſeſſionibus & aliis bonis ad Eccleſiam ipſam ſpectantibus multipliciter impetebant & moleſtabant, dictus Prædeceſſor volens vobis & eidem Eccleſiæ, contrà talium præſumptorum audaciam, per oportunæ proviſionis auxilium ſubvenire, per ſuas Litteras, univerſitati veſtræ Authoritate Apoſtolicâ indulſit, ut in omnes manifeſtos invaſores, occupatores, raptores & prædatores bonorum ejuſdem Eccleſiæ, voſque ſeu dictam Eccleſiam indebitè moleſtantes, niſi canonicè à vobis moniti, ſatisfactionem de iis exhiberent competentem, poſſetis liberè, ſive Clerici ſive Laïci forent, appellatione remotâ, Cenſuram Eccleſiaſticam exercere.

Et ſi tales, ſano uſi conſilio, ſuper iis ſatisfactionem hujuſmodi ducerent impendendam. prolatas propter hoc à vobis in ipſos Sententias, juxtà formam Eccleſiæ relaxare, pro ut in ipſis Litteris pleniùs continetur.

Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte veſtrâ, petitio continebat, vos pro eo, quod Indulto & Litteris ejuſmodi, longo temporis tractu, poſteà uſi non fuiſtis, eis, illorumque effectui dubitetis eſſe detractum, & ſi ipſi contrà invaſores, occupatores, raptores, prædatores nec non moleſtatores prædictos, & ſimiliter circà quoſlibet alios, qui vobis veſtræque juriſdictioni ſubditi, & à Dominio ac juriſdictione Epiſcopi Tornacenſis pro tempore exiſtentis, liberi exemptique ſunt, quotiens illorum exceſſus id exegerint, Indulto uti poſſetis, exindè veſtris ac dictæ Eccleſiæ ſtatui & indemnitatibus provideretur evidenter.

Nos itaque veſtris in hâc parte ſupplicationibus inclinati, vobis, ut etiam deinceps, invaſores occupatores, raptores, prædatores & moleſtatores, aliàs juxtà dictarum Literarum continentiam atque formam, nec non legitimis ſubſiſtentibus cauſis, præviâque monitione Canonicâ in ſubditos præfatos, ſimilem cenſuram exercere, & quas in illos, per vos promulgari contigerit pro tempore Sententias, poſtquàm ipſi, ſuper illis, pro quibus hujuſmodi fuerint irretiti Sententiis, congruè ſatisfecerint, in formâ præmiſſâ relaxare liberè ac licitè valeatis, Authoritate prædictâ, tenore præſentium indulgemus, non obſtantibus tractu temporis hujuſmodi, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ Conceſſionis infringere, velei auſu temerario contraire. Si quis autem attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Idibus Septembris, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

CAPUT CCII.

Eugenius IV. Pontifex per Bullam, anno 1437 datam, & ab ejus Deputatis Executioni mandatam, decernit bona & proventus Præpoſituræ Collegii Canonicorum D. Amati Duaci Menſæ Capitulari in perpetuum uniendos eſſe; reſervatâ tamen Præpoſito ejuſque Succeſſoribus annuâ penſione congruâ.

Ex Archivis Capituli Sci. Amati.

UNIverſis & ſingulis Chriſti fidelibus, quorum intereſt, vel intererit, quoſque infra-ſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuſcumque nominibus cenſeantur, aut quâcumque præfulgeant dignitate.

Turrianus de Prællis in Jure Canonico Licentiatus, Hoſpitalarius & Canonicus Eccleſiæ Toruacenſis, Executor ad infraſcripta omnia, cum venerabili & magno ac circumſpecto Viro Domino Præpoſito Eccleſiæ Atrebatenſis noſtro in hac parte Collegâ, cum illâ clauſulâ, quatenos vos vel alter veſtrûm à à ſanctâ Sede Apoſtolicâ ſpecialiter deputati, ſalutem in Domino, & mediantibus noſtris hujuſmodi primordiis, Apoſtolicis firmiter obedire Litteris SS. in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Eugenii divinâ providentiâ Papæ quarti, quas ejus verâ Bullâ plumbeâ in cordulâ canabis more Romanæ Curiæ impendente bullatas, ſanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, non abraſas, non abolitas, nec in aliâ ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, nobis per honorabilem Virum Dominum Guilielmum Turpin Diaconum Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Amati de Duaco Atrebatenſis Diœceſis, venerabilium & circumſpectorum Virorum Decani & Capituli Eccleſiæ Sancti Amati de Duaco, ipſis Litteris Apoſtolicis nominatorum. Procuratorum, & dicto procuratorio nomine præſentatas, Nos eâ quâ decuit reverentiâ recepiſſe noveritis, hujuſmodi ſub tenore:

EUgenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Præpoſito Atrebatenſis, & Thurriano de Praellis Canonico Tornacenſis Eccleſiarum, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Romanus Pontifex, quem Eccleſiarum omnium regimini divina pertulit miſeratio, ad illa ſuæ ſollicitudinis aciem merito convertit, per quæ Eccleſiarum ipſarum, illarum præſertim, quæ immediatæ ſubjectionis Privilegio Romanæ ſubſunt Eccleſiæ, quaſque perſonarum in eis antea præſidentium improvida vigilia miſerandè deformari reliquit, votivæ valeat reſtitutioni conſuli, earumque priſtinam adminiſtrationem, prout ipſis, temporum conditione penſatâ, congruè proſpicit in melius reformando. Sanè pro parte dilectorum filiorum Decani & Capituli Eccleſiæ ſancti Amati de Duaco eidem Romanæ Curiæ immediate ſubjectæ, Atrebateoſis Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat,

Quod licet Præpoſitus pro tempore exiſtens ejuſdem Eccleſiæ ſancti Amati omnia & ſingula ſtructurarum & ædificiorum reparationis, necnon veſtimentorum, ornamentorum Eccleſiaſticorum & fere omnium aliorum ad divinum officium ibi celebrandum opportunorum proviſionis onera, juxta ipſius Eccleſiæ Statuta, Privilegia & Conſuetudines ſupportare teneator; adeo tamen propter nonnullorum Præpoſitorum, qui antea fuerunt ejuſdem Eccleſiæ abſentiam, aut ipſorum vel ſuorum Procuratorum negligentiam, onera ſuccreverunt antedicta, quod ad illa debitè reſtauranda Præpoſituræ ipſius Eccleſiæ fructus, redditus & proventus, aliis ipſius ſupportatis oneribus vix ſufficere poſſent; quodque de reſtauratione ipſorum & proviſione nulla ſpes ſupereſt, niſi univerſa onera cum fructibus, redditibus & proventibus hujuſmodi ad Menſam Capitularem ejuſdem Eccleſiæ, congruâ ſuper omnibus illius emolumentis Præpoſito hujuſmodi reſervatâ penſione transferantur & convertantur. Quare pro parte Decani & Capituli, aſſerentium quod fructus, redditus & proventus Præpoſituræ hujuſmodi quadringentarum librarum Pariſienſium, ſecundùm communem eſtimationem, valorem annuum non excedunt, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Præpoſitum pro tempore exiſtentem ab oneribus hujuſmodi abſolvere, nec non illa cum eiſdem fructibus, redditibus & proventibus, domibus ac dominiis, ſuperioritatibus ac juribus, juriſdictionibus, releviis, homagiis, confiſcationibus & emolumentis ſingulis ad Menſam præfatam ad uſum ſupportationis onerum prædictorum transferre & convertere, ac ſuper illius proventibus dilecto filio Radulpho Majoris, moderno, pro ſuo ſtatu decenter tenendo trecentarum; aliis verò dictæ Eccleſiæ Præpoſitis pro tempore exiſtentibus centum & quinquaginta librarum ſimilium ſummam in perpetuum annis ſingulis per Decanum & Capitulum prædictos perſolvendam reſervare, conſtituere & aſſignare de be-

dignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos igitur Eccleſiarum omnium integritati ſtatuique proſpero conſulere cupientes, ac de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi Supplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus Vos, vel alter veſtrûm ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis & eorum circumſtantiis univerſis Authoritate noſtrâ vos diligenter informetis. Et ſi per informationem hujuſmodi præmiſſa veritate ſubniti repereritis (ſuper quo veſtras conſcientias oneramus) poſtquam ad id expreſſus præfati Radulphi acceſſerit conſenſus, omnia & ſingula onera, nec non fructus, redditus, proventus, domos, dominia, ſuperioritates, jura, juriſdictiones, relevia, homagia, confiſcationes & emolumenta hujuſmodi ad Præpoſituram ipſam quomodolibet pertinentia, domo clauſtrali eidem Eccleſiæ propinquâ & ab antiquo ad uſum Præpoſiti deputatâ, eidem Præpoſituræ, cum reparationibus & oneribus aliis omnibus conſuetis remanente dumtaxat exceptâ, & aliis abſque tamen honoris & præeminentiæ ipſius pro tempore exiſtentis Præpoſiti, ac juris de quibuvis Canonicatibus & Præbendis ac beneficiis aliis Eccleſiaſticis, quorum collatio, proviſio, præſentatio, ſeu quævis alia diſpoſitio ad ipſum Præpoſitum quomodolibet competit, diſponendi præjudicio, eâdem Authoritate ad Menſam præfatam pro uſu & ſupportatione ſupradictis, transferatis, convertatis & commutetis. Nec non ſummas videlicet trecentarum pro ſtatu Radulphi, ut præmittitur, ducendo quoad vixerit, & centum quinquaginta librarum hujuſmodi prædictæ Eccleſiæ pro tempore, ut præfertur, Præpoſitis exiſtentibus præfatas ſuper univerſis ejuſdem Menſæ proventibus per eoſdem Decanum & Capitulum in locis ac terminis per vos ſtatuendis, ſub excommunicationis & aliis pœnis & Cenſuris Eccleſiaſticis aliiſque cautionibus & ſecuritatibus, de quibus vobis melius videbitur, annis ſingulis perpetuo ſolvendas reſervetis, conſtituatis pariter & aſſignetis Authoritate ſupradictâ:

Ita quod ex tunc liceat Decano tunc exiſtenti & Capitulo hujuſmodi per ſe vel per alium ſeu alios fructuum, reddituum, provenruum, domorum, dominiorum, ſuperioritatum, jurium, juriſdictionum, relevio rum, homagiorum, confiſcationum & emolumentorum Præpoſituræ hujuſmodi, collatione tamen quorumcumque Beneficiorum ac domo clauſtrali prædictis dumtaxat (ut præfertur) exceptis, corporalem poſſeſſionem authoritate propriâ apprehendere, ac illa in ſuos & onerum prædictorum ſuſtentationem, ejuidemque Eccleſiæ utus convertere pariter & retinere cujuſvis licentiâ ſuper hoc minimè requiſitâ; non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non Statutis & conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quâcumque firmitate aliâ roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, pridie idus Septembris, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo. 1437.

Poſt quorum quidem Litterarum Apoſtolicarum præſentationem & receptionem nobis & per nos, ut præmittitur, ſignificatas, fuimus per Dominum Procuratorem, procuratorio, quo ſupra, nomine debitâ cum inſtantiâ requiſiti, quatenus ad Executionem dictarum Litterarum Apoſtolicarum & contentorum in eiſdem procedere dignaremur, juxta traditam ſeu directam à Sede Apoſtolicâ nobis formam.

Nos igitur Thurrianus de Prælis Hoſpitalarius Tornacenſis Executor antefatus, volentes Mandatum Apoſtolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, de ſuper contentis in dictis Litteris Apoſtolicis veritatem requiſivimus, & informationem fecimus diligentem. Et quia per Inquiſitionem hujuſmodi ex fide dignorum teſtimonio, deputationibus, aliiſque informationibus deſuper, ut præmittitur, factis, habitis & receptis, comperimus & nobis legitime innotuit, quòd Præpoſitus pro tempore exiſtens ejuſdem Eccleſiæ ſancti Amati de Duaco, omnia & ſingula ſtructurarum & ædificiorum reparationis, nec non veſtimentorum, ornamentorum Eccleſiaſticorum, & fere omnium aliorum ad Divinum officium in dictâ Eccleſiâ ſancti Amati celebrandum opportunorum proviſionis onera, juxta ejuſdem Eccleſiæ Statuta, privilegia & conſuetudines ſupportare teneatur. Quòdque propter nonnullorum Præpoſitorum, qui antea fuerunt ejuſdem Eccleſiæ, abſentiam ab eâdem, aut ipſorum aut ſuorum procuratorum negligentiam onera adeo ſuccreverunt ante-dicta, quòd ad illa debitè reſtaurranda Præpoſituræ ipſius Eccleſiæ ſancti Amati fructus, reditus & proventus ad reſtaurationem & reparationem ſtructurarum & ædificiorum, nec non veſtimentorum & ornamentorum Eccleſiaſticorum prædictorum ejuſdem Eccleſiæ, aliis ipſius Præpoſituræ ſupportatis oneribus, vix ſufficere poſſint. Quodque de præmiſſorum reſtauratione, ſive proviſione nulla ſpes ſupereſt, niſi univerſa onera cum fructibus, reditibus & proventibus hujuſmodi ad Menſam Capitularem ejuſdem Eccleſiæ, congruâ ſuper omnibus illius emolumentis Præpoſito hujuſmodi reſervatâ penſione transferantur & convertantur. Et quòd fructus, reditus & proventus Præpoſituræ hujuſmodi quadringentarum Librarum Pariſienſium ſecundum communem Eſtimationem volorem annuum non excedant, & omnia alia & ſingula in dictis Litteris Apoſtolicis contenta & deſcripta veritate fulciri: idcirco

Idcirco omnia & ſingula onera, nec non fructus, reditus & proventus, domos, dominia ſuperioritates, jura, juriſdictiones, relevia, homagia, confiſcationes, & emolumenta hujuſmodi Præpoſituræ & ad ipſam Præpoſituram quomodolibet pertinentes, ſeu pertineotia, Domo Clauſtrali Eccleſiæ propinquâ & ab antiquo ad uſum Præpoſiti deputatâ, eidem Præpoſituræ cum reparationibus & oneribus aliis omnibus conſuetis remanente dumtaxat exceptâ. & alias abſque honoris & præeminentiæ ipſius pro tempore exiſtentis Præpoſiti ac juris de quibuſvis Canonicatibus & Præbendis, & Beneficiis aliis Eccleſiaſticis, quorum collatio, proviſio, præſentatio ſeu quævis alia diſpoſitio ad ipſum Præpoſitum quomodolibet competit diſponendi præjudicio.

Authoritate Apoſtolicâ, quâ fungimur in hac parte ad Menſam Capitularem præfatam de ipſius Magiſtri Radulphi beneplacito & voluntate, & qui in omnibus, metu & & dolo ceſſantibus, ſponte & ex ſuâ certâ ſcientiâ ſuum præbuit conſenſum pariter & aſſenſum, tranſtulimus, convertimus & commutavimus, transferimus, convertimus & commutamus tenore præſeotium Litterarum.

Penſio 300 librarum, ac poſtmodum 140 libr.

Summaſque, videlicet trecentarum librarum Pariſienſium Venerabili Viro Magiſtro Radulpho Majoris Præpoſito moderno pro ſtatu ſuo ducendo, quoad vixerit, annis ſingulis, duobus terminis, videlicet Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti & Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ in Tornaco, nec non centum & quinquaginta librarum Pariſienſium ſimilium ipſis pro tempore exiſtentibus Præpoſitis, vel eorum procuratoribus ad hoc legitimè conſtitutis, ſuper omnibus hujuſmodi menſæ proventibus, per eoſdem Decanum & Capitulum dictæ Eccleſiæ ſancti Amati in Oppido de Duaco prædictæ Atrebatenſis Diœceſis, per æquales partes ſeu portiones ſingulis annis in duobus terminis, videlicet in Purificationis B. Virginis & Nativitatis ſancti Joanois Baptiſtæ feſtivitatibus ſub pœnis, cenſuris & ſententiis iofraſcriptis in perpetuum perſolvendas eâdem Authoritate Apoſtolicâ reſervavimus, conſtituimus pariter & aſſignavimus; reſervamuſque, conſtituimus & aſſignamus.

Et erit primus terminus ſolutionis medietatis dictæ ſummæ 300 librarum Pariſienſium dicto Magiſtro Radulpho Præpoſito per eoſdem Decanum & Capitulum faciendæ, in feſto Nativitatis Domini proximè venturo, quia dicti Decanus & Capitulum fructus hujuſmodi Præpoſituræ Auguſti proximè elapſi ex cenſâ annuâ habitâ jam receeperunt & levaverunt.

Ita quod ex tunc liceat Decano tunc exiſtenti & Capitulo hujuſmodi per ſe vel per alium ſeu alios fructuum, redituum, proventuum, domorum, dominiorum, ſuperioritatum, jurium, juriſdictionum, releviorum, homagiorum, confiſcationum & emolumentorum Præpoſituræ hujuſmodi, collatione tamen quorumcumque Beneficiorum, ac Domo Clauſtrali prædictis dumtaxat (ut præfertur) exceptis, eorporalem poſſeſſionem authoritate propriâ apprehendere, ac illa in onerum prædictorum ſuſtentationem, fabricæque ejuſdem Eccleſiæ uſus convertere pariter & retinere, cujuſvis licentiâ ſuper hoc minimè requiſitâ. Quibus tamen ſub pœnâ excommunicationis in ſingulares, qui culpabiles forent, & ſuſpenſionis in Capitulum ac Interdicti ſententiis infrà-ſcriptis in Eccleſiam, inhibemus ne dictis fructibus & emolumentis ſupradictis aliter vel ad alios uſus diſponant, quamdiu circa retentionem, reparationem vel refectionem aut veſtimentorum proviſionem ſeu aliorum onerum Præpoſituræ hujuſmodi incumbentium ſupportationem aliquid neceſſarium aut evidenter utile reſtabit peragendum, ſine quo ſcandalum, ruina, vel deformitas fabricæ, ædificiis, vel veſtimentis Eccleſiæ immineret, vel alias Eccleſiæ non ſervaretur condecens honeſtas.

Statuentes, ut ſingulis annis ad dictos reditus & emolumenta colligendos & recipiendos, illoſque in hujuſmodi onera convertendos per præfatos Dominos Decanum & Capitulum, aliquis idoneus, prudens & fidelis eligatur; qui juret prædicta fideliter adimplere, & ſuæ villicationis ſingulis temporibus computuum rationem & reliqua reddere juramento adſtringatur: non obſtantibus omnibus & ſingulis illis, quæ prædictus Dominus noſter Papa in ſuis Litteris Apoſtolicis præinſertis voluit non obſtare.

Quæ omnia & ſingula in eis contenta vobis omnibus ac ſingulis ſupra dictis & præfatis Dominis Præpoſito Decano & Capitulo antedictis communiter & diviſim intimamus, inſinuamus & notificamus, & ad veſtrum & cujuſlibet veſtrum atque ipſorum Decani & Capituli notitiam deduc imus & deduci volumus per præſentes. Et nihilominus dictos Dominos Decanum & Capitulum dictæ Eccleſiæ ſancti Amati Duacenſis eâdem authoritate tenore præſentium requirimus & monemus primò, ſecundò, tertiò & peremptoriè, eique in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis infrà ſcriptis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſingulis annis Magiſtro Radulpho Præpoſito moderno quoad vixerit, trecentarum librarum Pariſienſium, & aliis pro tempore exiſtentibus Præpoſitis ſen eorumdem legitimis procuratoribus centum & quinquagiota librarum Pariſienſium ſimilium in perpetuum per æquales portiones in loeis & terminis ſuperius per nos conſtitutis & ordinatis, ſummas prædictas ſuper nniverſis ejuſdem Menſæ Capitularis proventibus per nos reſervatas, juxta præfatarum noſtrarum reſervationis, conſtitutionis & aſſignationis vim, continentiam atque formam, efficaciter perſolvant & aſſignent, ac integrè provideant de eiſdem.

Monemus inſuper modo & formâ præmiſſis, vos omnes & ſingulos, nec non Dominos Decanum & Capitulum antedictos & quos,

cumque alios tam Eccleſiaſticos quàm ſæculares, cujuſcumque ſtatûs, Ordinis, conditionis, vel dignitatis exiſtant, aut eorum quemlibet, diſtrictius inbibendo eiſdem, ne præfato Domino Præpoſito moderno quominus detrecentis quoad vixerit, & pro tempore exiſtenti Præpoſito ejuſdem Eccleſiæ aut eorumdem procuratoribus de centum & quinquaginta libris Pariſienſibus prædictis ſingulis annis in perpetuum locis & terminis ad hoc per nos conſtitutis & ordinatis, ut præfertur, ſatisfaciant, & integre perſolvant, impedimentum aliquod præſtetis, præſtet ſeu præſtent, per vos vel eos aut alium ſeu alios publicè vel occultè, directe vel indirectè, quovis quæſito colore, aut ipſum Præpoſitum modernum ſeu alios pro tempore exiſtentes Præpoſitos impedientibus detis, det, ſeu dent conſilium vel favorem: ſed in omnibus & per omnia hujuſmodi noſtris mandatis, procurationique Apoſtolicæ pareatis, pareat & pareant, intendatiſque, intendat & intendant realiter & cum effectu prout decet.

Quod ſi forte præmiſſa omnia & ſingula non adimpleveritis, non adimpleverit, ſeu non adimpleverint, ipſique Dominus Decanus & Capitulum dictæ Eccleſiæ ſancti Amati de Duaco prælibato Domino Præpoſito moderno quoad vixerit de trecentis aut aliis in poſterum ejuſdem Eccleſiæ Præpoſitis pro tempore exiſtentibus aut eorum procuratoribus legitimis pro eis de centum & quinquaginta libris Pariſienſibus prædictis ſingulis annis in perpetuum non ſatisfaciant in locis & terminis per nos conſtitutis, præſertim realiter & cum effectu;

Nos in omnes & ſingulos ſupradictos, ipſoſque Decanum & Capitulum & quoſcumque alios in præmiſſis delinquentes & generaliter in contradictores, impedientes, inobedientes aut alias delinquentes quoſlibet & rebelles ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc ſingulariter in ſingulos ſupradictos, ipſoſque Decanum & Capitulum & quoſcumque alios, Canonicâ monitione præmiſſâ, excommunicationis & in dictum Capitulum Eccleſiæ ſcilicet ſancti Amati de Duaco ac quæcumque Capitola in his delinquentia ſuſpenſionis à Divinis & in ipſam ſancti Amati & aliorum quorumcumque delinquentium Eccleſias interdicti Eccleſiaſtici pœnas Auctoritate Apoſtolicâ antedictâ ferimus in his ſcriptis & promulgamus.

Clauſulæ Executoriales.

Cæterum cum ad Executionem præmiſſorum ulterius faciendam nequeamus perſonaliter intereſſe, pluribus aliis arduis negotiis legitimè præpediti, univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis tam Cathedralium, quam Collegiatarum Canonicis, Parochialium Eccleſiarum Rectoribus & locatenentibus, earumdem Plebanis, Viceplebanis, Vicariis perpetuis, Altariſtis & Capellanis, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Tabellionibus & Notariis publicis quibuſcumque per civitatem & Diœceſim Atrebatenſem & alias quibuſlibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum, ſoper ulteriori executione dicti mandati Apoſtolici, atque noſtri ulteriùs faciendi, tenore præſentium committimus plenariè vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus revocandas & datam harum ſerie facultatem.

Quos Nos etiam & eorum quemlibet eiſdem authoritate & tenore requirimus & monemus primò, ſecundò, tertiò & peremptoriè, eiſque & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœnâ, quam in eos & eorum quemlibet ſi ea, quæ in iis in hac parte committimus & mandamus, diſtulerint aut negexerint contumaciter adimplere, infrà ſcriptâ Canonicâ monitione præmiſſâ ferimus in his ſcriptis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum terminum, poſtquam pro parte dicti Præpoſiti moderni & pro tempore exiſtentium Præpoſitorum ſuper hoc fuerint requiſiti, ſeu eorum alter fuerit requiſitus, immediate ſequentem, quem terminum eis & eorum cuilibet pro omni dilatione & Canonicâ monitione aſſignamus.

Ita tamen quòd in his exequendis alter eorum non expectet, nec unus pro alio ſe excuſet ad dictos Dominos Decanum & Capitulum Eccleſiæ ſancti Amati de Duaco, omnesque alios & ſingulos quorum intereſt vel interit aut quoſcumque infrà ſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, perſonæque & loca alia de quibus expediens fuerit & pro parte Præpoſiti dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentis, ſuper hoc fuerint requiſiti, ſeu eorum alter fuerit requiſitus, perſonaliter accedant ſeu accedat, & præfatas Litteras Apoſtolicas & hunc noſtrum Proceſſum, omniaque & ſingula in eis contenta dictis Dominis Decano & Capitulo, ac vobis & aliis omnibus ac ſingulis ſupradictis communiter & diviſim intiment, notificent, inſinuent & publicent, ac legi, intimari, inſinuari & notificari fideliter procurent.

Præfatoque Domino Radulpho Præpoſito moderno quoad vixerit de trecentis, & aliis pro tempore exiſtentibus Præpoſitis ſeu eorumdem legitimo procuratori pro eis per dictos Dominos Decanum & Capitulum de centum & quinquaginta libris Pariſienſibus præfatis juxta conſtitutionem, reſervationem & aſſignationem noſtras antedictas, earumque continentiam atque formam ſingulis annis in perpetuum locis & terminis ſupradictis efficaciter perſolvi & aſſignari faciant & procurent & de eiſdem plenarie & integrè reſponderi, ſub pœnis & cenſuris ſuperius expreſſatis, aliaque omnia & ſingula nobis in hac parte commiſſa faciant, & fideliter exequantur, juxta traditam ſeu directam à Sede Apoſtolicâ nobis formam.

Ita tamen, quòd ipſi Subdelegati noſtri in præjudicium Præpoſiti dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentis, & juris ſui nihil valeant

attemptare, neque in proceſſibus per nos habitis & in eis contentis, nec ſententiis per nos latis aliquid ſuſpendendo vel abſolvendo commutare, in quibus omnibus & aliis, quæ eidem Propoſito moderno, ſeu pro tempore exiſtentibus Præpoſitis nocere poſſent, eis aut eorum cuilibet poteſtatem omnimodam denegamus. Et ſi contingat eos ſuper præmiſſis in aliquo procedere de quo nobis poteſtatem plenariam reſervamus, non intendimus propter hoc Commiſſionem noſtram hujuſmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione ipſâ ſpecialem & expreſſam faciamus mentionem.

Nempè Præpoſito Atrebatenſi in Bulla Papæ nominato.

Per Proceſſum autem noſtrum hujuſmodi non volumus nec intendimus noſtro in hac parte Collegæ in aliquo præjudicare, quominus ipſe, ſervato tamen hoc noſtro Proceſſu, poſſit in huſmodi Executione procedere ulterius, prout ſibi viſum fuerit expedire. De dictis autem Litteris Apoſtolicis & hoc noſtro Proceſſu mandamus fieri Copiam præfato Magiſtro Radulpho Præpoſito moderno, ac eam petentibus & habere volentibus, petentium quidem ſuis ſumptibus & impenſis.

Contrarium verò facientes, præfatis noſtris Sententiis, prout in biſce ſcriptis latæ ſunt, ipſo facto volumus ſubjacere. Abſolutionem verò omnium & ſingulorum qui præfatas noſtras ſententias aut earum aliquam incurrerunt, ſeu incurrent, revocandi, nec non & facultatem interpretandi & declarandi dubia ſi quæ circa præmiſſa vergerent, nobis vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes Litteras ſeu præſens publicum Inſtiumentum hujuſmodi noſtrum in ſe continentes ſeu continens per Notarium publicum Scribamque noſtrum in hac parte inſtà ſcriptum fieri, ſubſcribi & ſignari ac Sigilli noſtri fecimus appenſione communiri.

Datum & actum Tornaci quoad præſentationem & receptionem Litterarum Apoſtolicarum præinſertarum, requiſitionemque de ipſarum Executione factam, ac aſſenſum præfati Magiſtri Radulphi Præpoſitum & adhibitum in Domo habitationis ejuſdem, Indictione primâ ſecundum modum ſcribendi in partibus Gallicanis, die vero duodecimâ menſis Decembris, horâ quartâ vel quaſi poſt prandium ejuſdem diei Pontificatûs præfati Domini Noſtri Eugenii Papæ quarti anno ſeptimo, præſentibus ibidem venerabilibus & diſcretis viris Dominis Joanne Aubril Presbytero Altarum Sedium Eccleſiæ Tornacenſis Capellano,

Joanne & Gervaſio Aubril Fratribus Clericis Tornacenſis,

Joanne Brye, & Joanne Hannes Clericis Ambianenſis Diœceſium.

Et quoad tranſlationem, reſervationem, aſſignationem, decretumque, monitiones, pœnarum fulminationes ac ſubdelegationem in Domo habitationis noſtræ ſitâ in viâ Canonicorum, nobis inibi pro Tribunali ſedentibus, anno, indictione, menſe, die verò decima tertiâ ejuſdem menſis, horâ quartâ vel quaſi, & Pontificatûs prædictis, præſentibus ibidem diſcretis Viris Dominis Magiſtro Nicolao de ſancto Hilario in Decretis Licentiato, Canonico,

Guilelmo ſh Egnous &

Joanne Aubril prædicto Presbytero, Capellanis Altarum Sedium Eccleſiæ Tornacenſis, ac dicto Gervaſio Aubril, & Adam Tournemines Clericis, Tornacenſis prædictæ & Laudunenſis Diœceſium, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter ac rogatis.

Et Ego Balduinus Carris Presbyter Tornacenſis publicus Apoſtolicâ & Imperiali authoritate, venerabiliſque Curiæ Epiſcopalis Tornacenſis juratus Notarius, nec non venerabilis & circumſpecti Viri Domini & Magiſtri Thurriani Judicis & Executoris ſuprà ſcripti in hac parte & coram eo Scriba.

Et quia dictarum Litterarum Apoſtolicarum præſentationi, receptioni, tranſlationi, reſervationi & præſtationi conſenſûs, decretoque, monitionibus & pœnarum fulminationibus atque ſubdelegationi prædictis, cæteriſque præmiſſis omnibus & ſingulis, dum, prout ſupra cribuntur per dictum Dominum judicem & executorem & coram eo agerentur, decernerturque & fierent, una cum prænominatis teſtibus præſens fui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, idcirco has præſentes Litteras, ſeu præſens publicum Inſtrumentum hujuſmodi proceſſus, ſeu decretum in ſe continentes ſive continens de ejuſdem Domini judicis & executoris Mandato confeci, manuque alienâ, me interim præpedito, fideliter ſcriptas ſive ſcriptum in hanc publicam formam redegi, ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum appenſione Sigilli præfatæ Domini judicis & executoris, hîc me propriâ manu ſubſcribendo ſignavi & roboravi in validitatem, teſtimonium, veritatemque præmiſſorum requiſitis & rogatis;

Has quatuor dictiones ſcilicet *reparationis nec non veſtimentorum & ornamentorum* ſupra interlineatas, non vitio ſed errore poſitas, ſub eodem ſigno approbantes.

Litteras Originis atque Fundationis Eccleſiæ Collegiatæ S. Amati Duaci exhibuimus in Supplemento ad Opera Diplomatica Miræi Tomo II. pag. 1358 & ſequentibus: nempe Diploma Philippi I. Francorum Regis datum anno 1076, quod à ſe viſum confirmarunt anno 1351 Joannes I. & anno 1366 Carolus V. Reges Francorum. Accedunt in eodem Supplemento Diploma Gerardi II. Cameracenſis Epiſcopi Fundationem præfati Capituli S. Amati recenſentis ac confirmantis anno 1081. Item Bulla Paſchalis II. Pontif. ſuper eodem argumento, datâ 1104.

Ab erecta Academia Duacenſi, Præpoſitus S. Amati conſtitutus fuit perpetuus ejuſdem Cancellarius, per Bullam Pii IV. Pont. quam vide in Miræo pag. 238.

CAPUT CCIII.

Philippus Bonus, Brabantiæ atque Burgundiæ Dux, incorporationem Parochialium Eccleſiarum de Dynther & Heeze, in favorem Eccleſiæ Sti. Joannis Sylveducenſis, Apoſtolicâ authoritate factam, ſuo Placito manit, anno 1441.

Ex Archivis Capituli Cathedralis Sylvaduc.

PHilippus Dei gratiâ Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ Dux, Flandriæ, Arthesiæ, Burgundiæ Palatinus, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Namurci Comes, Sacrique Imperii Marchio, nec non Phrisiæ, de Salinis & Mechliniæ Dominus; univerſis & ſingulis præſentibus & futuris, ad quos præſentes noſtræ Litteræ pervenerint, ſalutem.

Cum ſuper rebus de novo editis, licet de ſe bonis & gratis Deo, obſtrui non valeant de facili ora loquentium iniqua, qui etiam ſeminare ſæpius non verentur quæ ſunt veritati longinqua: unde frequenter contingit innocentes abſque ipſorum culpa gravari; & SS. in Chriſto Pater & Dominus Noſter Eugenius Divinâ providentiâ Papa quartus per ſuas Litteras Apoſtolicas more Romanæ Curiæ bullatas Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo, XII kal. Februarii Pontificatûs ſui anno decimo datas, ob cauſas motiva & rationes in eiſdem declaratas, ad Noſtras, Venerabilemque Virorum Decani & Capituli Eccleſiæ Sti. Joannis Evangeliſtæ Oppidi noſtri de Buſcoducis, Leodienſis Diœceſis, quòd in Ducatu noſtro Brabantiæ conſiſtit, inſtantias ſingulares atque preces, de Dinther & Hees, dictæ Leodienſis Diœceſis, noſtri Ducatûs, Parochiales Eccleſias cum omnibus Juribus & pertinentiis ſuis univerſis, Menſæ Capitulari dictæ Eccleſiæ noſtræ ad uſum & opus diſtributionum quotidianarum pro ipſius Eccleſiæ Canonicis & perſonis divinis inibi pro tempore intereſſentibus officiis, in perpetuum duxit graciosè incorporandum uniendum & annectendum, prout hæc & alia in ſupra dictis Litteris Apoſtolicis deſuper confectis pleniùs continentur.

1440.

Ad noſtrum quoque pervenit auditum, quod nonnulli pacis æmuli & proſperitatis dicti Capituli invidi, non quæ Dei, ſed quæ ſua ſunt quærentes, hujuſmodi incorporationes & uniones ne ſortirentur effectum perturbare, ſive infringere non abnuentes, ipſas de obreptione & ſurreptione, quantum in eis eſt arguere & accuſare molientes, inter cætera (pareat eis Altiſſimus) ſiniſtrè tamen auſi ſunt dicere, & in medium producere, prout & ipſi aliique forſan aſſerere impoſterum vellent, Nos de impetratione Incorporationis Eccleſiarum prædictarum nil penitus ſcire debere; licet nomine noſtro ſint obtentæ: quin-imo Decanum & Capitulum ſupradictum, noſtro ſine ſcitu & conſenſu, prælibato Domino noſtro Papæ ſupplicationes deſuper ad libitum ſuum porrexiſſe.

Nos igitur, ut ad lucem & claritatem deducantur, quæ per talium ſuggeſtionem & aſſertionem, licet falſam, ad nihilum deduci, & in dubium verti valeant, tractu quoque temporis contingere poſſet, quod dictis Decano & Capitulo Juris ſuper his probandi facultas non adeſſet, in magnum eorum præjudicium & gravamen;

Hinc eſt, quod Nos ad futuram rei memoriam, & ad ferendum veritati rectam fidem, ne in futurum ſimulatio præjudicet veritati, notum facimus per præſentes, Voſque & veſtrûm quemlibet certificamus, quòd Nos à modo præviſati, & proborum ſreti conſilio, ac certis, juſtis & rationabilibus cauſis animum noſtrum ad hoc moventibus;

Et ſignanter quia in prælibata Eccleſia noſtra XXX Præbendæ pro totidem Canonicis ſunt fundatæ; quarum Collatio ſeu Præſentatio & omnimoda diſpoſitio ad Nos tanquam Ducem Brabantiæ, & præfatos Decanum & Capitulum alternativis vicibus ſpectare dignoſcitur, quarum reditus ſatis tenues cognovimus fore & exiles; opportunitati & neceſſitati eorumdem providere cupientes; Collatio Præbendarum

Ex certa noſtra ſcientia pro Incorporationibus Eccleſiarum de Dinther & de Hees ſupratactarum, ad opus Menſæ Capitularis Eccleſiæ noſtræ S. Johannis prælibatæ modo præmiſſo conſequendis, nedum per alias noſtras certi tenoris Litteras, ſed per Ambaxiatam noſtram ſolemnem & notabilem prædicto SS. Domino noſtro Papæ duximus humiliter ſupplicandum;

Adeo quod ad preces noſtras ſingulares, idem ſanctiſſimus Dominus noſter in hoc condeſcendit & annuere habuit, aliàs, ut putemus, id nullatenus facturus, requirendo & hortando, quatenus ſi contrarium Vobis aut veſtrûm alicui ſuggeſtum fuerit, aut in poſterum fortaſſis ad aures veſtras contingat deferri, nullam delatoribus hujuſmodi iniquitatis filiis adhibere velitis fidem creditivam.

Quin-imo rogamus & exhortamur, ut ſupradictis per nos certificatis & atteſtatis in Romana Curia, & extra in judicio, & alibi, fides

fides plenaria abſque aliquo ſcrupulo ſeu titubatione adhibeatur.

In cujus rei teſtimonium præſentes noſtras Litteras inde fieri, noſtrique Sigilli ad perpetuam rei memoriam juſſimus appenſione communiri.

Datum Bruxellæ, menſis Auguſti die ſextâ, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo.

Super plicam ſcriptum erat. Per Dominum Ducem, præſentibus vobis de Conſilio; Raſſine Domino de Heverlé, Wilhelmo Borchgravio de Montenaken, Domino Joanne, dicto, Magnus, *Subſcriptum:* De Dynter.

CAPUT CCIV.

Joannes de Burgundia Cameracenſis Epiſcopus conſentit anno 1443 in Incorporationem Eccleſiarum de Erps, Brecht, Boom & Schelle ad opus Canonicorum ſecundæ Fundationis in Eccleſia D. Petri Lovanii.

Ex Archivis Eccleſiæ Metropol. Mechlin.

JOannes de Burgundia, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Cameracenſis, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum nuper præſentatis Nobis pro parte Honorabilium Virorum, nobis in Chriſto dilectorum, Burgimagiſtrorum, Scabinorum & Conſulum Oppidi Lovanienſis, & per Nos cum ea, quâ decuit, reverentia receptis & viſitatis Litteris Apoſtolicis per SS. Dominum noſtrum D. Eugenium Papam modernum, ad ſingularem ſupplicationem & inſtantiam Illuſtriſſimi Principis & Domini mei metuendi, D. Philippi Ducis Burgundiæ & Brabantiæ &c. conceſſis, de, & ſuper Incorporatione fructuum certarum Eccleſiarum Parochialium, videlicet de *Erps*, de *Brecht*, de *Boeme*, & de *Schelle*, in noſtra Cameracenſi Diœceſi ſituatarum, ad opus, profectum & utilitatem certorum Venerabilium Patrum DD. Doctorum & Magiſtrorum, qui in Venerabili Univerſitate Studii in dicto Oppido Lovanienſi in Facultatibus requiſitis legent futuris temporibus, ut eſt moris, prout hæc & alia in ipſis Litteris Apoſtolicis, (quas hîc haberi volumus pro inſertis) pleniuscontinentur.

Fuimus pro parte eorumdem Burgimagiſtrorum Scabinorum & Conſulum dicti Oppidi Lovanienſis debitâ cum inſtantia rogati & requiſiti, quatenus hujuſmodi Incorporationi dictarum Eccleſiarum ſub noſtra Juriſdictione conſtitutarum, noſtrum Autboritate Ordinariâ noſtrâ præbere vellemus conſenſum pariter & aſſenſum.

Hinc Nos eidem venerabili Univerſitati Studii Lovanienſis (in quâ noſtra ſumpſimus exordia) pium geſtantes favorem; volentes etiam Eccleſiæ noſtræ Cameracenſi pro poſſe providere, ne propter noſtrum favorem in ſuis juribus diſpendia patiatur; maturâ ſuper præmiſſis cum conſilio Juriſperitorum præhabitâ deliberatione, hujuſmodi ſupplicationi dicti Oppidi, & ipſius Almæ Univerſitatis commoditati favorabiliter inclinati, Incorporationem dictarum Eccleſiarum de *Erps*, *Brecht*, quantum in Nobis eſt, noſtrum præbemus conſenſum pariter & aſſenſum.

Salvo tamen, & cum proteſtatione per Nos ad hoc ſolemniter emiſſâ, quod Præſentationes & Inſtitutiones Vicariorum, præfatis Eccleſiis nobis ſubditis, ſecundum tenorem dictarum Litterarum Apoſtolicarum, inſtituendorum, qui in dictis Parochialibus Eccleſiis & qualibet earumdem, pro divino officio exercendo, & animarum curâ adimplendâ Sacramentalibus Eccleſiaſticis adminiſtrandis, & Juribus Epiſcopalibus dictæ Eccleſiæ noſtræ perſolvendis, perſonalem facient reſidentiam; in perpetuum ad illos ſpectabunt & pertinebunt, ad quos ante Incorporationem prædictam ſpectare ſolebant.

Quodque iidem Vicarii Nobis & Succeſſoribus noſtris in omnium punitione, correctione ac ſubjectione, ac etiam in omnibus Juribus Epiſcopalibus, Viſitatione ſcilicet, expenſis Synodalibus, & in Cathedratici & aliis oneribus per Rectores Eccleſiarum hactenus ſuſtentatis, & per alios Curatos nobis ſubditos deinceps ſuſtentandis, adſtricti maneant & obligati.

Et præcipuè, quod Eccleſiæ noſtræ Cameracenſi, in recognitionem abſtractionis fructuum dictarum Eccleſiarum nobis ſubditarum, in perpetuum quolibet anno in feſto Remigii ex fructibus cujuſlibet Eccleſiarum per dictas Litteras Apoſtolicas incorporandarum, percipiet, habebit & levabit unum denarium aureum, vulgariter *Saluyt*, Monetæ Regis Franciæ nuncupatum, vel ejus valorem in alia bona & competenti moneta, curſum & valorem in Curia noſtra Cameracenſi habentem, Sigillifero noſtro Cameracenſi pro tempore exiſtenti.

Ultra tamen ea, quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ Cameracenſi prædictæ ante Incorporationem ſpectare & pertinere ſolebant.

Et quod eiſdem Vicariis dictarum Eccleſiarum Nobis ſubditarum, & (ut præmittitur) incorporandarum, tam abundè ultra ſti-

pendia ſuorum obſequiorum & onerum, ut præmittitur, ſuſtinendorum provideatur, quod ipſi Vicarii Nobis & Epiſcopis Cameracenſibus pro tempore exiſtentibus & eorum Sigilliferis poterunt abſque ſui detrimento competenter ſatisfacere de aureis denariis prædictis.

Nos etiam volumus & proteſtamur per præſentes, quod ipſi Vicarii ad ſolutionem dicti denarii Nobis & Succeſſoribus noſtris faciendam ex inſtitutione eorundem teneantur & ſint adſtricti.

Proviſo etiam, quod ſi, & in quantum hujuſmodi Incorporatio quoad Beneficia ſub Diœceſi Leodienſi conſtituta in eadem comprehenſa, ſunm minimè ſortiatur effectum, eo caſu præſentes noſtri conſenſûs Litteræ & omnia in eis contenta conſimiliter nullius erunt roboris, vel momenti, omnibus fraude dolo ſeu captione ſecluſis.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras fecimus Sigillo noſtro roborari.

Datum Bruxellæ noſtræ Diœceſis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, die ultimo menſis Februarii.

Vide inter Diplomata Miræi pag. 896 novæ Editionis Bullam Eugenii IV. Pontificis quâ anno 1443 Capitulum ſecundæ Fundationis in præfata Eccleſia D. Petri Lovanii erexit, ad augmentum Studii generalis: nempe decem Canonicorum, quorum duo ſunt S. Theologiæ Profeſſores Ordinarii, totidem SS. Canonum, legum Civilium, Medicinæ, nec non Ethices & Rhetorices Chriſtianæ è Facultate Artium. Vide item Notas adjunctas.

CAPUT CCV.

Statuta Vicariorum Generalium Tornacenſium pro Decantatione Horarum Canonicarum per XV. Capellanos in Eccleſia B. Mariæ Virginis Sluſis in Flandria anno 1446.

Ex Archivis Epiſcop. Brugenſis.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis Vicarii generales in ſpiritualibus & temporalibus Reverendi in Chriſto Patris & Domini, D. (1) Johannis miſeratione divinâ Tornacenſis Epiſcopi, nuoc abſentis, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem.

Ad ea libenter intendimus, per quæ Eccleſiæ dicto Reverendo Patri ſubjectæ, & illarum perſonæ, ſublatis inde diſpendiis, votivæ directionis ope fruantur, ac proſperis jugiter proficiant incrementis.

Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte Beneficiatorum & Officiatorum Parochialis Eccleſiæ B. Mariæ de (2) Sluſa Tornacenſis Diœceſis ſupplicationis ſeries continebat, quòd licet ab olim Curatus, Capellani & Cuſtos ipſius Eccleſiæ ſalubri ducti devotionis deſiderio, ad Dei laudem divinique cultûs augmentum diſpoſuiſſent & ordinaſſent uſque ad numerum duodecim perſonarum & non ultra, Horis Canonicis cæteriſque Divinis Officiis in dicta Eccleſia decantandis cum habitu decenti intereſſe adſtringi, nonnullis aliis honeſtis & pro præmiſſorum continuacione admixtis Ordinationibus, quæ per Venerabilem Virum Officialem Tornacenſem tunc fuerunt approbatæ;

Poſtmodum vero certæ aliæ Ordinationes à bonæ memoriæ quondam Reverendo in Chriſto Patre Domino Johanne de Thoyſiaco dum vixit Epiſcopo Tornacenſi circa mores & vitam, geſtumque & habitum ipſorum Beneficiatorum & Officiatorum, ac modum habendum circa Divina Officia celebranda pulſationeſque fiendas in Eccleſia ſupradicta, emanaſſent;

Tamen Ordinationes hujuſmodi ob ipſarum nimium rigorem ſive rigiditatem converſæ ſunt in deſuetudinem, & tanquam inſupportabiles & abolitæ remanſerunt & penitus habentur pro derelictis. Propter quod in ipſa Eccleſia ordo frequenter confunditur, & poſſet inpoſterum in magnum ipſius Eccleſiæ & Miniſtrorum ejuſdem diſpendium redundare.

Quare pro parte eorundem Beneficiatorum & Officiatorum Nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hiis congruè providere vellemus.

Nos itaque honeſtas ipſorum ſupplicationes hactenus in dicta Eccleſia factas cum cæteris additamentis quæ ipſi ſupplicantes nobis communicarunt diligenti examinatione recenſuimus. Et tandem pront ſecundum Deum, ſalubrem quoque atque felicem Eccleſiæ prædictæ, nec non in ea divinis pro tempore lau-

(1) JOANNES DE CHEVROT, ex Archidiacono Eccleſiæ Rothomagenſis & Canonico Cameracenſi, creatus Epiſcopus Tornacenſis circa annum 1438; obiit 1460.

(2) SLUSA, Oppidum inſigniter munitum ac portus Flandriæ, verſus mare è regione Inſularum Zelandiæ; olim ſub Epiſcopatu Tornacenſi, modo ſub Brugenſi. A ſeſqui-ſæculo ſubeſt Fœderatis Batavorum Ordinibus, qui illic Franconatum particularem, à Brugenſi diſtinctum, inſtituerunt, ac prorſus omne Catholicæ Religionis exercitium ibidem rigoroſè interdixerunt.

Proinde, ut pateat, qualis olim fuerit ibidem Orthodoxæ Fidei ſervor, Diploma hoc addendum judicavimus.

dibus insistentium personarum statum vidimus expedire, aliquibus ex ipsis Ordinationibus velut nimis rigidis seu insupportabilibus suppressis, vel in parte mutatis, novas inibi fecimus de cætero vigere, decrevimusque Ordinationes quæ sequuntur.

Imprimis etenim ordinamus quòd sicut alias salubriter dispositum & ordinatum extitit, ita deinceps in dicta Ecclesia boræ decantentur Canonicè. Quodque cum ad hoc necessarii sint Ministri competentes, illo habito respectu, quod redditus proventus & bona ad hoc deputati & deputata aliqualiter creverint, & dante Domino & Christi fidelium elargitione magis poterunt augeri; de cætero Curatus, Capellani perpetui, Custos & Rector Scholarum dictæ Ecclesiæ, pro tempore apud dictam Ecclesiam residentes, cum supplemento aliorum notorum & idoneorum Presbyterorum loco absentium & deficientium Capellanorum quindecim dumtaxat, ipsis Curato Capellanis perpetuis residentibus, Custode & Rectore Scholarum in hujusmodi quindenario personarum numero comprehensis, dictum divinum Officium debitè & devotè persolvant; prædicto Curato in hujusmodi numero pro duobus, & suo Capellano, primo gratiosorum Officiatorum, pro uno computatis:

Similiter nominatione, electioneque, institutione & admissione personarum hujusmodi loco absentium & deficientium perpetuorum Capellanorom, Custodis & Rectoris Scholarum, tantummodo ipsis Curato & Capellanis perpetuis qui pro tempore residebunt, reservatis, Quibus perpetuis Beneficiatis residere volentibus præfati assumpti & electi, assumendique & eligendi, tamquam aliorum loca occudantes cedere inposterum teneantur.

Proviso, quod si forsan contingeret, redditus proventus & bona ad remunerationem laborum quindecim personarum deputatos & deputatas & deputata ex aliquâ causa vel occasione sive quocumque accidente vel negligentiâ diminui; eo casu licitum sit dictis Curato & perpetuis Capellanis residentibus dictarum quindecim personarum numerum diminuere, Horisque Canonicis pro toto anno cum sufficientibus & admortizatis redditibus perpetuis sub Choro, in Curati scilicet & dictæ Ecclesiæ perpetuorum Beneficiatorum Membris, cum quadraginta duobus grossis Monetæ Flandrensis pro quolibet die integraliter fundatis, & non alias, liceat eisdem Curato & Capellanis perpetuis residentibus unum adhuc notum & ydoneum Sacerdotem assumere & superaddere. Ita quidem quod tunc in toto eruntquindecim personæ numero, sexdecim verò lucro.

Quæ quidem personæ habitu talari decenti indutæ divinum Officium, ad quod ordinatæ sunt explentes, modestè & debitâ horâ cum habitu chorali convenient in choro dictæ Ecclesiæ, & extra, debitè persolvent. Quem habitum choralem nemini in dicta Ecclesia deferre liceat, nisi illi, quem per dictos Curatum & Capellanos perpetuos residentes, ad hoc assumi & admitti continget.

Distributiones seu pitancias principales & accidentales sive accessorias, emolumentaque & gratuitates debitas & gratiosas, & sub Mensa panperum seu Sancti Spiritûs & sub Ecclesia atque sub aliis quibuscumque fundatas, & nomine eorumdem dari solitas aut possessas, secundum Fundationes Litterarum spiritualium & temporalium, aut Registrorum antiqnorum & modernorum testimonia sive documenta, & in Choro & extra, & in Ecclesia & extra, ac in Hospitalibus infrà metas Parochiæ ipsius Ecclesiæ situatis, & alibi ratione cantûs & discantûs, & divisim & conjunctim graciosè impetratas aut supererogatas æqualiter percepturi & inter se divisuri.

Proviso, quòd absentes sine causa legitima, de præmissis distributionibus nichil percipient, sed præsentes & divinis interessentes absentium portiones proportionaliter inter se participabunt.

Item quòd Curatus & Cappellani perpetui dictæ Ecclesiæ volentes in ipsa Ecclesia veram facere residentiam, illam in Vigilia Nativitatis B. Joannis Baptistæ, anno in quo sic residere voluerint, publicè in Choro dictæ Ecclesiæ incboare teneantur. Alioquin pro illo anno residentes esse non poterunt: nisi perpetui Beneficiati residentes aliter super hoc duxerint indulgendum. Quod eis ex legitimâ causa facere licebit.

Declarationem vero & interpretationem causæ legitimæ & hujusmodi ac alterius cujuscumque ambiguitatis, circa præsentiam personarum hujusmodi penes prædictos Curatum & Capellanos perpetuos residentes seu eorum majorem vel saniorem partem volumus remanere.

Et nt in dicto divino Officio gravitas & modestia requisitæ debitis modis observentur circa ceremonias ejosdem Officii & mores in eo servandos ad-instar nonnullarum dictæ Ecclesiæ vicinarum Ecclesiarum, ordinamus, quod Custos Ecclesiæ intempestivè aut nimis breviter pulsans ad boras, subjaceat pœnæ 12 denariorum Parisiensium totiens quotiens.

Item quòd tempore divini officii longa colloquia, susurria, obloquia, contentiones, clamores, mutationes de uno latere ad aliud, appodiationes dum standum est, dormitationes, jactus candelarum, exprobrationes, deambulationes in choro vel extra, fieri prohibemus, sub pœnis decem denariorum Parisiensium.

Item insistere vel interesse probationibus carminum vel motetorum, seu alterius cujuscumque dum discuntur in choro tempore divini servitii nemini liceat, sub pœnis pitanciæ unius diei.

Item quod nemo tempore divini servitii potissimè in choro peragendi intret seu exeat chorum, aut veniat ante chorum sub turri infra quatuor pillaria, vel in Capellis Choro collateralibus compareat, nisi indutus totaliter habitu chorali, sub pœna lucri decem denariorum parisiensium.

Item quod eodem tempore tantum unus ſimul Chorum exire poterit, cauſâ legitimâ ceſſante rediturus in eundem infra ſpacium decantationis unius Pſalmi, ſub pœna duorum denariorum Pariſienſium, totiens quotiens.

Quod ſi per duos Pſalmos integros ſe abſentaverit, ut ſupra cauſâ ceſſante, ultra dictam pœnam lucrum pro tunc occurrens amittat. Et nihilominus officium inchoatum cum aliis præſentibus peragere erit obligatus. Excepto dumtaxat Curato cum ſuo Capellano reſidente, & eo abſente ipſius Vice-Curato; qui in Parochialibus exercendis caſu occurrente circa ipſa Parochialia ſemper habet vacare, & Parochianis ſervire, lucro ſuo chori ſemper manente illæſo.

Item quod tres primi Miſſarii, ſive in gremium Chori pittanciæ ſint admiſſi ſive non, viciſſim & non ſimul quotidie celebrent, ſub pœna 12 Denariorum Pariſienſium. Quod ſi in celebratione omnino deficiant, ultra ſalarium eis propter bujuſmodi celebrationes conceſſum & ordinatum, reſtituendum pro Miſſa celebranda, 20 denariorum Pariſienſium pœnam luant, Communitati Chori dictæ Eccleſiæ applicandam.

Item primus Miſſarius ſuam Miſſam indies celebrare vel celebrari facere ſit obligatus, eamdem inchoando in fine ſecundi pulſûs Matutinarum. Et ſecundus Miſſarius ſe induere ſit adſtrictus, celebraturus tempore quo primus ſe exuerit. Et ſic de tertio Miſſario reſpectu ſecundi. Similiter de quarto reſpectu tertii; ac de quinto reſpectu quarti, & ſic deinceps. Et hoc ſub pœna totalis pittanciæ unius diei, ſi ſint admiſſi ad eandem. Sin autem, pœnam in proximè præcedenti articulo declaratam luant, aut alter eorum luat.

Item ſi primus aut ſecundus Miſſarius vel alius celebraturus legere Horas tempore decantationis divini Officii voluerit, cum Presbytero ſive ſocio chori, in choro teneantur legere, & non extra: ſub pœna lucri præſentis tunc ſervitii, ſi ſit in diſtributione chori & ad habitum admiſſus.

Item quod in pittantias admiſſi & electi loco abſentium Capellanorum ratione diſcantûs, & ut cantu divinum decoretur officium, diebus Dominicis & feſtivis, ſe ab Eccleſia abſentare non præſumant licentiâ minimè petitâ & obtentâ: ſed divinis interſint. Et ante ſummam Miſſam eiſdem diebus celebreot. Ac in ſummâ Miſſa eiſdem diebus diſcantare, ſi ſciant, ſint adſtricti, ſub pœna privationis unius diei, cauſâ circa hoc ceſſante legitimâ.

Item quod raſura ab omnibus Eccleſiæ Presbyteris & Officiatis fiat ante primas Veſperas principalium & triplicium feſtorum ſub pœna 6 Denar. Pariſ. In quibus quidem feſtis in medio chori juxta antiquam conſuetudinem Antiphonæ, Reſpoſoria, Moteta & ſumma Miſſa ſolemniter eruot decantanda, ſub pœna proximè ſupradicta per quemlibet delinquentium, videlicet amiſſionis lucri Officii quod tunc celebratur, totiens quotiens ſolvendum. Ad quod tamen Officium peragendum delinquentes, ſi fuerint, manebunt adſtricti ſub pœnâ privationis unius diei.

Item quod Dyaconi & Subdiaconi ad miniſtrationem Miſſarum decantandarum, juxta antiquas conſuetudines hebdomadatim adſtricti, celebraturo eandem Miſſam, ipſum præcedentes ut decet, debitam faciant aſſiſtentiam, cum ipſo Altare accedentes dum opportunum & ſe paratum ad boc obſtulerit; & cum eodem in fine Miſſæ ad ſacriſtiam reverenter ab eodem Altari recedentes. Similiter Cantores honeſto & debito modo teneant Cantoriam; & boc juxta antiquas dictæ Eccleſiæ conſuetudines.

Nec Mioiſtri atque Cantores ſuis de locis deambulent per chorum, exeant vel recedant ab ipſo Choro. Neque calipodis aut cyrothecas ferant in præmiſſis, ſub pœna 6 denariorum Pariſ.

Item quod nemo Miſſam celebraturus ad Altare procedat, ſeu cantando Verſus, Reſponſorium, Alleluya, aut tractum in Miſſa, vel lectiones in Matutino ſeu Vigiliis miniſtret, cum chytothecis aut calipodis, ſub ſimili pœnâ.

Item quod Capellani & cæteri Presbyteri ab eis aſſumpti ad miniſtrationem Miſſarum teneantur ſervare horum. Solique duo Officiati, videlicet Cuſtos & Rector Scholarum ad Officium Cantoriæ obligentur: excepto quod in quindecim principalibus anni Feſtis Cantoriam ſervent viciſſim ſex Seniores Capellani bini & bini, ſi reſideant. Alioquin alii Presbyteri eorum loco aſſumpti.

Item quod dicti Capellani & aſſumpti ab eis Presbyteri Almutia choralia deferant de Schurleto: ſed Capellanorum perpetuorum, Capellani Curati reſidentis, qui inter gratioſos ſemper manet primus, & Viceſgerentis ejuſdem Curati almutia ſimiliter & cappæ foderentur vario: Aſſumptorum vero mercenariorum minuto ſchurleto. Cuſtoſque & Rector Scholarum ratione tantum Officiorum ſuorum pittanciis gaudentes, more inſtallatorum almutia portent nigra; Non Presbyteri, ſi & in quantum velint dictæ pittanciæ manere participes.

Item quia nemo cogitur militare propriis ſtipendiis, nemo teneatur ſervitiis intereſſe non fundatis: excepto quod in Eccleſia præſens, & proceſſionibus diei Aſcenſionis & Dominicalibus exinde ſubortis abſens ſivè celebret ſive non, expers lucri erit 4 denariorum Pariſ.

Item quod ad Aſperſorium ferendum per dictæ Eccleſiæ Curatum ſive Vice-Curatum gracioſè licentiatus tempore divini ſervicii cum ipſo aſperſorio ſe occupans, expers erit lucri præſentis officii quod tunc decantatur. Curatus vero & ſuus Capellanus, abſente ipſo Curato, omni tempore ipſum aſperſorium ferre poterit requiſitus, & Deum pru vivia

&c

& defunctis exorare : cui hoc facere incumbit ex præmiſſis.

Item quod ſolis liceat Curato & Capellanis perpetuis, ſeu eorum majori parti, committere & deputare, deſtituere & revocare miniſtros ydoneos ad habendam & faciendam cum eiſdem Recepturam & computum dictorum bonorum, reddituum, proventuum & emolumentorum, & ad diſtributionem eorumdem, prout eis videbitur expedicns & opportunum : eùm receptione juramenti eorumdem.

Item quod dictæ perſonæ ad exercitium dicti officii aſſumptæ & electæ, aſſumendæque & eligendæ de Statutis hujuſmodi obſervandis, in Beneficiatorum ipſas admittentium & eligentium manibus ſolemne præſtare teneantur juramentum : qui de ſupplemento ceremoniarum non expreſſarum, & ſi quæ deficiant ordinandarum, de cætero licentiam habeant & poteſtatem.

Item quòd ipſi Curatus & cæteri Beneficiati ejuſdem Eccleſiæ, unà cum Cuſtode & Rectore Scholarum Congregationem inter ſe habere poterunt in ſanctuario vel alio loco honeſto ſuper cauſis & negotiis Chori, Eccleſiam & ceremonias ejuſdem concernentibus : aliis in eadem Eccleſia non Beneficiatis ſæcluſis. Nemoque intereſſens eorum Congregationi ibi concluſa aut relata revelet, ſub pœna ſex librarum Pariſienſium, Curiæ Tornacenſi & dictæ Eccleſiæ Beneficiatis mediatim applicandarum. Ea autem quæ provenient de defectibus & pœnis delinquentium, tantum Communitati Chori applicentur.

Inſuper correctiones & privationes lucri aut perſonarum delinquentium in Choro aut contra ejus ceremonias, ne idem Chorus dicatur acephalus, per Curatum ſæpe dictæ Eccleſiæ, qui ejuſdem eſt Superior Rector & Caput, ſi reſidentiam fecerit ; ſin autem, per ſuum locum tenentem aut vicegerentem, dictum Curatum repreſentantem, unà cum ſeniori & provectiori Capellano reſidente fieri volumus & ordinamus ; deſuper eiſdem poteſtatem & authoritatem concedentes & dantes per præſentes, Salvâ tamen ſuperioritate dicti Reverendiſſimi Patris & ſuorum Succeſſorum.

Quòd ſi quis correptus vel privatus per ipſum Curatum ſi reſederit, vel alios prædictos ipſo abſente de ſua in Choro negligentiâ factâ, coram Magiſtris Fabricæ aut aliquo eorum vel altero Laico (proprio relicto Ordinario) ſuper his querelam quæſtionem vel cauſam moverit contra eos aut eum, pœnam privationis habitûs choralis incurrat octo per dies. Ad quem deponendum & dimittendum ſine conditione ille ſit obligatus, ſub integrali per præfatum aut præfatos pittanciarum privatione.

Item ne de cætero defraudentur perſonæ ante-dictæ viâ facti aut vi detentionis de laboris ſui, præmio annuo deputando & fundando, ſicut quidam conati fuerunt deſtaudare ; ex tunc & deinceps dati eiſdem fundanda ad divinum Officium decantandum & ſub Magiſtris Fabricæ & Diſci pauperum ejuſdem Eccleſiæ iidem Magiſtri Fabricæ & Diſci pauperum etiam ſe obligent, eadem ſe pacificè annue daturos ad duos terminos conſuetos, ſcilicet Natalium Chriſti & Johannis Baptiſtæ perſonis ante dictis, ſeu eorum Receptori, coram Notario & Teſtibus. Alioquin omnes Horas & Anniverſaria decantanda de cætero non aſſumant, nec eas decantare præſumant, abſque præmiſſa eis facta obligatione.

Item transferre Horas fundatas de uno tempore ad aliud, etiam augere & diminuere lucra ad eaſdem fundata, eum pluries coincidant Horæ Canonicæ à diverſis fundatæ ; taotum ſit in diſpoſitione & dictamine dictorum Beneficiatorum. Qui Laïcorum Ordinationibus in ipſos alioſque Sacerdotes & Officiatos dictæ Eccleſiæ factis vel fiendis minimè ſubjaceant ſeu obtemperent : ſed eas velut caſſas & irritas penitus habeant & reputent ;

Poteſtate dicto Reverendiſſimo Patri ejuſque Succeſſoribus Epiſcopis Tornacenſibus pro tempore exiſtentibus hujuſmodi Ordinationes revocandi, mutandi, corrigendi, augendi & diminuendi, toties quoties, ac prout & quemadmodum viſum fuerit expedire, pœnitus reſervatâ.

Verum quia parum prodeſſet Ordinationes condere, niſi ſervarentor : id-circo Curato, Capellanis perpetuis, Cuſtodi & Rectori Scholarum cæterisque perſonis ſæpe dictæ Eccleſiæ Stæ. Mariæ in Sluſa præſentibus & futuris harum Serie damus in mandatis, ac ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis firmiter & diſtrictè præcipientes mandamus, quatenus præmiſſas Ordinationes omnes & ſingulas grato ſuſcipientes affectu, in antea ſtudeant inviolabiliter obſervare.

Et ne quis de eiſdem ignorantiam prætendere valeat, volumus & præcipimus, ipſarum Copiam in Choro ejuſdem Eccleſiæ in Tabula lignea poni & affigi.

In cujus rei teſtimonium, Sigillum Vicariatûs Officii dicti Reverendiſſimi Patris præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum & actum Tornaci anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, Menſis Septembris die viceſimâ ſecundâ. 1446

CAPUT CCVI.

Nicolaus V. Pontifex Capitula & Eccleſias ſecundarias Diœceſis Leodienſis eximit à juriſdictione Ordinariorum anno 1451, iiſdemque Conſervatores Privilegiorum conſtituit

NIcolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati Monaſterii S. Laurentii extra muros Leodienſes, & SS. Apoſtolorum Colonienſis, & S. Joannis Trajectenſis Eccleſiarum Decanis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Quoniam refrigeſcente caritate multorum, adeo iniquitas abundavit, ut quorumdam ſuccenſa velut ignis impietas contra Eccleſias ac perſonas Eccleſiaſticas tantò validius inflammetur, quantò rariores, qui eas tueantur contra pravorum incurſus invenit objectores;

Nos, quibus ex debito paſtoralis Officii ipſarum Eccleſiarum perſonarumque ſollicitudo curaque incumbit, ibi fortiùs inſurgere cogimur, ubi impiorum iniquitas magis & periculoſius exardeſcit. Sane dilectorum Filiorum Decanorum Capitulorum ſingulorumque Canonicorum ac perſonarum Collegiatarum Civitatis & Diœceſis Leodienſis Eccleſiarum conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique Eccleſiarum Prælati, & Clerici, ac Eccleſiaſticæ perſonæ tam Religioſæ quam ſæculares, nec non Duces, Marchiones, Nobiles, Comites, Barones, & Laici, Communia Civitatum, Univerſitatum, Oppidorum, Caſtrorum, Villarum & aliorum locorum, ac aliæ ſingulares perſonæ Civitatum & Diœceſion partiumque diverſarum, contra laudabiles conſuetudines à tanto tempore, cujus contrarii memoria hominum non exiſtit, inviolabiliter obſervatas, nec non Privilegia, Indulta, exemptiones, libertates, immunitates & franchiſias, ipſis Decanis, Capitulis, Canonicis, Perſonis & Eccleſiis in genere vel in ſpecie, etiam à Sede Apoſtolica conceſſa, temerè venientes, ipſos & dictarum Eccleſiarum ſuppoſita communiter & diviſim, eò fortius & graviùs impugnare præſumant, ac majores moleſtias & jacturas eis inferre, ... quò per illa ſint donati majori libertati.

Quare pro parte eorumdem Decanorum, Capitulorum, Canonicorum perſonarum & ſuppoſitorum Nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut cum eis valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad præfatam Sedem habere recurſum, providere ipſis ſuper hoc paternâ diligentiâ curaremus.

Nos igitur adverſus præſumptores, moleſtatores injuriatores hujuſmodi, illo volentes eiſdem Decanis, Capitulis, Canonicis, perſonis & ſuppoſitis, remedio ſubvenire, per quod temeritas ipſorum compeſcatur, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur;

Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Vos, vel duo aut unus veſtrûm, per Vos, vel alium, ſeu alios, etiam ſi ſint extra loca, in quibus depntati eſtis Conſervatores & Judices, præfatis Decanis & Capitulis, Canonicis, perſonis & ſuppoſitis, communiter vel diviſim, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eos, vel eorum aliquem contra conſuetudines & franchiſias, ac Privilegiorum, Indultorum, Exemptionum, libertatum, & immunitatum hujuſmodi formas & tenores, à prædictis vel quibusvis aliis indebitè moleſtari, vel eis gravamen vel injurias irrogari.

Facturi dictis Decanis, Capitulis, Canonicis, perſonis & ſuppoſitis, cum ab eis vel Procuratotibus ſuis, aut eorum aliquo deſuper fueritis requiſiti, de quibuſlibet moleſtiis, gravaminibus atque injuriis præſentibus & futuris: in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, ſummariè & de plano, ſine ſtrepitu & figurâ judicii; in aliis vero prout qualitas eorum exegerit, juſtitiæ complementum;

Præſumptores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi, nec non contradictores quoſlibet & rebelles, cujuſcumque dignitatis, ſtatûs, & gradûs, ordinis, conditionis, præeminentiæ vel nobilitatis forent, quandocumque & quotieſcumque expedierit, Authoritate noſtrâ per Cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris remedia, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo: invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis:

Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII Prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne quis extra ſuam civitatem & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices & Conſervatores à Sede prædicta deputati, extra Civitatem & Diœceſin, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, ſeu alii vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam diætam à fine Diœceſis eorumdem trahere præſumant, dummodo ultra duas diætas aliquis Authoritate præſentium non trahatur. *Et cætera omnia prout in aliis ſimilibus Bullis.*

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. CCCC. LI., Pontificatûs noſtri anno quarto.

Similem Bullam in favorem eorumdem Capitulorum edidit anno 1473 Sixtus IV Pontifex, item anno 1508 Julius II Pont. qui præter Abbatem S. Laurentii Leodii & Decanos S. Joannis Leodii & SS. Apoſtolorum Coloniæ, quos Nicolaus & Sixtus Pontifices eiſdem velut Conſervatores Privilegiorum aſſignaverant, adjunxit Abbatem S. Michaelis Antverpiæ & Decanos S. Gudulæ Bruxellis & S. Petri Lovanii.
Acceſſit anno 1514 Bulla Leonis X ejuſdem argumenti, item ad omnes haſce Bullas anno 1526 Placetum Caroli V Cæſaris.

CAPUT CCVII.

Prior Generalis Majoris Carthuſiæ concedit licentiam erigendi novam Carthuſiam, in loco dicto Scheut, *juxtà Bruxellam, anno* 1454.

Ex Archivis Carthuſiæ Bruxell.

FRater Franciſcus, humilis Prior Domûs Majoris Carthuſiæ, cæterique Definitores Capituli generalis Ordinis Carthuſienſis, Venerabilibus in Chriſto Fratribus Domorum Capellæ, Antverpiæ & Gandavi Prioribus ſalutem, & per meritum obedientiæ vitam conſequi ſempiternam.

Cum ex relatione nobis facta per præfatum venerabilem Priorem Gandavi, ac per ſcripta prædicti Prioris Capellæ pereepimus, quòd Rectores Oppidi Bruxellenſis divinâ inſpiratione commoti ſummè deſiderent Domum noſtri Ordinis à novo conſtruere & edificare in loco, qui dicitur Noſtra Domina de Gratia, ubi pro nunc intelleximus Capellam bene notabilem & Ordini bene conſonam jam fore conſtructam & reliqua loca circumvicina multum fore apta & convenientia pro conſtructione Domûs noſtri Ordinis Carthuſienſis.

Quamobrem ad tam notabile propoſitum dictorum Rectorum exequendum & ad effectum perducendum, confiſi de veſtris ſolertibus diligentiis, Vobis & veſtrûm cuilibet in ſolidum committimus, præcipimus & mandamus, quatenus viſis præſentibus, vos aut unus veſtrûm ad dicta loca & alia opportuna transferatis, & eum diligenti executione ipſa loca viſitetis. Quæ ſi apta fuerint & Ordini noſtro convenientia, illa nomine noſtro acceptetis & recipiatis.

Deinde cum auxilio, conſilio & juvamine dictorum honorabilium Virorum Rectorum præfati Oppidi Bruxellenſis, dictam Domum conſtrui & edificari incipiatis, & quantum Dominus donaverit ad finem debitum perducatis. Nos enim in hac parte vices noſtras vobis committimus.

Datum Carthuſiæ, ſedente dicto Capitulo noſtro generali, ſub Sigillo ejuſdem. Anno Domini M. CCCC.LIV. dieque 21 menſis Maii. 1454.

CAPUT CCVIII.

Calixtus III Pontifex pro meliori Statu Eccleſiæ Collegiatæ S. Gummari Liræ in Brabantia, & pro augenda dote miniſtrorum ejus, anno 1455 *ibidem quinque Capellanias ſupprimit.*

Ex Archivis Capituli Lirani.

CAlliſtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Abbati Monaſterii S. Michaelis Antverpienſis, Cameracenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Injunctum Nobis, licet immeritis, deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officium mentem noſtram excitat & inducit, ut ad ea, per quæ Eccleſiaſticarum perſonarum, præſertim divinis ſervitiis in Collegiatis Eccleſiis quotidie inſiſtentium quarumlibet opportunitatibus conſulatur, ipſarumque Eccleſiarum honor & decentia procuretur, operoſis ſtudiis & remediis paternaliter intendamus.

Sane dilectorum Filiorum Decani & Capituli Eccleſiæ S. Gummari Lyrenſis, Cameracenſis Diœceſis petitio continebat, quod eum pro augmento divini cultûs ac venuſtate & decore ipſius Eccleſiæ, quæ inſignis eſt, novem Vicarii, duo hebdomadarii & quatuor Miniſtri Chori nuncupati in dicta Eccleſia in divinis deſervientes ordinati ſint, qui in eorum ſervitiis adeo exiguè fundati exiſtunt, quod in illis commode ſe ſuſtentare ac decenter gerere nequeant.

Et ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi perpetuæ Miſſæ Animarum & Stæ. Mariæ, ab antiquo & ſancti Nicolai nec non ſanctæ Agathæ & primæ Miſſæ, ſive cura Cappellaniæ in ipſa Eccleſia fundatæ, & ad collationem, proviſionem, præſentationem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Decani & Ca-

p tuli prædictorum pertinentes', Menſæ Capitulari ejuſdem Eccleſiæ unirentur, annecterentur & incorporarentur, ac earum (in cultu divino, ac aliàs ſupportatis oneribus) fructus, redditus & proventus ex illis exerescentes per Decanum & Capitulum præfatum eiſdem Vicariis, Hebdommadariis & Miniſtris, divinis Officiis in ipſa Eccleſia intereſſentibus, & cuilibet ſecundum habilitatem & ſervitium ſuum diſtribuerentur & aſſignarentur.

Ipſi Vicarii Hebdommadarii & Miniſtri ex hoc decentius ſuſtentarentur, idque ad decorem & venuſtatem Eccleſiæ veriſimiliter cederet ante dictæ.

Quare pro parte Decani & Capituli prædictorum, aſſerentium quod Capellaniarum hujuſmodi, quæ ſine cura ſunt fructus redditus & proventus 150 librarum Turonenſium parvorum, vel circa communem æſtimationem, valorem annuum non excedunt, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Capellanias ipſas Menſæ Capitulari præfatæ perpetuo unire, annectere & incorporare de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, ac fructus redditus & proventus dictæ Menſæ pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni Tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper prædictis omnibus & ſingulis, eorumque circumſtantiis univerſis, Auctoritate Apoſtolicâ Te diligenter informes: & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe reppereris (ſuper quo tuam conſcientiam oneramus) Capellanias ipſas cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis prædictæ Menſæ dictâ Auctoritate in perpetuum unias, incorpores & annectas.

Ita quod cedentibus vel decedentibus modernis ipſarum Capellaniarum Capellanis, liceat præfatis Capitulo corporalem realem & actualem Capellaniarum jurium-que & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem auctoritate propriâ liberè apprehendere, ipſiſque Capellaniis debitè deſervitis earum fructus redditus & proventus ſuper-excreſcentes in Vicariorum hebdommadariorum & Miniſtrorum juxta eorumdem habilitatem & dictorum Capituli diſcretionem uſus & utilitates convertere, Diœceſani loci & cujuſcumque alterius ſuper hoc licentiâ minimè requiſitâ.

Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Statutis & Conſuetudinibus dictæ Eccleſiæ, juramento, confirmatione Apoſtolica vel quacumque firmitate aliâ roboratis contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolicæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum.

Quas quidem Litteras ac proceſſus habitos per eadem, & quæcumque inde ſecuta, quoad dictas Capellanias volumus non extendi: ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Beneficiorum aliorum præjudicium gravari: & quibuſlibet aliis Privilegiis, Indultis, Gratiis, & Litteris Apoſtolicis generalibus & ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant; Per quæ præſentibus ad expreſſa vel toraliter non inſerta effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcumque totis tenoribus debeat in noſtris Litteris haberi mentio ſpecialis.

Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto: X Kal. Julii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Hæc Bulla eodem anno 1455 executionem plenariam ſortita eſt, per Abbatem S. Michaelis Antverpiæ Commiſſarium & Judicem Apoſtolicum.

Extat item alia Bulla Sixti, IV Pont. in Confirmationem præcedentis.

CAPUT CCIX.

Carthuſia B. M. V. de Gratia fundatur ac dotatur, annò 1456, in loco dicto Scheut, *ſub Parochia Anderlechtenſi juxta Bruxellam, per Magiſtratum Bruxellenſem; quòd Pius II Papa ſequente biennio confirmavit, juxta Bullam apud Miræum pag. 231.*

Ex Archivis Carthuſiæ Bruxell.

Univerſis & ſingulis præſentes Litteras viſuris aut audituris, Burgimagiſter, Scabini, & Conſules Oppidi Bruxellenſis ſalutem, cum notitia veritatis.

Sicuti nuper, videlicet 22 die Menſis Martii anno Domini 1454 ante Paſcha per Prædeceſſores noſtros Legiſlatores & per venerabiles Viros Conſiliarios Oppidi Bruxellenſis in notabili numero congregatos, unanimiter ordinatum & concluſum extitit, quod extra muros & intra libertatem dicti Oppidi, deſuper locum nominatum *Ten Schote*, in quo pauco effluxo tempore pulchra nova Capella B. M. de Gratia eſt conſtructa, ad Dei ejuſ-

Fundatio pro VII. Monachis.

cjuſdemque Genitricis bonorem & gloriam erigi, conſtrui & pro ſeptem Religioſis Fratribus Presbyteris primitus fundari deberet novum Monaſterium Carthuſienſe, in quantum Sanctiſſimus Dominus noſter Papa, aut Reverendiſſimus in Chriſto Pater Epiſcopus Cameracenſis conſentiret & approbaret, prout idem Dominus noſter Cameracenſis poſtmodum, videlicet 9 die Menſis Auguſti anno Domini 1456 conſenſit & approbavit, & etiam in quantum tres Priores, videlicet Capellæ juxta Angiam, Gandavi & Antverpiæ, ex parte Ordinis ad hoc conſtituti, ad hæc etiam ſuos adbiberent voluntatem & conſenſum, prout mane poſtea fecerunt, tranſportationem & aſſignationem bonorum hîc in ſerius narratorum, ad opus ejuſdem novi Monaſterii acceptando & recipiendo;

Sub tali videlicet libertate aceiſiarum & aliarum impoſitionum, qualem habent Capitulum Anderlechtenſe, Monaſterium Stæ. Claræ, & Monaſterium Stæ. Eliſabeth in Bruxella, aut alterum eorumdem, & ulterius ſub ordinibus talibus, formis, modis & eventionibus, quales per eoſdem noſtros Prædeceſſores deſuper ordinati ſunt & conventi, & hîc inferius extant repetiti.

Et prædictum novum Monaſterium, quòd primitus pro uno opere levi & emendabili inceptum extitit, nunc tam per apportum, charitates bonorum hominum, quam per illos 500 florenos Rhenenſes, quos Prædeceſſores noſtri, qui à regimine in Feſto Sti Joannis Baptiſtæ ultimò præterito receſſerunt, per ordinationem bonorum Virorum Conſiliariorum Oppidi, 27 die Menſis Aprilis ultimò præteritâ ad opus dicti novi Monaſterii dederunt & aſſignârunt, & per illos 100 alios florenos Rhenenſes, quos Nos pro utenſilibus & proviſionibus Cellarum dictæ novæ Domûs, nuperrime de bonis dicti Oppidi dedimus, jam ad talem ſtatum ſit perductum, quod in pro-Feſto Nativitatis B. M. Virginis ultimò præterito in prædicto novo Monaſterio (1) *Henricus de Loen*, qui à Prioratu Domûs Capellæ propè Angiam nuperrime ad preces noſtras per Patrem Carthuſiæ deoneratus, & in Rectorem prædictæ novæ Domûs ſeu novi Monaſterii eſt conſtitutus, & cum eo ſex (2) aliæ devotæ & notabiles perſonæ, Religioſi & Presbyteri Ordinis Carthuſienſis prædicti, ex diverſis Domibus eum uno Converſo & duobus Donatis venerint & ſint conſtituti, ſic mox ipſis in locum venientibus, ipſum prædictum locum apprehenderunt, & divinum Officium, & quod alias eorum Ordo requirit, inceperunt & aſſumpſerunt, quod quotidie valde honeſte & devotè proſequuntur, & Deo auxiliante deinceps continuabunt indies.

Hinc eſt, quod Nos, ad Dei ſuæque Benedictæ Matris gloriam & bonorem, prædictum Monaſterium eum omnibus Religioſis Converſis, Donatis & Familiaribus, qui in prædicto Monaſterio habitationem receperunt, ac qui in poſterum ibidem venient, & commorabuntur, cum omnibus nunc ac poſtmodum ad idem novum Monaſterium ſpectantibus, ac ſub noſtris diſtrictu ac poteſtate jacentibus, in noſtram ſpecialem protectionem & defenſionem ſuſcepimus;

Recognoſcentes, quod Nos eidem novo Monaſterio in ſequentia approbationem & conſenſum, quos prædictus noſter Dominus Cameracenſis ad preces noſtras, ad opus prædictarum Ordinationis & Fundationis, dedit & conceſſit, donavimus & aſſignavimus, & illa bona quæ hîc ſequuntur & ſubſcripta ſunt.

Videlicet imprimis domiſtadium cum domibus ſuperſtantibus, cum omnibus bonis mobilibus ad eandem Domum ſpectantibus, quibus quidam Fratres Sacciti morari conſueverunt & uſi fuerunt, ſicut Bruxellæ in longa via lapidea juxta ac retro Capellam Beatæ Mariæ Magdalenæ, in longum & latum prout ibidem ſituatum exiſtit, & dicti Fratres Sacciti illud inhabitare conſueverunt; De FF. Saccitis. Vide Miræi Diplom. pag. 231.

Item omnia bona hæreditaria & immobilia, actiones, jura, redditus ad hæc ſpectantes, quos ſeu quæ ab antiquis temporibus dicti FF. Sacciti tenere & poſſidere conſuevcrunt, valentes & aſcendentes pro eſtimatione occurrentis temporis annuatim bæreditariè ultra onus 10 modiorum ſiliginis, quæ tempore tranſacto per Oppidum pro reparatione prædictæ Capellæ B. M. Magdalenæ donata ſunt & aſſignata, & ultra onus duorum anſerum & unius obuli Domino Duci, annuatim exeuntium ad ſummam quatuor modiorum tritici, 81 modiorum ſiliginis, 15 modiorum avenæ ac 17 librarum unius ſolidi & 6 denariorum groſſorum Brabantiæ cum Litteris & ſcripturis ad prædicta bona ſpectantibus;

Item ultra præſcripta bona, ſunt dicto Monaſterio aſſignata & per noſtrum conſenſum collata, dicta Capella Noſtræ Dominæ de Gratia, eo tempore quo nondum extitit conſecrata, cum omni ſuo apportu ac omnis terræ reditus, domus, jocalia, mobilia & bona ad dictam Capellam ſpectantia, & omnia alia bona quæ ad opus dictæ Capellæ quovis modo empta & acquiſita fuerunt, cum omnibus ſuis

(1) Olim primus in Artibus Lovanii ac Fundator Pædagogii Porcenſis ibidem. Vide Valerii Andreæ Faſtos Academ. pag. 256.

Hinc Prior Carthuſianorum Lovanii hodieque eſt Proviſor Pædagogii Porcenſis, item Domûs Standonicæ & Collegii Trilinguis, & Con-Collator variarum Lectionum.

(2) Nempe dictus Henricus Loen, Gaſpar Stockius Lovanienſis, & Arnoldus Carmannius de Steenhuyſe, venerunt ex Carthuſia Capellæ. Ex Sylva Sti. Martini propè Gerardimontem Petrus de Caſteto Gandenſis. Ex Leodienſi Joannes de Bliſia. Ex Carthuſia Dieſtenſi Cornelius Blockius.

annexis, recognoſcentes pro Nobis & Succeſſoribus noſtris nullam amplius adminiſtrationem aut quidquid juris de prædictis bonis, ſeu eorum aliquibus habere vel retinere, quovis modo. Promittentes bonâ fide pro Nobis & dictis noſtris Succeſſoribus, quod Nos Fratribus dicti Monaſterii novi, qui ad præſens ibidem ſunt, aut in futurum venient, omnia prædicta bona, quantum in nobis eſt ſequi facimus, & eis uti permittemus pacifice & quiete, ſub modis & conditionibus contentis in principali Ordinatione hic immediatè ſubſequentibus & declaratis;

Videlicet primò, quod in prædicto Monaſterio pro nunc nec in futurum ultra numerum 20 Cellarum, nec ultra numerum 20 Religioſorum Presbyterorum ad omne magis ædificabitur; neque quis in eodem ut Religioſus Domûs animo ibidem commorandi recipietur. Et ſecundum hunc numerum, & non aliter, poterit ibidem Monaſterium amodo incipi, diſponi, ædificari & perfici; niſi de expreſſis voluntate & conſenſu Legiſlatorum Bruxellenſium & Conſiliariorum ejuſdem Oppidi pro tempore exiſtentium prædictus numerus Cellarum & Religioſorum augeretur.

Item quòd prædicti Religioſi, qui ad prædictum Monaſterium venerunt, ſeu impoſterum venient, nec aliquis alius ad eorum opus ultra bona Fratrum Sacceitorum & ea quæ prædicta Capella pro nunc habet, nunc nec impoſterum intra Oppidum, Libertatem aut Ammaniam Bruxellenſem, ſine unanimi conſenſu & voluntate Oppidi & Conſiliariorum ejuſdem, nulla plura bona immobilia, nec hæreditaries reditos emere poterunt, quam uſque ad ſummam 200 Denariorum Aureorum, dictorum *Reyders*, annuatim & hæreditariè, aut ejuſdem valoris ad opus Fundationis ſeptem novarum Cellarum.

Item caſu quo prædicti Religioſi prædicti Monaſterii impoſterum ultra Fundationem dictarum ſeptem Cellarum, aut pro eleëmoſyna, quæ ante portam pauperibus ſolet erogari, aliqua bona immobilia ſeu hæreditarios reditus intra Oppidum, Libertatem aut Ammaniam emerint ſeu emere voluerint, quod hoc etiam facere poterunt, ſicut aliæ Religioſæ Perſonæ & Monaſteria hujus Patriæ, ad quitationem videlicet Denarii pro 18, ac ſub onere precario Principis, & alio onere quo vicini contingit obligari.

Item quod Religioſi dictæ Domûs Carthuſienſis per ipſos nec per eorum Superiorem, nec vigore Privilegiorum, nec alias unquam impoſterum aliqua bona hæreditaria quæ FF. Sacciti nunc tenuerunt, vel circiter prædictam Capellam ſunt comparata, & quæ prædicti Carthuſienſes habebant, nullo modo poterunt vendere, alienare, onerare, ſubpignorare, nec permutare, pro quavis neceſſitate, nec pro aliqua utilitate, quæ ipſis, eorum Ordini aut Monaſterio inde poſſet advenire, ſine conſenſu, ſcitu & voluntate Legiſlatorum dicti Oppidi.

Item quod ad prædictum Monaſterium nunquam impoſterum aliquod opus ſeu ædificium habens notabilem firmitatem ſeu fortitudinem reſiſtendi porerit inchoari neque perfici, ſine ſcitu, voluntate & conſenſu Oppidi ſupradicti.

Et caſu quo ſupradicti Religioſi alias ad eorum prædictum Monaſterium aliquam talem ſtructuram facere ſeu carpentare voluerint, qualem habent alia Monaſteria eorum Ordinis circumvicina: tunc fieri facient & debebunt talem ſtructuram & carpentariam per Magiſtros eo tempore exiſtentes in officio latomorum vel carpentariorum in Bruxella, qui hoc facere tenebuntur pro precio & ſalario competenti, ſecundùm quod mutuo conveoient, vel ad ordinationem ſeu taxationem Legiſlatorum; ſalvo quod Donati & Converſi dicti Monaſterii ſine reprehenſione officiorum omnia talia & alia opera facere poterunt & ad ea adjuvare & ad opus dicti Monaſterii ſine fraude.

Item quod prædicti Religioſi, qui in prædicto Monaſterio nunc ſunt, aut in poſterum erunt commorantes, portam ſuam claudere tenebuntur quolibet die dimidiâ horâ ante clauſuram portarum Oppidi Bruxellenſis, & clauſam tenere, & de mane non poterunt eam aperire, niſi per dimidiam horam poſt apertionem jam dicti Oppidi.

Et ſi aliquis propterea ipſis aliquid mali vel oneris inſeerit vel impoſuerit verbo vel facto, illud reputabitur & corrigetur ſecundum quantitatem delicti, tanquam contra Oppidum perpetrati: niſi eſſet quod prædictum eorum Monaſterium pro eorum ope aut perſonis ad Ordinem ſeu prædictum eorum Monaſterium ſpectantibus, aut modo pro amicis Ordinis ſpecialibus aliquem intromittere vellet.

Item quod prædictum Monaſterium in perpetuum amodo obligatum erit & manebit prædictam ſuam Capellam noſtræ Dominæ de Graria honeſtè tenere & obſervare de omnibus refectionibus & indigentiis, & ſuis expenſis procurare, quod quâlibet die per annum deinceps in prædicta Capella Noſtræ Dominæ Miſſa celebrabitur per aliquem Fratrem, ſæcularem vel Religioſum Presbyterum, quem idem Monaſterium ordinare voluerit, vel modo per aliquem alium qui ex devotione propria vel ab aliis Chriſti Fidelibus ad hoc deputatus, ibidem celebrare vellet vel deberet.

Item quod Religioſi prædicti Monaſterii qui pro tempore erunt, pro ſpeciali recompenſatione & regratiatione hujus præſentis Fundationis; perpetuis temporibus erunt & manebunt obligati ad honorem Dei quolibet anno cum devotione ſolemniter, taoquam in Sto. Die Pentecoſtes, cum integro Conventu celebrare & decantare unam Miſſam.

Et quilibet Presbyter ad hoc diſpoſitus, niſi ad aliam Miſſam ex præcepto Ordinis fuerit adſtrictus, ſimiliter unam Miſſam Sti. Spiritûs

legere & celebrare tenebitur, ſemper videlicet in die electionis futurorum Scabinorum.

Et pari modo fiet ſolemnis Miſſa & Officium Sti. Spiritûs quolibet anno in Vigilia Sti. Joannis Baptiſtæ pro ſalute, bonore & concordia regiminis Oppidi Bruxellenſis anni futuri. Nec non quolibet anno in Feſto Sti. Huberti celebrabunt ſpecialem & ſolemnem Miſſam de Requiem cum pleno Officio: & quilibet Presbyter, qui dicto modo diſpoſitus fuerit, talem leget Miſſam de Requiem, qualem legere & celebrare tenetur ipſo Die Commemorationis Animarum, pro animabus omnium Incolarum Oppidi Bruxellenſis, qui pro tunc viam carnis univerſæ erunt ingreſſi.

Et ob hujuſmodi aſſignationem & Fundationem petimus & deſideramus Incolas hujus Oppidi pro nunc exiſtentes, & qui pro tempore erunt, participes fieri omnium Divinorum Officiorum & aliorum bonorum operum, quæ in prædicto novo Monaſterio Carthuſienſi vel per Fratres ejuſdem Monaſterii perpetuis temporibus fient & promerebuntur.

In cujus rei teſtimonium, Nos Magiſtri Civium, Scabini & Conſules prædicti, Sigillum Oppidi Bruxellenſis ad cauſas præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum XIV. die Menſis Octobris, anno Domini M. CCCC. LVI.

CAPUT CCX.

Pius II Pontifex concedit anno 1458 Capitulis Canonicorum Cathedralis & Collegiatarum Civitatis & Diœceſis Leodienſis jus eligendi Decanum de eorum cujuſque gremio.

Cunctis Orbis Eccleſiis diſponente Domino præſidentes, circa ipſarum, ac dignitatum earumdem ſtatum ſalubriter dirigendum ſollicitis ſtudiis vigilamus; eaſque ſic cupimus utilis noſtræ proviſionis ope dirigi, ut proſperis, auctore Domino, jugiter proficiant incrementis.

Cùm itaque, ſicut accepimus, Decanis Majoris, & Collegiatarum Eccleſiarum Civitatis & Diœceſis Leodienſis ut plurimum incumbat onus Capitulis Eccleſiarum ipſarum præſidendi, ac ſingula ad directionem Divini cultûs ſpectantia diſponendi, ac Majoritatem, & Prælationem quodammodo ſapientiâ faciendi, ad quæ non omnes, quos ſors obtulerit, ſed quorum induſtria merito comprobanda fuerit, aſſumendi ſunt viri idonei, qui ea ſciant debita cum decentia & gravitate, ac ipſarum Eccleſiarum venuſtate laudabiliter exercere.

Nos igitur, habito Eccleſiarum ipſarum decentiæ & venuſtatis reſpectu, cupienteſque ut ad Decanatus ipſos, quoties illos, pro tempore vacare contigerit, viri dumtaxat aſſumantur idonei, ſperanteſque quod perſonæ Eccleſiarum ipſarum, quæ illorum, cum quibus aſſidnè converſantur, mores per quotidianam experientiam cognoverunt, id ſcient facilè adimplere; Motu proprio, & non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate Apoſtolica & ex certa ſcientia tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus; ut ad Decanatus ipſos, quoties illos de cætero perpetuis futuris temporibus in quibuſcumque, etiam Apoſtolicis menſibus vacare contigerit, præterquam ſi illi per modos Reſervationum in aliis noſtris Litteris ſub præſenti data expeditis exceptos, reſervati non fuerint per eos, ad quos jus eligendi perſonas ad eoſdem Decanatus alias de jure vel conſuetudine, ſi ceſſarent Apoſtolicæ Reſervationes ſpectare dignoſcetur, quibuſvis per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, aut Sedem Apoſtolicam de eiſdem Decanatibus, etiamſi Dignitates in Collegiatis Eccleſiis principales fuerint, ac etiam ratione perſonarum illos obtinentium, vel alias pro tempore factis ſpecialibus, vel generalibus, præterquam præmiſſis, Reſervationibus, etiam cum irritantis interpoſitione Decreti, nequaquam obſtantibus,

Perſonæ idoneæ juxta formam Juris communis, eligi, Electique ipſi, ſi Decanatus dignitas principalis fuerit, illiuſque fructus, redditus & proventus ad ſummam ſex marcarum argenti ſecundum communem eſtimationem valorem annuum non aſcendant, juxta alias Ordinationes noſtras, à Nobis, ſi verò ad hujuſmodi valorem non aſcendunt, aut ſi principalis Dignitas non fuerit, ab illo, ad quem de Jure vel conſuetudine Electionis ſpectat confirmatio, ſi maluerint, confirmari debeant.

Et inſuper volumus, & Auctoritate prædictâ decernimus, quod prædicti Decanatus in quibuſcumque menſibus vacaverint, ſub gratiis exſpectativis ſpecialibus, vel generalibus reſervationibus, nominationibus, nominandi vel conferendi Beneficia Eccleſiaſtica facultatibus, aut aliis ad vacantia & vacatura Beneficia, etiam motu, & ſcientiâ ſimilibus quibuſvis perſonis, ſub quacumque verborum forma, & cum quibuſvis derogatoriis clauſulis per Sedem Apoſtolicam, vel Legatos ejus pro tempore conceſſis, aut concedendis Litteris minimè comprehendantur, nec illarum

prætextu acceptari, aut de illis cuiquam provideri valeat; ſed ab illis ſint, & omninò cenſeantur excepti: non obſtantibus reſervationibus, & aliis præmiſſis, ac quibuſvis etiam ſuper eiſdem reſervationibus, aut alias per Nos, vel dictam Sedem pro tempore factis & editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ſeu Regulis; per quas, niſi de præſentibus noſtris Litteris, ac earum datâ, ac Clero Civitatis, & Diœceſis prædictarum ſignanter mentionem expreſſam fecerint, nullum Statuto, Ordinationi, & Decreto, ac voluntati præmiſſis præjudicium generari poſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſdumque.

Nos enim ex nunc irritum & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc Paginam noſtrorum Statuti, Ordinationis, Voluntatis, & Decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1458 tertio decimo Kalendas Februarii, Pontificatûs noſtri annn primo.

CAPUT CCXI.

Philippus bonus Burgundiæ Dux recenſet originem illuſtris Capituli Canonicarum Stæ. Waldetrudis Montibus Hannoniæ, atque unà primos Hannoniæ Comites: ſimulque confirmat Privilegia ejuſdem Capituli, anno 1458.

Ex Archivis Capituli Montenſis.

Philippes par la grace de Dieu Duc de Bourgeigne, de Lothier, de Brabant, & de Lembourg, Comte de Flandres, d'Artoit, de Bourgoigne, Palatin de Hayneau, de Hellande, Zelande, & de Namur, Marquis du S. Empire, Seigneur de Frize, de Salins, & de Malines, &c.

Antiqui Hannoniæ Annales.

Scavoir faiſons, que le Pais & Comté de Haynau nous eſt devolu par la mort de S. Walbert, qui fut Duc de Lothier, lequel Duché conteneit & comprenneit Cambreſis, Hayneau, Brabant, Hatbain, Ardenne, & juſques au Rhin, lequel S. Walbert fut mary de Madame S. Bertille, de laquelle il fut moult enrichy. Et eut d'icelle Sainte Bertille deux filles, ſçavoir Sainte Waudru, & Sainte Aldegonde, & par ſon trépas, Sainte Waudru, qui étoit ſon aînée, ſucceda à ladiste Duché de Lothier, laquelle par après fut mariée à un grand & noble Prince nommé Maldegaire, qui depuis par ſucceſſion de temps pour ſa conduiste, fut appellé Saint Vinchien, duquel elle eut deux fils, Landricq, & Dentlin, qui depuis furent Saints, & deux filles Saintes, Aldetrude & Muldeberte.

Or Saint Vinchien s'étant rendu Religieux à Haumont, puis S. Landricq, comme auſſi ſes deux filles Religieuſes dans le Monaſtere de S. Aldegunde à Maubeuge, d'autre part S. Dentelin étant mort, donna ſa Duché de Lothier à une ſienne Couſine nommée Sainte Aye, laquelle en bonne devotion rendit à l'Egliſe de Madame Sainte Waudru, purement & franchement, pluſieurs alleuz venans de par elle, c'eſt à ſçavoir Queſmes, Nimy, Maiſieres, & Brains la Wibutte, &c.

Sçavoir faiſons, que l'Egliſe de Sainte Waudru & ſes Membres eſt, & doit être à toûjours exempte de toutes tailles, Impoſts, aydes accordées au Comte de Haynau par les Etats du ſuſdit pays, & ce pour l'honneur & reverence qu'ils doivent aux Corps Saints de S. Waudru, & Sainte Aye, &c.

Donné en la Ville de Mons, le 14. de Janvier l'an de grace 1458. Signé par Monſieur le Duc, à la relation de ſon Conſeil, & juge de Beſançon & dudit Conſeil.

Collige ex hoc Diplomate Genealogiam primariorum Sanctorum Hannoniæ, ſimulque illius Provinciæ Comitum.

S. Walbertus, Auberonis filius, ac Clodionis veterum Francorum Regis nepos, Uxorem duxit Sanctam Bertham, Abbatiæ Blangiacenſis in Artheſia fundatricem. Ex hoc connubio prodierunt Sta. Waldetrudis & Sta. Aldegundis, prior Collegii Canonicarum Montenſium, poſterior Collegii Canonicarum Malbodienſium, inclitæ Fundatrices.

Porrò Sta. Waldetrudis nupſit Maldegario, aliàs dicto Vincentio, qui fuit Abbatiæ Altimontanæ Ord. S. Ben. in Hannonia, & Sonegienſis Canonicorum Collegii Fundator. Ex hoc Conjugio prodiêre proles quatuor ſanctitate inclitæ, Landricus Meldenſis in Gallia Epiſcopus, Dentlinus ſeu Dentelinus, Collegii Reſenſis Canonicorum in Clivia Tutelaris, Aldetrudis & Madelberta, Malbodienſes ex Ordine Abbatiſſæ, poſt Stam. Aldegundem.

Sta. Aya, prædictæ Stæ. Waldetrudis & Sti. Vincentii Cognata & hæres, maritum habuit Stum. Hydulphum Lotharingiæ Ducem (ita enim nominatur in Tabulis Fundationis Abbatiæ S. Huberti in Arduenna apud Miræum in Supplemento Tomo II. pag. 1126.) Hæc fuit poſt Stam. Waldetrudem altera Abbatiſſa Collegii nobilium Canonicarum Montibus Hannoniæ. Eandem quoque Montenſem Eccleſiam (uti ex hoc conſtat Diplomate) poſſeſſionum ſuarum ſcripſit hæredem.

De

De hiſce Sanctis Hannoniæ plura vide apud Miræum in Faſtis Sanctorum Belgicis ac Burgundicis.

Proinde conſtat, Comitatum Hannoniæ ac Ducatum Lotharingiæ, per SS. Waldetrudem & Ayam, ad Duces Burgundiæ fuiſſe devolutos.

Extant in Archivis nobilium Canonicarum Montenſis Capituli aliæ Litteræ id-ipſum confirmantes. Prima eſt Maximiliani I. Roman. Regis data Valencenis Kalendis Martii 1483; in qua ſunt verba hæc, *Les poſſeſſant purement & ſimplement, en francq alleu, ſans en être redevanciere à perſonne quelconque.* Et paullò poſt ſubjungitur: *Ladite Madame Sainte Waudru donna ſa Souveraineté à une ſienne Couſine, nommée Sainte Aye.*

Quod-ipſum aliis Litteris ſuis confirmavit Philippus I. Hiſpan. Rex, datis Bruxellæ die 9 Octobris 1501. in quibus dicitur de Capitulo Montenſi: *Fondé par feue Madite Dame Sainte Waudru, en ſon vivant Princeſſe, Heritiere, & Comteſſe de notre Pays & Comté de Haynau.*

CAPUT CCXII.

Teſtimonium Decani & Capituli B. Mariæ Dordracenſis in Hollandia, de inſtituta Probatione Ligni S. Crucis quòd in hac ipſa Eccleſia olim ſervabatur, datum anno 1460.

NOs Joannes Alberti aliàs de Egmonda, Decanus, & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Dordracenſis, Trajectenſis Diœceſis, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, cujuſcumque ſtatûs & conditionis, ſalutem in eo, qui in Ligno Crucis moriens, nobis viam aperuit gratiæ vitæque ſempiternam, & fidem præſentibus adhibere indubiam.

Cùm juſtum & æquum ſit ſcripturis authenticis teſtimonium perbibere veritati: hinc eſt, quod ad univerſitatis veſtræ notitiam deduci cupimus per præſentes, quòd anno videlicet Domini 1457, circà finem Junii, ipſo die Feſto Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, horâ tertiâ poſt mediam noctem, velociter, ignis inopinatus advenit in ante-dicto Oppido, quo maxima & quaſi media pars domorum ejuſdem Oppidi ſatis elegantis ſtructuræ cremata eſt.

Inter cetera verò loca ſacra validiſſimè & pœnitus eſt conſumpta igne Eccleſia noſtra Collegiata jam dicta, cum turri, campanis, triginta ſex Altaribus exquiſite & decenter ornatis, libris, innumeris ornamentis, prætioſiſſimis calicibus, & aliis etiam eleunodiis variis, omnibuſque aliis, in eâdem Eccleſiâ ineluſis. Sed in eo caſu fortuito unum accidit certè miraculoſum & relatu dignum.

Veritas enim habet, quod in jam dictâ noſtrâ Eccleſiâ fuerat repoſitum & reſervatum Lignum Sanctiſſimæ Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti, in longitudinem unius ſemicubiti, & in latitudinem unius pollicis virilis; dudùm per quemdam Nicolaum Schautteten civem Brugenſem, ortum tamen de jam dicto Oppido Dordracenſi, gratioſè & ex merâ devotione, ſingularique affectione, quam ad didum Oppidum gerebat, adductum & apportatum.

Et hoc circà Altare ad hoc decenter ornatum in loco, muro Eccleſiæ intercluſo: ſatis etiam aſſecuratum in feretro prætioſiſſimo auro & argento non modicè elaborato, ligneo pede deaurato ſuppoſito.

Et cùm feretrum hujuſmodi præ ignis valetudine pœnitus eſſet reſolutum & combuſtum, gratiâ tamen divinâ idem lignum conſervante, Dominicâ proximè ſubſecutâ, in medio cinerum auri & argenti in modum maſſæ reſolutorum, per jam dictum Decanum, ſinguliſque de jam dicto Capitulo Dominis Canonicis, & Vicariis, Magiſtriſque Fabricæ jam dictæ noſtræ Eccleſiæ, videlicet Wilhelmo Duyck, Joanne de Milwyck, Nicolao Simonis, & Wilhelmo vanden Tempel, plurimuſque aliis utriuſque ſexus perſonis fide dignis eò tunc præſentibus, ſimulque videntibus, diligenter, palàm, & devotè aſpicientibus, illæſum & integrum penitus & omninò eſt inventum; eo ſalvo, quod Lignum ipſum in bujuſmodi ſuâ inventione, ut præmittitur, in medio cinerum apparuit inter meos digitos ad modum ceræ liquefactæ, & adeò molle: ſed populo adorante hòc idem Lignum, & per me diligenter ad devotionem inducto, ſtatim palàm omnibus conſolidatum eſt, & ad priores formam & figuram redactum eſt, & reſtitutum lignum ipſum, & ad præſens in eodem loco, quo prius collocatum (utinam ut decet) adoratum & exornatum.

Virtute cujus quotidie, & impræſentiarum, quaſi infinita fiunt miracula, de die in diem ſemper exereſcentia. Inſuper audivimus à noſtris Prædeceſſoribus, qui pro tunc affuerunt, idem Lignum à noſtro Rev. Patre, & Domino Zwedero de Culenbourgh quondam Epiſcopo Trajectenſi, in dicto Oppido, in Conventu Cleri, & populi, per quem ut juris eſt, eſſe probatum, & ab eo illæſum eſſe extractum. Quæ omnia & ſingula, tanquàm vera & indubitata, deſuper requiſiti per noſtros Fabricæ Magiſtros, atteſtamur, pronuntiamus, ratificamus, & præſentibus certificamus.

In cujus rei rei teſtimonium veritatis nos Decanus & Capitulum, antedicti noſtri Capituli ſigillo ad cauſas, fecimus communiri.

Datum anno Domini, M. CCCC. LX. menſis Julii 28.

Vide inter Opera Diplomatica Miræi pag. 892 litteras Joannis de Vernembourg Epiſcopi Ultrajectini, quibus anno 1369 confirmavit Fundationem Collegii XII Canonicorum cum Decano, Dordraci in Eccleſia B. Mariæ per Albertum Bavarum Hollandiæ Comitem inſtituti.

De prædicto Ligno S. Crucis vide Hiſtoriam Epiſcopatuum Belgii Fœderati Tomo I pag. 310. Sed nulla ubi fit mentio hujus Diplomatis prædictum Miraculum teſtificantis.

CAPUT CCXIII.

Pius II Pontifex anno 1461 ad inſtantiam Decani & Capituli S. Donatiani Brugenſis, Præbendas illius Eccleſiæ eximit ab omni onere penſionis realis.

Ex Archivis Eccleſiæ Cathedralis Brugenſis.

PIus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Circa ſtatum quarumlibet Eccleſiarum & præcipuè Collegiatarum & perſonarum Eccleſiaſticarum in eis conſtitutarum ſalubriter dirigendum continuo ſolliciti, ad ea ex debito Paſtoralis officii nobis commiſſi vigilanter intendimus, per quæ ſtatus ipſe felicibus gratuletur eventibus, nec non ſcandalis & perturbationibus ſemotis inter eaſdem perſonas concordia vigeat & perſeveret. Et his quæ propterea proceſſiſſe conſpicimus, ut firma perpetuo & illibata perſiſtant, cùm à Nobis petitur, Apoſtolici muniminis adjicimus firmitatem.

Sane pro parte Dilectorum filiorum Decani & Capituli Eccleſiæ Sancti Donatiani Oppidi Brugenſis Tornacenſis Diœceſis petitio continebat, quòd ipſi dudum attendentes quòd ſumptus & expenſæ adeo in prædicto Oppido graves exiſtebant, quod fructus redditus & proventus Canonicatuum & Præbendarum ejuſdem Eccleſiæ pro illius Canonicorum mediocri ſuſtentatione vix ſufficiebant annuatim; quodque ſi Apoſtolicâ vel aliâ quâvis authoritate contingeret alicui de aliquibus Canonicatu & Præbenda ipſius Eccleſiæ promoveri, pro onere quòd de illorum fructibus redditibus & proventibus penſionem annuam perſolveret, plurima inde inconvenientia & ſcandala oriri poſſent.

Volenteſque præfati Decanus & Capitulum inconvenientiis & ſcandalis hujuſmodi obviare, & indemnitati dictæ Eccleſiæ conſulere, capitulariter congregati ſtatuerunt & ordinaverunt, quòd nullus de cætero cujuſcumque ſtatûs, gradûs vel præeminentiæ ſit, in Canonicum præfatæ Eccleſiæ ad aliquos Canonicatum & Præbendam, imbi reciperetur, niſi illi purè & liberè ac ſine penſione hujuſmodi vel aliqua pactione collati forent. Nec quiſquam ex ipſius Eccleſiæ Canonicis præſentibus, & futuris ſuos Canonicatum & Præbendam ſub annua penſione ſuper illorum fructibus ſibi reſervanda reſignare poſſet. Quodque eorum quilibet antequam ad illos admitti valeret, ſuper his, & quòd illum quem ad aliquam penſionem ſuper Canonicatûs & Præbendæ ejuſdem Eccleſiæ fructibus, redditibus & proventibus ſolvendam teneri cognoſceret, ad ipſos Canonicatum & Præbendam admitti non conſentiret; & ſuper eo quod ſecus agere poſſet diſpenſationem fieri non procuraret, nec eâ, ſiquam ſuper hoc haberet, quomodolibet uteretur, corporale ad Sancta Dei Evangelia ſolemniter præſtare Juramentum eſſet adſtrictus, prout in Litteris ipſorum Decani & Capituli prædictorum, eorum Sigillo munitis plenius dicitur contineri.

Quare pro parte Decani & Capituli prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Statuto & Ordinationi hujuſmodi, ac omnibus indè ſecutis pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliàſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos qui diſſenſionibus & ſcandalis, ne illa eveniant, quantum cum Deo poſſumus obviare ſtudemus, & Eccleſiarum indemnitatibus opportune conſulimus; hujuſmodi Supplicationibus inclinati, Statutum & Ordinationem hujuſmodi, ac illa concernentia, omnia & ſingula in eis contenta & quæcumque indè ſecuta Authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium confirmamus & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus:

Decernentes & declarantes, collationes & proviſiones, ſeu quaſvis alias diſpoſitiones de Canonicatibus & Præbendis Eccleſiæ prædictæ, ubicumque etiam apud Sedem Apoſtolicam ac qualitercumque, etiam ex perſonis quarumlibet in antea vacaturis, etiamſi tunc cum vacaverint ex quavis cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generalitet reſervati ſint, prætextu quarumcumque Litterarum Sedis prædictæ vel legatorum ejus, ſub quacumque verborum forma Litteræ ipſæ conceptæ appareant, etiamſi in illis de præſentibus earumque toto tenore de verbo ad verbum plena & expreſſa mentio fieret, vel proceſſuum ſuper his habitorum pro tempore ſeu quâvis aliâ authoritate facicndas, nulli deinceps cujuſcumque gradûs, ſtatûs, vel condi-

tionis ſit, qui in hujuſmodi ſectione vel penſione conſenſerit, in aliquibus ex dictis Canonicatibus & Præbendis jus quomodolibet acquiri, nec eum in dictæ Eccleſiæ Canonicum recipi aut admitti poſſe vel debere quovis modo; nec non omnes & ſingulos proceſſus excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti, ac ad alias Eccleſiaſticas ſententias cenſuras & pœnas, quas præmiſſorum vel alicujus eorum occaſione contra Decanum & Capitulum prædictos ſeu ſingulares ex Capituli hujuſmodi, & quaſlibet alias perſonas haberi ſeu publicari, nec non totum id & quidquid ſecus à quoquam quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter fieri vel attentari contigerit, nullius exiſtere firmitatis vel momenti, niſi per Litteras Apoſtolicas ſpecialem & expreſſam de Statuto & Ordinatione hujuſmodi mentionem facientes motu proprio eiſdem Statuto & Ordinationi derogetur.

Et inſuper, ut præmiſſa omnia & ſingula inconcuſſe & inviolabiter obſerventur, Decano & Capitulo, ac ſingularibus prædictis perſonis interdicimus & inhibemus, etiam ſub excommunicationis pœna, quam ſecus ex eis agentes ipſo facto incurrent, & à qua aliàs quam à Romano Pontifice canonicè intrante & in mortis articulo conſtituti abſolvi non poſſint, ne contra Statutum & Ordinationem hujuſmodi, quempiam dictâ Authoritate ordinariâ in Canonicum ipſius Eccleſiæ quomodolibet recipiant vel admittant; non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis, Approbationis, Communitionis, Conſtitutionis, declarationis interdicti & inhibitionis infringere vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, quarto Idus Novembris, Pontificatûs noſtri anno quarto. 1461.

CAPUT CCXIV.

Domus SS. Trinitatis Guilielmitarum, in Bevera, Waſiæ Municipio, ſub Diœceſi Gandavenſi, anno 1461 erigitur per Familiam Gandavillanam; *cum antea fuiſſet Hoſpitale.*

Ex Archivis Familiæ Gandavillanæ.

Nous Chriſtophre Villain, Seigneur de Huiſtu, van Bourcht, & de Suzyndrechs, Godefroyd Villain, Seigneur de Wemmelgheem & vanden Ameyden, Jean de Montmorency, Seigneur de Nevele au nom de Goule Villain ma legitime compaigne, & Adrian de Cruninghen, Chevalier, Viſcomte de Zelande, au nom de mes enfans qu'ay eus de Dame Marguerite Villain, d'heureuſe memoire

Pour eviter toute rudeſſe, charge, & inconveniens qui adviennent és Paroiches de Bevereu, Melſele, & à l'environ, par les vagabonds & brimbeurs eſtrangers, qui journellement y hantent en grand nombre, & du ſoir font leur aſſemblée à l'Hopital de Beveren, deſquels le peuple eſt fort ſurchargé, comme avons entendu d'aucunes bonnes perſonnes, leſquelles nous ont prié d'y pourveoir, & appliquer ledit Heſpital à autres œuvres divines, par leſquelles Dieu puiſſe être mieux honoré & ſervy.

Si eſt-il, que de main commune, comme heritiers univerſels de feus Meſſire Villain & Dame Goele Raes d'heureuſe memoire, à qui la donation de l'Hopital ſuſdit appartenoit, la moitié lui eſtant ſuccedé de Jeſſe Vyte ſon Oncle, l'avons offert, & par ces preſentes Lettres offrons & donnons és mains de Reverend Pere en Dieu le Provincial de l'Ordre de Saint Guillaume, & au prouffis dudit Ordre, pour y baſtir un Convent & Heſpital dudit Ordre de S. Guillaume ſuſdit, & icelui reformé en obſervance de leur Ordre, à chanter journellement les ſept heures, Meſſes, & tout autre ſervice comme il convient audit Ordre.

Et ce à commencer dans un an après la date de ceſtes Lettres au plus long, afin qu'il ſe puiſſe faire aiſement. Et de plus, pour entretenir une partie de la volonté de Jeſſe Vyte Fondateur dudit Heſpital, ſi ſeront tenus de loger quatre ou cinq perſonnes honeſtes, comme Preſtres, Clercs, pelerins, & ſemblables, de nuict quand ils en ſeront requis, comme ils font en autres places, & comme auſſi leur regle le contient.

Et que les Provandiers qui y ſont preſentement y demeureront leur vie durant, eſtant de leur droict.

Et auſſi que les Religieux qui y viendront ne pourront achapter ny conqueſter plus de biens que pour trente-ſix livres de gres par an pour tout, n'eſteit que quelqu'un par devotion donnereit quelque aumoſne, laquelle ils pourront accepter & tenir, & ainſi prendre plus de charge au ſervice Divin, & autres charitez.

Et ſur les conditions deſſus eſcriptes Nous deſſus nommez avons encore offert & donné par ceſdites preſentes à l'honneur de Dieu, de ſa Sainte Mere, Sainct Guillaume, & de tous les Saincts, és mains du Provincial ſuſdit & Convent de l'Ordre de Sainct Guillaume ſuſdit audit

Hoſpital une moitié en la maniere qu'ils ont auſſi l'autre moitié, avecq toutes ſes appartenances, maiſons, terres, rentes, meubles, & casteulx y appartenans: ſçavoir deux maiſons ſituées en Anvers, ſur le marché au vin, une Cenſe giſante en la Paroiche de Swyndrecht, trente ſix meſures de terre giſantes à Melſelbrouc, & vingtquatre meſures à Beveren & Calloo-brouc, pres le Chaſteau de Beveren, avecq toutes charges y appartenantes.

Et ſeront leſdits Religieux tenus auſſi de faire annuellement & à touſiours un anniverſaire ſolemnel le lendemain du S. Sacrement pour les ames de Joſſe Vyte & Damoiſelle Iſabeau Vorluuts ſa femme, comme Fondateurs dudit Hoſpital, & de Meſſire Jan Villain & Madame ſa compargne, & leurs enfans.

Et s'il advenoit, que les Religieux qui y viendroat demeuraſſent à preſent ou en temps à venir en default d'accomplir les poinctz deſſuſdits, ou l'un d'iceux, que nous, ou l'un de nous, noz Hoirs, & Succeſſeurs eſtans heretiers deſdits biens, le pourrons derechef accepter & appliquer à autres œuvres de charité, juſques à ce qu'ils auront amendé la faute: comme la moitié venant du coſté & ligne de Joſſe Vyte ſaſdit.

En teſmoing de ce, & pour plus grande ſeureté, afin que ladite Donation demeure bonne & vallable à touſiours en la forme & maniere ſuſdite, Nous avons chacun de nous ſcellé la preſente Lettre de nos Seaux.

Faict l'an de noſtre Seigneur M. CCCC. LXI le huictieſme jour d'Apvril

---

CAPUT CCXV.

Philippus de Hornes, *Dominus de Gaesbeke, Geldorp, Heeze, Vice-Comes Winoci-bergenſis &c. donat Ordini Equitum Theutonicorum, ac ſignanter Commendatori de Gemert ſub Baliviâ de Juncis, jus Patronatûs Eccleſiæ de Geldorp in Tetrarchia Sylvæducenſi anno 1462.*

IN nomine Domini. Amen. Tenore præſentis publici Inſtrumenti cunctis pateat evidenter, quòd anno a Nativitate ejuſdem Domini milieſimo quadringenteſimo, ſexageſimo ſecundo Indictione decimâ, menſis vero Julii die duodecimâ, horâ quaſi decimâ ante meridiem, Pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pii Divinâ providentiâ hujus nominis Papæ ſecundi anno quarto, venerabili & religioſo Viro Domino Nicolao de Duſſen Præceptore ſive Commendatore ac Provinciali Baliviæ de Juncis Teutonicorum Hoſpitalis glorioſiſſimæ Virginis Mariæ Jeroſolimitani ex una parte, nec non Illuſtri ſtrenuoque Viro Domino Philippo de Huerne, Domino temporali de Bauſignis, de Gaesbeke, de Hondſcoute, de Heze, de Geldorp, Borchgravio perpetuo Montis ſancti Wynnocii &c. parte ex alterâ, in mei Notarii publici teſtiumque infrà ſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum præſentiâ, propter hoc perſonaliter conſtitutus jam dictus Dominus Philippus, aſſeruit;

Jus-Patronatûs Eccleſiæ Parochialis de Geldrop Leodienſis Diœceſis hactenus ſemper dependiſſe adhucque dependere à Domino temporali de Geldorp prætacto, dominumque temporalem ejuſdem Dominii vacationum dictæ Eccleſiæ temporibus, ad eandem Eccleſiam vacantem, veluti Patronum ad providendum eidem, venerabili pro tempore Domino Archidiacono Campinæ in Eccleſia Leodienſi perſonas idoneas ad regendum ipſam Eccleſiam præſentaſſe hactenus, per eundem Dominum Archidiaconum inſtitutas.

Verum quia ipſe Dominus Philippos prout ſubjunxit, dictæ Balliviæ veluti loco religioſo propter ſacratam ejuſdem Ordinis profeſſionem ſuper ſacro-ſanctæ Cathalicæ fidei defenſione ad reſiſtendum improbis ejuſdem hoſtibus ſolidatam, ex intimis multipliciter afficeretur devotionibus, & in finem pro eoque quod Præceptor ſive Commendator ac Provincialis ſuique Presbyteri & Religioſi dictæ Baliviæ obligati & ſtricti ſunt perpetuis temporibus ſpecialiter orare pro eodem Domino Philippo Domino temporali ut ſupra ſuiſque parentibus & Prædeceſſoribus, atque annis ſingulis perpetuo in Eccleſia Parochiali de Geldrop prætactâ pro ipſo Domino Philippo ſuiſque parentibus, & Succeſſoribus decimâ tertiâ die menſis Auguſti, proximâ ſiquidem ante pro-feſtum Aſſumptionis glorioſiſſimæ Virginis prætatæ celebrare cum cantu, unam Miſſam defunctorum Requiem, cum cereis ad numerum trium librarum ad minus ſonituque campanarum, ornamentis & aliis ſolemnitatibus, ſicuti de conſuetudine dicti Ordinis Theutonicorum hactenus conſuetum eſt fieri.

Idem Dominus Philippus Dominus temporalis de Geldorp habens ad infrà ſcripta licentiam & conſenſum ſibi conceſſos ab Illuſtriſſimo Principe & Domino Arnoldo Duce Gelriæ & Juliæ Comiteque Zutphaniæ, Domino ſiquidem feudali Dominii de Geldorp prætacti, prout conſtabat per Litteras paten-

tes

tes pargamenias ejuſdem Domini Ducis ibidem in medium prodoctas & prælectas, Sigillo ipſius Domini Ducis ut primâ facie apparebat de rubeâ cerâ in cauda pargamenâ impendentis ſigillatas, ac per ejuſdem Domini Ducis Secretarium ut ſimiliter apparebar modo infrà deſignato ſubſcriptas: quarum Litterarum totalis tenor inferius eſt infertus.

Hujuſmodique licentiam & conſenſum acceptans, ante-dictum Jus Patronatûs Eccleſiæ Parochialis de Geldorp cum omni honore ſuo fructu & emolumentis pertinentiſque ſuis univerſis pro ſe ſuiſque heredibus & Succeſſoribus, nihil juris in illo retinendo, de licentia & conſenſu prædicto, præfatæ Balliviæ veluti loco religioſo, ac Præceptori, ſive Commendatori Provinciali, Sacerdotibus, militibus, ceteriſque Fratribus & Religioſis ejuſdem Balliviæ ac Conventûs de Juncis Oppidi Trajectenſis ſupra Moſam dictæ Leodienſis, Ordinis prædicti ac ſuis Succeſſoribus nomine ipſius Balliviæ, ad laudem Altiſſimi & digniſſimæ Virginis matris ejus præfatæ perpetuò devotiùs in præſentia ſupra-dicti Domini Nicolai Præceptoris ſive Commendatoris ac Provincialis vice & nomine prædictæ Balliviæ acceptantis contulit, dedit & conceſſit, illudque Jus Patronatûs in ipſam Balliviam ſicuti locum Religioſum nihil juris retinendo pro ſe ſuiſque heredibus & Succeſſoribus tranſtulit & tranſportavit.

Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis, Dominus Nicolaus Præceptor ſive Commendator ac Provincialis ante-fatus nomine quo ſupra, ſibi à me Notario publico infrà ſcripto fieri petivit unum vel plura publicum ſeu publica, ſi opus fuerit inſtrumenta.

Acta fuerunt hæc in Caſtro de Geldrop dictæ Diœceſis, præſentibus ibidem providis & diſcretis Viris Leonardo cognomento Groot, Reynardo de Valckenborgh, Trajecti ad Moſam, ac Gerardo de Voerendaele in Rycxſtel ſæpedictæ Diœceſis Leodienſis commorantibus, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Tenor vero Litterarum Arnoldi Ducis Gelriæ ac Juliaci, nec non Comitis Zutphaniæ, quæ datæ fuerant idiomate Flandrico, eodem anno 1462, *exhibetur in Hiſtoria Sylvæducis per Jacobum ab Oudenhove Parte II. pag.* 38.

CAPUT CCXVI.

Paulus II Pontifex confirmat privilegia ac poſſeſſiones Begginarum Lovanienſium anno 1465; *non approbando tamen earum Inſtitutum.*

PAulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in Chriſto filiabus, univerſis Sororibus Domûs in Hovis, Oppidi Lovanienſis, Leodienſis Diœceſis, per quatuor Magiſtras ſolitæ gubernari Salutem & & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à vobis petitur, quòd juſtum eſt & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Ea-propter dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſivè per privilegia & alia Indulta vobis, & Domui veſtræ conceſſas: nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus, vobis & Domui veſtræ rationabiliter indultas, ſpecialiter autem terras, Domos, poſſeſſiones, agros, hortos, campos, prata, paſcua, nemora, ſylvas, ſtagna, aquas, molendina, aliaque mobilia & immobilia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Domui Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Per hoc autem ſtatum veſtrum non intendimus in aliquo approbare. Nota bene.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Marcum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto, Kalend. Februarii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

CAPUT CCXVII.

Fundatio Carthuſiæ extra portas Delphenſis Oppidi in Hollandia, facta anno 1469 per Franconem de Borſalia, Dominum Oſtrovandiæ.

Ex Hiſtoria MS. D. de Vaddere Can. Anderl. de Carthuſiâ Bruxellenſi.



Niverſis præſentia viſuris ſeu audituris, Ego Ægidius Joye Presbyter Canonicus Eccleſiæ Sti. Donatiani Brugenſis, Curatus ſeu Paſtor Eccleſiæ Parochialis ſancti Hyppoliti Martyris in Delff, partium Hollandiæ Trajectenſis Diœceſis, Illuſtriſſimique Principis ac Domini, Domini Caroli Ducis Burgundiæ, Brabantiæ &c. Capellæ Domeſticæ Capellanus,

Quia in commiſſâ mihi paſtoralis Curæ adminiſtratione ſubditis meis, illis præſertim qui circa Eccleſiaſticam diſciplinam ferventiores exiſtunt & ad perfectionem diligentiores tendere videntur, cupio gratioſus exiſtere, divinique nominis cultum nec non animarum ſalutem promovere ſemper & augere;

Notum facio per præſentes, quòd ad piam petitionem Nobilis Domini, Domini Franconis de Borſalia, Comitis de Ooſtervant, nec non Venerabilium Patrum plurimum mihi dilectorum Prioris Domûs Capellæ propè Angiam, & Prioris Domûs Vallis Regalis propè Gandavum Ordinis Carthuſienſis, Monaſterium ſeu Domum ejuſdem Ordinis ad laudem Dei omnipotentis & honorem beati Bartholomæi Apoſtoli propè Delft infrà limites Parochiæ meæ erigere cupiverim, ut iidem Carthuſienſes, & quos duxerint eligendos, Eccleſiam, Altaria, cemiterium, ambitum, cellas, officinas & cætera omnia ad prædictum Monaſterium pertinentia ordinare, fundare, erigere & tandem conſummare, & cum optimum tucrit eadem facere conſecrari: horaſque Canonicas juxta morem Ordinis exercere.

Et ut Prior ſeu præſidens ibidem, aut alius idoneus per eum admiſſus Fratrum, commenſalium, familiarium & hoſpitum confeſſionibus diligenter auditis, de commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere, ac eoſdem abſolvere, nec non Eccleſiaſtica Sacramenta, Corporis Chriſti videlicet & Extremæ Unctionis præfatis perſonis omnibus & ſingulis miniſtrare, & ea in loco decenti conſervare, & etiam in eorum Cemiterio Fratrum, commenſalium familiarium & hoſpitum prædictorum, nec non quorumcumque Chriſti fidelium ſepulturam ibidem eligentium decedentium corpora ſepelire valeat, & valeant pro me & Succeſſoribus meis orare, gratioſè indulgeo per præſentes & concedo.

Salvo quod pro qualibet perſona extranea de Parochia mea ibidem ſepelienda, ſolvent mihi vel Succeſſoribus meis pro tempore unam anciam argenti puri ſeu duo *Lood*, vel valorem ejus in pagamento infrà octo dies à die ſepulturæ computandos: pro portione vero canonica, ac pro indemnitate Eccleſiæ meæ præfatæ & obligationibus ac obventionibus quibuſcumque ſingulis annis unum *Lood* cum medio, vel valorem ejus infrà Octavas Paſchæ bonâ fide, realiter & in effectu ſolvere promiſerunt.

In teſtimonium & robur præmiſſorum, Sigillum Curiæ meæ ſæpedictæ præſentibus duxi appendendum.

Datum anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, ſecundâ die Auguſti.

Notitia Monaſteriorum Carthuſienſium in Belgio.

De Origine Monaſteriorum Carthuſiani Ordinis in Belgio eorumque Viris præclaris ex profeſſo ſcripſere, Theodorus Petrejus & Petrus Dorlandus Carthuſiani, prior Profeſſus Coloniæ, poſterior Profeſſus in Zeelhem propè Dieſtemium; item Arnoldus Havenſius Carthuſianus Silvæducenſis, Arnoldus Boſtius Carmelita Gandavenſis; ac ſpecialiter Aubertus Miræus Decanus Eccleſiæ Antverpienſis, & Arnoldus Raiſſius, qui obiit anno 1644 Canonicus S. Petri Duacenſis.

Sunt autem hæ Domus Carthuſianorum in Provincia Flandro-Belgica.

Carthuſia *Noſtra Domina de Gratia*, Bruxellis, olim in Scheut juxta Anderlechtum; de cujus Fundatione jam ſupra egimus Cap. 207 & 209; item apud Miræum in Diplomat bus pag. 221.

Carthuſia *S. Maria Magdalena ſub Cruce in Monte Calvaria*, Lovanii.

Carthuſia *Vallis Regalis*, Gandavi.

Carthuſia *Vallis Gratiæ*, olim juxta Brugas, modo in ea Urbe; ubi Monachi obtinuerunt Prioratum Monialium S. Oberti. De fundatione illius jam ſupra egimus Cap. 162 hujus novæ Collectionis.

Carthuſia *S. Catharina in Monte Sinay*, olim juxta Antverpiam, modo Liræ.

Carthuſia *Montis S. Joannis Baptiſtæ*, in Zeelhem juxta Dieſtemium; cujus Fundationem exhibui ſupra Cap. 180.

Carthuſia *Capella Beatæ Mariæ*, in Herines, propè Angiam Hannoniæ Oppidum.

Carthuſia *Silva Sti. Martini*, apud Gerardimontem in Flandria. Diploma Fundationis jam ſupra dedi Cap. 181.

Carthuſia *Sæ Sophiæ Conſtantinopolitanæ*, olim apud Sylvam-Ducis, modo Antverpiæ; de qua agemus inferiùs Cap. 220.

Carthuſia de *Bethlehem Beatæ Mariæ*, Ruremundæ

in Gelria ; cujus Fundatio exhibetur apud Miræum in Diplomat. pag. 890.

Carthuſia *Omnium Apoſtolorum*, juxta Leodium, in Monte-Cornelio : de quo aliqua ſuperiùs dicta ſunt pag. 148 in Notis.

Hiſce addenda eſt *Domus Sæ. Annæ*, Monialium Carthuſianarum Brugis in Flandria.

Item addi poteſt Carthuſia, dicta *Domus Jeſu in Bethlehem*, olim fundata apud Scheinam in Majori Britannia ; hinc tranſlata Mechliniam : modo ſubſiſtens Neoporti in Flandria. Diploma Fundationis ejus, quæ olim fuit inchoata in Anglia, ſupra attuli in hac nova Collectione.

In Provincia Gallo-Belgica.

Carthuſia *Beatæ Mariæ de Macourt*, Valencenis in Hannonia.

Carthuſia *Vallis Sæ. Aldegundis*, apud muros Audomaropoleos in Artheſia.

Carthuſia *Vallis S. Spiritûs*, in pago de Gonnay, ab Oppido Bethunienſi in Artheſia diſtans unâ leucâ.

Carthuſia *Montis Sti. Andreæ* juxta Tornacum.

Carthuſia *Septem Dolorum B. Mariæ Virginis* in pago de Bouteillerie, in agro Inſulenſi.

His addenda eſt *Domus B. Mariæ* Monialium Carthuſianarum in pago Gonnay in Artheſia, prædictæ Virorum Carthuſiæ vicina.

Monaſteria Carthuſianorum in Belgio Fœderato, quæ perierunt.

Carthuſia *S. Bartholomæi in Jeruſalem*, apud Delphos Hollandiæ Oppidum. De eadem agit ultima Batavia Sacra Heuſſenii Tomo I pag. 415 & 421 : ſed non exhibetur hæc Fundatio, utpote nunc primùm edita.

Carthuſia *Portûs Salutis S. Andreæ*, olim propè Amſtelodamum celebertimum Hollandiæ emporium.

Carthuſia *Novæ Lucis S. Salvatoris*, in valle florum, ſeu in den Enghe, propè Ultrajectum.

Carthuſia *Montis Sæ. Gertrudis*, olim in Hollandiæ Brabantiæque confinibus ſita, propè Oppidum iſtius nominis.

Carthuſia *Beatæ Mariæ*, vulgo Monichuſeo, apud Arnhemum Gelriæ Metropolim.

Carthuſia *Montis Sion*, apud Zirixeam Zelandiæ Oppidum.

Carthuſia *S. Martini in Monte Solis*, apud Campos, Tranſiſalaniæ Oppidum.

His addi poſſet Carthuſia, à paucis annis erecta propè Ultrajectum à Joanne Barchman Pſeudo-Archiepiſcopo Ultrajectino, in favorem quorumdam Carthuſianorum, qui numero circiter 16, ob denegatam Conſtitutionibus Apoſtolicis debitam obedientiam, è variis Galliæ Monaſteriis in Hollandiam profugi, ibidem apud hæreticos refugium, utumque ſuæ rebellionis azylum invenêre. Sed utinam brevi diſſipetur hoc concilium impiorum ac malignantium, peſtilentiæque cathedra ; atque hi inſipientes in populo aliquando intelligant & ſapiant, ac de ſua rebellione contriti ad priſtinos Profeſſionis ſuæ lares revertantur !

CAPUT CCXVIII.

Honuphrius Tricaricenſis Epiſcopus, Nuncius Apoſtolicus in Belgio, Conventum Virginum Carmelitanarum, Ten-Trooſt, Vilvordiæ in Brabantia, à Carolo Audace Burgundiæ Duce fundatum ac dotatum, anno 1469 confirmat, attributo eis Begginagio ibidem.

HOnofrius Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Tricaricenſis, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Referendarius, ac ipſius, dictæque Sedis Apoſtolicæ in certis Germaniæ & Galliarum partibus, &c. cum plena poteſtate Legati de latere Legatus, Reverendo Patri Epiſcopo Dagnenſi, Reverendi Patris Domini Epiſcopi Cameracenſis Suffraganeo, & Sancti Michaëlis Antverpienſis Præmonſtratenſis, & de Nigella Ciſtercienſis Ordinum Cameracenſis & Leodienſis Diœceſium Monaſteriorum Abbatibus, ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem.

Expoſcrt nobis injunctum à præfato Sanctiſſimo Domino noſtro Papa Legationis officium, ut circa Religioſarum perſonarum omnium, maximè feminei ſexûs, ſub regulari obſervantia & incluſione perpetua Altiſſimo famulantium, ſtatum ſalubriter dirigendum, partes miniſterii noſtri ſolertiùs impendamus, ac pro illarum Domibus, & inhabitantium numero adaugendis, præſertim calamitatis tempore occurrente, earum neceſſitatibus ſuccurramus, & opportunitatibus, quantùm poſſumus, providcamus.

Sanè pro parte Venerabilis nobis in Chriſto dilecti Joannis Soreth Magiſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Dei Genitricis de Monte Carmelo, pro Religioſis nobis in Chriſto Sororibus ejuſdem Ordinis Novæ plantationis in Leodio, de obſervantia, & ſub incluſione viventibus humiliter ſupplicantis, oblata petitio continebat ;

Quòd cum Sorores prædictæ in magno numero ſub dicta incluſione, & regulari obſervantia ante miſerabilem civitatis Leodienſis demolitionem & deſolationem ex ſuis redditibus, cenſibus, aliiſque charitativis & piis ſubventionibus ex dicta civitate, & circumjacentibus locis ſibi factis in vitæ neceſſariis, ſuſtentabantur & fovebantur.

Sed poſt ejuſdem civitatis demolitionem &

incendium tantus numerus illic ſe ſuſtentare & fovére non valet. Et ſicut eadem petitio ſubjongebat, Illuſtriſſimus Princeps & Dominus D. Karolus Burgundiæ, Brabantiæ &c. Dux, calamitatibus earumdem Sororum piè condolens, quoddam Begginagium juxta oppidum Filvordiæ Cameracenſis Diœceſis, cum Capella inibi, ſub titulo noſtræ Dominæ de Conſolatione, pro novi Conventûs Sororum dicti Ordinis Erectione, ordinare & deputare proponit.

De hoc Begginagio Vilvordienſi vide Miræum pag. 948.

Unde nobis ſupplicam fecerunt, tam Magiſter Generalis quàm Sorores antedictæ, ut circa Erectionem hujuſmodi novi Cœnobii partes noſtras impertiri, aliàſque eis deſuper pro Divini cultûs incremento provideri dignaremur.

Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, & tam piis quàm devotis dicti Domini Ducis votis favorabiliter annuentes, de præmiſſis certam notitiam non habentes, diſcretioni veſtræ, auroritate Legationis noſtræ, quâ fungimur in hac parte, tenore præſentium, committimus, & mandamus, quatenus vos, vel aliquis veſtrûm, ſi eſt ita, locum dicti Begginagii cum omnibus & ſingulis ſuis terris &c. in Conventum dictarum Sororum & Ordinis, ſub perpetua clauſura, & regulari obſervantia ad inſtar dicti Conventûs earumdem Sororum Leodienſis ac Capellam prædictam in Eccleſiam transferatis, commuteris & erigatis &c.

Omnibus & ſingulis privilegiis, exemptionibus, prærogativis, libertatibus & indultis dicto Ordini Apoſtolicâ vel quavis aliâ Auctoritate & tenore prædictis, de ſpecialis dono gratiæ concedimus & indulgemus; decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras exinde fieri & per Secretarium noſtrum ſubſcribi, noſtrique Sigilli juſſimus appenſione communiri.

Datum Bruxellæ Cameracenſis Diœceſis, nobis illic cauſa tractandæ Pacis reſidentibus, ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono indictione ſecundâ, die verò quartâ menſis Januarii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri Domini Pauli divinâ providentiâ Papæ ſecundi anno quinto.

CAPUT CCXIX.

Carolus Audax Burgundiæ Dux donat Antonio Hanneron Præpoſito S. Donatiani Brugis ejuſque Succeſſoribus Inſulam de Schellinck in Friſia anno 1469.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

Charle par la grace de Dieu Duc de Bourgoigne &c. Sçavoir faiſons à tous preſens & avenir, de la partie de notre amé & feal Conſeillier Maitre Anthoine Hanneron Protho-notaire de notre ſaint Pere & Prevoſt de l'Egliſe Saint Donas en notre ville de Bruges, hault Renneur heritier de Flandre, nous avoir eſté expoſé, comment lez notre pays de Oiſtfrize à une Iſle nommée Schelinghe contenant de de deux à trois lieues de terre ou environ, environnée de tous cotez de la Mer, laquelle Iſle fut par feu le Duc Aubert notre Predeceſſeur Conte de Hollande, cui Deus pardoint, donnée au Seigneur d'Arcle qui lors eſtoit, pour le tenir en fief dudit Conte.

Lequel Seigneur d'Arcle en joyſt par aucun temps & juſques à ce que icelle Iſle ſe rendis deſobeiſſante dudit Conte avec ceulx dudit Oiſtfrize, & ainſy eſt depuis demourée, juſques à ce que du vivant de feu noſtre tres chier Seigneur & Pere, cui Deus pardoint, elle fut baillée à ferme à ung des habitans dudit pays pour le prix & ſomme de ſeize clinquars par an, leſquels ont eſté annuellement payez au prouſit de noſtredit feu Sr. & Pere & de nous juſques à preſent.

Et il ſoit, que ledit expoſant deſirant en ſon temps augmenter & accroiſtre les Rentes & prémiſences de ladite Prevoſté de ſaint Donas, nous a res humblement ſupplié & requis, vouloir denner ceder & tranſporter annexer & delaiſſer ladite Prevoſté qui eſt de noſtre Patronage, pour par les Prevots d'icelle Prevoſté la tenir en Fief de Nous & de Nos Succeſſeurs Contes & Conteſſes de Hollande en toute juſtice haulte moyenne & baſſe ſoubz la Souveraineté & Reſſort de ladite Conté.

Offrant de en ce cas bailler perpetuellement & à toujours à Nous & à noſdits Succeſſeurs Contes & Conteſſes de Hollande, le troiſieme denzer de tous les prouſits rentes & revenues qui viendront & iſſeront d'icelle Iſle au prouſit dudit Prevoſt de ſaint Donas preſens & avenir avec le droit de Huus-ghelt, *qui eſt quatre gros pour chacune maiſon ou feu, qui y ſont & ſeront pour ce temps à venir conſtruites & edifiées; en quoy nous pourrons avoir plus grand prouſit de beaucoup que nous n'avons preſentement.*

Pour ce eſt-il, que nous ces choſes deſſus dictes conſiderées, deſirant augmenter & accroiſtre noſtre Seigneurie & Domaine & en faveur de ladite Egliſe & Prevoſté de ſaint Donas, qui eſt de noſtre Patronage & notable benefice, meſmement pour contemplation des bons notables & loyaulx ſervices que ledit Expoſant notre Conſeiller nous a

fait

ſait dez noſtre enfance juſques à preſent, fait journellement à grant cure & diligence & eſperons que cy-après faire doye de bien en mieulz.

Inclinans pour ces cauſes & aultres à ce nous mouvans, à ladite Suplicacion & Requeſte d'yceiny expoſant, & ſur ſeut en bon advis, avons pour Nous, nos Hoirs & Succeſſeurs Contes & Conteſſes de Hollande infeodé & infeodons par ces preſentes de notre certaine ſcience grace & eſpecial Autorité ladite Terre & Iſle nommée Schellinghe, *contenant trois lieues de terre ou environ avironnée de la mer comme dit eſt & ſes appertenances, enſemble tous les prouffits rentes & revenues qui nous y peuvent & doibvent competer & appertenir avec toute la juſtice haulte moyenne & baſſe d'ycelle Iſle, à ladite Prevoſté de ſaint Donat de notre dite ville de Bruges; pour par ledit expoſant à preſent Prevoſt & ſes Succeſſeurs Prevoſts joyr & poſſeſſer de ladite Iſle icelle tenir en Fief de nous & de nos Succeſſeurs & en lever, cueiller & percevoir les fruits prouffits & revenues, que le Seigneur d'ycelle Iſle y a & doibt avoir de droit & de couſtume, perpetuellement & à toujours, & y faire commettre & creer Baillys Eſcoutettes Eſchevins Loix & autres Officiers de Juſtice, de quelque nom que l'on les nyt accouſtumé en ladite Iſle nommer & appeller, pour faire & exercer de par lui icelle juſtice haulte moyenne & baſſe ſoubz le reſſort & Seuveraineté de nous, de noſtredit Conté de Hollande & de la Chambre de notre Conſeil en icelluy.*

Parmy & moyennant ce que ledit Prevoſt & ſes Succeſſeurs & chacun pour ſon temps ſeront tenuz bailler & delivrer à nous & à nos Succeſſeurs Contes & Conteſſes de Hollande après nous, le troiſiéme denier de tous les prouffits, rentes & revennes, qui appartiennent & appartiendront à ladite Seignourie & propricté de ladite Iſle, oultre le droit de huus-ghelt, *qui eſt de quatre gros de notre Monnoye de Flandre pour chacune maiſon fen eu meſnage qui ſont & ſeront cy-après en ladite Iſle, avec les aydes & ſubventions ſe aucunes y ſont cy-après par les habitans d'ycelle Iſle à Nous ou nos Succeſſeurs octroyées & accordées.*

Sauf nnſſy notre Dreit de Relief; aſſavoir une paire d'Eſperons dorez, que ledit Prevoſt & ſes Succeſſeurs chacun pour ſoy ſera & ſeront tenuz de nous en bnillar, avec le ſerment de feaulté à ce pertinent.

Si donnons en mandement à noz Amez & feaulx les Chancelier & gens de noſtre grant Conſeil eſtnnt lez Nous, à nos Lieutenant & aultres gens de notre grant Conſeil en noſdits pays de Hollande Zelande & Friſe, aux gens de nos Comptes à Brnxelles, & à tous nos aultres Juſticiers Officiers & ſubjects preſens & avenir, eni ce regardera, leurs Lientennus & à chacun d'eulx, endroit ſoy & ſi comme à lui appartiendra, que ces preſentes premierement enregiſtrées en la Chambre de nos Comptes à Bruxelles, ils facent ſeuffrent & laiſſent ledit Expoſant & ſeſdits Succeſſeurs Prevoſts de ladite Prevoſté de ſaint Donas de noſtre preſente grace & Infeodation & tout le contenu en ceſdits preſenies plainement & paiſiblement joyr & uſer, ſans leur faire ou donner ne ſouffrir eſtre fait en donné quelconque deſleurbier on empeſchement au contraire.

Mandons en oultre à tons nos ſubjets manans & habitans en icelle Iſle de Scelingbe, *& ſes appertenances, que ils ayent & tiennent doreſenavant ledit Prevoſt notre Conſeiller & tous ſes Succeſſeurs Prevoſts dudit ſaint Donas, pour leur dreturier Seigneur, en toute Juſtice haulte moyenne & baſſe, luy facent & gardent bonne & leall· obeiſſance, & à leurs Commis, toujours toutesfois ſoubz le reſſort & Souveraineté de Nous & de nos Succeſſenrs Contes & Conteſſes de Hollande.*

Car ainſy Nous plaiſt-il: nonobſtnnt les Ordonnances faites, de non donner on tranſporter aucune partie de noſtre Domaine, & quelconques aultres Ordonnances, mandemens ou deffencet faites ou à faire à ce contraires.

Et nffin que ce ſoit choſe ferme & eſtable à tonjours, nous avons fait mettre noſtre Scel à ces preſentes.

Donné en noſtre ville de Bruxelles au m oi de Novembre l'nn de grace mil quatre cens ſoixante-uenf. 1469.

CAPUT CCXX.

Carolus Audax Burgundiæ Dux, conſentit anno 1471, in erectionem Carthuſiæ Sylvæducenſis, quæ nunc eſt Antverpiæ, ubique illius Fundator haberi.

KArolus Dei gratiâ Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, & Lucemburgiæ, Comes Flandriæ, Artheſiæ, Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ & Namurci, Sacrique Imperii Marchio, ac Dominus Friſiæ, Salinarum & Machliniæ: ad perpetuam rei memoriam. Quoniam ubi eſt frequentia cultûs divini, ibi ſunt amor & timor Dei, in quibus totius ſapientiæ initia ſalutiſque primordia conſiſtunt.

Deſiderantes itaque fidem orthodoxam abundare Miniſtris, ad frequentes & devotas nobis porrectas preces Illuſtris Principis & Conſanguinei noſtri cariſſimi Arnoldi Ducis Geldriæ, totiuſque Ordinis Carthuſienſis pro Nobis, Succeſſoribuſque noſtris Ducibus Brabantiæ favorabiliter annuentes, liberaliter concedimus per præſentes, quod in loco dicto *Eyckendouck op den Dunghen*,

aut ſi ille locus propter frequentes ut accepimus inundationes aquarum, & inacceſſibilitatem ejuſdem, tempore hiemali ad hoc minus aptus reperiatur, in alio loco magis propitio & convenienti per medium milliare aut circiter ab Oppido noſtro Buſcoducenſi diſtanti, in honorem & laudem Salvatoris Chriſti, ejuſque intactæ Matris Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum & Sanctarum, ſubque vocabulo & patrocinio Sanctæ Sophiæ Civitatis Conſtantinopolitanæ, novum conſtruatur Cœnobium ſeu Monaſterium, cum cellulis, domibus, & ædificiis congruis & neceſſariis pro inhabitatione unius Prioris, & duodecim Fratrum cum familiâ competenti Ordinis Carthuſienſis prædicti, cujus nos principalem Fundatorem conſtituimus.

Vide Notam inferius.

XII. Fratres.

Quodque Cœnobium ſeu Monaſterium, cellulas, domos, & ædificia hujuſmodi prædicti Fratres eorumque Succeſſores unà cum aliis redditibus & bonis jam ad ipſorum uſus acquiſitis & impoſterùm quomodolibet acquirendis, quæ tamen feudalia non ſunt, pacificè & quietè poſſidere poſſint & valeant, uſque ad valorem annuum mille florenorum Rhenenſium, tam in agriculturâ, pratis, nemoribus, ſtagnis, vivariis, quam etiam quomodolibet aliis: dum tamen ut præfertur, redditus & bona prædicta feudalia non exiſtant.

Et quæ bona & redditus acquiſiti & acquirendi tributis ſubſidiſque noſtris ſubjacebunt, ſicut à prædeceſſoribus eorum fuerint poſſeſſa: niſi prædictis Fratribus à Nobis Succeſſoribuſque noſtris ampliorem gratiam deſuper contigerit in futurum impetrari.

Fundum tamen Monaſterii, cellarum & domorum Religioſorum prædictorum à tributis & ſubſidiis prædictis eximimus, & de gratiâ ſpeciali avellimus & liberamus per præſentes. Recipimus etiam de gratiâ noſtrâ ſpeciali ipſum Cœnobium ſeu Monaſterium, & bona ejuſdem cum Fratribus & eorum familiâ in noſtrâ protectione, Salvagardiâ & tuitione ſpeciali.

Ea-propter mandamus Præfidenti, Conſiliariis, Scoeſcallo Brabantiæ, Sculteto Buſcoducenſi, cæteriſque noſtris Officiariis, & juſtitiam noſtram exercentibus, ac aliis nobis quomodolibet ſubjectis quibuſcumque, ut præfatos Religioſos & familiam eorundem, ipſorumque Succeſſores præſenti noſtro Indulto, conceſſione, patronatu, & Salvagardiâ præmiſſis pacificè & quietè frui faciant, & permittant; quoniam ita nobis placet.

Non obſtantibus quibuſvis indultis, gratiis, conceſſionibus, privilegiis, conſuetudinibus, juribus municipalibus à Nobis Prædeceſſoribuſque noſtris, prædicto Oppido noſtro Buſcoducenſi, vel aliis quibuſcumque in contrarium præmiſſorum conceſſis vel promiſſis.

Quibus omnibus quoad præmiſſa per præſentes derogamus; juribus tamen noſtris, & privilegio in contrarium præmiſſorum Oppidi noſtro Buſcoducenſi ut aſſeritur conceſſo, in aliis ſalvis, & in ſuo robore & virtute permanſuris.

Datum in Oppido noſtro Abbatiſvillâ, anno ab Incarnatione Domini milleſimo, quadringenteſimo ſeptuageſimo primo, in menſe Septembri. 1471.

Carolus Audax huic novo Cœnobio, Sanctam Sophiam Conſtantinopolis Civitatis, proprio motu, propriæque manûs ſuæ ſcripturâ, Patronam tutelarem deſignavit; ſcilicet ut celeberrimi illius Templi Conſtantinopolitani, in Sanctæ Sophiæ nomine erecti, anno 1453 à Turcis occupati ac profanati, perpetua apud Brabantos extaret memoria.

Porrò Templum hoc Conſtantinopolitanum in honorem Dei Optimi Maximi, ſeu Æternæ Sapientiæ à Conſtantino Magno extructum fuit; non verò dicatum fuit Sanctæ Sophiæ, quæ 8 Auguſti colitur, Matri SS. Virginum Fidei, Spei, & Charitatis, quæ ſæculo II ſub Adriano Imperatore martyrium paſſæ ſunt.

De hac Carthuſia plura vide in Hiſtoriis Epiſcopatuum Sylvæducenſis & Antverpienſis, haud ita pridem editis Bruxellæ apud Franc. Foppens.

Quippe poſt traditam Batavis Urbem Sylvæducenſem anno 1629, Carthuſia hæc Stæ. Sophiæ, de cujus Fundatione jam egimus, tranſlata fuit Antverpiam. Alia vero Carthuſia ſeu Domus Stæ. Catharinæ, quæ olim prope Antverpiam fundata extiterat, inde ab anno 1550 tranſlata fuit Liram.

CAPUT CCXXI.

Maria Loſſenſis Comitiſſa, Vidua Joannis Naſſovii, Comitis Viandæ, Dieſthemii, Domini Bredæ &c. Prioratum Canonicarum Regularium Montis Pacis, vulgo Vredenbergh, fundat anno 1476 in Baronatu Bredano; inde tranſlatum Liram in Diœceſi Antverpienſi.

Universis & ſingulis præſentes Litteras, ſive præſens publicum inſtrumentum viſuris ſeu audituris, Maria de Loen, relicta quondam Illuſtris Comitis Joannis de Naſſau, de Vianden, & de Dieſt, Domini de Breda, & Engelbertus Comes de Naſſau & de Vianden, Comes de Breda, ejus filius, ſalutem in Domino, cum notitia veritatis.

Notum facimus, quòd nos de noſtra, no-

ſtrorumque parentum & progenitorum ſalute cogitantes, ac terrena pro cæleſtibus ſelici commercio commutantes, Monaſterium que perpetuum Sanctarum Virginum ſeu Sanctimonialium numero XXV. de Ordine & Obſervantia Regulari S. Auguſtini ac ſub clauſura Monaſtica, ubi nimirum Majeſtatis laus è virgineis organis aſſiduè reſonet, animæque prædicti quondam Joannis Comitis de Naſſau ipſarum Religioſarum devotis orationibus ſervens memoria habeatur, erigere cupientes in loco vulgaritet nuncupato *Weſtenberghe*, infra manſum ab eodem loco ſimili dictum, in prædicto Territorio ſituatum, omnibus melioribus modo, viâ, jure, causâ, ac formâ, quibus melius & efficaciùs potuimus & debuimus, poſſumus & debemus, dedimus, contulimus, & aſſignavimus perpetuè & irrevocabiliter ad opus erectionis Monaſterii hujuſmodi manſum prædictum, cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis,

Ac eis modo ac formâ, quibus quondam Joannes filius naturalis de Lecka, nominatus de Weſtenberga, ipſum manſum tempore vitæ ſuæ tenere & poſſidere ſolebat, ſub annuo onere unius ſextarii ſiliginis pauperibus in Bavel, juxta teſtamentariam ordinationem præfati Joannis de Lecka, in die obitûs ſeu anniverſarii ſui ſingulis annis erogandi, & diſtribuendi in panibus ex eadem ſiligine coctis ſeu piſtis.

Nec non ſub aliis cenſibus & oneribus ex ipſo manſo ab antiquo exeuntibus, & quæ prædictus Joannes de Lecka ex illo annuatim ſolvere & portare conſuevit.

Sub tali conditione præmiſſis annexa, ut poſtquam prædictæ Religioſæ infra Dominium prædicti totius Territorii de Breda, cujus membra inter alias partes deputantur Dominia *Steenbergen* & de *Ooſterhout*, in bonis ſeu reditibus hæreditariis ſummam ſeu valorem quadringentorum florenorum aureorum Rheneoſium habuerint ſeu acquiſierint, ſummam hujuſmodi tranſire non poterunt, hoc eſt, plora bona ſeu reditus viâ donationis ſeu emptionis aut alio modo acquirere ſeu apprehendere infra limites hujuſmodi Territotu exiſtentia: ſcilicet eum ſumma & quantitate hujuſmodi contentæ eſſe tenebuntur.

Quod quidem manſum cum ſuis pertinentiis ſupradictis nos Maria Comitiſſa & Engelbertus Comes præfati pro nobis noſtriſque hæredibus & Succeſſoribus ad opus prædictum reſignamus, ac illi & omni juri quod in illo habuimus, vel habere potuimus, renunciamus purè effectuando, ſub modis & moribus prænarratis; rogantes Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum D. Ludovicum de Bourbon D. G. Epiſcopum Leodienſem, quatenus omnia & ſingula præmiſſa ſuâ Authoritate Epiſcopali roborare & confirmare dignetur.

In quorum omnium & ſingulnrom fidem & teſtimonium præmiſſorum has præſentes Litteras ſive hoc publicum Inſtrumentum per Notarium infraſcriptum exinde fieri & ſubſcribi, noſtriſque & teſtium inferius nominatorum Sigillis roborari juſſimus.

Anno Domini M. CCCC. LXXVI.

CAPUT CCXXII.

Ludovicus de Bourbon Leodienſis Epiſcopus, Fundationem Prioratûs Montis Pacis (de quo Cap. præcedente) confirmat anno 1476.

Ludovicus de Bourbon Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Leodienſis, &c.

Sane nobis in Chriſto dilectorum nobilium & illuſtrium Mariæ de Loen relictæ quondam illuſtris Johannis dum viveret Comitis de Naſſauw & Vyanden & Dietze, Domini de Breda, nec non Engelberti moderni Comitis de Naſſaow & Vyanden Domini de Breda ejuſdem Mariæ filii exhibita petitio continebat: quod ipſi Maria & Engelbertus zelo devotionis aceenſi, &c.

Monaſterium ſeu Cœnobium perpetuum Virginum ſeu Sanctimonialium numero viginti-quinque de Ordine & Obſervantia Regulari S. Auguſtini ac ſub clauſura Monaſtica, ubi divinæ Majeſtatis laus, è virgineis organis aſſiduè reſonaret, animæque prædicti quondam Johannis Comitis de Naſſauw, in ipſarum Religioſarum devotis orationibus ſervens haberetur memoria, fundare & erigi facere cupientes in loco vulgariter nuncupato Wueſtenberghe, infra manſum ab eodem loco ſimiliter dictum, in Territorio de Breda ſituatum, manſum hujuſmodi cùm omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis, ac eis modo & formâ, quibus quondam Johannis filius naturalis de Lecka, nominatus de Wueſtenberghe ipſum manſum tempore vitæ ſuæ tenere & poſſiocre conſuevit, ſub annuo onere unius ſextarii ſiliginis, pauperibus in Bavel juxta teſtamentariam diſpoſitionem ſeu ultimam voluntatem ejuſdem quondam Johannis de Lecka in die obitûs vel anniverſarii ſui, in panibus piſtis diſtribuendis nec non ſub aliis eenſibus & oneribus, &c.

Datum Lovanii anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, menſis Julii die decimâ quartâ.

CAPUT CCXXIII.

Sixtus IV Pont. anno 1481 ad inſtantiam Maximiliani & Mariæ Ducum Burgundiæ creat in Eccleſia B. M. V. Brugis Decanum, Cantorem & Theſaurarium, & inſuper quinque Seniores Capellanos conſtituit Canonicos, eiſque proinde unit plures Eccleſias.

Ex Archivis Eccleſiæ Collog. B. M. Brugis.

SIxtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Romanum decet Pontificem, qui ſuper univerſas Orbis Eccleſias & Perſonas Eccleſiaſticas obtinet Principatum, ad ea ſuæ conſiderationis aciem dirigere, per quæ earum neceſſitatibus ſuccurratur, maximè cum id Catholicorum Principum expoſcit devotio, & id in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Sane pridem accepimus, qualiter Præpoſitus, Canonici, Capellani, Vicarii perpetui de gremio Chori Eccleſiæ B. Mariæ Oppidi Brugenſis, Tornacenſis Diœceſis, quæ etiam Parochialis exiſtit, & cujus cura per tres Rectores, Portionarios nuncupatos regitur, & quorum portiones, numero tres, per Nos nuper ad majorem ejuſdem Eccleſiæ decorem & honeſtatem, in tres Dignitates, prima videlicet in Decanatum, ſecunda vero in Cantoriam, & tertia in Theſaurariam certo modo erectæ fuerunt; ex eo quod fructus redditus & proventus Præpoſituræ ejuſdem Eccleſiæ, quæ inibi principalis Dignitas exiſtit, ac ſibi annexorum qui centum, & cujuſlibet, tam decem Præbendarum qui 50, quam viginti Capellaniarum & quatuor Vicariarum perpetuarum de gremio Chori ejuſdem Eccleſiæ, qui 40 librarum Turonenſium parvorum, (quotidianam etiam faciendo reſidentiam, & omnibus horis divinis ejuſdem Eccleſiæ decantandis aſſiſtendo) ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt, ita tenues & exiles exiſtunt, quod ipſas Præpoſituram, Præbendas, Capellanias & Vicarias reſpectivè pro tempore obtinentes, ex eiſdem victum decentem habere, & onera ſibi incumbentia ſecundum vocationis ſuæ ſtatum perferre nullatenus poſſunt; ſed ut plurimum Canonici, Capellani, & Vicarii prædicti pro eorum vitæ & ſuſtentationis ſuffragio Miſſis peculiaribus & aliis negotiis eorum vocationibus minus congruis intendere compelluntur.

Quo fit, ut ad dictum divinum ſervitium in eadem Eccleſia perſolvendum non ita continue, ſicut opus eſſet & ſummè expediret, inſiſtere poſſunt. Etiam quia nuper duo Canonicatus & totidem Præbendæ ejuſdem Eccleſiæ, ſine conſenſu Parochianorum ejuſdem ipſius Eccleſiæ, & ipſis, qui, & eorum Prædeceſſores hujuſmodi Eccleſiam & Præbendas, Capellanias ac Vicarias prædictas, ad Dei laudem ſuarumque animarum ſalutem ſucceſſivè fundarunt, minimè vocatis nec auditis, Præpoſituræ & primæ Portioni prædictis certo modo uniti fuerunt, ipſi Parochiani per hujuſmodi uniones non parum ſe ſuis Fundationibus ſalutaribus eſſe fruſtratos arbitrantes, indies maximè conqueruntur, & ab uberioribus Fundationibus ſalutaribus in eadem Eccleſia faciendis penitus diſtrahuntur.

Nos igitur, qui dudum inter cætera voluimus & ordinavimus, quod in Unionibus ſemper commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, ut Parochianorum hujuſmodi querelæ facilius ceſſent, ipſaque Eccleſia, ad quam dilectus filius Nobilis Vir Maximilianus Dux, & dilecta in Chriſto filia Nobilis mulier Maria ejus Conthoralis Duciſſa Auſtriæ & Burgundiæ, in quorum Flandriæ Comitatu dicta Eccleſia conſiſtit, ſingulariſſimam habent & gerunt devotionem, totidem Canonicatibus & Præbendis, ſicut & Capellaniis extolli & decorari, dictumque ſervitium in eadem Eccleſia augmentum ſuſcipere poſſit & valeat; Ac etiam honeſtati & decentiæ Præpoſiti, Canonicorum & Beneficiatorum, ut onera ſibi incumbentia decentius perferre, & dicto divino ejuſdem Eccleſiæ ſervitio liberius & attentius inſiſtere valeant, oportune providere cupientes;

Præpoſitum & ſingulos Canonicos ac Beneficiatos Eccleſiæ prædictæ B. Mariæ pro tempore exiſtentes à quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti ac aliis Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quâvis occaſione vel cauſâ latis ſeu promulgatis, ſi quibus quomodolibet innodati vel irretiti forſitan exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes,

Motu proprio, non ad ipſorum Præpoſiti Canonicorum & Beneficiatorum ejuſdem Eccleſiæ B. Mariæ, vel alterius ſuper hoc oblatæ Nobis petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate & ex certa ſcientia, ac etiam conſideratione præfatorum Maximiliani & Mariæ Ducum, prædictæ Præpoſituræ ejuſdem Eccleſiæ B. Mariæ duas, & cuilibet Præbendarum Capellaniarum & Vicariarum prædictarum ejuſdem Eccleſiæ unam de Eccleſiis Parochialibus campeſtribus in præfatorum Maximiliani & Mariæ Ducum Comitatu

tatu Flandriæ conſiſtentibus, & per Presbyteros firmarios ad nutum amovibiles, ut plurimum regi & gubernari ſolitis, infra quas infra unius menſis ſpacium, poſtquam extra Romanam Curiam quomodolibet vacaverint, Præpoſitus Canonici & Beneficiati prædicti duxerint acceptandas, quarum & poſſeſſorum nomina & cognomina, ac etiam earumdem verum valorem annuum, dummodo ſingulis earum oneribus deductis ſecundum taxationem, Decimæ 30 librarum ſimilium valorem annuum non excedant, hîc pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, tenore præſentium perpetuò unimus, annectimus & incorporamus.

Ita, quod cedentibus vel decedentibus ſic unitarum Eccleſiarum poſſeſſoribus, ſeu eas quomodolibet dimittentibus, liceat prædictis Præpoſito Canonicis & Beneficiatis ejuſdem Eccleſiæ B. Mariæ reſpectivè illarum fructuum quoque redditum jurium & proventuum univerſorum eorumdem corporalem poſſeſſionem per ſe, vel procuratorem eorum, auctoritate propriâ liberè apprehendere & perpetoò retinere, ac hujuſmodi Eccleſiarum fructus, redditus jura & proventus ad eorum uſum & utilitatem omnium prædictorum Beneficiatorum ſecundum proportionem in eadem Eccleſia affectam convertere, nec non eiſdem Eccleſiis campeſtribus per Presbyteros ſæculares ydoneos, etiam ad nutum amovibiles, deſerviri facere, Diœceſani loci & cujuſvis alterius licentiâ minimè requiſitâ.

Statuentes nichilominus, & prædictâ Auctoritate decernentes, quod unio, annexio incorporatio & præſentes Litteræ ſub quibuſcumque generalibus unionum revocationibus per Nos vel Sedem Apoſtolicam ſub quibuſvis formis & expreſſionibus verborum, etiam motu & ſcientiâ ſimilibus, & cum quibuſcumque clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac quibuſvis etiam neceſſariis & urgentibus cauſis deinceps faciendis, nullatenus comprehendantur, nec etiam comprehenſæ cenſeantur, niſi in eiſdem revocationibus, de præſentibus Litteris ſpecialiter & expreſſe mentio fiat.

Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac priori voluntate noſtra prædicta, nec non Statutis, Conſuetudinibus & Indultis forſan contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqui ſuper Proviſionibus ſibi ſeu aliis unionibus de dictis campeſtribus Eccleſiis faciendis ſpeciales, vel alias Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiam ſi per eas ad Inhibitionem, Reſervationem & Decretum vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum.

Quas quidem Litteras ac proceſſus habitos per eaſdem & quæcumque inde ſecuta, ad dictas ſic unitas campeſtres Eccleſias volumus non extendi: ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Eccleſiarum vel Beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuſlibet aliis Privilegiis, Litteris, & Indultis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant: per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus præſentium impediri, retardari, ſeu quomodolibet differri valeat, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in eiſdem noſtris Litteris mentio ſpecialis.

Proviſo, quod propter unionem, annexionem & incorporationem prædictas, ſi illæ vigore præſentium effectum ſortiantur, Parrochiales Eccleſiæ hujuſmodi debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis nullatenus negligatur, ſed earum congruè ſupportentur onera conſueta.

Et inſuper quamprimum eædem præſentes Litteræ in unionibus ſupraſcriptis pro majori ſui parte ſortitæ fuerint effectum, Canonicatus & Præbendas prædictis Præpoſituræ & primæ Portioni nuper ut præfertur reſpectivè unitos, ab eiſdem Præpoſitura & prima Portione eâdem Apoſtolicâ Authoritate omnino diſſolvimus & ſeparamus, ac in priſtinam ſtatum in quo erant antequam unirentur, reponimus, ac ex nunc dicto adveniente caſu omnino repoſitos, & vacare declaramus.

Et ultra hoc, quinque ex Capellaniis prædictis de gremio Chori ejuſdem Eccleſiæ, quas quinque ejuſdem Eccleſiæ Seniores Capellani poſſident, cum ſuis fructibus, redditibus, juribus & proventibus univerſis, in Canonicatus & Præbendas ejuſdem Eccleſiæ prædictâ Authoritate creamus & erigimus, & ipſas nunc & pro tempore obtinentes, tanquam Canonicos ejuſdem Eccleſiæ Præbendatos, aliorumque inibi Canonicorum Collegio & numero, cum ſtallo in choro, voce & loco in Capitulo, nec non præeminentiis honoribus & oneribus conſuetis, motu ſcientiâ & authoritate prædictis harum ſerie favorabiliter aggregamus. Creatio V. Canonicorum.

Decernentes ſic ſuper omnibus & ſingulis in præſentibus Litteris contentis per quoſcumque Auditores & Judices in præfata Curia & extra eam, ſublatâ eis & cuilibet ipſorum aliter interpretandi facultate in quibuſcumque cauſis deinceps movendis ſententiari & deffiniri debere, ac irritum & inane quidquid ſecus ſuper hiis à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Abſolutionis, Unionis, Annexionis, Incorporationis, Statuti, Conſtitutionis, Separationis, Repoſitionis, Declarationis, Creationis, Erectionis, Aggregationis & Decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo, Pontificatûs noſtri anno.

Originem Eccleſiæ Collegiatæ B. M. V. habes inter Opera Diplomatica Aub. Miræi parte II Supplementi, ſeu pag. 949 & ſequentibus.

Ejuſdem Eccleſiæ benefactrix munificentiſſima fuit Maria Burgundica, Caroli Audacis filia & hæres, cujus dono ibidem viſuntur ornamenta pretioſiſſima auro gemmiſque intertexta, ac propriâ ejus manu exarata.

Quod autem Bulla Sixti IV. Pontificis jam relata, ſuum ſortita non fuerit effectum, provênit ex inopinata morte præfatæ Duciſſæ, quæ inter venandum ex equo dilapſa, Brugis interiit die 27 Martii 1482, anno ætatis 25.

Matrimonio juncta fuerat cum Maximiliano, Archi-Duce Auſtriæ, dein Rom. Imperatore; Unde prodierunt hi duo verſus.

Bella gerant alii, tu felix Auſtria nube;
Quæ Mavors aliis, fert tibi Regna Venus.

EPITAPHIA IN ECCLESIA COLLEG. B. M. V. BRUGIS.

Imprimis ante ſummum Altare Chori conſpicitur Tumba magnificentiſſima CAROLI cognomento Audacis, Burgundiæ Ducis &c. cum hac inſcriptione.

Charles Duc de Bourgogne.

CY giſt tres hault, tres puiſſant & magnanime Prince Charles Ducq de Bourgogne, de Lotrich, de Brabant, de Lembourch, de Luxembourgh & de Guelares, Comte de Flandres, d'Artois, de Bourgogne, Palatin de Haynau, de Hollande, & de Zelande & de Namur, & de Zutphen: Marquis du St. Empire, Seigneur de Frize, de Salins & de Malines: lequel eſtant grandement doué de force, conſtance, magnanimité, proſpera longtems en haultes entreprienſes batailles & victoires, tant à Montlhery en Normandie, en Artois & en Liege qu'en aultre part, juſques à ce que fortune lui tournant les doz, l'oppreſſa la nuict de Roys 1476 devant Nancy. Le corps duquel depoſité audit Nancy, fut depuis par le tres-hault, tres-puiſſant & tres-victorieux Prince Charles Empereur de Romains Vi. de ce nom ſon petit Nepveu, heritier de ſon nom, victoires & Seigneuries tranſporté à Bruges, ou le Roy Philippe de Caſtille, Leon, Arragon, Navarre &c. fils dudit Empereur Charles l'a faict mettre en ce tombeau, du coſtel de ſa fille & unicque heritiere Marie, femme & eſpouſe de tres-hault & tres-puiſſant Prince Maximilien Archiducq d'Auſtrice, depuis Roy & Empereur des Romains. Prions Dieu pour ſon Ame. Amen.

In eodem Choro ad partem ſeptentrionalem eſt altera Tumba paris magnificentiæ continens oſſa Mariæ Duciſſæ & heredis Burgundiæ, filiæ præfati Ducis Caroli, cum hoc Epitaphio.

Marie de Bourgogne.

SEpulcre de tres illuſtre Princeſſe Dame Marie de Bourgogne par la grace de Dieu Archiduceſſe d'Auſtrice, Duceſſe de Bourgogne, de Lotrich, de Brabant, &c. femme & eſpouſe de tres-illuſtre Prince Monſeigneur Maximilien lors Archiducq d'Auſtrice, & depuis Roy des Romains, filz de Frederick Empereur de Rome, laquelle Dame treſpaſſa de ce ſiecle en l'aage de vingt-cinq ans le XXVII jour de Mars l'an 1481. & demoura d'Elle ſon heritier Philippe d'Auſtrice, & de Bourgogne, ſon ſeul fils en l'aage de trois ans & nœuf mois, & auſſi Margriete ſa fille en l'aage de quatorze mois, & cinq ans fut Dame des Pays deſſuſdits, quatre ans & nœuf mois fut en mariage, vertueuſement & en grand amour veſcut avecq mon dict Seigneur ſon mary, regrettée, plaincte & plorée fut de ſes ſubjects & de tous aultres qui la cognoiſſoient, aultant que fuſt oncques Princeſſe.
Prïez Dieu pour ſon Ame, Amen.

Copie des lettres Patentes du Roi Philippe II., par leſquelles il ordonne de faire baſtir & conſtruire en l'Egliſe de N. D. en ſa Ville de Bruges une nouvelle Tombe & Sepulture de feu de tres-noble memoire le Duc Charles de Bourgogne Biſaieul dudit Roi.

PHilippe par la grace de Dieu Roi de Caſtille &c. A nos amez & feaulx les Chiefs Threſorier general & Commis de nos Domaines & Finances ſalut & dilection.

Comme nous ayons preſentement ordonné de faire baſtre & conſtruire en l'Egliſe de N. Dame en noſtre Ville de Bruges une nouvelle Tumbe & Sepulture de feu de Tres noble memoire le Duc Charles de Bourgogne notre Bys-ayeul, de la meſme grandeur de la ſepulture de feue Madame Marie

Archidaceſſe d'Auſtrice Ducheſſe de Bourgogne &c. noſtre Ayeule, cui Dieu abſoille, le tout à l'antique, & de pierre de touche d'alabaſtre & de Bamſſche-ſteen, *bien polly, eſtoffé & doré, conforme au concept & les patrons ſur ce faits & dreſſez, & ſignez ſur le doz par noſtre Audiencier; & pour tant ſoit beſoing ordonner ſur le furniſſement des deniers neceſſaires pour la conſtruction d'icelle Sepulture, ſelon & enſuyvant l'eſtimation contenue audict concept.*

Saveir Vous faiſons, que ce conſideré, deſirans que ladicte ſepulture ſe face ſelon ledict concept & patrons ſuſdicts, & ſur ce en voſtre advis, avons ordonné & accordé, ordonnons & accordons par ces preſentes pour la conſtruction de ladicte ſepulture, avecq les deppendances & appendances, enſemble des deux portes & le hauſſement de l'Autel, conforme leſdits concept & patrons

Nota.

ſignez, (comme deſſus) la ſomme de vings mil livres, du prys de quarante groz de noſtre monnoye de Flandres la livre une fois & en deſſeus, ſelon que icelle ſepulture avecq leſdits appendances & dependances couſtera, tant pour la manufacture que les materiaulx y ſervants & autrement.

A prendre & lever icelle ſomme tant des deniers procedants de noſtre eſpargne, que d'aultres parties extraordinaires, ſelon que les trouverez mieulx convenir à voſtre moindre charge. Et ce par diverſes fois & fait a fait, que aucuns ouvrages de ladicte ſepulture ſe feront. Veuillant & ordennant, que telles ſommes de deniers que ſeront ordonnez à la fin que deſſus & chacunes d'icelles juſques à ladite ſomme de vingt mil livres dudit prys, & en deſſoubs ſoyent payez par noſtre Treſorier de l'eſpargne, ou aultre noſtre Receveur ou Officier qu'il appartiendra. Et icelles paſſées & alloüées en leurs comptes, reſpectivement là, & ainſi qu'il appartiendra, ſans aulcune difficulté, en rapportant enſeignement ſouffiſant d'avoir payé & furny leſdits deniers à celuy ou ceulx qui de noſtre part ſeront à ce commis & ordonnez.

Car ainſy nous plaiſt-il, non obſtant quelzconques Ordonnances, reſtrinctions, mandemens ou deffences à ce contraires.

Donné en notre ville de Mons en Haynnau le 3 jour d'Aouſt, l'an de grace 1558. De nes Regnes, aſſavoir des Eſpagnes, Secille, &c le troizieme, & d'Angleterre, France & Naples le 5me.

Soubz eſcript. Par le Roy, le Sr. de Hachecourt Chief, Meſſire Pierre Boiſot Treſorier General & Joſſe de Damboudere, Charles, Commis des Finances & aultres preſents. Signé d'Overloope.

Sur le dos étoit eſcrit. les Chiefs Treſorier General & Commis ſur le faict des Domaines & Finances du Roy noſtre Sire, conſentent ce tant que en eulx eſt, que le contenu ou blanco de ceſtes ſoit furny, & accomply tout ainſy, & par la meiſme forme & maniere, que Sa Majeſté le veult & mande être faict par icelles.

Eſcript ſoubz leurs ſeings manuel le 15 jour de Fevrier 1558. Seaſigné P. Montmorency Boiſot, Damboudere.

Copie de la Commiſſion de Meſſires les Chiefs, Treſorier General & Commis des Finances du Roy noſtre Sire ſur Jean Perez & Pierre Aerts, pour l'accompliſſement de l'ouvraige de la Tombe de feu le Duc Charles de Bourgoigne.

COmme il ait pleu au Roy d'ordonner, que a l'honneur & ſouvenance de feu bonne memoire le Duc Charles de Bourgoigne Byſayeul de Sa Majeſté, en l'Egliſe Collegiale de Notre Dame à Bruges ſoit erigé ſa Sepulture, & edifié une Tumbe ſemblable à celle de Madame Marie ſa fille, avecq deux nouvelles cloſtures des deux coſtez du Chœur illecq, conforme à l'eſcript, patron & ordonnance par Sadicte Majeſté ſur ce faict.

Et que ainſy ſoit neceſſaire de commettre aulcuns bons perſonnaiges eux entendants au faict de ſemblables ouvraiges pour recepvoir fil à fil sels deniers que leur ſeront delivrez par le Treſorier de l'eſpargne, ou par aultre extraordinaire le tout ſuivant la ſuſdicte Ordinance, affin de les employer en l'achapt des materiaulx y requis, & ce qu'il en depend, & prendre ſoigneulx regard que iceulx ſoient bien & deuxement faicts de bonne eſtoffe, & ſelon les patrons ſignez par l'Audiencier Maiſtre Pierre d'Overloope, à charge d'en rendre bon & leal Compte & Reliqua, devant tels Commiſſaires que à ce ſeront ordonnez, les Chiefs, Treſorier General & Commis des Finances de Sa Majeſté eſtants bien informez des qualitez, idoneitez & ſaffiſance de Jehan Perez Bourguemaiſtre du Cours de la Ville de Bruges, & Pierre Aerts Margliſeur de la ſuſdicte Egliſe de N. Dame au fait de ſemblables ouvraiges, les ont commis & commettons par ceſtes preſentes, à la recepte & diſtribution des deniers ordonnez & à ordonner pour iceulx ouvraiges, & ladicte Tumbe & ſepulture avecq deux nouvelles cloſtures des deux coſtez dudict Chœur, conforme l'ordonnance, en leur donnant plain pouvoir, auctorité & mandement eſpecial de doreſnavant recepvoir & diſtribuer leſdicts deniers, ſelon que pour le plus grand prouffict de Sa Majeſté ils trouveront convenir.

Et au ſurplus eulx reigler & conduire ſelon le contenu deſdictes Ordonnances & patrons, que leur ſeront baillez, dont & de leurs paines & travaulx ſera cy-aprés prins regard comme de raiſon, pourveu qu'ils ſeront tenus de reçea rendre bon & leal compte, & payer le Reliqua, touttes & quantes-fois qu'ils en ſeront requis, là & ainſy qu'il appartiendra.

Faict au Bureau des Finances à Mons, le 15 jour d'Aouſt 1558.

Soubſigné: P Montmorency. Boiſot. Van Loo.

CAPUT CCXXIV.

Sixtus IV. Pont. dat Privilegium Civibus Middelburgenſibus in Zeelandia; ne extra ſuum Oppidum evocentur, anno 1483.

Ixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis circumſpecta beoignitas ſibi & Romanæ Eccleſiæ devotarum perſonarum ſinceræ devotionis affectum providè conſiderans; ad ea libenter intendit, per quæ conceſſiones & gratiæ ab eo factæ in ſuo plenario robore valeant permanere.

Dudum ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Burgimagiſtrorum, Scabinorum, incolarum & habitatorum Oppidi Middelburgenſis Trajectenſis Diœceſis nobis expoſito, quod licet in dicto Oppido ſecundum ejus qualitatem copia peritorum extat, coram quibus cauſæ, Burgimagiſtros, Scabinos, incolas & habitatores prædictos ac alios infra metas & territorium dicti Oppidi habitantes tangentes, decidi & terminari poſſent; nichilominus Burgimagiſtri, Scabini, incolæ & habitatores ac alii prædicti etiam ſuper piis cauſis, tam Ordinariâ quam Apoſtolicâ Authoritatibus multotiens extra dictum Oppidum, & quandoque etiam ultra quatuor dietas ad Judicium evocantur & in lites trahuntur, in eorum ac habitantium nec non Oppidi prædictorum non modicum gravamen & jacturam;

Nos tunc ut Burgimagiſtri, Scabini, habitatores & habitantes prædicti, tunc præſentes & futuri, nec non aliæ ſingulares perſonæ Oppidi & Territorii hujuſmodi tam Eccleſiaſticæ & Regulares cujuſvis Ordinis, quam ſæculares cujuſcumque dignitatis, Statûs gradûs vel conditionis exiſtercot, pro quibuſcumque cauſſis civilibus & criminalibus contra eos ſen eorum aliquem per quoſcumque motis & movendis à quibuſcumque Judicibus extraordinariis, Conſervatoribus aut Subconſervatoribus, quâvis, etiam Sedis Apoſtolicæ Auctoritate fungentibus, prætextu quarumlibet Litterarum Apoſtolicarum tunc impetratarum & impoſterum impetrandarum, extra Oppidum prædictum ad quarumvis perſonarum Univerſitatum & Collegiorum tam Eccleſiaſticorum quam ſæcularium inſtantiam citari, conveniri aut alias ad judicium evocari per viam ſimplicem querelæ in prima inſtantia non poſſcot ſeu deberent quoquo modo, ſed coram Judicibus Eccleſiaſticis inibi exiſtentibus dumtaxat teneantur de juſtitia reſpondere, perpetuò ſtatuimus & ordinavimus.

Ac Ordinariis, Extraordinariis & Conſervatoribus, Subconſervatoribus & Judicibus quibuſcumque, ne prætextu Litterarum Apoſtolicarum, quorumcumque tenorum exiſterent, Burgimagiſtros, Scabinos, incolas, habitatores habitantes & alios prædictos præſentes & futuros contra Statutum & ordinationem noſtram hujuſmodi trahere quoquo modo præſumerent, diſtrictiùs inhibuimus.

Nec non omnes & ſingulos proceſſus Excommunicationis & Interdicti, ſententias cenſuras & pœnas, quas contra ſtatutum ordinationem & inhibitionem noſtram hujuſmodi quâvis etiam Apoſtolicâ Authoritate promulgari vel haberi, nec non totum id & quidquid aliàs ſecus à quocumque quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, nullius roboris & momenti exiſtere decrevimus, cæterum deſuper executoribus deputatis, prout in noſtris deſuper confectis Litteris pleniùs continetur.

Cum autem, ſicuti exhibita nuper pro parte Burgimagiſtrorum Scabinorum Incolarum & habitatorum prædictorum petitio continebat, ipſi contra tenorem Litterarum hujuſmodi, pro eo quod in Litteris prædictis derogatio Litterarum Apoſtolicarum dictis Judicibus extraordinariis, Conſervatoribus aut Subconſervatoribus conceſſarum & concedendarum facta non fuit, forſan molcſtari & multipliciter inquietari dubitent;

Nos igitur Burgimagiſtros, Scabinos incolas & habitatores prædictos ab omnibus & ſingulis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure vel ab homine quâvis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, quoad hoc ut præſentes dumtaxat conſequantur effectum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, eorumdem Burgimagiſtrorum, Scabinorum, incolarum & habitatorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, Authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium, quod Litteræ prædictæ & Proceſſus, forſan habiti ſeu habendi per eoſdem, à datâ præſentium valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant;

Quodque illarum Executores ad illarum executionem totalem, ubi & quando fuerit opportunum, procedere poſſint & valeant, perinde in omnibus ac per omnia, ac ſi in dictis Litteris, quibuſcumque conceſſionibus, privilegiis, Litteris, & Indultis Apoſtolicis, etiam quibuſcumque extraordinariis Conſervatoribus & Subconſervatoribus ſeu Judicibus,

etiam

etiam ſub quibuſvis verborum formis, etiam motu proprio, ſeu aliàs quovis reſpectu, ac eum Decretis irritantibus, etiam ſi in eis ſtrepitus, indagatio & figura judicialis in prima inſtantia requireretur, ſufficienter ac ſpecialiter ſpecificè & expreſſè derogatum ſuiſſet, ſtatuimus pariter & decernimus. Illiſque omnibus & ſingulis, ſi & in quantum Statuto & Ordinationi, ac primo-dictis Litteris hujuſmodi præjudicent, ſeu præjudicare & obviare poſſint, etiam ſi in eis cavearur expreſſè, quod illis per alias Litteras non facientes plenam ac ſpecificam & expreſſam ac de verbo ad verbum mentionem, derogari non poſſit, ſpecialiter & expreſſè derogamus.

Non obſtantibus præmiſſis ac omnibus illis quæ in dictis Litteris volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtrorum Statuti, declarationis, Conſtitutionis ac derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo octogeſimo tertio, tertio Nonas Aprilis, Pontificatûs noſtri anno duodecimo. 1483.

CAPUT CCXXV.

Philippus Pulcher Brabantiæ Dux, ac dein etiam Hiſpaniarum Rex, Eccleſiam Collegiatam Sylvæducenſem, Anteceſſorum more, in Protectionem ſuſcipit, declarans Duces Brabantiæ illius Eccleſiæ Advocatos, & alternatim Collatores Præbendarum.

PHilippus Dei gratiâ Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Lucemburgiæ & Geldriæ &c. univerſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem.

Notum facimus Vobis, pro parte Venerabilium Virorum in Chriſto dilectorum, Decani & Capituli Eccleſiæ Collegiatæ & Parochialis B. Johannis Evangeliſtæ, Oppidi noſtri Buſciducenſis, Leodienſis Diœceſis, fuiſſe humiliter expoſitum, quod à multis retroactis temporibus Prædeceſſores noſtri Brabantiæ Duces, eorumque in hac parte pro tempore Succeſſores fuerint ab ipſis Exponentibus, vel potius eorum Anteceſſoribus in ſingulares eorum Patronos & Defenſores electi pariter & aſſumpti; conceſſâ eis alternativâ Canonicatuum & Præbendarum ejuſdem Eccleſiæ Collatione; ut eo pacto Exponentes præfati ad ſuam & ſingulorum Capellanorum, Beneficiatorum, Habituatorum, Choralium, ſervitorum, officiatnrum & aliorum ſuppoſitorum, juriumque & Privilegiorum, rerum, bonorum & poſſeſſionum dictæ Eccleſiæ defenſione eos redderent promores.

Alternativa Collatio Præbendarum.

Supplicantes præterea, quatenus eos omnes, & ſingulos prædictos in noſtra tutela & defenſione ſuſcipere, ac in ſuis juribus & privilegiis, libertatibus & poſſeſſionibus manutenere, illatque & illa de noſtra benignitate confirmare, approbare & renovare dignaremur.

Hinc eſt, quod Nos, Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, præfatæ Eccleſiæ, nec non perſonarum, ſuppoſitorum, rerum & poſſeſſionum ejuſdem conſulere, & pro viribus providere cupientes, de certa noſtra ſcientiâ ac mera liberalitate, prædictam Eccleſiam, cum omnibus ſuis ſuppoſitis, rebus, bonis, terris, domibus, poſſeſſionibus, juribus, privilegiis, libertatibus & prærogativis, ad eam ipſiuſque perſonas quomodolibet pertinentibus, ſub noſtra Archiducali & Ducali defenſione, patrocinio & tutela recepimus & recipimus,

Omneſque & ſingulas eorum exemptiones & libertates exemptionum, talliarum, impoſitionum, & aliorum quorumcumque ſæcularium onerum & gravaminum, tam ſuper annonâ, victualibus, mulrurâ, vino, cerviſiâ, quam quibuſcumque eorum bonis hactenus impoſitorum, aut impoſterum quomodolibet imponendorum;

Nec non Privilegia, jura, libertates, ac antiquas & laudabiles Conſtitutiones & conſuetudines, ſicut hactenus illis debitè uſi ſunt & gaviſi, ex iiſdem noſtris ſcitu & liberalitate, certificavimus, approbavimus, & innovavimus per præſentes.

Statuentes, & Edicto perpetuo decernentes, ut nullus deinceps, quàcumque occaſione, ingenio vel colore, directè vel indirectè, per ſe vel per alium vel alios, præfatam Eccleſiam, ipſiuſque perſonas, res, bona & poſſeſſiones, laicaliter vel aliàs temerè invadere, ſeu eis, aut eorum alicui aliquam injuriam, damnum, præjudiciumque, moleſtiam aut impedimentum quomodolibet inferre præſumat.

Et ut præmiſſis omnibus & ſingulis liberiùs aut quietiùs uti, frui, & gaudere poſſint cunctis futuris temporibus, Brabantiæ Ducibus in perpetuum, ad majorem præfatæ

Eccleſiæ & ſuppoſitorum, rerumque & poſſeſſionum ejuſdem ſecuritatem, defenſionem & tutelam, dilectos & fideles noſtros, Cancellarium & Conſules Conſilii noſtri Brabantiæ, Seneſchallum Brabantiæ, Scultetos noſtri Oppidi Buſcoducenſis prædicti, ac Patriarum noſtrarum Peelandiæ, Moſæ, Campiniæ & libertatum de Rode & de Oiſterwyck præſentes & futuros, & eorum quemlibet in ſolidum, & eorum & cujuſlibet eorum ſubſtitutos & loca tenentes, in ſupradictæ Eccleſiæ, ſuppoſitorumque ac rerum, bonorum, poſſeſſionum, libertatum, privilegiorum & exemptionum prædictarum Guardianos, Sub-Conſervatores & defenſores deputavimus & commiſimus, deputamus & committimus; earumdem per tenorem mandantes eiſdem, & ſub præſtitæ nobis fidelitatis juramento diſtrictiùs injungentes, quatenus prædictos Decanum & Capitulum, Capitularios, Beneficiatos, habituatos, ſervitores, cum ceteris ſuis ſuppoſitis, ab omnibus injuriis, gravaminibus, moleſtiis, vexationibus, violentiis & oppreſſionibus quibuſcumque, nec non ab omni laïcorum potentiâ & infeſtatione, noſtro nomine tueantur pariter & defendant, ac ipſos & eorum quemlibet in ſuis poſſeſſionibus, juribus & libertatibus præteritis manuteneant & conſervent.

Mandantes inſuper omnibus & ſingulis Juſticiariis, Officiariis & ſubditis noſtris quibuſcumque, quatenus ipſis Subconſervatoribus noſtris in præmiſſis omnem præſtent aſſiſtentiam, auxilium pariter & favorem: quoniam Nobis ita placet.

In cujus rei teſtimonium Sigillum obſervantiſſimi Domini Progenitoris mei D. Regis Romanorum & noſtri, in abſentia proprii Sigilli noſtri duximus præſentibus apponendum.

Datum in Oppido noſtro Bruxellenſi, die 5 menſis Auguſti, anno Domini milleſimo quadringenteſimo, nonageſimo ſeptimo.

Sic ſubſcriptum: Per Dominum Archiducem, veſtram ad Relationem; N. le Candrelier.

Similes Litteras Protectionis, ſeu ſalvagardiæ, antea eidem Capitulo Silvæducenſi conceſſerat anno 1450 *Philippus Bonus* Burgundiæ ac Brabantiæ Dux. Alias quoque ſimilis tenoris conceſſit anno 1543 die 3 Januarii Carolus V. Imp.

De Vicariis Apoſtolicis Silvæducenſibus.

Epiſcoporum Sylvæducenſium ſeriem, nec non Vicariorum Apoſtolicorum qui eos ſubſecuti ſunt, exhibui in Notis apud Miræum in Diplom. pag. 918. Quibus adde ſequentia.

Petrus Govaerts, Turohautanus, Vicarius Apoſtolicus Sylvæducenſis, J. V. Doctor in Academia Lovanienſi, Conſiliarius Eccleſiaſticus in ſupremo Senatu Mechlinienſi &c. obiit Mechliniæ die 26 Septembris 1726, ætatis anno 83.

Franciſcus van Ranſt, Antverpienſis, Ord. FF. Prædicat. S. T. Doctor, & Romæ actualis Theologus Bibliothecæ Cardinalis Caſanati, a Benedicto XIII. Pont. donatus eſt dignitate Vicarii Apoſtolici Diœceſis Sylvæducenſis anno 1726. In Belgium reverſus anno ſequente, priuſquam Bullæ Pontificiæ Executioni mandatæ forent, e vivis ereptus eſt Antverpiæ Kalendis Junii 1717 ætat. anno 45.

Franciſcus Ludovicus de Sangueſſa, Mechlinienſis, Ordinis FF. Minorum Epiſcopus Ruremondeoſis, à SS. Domino Benedicto XIII. Bullam obtinuit anno 1727, quâ Vicarius Apoſtolicus Sylvæducenſis Diœceſis deſignabatur. Sed Statibus Fœderatis eum admittere renuentibus, eidem muneri paulò poſt renuntiavit.

Excellentiſſ. ac Reverendiſſ Dominus *Joſephus Spinelli*, Neapolitanus, Archiepiſcopus Corinthienſis, conſecratus Mechliniæ, 25 Octobris 1725 per Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus Epiſcopis Antverpienſi ac Tricalenſi Suffraganeo Mechlinienſi, Nuncius Apoſtolicæ Sedis ad Sereniſſimam Archiducem Belgii Gubernatricem, poſt obitum R. P. Van Ranſt adminiſtrationem Diœceſis Sylvæducenſis ſpecialiter ſuſcepit. Anno 1731, poſteaquam per totum decennium ſummâ cum laude perfunctus eſſet munere Nuncii Apoſtolici, à SS. Domino Clemente XII. revocatus Romam, deſignatus eſt Secretarius Congregationis Epiſcoporum & Regularium.

N. Van Haesdonck, Gemertanus, modo Paſtor Oirſchotanus, nec non Decanatûs Hilvarbekenſis Archipresbyter, ſub finem anni 1730 aſſumptus fuit in Vicarium Apoſtolicum, inter preſſuras multas ac tempora difficillima, ob multa Decreta Catholicis contraria, per Fœderatos Belgii Status publicata.

Sequitur ſeries Decanorum Eccleſiæ Cathedralis Sylvæducenſis, antehac numquam edita.

I. *Adamus de Lo*, Decanus in Fundatione & Erectione Capituli conſtitutus, Obiit 1397.

II. *Adamus de Miserde*, ex Secretario Oppidi Sylvæducenſis Sacerdos ac Plebanus; inde Decanus. Obiit 1404.

III. *Jacobus de Herſſel.*

IV. *Nicolaus de Knodde*, ſive *Knoyen.*

V. *Joannes de Druenen.*

VI. *Walterus Moſtaert.*

VII. *Ægidius van Gerwen.*

VIII. *Arnoldus Nondan.*

IX. *Petrus de Crom*, Decanus circa annum 1450; dein ceſſit ac factus eſt Religioſus Brigittinus ad Aquas Frigidas.

X. *Martinus Sizenberghe*, anno 1453; forte idem qui alibi inter Decanos Eccleſiæ S. Gudilæ Bruxellis, & inter Præpoſitos Rothacenſes annumeratur.

XI. *Joannes van de Straeten*, Decanus anno 1474, dein reſignavit; fuit item Canonicus & Cantor S. Rumoldi Mechliniæ. Obiit ſenex 21 Decembris 1500.

XII. *Gliſelbertus de Bye*, reſignavit.

XIII. *Alardus Baillaert*, Decanus S. Joannis Sylvæducis item S. Petri Boxtellenſis, & Scholaſticus S. Petri Beeckenſis, anno 1507.

XIV. *Guilielmus de Enckevoort*, ex Mierlo, S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Derthuſanus ac dein Ultrajectinus, Adriano VI. Pont. ac Carolo V. Cæſ. chariſſimus. Fuit item Præpoſitus S. Rumoldi Mechliniæ & S. Salvatoris Ultrajecti. Electus Decanus Sylvæduc. anno 1519, ceſſit dein io gratiam Nepotis.

XV. *Michael Lambaerts ab Enckevoort*, fuit

item Præpoſitus S. Salvatoris Ultrajecti, Archidiaconus Campiniæ in Eccleſia Leodienſi &c. Obiit 1556.

XVI. *Philippus van Doirne*, alias *de Spina*. Obiit 17 Decembris 1557.

XVII. *Gerardus van Gaemeren*, electus 8 Januarii 1558. Obiit 18 Julii ſequentis.

XVIII. *Joannes Reineri de Weert*, Geldet, per Principem & Capitulum electus anno 1558. olim Lovanii Regens Pædagogii Caſtri & Præſes Collegii Trilinguis, nec non Canonicus ad S. Donatianum Brugis. Obiit 14 Octobris 1560.

XIX. *Godefridus van Doirne*, Decanus 1562 dein reſignavit.

XX. *Lucas Dielens*, Weerthanus Gelder, J. V. L. Obiit 4 Julii 1585.

XXI. *Gisbertus Corverincx*, Oda-Rodanus, S. T. L. ex Archidiacono electus Decanus 13 Julii 1585; dein deſignatus Epiſcopus Daventrienſis. Ob tumultus hæreticorum non conſecratus, nec poſſeſſionem ſui Epiſcopatûs adeptus. Obiit Sylvæducis 22 Decembris 1614.

XXII. *Joannes Hermans*, ultimus erat Decanus anno 1629, quo Sylvaducis in poteſtatem Hollandorum tranſiit. Anno 1630 factus eſt Decanus Eccleſiæ Colleg. S. Jacobi Lovanii, cum retentione tamen Decanatûs Sylvæducenſis; & obiit anno 1640.

Ita habet Regiſtrum Manuſcriptum Privilegiorum Eccleſiæ Cathedralis Sylvæducenſis, quod extat Lovanii in Collegio Hollandico. Hæc conſer cum iis, quæ habentur in Hiſtoria Eccleſiaſtica Epiſcopatûs Sylvæducenſis editâ Bruxellis apud Franc. Foppens anno 1721.

CAPUT CCXXVI.

Fundatio Domûs Standonicæ Mechliniæ, Auth. Joanne Standonck S. Th. Doct. probatur à Capitulo S. Rumoldi, anno 1500; dein erecta in Seminarium Archiepiſcopale per Archiepiſcopum Matt. Hovium anno 1596.

Ex Archivis Capituli Metropol.

UNiverſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis, Decanus & Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Rumoldi Oppidi Mechlinienſis, Cameracenſis Diœceſis, in noſtro loco Capitulari propter infraſcripta capitulariter congregati, ſalutem in Domino ſempiternam.

Auditâ & ſane intellectâ petitione & ſupplicatione Venerandi Patris ac Egregii Viri Domini & Magiſtri Johannis Standonck, Sacræ Theologiæ Profeſſoris nobis ſuper infraſcriptis factâ. Viſo etiam quodam Actu per honorabiles Legiſtatores hujus Oppidi Mechlinienſis, ſuper hiis, de datâ videlicet undecimâ die menſis Junii anni M. CCCCC. 1500. infraſcripto ſibi conceſſo & Nobis exhibito, cui præſentes noſtræ Litteræ transfiguntur.

Nos pium ſane & laudabile ejuſdem Magiſtri noſtri propoſitum, & cauſſas in eodem actu latiùs deſignatas attendentes, & illi, quantum in nobis eſt, omnem favorem adhibere cupientes, eundem & quoscumque pauperes juvenes & infantes habiles & ydoneos, in Domo ad hoc in Oppido prædicto deputata inſtituendi & deſtituendi, regendi & gubernandi, viſitandi, cæteraque omnia in actu, (cui hæ noſtræ ut præmittitur, transfiguntur Litteræ) contenta, libere licitè & canonicè faciendi per ſe vel alium ſeu alios, noſtrum plenarium, quantum in nobis eſt, adhibemus conſenſum, prout & aſſenſum.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras injunximus fieri, & per Notarium publicum Scribamque noſtrum infraſcriptum ſubſcribi & ſubſignari, Sigilloque noſtro, quo in talibus utimur appendendo.

Datum & actum Mechliniæ in dicto loco Capitulari ſub anno à Nativitate Domini M. CCCCC. die Veneris, XII. Decembris.

Joannes Standonck, Mechliniæ natus, tenuiſſimæ fortunæ parentibus (nam pater ejus ſutor erat) improbo labore eum in ſtudiis fecit progreſſum, ut ad ſupremum S. Theologiæ Magiſterium in Pariſienſi Univerſitate meruerit promoveri. Fuit ibidem Rector celeberrimi Collegii Montis Acuti, quod ſuis opibus auxit quam-pluriumùm & reædificavit, ac pauperum ſtudioſorum receptaculum eſſe voluit. Obiit ibidem, ipſis Regibus ac Principibus chariſſimus, anno 1504.

Præter Collegium Montacutanum Pariſienſe, alia quatuor erexit, quæ à ſuo Fundatore *Standonica* cognominantur. Unum Lovanii, quod hodieque celeberrimum eſt, variiſque dotatum privilegiis.

Alterum fuit Mechliniæ, de quo in hoc Diplomate; quod tempore tumultuum Belgicorum dilapſum, Illuſtriſſ. D. Matthias Hovius III. Mechlinienſis Archiepiſcopus reſtituit anno 1596, atque in Seminarium Theologorum convertit; quod hodie florentiſſimum eſt, ac centum ſubinde alumnos habet.

Primus huic novo Seminario præfuit *Michael Schaemelaert*, Mechlinienſis S. T. L. Poſteriores autem Præſides fuere, *Laurentius Neſſen*, Trudonopolitanus, Eccleſiæ Metrop. Canonicus Theologalis, libris editis clarus. Obiit anno 1679.

Joannes Lacman, Tornacenſis, S. T. Doctor Lovan. Canonicus Graduatus & Archidiaconus Diœceſis Mechlinienſis. Obiit anno 1704.

Joannes Baptiſta de Smet, Lokerenſis, S. T. L. Eccleſiæ Metropol. Canonicus Graduatus ac Pœnitentiarius, dein anno 1721 Iprenſis Epiſcopus, ac modo nominatus ad Cathedram Gandavenſem.

Joſephus Barbiers, Antverpienſis, S. T. L. Canonicus Theologalis Eccl. Metrop. &c.

Porro tertium Collegium à Joannne Standonck erectum fuit Valencenis, quod & Se-

minarium bonorum puerorum dicebatur ; ibique Litteræ humaniores docebantur. Hoc circa annum 1660 PP. Societatis Jesu traditum fuit.

Quartum inchoatum fuit Cameraci, & à Jacobo de Croy Cameracensi Episcopo dotatum ; qui primum humaniorum Litterarum Professorem fecit Christianum Masicum Chronographum doctissimum ; & curam tradidit Clericis in communi viventibus vulgo, dictis Jeronimianis. Circa annum 1562 desiit hocce Seminarium, ejusque bona annexa fuerunt Seminario Episcoporum Duacl fundato ; locus vero cessit Monialibus Abbatiæ Præmonstratensis Cameraci.

CAPUT CCXXVII.

Maria & Ermgardis de Talhout Sorores Begginæ Sylvæducenses, fundant ac dotant Conventum Monialium tertiæ Regulæ Sti. Francisci in Pago de Haren prope Sylvamducis, anno 1501 ; probante Joanne de Hoorne Leodiensi Episcopo.

JOannes de Hoerne Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Leodiensis Dux Bouillon. & Comes Lossens. Universis & singulis præsentes Litteras visuris lecturis & audituris salutem in Domino sempiternam. Inter varias sollicitudines, quibus undique circumspectus est animus, illa præsertim incidit cordi nostro, ut ex nostri Pastoralis Officii debito intendamus, quatenus ea quæ Divini cultûs augmenta prospiciunt, nostris nedum fuit aucta temporibus, sed etiam & posteris illibata persistant.

Sane pro parte dilectarum nobis in Christo honestarum personarum Mariæ & Ermgardis Talhout Sororum naturalium & legitimarum filiarum, siquidem quondam Udonis Talhout de opido Gravensi ; nobis facta petitio continebat, quod ipsæ zelo devotionis accensæ bona sua terrena in Ecclesiastica, transitoriaque in Æterna felici commercio commutare cupientes, pro suarum suorumque progenitorum & benefactorum animarum salute in Divini cultûs augmentum Domum quandam cum suis pertinentiis ac bonis adjacentibus de *Cuyckſche-Hofſtadt* communiter nuncupatam in Parochia de *Haren*, sub Dominio de *Megem* Nostræ Diœcesis situatam, ipsis Mariæ & Ermgardi Sororibus primo Beginis Curæ Majoris oppidi de Buseoducis, ibidem degentibus hæreditario jure cessam & spectantem, ad ibidem in dicto loco Conventum sive Monasterium Sororum Ordinis tertiæ Regulæ S. Francisci ad laudem & honorem omnipotentis Dei sæque gloriosissimæ Genitricis Virginis Mariæ, Sanctorumque Annæ Viduæ Matris Mariæ & Joseph, sub titulo Domûs de Bethleem fundandum & erigendum.

Pro primaria ejus fundatione in piam & puram elemosynam piè in Domino dederunt & consignarunt, ac quælibet ipsarum dedit ac donavit, ipsaque bona prædicta ad supra expressos finem & effectum juxta formam & tenorem Litterarum Scabinalium desuper confectarum admortisarunt, in quantum Diœcesanæ Sedis auctoritas in his suffragaretur.

Propterea fuit nobis pro parte præfatarum Mariæ & Ermgardis Sororum filiarum siquidem legitimarum præfati quondam Udonis Talhout, cùm ea quâ decet humilitatis reverentia supplicatum, quatenus hujusmodi fundationem & bonorum assignationem conceptusque præfactos laudare & approbare, ac locum sive Domum præfatam cum bonis adjacentibus supra narratis in Conventum sive Monasterium Sororum Ordinis tertiæ Regulæ S. Francisci sub titulo & vocabulo Domûs de Bethleem nostrâ Ordinariâ Auctoritate erigere, bonaque prætacta admortizare & Conventui sive Monasterio prædicto incorporare ;

Ipsique Mariæ & Ermgatdi Sororibus tanquam primariis fundatricibus & earum in dicto loco Successoribus, quatenus ipsæ in loco sive domistadio prætacto Oratorium sive Capellam cum Altaribus divino cultui congruentibus, & aliis officiis necessariis construere seu construi, nec non cæmiterium pro sepultura mortuorum earumdem Sororum suorumque familiarium, commensalium, etiam aliorum illic legitime sepulturam eligentium consecrari facere ;

Quodque ipsæ Sorores habitum prætacti Ordinis S. Francisci, juxta, Statuta consuetudines & Regulam ejusdem Ordinis assumere & deferre, capitula culparum & alia dicto Ordini congruentia servare, ac tria vota substantialia Ordinis prædicti profiteri, & juxta illa vivere ;

Nec non Presbyterum Regularem sive secularem idoneum aut plures prout expediens videbitur, in Confessorem eligere valeant, qui in dicto Conventu sive Altaribus prætactis submissâ seu sonorâ voce Divina Missarum solemnia supra lapidem portatilem consecratum, donec eadem Altaria consecrata fuerint, celebrent ;

Quique earundem Sororum & suppositorum ac familiarium & continuorum commensalium dicti Conventûs confessiones audire ac à peccatis suis per eas sibi confessis in foro conscientiæ

tiæ ſeu pœnitentiæ noſtra auctoritate in caſibus nobis ſpecialiter reſervatis abſolvere, votaque minora in alia pietatis opera commutare ac ipſis Sororibus & ſuppoſitis prædictis in dicto Conventu Sacroſanctum Euchariſtiæ & Extremæ Unctionis & alia quælibet Sacramenta Eccleſiaſtica neceſſaria miniſtrare & reſervare:

Quique etiam Confeſſor ſeu Confeſſores in dicto Conventu aquam benedicere & benedictam aſpergere, ac verbum Dei ſive Evangelicam doctrinam pro ſingulis illuc confluentibus prout opportunum fuerit prædicare poſſint. Quodque ipſæ Sorores & ſuppoſita Conventûi prædicti Sigillum commune habere & illo uti, nec non Viros probus Religioſos aut communis vitæ Presbyteros accedente conſilio & aſſenſu prædicti earum Confeſſoris, qui novellas Sorores & perſonas in dicto Conventu recipiendas, juxta Ordinem & Regulam B. Franciſci inveſtiant & habitum eis tribuant, ac profeſſionem & tria vota ſubſtantialia prædicta ab eiſdem recipiant, hocque faciendum ſi opus fuerit confeſſoti prædicto Committant.

Nec non Conventum prædictum Sororeſque & ſuppoſita ejuſdem ſingulis annis tam in capite quam in membris viſitent, & ea quæ reformanda ſtatuenda & corrigenda ibidem invenerint, ſtatuant corrigant & reforment, prout bonori Divino & ad conſervandam ipſius Conventûs ſive Monaſterii ſuppoſitorumque honeſtatem fuerit opportunum, eligere & aſſumere; Ac ſic etiam electos & aſſumptos, nec non Confeſſorem & Matrem ſeu Superiorem prætacti Conventus ſeu Monaſterii caſu exigente & ſeu prout expediens videbitur, cum conſilio & aſſenſu ſaniotis partis Sororum & ſuppoſitorum antedicti Conventûs deſtituere & amovere locoque cujuſlibet eorumdem diſtitutorum alium ſeu alios prout opus fuerit & expediens videbitur de novo aſſumere, eligere & inſtituere;

Ac tempore Interdicti, dummodo tamen interdicto cauſam non dederint, Miſſas & alia Divina Officia celebrari procurare, excommunicatis & interdictis penitus excluſis, libere & licite poſſint & valeant, de benignitate noſtra ipſis concedere & indulgere, Auctoritate Noſtrâ Ordinariâ & Pontificali vellemus & digoaremur.

Unde nos Joannes Epiſcopus Leodienſis ſupra-dictus, Religionem divinumque cultum noſtris potiſſimùm temporibus propagari ſummis exoptantes affectibus, dicto ſalubri conceptui ac devotioni præfatarum Mariæ & Emgardis Sororum in Chriſto congaudentes, præmiſſaque omnia & ſingula rata habentes, locum ac Domum ſive domiſtadium prætactum in Conventum ſeu Monaſterium Sororum Ordinis Tertiæ Regulæ S. Franciſci ad laudem & honorem Omnipotentis Dei ejuſque glorioſiſſimæ Genetricis Virginis Mariæ ac SS. Annæ Viduæ & Joſeph ſub vocabulo Domûs de Bethleem noſtrâ Ordinariâ Auctoritate tenore præſentium erigimus & inſtituimus.

Ac bona donata & aſſignata in & pro fundatione ejuſdem Conventûs prædicta admortizamus, & eidem perpetuo incorporamus.

Decernentes ipſa bona deinceps tanquam Eccleſiaſtica poſſideri & teneri debere, ac omnia & ſingula præpetita & narrata, modo & formâ pro expreſſis Noſtris ſuperioritate & viſitatione, noſtrorumque Succeſſorum Epiſcoporum Leodienſium in prædictis,

Nec non jure Matricis Eccleſiæ ſalvis laudavimus, ratificavimus approbavimus, indulſimus, & conſenſum noſtrum in prædictis præſtitimus; laudamus quoque ratificamus, approbamus, indulgemus & præſtamus;

Ac perſonas quaſlibet, & ſuppoſita prædicti Conventûs & ſingula bona ejuſdem præſentia & futura ſub glorioſiſſimæ Virginis Mariæ nec non D. Lamberti Patronorum Noſtrorum tuitionibus & protectionibus noſtraque ſpecialibus de gratia ſuſcepimus & ſuſcipimus per præſentes.

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & teſtimonium, Sigillum noſtrum ad cauſas præſentibus noſtris Litteris duximus apponendum.

Datum in Civitate noſtra Lendienſi, anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo primo, Menſis Auguſti penultimâ.

CAPUT CCXXVIII.

Alexander VI. Pont. concedit Abbati Gemblacenſi Ord. S. Benedicti in Gallo-Brabantia licentiam transferendi 12 Monachos ſeu Converſos de Ordine Ciſtercienſi ad Ordinem S. Benedicti pro eodem Monaſterio Gemblacenſi reſtaurando, anno 1502.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Arnoldo * Abbati Monaſterii S. Petri Gemblacenſis Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti Ordinis Sancti Benedicti Leodienſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

* Dictus de Solbrecq. antea Abbas Jardineti.

Sinceræ devotionis affectus quem ad nos & Romanam geris Eccleſiam, non indigne meretur, ut te ſpecialibus favoribus & gratiis proſequamur. Cùm itaque nos hodie de perſona

tua Nobis & Fratribus noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, Monaſterio Sancti Petri Gemblacenſis Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecto Ordinis Sancti Benedicti Leodienſis Diœceſis, tunc certo modo vacanti, de Fratrum eorumdem conſilio duxerimus Auctoritate Apoſtolicâ providendum, præficiendo te illi in Abbatem, ac curam regimen & adminiſtrationem dicti Monaſterii tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo; prout in noſtris inde confectis Litteris plenius continetur;

Nos cupientes ut dictum Monaſterium, quod cauſantibus guerris & aliis ſiniſtris éventibus depauperatum & pœne deſtructum exiſtit & in quo pauci Monachi ſunt, quoad Regularia dicti Ordinis inſtituta reformetur ac in bonum & ſalubrem ſtatum deducatur, providere teque gratioſo favore proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis Cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum pertinentium dumtaxat conſequendum, harum ſeric abſolventes & abſolutum fore cenſentes, Motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate quibuſvis duodecim Monachis ſeu Converſis Ciſtercienſis Ordinis per te eligendis de dicto Ciſtercienſi Ordine, ad Monaſterium & Ordinem Sancti Benedicti hujuſmodi abſque alicujus licentia ſe transferendi & in eodem Ordine Sancti Benedicti ſub illius Regulari habitu perpetuò remanendi plenam & liberam præfatâ Authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium licentiam concedimus,

Non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac dicti Ciſtercienſis Ordinis juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & conſuetudinibus, Privilegiis quoque Indultis & Litteris Apoſtolicis eidem Ciſtercienſi Ordini ſub quibuſvis verborum formis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque fortioribus efficacioribus & inſolitis irritantibuſque Decretis conceſſis, & per nos & Sedem Apoſtolicam approbatis & innovatis. Quibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus plena expreſſa ſpecialis ſpecifica & individua ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales id importantes mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat motu ſimili ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis conceſſionis & derogationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſecundo, decimo kalendas Julii, Pontificatûs noſtri anno decimo.

CAPUT CCXXIX.

Litteræ Confœderationis ſeptem Capitulorum Diœceſis Leodienſis; nempe S. Joannis Evangeliſtæ Sylvæducenſis, B. Mariæ Virginis Bredæ, S. Petri in Hilvaribeka, item in Oirſchot, Stæ. Odæ-Rodenſis, Stæ. Catharinæ Eyndhoviæ, & Sti. Petri in Boxtel. Quæ Confœderatio inita fuit anno 1505, ac rurſum confirmata anno 1563.

Ex Archivis Capituli quondam Sylvæduc.

UNiverſis & ſingulis præſentes Litteras viſuris ſeu audituris, Decani ſeu Vice-Decani & Capitula Eccleſiarum Collegiatarum S. Joannis Evangeliſtæ Buſciducenſis, B. Mariæ Breedenſis, S. Petri Beeckenſis, S. Petri Oirſchotenſis, S. Odæ Rodenſis, S. Catharinæ Eyndhovienſis, & S. Petri Boxtellenſis, Oppidorum & libertatum, Leodienſis Diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum Majores & Prædeceſſores noſtri Apoſtolicis verbis moniti, diligenter attenderent & experirentur noviſſimis iſtis calamitoſis diebus jam non inſtare, ſed eſſe tempora periculoſa, charitatemque tamquam nativo Corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, calore refrigeſcente & deficiente calamitates ſeneſcenti mundo plurimas ſuboriri: quorum procellis ſingulæ quæque Eccleſiæ reſiſtere ſe poſſe diffidentes, & mutuam defenſionem tutiſſimam eſſe conſiderantes, & vinculum pacis, charitatis & unionis, tanquam ſcutum inexpugnabile, quo tela procellaſque hujuſmodi excíperent, inter ſe perpetuum nectentes, certam inierunt, conceperunt & concluſerunt, Litteriſque & Sigillis ſuis munierunt Confœderationem & fraternam Unionem, hujuſmodi tenoris.

UNiverſis præſentes Litteras viſuris ſeu audituris, ſalutem & omne bonum. Quoniam concordiâ parvæ res creſcunt, diſcordiâ vero magnæ dilabuntur; atque ſalus ubi multa ſunt conſilia, & juxta Apoſtolum: omnes in Chriſto unum ſumus obligati ut membra ejuſdem corporis invicem tueri, defenſioque ſit juris naturalis, licitumque ſit omni violentiæ & injuriæ ex animo viriliter cum moderamine reſiſtere;

Notum facimus, quod Nos, Decani & Capitula Eccleſiarum Collegiatarum *S. Joannis Evangeliſtæ Buſcoducenſis*, *Noſtræ Dominæ Breedenſis*, *S. Petri Beeckenſis*, *S. Petri Oirſchotenſis*, *S Odæ Rodenſis*, *S. Catharinæ Eyndhovienſis & S. Petri Boxtellenſis* Oppidorum & libertatum Leodienſis Diœceſis, attentè conſiderantes, Nos & ſubditos noſtros per pleroſque tam Eccleſiaſticâ quam ſæculari poteſtate & juriſdictione fulcitos, & ſuorum Officiatos & nonnullos alios contra juſticiam & omnem æquitatem indies plus gravari, nec non juribus, exemptionibus, privilegiis, conſuetudinibus & libertatibus noſtris, ac Eccleſiarum & ſubditorum noſtrorum perturbari, inquietari, vexari, ac aliàs indebitè moleſtari; formidanteſque viriſimiliter ex jam factis & præteritis plus in futurum gravari poſſe, & hujuſmodi gravaminibus ſeu injuriis, propter majorum divitias & potentiam, & noſtrorum ſubditorum paupertatem & inſufficientiam occurrere non poſſe, niſi de remedio Nobis & noſtris provideretur opportunè.

Conſiderantes etiam, quod Societates & Confraternitates ſint omni licitæ jure & utiles, & quod *funiculus triplex difficilè rumpatur*: nolentes cujuſcumque juriſdictioni in aliquo contra Juſticiæ normam derogare: immò Majoribus ſemper reverentiam & honorem, & aliis charitatem exhibere:

Sed jura, exemptionum privilegia, conſuetudines & libertates hujuſmodi cum bono moderamine informatione & juſticia illæſas ſervare: Societatem ſeu Confraternitatem pro nobis & etiam impoſterum adhæſuris, Spiritûs Sancti, ut ſperamus, cooperante gratiâ, & veræ charitatis zelo atque pacis moti, fecimus & facimus per præſentes, in formam & modum ſubſequentem.

Videlicet, quod Nos invicem & ſubditos noſtros tuebimur & defendemus in bona juſtitia contra quoſcumque Eccleſiaſticos atque ſæculares, quâcumque Auctoritate aut dignitate, etiam Pontificali, fulgentes, nos injuſtè ſeu de facto moleſtantes, opprimentes ſeu opprimere volentes. Ita quod ſi aliquis ex nobis aut ſubditis noſtris prætenderet ſe gravatum aut oppreſſum, gravarique aut opprimi timeat, Capitulum, contra quod ſeu ſub quo caſus gravaminis ſeu oppreſſionis contigerit, de hujuſmodi caſu & meritis ejuſdem ſe diligentiſſimè informabit, & informatione ſummariâ & veriſimili ſumptâ, ſi reperiat rem eſſe talem, quæ meritò ſibi videatur à Confraternitate eſſe defendenda, ſcribet aliis Capitulis talem caſum cum ſuis circumſtantiis & ſeriem facti. Tenebiturque ſingulum Capitulum requiſitum deſuper deliberare, & ſine notabili mora primo Capitulo ſcribenti reſcribere ſuam opinionem.

Et ſi omnia Capitula, vel major pars eorum conſentiat primo Capitulo ſcribenti, vel ſi videatur magis expediens propter difficultatem caſûs, aut aliam cauſam, quod Deputati ſingulorum Capitulorum ad aliquem communem locum tunc per ipſa eligendum conveniant, & ſic conventientes ſimilem caſum judicaverint defendendum, tunc defendetur per omnia Capitula, conſilio, auxilio, favore & communibus expenſis.

Si autem inveniatur, prætendentem ſeu gravatum, Capitulum ſuum ſeu alia male informaſſe, ſolvet expenſas per Capitula factas, & ob eam cauſam faciendas, ſi ſit ſolvendo. Alioquin ſecundum exigentiam caſûs aliter punietur: ita quod aliis cedet in exemplum. Mulcta.

Et quia pro ſubſiſtentiâ præmiſſorum, litium & defenſionis deductione atque difficultate & incommodo ex ſingulorum burſis & manibus colligere non poſſunt: ordinamus & ſtatuimus, quod quodlibet noſtrum Capitulum erit & manebit perpetuò pro hujuſmodi oneribus ſupportandis obligatum ſolvere pro quolibet in eorum Collegio ſeu Eccleſia recipiendo, & Almutium varium Canonicale deferente, unum florenum aureum Rhenenſem quatuor Electorum, ac pro alio Beneficiato ſeu Officiato perpetuo non amovibili unum dimidium florenum aureum Moneiæ prædictæ. Regulamentum expenſarum.

Qui quidem floreni ſen pecuniæ ſic provenientes reponentur ad Archivias ſeu ærarium communes ſeu commune in Oppido Buſcoducenſi ſub Capitulo ibidem, ponendi, tribus ſeris elauſas ſeu clauſum. Quarum unam clavem habebit illius Capituli Decanus, ſecundam Decanus Breedenſis, tertiam Decanus Beeckenſis. Qui clavigeri abſque ſeu ſine conclusione omnium Capitulorum, aut ſaltem majoris partis, caſdem ſeu idem aperire non poterunt. Eritque quodlibet ex nobis Capitulum quulibet ſemeſtri, ſi quæ provenerint ipſis ex præmiſſis pecuniæ, caſdem ad locum Archiviarum ſeu ærarii, cum aſſertione Notarii de perſonis infrà illud tempus receptis deferre, & ipſas in præſentia DD Canonicorum & Notarii loci archiviarum & ærarii per foramen imponere. Cuſtodia Burſæ communes.

Salvo tamen, quod per præmiſſa non intendimus neque volumus recedere, nec nos ſeparare à Confraternitate ſeu Societate Eccleſiarum Leodienſium, ſed illi ſemper inhærere, earum auxilium & conſilium in omnibus implorando; reſervando nobis poteſtatem addendi, abſtrahendi, mutandi & corrigendi totiens quotiens nobis pro dictæ noſtræ Confraternitatis & Societatis utilitate & boneſtate expediens & opportunum videbitur. Confirmatio præcedentium Confraternitatum.

In quorum omnium & ſingulorum robur, firmitatem & munimen, Sigilla noſtrorum Collegiorum præſentibus duximus appendenda.

Datum & actum Eyndhoviæ, in loco Capitulari Eccleſiæ Collegiatæ B. Catharinæ Oppidi Eyndhovienſis, anno à Nativitate
1505. Domini milleſimo quingenteſimo quinto, Menſis Julii die decimâ quartâ.

Corroboratio & Renovatio Corroborationis.

NOs igitur Decani ſive Vice-Decani & Capitula, dictorum noſtrorum Prædeceſſorum ſacris veſtigiis inhærentes, atque ſuper vias ipſorum antiquas bonas ſtare, limiteſque quos Patres noſtri ſtatuerunt minimè tranſgredi volentes; iiſdem quibus illi & plurimis rationibus moti, iiſdemque & gravioribus oppreſſionibus attriti, Confraternitatem, Confœderationem & Unionem prætactas, omniaque & ſingula in eis contenta, narrata & deſcripta, pro Nobis noſtriſque Succeſſoribus confirmanda approbanda & renovanda duximus; prout confirmamus & approbamus per præſentes.

Et quia plumbus & majoribus quam noſtri Prædeceſſores quaſſamur afflictionibus, quibus ſine majoribus etiam ſumptibus reſiſtere nequimus, ſtatuimus, &ordinamus, quod quilibet dictarum noſtrarum Eccleſiarum Canonicus, ſeu alius almutium varium Canonicale deferens, duos, quilibet vero Rector Beneficii ſeu officii perpetui unum, florenos aureos Monetæ quatuor Electorum Imperii, quolibet ad 28 ſtuferos æſtimato, in ærarium de quo ſupra fit mentio, & cujus quodlibet Capitulum poſthac unam clavem habeat, & in ſuis Archivis eam ſervare volumus, reponendos & reeludendos, de cætero in ſua receptione & admiſſione realiter exſolvat.

Quodque quilibet ſuppoſitorum noſtrorum in ſua admiſſione ſolempniter juret, quod hanc noſtram Conſœderationem & amicabilem Unionem firmiter obſervabit, ſecuturiſque Decretis & Ordinationibus per dictas ſeptem ſic Conſœderatas Eccleſias, ſeu earum Deputatos, ſuper exceſſibus & delictis forte patrandis, ferendis & ſtatuendis, omni appellatione poſtpoſitâ, parebit & obtemperabit.

Quod quidem juramentum libris Juramentorum ſingulorum noſtrarum Eccleſiarum prædictarum circa Juramentum fidelitatis & obedientiæ, aut loco aptiori inſcribetur & inſeretur.

Item quod Nos per noſtros adhuc deputandos Commiſſarios ſingulis annis ad ſingulas Eccleſias eo ordine quo ſupra deſcribuntur, feriâ ſecundâ poſt octavas Paſſchæ, ſub veſperam ad locum, & ſequenti feriâ tertiâ mane horâ octavâ ad locum Capitularem illius Eccleſiæ, quam ordo tanget, ſine fraude conveniemus, de communibus noſtris ſingulorumque Eccleſiarum profectu utilitate & commodo, nec non de abuſibus communibus & delictis ſuppoſitorum, illorumque opportunis remediis & correctionibus Capitulariter & maturè per modum Viſitationis, communicaturi, tractaturi, & conſulturi.

Si autem juxta tenorem præinſertarum Litterarum occurrerint negotia, communibus noſtris conſilio, auxilio, favore & expenſis neceſſariò proſequenda & defendenda, expenſæ hujuſmodi per quodlibet Capitulum ſolventur, juxta & ſecundum Regiſtra taxationum medietatis fructuum.

Item ſi comperiatur per aliquem ſuppoſitorum noſtrorum delictum eſſe commiſſum & perpetratum; quod non ab una ſed ab omnibus Eccleſiis merito veniat corrigendum & puniendum, deputabitur communiter per Nos & noſtros Deputatos Fiſcus, ſeu Procurator generalis, qui contra talem delinquentem coram Nobis ſeu noſtris adhuc ordinandis Commiſſariis juridicè procedat, & etiam in minoribus delictis negligentiam Fiſcorum ſingularum Eccleſiarum ſuppleat. Fiſcus.

Et quia pernicioſi exempli aliquando eſſet, crimina incorrecta vel diſcordias ſuppoſitorum incompoſitas relinquere in prædictam annuam celebrationem, Eccleſiarum Congregationem ſeu viſitationem, expenſæque intolerabiles neceſſariò fieri deberent, ſi omnes Eccleſiæ ſeu earum Deputati ad quemlibet actum hujuſmodi correctionis & compoſitionis convocarentur: ob id in ſingulis annuis Congregationibus ſeu Viſitationibus prædictis deputabimus tres vel ad minus duos ex Confratribus Commiſſarios & Deputatos, qui habeant poteſtatem & authoritatem, crimina per Decanos, Canonicos, Capellanos, vel alia ſuppoſita commiſſa, & diſſidia inter eoſdem exorta, ſi in ſolis ſuis reſpectivè Collegiis illa difficulter & commode puniri non poſſint, ſeu componi, vel non puniantur aut componantur, puniendi & compouendi; delinquentes etiam & diſſidentes vel diſcordantes coram ſeſe, ad aliquem locum aptum tunc deſignandum, in jus vocandi, & cauſſas ſeu proceſſus delictorum, exceſſuum diſcordiarum vel differentiarum hujuſmodi occaſione habendos ſeu inſtruendos cognoſcendi, & fine debito etiam per ſententiam, ſi leviores ſint cauſſæ, terminandi; ſi vero graviores, cauſſas ſeu proceſſus hujuſmodi utque ad concluſionem incluſivè deductos ad proximam annuam Congregationem Eccleſiarum reportandi & referendi, tunc per ſenteotiam omnium Eccleſiarum ſeu earumdem Deputatorum terminandos & definiendos.

Præterea quia Decanus Buſcoducenſis eſt unus ex tribus Commiſſariis in Litteris Apoſtolicis Exemptionis nominatis, habeotibus authoritatem & facultatem ſuppoſita Eccleſiarum Secundariarum à ſententiâ Excommunicationis, quam ob violentam in perſonas Eccleſiaſticas manuum injectionem incurrere contigerit, aliiſque exceſſibus & delictis, juxta earumdem Litterarum Apoſtolicarum abſolvendi;

vendi; ordinamus quod quælibet ex noſtris Eccleſiis, cujus ſuppoſitum ob delictum per eum perpetratum ad eundem Decanum Buſciducenſem pro abſolutionis beneficio obtinendo recurrere debebit, delictum hujuſmodi cum ſuis meritis & circumſtantiis eidem Decano Buſciducenſi reſcribat, ut æqua pœnitentia delicto condigna tali ſuppoſito injungatur: manente tamen quoad forum ſori debitâ correctione apud ſuum Capitulum, ſeu Deputatos aut Synodum, uti præſcribitur.

In quorum omnium fidem & teſtimonium, præſentes Litteras, poſt diverſas in diverſis Capitulis communicationes & Congregationes concluſas, exinde fieri, & per Notarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, Sigillorumque Capitulorum juſſimus & fecimus appenſione communiri.

Datum & actum in loco Capitulari prædictæ Eccleſiæ Oirſchottenſis, ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio, menſis Julii die decimâ tertiâ. 1563.

Similes Litteras Confœderationis vide in Diplomatibus Miræi Tomo II pag. 1263, inter quinque Capitula Brabantiæ ſeu Diœceſis Cameracenſis: nempe S. Rumoldi Mechlinienſis, S. Gudilæ Bruxellenſis, S. Petri in Anderlecht, S. Gummari Lieræ & S. Petri Turnhauti, anno 1444. Quibus poſtmodum acceſſere duo Capitula Flandriæ, B. Mariæ Teneramundæ & Sti. Gaugerici in Halstert, nunc Alosti. Quam Confœderationem poſt biennium confirmavit Nicolaus V. Pontifex, apud Miræum in Diplomat. pag. 1264.

Notitiam Capitulorum Campiniæ, quæ hodie ſunt Diœceſis Buſcoducenſis, vide apud Miræum in Notis pag. 452.

CAPUT CCXXX.

Julius II. Pontifex Abbatiam Affligemienſem Ordinis S. Benedicti in Brabantia (dein unitam Archiepiſcopatui Mechlinienſi) eximit ab omni Epiſcoporum juriſdictione, anno 1511.

Ex Hiſtoria M.SS. Abbatiæ Affligemienſis.

JUlius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex debito paſtoralis Officii nobis, meritis inſufficientibus, ex alto commiſſi, ad ea libenter intendimus per quæ perſonarum Religioſarum quarumlibet ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium commoditatibus, & quieti valeat ſalubriter provideri; ac aliàs ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Sanè pro parte dilectorum filiorum Wilhelmi Abbatis, & Conventûs Monaſterii Sti. Petri Affligemienſis, Ordinis Sancti Benedicti, Cameracenſis Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ſi Monaſterium, & illius Abbas pro tempore exiſtens, & Conventus præfati, ac illius ſingulares perſonæ, cum omnibus & ſingulis Eccleſiis, Prioratibus, Membris, Capellis, rebus, bonis, juribus, & juriſdictionibus quibuſcumque ad Monaſterium, Prioratus, & Membra hujuſmodi quomodolibet ſpectantibus, & ubilibet conſiſtentibus, ab omni Juriſdictione, Viſitatione, Correctione, dominio, poteſtate, ſuperioritate, & procuratione tam Epiſcopi Cameracenſis, quàm quorumcumque aliorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Judicum, ac omnium Capitulorum Provincialium, & aliorum ſuperiorum quâvis auctoritate fungentium, eorumque officialium, Vicariorum, & Officiatorum quorumcumque prorſus eximerentur, & totaliter liberarentur, ac nobis & Apoſtolicæ Sedi, immediatè ſubjicerentur, ex hoc profectò Abbas pro tempore exiſtens, Conventus, & ſingulares perſonæ hujuſmodi, à judicialibus & aliis moleſtiis, perturbationibus, inquietationibus, moleſtationibus, & aliis quibuſcumque liberi & abſoluti, quietiùs & cum majori animi paratione, & ſatisfactione vitam ducere, ac propenſius & ferventius Domino famulari, piaſque preces ad Deum pro eorum, & aliorum fidelium animarum ſalute, & peccatorum remiſſione effundere, & offerte valerent.

Quare pro parte Wilhelmi Abbatis & Conventûs prædictorum, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Monaſterium, & illius Abbatem pro tempore exiſtentem, & Conventum hujuſmodi, ac loca ab eis dependentia, illiuſque & alias ſingulares perſonas, etiam familiares & ſervitores tam dicti Monaſterii, quam illi ſubjectas & ſuppoſitas, ſpirituales & temporales, præſentes & futuras, & eorum ſingulos, cum omnibus & ſingulis Eccleſiis, Prioratibus, Membris, Capellis, rebus, bonis, Juribus, & Juriſdictionibus quibuſcumque, ad Monaſterium, Prioratus, & Membra hujuſmodi quomodolibet ſpectantibus, & ubicumque conſiſtentibus, ſub noſtra & B. Petri protectione ſuſcipere,

Et ab omni juriſdictione, viſitatione, dominio, poteſtate, correctione, procuratione, ſubſidiis, jucundis adventibus, impoſitionibus, decimis, ſeu precariis, & ſuperioritate tam Epiſcopi Cameracenſis, quam quorumcumque aliorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum Judicum, ac omnium Capitulorum Provincialium, & aliorum Superiorum quâvis auctoritate

ritate fungentium, eorumque Officialium, & Officiatorum prædictorum perpetuò prorſus eximere, & totaliter liberare, ac aliàs in præmiſſis oportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos igitur Wilhelmum Abbatem, & Conventum prædictos, ac Conventûs hujuſmodi ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quâvis occaſione vel cauſſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi Supplicationibus inclinati, Monaſterium & illius Abbatem pro tempore exiſtentem, ac Conventum, & loca ab eis dependentia, nec non illius & alias ſingulares perſonas, etiam familiares & ſervitores tam dicti Monaſterii, quam illi ſubjectas & ſuppoſitas, ſpirituales & temporales, præſentes & futuras, & eorum ſingulos hujuſmodi, cum omnibus & ſingulis Eccleſiis, Prioratibus, Membris, Capellis, rebus, bonis, juribus, & Juriſdictionibus quibuſcumque ad Monaſterium, Prioratus, & Membra prædicta quomodolibet ſpectantibus, & ubicumque conſiſtentibus, ab omni juriſdictione, ſuperioritate, dominio, viſitatione, poteſtate, correctione, procuratione, ſubſidiis, jucundis adventibus, impoſitioonibus, decimis, ſive precariis, tam Epiſcopi Cameracenſis, quam quorumcumque aliorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum judicum, & omnium Capitulorum Provincialium, ac aliorum Superiorum quâvis auctoritate fungentium, eorumque Officialium, & Officiatorum, ac Vicariorum prædictorum, Auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium perpetuo prorſus eximimus, & totaliter liberamus, Nobiſque & dictæ Sedi dumtaxat immediatè ſubjicimus, ac ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus.

Formula Exemptionis.

Ita quod prædicti Epiſcopi, Archiepiſcopi, Capitula Provincialia, ſive Præſidentes eorumdem, aliique Superiores, & eorum Officiales, & Vicarii præfati, etiam delicti ratione, aut contractûs, ut rei de qua ageretur, ubicumque committatur delictum, ineatur contractus, & res ipſa conſiſtat, in Monaſterium, Abbatem, Conventum, Perſonas Eccleſiaſticas, Prioratus, Membra, loca, Capellas, res, & bona hujuſmodi, aliquam Juriſdictionem, poteſtatem, dominium, correctionem, viſitationem, procurationem, ſeu ſubſidia aliqua, aut ſuperioritatem quomodolibet exercere, vel exigere, aut ad Synodum & actus Synodales vocare, ſeu vocari non poſſint neque debeant quoquo modo, ſed dumtaxat coram Nobis & Romanis Pont ficibus, Succeſſoribus noſtris canonice intrantibus, dictâque Sede, aut ejus Legatis, teneantur de ſe conquerentibus in juſticia reſpondere.

Decernentes omnes & ſingulas Excommunicationes, ſuſpenſiones, & interdicta, aliaſque ſententias, Cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, vel temporales, & proceſſus quoſlibet, quas & quos in Monaſterium, Abbatem, Conventum, loca ab eis dependentia, ac illius, & alias ſingulares perſonas tam dicti Monaſterii, quam illi ſubjectas, & ſuppoſitas ſpirituales & temporales, præſentes & futuras, & eorum ſingulos, ac Eccleſias, Prioratus, Membra, Capellas, res, bona, jura, & juriſdictiones hujuſmodi ad Monaſterium, Prioratus, & Membra prædicta quomodolibet ſpectantia per Epiſcopos, Archiepiſcopos, Capitula Provincialia, ſeu Præſidentes eorumdem, aliosque Superiores, & eorum Vicarios ac Officiales prædictos, ſeu quoſcumque alios pro tempore proferri aut promulgari vel inſtitui; & quidquid ſecus ſuper iis à quoquam quâvis Auctoritate ſcienter vel ignoranter fieri & attentari contigerit, nulla, irrita, & inania, nulliuſque valoris vel momenti eſſe: quodque nullus deinceps cujuſcumque dignitatis, vel præeminentiæ, etiam ſi Eccleſiaſtica vel ſecularis perſona fuerit, de ejuſdem Monaſterii redditibus, rebus, bonis, caſtris, aut villis, quomodo vel quâlibet exquiſitione munitiones aliquas facere poſſit.

Irritantur omnia quæ contra exemptionem hanc fient.

Neque audeant Archiepiſcopi, vel Epiſcopi ibidem Cathedram collocare, nec convivium, ſtationem aut placita tenere, nec ullam imperandi poteſtatem exercere, nec ibidem venire, aut Ordinationes facere, vel Miſſas celebrare, ſeu celebrari facere, niſi ejuſdem Wilhelmi, & pro tempore exiſtentis ejuſdem Monaſterii Abbatis ad hoc expreſſus accedat aſſenſus. Ipſeque Abbas qui jam Mitrâ & baculo paſtorali utitur, & Succeſſores, Religioſos dicti Monaſterii ad omnes ſacros Ordines per quemcumque Catholicum Antiſtitem gratiam & communionem dictæ Sedis habentem, quandocumque expediens fuerit, promovere facere: & ſi in eodem Monaſterio illiuſque Prioratibus, & Capellis, ſeu Eccleſiis, ſuadente diabolo manus violentæ in Clericum vel Laïcum per quempiam injectæ fuerint, etiam ſi ſanguinis effuſione, aut aliàs Monaſterium, Prioratûs, Eccleſias, ſeu Capellas hujuſmodi pollui contigerit, adeo ut reconciliatione & benedictione indigeant, Abbas & Succeſſores præfati, aquâ Gregorianâ, per aliquem etiam Catholicum Antiſtitem prius benedictâ, abſolvere, ac Monaſterium, Prioratus, Capellas, & Eccleſias hujuſmodi reconciliatione vel benedictione indigentes, reconciliare, vel benedicere liberè & licitè valeant; præfatâ Auctoritate Apoſtolicâ earumdum tenore præſentium perpetuò ſtatuimus & ordinamus.

Alia Privilegia.

Quocirca dilectis filiis Sancti Bavonis Gandenſis, & B. Mariæ Parcenſis, ac Grimbergenſis, Tornacenſis, Leodienſis, & dictæ Cameracenſis Diœceſis, Monaſteriorum Abbatibus, per Apoſtolica Scripta mandamus,

Deputantur tres Abbates Executores.

quatenus ipſi, vel dno, aut unus eorum per ſe; vel alium, ſeu alios eiſdem Abbati & Conventui in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate noſtrâ Abbatem, Conventum, ac ſingulares perſonas, etiam familiares & ſervitores, nunc & pro tempore exiſtentes, prædictâ Exemptione, ſuſceptione, ſubjectione, decreto, ſtatuto, ordinatione, & præſentibus Litteris præfatis pacificè frui & gaudere; non permittentes eos deſuper per Archiepiſcopos, ac Cameracenſem, & alios Epiſcopos, Ordinarios, Superiores, Capitula, Vicarios, & Officiales prædictos, ſeu alios quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores Auctoritate noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; invocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatur Conſtitutionibus contrariis.

Non obſtantibus felicis recordationis Alexandri Papæ IV Prædeceſſoris noſtri contra Exemptos, quæ incipit *Volentes*, & aliis Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii & Ordinis prædictorum juramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliàs roboratis, Statutis & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, quibuſvis etiam Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aut alias per quoſcumque Romanos Pontifices & Prædeceſſores Noſtros, & Sedem prædictam, etiam motu proprio, & certâ ex ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & ſub quibuſvis verborum formis, cùm quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, efficacioribus & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis Decretis conceſſis, ac etiam per Nos & Prædeceſſores noſtros, & Sedem hujuſmodi etiam iteratis vicibus approbatis, innovatis, & de novo etiam conceſſis.

Quibus etiam, ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus plena, expreſſa, ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales id importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret; tenore hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ordinariis, Superioribus, Capitulis, Vicariis & Officialibus prædictis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de Indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam abſolutionis noſtræ, Exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, ſubjectionis, Decreti, Statuti, Ordinationis, Mandati, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo undecimo, tertio Kalendas Februarii, Pontificatûs noſtri anno nono.

CAPUT CCXXXI.

Adrianus VI. Pontifex max. natione Belga Ultrajectinus, in Univerſitate Lovanienſi, inſigne Theologorum Collegium (quod modo Pontificium dicitur) per Tabulas Teſtamenti erigit, anno 1523.

Ex Faſtis Academicis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis &c. Quòd anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio, Indictione undecimâ, die verò Martis 8 menſis Septembris Pontificatûs Sanctiſſ. in Chriſto Patris & D. N. Adriani divinâ Providentiâ Papæ VI anno ſecundo, idem Sanctiſſimus D. N. Adrianus Papa, corpore quidem ægrotus, mentis tamen & rationis compos, coram me Secretario ſuo Domeſtico, ac Notario publico, teſtibuſque infraſcriptis, ad hæc ſpecialiter vocatis & rogatis, volens inter alia, de quibus occaſione ádveriæ ſuæ valetudinis diſponendum cenſuit, de rebus & bonis ſuis, tam mobilibus quàm immobilibus, quæ in partibus inferioris Germaniæ, præſertim in Ducatu Brabantiæ ac locis circumvicinis, necnon Civitate & Diœceſi Trajectenſi, ante ſuam ad ſummi Apoſtolatûs apicem adſumptionem, quomodolibet habeat, ſpecialius diſponere, ac temporalia æternis & terrena cœleſtibus felici commercio commutare: ſponte & ex certa ſua ſcientia, maturaque deliberatione, pro ſalute animæ ſuæ, ac ob zelum & devotionem, quos erga Litterarum ſtudioſos & præſertim ſacræ Theologiæ operam dantes, ſemper geſſit, omnibus melioribus modo, viâ, jure, cauſâ & formâ, quibus meliùs tutiùs & efficaciùs de jure potuit & debuit, voluit, diſpoſuit & ordinavit, quòd quædam domus ad eundem Sanctiſſ. D. N.

Digitized by Google

Adrianum Papam ſpectans & pertinens ſita in Oppido Lovanienſi, Diœceſis Leodienſis, in platea vulgò *de Mayerſtrate* nuncupata, prope domum quondam Ludovici Pinnock, Villici, dum viveret, ejuſdem Oppidi, & alia veriora ejus confinia, quam ipſe Sanctiſſ. D. Adrianus Papa VI. à ſe ædificatam, dum in minoribus eſſet, inhabitare conſuevit, cùm omnibus & ſingulis ſuis utenſilibus, libris & aliis bonis mobilibus tunc in eadem domo exiſtentibus, ac omni hæreditate ſeu fundo tam ipſi domui proximè adhærente, quàm ea, quæ circa plateam Cattorum communiter nuncupatam ſita eſt, cumque pomeriis, hortu, tranſitu, domibus, ædificiis cæteriſque commoditatibus &c.

Erigi debeat & erigatur in unum perpetuum Collegium pro ſtudentibus in Facultate S. Theologiæ. Et quòd eidem Collegio, poſtquam ſic erectum & fundatum fuerit, aliquis ex ejuſdem Theologicæ Facultatis Doctoribus, Licentiatis, aut Baccalaureis Formatis in Regentem præfici, ac alii Burſarii in eadem Facultate ſtudentes ad dictæ Domûs & erigendi Collegii inhabitationem, hujuſmodi ſuum ſtudium in ipſa Facultate Theologica continuaturi, adſumi debeant, &c.

Acta fuerunt hæc Romæ in Palatio Apoſtolico &c. præſentibus ibidem RR. Dominis M. Nicolao de Porta, Decano Endhovienſi, & D. Petro vanden Male, Canonico Eccleſiæ B. Petri dicti Oppidi Lovanienſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Habes, Lector, partem Teſtamenti Pontificis Adriani VI. quod integrum extare credo in Archivis Collegii Pontificii Lovanii. Mirum tamen, quod Clariſſ. D. *Burmannus*, qui tanto ſtudio *Analecta* hujus Pontificis recollegit, eaque publici juris fecit Ultrajecti anno 1727, nullam de hoc Teſtamento, & vix ullam de hoc Collegio mentionem fecerit.

ADRIANUS VI. Pontifex max. Belgicæ gentis decus primarium, antea dictus *Adrianus Florentii*, Ultrajecti apud Batavos natus anno 1459, juvenis Lovanii, in Pædagogio, quod vulgo Poteï dicitur, anno 1478 inter omnes Magiſtros Artium Primus renunciatus fuit. Dein Philoſophiæ Profeſſor in Pædagogio Falconis. Anno vero 1491 die 21 Junii in eadem Academia S. Th. Doctor creatur Margaretâ, Caroli Audacis Burgundiæ ac Brabantiæ Ducis Viduâ impenſas ſuppeditante.

Fuit Lovanii in Eccleſia D. Petri Decanus, eoque titulo Academiæ Vice-Cancellarius; item Antverpiæ ad D. Virginem Decanus; Ultrajecti Præpoſitus ad S. Salvatorem, in Cathedrali ibidem Canonicus, & in Collegiatâ B. M. V. Theſaurarius; in Collegiata Anderlechtenſi apud Bruxellam Canonicus; atque (ut fertur) etiam Beginagii Lovanienſis Rector.

Eumdem Maximilianus I. Imp. Lovanio accitum, Caroli V nepotis ſui, pueri ſeptennis ſtudiis moribuſque formandis præpoſuit. Ferdinandus Aragoniæ Rex Epiſcopum Derthuſenſem nominavit. Ipſeque poſtea Carolus Regni Hiſpaniæ Pro-Regem conſtituit. Leo Pont. anno 1517 Cardinalem Presbyterum Tit. SS. Joannis & Pauli creavit. Demum abſens in Hiſpania, anno 1522 omnium Cardinalium ſuffragiis, unico excepto, ſummus electus Pontifex, ſuum Adriani nomen retinuit.

Obiit Romæ anno 1523, die 14 Septembris annos natus prope 65; cum ſedeſſet menſes 20, dies ſex.

Cæterum fuit ille ſolus Belga inter Pontifices, ultimuſque non Italus. De reliquis legimus aliquando fuiſſe Gallos 14, Hiſpanos 4, Afros 3, Græcos 14, Germanos 6, Anglum itidem unum.

CAPUT CCXXXII.

Paulus III Pontifex, anno 1540 confirmat permutationem initam inter Præpoſitum & Capitulum S. Bavonis Gandavi recens erectum, & Abbatem S. Petri, Ordinis S. Benedicti ſuper Patronatibus Eccleſiæ S. Joannis (nunc S. Bavonis) contra Eccleſias S. Martini & S. Michaelis Gandavi.

Ex Archivis Eccl. Cathedr. Gandav.

PAulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Circà Eccleſiarum & Monaſteriorum quorumlibet, ac perſonarum earumdem ſtatum, juxtà paſtoralis Officii debitum ſollicitè vigilantes, in his eis libenter aſſiſtimus, per quæ (ut ſalubrius fieri poteſt) illorum occurratur diſpendiis, & profectibus conſulatur.

Hinc pro parte dilectorum filiorum moderni Præpoſiti & Capituli, ac Canonicorum olim Eccleſiæ S. Bavonis, nec non moderni Abbatis & Conventûs Monaſterii S. Petri, Ordinis S. Benedicti Oppidi Gandenſis Tornacenſis Diœceſis, Nobis exhibita petitio continebat, quod nuper cariſſimus in Chriſto Filius noſter Carolus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, (qui etiam Caſtellæ & Legionis, ac Arragonum Rex, & Flandriæ Comes exiſtit) ad animos Oppidanorum & incolarum dicti Oppidi ſub debitis fidelitate, & obedientia continendum, ac inter eos & totam Patriam, nec non Comitatum Flandriæ hujuſmodi pacem & tranquilitatem perpetuo fovendam & conſervandam, aliiſque neceſſariis

&c

Erectio Caſtri Gandavenſis.

& urgentiſſimis cauſis impulſus, munitam Arcem ſeu fortallicium in diſtrictu dictæ Eccleſiæ S. Bavonis tamquam in loco congruentiori & apto conſtrui, & ædificari facere incepit.

Et cùm pro Arce hujuſmodi perficienda dictam Eccleſiam integraliter, ſeu ſaltem ejus majorem partem demoliri neceſſe eſt, præfatus Carolus Imperator obtentâ priùs per eum deſuper à dilecto Filio noſtro * Alexandro S. Laurentii in Damaſo Diacono Cardinali de Farneſio nuncupato, S. R. Eccleſiæ Vice-Cancellario, ac in partibus illis, & apud eundem Carolum Imperatorem Apoſtolicæ Sedis Legato de Latere, licentiâ & facultate, eandem Eccleſiam prorſus demoliri,

* Vide Decretum ejus apud Miræum pag. 1051.

Ac illius Capitularem Menſam, nec non præfatos Præpoſitum, Capitulum, & Canonicos, unà cùm feretris, Reliquiis, reliquiariis, campanis, crucibus, & aliis ipſius Eccleſiæ mobilibus bonis ad Parochialem Eccleſiam S. Joannis ejuſdem Oppidi,

Ad quam dum pro tempore vacat, præſentatio perſonæ idoneæ ad Abbatem pro tempore exiſtentem ejuſdem Monaſterii, & præfatum Conventum dignoſcitur pertinere, & ad quam ipſe Carolus Imperator (qui in illa S. Baptiſmatis Sacramentum ſuſcepit) ſingularem gerit devotionis affectum, transferri,

Carolus V. Imp. ibidem baptizatus.

Ipſamque Eccleſiam, ſuppreſſâ in ea invocatione ipſius S. Joannis, in Collegiatam ſub Invocatione ejuſdem S. Bavonis erigi ritè procuravit; prout in Litteris ipſius Alexandri Cardinalis & Legati deſuper confectis dicitur plenius contineri;

Cùm autem (ſicut eadem petitio ſubjungebat) ad dictam Eccleſiam S. Bavonis, ac illius pro tempore exiſtentem Præpoſitum, nec non præfatos Capitulum & Canonicos Jus Patronatûs, & certæ auctoritates, præeminentiæ, præſentationes, collationes, & certa jura, ſub tecto, & clauſura Parochialis S. Michaelis dicti Oppidi, & illi annexæ de * Eckergem Eccleſiarum; & ſimiliter ad Monaſterium, & illius Abbatem pro tempore exiſtentem, ac Conventum præfatos Jus Patronatûs, & auctoritates, præeminentiæ, præſentationes, collationes, & alia jura in dicta Eccleſia olim S. Joannis, nunc S. Bavonis ſpectaret & pertineret;

Jus Patronatus.

* Dicta S. Martini in Eckerghem.

Et ne Eccleſia ipſa olim S. Joannis, nunc S. Bavonis diverſo Jure cenſeatur, Præpoſitus, Capitulum, & Canonici Juri Patronatûs, auctoritatibus, præeminentiis, præſentationibus, collationibus, & Juribus ad eos & dictam Menſam ſub tecto, & clauſura S. Michaelis, & annexæ Eccleſiarum hujuſmodi ſpectantibus, ex cauſa permutationis pro Jure Patronatûs, auctoritatibus, præeminentiis, præſentationibus, collationibus, & univerſis Juribus ad Monaſterium, Abbatem, & Conventum in dicta Eccleſia olim S. Joannis, nunc S. Bavonis quomodolibet pertinentium, & non aliter, neque alio modo.

Et vice verſâ, Abbas & Conventus præfati, totali Juri Patronatûs, auctoritatibus, præeminentiis, præſentationibus, collationibus, & Juribus univerſis ad eos & præfatum Monaſterium, in & ſub tecto & clauſura Eccleſiæ olim S. Joannis nunc S. Bavonis prædictæ olim ſpectantes ſimiliter, & ex eadem permutationis cauſâ, pro Jure Patronatûs, auctoritatibus, præeminentiis, præſentationibus, collationibus, & juribus, ad Menſam, Præpoſitum, Capitulum, & Canonicos prædictos ſub tecto, & clauſura S. Michaelis, & annexæ Eccleſiarum hujuſmodi ſpectantium, & non aliter, nec alio modo;

Hodie per dilectum filium Joannem Paris, Militem S. Petri, Procuratorem eorum ad hoc ab eis reſpective ſpecialiter conſtitutum, ſalvo tamen, quod ipſe Præpoſitus, Capitulum & Canonici, ac Abbas, & Conventus extra clauſuram & tecta prædicta omne jus Patronatûs, & priſtinas auctoritates, præeminentias, præſentationes, collationes, ac jura univerſa, modo & formâ, quibus hactenus uſi ſunt, habeant & retineant, in manibus noſtris ſponte ceſſerunt, & renuntiaverunt.

Noſque ceſſiones, & renuntiationes hujuſmodi ex eadem cauſâ duximus admittendas; pro parte tam Præpoſiti, Capituli, & Canonicorum, quam Abbatis & Conventûs prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum;

Ut Jus Patronatûs, Auctoritates, præeminentias, præſentationes, collationes, & Jura dictis Monaſterio, ac Abbati, Conventui in clauſura Eccleſiæ olim S. Joannis, nunc S. Bavonis hujuſmodi ſpectantia, ab eiſdem Monaſterio, Abbate & Conventu; & ſimili modo Jus Patronatûs, Auctoritates, præeminentias, præſentationes, Collationes, & jura Menſæ Capitulari, ac Præpoſito, Capitulo, & Canonicis præfatis, in S. Michaelis & annexa Eccleſiis prædictis ſpectantia, à Menſa, Præpoſito, Capitulo, & Canonicis abdicare.

Ac ſic abdicata ad Monaſterium, Abbatem, & Conventum, Menſæ Capitulari, nec non ad Menſam, Præpoſitum, Capitulum, & Canonicos præfatos ſpectantia, Monaſterio præfatos perpetuò concedere, aliâſque in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur (qui ſingulorum votis, prout poſſumus, libenter annuimus) modernos Præpoſitum, & Abbatem, ac Capitulum & Canonicos, nec non Conventum præfatos, & eorum ſingulos, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure, vel ob homine quâvis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum Serie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati,

Jus Patronatûs, & præſentandi, nec non Auctoritates, præeminentias, præſentationes,

collationes, & Jura dictis Monaſterio, ac Abbati & Conventui in Clauſura Eccleſiæ olim S. Joannis nunc S. Bavonis hujuſmodi, quomodolibet, ut præfertur, ſpectantia & pertinentia, ab eiſdem Monaſterio, ac Abbate, & Conventu, nec non vice verſâ omne Jus Patronatûs, Auctoritates, præeminentias, præſentationes, collationes, & Jura Meoſæ Capitulari, ac Præpoſito, & Capitulo, & Canonicis præfatis in S. Michaelis, & annexis Eccleſiis prædictis (ut præfertur) quomodolibet ſpectantia & pertinentia, ſimiliter ab eiſdem Menſa, ac Præpoſito, Capitulo, & Canonicis Auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium, penitus & omnino reſpectivè perpetuo abdicamus, ac omne & totale Jus Patronatûs, præeminentias, Auctoritates præſentationes, collationes, & Jura univerſa, quæ Monaſterio, Abbati, & Conventui prædictis, in & ſub tecto, & clauſura dumtaxat Eccleſiæ S. Bavonis, olim S. Joannis hujuſmodi, quomodolibet ſpectare & pertinere dignoſcebantur, Menſæ Capitulari perpetuò applicamus, & approprianus.

Ac illi, nec non pro tempore exiſtenti Præpoſito, Capitulo, & Canonicis præfatis, ad hoc ut deinceps ipſe modernus Abbas, & pro tempore exiſtens Præpoſitus, Capitulum & Canonici hujuſmodi Jus Patronatûs, Auctoritates, & præeminentias habere, gerere, & exercere, & ad Beneficia in Eccleſia olim S. Joannis, nunc S. Bavonis, & illius clauſura prædictis exiſtentia, pro tempore vacantia præſentare, aliaſque & alia facere, & exercere, quæ Abbas, & Conventus præfati, ſi non ceſſiſſent, & dicta Eccleſia S. Bavonis demolita, ac illius Menſa, perſonæ, res, & bona ad eandem Eccleſiam olim S. Joannis, nunc S. Bavonis, tranſlata non fuiſſent, facere & exercere poſſint, in omnibus & per omnia concedimus, & aſſignamus, ac in eos transferimus.

Nec non Menſam Capitularem, ac Præpoſitum, Capitulum, & Canonicos antedictos in locum, Jus, & privilegium Monaſterii, Abbatis, & Conventûs prædictorum, quoad præmiſſa ſubſtituimus, & ſurrogamus.

Et vice verſa, Jus Patronatûs, & Auctoritates, præeminentias, præſentationes, collationes, & Jura univerſa Menſæ Capitulari, Præpoſito, Capitulo, & Canonicis præfatis, in & ſub tecto, & clauſura dumtaxat S. Michaelis, & annexæ Eccleſiarum hujuſmodi, quomodolibet competentia, Monaſterio perpetuò applicamus, & appropriamus, illiſque ac Abbati pro tempore exiſtenti, & Conventui prædictis;

Ita ut modernus, & pro tempore exiſtens Abbas & Conventus præfati hujuſmodi Jus Patronatûs, & præſentandi, ac Auctoritates, & præeminentias, collationes, præſentationes, & Jura eiſdem menſæ, Præpoſito, & Capitulo, & Canonicis (ut præfertur) competentia, habere, gerere, & exercere, & ad Beneficia in Eccleſia S. Michaelis hujuſmodi conſiſtentia præſentare, aliaſque & alia facere, & exercere, quæ ipſi Præpoſitus, Capitulum, Canonici, ſi non ceſſiſſent, facere, & exercere poſſent, in omnibus & per omnia ſimiliter concedimus, & aſſignamus, ac in eos transferrimus.

Nec non Monaſterium, ac Abbatem pro tempore exiſtentem, & Conventum præfatos, in locum, Jus, & Privilegium Menſæ, Præpoſiti, Capituli, & Canonicorum eorumdem, quoad præmiſſa ſubſtituimus, & ſurrogamus.

Salvo, quod tam Eccleſia S. Bavonis, ac Præpoſitus, Capitulum, & Canonici, quam Monaſterium, Abbas, & Conventus præfati, extra tecta, & clauſuras olim S. Joannis, nunc S. Bavonis, S. Michaelis, & annexæ Eccleſiarum hujuſmodi, omne Jus Patronatûs, ac priſtinas Auctoritates, præſentationes, collationes, ac jura univerſa, modo, & forma, quibus hactenus uſi ſunt, habeant, & retineant.

Decernentes ſic per quoſcumque judices, quavis etiam Apoſtolicâ Auctoritate fulgentes ſublatâ eis & eorum cuilibet, quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & Auctoritate, judicari ac diffiniri debere, nec non irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocircà Venerabili Fratri Noſtro Epiſcopo Caſertano, ac dilectis filiis, Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ S. Pharaildis Gandenſis, Tornacenſis Diœceſis, ac Officiali Tornacenſi per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus Ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Præpoſiti, Capituli, Canonicorum, ac Abbatis, & Conventûs prædictorum, ſeu alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate Noſtra patentes Litteras, & in eis contenta hujuſmodi, firmiter obſervari, ac ſingulos, quos ipſæ patentes Litteræ concernunt, illis pacificè gaudere.

Non permittentes eos deſuper contra earumdem Litterarum tenorem quomodolibet moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per Cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædeceſſoris noſtri, quâ cavetur, ne quis extra Civitatem ſuam, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultrà unam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices à Sede dicta deputati, extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere,

Digitized by Google

aut alii, vel aliis vices ſuas committere quoquomodo præſumant, & de duabus dictis in Concilio generali editâ, dummodò ultra tres dietas aliquis Auctoritate præſentium non trahatur, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus.

Ac Eccleſiæ S. Bavonis, nec non Monaſterii & Ordiois prædictorum, juramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis, Statotis, Conſuetudinibus, ac quibuſvis Privilegiis, & Indultis Apoſtolicis, illis in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cùm quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, conceſſis, approbatis, & innodatis, quibus illorum tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus contrariis quibuſcumque,

Aut ſi aliquibus conjunctim vel diviſim ab eadem ſede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ abſolutionis, abdicationis, applicationis, approbationis, conceſſionis, aſſignationis, tranſlationis, ſubſtitutionis, ſurrogationis, Decreti, Mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Tuſculi anno M. D. XL. tertio Nonas Octobris, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Extat in Editis Brabant. Tomo I. Regulamentum Regis Philippi II. pro Inquiſitoribus in Belgio 1550.

CAPUT CCXXXIII.

Breve Pauli III. Pontificis ad Carolum V. Cæſarem anno 1544, declarantis, quod Clerici & Regulares in cauſa Inquiſitionis contra Hæreticos aut ſuſpectos de Hæreſi, liberè & ſine periculo irregularitatis teſtari valeant, eoſdemque ſine licentia ſuperioris accuſare.

PAulus Papa III. Chariſſime in in Chriſto Fili noſter, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecit Majeſtas Tua, à nonnullis revocari in dubium, an Beneficia obtinentes, & aliæ Perſonæ Eccleſiaſticæ, Sœculares & Regulares, in cauſſis Inquiſitionis Hæreticæ Pravitatis in Regnis & Dominiis Tuæ Majeſtati ſubjectis pro tempore pendentibus, teſtimonium veritatis perhibêre, ac de crimine hæreſis hujuſmodi alios accuſare, ex quo mors forſan inde ſequetur, abſque irregularitatis ſeu Pœnæ Eccleſiaſticæ incurſu poſſent, Sede Apoſtolicâ deſuper inconſultâ.

Quare pro parte ejuſdem Tuæ Majeſtatis Nobis ſupplicatum extitit, ut in præmiſſis opportunè providêre de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos igitur, quorum intentio ad nihil magis aſpirat, quam ut Fides Catholica noſtris potiſſimum temporibus ubique floreat & augeatur, ac omnis Hæretica pravitas à Chriſti Fidelibus noſtrâ diligentiâ procul pellatur, & ipſorum Fidelium animas Deo lucrifaciamus; ne propterea Officium tam ſanctæ Inquiſitionis aliquo modo impediri ſeu retardari, ſed remiſſum efficaciùs adimpleri valeat; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, univerſis & ſingulis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quam quorumvis, etiam Mendicantium Ordinum perionis Regularibus, cujuſcumque dignitatis, gradûs, nobilitatis & præeminentiæ, etiamſi in ſacris ac Presbyteratûs Ordinibus conſtituti fuerint, & dignitates, adminiſtrationes, perſonatus, vel officia ac alia Beneficia qualitercumque qualificata obtinuerint; quotiens ab Inquiſitoribus dictæ Hæreticæ Pravitatis, à Nobis & Sede præfatâ Deputatis, aut ab eis Subdeputatis, vel aliis competentibus Judicibus dictorum Regnorum & Dominiorum deſuper requiſiti fuerint, in his quæ Orthodoxam Fidem & Chriſtianam Religionem, aut malos & depravatos libros concerunt, teſtimonium veritatis, etiamſi mortis ſententia exinde proferatur, & mors ipſa ſubſequatur, perhibêre, & quos hæreticos ſciverint, vel à communi converſatione fidelium vitâ & moribus diſſidentes, eiſdem Inquiſitoribus vel Subdeputatis ac Judicibus indicare & accuſare, etiam ſuorum ſuperiorum licentiâ minimè requiſitâ, poſſint & valeant, abſque irregularitatis aut infamiæ maculæ ſive notæ, vel alterius Cenſuræ ſeu pœnæ Eccleſiaſticæ, aut privationis Beneficiorum per eos ſeu eorum quemlibet obtentorum incurſu, plenam & liberam tenore præſentium licentiam concedimus ac & facultatem; non obſtantibus Generalis Concilii, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum &c. die 12 Martii 1544.

Superſcriptio erat: Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Carolo, Romanorum Imperatori ſemper Auguſto.

CAPUT CCXXXIV.

Carolus V. Imperator mandat anno 1553 reſtitui bona atque mobilia Eccleſiæ Cathedralis Morinenſis, paulò ante in direptione ejuſdem Civitatis (DeLetIs MorInIs) *ablata.*

DE PAR L'EMPEREUR,

Ex Archivis Capit. Cathedralis Iprenſis.

Noz Gouverneurs d'Arras & Bethune, grands Baillifs de noz Villes de Sainct Omer & d'Aire, Capitaine de Graveliughes, & à tous autres noz Baillifs, Maieurs, Eſcouttettes & autres Officiers de nes Pays de Flandres & d'Arthois, ſur ce requis, ou à leurs lieutenans ſalus

Comme de la part de Venerables Nos Chers & bien aimez les Archidiacre, Treſorier. & autres Chanoines de l'Egliſe Cathedrale de Therouenne noz ſubjects, & quy touſiour ont perſiſté en noſtre obeiſſance, eſtans & reſidents preſentement en nos pays de par deça, nous ait eſté remonſtré, que à la priſe & ſacq de la Ville & Fortereſſe dudit Therouenne, ladite Egliſe Cathedrale at non ſeulement eſté abbatue & demolie, mais entierement pillée & ſpoliée des venerables Corps Saincts, Reliquiaires, Chappes, Ornements, Tapiſſeries Lettraiget, Livret, Comptes, Regiſtres & tous autres meubles;

Ce que ſelon droit & raiſon & avecq uſance de bonne & ancieune guerre faire ne ſe debvoit, d'aultant que c'eſtoient & ſont choſes dediées à l'honneur de Dieu & ſon ſainct ſervice, leſquelles ne ſe doibvent plus aplicquer à humain & prophane uſage. puiſquelles ſont hors de la communication des hommes ſeculiers, & non ſeulement par cy devant en a eſté ainſy uſé entre les Chreſtiens, mais ainſſy entre les Payens & Gentils, ſelon le contenu des Hiſtoires. Tellement que tous Princes Chreſtiens ont ſelon le ſerment qu'ils ſont à leur Joyeuſe Entrée juſques à preſent bien ſouvent gardé les Egliſes des foûles, oppreſſions & pilleries, comme avons fait à nos voyages de guerre à Ain en Provence, à Duerlans en Champagne & devers autres lieux, ores que ce fuſt en pays d'ennemy.

Et pour ce, que les Suppliants ont fait diligence de recouvrer quelques petites parties afin d'orner l'Egliſe & faire le Service devin en tel lieu où que les vouldrons transferer; & deſireroient bien leſdits Suppliants d'en recouvrer le plus qu'il ſera poſſible à la fin deſſuſdicte: ce qu'ils ne ſçauront faire ſans noſtre grace & proviſion en tel cas requiſe:, dont ils nous ont humblement ſupplié & requis

A cette cauſe voulant ladite Egliſe de Therouenne eſtre reintegrée, & leſdicts meubles & biens ſacrez eſtre reſtituez, ſi avant qu'ils ſoient en eſtre & recouvrables, pour s'en ſervir en tel lieu ou ſerons transferer & remettre l'Egliſe & le Siege Epiſcopal

Vous mandons & commettons & à chacun de vous, quy de la part deſdits Suppliants ſur ce requis ſeres par ceſtes que incontinent & Sans delay vous & chacun de vous en ſon regard faictes publier par Cry publicq, en & par tout les mettes de votre Office, où l'on eſt acconſtumé faire publications & de par nous eſtroictement & expreſſement ordonner & commander à tous, de quelque eſtat ou condition qu'ils ſoient, ajants deſdits Venerables Corps Saints, Reliquiaires, Vaiſſeaulx d'or ou d'argent, Calices, Croix, Tapiſſeries; Livres, Regiſtres, Letraiges, Cartularures, Comptes ou autres meubles dedices, & puis à ladite Egliſe ou ailleurs, ſoient qu'ils les ayent pris eulx meſmes audit ſacq, ou qu'ils les ayent acquis & rachaptez des maius de nos ſoldats ou d'autres;

Qu'ils les ayent incontinent & promptement à rapporter ou renvoicr aun deſpeus deſdits Suppliants en la maiſon Prepoſiturale de St. Omer en noſtre dicte Ville de St. Omer, lieu a ce deſigné, ou aulcuns deſdits Suppliants ſeront preſts à payer le port ou voiture & aonner ſalaire gratieux pour la garde & peine de ceulx qui ainſy les rendiront, avecq leſquels leſdicts Suppliants en appoincteront, ſy faire ſe peut, par moyens raiſonnables.

Si aucun, le Juge du lieu en determinera, auquel on avons donné & donnons pouvoir & commiſſion par ceſtes & du moin que ceulx qui en auront racheté, des mains de uoſdicts ſoldats ou d'aultres les ayent à rendre audicts Suppliants; parmy en leur rendant ce qu'ils proveront en avoir payé & deſbourſé, dont en faute d'aultre preuve ils ſeront creuz à leur ſerment; à peine que ſy. cy après fut trouvé que aulcuns euſſent retenu caché ou recheté aulcunes deſdicts parties, par cy devant ayants appartenu à laditte Egliſe, qu'ils en ſeront chaſtiez arbitrairement ſelon l'exigence du cas.

Procedant contre les tranſgreſſeurs & inobediens par enceution des peines deſſuſdistes ſans faveur ny diſſimulation de ſe faire, & ce qu'en depend vous donnons pouvoir.

Mandons en oultre, & commandons à tous aultres nos Juſticiers, Officiers & ſubjects, que à vous en ce faiſans ils obeiſſent & entendent diligemment. Car ainſy nous plaiſt-il.

Donné en noſtre ville de Bruxelles ſoubs noſtre contre-Seel cy mis en Placcart le XIII. jour de Juillet l'an de grace mil cincq cent & cinquante trois

Soubſcript, par l'Empereur, Signé J. de Laugle.

CA-

CAPUT CCXXXV.

Hieronymus Dandinus, S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Imolenſis, Legatus à Latere ad Carolum V. Cæſarem, mandat anno 1553 reſtitui bona ad Eccleſiam Cathedralem Morinenſem ſpectantia, ſub pœna excommunicationis &c.

Ex Archivis Eccleſiæ Iprenſis.

Hieronimus miſeratione divinâ tituli ſancti Matthæi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, Imolenſis nuncupatus, ad invictiſſimum & glorioſiſſimum Principem Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & univerſam Germaniam ſuperiorem & inferiorem Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ & Sedis Apoſtolicæ Legatus de Latere;

Venerabilibus nobis in Chriſto, Sancti Audomari de ſancto Audomaro Morinenſis Diœceſis & Sancti Petri Inſulenſis Tornacenſis Diœceſis Oppidorum Eccleſiarum Decanis, ac Officiali Morinenſi Ipris reſidenti, ſalutem in Domino ſempiternam.

Significarunt nobis, dilecti nobis, in Chriſto Capitulum Eccleſiæ Morinenſis, quod aliàs in direptione Civitatis Morinenſis Eccleſia ipſa non ſolum diruta, & ſolo æquata, verum etiam libris, Regiſtris, Monumentis, Divorum Reliquiis & aliis ornamentis, nec non omnibus mobilibus etiam pretioſis bonis ſpoliata, bonaque ipſa poſtmodum diverſis perſonis illa eidem Eccleſiæ reſtituere non curantibus per milites, & forſan alios vendita, & alienata fuerunt, in ejuſdem Eccleſiæ & ipſorum Supplicantium maximum deſtrimentum. Super quibus ipſi ſignificantes remedium Apoſtolicæ Sedis, à qua Legationis ſuſcepimus officium, humiliter implorarunt.

Quocirca diſcretioni veſtræ Apoſtolicâ Authoritate, qua fungimur in hac parte, per præſentes mandamus, quàtenus omnes & ſingulos emptores, & præterquam ipſos milites, quoſcumque alios detentores, occultatores Librorum, Regiſtrorum, Monimentorum, obligationum, inſtrumentorum, prothocollorum librorum, quittanciarum, cedularum, notarum, actorum, proceſſuum, privilegiorum, librorum rationum, & computorum, recognitionum, & aliarum ſcripturarum publicarum, & privatarum, Reliquiarum, Calicum jocalium, Crucum, quorumcumque Ornamentorum ac aliarum rerum, argenteorum & aliorum vaſorum, & quorumcumque aliorum etiam pretioſorum bonorum, Eccleſiam ipſam concernentium, ex parte noſtra in Eccleſiis coram populo per vos, vel alium ſeu alios, Auctoritate noſtrâ moneatis, ut infrà competentem terminum quem eis præſtiteritis, ea iiſdem Significantibus vel eorum Deputatis, in Oppido ſancti Audomari Morinenſis Diœceſis exiſtentibus, ſaltem pro eo quo empta fuerunt pretio, reſtituant, revelent, ac de ipſis plenam & debitam ſatisfactionem impendant.

Et ſi id non adimpleverint infrà alium competentem terminum, quem eis ad hæc peremptoriè duxeritis præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis ſententiam præferatis, & eam faciatis, ubi, & quando expedire noveritis, uſque ad ſatisfactionem condignam ſolemniter publicari. Quod ſi non ambo iis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum nihilominus exequatur.

Datum Bruxellæ Cameracenſis Diœceſis anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, pridie Kalendas Auguſti, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri Domini Julii divinâ providentiâ Papæ tertii anno quarto.

Subſcriptum: Hier. Card. Legatus.

Fuit olim Cathedralis Eccleſia Morinenſis, ſive Teruanenſis, B. Mariæ Virgini ſacra, elegans admodum atque magnifica. Erat illic Capitulum inſigne XXXV. Canonicorum, in quo dignitates præerant, Decanus, Archidiaconi duo, unus Artheſiæ alter Flandriæ, Cantor, Theſaurarius ac Pœnitentiarius.

Poſtmodum erectis novis Epiſcopatibus, medietas horum Canonicatuum tranſlata fuit Ipras, ibique corpus Graduatorum ſeu Membrum Morinenſe conſtituit. Pars altera ceſſit Regi Galliæ, ac tranſlata Bolobiam, ibidem conſtituit modo Capitulum Cathedrale.

Vide deſuper Bullas Apoſtolicas inter Diplomata Aub. Miræi, pag. 1077, & 1102.

Petrus Darcquis, ultimus Decanus Eccleſiæ Teruanenſis, fuit primus Decanus Bolonienſis, partes Regis Galliæ ſecutus. Interfuit anno 1564 Conſilio Provinciali Remenſi.

CAPUT CCXXXVI.

Supplica Canonicorum Morinenſium ſive Teruanenſium anno 1553 menſe Februario oblata, pro obtinendo novo Epiſcopo, & loco ad divina Officia celebranda; cum Reſponſo Mariæ Reginæ Hungariæ Gubernatricis Belgii, iiſdem aſſignantis Eccleſiam B. Mariæ Virginis Audomaropoli.

A L'EMPEREUR

Ex Archivis Eccleſiæ Iprenſis.

Remonſtrent en toute humilité voz tres humbles Orateurs & Chapellains, les Archidiacre, Treſorier, Penitentier, & autres Chanoines de Therouenne ſubjects de Veſtre Majeſté & reſidens par deça & pour la plus grande partie en veſtre Ville de ſainct Omer, comme teſt après la ruine & demolition de l'Egliſe dudict (1) *Therouenne ont ſuppliê Veſtre Majeſté leur nommer un Eveſque, vers lequel il s'addreſſereient pour eſtre aſſiſté, & avecq ce leur octroyer lieu & autre Egliſe pour faire & celebrer le ſaint Service divin & acquicter l'intention de leurs Fondateurs & Bienfaicteurs.*

Et ſoubz ceſt eſpoir ont faict tous debvoirs, & diligence extreme à leurs grands fraiſs & deſpens de recouvrer & racheter de pluſieurs & diverſes perſonnes aulcunes Ornemens, Calices, Chappes, Caſules, Tuniques, Graduels, Antiphoniers & autres choſes neceſſaires audict divin Office, quy avoient eſté pris & pilliez au ſacq de la ville dudict Therouenne.

Et pour ce que vos dicts Orateurs & ſubjects avant-dicts, ont entendu que leurs Confreres Chanoines tenant partye du Roi de France & natifs de ſon Royaume, maintenant que (2) *l'Abbé de Valoir frere du dernier Eveque trepaſſé eſt Eveſque, ajant commis ſon Vicariat & Officiers à Boulloingne, & que leſdits Chanoines ont à preſent lieu & Egliſe à ladicte ville de Boulloingne Dioceſe dudit Therouenne, où font & celebrent ledict Office divin, & tiennent leur Chapitre, ainſy qu'ils ſouloient faire en l'Egliſe dudict Therouenne, auparavant la ruine & demolition d'icelle.*

Ce qui pourroit cy-après tourner grandement au prejudice de la haulteur & preeminence de Veſtre dicte Majeſté, grand dommage, & prejudice de veſtre Pays d'Arthois & en partie de Flandres, où les biens de ladicte Egliſe ſont pour la pluſpart giſans, leſquels ils vouldroient tirer hors deſdicts Pays & les appliquer audict Boloingne hors l'obeiſſance de Veſtre dicte Majeſté, ſoubz coleur que les biens ſuyvent l'Egliſe. Ce que ceſſeroit, ſy leſdicts Supplians avoient quelque Egliſe en voſdicts Pays. Pour à laquelle choſe obvier, ſupplient Veſtre dicte Majeſté leur donner & octroier lieu & Egliſe où puiſſent deſormais (ſaltem par proviſion) faire, & celebrer ledict ſainct Service divin & prier Dieu pour leurs Fundateurs & Veſtre Eminente Majeſté.

Enfin d'oſter occaſion auſdicts de France de tirer leſdicts biens & ſubjects de Veſtre dicte Majeſté hors de l'obeiſſance & reſſort d'icelle, & pour ce faire leur accorder & octroyer main levée des biens & revenuz que ladicte Egliſe à en voſdicts Pays de Flandres & Arthois.

Et ſera Veſtre dicte Majeſté bien, & œuvre charitable.

APOSTILLE.

LA Reyne ayant ouy le Raport de ceſte Requeſte, & conſideré, que la pluſpart de Chanoines de l'Egliſe de Therouenne ſubjets de Sa Majeſté ſe ſont retirez & ſe tiennent preſentement en la ville de Sainct Omer, Sa Majeſté conſent, que leſdicts Chanoines y puiſſent demourer & celebrer le Service divin en l'Egliſe Collegiale ou autre telle qu'ils trouveront à ce plus convenables, & ce par proviſion, tant ſeulement & juſques à ce que Sa Majeſté Imperiale aura autrement ordonné.

Fait à Bruxelles le VIII. de Fevrier 1553.

Ainſi eſcript : MARIE.

(1) Anno 1553 Adrianus de Croy, Rhodii Comes, Cæſarei exercitûs ductor, Teruanam, antiquam Morinorum Sedem, obſidione cinxit. Qui diu noctuque armis intentus, in arce caſtris conterminâ morti conceſſit. Ejus partes excepit Ponthus de Lalaing, Topharcha de Bugnicourt, qui tandem die 20 Junii, urbem armatâ manu intercepit, ac Cæſaris juſſu ſolo æquari imperavit.

(2) ANTONIUS DE CREQUY, Abbas B. M. V. de Valloriis, Franciſci ultimi Teruanenſium Epiſcopi Frater, ad eandem Sedem à Rege Galliæ paulò ante, obſidionem nominatus fuerat. Sed Urbe hâc per Cæſareos milites prorſus dirutâ, aliis Canonicis Cæſareas partes, aliis Gallicas ſectantibus, tandem Morinenſis Epiſcopatus mutâ Principum Conventione in tres novas Dioeceſes Iprenſem, Audomarenſem ac Bolonienſem diſportatus eſt. Ipſe autem Antonius de Crequy, creatus inde fuit Epiſcopus Nannetenſis, tum Ambianenſis, ac S. R. E. Cardinalis. Obiit anno 1574.

CAPUT CCXXXVII.

Decretum Conſilii Regii, quo declarantur Canonici Morinenſes Audomaropoli reſidentes ipſi ſoli repræſentare Capitulum Cathedrale Morinenſe, & poſſe adminiſtrare bona ad illud ſpectantia, datum anno 1554.

Ex Archivis Eccleſiæ Iprenſis.

Sur ce que les Venerables Meſſieurs (1) *Guilliame de Peictiers nommé à la dignité Epiſcopale de Therouenne, enſemble Meſſieurs* (2) *Philippe Nigry Archidiacre d'Arthois, Louys le Chevalier Treſorier, Jean Foeullet, Penitencier,* (3) *Philippe de l'Eſpinoy, Jean Cuprom, Gilles Deſtril, Guilliame de Croix, Amand Deſgruttz & Warnier de Liſteville Chanoines de l'Egliſe Cathedrale audict Tierouenne ont faict remonſtrer à l'Empereur,*

Que après la priſe, reduction & demolition de Cité & Egliſe dudict Therouenne advenue le vintieſme de Juin dernier paſſé, leſdits Remonſtrants pour eſtre ſubjects & naturels de Pays de pardeça, auroient adviſé de bon gré & conſentement de Sa Majeſté, de ſe retirer Collegialement en l'Egliſe Collegiale de Sainct Omer, ſiſe en la ville dudit Sainct Omer, pour illec faire & continuer le Service divin tant & ſy longuement qu'il plairoit à Saditte Majeſté,

Et qu'il ſoit beſoin de pourveoir à ce que les autres Chanoines de Therouenne leſquels eſtants retirez en France & tenans partie contraire à Saditte Majeſté ne ſe diſent ou puiſſent maintenir d'eſtre Chapitre dudict Therouenne, pour eſtre en plus grand nombre que les deſſuſdicts, ne diſpoſer des biens de ladite Egliſe de Therouenne, quy pour la pluſpart ſont giſants en pays de Flandres & d'Arthois, ne les puiſſens ſoubz umbre de ce bailler a ferme, recevoir, adminiſtrer en autrement les aliener.

Ce qui s'il advenoit, retourneroit non ſeulement à la diminution de la hauteur de Sadite Majeſté, mais au grand prejudice deſdicts Remonſtrants, leſquels en ce cas n'auroient moien de fournir aux miſes qu'il conviendra faire pour celebrer & entretenir ledit ſervice divin, tant pour leurs Prebendes, payements des Chapellains & Vicaires, que pour aultres depens neceſſaires pour l'entretenement dudit College, ſi comme ils diſent.

Supplians par tant qu'il pleuſt à Sa Majeſté ſur ce les pourveoir & les authoriſer, pour adminiſtrer leſdits biens & à ceſte fin pouvoir finre & conſtituer Chapitre en laditte Egliſe de Sainct Omer, leur faiſant ſur ce expedier proviſion convenable.

Sa Majeſté a declaré & declare par cette, vouloir & entendre, que leſdicts Remonſtrnns Collegiallement aſſemblez & nuls autres en leur lieu Capitulaire audict St. Omer ſoient le Chapitre de laditte Egliſe Cathedrale de Therouenne, & qu'ils pourront faire & celebrer toutes Communications Deliberntions, Reſolutions, Ordonnances, Decrets & autres Actes que l'on eſt accoutumé faire paſſer & conclure Collegialement, en ſemblables où autres Actes d'Egliſes Colleginllet.

Leſquels Actes, Contracts & reſolutions par eulz où leurs Succeſſeurs ainſy faites, & à faire, ſeront deſormais eſtimez & reputez comme celebrez & faicts par les Doyen & Chapitre dudit Therouenne, ajans pouvoir de ce faire & pour tels les a Sa Majeſté authoriſé & authoriſe par ceſtes;

Sans qu'il ſoit permis, ne leiſible à aulcuns Juges tant Eccleſiaſtiques que Seculiers quels qu'ils ſoient, d'y juger decreter ſententier, ne ordonner au contraire en aulcune maniere.

Declarant & reputant en oultre, que toutes charges, hypotecques & alienations faictes deſdicts biens de l'Egliſe en Chapitre de Therouenne giſans en nos Pays & Seigneuries durant la guerre preſente par des pretendus Doyen & aultres Chanoines eſtans refugiez en France, & tenans partie contraire, ou qu'ils pretendroient de faire à l'advenir eſtre nulles, invalides & de nulle valeur fruict ni effect; & pour telles eſtre reputez juglez & cenſées par tens Juges & Officiers eſdits Pays de pardeçn, pardevant leſquels debat & procès ſe pourroient mouvoir.

Auſquels Juges Saditte Majeſté ordonne par eſdictes preſentes ainſy le faire, & ſelon que dict eſt cy-deſſus, en tout & par tout eulx regler.

Faict à Bruxelles les vingt quatrieſme jour d'Avril, l'an de grace mil cinq cens cinquante & quatre. Ainſy ſigné, J. de Langhe.

(1) Guillelmus de Poitiers, Præpoſitus Furnenſis, Canonicus & Archidiaconus in Eccleſiis Cathedralibus Leodienſi ac Morinenſi, à Carolo V. Cæſ. nominatus fuit Epiſcopus Morinenſis; dein à Rege Philippo II. primus Epiſcopus Andomarenſis. Paulo pòſt Infulis renunciavit, & obiit anno 1570 exiſtens Præpoſitus Major in Cathedrali Leodienſi.

(2) Philippus Nigri, Decanus S. Gudilæ Bruxellis, Præpoſitus S. Pharaildis Gandavi, Cancellarius Aurei Velleris &c. à Philippo II. nominatus eſt primus Epiſcopus Antverpienſis. Obiit non conſecratus anno 1563.

(3) Philippus l'Espinoy, fuit etiam Decanus Eccleſiæ S. Rumoldi Mechliniæ, ibique Conſiliarius Eccleſiaſticus majoris Conſilii. Obiit anno 1557.

CAPUT CCXXXVIII.

Concordia inita anno 1554 inter Canonicos Cathedralis Eccleſiæ B. M. V. Morinenſis, & Collegiatæ B. M. V. Audomarenſis; ſuper celebratione divinorum Officiorum, ordine ſedendi in Choro &c. in Eccleſia Audomarenſi.

Ex Archivis Eccleſiæ Cath. Iprenſis.

Universis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis viſuris, & lecturis pariter & audituris, Odoardus de Barſacques Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius & Eleëmoſynarius ſupremus ac Præpoſitus, Philippus de Lengaingne, Decanus & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Audomari Oppidi de Sancto Audomaro Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjectæ, in Diœceſi Morinenſi conſtitutæ, nec non Capitulum Cathedralis Morinenſis inſignium Eccleſiarum ſalutem in Domino & præſentibus fidem indubiam adhibere.

Cùm per acerbam inſignis olim nunc autem deploratæ Morinenſis Eccleſiæ cladem in anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio menſe Junii acceptam, omnia Eccleſiæ ejuſdem Ornamenta, Reliquiæ, Vaſa aurea & argentea, Libri, Calices, Cappæ, Caſulæ, Tunicalia, Munimenta, Litteræ, Regiſtra, & denique omnia pretioſa bona mobilia ejuſdem miſerè fuerunt direpta & per milites ſublata & ſpoliata, quodque magis lugendum eſt, nobile illud Templum fuerit plane diruptum & ſolo æquatum;

Nos Philippus Nigry, Archidiaconus Arthefienſis, Ludovicus Militis Theſaurarius, Joannes Fœullet Pœniteutiarius; Philippus de l'Eſpinoy, Joannes Capron, Ægidius Doſtrel, Guilielmus de Croix, Warnerius de Liſteville, Amandus Deſgretz, omnes ejuſdem Eccleſiæ Morinenſis Canonici, tunc temporis in partibus inferioribus ſub obedientia Sacræ Cæſareæ Majeſtatis degentes & reſidentes,

Cupientes deſiderante ſque (quantum in nobis erat) ingens immodicumque hoc damnum aliqua ex parte reſarcire, prædictorum bonorum ablatorum partem tam à militibus ipſis quam à nonnullis aliis, qui eadem comparaverant, magnis impenſis & vigiliis redimere ſtuduerimus; ut ſuccedente tempore & redditâ Dei beneficio pace, inſigne illud Collegium noſtrum alio tranquilliori loco reſtitutum & reconditum haberemus, unde Domino Deo famulari, & divinum pro Fundatoribus penſum perſolvere poſſemus (abſque enim Libris Calicibus Ornamentis aliiſque ad quotidianum Eccleſiæ uſum facientibus certum eſt talia ſacra non conſtare.)

Poſt aliquem vero temporis lapſum, ne noſtra organa diutius ſuſpenſa tenerentur, Supplicationem quamdam Suæ Majeſtati Imperiali porreximus, quatenus nobis de novo Epiſcopo (cùm Sedes vacaret) providere, ac aliquam Eccleſiam ad prædictum peragendum penſum aliquo tuto loco aſſignare dignaretur.

Super quo octavo Menſis Februarii die, & anno ſupradicto per Sereniſſimam & Illuſtriſſimam Dominam Mariam Hungariæ & Bohemiæ Reginam Regentem &c. Suæ Majeſtatis vice reponſum extitit, quod Sua Reginalis Majeſtas, relatione auditâ, intelligebat nos Canonicos Morinenſes Imperiali Majeſtati ſubditos, aut ſaltem majorem noſtrûm partem in Oppido ſancti Audomari ſeſe recepiſſe domiciliumque fovere, proinde quod ibidem habitare & in Collegiata ejuſdem Oppidi ſeu alia commodiori Eccleſia divinum Officium celebrare poſſimus, & valeamus, conſenſit & indulſit; per modum proviſionis tantummodo, aut donec per Suam Cæſaream Majeſtatem aliter foret proviſum, ſeu ordinatum.

Quod autem ad Epiſcopum ſpectabat, prædicta Cæſarea Majeſtas inſignem generoſum & Reverendum Patrem Dominum Guilielmum à Pictavia Furnenſis Eccleſiæ Præpoſitum, Canonicum Leodienſem, & Campiniæ Archidiaconum, ſuis ad Pontificem maximum deſtinatum Litteris in futurum Morinenſem Antiſtitem nominavit. Quibus attentis, nos ſuper præfato Reginæ reſponſo maturè deliberantes, neceſſarium imprimis duximus eundem Reverendum Dominum nominatum, prædictorum omnium certiorem efficere, ad intelligendam ſuper electione Eccleſiæ hujuſmodi ſententiam, nempè an expediret Eccleſiam Collegiatam Sancti Audomari vel aliam Parochialem eligere.

Novus Epiſcopus Morinenſis.

Et finaliter hinc inde rationibus adductis, ſuæ Reverendæ Paternitati & omnibus nobis Canonicis Morinenſibus præfatis unanimiter viſum eſt longe commodius fore, eamdem Collegiatam Eccleſiam quam aliam optare. Siquidem ibidem amplum & magnificum Collegium ſit multarum perſonarum capax, locuſque valde decens ad omnia peragenda, quæ ad Eccleſiæ Cathedralis officia ſpectant & pertinent. Eo etiam attento, quod forſitan res ſit aliquo dumtaxat tempore, non autem perpetuò duratura.

Communicato itaque per nos Canonicos Mo-

Morinenſes, Capitulum dictæ Eccleſiæ Cathedralis facientes & repreſentantes, cum prætatis R. P. & Dominis Præpoſito, Decano & Capitulo Sancti Audomati conſilio, eorum conſenſum de intranda eorum Eccleſia & ibidem permixtim celebrandi divinum Officium petivimus.

Nos autem Ptæpoſitus Decanus & Capitulum ſancti Andomari præfati, conſenſum noſtrum deſuper præſtitimus, & eos admiſimus. Verum ne per commixtionem Collegiorum aliquæ inter Nos ſimultates & diſſidia, quæ nos reſpectivè interturbare poſſent otirentur, utque unuſquiſque ſcire poſſet quid ſuo incumberet officio ſubſequentibus legibus & conditionibus inſimul convenimus, tractamus & concordamus.

De Prebendis Epiſcopi & Præpoſiti.

Scilicet quod perſonæ utriuſque Collegii cujuſcumque dignitatis aut conditionis exiſtant prout ab antiquo Conſraternitatem babuerunt; (ſicuti conſtat ex Præbenda quam Epiſcopus Morinenſis in Eccleſia Sancti Audomari percipit, & vicißim Præpoſitus ſancti Audomari in Morinenſi præbendam obtinet) inter ſe amicitiam pacem benevolentiam & charitatem obſervabunt; ſeque tamquam conſratres & amicos mutuâ charitate complectentur & proſequentur, ſedulo caventes ne inter eos jurgia aut diſſidia, quibus Deus offendi & populus male ædificari poſſet ſuſcitentur. Quod circa Altaris officium pet nos Capitulum ſancti Audomari ptout conſuetum eſt Perſonæ deputabuntur ad canendum & celebrandum idoneæ cujuſcumque Collegii fuerint, quæ parêre tenebuntur, niſi legitimam babuerint excuſationem.

Quoad Lectiones & Antipbonas cantandas aliaque ſolita in Cboro exerceri, Canonici Morinenſes, Capellani & alii ejus ſubditi Ordinationi Chorum teneotis & Burſarii Sancti Audomari patêre tenebuntur, & juxta ſignificationem eis factam ſeſe paratos præſtare: niſi rauci, debiles, aut aliâ notabili excuſatione fuerint communiti. Quia Dominus Deus unius moris homines vult eſſe in Domo, prædicti Canonici, Capellani, Vicarii & babituati Morinenſes in habitu tonſura & ceremoniis omnibus Canonicis & aliis ejuſdem Eccleſiæ Capellanis & babituatis Sancti Audomari reſpectivè omnino ſe conformabunt.

In Choro Sancti Audomari nos Morinenſes, divinis Officiis nocturnis pariter & diurnis intereſſentes divina perſolvemus juxta ritum & morem Eccleſiæ ſancti Audomari tam in accentu quam pronuntiatione, & ejuſdem Eccleſiæ Statuta & conſuetudines quoad hæc exacte obſervabimus.

Item quod obitus & anniverſaria pro benefactoribus & fundatoribus noſtris deſunctis in Sacello Sanctæ Suſannæ celebrabimus inter Matutinas & Primam, & inter nos diſtributionem porrigemus juxta noſtram diſcretionem vel alibi ſi ex poſt, facto commodiorem locum invenetimus.

Quoad exequias autem & funeralia, ſicut de Dignitatibus, Canonicis, Capellanis & aliis Beneficiatis Morinenſibus pari modo, ſicut de Dignitatibus Canonicis & Capellanis ſancti Audomari; ita quod in exequiis Dignitatum & Canonicorum Eccleſiæ Sancti Audomari, Dignitates & Canonici Morinenſes diſtributiones ſicut Dignitates & Canonici Sancti Andomari, & ſimiliter in exequiis Dignitatum & Canonicorum Morinenſium Dignitates & Canonici Sancti Audomari ſimiles diſtributiones reſpective percipient.

Locus Epiſcopi Morinenſis.

Epiſcopus pro tempore exiſtens Sedem habebit ſummo Altari vicinam, prout in omnibus Eccleſiis Cathedralibus & Metropolitanis obſervatur: quodque in extremis ſuperioribus ſedilibus Epiſcopo vicinis Arcbidiaconi locum ſortiantur, Archidiaconus Artbeſienſis ſcilicet in dextro latere, Flandriæ vero in ſiniſtro & penes eum Scholaſticus Morinenſis pro veteri more. Nos autem Præpoſitus ſancti Audomari antiquum noſtrum locum ſuperiorem, ſcilicet dextri lateris, ſervabimus. Poſt nos Decanus Morinenſis ex eadem parte. Deinde Cantor & Tbeſaurarius Morinenſis ex altera parte. Poſt nos Decanum Sancti Audomari locum babebunt Cantor Sancti Audomari, poſtea Pœnitentiarius Morinenſis.

Quod Canonicos ſpectat Nos Morinenſes prius nominati cum Audomarenſibus ſecundum Ordinem Presbyteratus, videlicet Joannes Capron poſt Iſembardum le Riche, & Guillelmus de Ctoix, poſt Martinum de Till, ſuperius, ac Amandus Deſgrets, poſt Petrum Dudain, inferius in dexteto latere, Ægidius Doſtrel, poſt Joannem Brunchere, & Warnerius de Liſteville, poſt Carolum Piers in ſiniſtro latere locum habebimus tam ſedendo in choro quam proceſſionaliter eundo, & in aliis actibus ſimilibus: & eundem ordinem ſervabunt Capellani Morinenſes ubi venetiat.

Nos Canonici Morinenſes ſeorſim Capitulum noſtrum habebimus in prædicto Sacello S. Suſannæ, abſque eo quod locum Capitularem Sancti Audomari (niſi vocati) ingredi poſſimus. In quo quidem Sacello noſtri Collegii negotia & jnra pro veteri noſtto more abſque prædictorum Sancti Audomari impedimento pertractare poterimus. Hoc ſalvo, quod Nos Capitulum Sancti Andomari in eo liberum acceſſum habebimus, quando eo pro Proceſſionibus & Miſſarum ibidem ſundatarum celebrationibus accedete opus etit.

Si vero (quod Deus avertat) aliquis ex Morinenſibus in Choro vel Eccleſia Sancti Audomari aut infrà clauſtrum aut immunitatem deliquerit, is noſtri Præpoſiti ejuſdem Eccleſiæ juriſdictioni & coertioni ſubjicietur, quemadmodum Beneficiati Sancti Audomari ſubjiciuntur; ut ſcilicet præventioni locus ſit reſpectu Canonicorum dumtaxat, & hoc ſine præjudicio juriſdictionis noſtri Capituli Morinenſis & compoſitionis juratæ ejuſdem Capituli cum Morinenſi Epiſcopo ptidem initæ & celebratæ.

Si vero delictum extra templum clauſtrum aut immunitatem ejuſdem Eccleſiæ commiſſum fuerit, per noſtrum Capitulum Morinenſe & non per dictum Dominum Præpoſitum punietur, ſalvâ noſtrâ juriſdictione Decani, & Capituli Sancti Audomari, qualem hactenus habuimus.

Quoad curam animarum & adminiſtrationem Sacramentorum, ſubjicientur nobis Præpoſito ſicut cæteri Canonici & Beneficiati Eccleſiæ Sancti Audomari. Si aliquando ex Sedis Apoſtolicæ aut Cæſareæ Majeſtatis beneplacito prætactum noſtrum Morinenſe Collegium in aliquam aliam Eccleſiam transferri contigerit, eo caſu à præfata Sancti Audomari Eccleſia nobis Morinenſibus migrare, & omnia Monimenta, Cappas, jocalia atque mobilia nobiſcum deferre liberè & abſque quacumque noſtra, Præpoſiti vel Collegii Sancti Andomari contradictione licebit. Quæ omnia locum dumtaxat habebunt, quamdiu nos præfati Morinenſes in prætacta Eccleſia Sancti Andomari per proviſionem hujuſmodi reſidebimus & non diutius, & ſine jurium, libertatum, dignitatum, præeminentiarum & privilegiorum utriuſque Eccleſiæ præjudicio; quæ tam in poſſeſſorio quam petitorio nobis, hinc indeſalva integraque manebunt.

Hoc addito, quod præter ſuperiùs expreſſa, Nos præfati Morinenſes nil attentabimus, niſi habito dictorum Dominorum Præpoſiti, Decani & Capituli S. Audomari iterato conſenſu.

In quorum fidem, robur & teſtimonium præſentis Conventionis Tractatûs, & Concordiæ cæterorumque præmiſſorum Nos Præpoſitus, Decanus, & Capitulum Sancti Audomari, nec non Capitulum Morinenſe præfati præſentes Litteras fieri, & per Notarium publicum Scribam noſtræ Eccleſiæ Sancti Audomari Juratum ſignari, Sigillorumque noſtrorum, quibus in talibus & aliis utimur appenſione communirt juſſimus & fecimus.

Datum & actum in dicto Oppido Sancti Audomari, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto, menſis Maii die vigeſima quinta.

CAPUT CCXXXIX.

Pius IV. Pont. Abbatiam Thoſanam Religioſorum Ordinis Ciſtercienſis juxta Brugas (quæ nunc deſit, & incorporata fuit Abbatiæ Dunenſi) unit in perpetuum anno 1560 novo Epiſcopatui Brugenſi à ſe erecto, per Bullam relatam in Supplemento Miræi pag. 903.

Ex Archivis Epiſcopatus Brugenſis.

PIus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sacroſancta Romana Eccleſia quæ ſuper univerſas orbis Eccleſias obtinet divinâ inſtitutione principatum, circa Statum Eccleſiarum præſertim Cathedralium, & Monaſteriorum omnium, eorumque perſonarum veluti pia & provida mater de filiorum neceſſitate ſollicita, vigilanter excogitat, & prudenter intendit, ut Eccleſiarum, & Monaſteriorum hujuſmodi ſtatui & augmento, etiam quandoque per Miniſterium Unionis accommodè valeat efficaciter provideri; prout locorum, & temporum qualitas exigit, & ipſarum Eccleſiarum & Monaſteriorum utilitas perſuadet, ac id in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Cùm itaque alias felicis recordationis Paulus Papa IV. Prædeceſſor noſter animadvertens eam partem inferioris Germaniæ, quæ Chariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico, etiam tunc hæreditario Jure ſubjecta erat, pauens habere Epiſcopos, qui eam regerent, uti illius amplitudo, & frequentiſſimorum Oppidorum celebritas, ac longè latèque diffitorum caſtrorum, & pagorum copia, animarumque multitudo, varium item idioma, & vitæ inſtitutum, ac denique temporis deplorata ob hæreticos conditio expoſtulabant. Hiſque & aliis gravibus cauſis eum compellentibus, volens periclitanti in partibus illis fidei Catholicæ ſuccurrere, pioque deſiderio dicti Philippi Regis ſatisfacere, inter alia Brugenſe, olim Oppidum Tornacenſis Diœceſis, à dicta Diœceſi, & Provincia ſua perpetuò ſegregaverit, illudque in Civitatem, ac Sti. Donatiani illius Eccleſiam in Cathedralem Eccleſiam pro uno Epiſcopo, qui illi præeſſet, cùm Menſa Epiſcopali, & aliis Cathedralis Eccleſiæ inſignis perpetuò erexerit, & inſtituerit.

Ac eidem Eccleſiæ & Civitati certos diſtrictus per Nuntium ſuum poſtmodum ab eo illuc mittendum limitandos pro ſua Diœceſi conceſſerit, & aſſignaverit. Nec non dictæ Menſæ pro illius dote unum trium millium ducatorum auri de Camera ex certis decimis, bonis, ac fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis per dictum Nuntium ſpecificandis, & repartiendis ex tunc prout ex ea die, & contra, poſtquam illi ſpecificati & repartiti forent, etiam perpetuò, ac interim donec ſpecificatio, ac repartitio hujuſmodi factæ, & effectum fortitæ exiſterent, & non

ultra, alium mille & quingentorum ducatorum ſimilium redditus annuos per eundem Philippum Regem ex redditibus, & proventibus, quos idem Philippus Rex ex hujuſmodi regione percipiebat, Epiſcopo Brugenſi pro tempore exiſtenti annis ſingulis ſub certis modo, & forma tunc expreſſis perſolvendos applicaverit, & appropriaverit, per quaſdam ſub plombo, & deinde per alias ſuas in forma Brevis Litteras. Similiter inter alia certas diſmembrationes bonorum à certo Monaſterio, ſeu certis Monaſteriis, vel Præpoſitura, ſeu Præpoſituris, ſub dicta Eccleſia conſiſtente, vel conſiſtentibus, pro illius dote fieri mandaverit, prout in ſingulis Litteris prædictis pleniùs continetur.

Nos qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis, quorum intereſſet, cupientes Menſæ prædictæ de congrua dote, ac ſimul Epiſcopo Brugenſi de loco opportuno in quem devorionis, vel quietis cauſâ interdum ſecedere poſſit, commodiùs providere; ac conſiderantes quod per diſmembrationes bonorum hujuſmodi cultus Monaſticus læderetur; per unionem vero alicujus ex ipſis Monaſteriis ſub dicta Eccleſia conſiſtentis eidem Menſæ loco diſmembrationum hujuſmodi, ſi fieret Epiſcopus præfatus Monaſterii, ſic uniti curam ſedulius gereret;

Continuis etiam precibus dicti Philippi Regis id etiam enixè proſequentis inducti, Monaſterium *de Doeſt* Ciſtercienſis Ordinis, olim Tornacenſis, nunc verò Brugenſis Diœceſis, cùm primum illiud per ceſſum vel deceſſum moderni illius Abbatis, etiam apud Sedem Apoſtolicam, aut alias quovis modo, & ex cujuſcumque perſona vacare contigerit, ex nunc prout ex tunc, & econtra, vel etiam ſi actu nunc ut præfertur vacet, & tantotempore vacaverit, quod ejus proviſio juxta Lateranenſis Statuta Concilii, aut alias Canonicas Sanctiones ad Sedem eandem legitimè devoluta exiſtat, & illa ex quavis cauſa ad Sedem prædictam ſpecialiter vel generaliter pertineat, ac ſuper dicti Monaſterii regimine, & adminiſtratione inter aliquos eis, ſeu ſuper illius poſſeſſorio, vel quaſi, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa;

Cùm omnibus Juribus, & pertinentiis ſuis, nomine & titulo Abbatis, & dignitate Abbatiali inibi penitus ſuppreſſis & extinctis, menſæ Brugenſi prædictæ, ita quod ex nunc deinceps dilecti filii Conventûs dicti Monaſterii, & ſingulares illius perſonæ Epiſcopo Brugenſi pro tempore exiſtenti ſieuti Abbati, ac Patri & Paſtori in omnibus, & per omnia ſubſint, eique promittant, & præſtent obedientiam, & reverentiam, prout olim ipſi Abbati præſtare tenebantur;

Liceatque eidem Epiſcopo pro tempore exiſtenti per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem regiminis, & adminiſtrationis, ſeu quaſi ac bonorum Monaſterii hujuſmodi propriâ auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illiuſque fructus redditus & proventus in ſuos, ac Menſæ Brugenſis & Monaſterii prædictorum uſus, & utilitatem convertere, ac omnia & ſingula Prioratus, Præpoſiturarum dignitates, adminiſtrationes, Officia, ac Beneficia Eccleſiaſticâ cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & regularia ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, inſtitutionem, & quamvis aliam diſpoſitionem pro tempore exiſtentis Abbatis Monaſterii hujuſmodi pertinentia conferre, & de illis etiam providere ac diſponere;

Ipſumque Monaſterium ſeu illius Conventum ſub Priore ſeu Præpoſito ejuſdem Ordinis dirigere, & bia quæ ad honeſtum vitæ uſum, & conſuetas ejuſdem Monaſterii eleemoſynas ac divini cultus obſervationem, & dictorum Conventus ſuſtentationem ſolitas, & conſuetas, ac debitas pertinent, proſpicere, cujuſvis licentiâ deſuper minimè requiſita;

De Fratrum noſtrorum conſilio, Authoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus, curam dicti Monaſterii ac hujuſmodi regimen, & adminiſtrationem eidem Epiſcopo in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, bonaque, nec non fructus, redditus, & proventus Monaſterii hujuſmodi eidem Menſæ pro illius dote conſtituendo, & aſſignando.

Diſtrictè inhibentes eiſdem Conventui, & quibuſcumque aliis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, nec non privationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, pœnis, ne ad electionem, ſeu poſtulationem in Abbatem dicti Monaſterii, cum vacaverit, vel etiam ſi nunc vacat, ut præfertur, quoquo modo procedere, ſeu ipſum Epiſcopum in ptæmiſſis, vel eorum aliquo impedire præſumant. Et nihilhominus decernentes ex nunc quaſcumque electiones, ſeu poſtulationes, earumque confirmationes, ſeu admiſſiones, commendas, aliaſve diſpoſitiones, quas ex nunc de cætero etiam per Sedem prædictam, quomodocumque fieri, ac quidquid ſecus ſuper his, per quoſcumque quâvis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irrita & inania, nulliuſque roboris vel momenti fore.

Non obſtantibuſque voluntate priore, & aliis præmiſſis, ac Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohibentis, nec non piæ memoriæ Bonfacii Papæ VIII etiam Prædeceſſoris noſtri & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac Monaſterii & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis & Litteris Apoſtolicis, Monaſterio

& Ordini prædictis, eorumque Superioribus, & perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices, Prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prædictam etiam iteratis vicibus conceſſam: his approbatis & innovatis. Quibus omnibus etiamſi pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda eſſet, & in eis caveatur expreſſè, quod eis nullatenus, cenſeatur derogarum, niſi dum, & quoties ſub certis modo, & forma, ac conceptione verborum contingeret derogari, tenores hujuſmodi pronuntiantibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem quod propter Unionem, annexionem, & incorporationem, in dicto Monaſterio divinus cultus, ac ſolitus Monachorum, & Miniſtrorum numerus nullatenus minuatur; ſed ejus, & Conventûs eorumdem congrue ſupportentur onera conſueta.

Quodque antequam dictus Epiſcopus regimini & adminiſtrationi dicti Monaſterii ſe in aliquo immiſceat, in manibus Venerabilium Fratrum noſtrorum Archiepiſcopi Mecblinienſis & Epiſcopi Iprenſis, ſeu alterius eorum, fidelitatis debitæ, ſolitum præſtet juramentum juxtà formam præſentibus annotatam; quibus & eorum cuilibet tenore præſentium mandamus, quatenus ipſi aut eorum alter ab eodem Epiſcopo Brugenſi, noſtro, & Romanæ Eccleſiæ nomine hujuſmodi recipiant, ſeu recipiat, juramentum, ac formam juramenti hujuſmodi, quod ipſe præſtabit nobis de verbo ad verbum per ſuas patentes Litteras ſuo Sigillo munitas, per proprium Nuntium quantoeitius deſtinare procuret.

Quocirca eidem Epiſcopo Brugenſi per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus curam, regimen & adminiſtrationem prædictas ſic ſollicitè gerat, fideliterque exſequatur, quod Monaſterium ipſum per ſuæ diligentiæ laudabile ſtudium gubernatori provido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſum, ipſeque Epiſcopus præter æternæ retributionis præmium, noſtram & Stæ Sedis benedictionem & gratiam uberiùs conſequi mereatur, & dictis Convenrui ac dilectis filiis vaſſallis dicti Monaſterii, & Conventûs eidem Epiſcopo Brugenſi tamquam Patri, & Paſtori animarum ſuarum humiliter intendentes, ac exhibentes ſibi obedientiam, ac reverentiam debitas, & devotas, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent.

Vaſſalli verò præfati eundem Epiſcopum devotè ſuſcipientes, & debitâ bonorificentiâ proſequentes ei fidelitatem ſolitam, ac conſueta ſervitia, juraque ſibi ab eis debita integrè exhibere ſtudeant; alioquin pœnam, quam idem Epiſcopus ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obtervari.

Rogamus quoque, & hortamur dictum Philippum Regem, quatenus eumdem Epiſcopum Brugenſem, & prædictum Monaſterium ſuæ curæ commiſſum, pro noſtra, & dictæ Sedis reverentia propenſius commendatos in ampliandis, & conſervandis muneribus ſuis, ſic eos benigni favoris auxilio proſequatur, quod idem Epiſcopus ſuo fultus præſidio in commiſſo ſibi dicti Monaſterii regimine ſe poſſit utilius excercere, ac eidem Philippo Regi à Deo perennis vitæ præmium, & à nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Forma autem juramenti, quod, idem Epiſcopus Brugenſis præſtabit, hæc eſt:

Juramentum Epiſcopi Brugenſis.

Ego N. Epiſcopus Brugenſis ab hac hora inantea fidelis, & obediens ero B. Petro, Sanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, & Domino noſtro Papæ Pio IV ejuſque Succeſſoribus canonicè intrantibus. Non ero in conſilio, facto, ſeu tractatu ut vitam perdant, aut membrum, ſeu capiantur mala captione. Conſilium vero, quod mihi crediturі ſunt per ſe, aut Nuntium ſeu Litteras, ad eorum damnum, me ſciente, nemini pandam. Papatum Romanum & regalia Sti. Petri adjutor eis ero ad retinendum, & defendendum, contra omnem hominem. Legatum Apoſtolicæ Sedis eundo, ac redeuodo honorificè tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo; jura, honores, privilegia, & authoritatem dictæ Eccleſiæ Romanæ quantum in me fuerit, potius adaugere, & promovere, ſtatuſaque, ordioationes, ſententias, diſpoſitiones & Mandata Apoſtolica obſervare, ac eis intendere curabo. Hæreticos, ſchiſmaticos, & rebelles Domino noſtro vel Succeſſoribus præfatis pro poſſe proſequar, & impugnabo. Vocatus ad Synodum veniam, niſi præpeditus fuero Canonicâ præpeditione; poſſeſſiones verò ad Menſam dicti uniti Monaſterii pertinentes non vendam, neque donabo, impignorabo, vel alias alienabo, etiam cum conſenſu Conventûs ejuſdem Monaſterii inconſulto Romano Pontifice. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Unionis, annexionis, incorporationis, inhibitionis, Decreti, Mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, ſexto Idus Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

C A-

CAPUT CCXL.

Acta Mechliniæ die 27 Novembris 1561, ubi D. Joannes à Bergis, Præſes magni Conſilii exhibuit Capitulo S. Rumoldi Mandata Regia ad recipiendum Cardinalem Granvellanum I. Archiepiſcopum, & D. Antonius Conthault, Canonicus & Conſiliarius Eccleſiaſticus, nomine ejuſdem Cardinalis poſſeſſionem accepit.

IN nomine Domini, amen. Præſentis publici Inſtrumenti tenore cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod anno à Nativitate ejuſdem Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, Indictione quartâ, die verò 27 Menſis Novembris, Pontificatûs SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri, D. Pii divinâ providentiâ Papæ quarti anno ſecundo, coram Venerabilibus ac circumſpectis Viris DD. Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ Divi Rumoldi Oppidi Mechlinienſis, in eorumdem loco Capitulari, Capitulo ad infraſcripta legitimè indicto & convocato, ac in mei Notarii publici eorumdem Scribæ jurati ac etiam teſtium infraſcriptorum præſentiâ, perſonaliter comparuerunt Clariſſimi & ſpectabiles Viri, DD. Joannes à Bergis, Eques auratus, Dominus de Waeterdyck, Præſes ſupremi Conſilii Sereniſſimæ & Catholicæ Regiæ Majeſtatis, & Antonius Conthault Presbyter Canonicus prædictæ Eccleſiæ, prætactique Conſilii Conſiliarius ac Libellorum ſupplicum Magiſter, Procurator legitimè conſtitutus Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini, D. Anthonii Miſeratione Divinâ S. R. E. Presbyteri Cardinalis, de Granvella nuncupati, prout de ſuæ Procurationis mandato, Inſtrumento publico, ſigno & nomine Domini Stephani Praets Barchinonienſis, prætactæ Regiæ Majeſtatis Secretarii ac Notarii publici, legitimè edocuit;

Exhibens prædictus Dominus Præſes binas Litteras directas Decano & Capitulo prænominatæ Eccleſiæ Collegiatæ, unas ſcriptas à præfata Regia & Catholica Majeſtate, alteras ab Illuſtriſſima Domina Duciſſa Parmenſi pro dicta Regia Majeſtate Gubernatrice; quibus mandabatur, ut præfati Domini Præſidis Relationi haberetur fides.

Qui juxta ſibi injuncta expoſuit & declaravit pium Regis Catholici deſiderium, & mentem quam habet erga ſuam Belgicam ſive Germaniam Inferiorem, eamque velle tamquam Patriam hæreditario Jure ſibi ſubjectam diverſis muneribus & præeminentiis decorare, ab hoſtiumque inſidiis & hæreticorum perverſitate, à quibus cincta & circumdata jacet, tueri, ac à Schiſmaticis immunem conſervare; cum aliis (uti dicebat) piis & arduis cauſis, quæ ſuam Majeſtatem ad quarumdam novarum Sedium Cathedralium Erectiones impulerunt.

Sicque viſum fuit ei, ad tam pii & laudabilis Inſtituti finem debitum conſequendum deſtinare Oratores ad SS. Dominos Paulum Papam IV. felicis recordationis, & Pium modernum Pontifices, qui procurarent ejus mandato debitâ cum inſtantiâ Erectionem novarum Sedium Metropolitanarum & Epiſcopalium in ſuis biſce Ditionibus latè patentibus; quas prædicti Oratores non ſine magno labore & ſumptibus Suæ Majeſtatis impetrarunt.

Inter quas in hoc Oppido Mechlinienſi Eccleſia Collegiata Divi Rumoldi fieret una ex tribus Metropolitanis Eccleſiis, & Oppidum prætactum erigeretur in Civitatem.

Cui idem Pontifex ex ſupplicatione ſuæ Majeſtatis præfecit Archi-Præſulem ſive Archiepiſcopum ſupra memoratum Reverendiſſimum & Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem, Virum magnarum gratiarum muneribus decoratum, Suæ Majeſtati meritò gratum, habilem & idoneum ad hujuſmodi dignitatem habendam & obtinendam; prout ex Brevi Apoſtolico Placetoque ſuæ Catholicæ Majeſtatis deſuper expeditis conſtare fecit.

Quibus per præfatos DD. Decanum & Capitulum auditis & maturè perpenſis, reſponderunt per organum D. Rumoldi Vergheeſt U. J. Licentiati eorumdem Decani, ſe maximè gaudere de bono zelo, quo idem noſter Clementiſſimus & Sereniſſimus Rex uſus eſt erga ſuam Patriam, & hanc ſuam Civitatem Mechlinienſem.

Proinde egerunt ei immenſas gratias, quod dignatus eſt ſuam Eccleſiam ſic illuſtrare, & de tam illuſtri & digno Paſtore providere, patatoſque ſe in omnibus & per omnia mandatis Pontificis, Regis & futuri eorum Antiſtitis parêre.

Quam ob rem ut omnia cum debita ſolemnitate poſſent peragi, imperarunt eorum Vitgario, ut in alteram, videlicet 28, diem circa horam nonam evocaret ſingularum Eccleſiarum prædicti Oppidi Paſtores & eorum vicem gerentes, ſimul & DD. Priorem de Hanſwica, Guardianum Minorum, Priores Au-

guſtinenſium & Carmelitarum cum eorum ſociis ac reliquo Clero.

Proinde poſtridie, die vero prædictâ 28, DD. de Capitulo & præfato evocato Clero in dicto loco Capitulari congregatis, præſentibus etiam Hieronymo Cats Burgimagiſtro, Joanne Schoof, Jacobo van den Ee, Guilielmo de Merode Scabinis, & Magiſtro Joanne Vander Kammen Penſionario Oppidi Mechlinienſis, rediit prædictus Dominus Præſes, unà cum præfato Domino Anthonio Conthault Procuratore. Qui poſt lecturam altâ voce factam prætactarum Litterarum Credentiæ, tam Regiæ Majeſtatis quam Illuſtriſſimæ Dominæ Ducissæ; etiam abſolutâ brevi quadam expoſitione eorum quæ pridie DD. de Capitulo ſignificaverat, juſſit per me Notarium infraſcriptum etiam clarâ voce legi Copiam authenticam Bullæ Erectionis Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum prædictorum piæ recordationis Pauli IV.

Deinde Breve Apoſtolium Pii IV. moderni Pont. in Perſonam Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini Cardinalis conceſſum, unà cum Placeto Regiæ Majeſtatis ſuper bis expedito; denique & Procuratorium Conſtitutionis prædictæ. Requirens Dominus dictus Præſes, quatenus vigore prætacti Procuratorii præfatum Dominum Anthonium Conthault Conſiliarium, ut, & tanquam Procuratorem prædicti Illuſtriſſimi Domini Cardinalis præhibati, DD. Decanus & Capitulum vellent in corporalem, realem & actualem poſſeſſionem hujus Archiepiſcopatûs Mechlinienſis introducere.

Quibus peractis, DD. Decanus & Capitulum, induti aureis cappis, ſequente Clero prædicto, claudentibus Domino Præſide & Decano latera D. Procuratoris præſcripti, deduxerunt eum ad Chorum. Ubi præſente Clero in dextera parte Chori, & DD. Schulteto, Burgimagiſtro ac toto Magiſtratu in ſiniſtro latere, proceſſerunt DD Decanus & Procurator ad ſummum Altare, procumbentes ad illud genibus flexis. Ibique prædictus D. Procurator inchoavit altâ voce Antiphonam, *Veni Sancte Spiritus.* Quâ per Clerum finitâ, ac per pueros choraules verſiculo, *Emitte ſpiritum* cantato, præhabitis D. Decanus cecinit Collectam, *Deus qui corda fidelium.* Quâ abſolutâ, inſequendo præmemoratas Litteras Apoſtolicas & Regias, & præſertim in vim ſequentis clauſulæ: *Tibi, ut vigore præſentium poſſeſſionem ſeu quaſi Regiminis.* &c. in dicto Brevi Apoſtolico contentæ, omnibus quibus potuit melioribus modis præfatum Dominum Aothonium procuratorio nomine in corporalem, realem & actualem poſſeſſionem, ſeu quaſi, regiminis & adminiſtrationis, ac bonorum dictæ Eccleſiæ & Menſæ Archiepiſcopalis Mechlinienſis: reſervato tamen Juramento Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini in adventum ſuæ Dominationis: poſuit & induxit; ducens eundem ad Cathedram Archiepiſcopalem in dextro latere ad ſummum Altare exiſtentem, & ad primum ſtallum ejuſdem lateris.

Quibus peractis, ſolemniter decantata eſt Miſſa de S. Spiritu, ſonante ad illam ſummâ campanâ. Deinde dictâ Miſſâ abſolutâ, decantatum eſt illud Canticum, *Te Deum Laudamus.* Quo finito, reduxit D. Decanus Dominum Procuratorem iterum ad ſummum Altare; ubi habitâ brevi deprecatione, reduxit eum D. Decanus unà cum Præſide & DD. de Capitulo cum Clero ad præmentionatum locum Capitularem: ibidemque deſignavit & affigoavit præfatus D. Decanus præfixo D. Procuratori, nomine quo ſupra procuratorio, primum locum in Capitulo.

De & ſuper quibus omnibus & ſingulis actibus ſuperiùs expeditis ac celebratis, Venerandus D. Procurator petiit, ſibi à me Notario publico unum vel plura publica fieri, confici atque tradi Intrumentum & Intrumenta.

Acta fuerunt hæc reſpectivè in prætacta Eccleſia Metropolitana, præſentibus ibidem pluribus honorabilibus perſonis tam in ſpiritualibus quam temporalibus miniſteriis exiſtentibus ad præſentem actum vocatis.

Et Ego Petrus de Laderiere Preshyter, Sacrâ Apoſtolicâ & Imperiali authoritatibus, nec non Venerabilis Capituli Metropolitanæ Eccleſiæ Divi Rumoldi Scriba, & ad Officii Notariatûs exercitium in ſupremo Conſilio admiſſus, quia prædmiſſis ſolemnitatibus omnibus, una cum vocatis interfui, confeci iſtud publicum Intrumentum, ac manu propriâ ſubſignavi, in fidem præmiſſorum, rogatus requiſituſque.

Et erat ſignatum: *P. de Laderiere.*

CAPUT CCXLI.

Acta Inthronizationis ſive Poſſeſſionis perſonaliter acceptæ per Cardinalem Granvellanum primum Archiepiſcopum Mechlinienſem die 21 Decembris 1561.

ILluſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus, D. Antbonius Perrenot, divinâ Miſeratione S. R. E. Presbyter Cardinalis, Granvellanus nuncupatus, primus Archiepiſcopus Mechlinienſis, intendens poſſidere Sedem ſuam Metropolitanam, fecit primum ſuum ingreſſum in eam, hoc ritu.

Diem ejuſdem ſignificavit RR. DD. Decano & Capitulo ſuæ Eccleſiæ, ac etiam Magiſtratui dictæ Civitatis. Deinde in Vigilia B. Thomæ Apoſtoli anno 1561 venit Bruxellâ in ſuburbanum Magiſtri Johannis de Langhe Regiæ Majeſtatis Secretarii dictum *Gerdeghem*. Quo loco DD. Decanus & Antonius Conthault Canonicus dictæ Eccleſiæ Illuſtriſſimæ Dominationi ſuæ nomine & juſſu dictorum DD. de Capitulo de ſuo adventu congratulati ſunt, obſequium & officium ſuum eidem offerentes.

Ipſo die B. Thomæ abſoluto officio majoris & aliarum Eccleſiarum & Monaſteriorum, Clerus ſecundariarum Eccleſiarum & Monaſteriorum convenerunt horâ octavâ in Eccleſia S. Rumoldi, & cum Decano Chriſtianitatis proceſſerunt Celſitudini ſuæ obviam ad portam dictam *d'Overſte poirte*, ad quam paulò poſt Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis comparuit indutus rocqueto, comitatus magno equitatu plurimorum Nobilium ac ſuæ familiæ. Cui Decanus Chriſtianitatis intra portam dedit crucem quam deferebat, oſculandam. Quâ conſpectâ Illuſtriſſimus Dominus deſiliens ex equo genua flexit in pulvinari & tapete ſubſtraro.

Conſcendenti equum adfuit totus Magiſtratus in equitatu & longis veſtibus Celſitudini ſuæ officioſè congratulans per Penſionarium Vercammen, qui Orationem habuit latinam & elegantem.

Interim in omnibus Eccleſiis pulſabantur campanæ, & dicti DD. Decanus & Canonici cum toto choro proceſſionaliter pervenerunt ad Domum FF. Theutonicorum, dictam *Pitzembourg*: quo loco ejus Illuſtriſſimam Dominationem præſtolabantur. Quæ Civitatem eques ingreſſa per forum frumentarium & plateam noſtræ Dominæ, à prædicto Clero proceſſionaliter & immediate ipſum pedite, Magiſtratu vero equite, cum reliqua Nobilium caterva præcedente, deducebatur ad dictum locum de Pitzembourg.

In cujus veſtibulo à Decano & Canonicis ipſi officioſè congratulantibus, ac ejus Eccleſiam & populum ſtudioſè commendantibus, honorificè exceptus eſt, exhibitâ Sanctâ Cruce deoſculandâ. Quam conſpiciens in genua ſe provolvit, ſubjecto aulæo & pulvinis, dato admodum benigno & humano reſponſo. Ac deinde progrediens in ipſum Templum à Præſide & Conſiliariis Senatûs Mechlinienſis ſummâ veneratione ſalutatus eſt.

Cumque depoſito purpureo amictu, pontificali ſe induiſſet, rectâ inde ad Ædem majorem deductus eſt à Decano & Canonicis totoque Clero in aureis & fericis cappis præcedentibus, Celſitudini ſuæ latus claudentibus DD. Maximiliano Morillon Præpoſito Arienſe, & Anthonio Conthault Conſiliario Mechlinienſe Canonicis, qui & gremiale coram eo deferebant. Subſequebantur Præſes cum Senatu & magna Nobilium turba, Clero reſponſoria de Pontifice præcinente.

Ubi autem ad Eccleſiam perventum eſt, deducitur à Decano ad ſummum Altare, quod deoſculatus, juravit ad ſancta Dei Evangelia, in hæc verba.

„ Ego Antbonius Archiepiſcopus Mechli-
„ nienſis juro ad hæc Dei Evangelia, quod
„ Ego ero fidelis huic Eccleſiæ meæ, ejuſ-
„ que Jura, Privilegia & libertates pro poſſe
„ conſervabo ac defendam. Ita me Deus ad-
„ juvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Inde deductus eſt à D. Decano ad lapideam Cathedram juxta Altare, in qua conſedit: ac deinde in ſtallum ſuum Archiepiſcopale inthronizatus. Dumque in eodem ſederet, Canonici cum præcipuo Clero ſtabant à dextro latere Chori, Præſes vero cum Senatu ſuo, totuſque Magiſtratus à ſiniſtro: muſici canebant hymnum *Te Deum laudamus* alternantibus organis. Quo finito, duo pueri præcinerunt Verſiculum *Emitte Spiritum tuum*: Decanus vero dixit Collectam de S. Spiritu.

Quâ abſolutâ, Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus benedictionem elargitus eſt Pontificalem. Et deinde ſe ſubducens in Capellam Choro proximam, *Schoone-Jans*, depoſitiſque pontificalibus, ſumpſit togam Cardinalitiam. Et reverſus in ſtallum ſuum interfuit Miſſæ de S. Spiritu, quam D. Decanus aſſiſtentibus ſibi DD. Anthonio Cuntault & Martino Bertrandi duobus Canonicis ſolemniter celebravit.

Abſoluto ſacro, exhibuit Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis in ſuo Palatio ſplendidum & magnificum prandium DD. Decano & Capitulo, Præſidi & Conſilio, Schulteto & Ma-

giſtratui, nec non plurimis Nobilibus.

Idem D. Cardinalis ſequenti Feſto Nativitatis Domini Pontificaliter ſacris operatus eſt, numeroſiſſimâ hominum turbâ confluente.

A prandio poſt Veſperas audivit in navi Eccleſiæ Concionem Reverendiſſimi Patria D. Pipini Roſa Epiſcopi Salubrienſis & ſui Suffraganei, ex Ordine Fratrum Prædicatorum aſſumpti.

Poſtridiè, ſeu 26 Decembris in eadem ſua Metropoli duos primo ex XIV novis Belgii Epiſcopis conſecravit; videlicet Petrum Curtium Brugenſem & Nicolaum à Caſtro Middelburgenſem Antiſtites.

Extat etiam Acta Poſſeſſionis Juriſdictionis Archiepiſcopalis pro eodem Domino Cardinale Granvellano acceptæ anno 1568 per Dominum Petrum Aſſeliers Conſiliarium Suæ Majeſtatis in Conſilio Brabantiæ, tam Lovanii apud Curiam Officialitatis Epiſcopi Leodienſis ibidem reſidentem, quam Bruxellis apud Vicariatum Archiepiſcopi Cameracenſis illic conſtitutum.

CAPUT CCXLII.

Breve S. Pii V. Pont. ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem, quo adhortatur ut Anglos Catholicos cauſſâ Religionis patriâ pulſos & in Belgium receptos, omnibus Charitatis officiis fovendos curet, anno 1567.

CHariſſime in Chriſto Fili noſter, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Etſi omnium, qui calamitatibus affecti ſunt, miſereri, Chriſtianæ charitatis officium eſt; tamen ij præcipuè miſericordiâ & primùm omnium auxilio digni ſunt, qui exilium pati, & domos ac facultates ſuas amittere, & graviſſimas calamitates atque ærumnas ſubire præoptarunt, quàm à Catholicâ Religione deficere, rebus omnibus humanis divini honoris gloriam, & orthodoxæ fidei cultum præferentes.

Quò pauciores autem reperiuntur ubique his turbulentiſſimis Eccleſiæ temporibus, qui tali virtute, gravitate, conſtantiâ præditi, non chariſſimarum & jucundiſſimarum rerum amiſſione permoveantur, neque aut Præpoſitorum præmiorum ſpe, aut periculorum metu à Chriſto & ejus corpore Eccleſiâ ſeparari ſeſe patiantur, eò ſtudioſiùs juvari & ſublevari illos convenit.

Cùm igitur complures Anglos Catholicos ex illâ Angliæ miſerabili tempeſtate, ne ullâ hæreticæ pravitatis contagione poluerentur, in Flandriam profugiſſe, & Lovanium & in alias ditionis tuæ civitates ſeſe recepiſſe cognoverimus, quos neceſſariarum rerum inopiâ premi, ac vehementer laborare non ſine dolore audimus; noſtrum officium eſſe exiſtimavimus, non modò eorum egeſtatem aliquo ſubſidio ſublevare, ſicuti fecimus, & facere in animo habemus; ſed Majeſtati etiam tuæ tantam occaſionem æternæ marcedis, & ſuperni præſidii, tibi ac rebus tuis promerendi, indicare.

Quocircà tua apud Deum merita creſcere cupientes, pietati eos tuæ majorem in modum commendamus, hortantes, ut tales Dei ſervos illius amore, cujus cauſſâ exulant, & cujus tu beneficio regnas, commendatos habeas, & liberalitate tuâ complectaris ac foveas.

Ad quod non eſſe te longiori oratione à nobis incitandum novimus, eùm ſciamus, quàm ſis ad hujuſmodi opera ſicut Rege verò Catholico dignum eſt, propenſus.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXI Februarii, M.D. LXVII. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

CAPUT CCXLIII.

Capitulum Cathedrale Sylvæducenſe conſenſum præbet Erectioni trium novarum Parochiarum S. Petri, S. Catharinæ & S. Jacobi in eadem Urbe per primum Epiſcopum Franciſcum Sonnium, anno 1570.

Ex Archivis Eccleſiæ Cathedralis Silvæducenſis.

UNiverſis & ſingulis præſentes Litteras viſuris, lecturis, & legi audituris, Decanus & Capitulum Buſcoducenſe, ſalutem in Domino ſempiternam.

Notum facimus, quod cum aliàs anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, in menſe Julio, Illuſtriſſimus D. Dux Albanus, pro Catholico ac Regia Majeſtate iſtarum Suæ Majeſtatis inferioris Germaniæ Ditionum Gubernator, Nobis ac etiam tribus Membris Laïcalibus iſtius Civitatis inter alia propoſuiſſet, quod diſpiceremus, quomodo plures in hac tam ampla Civitate conſtituerentur Parochiæ; quò populus exactiùs poſſet obſervari, & contineri in obſer-

obſervantia Catholicæ Religionis.

Noſque die alterâ reſpondéremus, quod providere de pluribus Eccleſiis Parochialibus conſtituendis pertineret ad Reverendiſſimum D. Epiſcopum, & quod in eo quantum poſſemus, adjuvaremus;

Cumque deinde idem Reverendiſſimus cum Deputatis Civitatis in menſe Auguſto quoſdam Articulos, quibus præſcripta commodè fieri poſſe aſſerebatur nobis miſiſſet; Noſque ſtatim quoſdam ex Capitulo deputaſſemus, qui cum Reverendiſſimo deſuper communicarent, ipſique noſtri Deputati cum eodem Reverendiſſimo, & quibuſdam Deputatis Civitatis, quoſdam etiam Articulos ſub noſtro beneplacito concepiſſent, hæc in ſumma continentes;

Videlicet, placere nobis, quod Parochia ſancti Johannis Evangeliſtæ divideretur in plures, in locis & limitibus opportunis, quarum dicta Eccleſia S. Johannis maneret major & mater ſive Matrix Eccleſia, & Cura animarum earumdem per perſonas idoneas, haſque noſtros Vicarios perpetuos exercereretur;

Salvo quoddictæ Parochiales Eccleſiæ omnia ornamenta, aliaque Parochiali Eccleſiæ neceſſaria, una cum competenti dotatione Vicariorum, cuſtodum & neceſſariorum Miniſtrorum erigerentur, aſſignarentur, & perpetuo conſignarentur, ſine onere & præjudicio noſtris, noſtrorumque Jurium Paſtoralium Nobis incorporatorum, pro certis oneribus, quæ proinde ferimus & ſolvimus;

* Ordinis S. Dominici juxta Bruxellas. Vide Diploma ſuperius pag. 175.

Utpote Dominæ Abbatiſſæ de Ouderghem *certam partem oblationum, aut triginta ſex Rhenenſes, & quibuſdam annis quadraginta duos Rhenenſes, & pluribus aliis oneribus.

Petendo præterea aſſignari certam, reſpectivam & congruam portionem vitæ pro dictis Vicariis, cuſtodibus & Miniſtris, & ſpecificari accidentia quæ eiſdem deberentur pro ſuis ſervitiis vitæque ſuſtentatione; ne piam hanc rem bujuſmodi defectu omitti, vel ſucceſſu temporis iterum perire contingeret.

Placere etiam nobis, quod in qualibet Eccleſia unum vel plura Beneficia incorporarentur unirentur & ſupprimerentur, vel in perpetuas Vicarias erigerentur; ſalvo quod Collatio Vicariarum ejuſmodi, & aliorum Beneficiorum & Officiorum Eccleſiaſticorum ibidem fundatorum & fundandorum maneret penes Nos, & quod Vicarii eſſent & manerent noſtra Suppoſita, & ſub Juriſdictione, correctione & protectione, gauderentque libertatibus noſtris, ut Vice-Curati noſtri ſolent.

Cumque dicti Articuli ſic, ut præmittitur, concepti, eodem die dictis Deputatis Civitatis, ad exhibendum eoſdem Civitati dati & traditi, & poſtea in Decembri, per ipſam Civitatem rejecti eſſent; Noſque in Januario ſequenti propterea proteſtati eſſemus, quod per nos non ſtaret, quo-minus negotium ſuccederet, & dictos Articulos (ut dictum eſt) conceptos approbaſſemus; & deinde etiam quoſdam ex Capitulo, ad ſuper hoc negotio cum Reverendiſſimo ſub beneplacito noſtro communicandum & tractandum deputaſſemus, illique deſuper aliquoties ante Paſcha tunc ſequens communicaſſent;

Ac demum Reverendiſſimus ultimâ Octobris anni 1569 nobis exhibuiſſet quandam Copiam Litterarum ſuarum de data 26 Julii prædicti anni, continentem diviſionem Parochiæ S. Johannis, ac Erectionem plurium Parochiarum, nec non pro illarum ſingulis unius Beneficii inibi nominati, ac partis Decimarum de Aelſt unionem;

Noſque hujuſmodi Litterarum nobis inſciis decretarum contenta, tanquam evidentia præjudicia Noſtra & Succeſſorum noſtrorum, & forte quorumdam aliorum, acceptare, ſeu noſtro conſenſu approbare formidaverimus, & ob id mutationem, ſeu rationabilem declarationem prædictarum Litterarum per Reverendiſſimum fieri petiverimus;

Ipſeque Reverendiſſimus habitâ nobiſcum, ſeu cùm Deputatis noſtris maturâ deliberatione, obviare cupiens bujuſmodi difficultatibus, aliquas illarum declarare paratus fuerit, ac poſtea 25 Februarii originales Litteras ſuarum Erectionis, ac limitum deſignationis, ac conſenſûs trium Membrorum Civitatis nobis oſtenderit, petieritque negotium ad finem & effectum perduci, ac ad ſingulas Eccleſias perſonas idoneas nominari.

Nos igitur Decanus & Capitulum præfati Vineam Domini Sabaoth quam-utiliſſimâ ſollicitudine excoli cupientes, ut ſuo expectato tempore labruſcas pauciſſimas, uvas vero copioſiſſimas inveniat, & de ipſius bonitate unicè confidentes, quod eo uberiori ſupernæ gratiæ rore eam rigabit, quo cultorum illius ſedulitatem diligentiorem reſpexerit; conſideranteſque quod ſinguli cultores ſingulis Vineæ pro ejus amplitudine partibus colendis attentiori curâ incumbere poſſint, quam ſollicitudine per omnes diffuſâ;

Ad honorem itaque Dei optimi max. & ſalutem animarum languentium, in Parochialis Eccleſiæ S. Johannis Evangeliſtæ in plures diviſionem, quarum ipſa major, ſive Mater & Matrix Eccleſia, aliæ vero ejus Appendices maneant; & quarum ſingulis ſinguli Vicarii noſtri perpetui, qui curam animarum Parochianorum earumdem laudabiliter exerceant, per nos præficiantur;

Et Capellarum S. Jacobi & Petri, & Eccleſiæ S. Catharinæ Cruciferorum Buſcoducenſium, & S. Jacobi in Dungben, in Parochiales Eccleſias Erectionem, ipſarumque limitum Litteris Reverendiſſimi Domini Epiſcopi expreſſorum deſignationem, & citra cujuſvis præjudicium, Altaris S. Martini retro chorum noſtræ majoris Eccleſiæ pro Matricis Eccleſiæ; Capellæ ſancti Jacobi, ſive Beneficii ad ſummum Altare ejuſdem Capellæ, pro dictæ ſancti Petri, Altaris ſancti Barbaræ in Capella S. Georgii pro dictæ Divæ Catharinæ; ac Capellæ S. Jacobi in

Novæ Parochiæ Sylvæducenſes, S. Petri, S. Catharinæ & S. Jacobi.

Dunghen ſeu Beneficii ad ſummum Altare ejuſdem Capellæ fundati pro dictæ S. Jacobi in Dunghen, Parochialium Eccleſiarum hujuſmodi Vicariis perpetuis, illarumque dote, & Rectorum portione Unionem, ac oblationum juriumque paſtoralium in principalibus Feſtivitatibus anni debitorum;

Recognitionibus tamen & Conventionibus antea per Nos & Conventum Capellaſque & Confraternitates ſeu illorum Proviſores initis & factis, ac cenſibus aut reditibus dudum ad Vice-Curatos noſtros ſpectantibus pro recognitione Matricis Eccleſiæ; oblationibus quoque quæ in ſummo Choro noſtro fiunt, & de quolibet funere uno cereo funebri, omnique alio jure nobis ex Incorporatione vel aliàs competente, ſalvis & reſervatis.

Et emolumentorum accidentalium in adminiſtratione Sacramentorum officiorumque Eccleſiaſticorum ſolvendorum pro iiſdem Vicariis, eorumdem Coadjutoribus aliiſque Miniſtris aſſignationem; declarationis quoque difficultatum ſuper Juribus & conſuetudinibus antiquis forte oriturarum; ac Ordinationum pro ſingulis Eccleſiis & earum Vicariis eorumque Coadjutoribus concipiendarum,

Eidem Reverendiſſimo Domino, & Nobis reſervationem, juxta & ſecundum Litteras declaratoriales Reverendiſſimi (quatenus præjudicia & gravamina noſtra tollantur) & non aliàs.

Ita tamen, & ſalvo etiam, quod nihil unquam quâcumque occaſione pro congrua portione ſeu competentia Vicariorum, Cuſtodum, vel aliorum Miniſtrorum, vel reparatione, refectione, aut conſervatione futurarum Eccleſiarum, vel ornamentorum, vel quorumvis Parochiæ neceſſariorum à Nobis noſtriſve decimis, aut quibuſcumque aliis bonis exigi poſſit.

Et cum ex conceſſione Apoſtolica omnimoda deportatio, deſtitutio & correctio regentium Curam animarum Parochianorum totius Parochiæ Buſcodueenſis ſemper pertinuerit ad Nos, quod etiam dictarum Vicariarum quandocumque, & quomodocumque, etiamſi in alternis Sedis Apoſtolicæ menſibus vacaverint, Collatio, ſive Rectorum nominatio & præſentatio per Nos Capitulariter & non per turnum facienda, inſtitutio quoque & correctio, nec non culpâ aut negligentiâ eorum id exigentibus, ſine ſtrepitu & figura judicii, ſolo nutu noſtro amotio & deſtitutio, & quod aliquâ hujuſmodi Vicariarum pacifico Rectore carente, ſeu Vicario alicujus Eccleſiæ apud eam non reſidente, curæ animarum officiorumque divinorum illi incumbentium ac fructuum ejuſdem diſpoſitio ad nos pertineat & ſpectet.

Et ſuper præmiſſis, & ſeparatione partis Decimarum de Aelſt & iſtis Parochiis, Unione, conſenſus & confirmatio S. Sedis Apoſtolicæ impetretur & obtineatur; & non aliàs conſentimus, noſtroſque conſenſum & aſſenſum adhibemus.

In quorum omnium fidem & teſtimonium, præſentes noſtras Litteras exinde fieri & per Notarium ſubſcribi, Sigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione muniri.

Datum & actum in loco noſtro Capitulari, ſub anno à Nativitate Domini milleſimo ſexageſimo nono, * ſtylo Brabantiæ, menſis Martii die ſeptimâ.

* Stylo Romano, anno 1570.

CAPUT CCXLIV.

Breve Sti Pii V. Pontificis datum anno 1571 ad Ducem Albanum & ad Epiſcopos Belgii, quo declarat eos, qui ſeſe ab Inquiſitione & Legibus Eccleſiæ excuſant, eò quod baptizati non ſint, nihilominus velut hæreticos eſſe puniendos.

Ius Papa quintus.

Univerſis & ſingulis Venerabilibus Fratribus Epiſcopis, & dilectis Filiis Inquiſitoribus, cæteriſque locorum Ordinariis in partibus inferioris Germaniæ, Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico ſubjectæ conſiſtentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Hodie ſcripſimus Litteras tenoris ſubſequentis: videlicet,

Dilecto Filio Nobili Viro Ferdinando de Toledo, Duci Alvæ, Inferioris Germaniæ Sereniſſimo Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico ſubjectæ, Gubernatori & Capitaneo Generali.

Pius Papa quintus.

Dilecte Fili, Nobilis Vir, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum apud Sedem Apoſtolicam, cui licet immeriti præſidemus, totius Eccleſiaſticæ Diſciplinæ & Fidei Chriſtianæ reſideat ſuprema poteſtas Tua, quidem Nobilitas ſe dignam & rationi conſonam facit, quando circa negotia ad ipſam Fidem ſpectantia quicquam dubitationis emergit, ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Oraculum referre procurat, quæ diſponente Domino inter om-

nes Eccleſias meruit principatum.

Sanè nuper conſuluiſti Nos per Litteras, quid fieri debere cenſeamus in negotio nonnullorum in iſtis Inferioris Germaniæ partibus Tuo gubernio ſubjectis natorum, & quorum non ſolùm patres in numero Chriſtianorum habiti, ſed etiam alii anteceſſores Chriſtiani fuerunt, & qui dum ſe baptizatos negant, arbitrantur correctionem & punitionem Judicum Eccleſiaſticorum poſſe effugere.

Cui quidem Tuæ Conſultationi taliter reſpondemus: eoſdem non modo poſſe, ſed omnino debere à Venerabilibus Fratribus noſtris Epiſcopis & Inquiſitoribus cæteriſque locorum Ordinariis in carceres conjici, ac pro exceſſuum gravitate ſecundum Canonicas leges & ſacras Conſtitutiones damnari & puniri: prout damnantur & puniuntur hæretici: & ubi in eorum malitia ſeu impœnitentia perſiſtunt, etiam uti hæreticos Curiæ ſæculari dimitti & relaxari.

Certum enim eſt, ac volumus, natos & educatos in Patria Chriſtianorum, & ex parentibus Chriſtianis habitis, quicquid de ſuo Baptiſmo aſſerant, eſſe Eccleſiæ ſubditos.

Sicque ab omnibus Judicibus & Commiſſariis, quavis Authoritate fulgentibus, ſublatâ eis quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, judicari & definiri debêre: irritum quoque & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quâvis Authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: Authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium decernimus & declaramus.

Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, ſi quæ in contrarium forſan reperirentur: quibus omnibus harum ſerie ſpecialiter & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 17 Novembris 1571, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Cum autem dignum & juſtum eſſe reputemus, contenta in ſupradictis Litteris à Vobis in veſtris Civitatibus, Diœceſibus & locis executioni omnino demandari, Vobis diſtrictè præcipiendo mandamus, ut ea omnia juxta ipſarum Litterarum formam & tenorem, ſicut ad veſtrum officium maximè pertinet, efficaciter exequi curetis; ſicque Vos geratis, ut diligentiam & ſollicitudinem ſuper his Veſtram merito poſſimus in Domino commendare, & exinde ab omnipotente Deo condignum Vobis præmium valeat provenire.

Volumus autem, quod præſentium Tranſſumptis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo alicujus Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur; quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ ſub annulo Piſcatoris, die 17 Novembris 1571.

Hæc Epiſtola non extat cum aliis S. Pii V. Epiſtolis editis à Franciſco Goubau Antverpiæ typis Plantinianis anno 1640. Extant tamen ibidem tres aliæ Pii V. Pontif. ad Ducem Albanum occaſione Tumultuum Belgicorum, nempe pag. 98. 110. & 363.

CAPUT CCXLV.

Litteræ Martini Rithovii, Iprenſis Epiſcopi, ſenioris Suffraganei Provinciæ Mechlinienſis, datæ die 1 Martii 1573 ad Epiſcopos Comprovinciales; quibus eos convocat cum ſuo reſpective Clero ad Concilium Provinciale Lovanii celebrandum in Eccleſia S. Petri in diem 7 Maii ſequentis anni 1574.

MArtinus Dei gratiâ Iprenſis Epiſcopus, Provinciæ Mechlinienſis Suffraganeus ſenior, univerſo Clero & populo ejuſdem Provinciæ, Civitatis & Diœceſis Mechlinienſis ſalutem in Domino.

Inter ea quæ ad reformandos mores, exceſſus corrigendos, dirimendas controverſias, cæteraque ejuſmodi, ab antiquis Canonibus utiliter inſtituta ſunt, ſemper magno loco habitæ fuerunt Provinciales Synodi, ſine quibus diſciplina Eccleſiaſtica tetinerit nunquam potuit, & quas etiam in eum finem Concilium Tridentinum teſtitui mandat, ubicumque collapſæ ſunt, & quolibet triennio renovari.

Hæc autem Provincialium Synodorum convocatio ſic Archiepiſcopis imponitur, ut tamen ad ſeniorem Coepiſcopum derivetur id oneris, ſi Archiepiſcopi legitimè ſint impediti.

Cùm igitur & præſentis temporis ſumma calamitas, & Religionis afflictæ miſerabilis ſtatus, non patiantur, ut quidquam omittatur eorum, quæ ad mitigationem graſſantium malorum aliquid remedii conferre poſſe videntur: & Illuſtriſſimi Cardinalis Archiepiſcopi Mechlinienſis abſentia in longum protrahatur,

noluimus officio (quod ad cogendam Synodum Provincialem ad Nos pro tempore præſenti recidiſſe videtur) diutius deeſſe, præſertim poſt tam ſeriam requiſitionem Confratrum noſtrorum Comprovincialium, & inſuper accedente gravi admonitione ſuæ Majeſtatis, per Illuſtriſſimum Gubernatorem.

Cujus quidem piiſſimo deſiderio, & nunc & aliàs per Litteras ſæpius expoſito, ut ſaltem ex parte fiat ſatis, & ut progreſſum aliquem faciamus, nec ſemper bæreamus in primis initiis: ante omnia exigenda reddendaque erit ratio de his quæ in altera Synodo Mechlinienſi nuper habita, ex Concilio Tridentino ſelecta, & in Synodales Conſtitutiones (nonnullâ accommodatione additâ) tranſlata erant, tanquam à quibus ad ulteriora procedendum eſſet, & quæ ad faciliorem progreſſum aptam viam ſternerent: quouſque ſcilicet ab illis, quibus id ex officio incumbit, in executionem miſſa, & in uſum recepta ſunt; ut ſic bene firmata fundamenta, & ſiquidem id poſtulare videatur neceſſitas, nonnihil ad temporum & locorum commoditatem inclinatis, reliqua pari diligentiâ, ſed minori labore ſuperaddantur.

Itaque Nos, ſupradicti Concilii Tridentini Authoritate ſubnixi, Reverendiſſimos in Chriſto Patres & Confratres noſtros, Antverpienſem, Ruremundenſem, Gandavenſem, Brugenſem & Buſcoducenſem Epiſcopos, ac noſtros Comprovinciales, nec non Metropolitanæ Mechlinienſis, ac aliarum omnium Cathedralium ejuſdem Provinciæ Mechlinienſis Decanos & Capitula, ac alios quoſcumque, qui de Jure vel Conſuetudine Synodo Provinciali intereſſe volunt, ſeu debent, requirimus, hortamur, & in Domino monemus, eorumque cuilibet injungimus,

Ut ad Synodum Provincialem, quam ad ſeptimam diem Menſis Maii M. D. LXXIV. Lovanii, Mechlinienſis Diœceſis, in Collegiatâ Eccleſia S. Petri celebrandam, tenore præſentium indicimus, conveniant & compareant; ut communicatis ſimul conſiliis ad ulteriora procedatur, & ea quæ collapſo Eccleſiæ ſtatui pleniùs inſtaurando, & morum Reformationi promovendæ, conducere poſſunt, Spiritûs Sancti annuente gratiâ, ſtatuantur & ordinentur; 1574.

Cum intimatione, quod ſi quis ab eâdem Synodo ſeſe abſentaverit, in ea nihilominus ſecundum Juris ordinem procedetur, ipſius abſentiâ non obſtante.

Verum cum nimis difficile foret, præſentium Litterarum tenores in ſingulis dictæ Provinciæ Mechlinienſis Eccleſiis intimare & publicare, præfatos Noſtros Confratres Epiſcopos Comprovinciales, nec non Reverendiſſimi Domini noſtri D. Cardinalis Granvellani Archiepiſcopi Mechlinienſis Vicarium generalem, in Domino rogamus, quatenus ipſi per ſuas quiſque Diœceſes has Noſtras Litteras, ubi & quando opus eſt, publicent, ſeu publicari mandent & procurent.

Datum Ypris, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Menſis Martii die primâ

Inferius habebatur De mandato præfati Domini Iprenſis Epiſcopi, G. P. Stoenſſel Secret.

Anno 1570 celebratum fuit Mechliniæ primum Concilium Provinciale; cui in abſentia Archiepiſcopi Cardinalis Granvellani, præſedit Reverendiſſ. D. Martinus Rithovius Epiſcopus Iprenſis, velut Senior Mechlinienſis Provinciæ Suffraganeus.

Interfoerunt ac ſubſignarunt præter memoratum Epiſcopum Iprenſem Franciſcus Sonnius I. Epiſcopus Antverpienſis, Wilhelmus Lindanus I. Ruremundenſis, Cornelius Janſenius I. Gandavenſis, Remigius Driutius II. Brugenſis, & Laurentius Metſius II. Sylvæducenſis, & nomine Cardinalis Granvellani Maximilianus Morillon Vicarius generalis Archiepiſcopatûs Mechlinienſis, ac dein Epiſcopus Tornacenſis.

Initium habuit hoc Concilium die 11 Junii, finem die 14 Julii; actumque præcipue fuit de recipiendis SS. Concilii Tridentini Canonibus ac Decretis: variaque adjecta ſunt Statuta circa Diſciplinam Eccleſiaſticam: typis dein edita Plantinianis.

Anno 1574 menſe Maio habitum fuit alterum Concilium eorumdem Epiſcoporum iterum præſidente Epiſcopo Rithovio; cujus Litteras convocatorias hic exhibemus, quæ antea dudum lamerunt.

Miſſa ſolemnis celebrata fuit Lovanii die 9 Maii in Eccleſia D. Petri per dictum Epiſcopum Iprenſem; & habitæ fuerunt Congregationes Epiſcoporum in ſacello Collegii Sabaudici, uſque ad diem 19 Maii. Tum poſtridie, qui dies erat Aſcenſionis Domini, cantata fuit Miſſa gratiarum actionis per Epiſcopum Ruremundenſem, ac dein ſecuta ſolemnis proceſſio Cleri, quam ſex Epiſcopi & Rector ac Univerſitas Lovanienſis comitati ſunt.

Acta hujus ſecundi Concilii hactenus Anecdota, primùm luce donata fuerunt per PP. Benedictinos Congregationis S. Mauri Tomo IV. Theſauri Anecdotorum pag. 447 Sed deſiderabantur Litteræ Convocatoriæ in hoc Cap. relatæ.

CAPUT CCXLVI.

Martinus Rithovius, primus Iprenſium Epiſcopus ſex Præbendas de Membro S. Martini in Eccleſia ſua Cathedrali annectit totidem Paſtoratibus in Civitate Iprenſi anno 1574.

Ex Archivis Eccleſiæ Cathedralis Iprenſis.

MArtinus Dei gratiâ Epiſcopus Iprenſis, univerſis & ſingulis præſentes noſtras Litteras viſuris & pariter audituris, ſalutem in Domino, cum agnitione veritatis.

Notum facimus, quod cum placuerit SS. in Chriſto Patri ac Domino noſtro, Domino Pio divinâ providentiâ Papæ quarto Eccleſiam ſeu Monaſterium Canonicorum quondam Regularium Ordinis S. Auguſtini tunc Oppidi Iprenſis, & in eo ſtatum Ordinem & Regularem vitam ſupprimere, & eandem Eccleſiam Cathedralem, nec non ex ſuppreſſi Monaſterii bonis, deductâ dote Epiſcopi duodecim Præbendas pro duodecim Canonicis Eccleſiæ Cathedralis * erigere, prout hæc & alia in Litteris deſuper à ſua Sanctitate emiſſis & confectis de data quinto Idus Martii anno 1560 latius continetur.

Vide Miræum pag. 1077.

Nos Regiſtris ac Munimentis etiam primæ Erectionis antedicti ſuppreſſi Monaſterii, quâ convenit diligentiâ perluſtratis, comperientes quod Paſtoralis Cura Parochialis Eccleſiæ Sti. Martini cum Eccleſia Sti. Petri cæteriſque ſuis appenditiis dicto Monaſterio nunc ſuppreſſo in prima illius Erectione à * Joanne tunc Morinenſi Epiſcopo, interpoſitâ certâ conditione donata & incorporata fuit, ut videlicet Monaſterii S. Martini Fratres & Canonici plebes ipſarum Eccleſiarum ad viam vitæ ſalubri admonitione & frequenti prædicatione perducere elaborarent;

Vide hoc Diploma in Miræo pag. 1149.

Quodque hanc interpoſitam conditionem inſequendo, prædictarum Eccleſiarum munere exequendo, etiam à prima Monaſterii Erectione, juſtâ ratione, imo neceſſitate Fundationis motus tunc Præpoſitus, & illius ſucceſſores, uſque dum idem Monaſterium in Cathedralem erigeretur, ſemper prædictis Eccleſiis & earum ſingulis de Paſtoribus, quos magis ex ſuis Conſratribus & Canonicis duxerant idoneos providerunt, & ſingularum Eccleſiarum oneri hujuſmodi quaſi unius Canonici Præbendam licet indiſtinctè deputarunt.

Et his omnibus cum ante-dictis Litteris debitè collatis & examinatis, conſtitit quod neque ex ſuppreſſione Monaſterii antedicti & illius in Cathedralem Erectione per Sedem Apoſtolicam facta, nec aliunde ſufficienter apparcat, hanc Eccleſiam ſeu potius illius Præbendas, quas uſque ad erectionem Cathedralis Canonici Regulares poſſederunt, ab hujuſmodi onere Paſtorali exemptas eſſe ſeu liberas, ſed magis conditionem à Joanne Morinenſi Epiſcopo Monaſterii fundatore interpoſitam, etiam poſt erectionem Cathedralis ſervari debere, & quaſdam Præbendas prius Regulares nunc autem in ſæculares Cathedralis Eccleſiæ erectas, dicto oneri paſtorali deputandas eſſe.

Atque ideo volentes in his opportune providere, & prædictis Eccleſiis ſollicitè, ſicut tenemur, proſpicere, habito imprimis ſuppreſſi Monaſterii Canonicorum Regularium conſilio & aſſenſu, die datâ præſentium, cum noſtris Conſratribus Decano & Capitulo ejuſdem noſtræ Cathedralis ſuper his omnibus maturâ deliberatione habitâ, ac Decretis Concilii Tridentini inhærentes, ordinavimus & declaravimus, & præſentibus noſtris Litteris ad perpetuam rei memoriam ordinamus & declaramus.

Imprimis, quod ſicut Monaſterium Sti. Martini per Sedem Apoſtolicam ſuppreſſum eſt, & ſublatis ab eis vita & regulari obſervantiâ ſecundum Regulam S. Auguſtini, in Cathedralem Eccleſiam erectum: ita quoque Eccleſia præfata Sti. Martini cum Eccleſia S. Petri cæteriſque ſuis appenditiis ante Erectionem Cathedralis Iprenſis per Canonicos Regulares ſuppreſſi Monaſterii S. Martini regi & gubernari ſolitæ, nunc poſt Monaſterii ſuppreſſionem & Cathedralis Erectionem, & deinceps per Canonicos ſæculares Cathedrales obtinentes Præbendas ex bonis ſuppreſſi Monaſterii erectas, regi & gubernari debeant.

Sed quandoquidem non ita convenit ſæculares ut Regulares Sacerdotes à Paſtorali munere amoveri, & frequens mutatio Paſtorum plerumque magnum in populo ſoleat reportare incommodum, quod utique fieret, ſi paſtorali oneri prætactarum Eccleſiarum non eſſent certæ aliquæ deputatæ Præbendæ, ſed tantum totum Eccleſiæ Cathedralis.

Ut autem Monaſterii corpus hujuſmodi oneri ſubjectum relinqueretur, exiſtimavimus eapropter magis convenire, ſi ſingularum Eccleſiarum oneri prætactæ certæ aliquæ Præbendæ ſubjiciantur, ut earum poſſeſſores illud tanquam Præbendis ſuis ſpecialiter annexum fideliter ſubire teneantur.

Proinde Præbeodam, quæ ex bonis Monaſterii ſuppreſſi in noſtra Cathedrali per ceſſum & dimiſſionem ſeu per obitum Domini Guilielmi de Somere Canonici Regularis ſuppreſ-

ſi Monaſterii, & moderni Paſtoris Sti. Martini erecta cenſebitur, ubi & quando illa Erectio effectum ſuum tuerit ſortita, ex nunc prout ex tunc eam de ejuſdem Domini Guilielmi conſenſu ad ſubeundum munus Paſtorale ejuſdem Eccleſiæ Sti. Martini ſubjicimus, & perpetuò ſubjectam eſſe declaramus.

Quinque quoque alias Præbendas ex dictis duodecim, ex iiſdem bonis erectas, primò per ceſſum vel deceſſum Canonicorum Regularium illas adhuc obtinentium vacaturas, ſimiliter ex nunc prout ex tunc, quando vacaverint, ſeu Canonici Regulares eas dimiſerint, ad ſubeundum munus Paſtorale in Eccleſiis SS. Petri, Jacobi, Nicolai, Mariæ de Briele, & Joannis, hujus Civitatis, reſpectivè ſubjicimus, & perpetuo ſubjectas eſſe declaramus;

Eo tamen ordine, ut in qua Eccleſia magis hanc proviſionem invenerimus neceſſariam, ad illius Curam primo loco erigenda Præbenda ſubjiciatur, & ita deinceps, uſque dum ſingulis Eccleſiis proſpectum erit.

Quas omnes Præbendas ita muneri Paſtorali dictarum Eccleſiarum reſpectivè ſubjectas eſſe intelligimus, ut per poſſeſſores earum, tanquam per veros & proprios cujuſque Eccleſiæ Paſtores in ſingulis Eccleſiis Sacramenta adminiſtrentur, verbum Dei Dominicis & feſtivis ſolemnibus diebus prædicetur, & omnia munia Paſtoralia exerceantur: ſicuti ante Monaſterii ſuppreſſionem per Canonicos Regulares tunc in iiſdem Eccleſiis conſtitutos Paſtores, hæc adminiſtrari, prædicari & exerceri ſolebant.

Sed cum ante Erectionem Cathedralis, Paſtores Eccleſiarum S Martini, nec non B. Mariæ de Briele & Sti. Joanois in Conventu habitare & reſidere, atque etiam divino Officio Monaſterii intereſſe conſueverant, propterea quod Eccleſia Sti. Martini Monaſterio unita eſſet, & in aliis Eccleſiis ſit exiguus Parochianorum numerus. Cæteri vero Paſtores Eccleſiarum ſubjectarum, SS. Petri, Jacobi & Nicolai propter diſtantiam & ſubditorum frequentiam in domibus quiſque ſuæ Eccleſiæ Parochiali vicinis reſidebant, & à divino Officio Monaſterii relinquebantur liberi; non intelligimus circa hoc quidquam innovare: ſed ordinamus, ut poſſeſſores præbendarum dicto modo ſubjectarum functioni Paſtorali in Eccleſiis S. Martini, B. Mariæ de Briele & S. Joannis ſimiliter ad intereſſendum divino Officio noſtræ Cathedralis obligentur & ob igati maneant, niſi per Paſtorale munus quandoque impediantur: ſicuti ante erectionem Cathedralis earumdem Eccleſiarum Paſtores divino Officio Monaſterii intereſſe debebant.

Reliquarum veto Eccleſiarum, videlicet SS. Petri, Jacobi, Nicolai, à divino Officio Eccleſiæ Cathedralis, ut melius credito populo ſuperintendere poſſint, habeantur liberi, loco diſtributionum Chori Cathedralis recepturi omnia jura & emolumenta, quæ quondam Paſtores Canonici Regulares in dictis Eccleſiis ratione functionis Paſtoralia recipere ſolent. Quæ jura in ſuis Eccleſiis Paſtores de Briele & S. Joannis, cum diſtributionibus Chori, alterâ medietate relictâ in ſupplementum Paſtoris S. Nicolai, recipiant.

Tenebuntur autem prætactarum Præbendatum Paſtoralium poſſeſſores in prima eorum receptione & admiſſione, præter juramenta per Canonicos hujus Eccleſiæ præſtita, etiam jurare, quod hanc noſtram Ordinationem, ſeu potius antiquæ Fundationis hujuſmodi declarationem, fideliter obſervabunt, neque illi in aliquo contravenient in futurum.

Tenebuntur etiam ſinguli prætactarum Eccleſiarum Paſtores divino Officio Chori Cathedralis intereſſe in utriſque Veſperis, Matutinis, & ſummâ Miſſâ ſolemnitatum S. Martini, Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis, nec non exequiis Canonicorum, & alias quandocumque ſpecialiter ad hoc monebuntur.

Quo-circa præfatis noſtris Confratribus Decano & Capitulo requirendo mandamus, quatenus prætactam noſtram Ordinationem & Declarationem, pro conſervatione intentionis primi Fundatoris ſuppreſſi Monaſterii factam, perpetuis temporibus obſervent, ac ab omnibus prætactarum Eccleſiarum poſſeſſoribus integrè & cum effectu obſervari mandent & procurent.

Datum & actum Ipris, ſub noſtro majore Sigillo & noſtri Secretarii manuali ſigno in præmiſſorum fidem & teſtimonium, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, die Menſis Auguſti vigeſimâ octavâ.

CAPUT CCXLVII.

Remigius Driutius, ſecundus Brugenſium Epiſcopus, aſſignat primam dotem Collegio PP. Societatis Jeſu, Brugis, anno 1574.

Ex Archivis Epiſcopalibus.

REmigius Driutius, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Brugenſis, omnibus & ſingulis has viſuris, lecturis & audituris ſalutem in Domino.

Quoniam Reverendus Dominus Præpoſitus Generalis Societatis Jeſu ad inſtantiam noſtram conſenſit in Erectionem & Inſtitutionem Collegii prædictæ Societatis Jeſu in dictâ Civitate Brugenſi; quodque dicti Collegii Patres haberent peculiarem rationem ſcholarium, ſive Burſariorum, ſive aliorum quorumcumque

in Seminario habitantium, quos & alios quoſvis juvenes Civitatis & Diœceſis Brugenſis in ſuis Scholis docebunt Litteras latinas & græcas;

Ideo Nos, de conſilio Deputatorum Seminarii, ut dictis Patribus de neceſſariis provideatur, in ſubſidium dotis, ſeu ſuſtentationem eorumdem, conceſſimus & per præſentes concedimus iiſdem Patribus ſuper bonis Seminarii, ab eo tempore quo Juventutem prædictam docebunt, & quamdiu eandem docebunt & non diutius, viginti quatuor libras groſſorum Flandrenſium annuæ, quatuor in terminis, nempe ſingulis trimeſtribus ſolvendas; qui termini incipient à die inchoatarum lectionum; cedatque primus terminus tertio poſt menſe, & ſic conſequenter de termino in terminum & anno in annum: quamdiu dictos Scholares docebunt, dictaſque lectiones ſine cauſa legitima non intermittent. Poteritque ejuſmodi redditus redimi quatuor vicibus denario decimo-ſexto; ipſique nummi capitales applicari debebunt in emptionem ſimilis redditûs ejuſdemque naturæ, & manentibus prædictis obligatione & conditione.

Quod ſi vero impoſterum contingeret, Collegium Societatis Jeſu in Civitate Brugenſi, vel ſcholam ejuſdem Civitatis deficere; quod prædictus redditus 24 libr. groſſ. remanebit Seminario aut ſuper aliis bonis aſſignatus & hypothecatus redibit ad Seminarium. Aut ſi numerus trium Præceptorum ex Fundatione requiſitorum, ad notabile tempus minuatur, prædictus quoque redditus pro rata & proportione defalcabitur.

In cujus rei fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes Litteras Sigilli noſtri appenſione, ac Secretarii noſtri ſubſcriptione juſſimus & fecimus communiri.

Datum Brugis in domo noſtra Epiſcopali, menſis Januarii die 20 Anno 1574.

Signatum erat: *Pritels* Secretar.

. Duæ ſunt in Belgio noſtro Provinciæ Societatis Jeſu, una Flandro-altera Gallo-Belgica, ab invicem anno 1617 ſejunctæ.

Prior continet Brabantiam, Flandriam, partem Geldriæ ſub Rege Catholico; & Miſſiones ac Reſidentias ſub Fœderatis Belgii Provinciis: videlicet

Vide Imaginem primi ſæculi pag. 750.

Antverpiæ { Domus Profeſſa. / Collegium Antverpienſe. / Seminarium Convictorum.

Mechliniæ, Domus Probationis, ſeu Novicianus.

Item Collegia, Bruxellenſe, Brugenſe, Gandavenſe, Ruremundenſe, Moſæ-trajectinum, Iprenſe ubi nunc tertia Probatio, Lovanienſe ubi ſtudia Theologica, Aloſtanum, Aldenardenſe, Liranum, Caſſetenſe, Cortracenſe, Dunkercanum, Belliolanum, Hallenſe, Winocibergenſe; Item Reſidentia Tungrenſis, & variæ per Hollandiam Miſſiones.

Olim etiam recenſebantur duo alia Collegia, Sylvæducenſe ac Bredanum.

Altera Provincia, quæ *Gallo-Belgica* dicitur, continet partem Flandriæ, quæ Regi Galliæ ſubjecta eſt, item Artheſiam, Hannoniam, Luxemburgum, Namurcum, & Diœceſim Leodienſem; nec non Collegia ſequentia.

Inſulenſe; Tornacenſe Collegium, item aliam ibidem Domum Probationis ſeu Noviciatûs. Duacenſe ubi ſtudia Theologica ac Philoſophica; Audomarenſe, Leodienſe, Montenſe unà cum Seminario B. M. Valencenenſe, Atrebatenſe, Cameracenſe, Luxemburgenſe, Namurcenſe, Dionantenſe, Arienſe, Heſdinienſe, Huenſe, ubi Domus tertiæ Probationis, Malbodienſe, Bethunienſe, Nivellenſe, Armenterienſe, Athenſe; Reſidentiæ Bapalmenſis ac Marchienſis.

De aliis Collegiis Societatis Jeſu, quæ poſſidentur per PP. Provinciæ Anglicanæ, jam ſupra actum eſt pag. 180.

Præpoſiti Generales Societatis Jeſu.

I. *S. Ignatius*, Hiſpanus, Loyolæ in Cantabria natus, electus Generalis Societatis Jeſu anno 1541. 9. Aprilis, mortuus anno 1556. 31 Julii, ætatis 65.

II. *Jacobus Laynez*, Hiſpanus ex Almazan Oppido Caſtellæ, electus Generalis anno 1558. 2. Julii, mortuus anno 1565. 19. Januarii, ætatis 53.

III. *S. Franciſcus Borgia*, Hiſpanus, patriâ Valentinus, electus Generalis anno 1565. 2. Julii, mortuus anno 1572. 1. Octobris, ætatis 62.

IV. *Everardus Mercurianus*, natione Belga, patriâ, à qua nomen traxit, Mercurianus, pago Ducatûs Luxemburgenſis in Diœceſi Leodienſi, electus Generalis anno 1573. 23. Aprilis, mortuus anno 1580. 1. Auguſti, ætatis 65.

V. *Claudius Aquaviva*, Italus, patriâ Adrianus, electus Generalis 1581. 19. Februarii, mortuus anno 1615. 31 Januarii, ætatis 74.

VI *Mutius Vitelleſcus*, Romanus, electus Generalis 1615. 15. Novembris; mortuus anno 1645. 9. Februarii, ætatis 82.

VII. *Vincentius Caraffa*, Italus, patriâ Neapolitanus, electus Generalis anno 1646. 7. Januarii, mortuus anno 1649. 8 Junii, ætatis 65.

VIII. *Franciſcus Piccolomini*, Italus, patriâ Senenſis, electus Generalis anno 1649. 21. Decembris, mortuus anno 1650. 17. Junii, ætatis 69.

IX. *Alexander Gottfredus*, Romanus, electus Generalis anno 1651. 21. Januarii, mortuus eodem anno 12. Martii, ætatis 57.

X. *Goſwinus Nickel*, Germanus, patriâ Juliacenſis, electus Generalis anno 1652. 17. Martii, mortuus anno 1664, ætatis 82.

XI. *Joannes Paulus Oliva*, Italus, patriâ Genuenſis, electus Vicarius Generalis perpetuus cum jure ſucceſſionis anno 1661. 7. Julii. Mortuo dein Patre Goſwino Nickel anno 1664. 31. Julii ſuffectus eſt in officium Generalis, mortuus anno 1681. 26. Novembris, ætatis 81.

XII. *Carolus de Noyelles*, Belga, patriâ Bruxellenſis, electus Generalis anno 1682. mortuus anno 1686. 12. Decembris

XIII. *Thyrſus Gonzalez*, Hiſpanus, ex Oppido Burzo Diœceſis Legionenſis, electus Generalis anno 1687. 6. Julii, mortuus anno 1705. 27. Novembris.

XIV. *Michael-Angelus Tamburinus*, Italus, patriâ Mutinenſis, electus Generalis anno 1706. 20. Januarii, obiit anno 1730. 27. Februarii, ætatis 82. Geoeral. 24.

XV. *Franciſcus Retz*, Bohemus, patriâ Pragenſis, electus Generalis anno 1630. 30. Novembris.

CAPUT CCXLVIII.

Gregorius XIII. Pontifex anno 1584 ſupprimit Abbatiam Dulcis-Vallis, vulgo Zoetendaele, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in Diœceſi Brugenſi, eamdemque conſtituit in dotem fundationis Collegii PP. Societatis Jeſu Brugis.

Ex Archivis Epiſcopatus Brugenſis.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Immenſa Dei providentia, à qua omnium bonorum operatio procedit, ea in ſuorum fidelium animis frequenter ingerit, quæ ad Chriſtianæ Religionis inſtaurationem & propagationem publicamque utilitatem & ſalutem ſunt maximè profutura.

Unde nos, quibus cura & ſalus Dominici gregis divinitùs eſt demandata, ipſorum fidelium, præſertim Catholicorum Regum vota in id tendentia, ex intimo cordis affectu libenter promovemus, & deſuper officii noſtri partes favorabiliter interponimus, prout rerum locorumque circumſtantiis debitè penſatis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Expoſitio. Sane chariſſimus in Chriſto filius noſter, Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus nobis nuper exponi fecit, quod licet aliàs in Civitate Brugenſi unum Collegium Societatis Jeſu erectum ſeu inchoatum fuerit, tamen malorum temporum conditio fecit, ut illud quod ad fidei Catholicæ defenſionem & propagationem ac juventutis in bonis litteris & chriſtianis moribus inſtitutionem non minus utile quam neceſſarium fuerat, prout eſt hodie, diſſolutum ſit.

Excomium Societatis. Idque agnoſcens idem Philippus Rex, qui etiam Flandriæ Comes exiſtit, ac conſiderans uberes fructus quos Presbyteri dictæ Societatis tam legendo quam prædicando, ac aliàs in Vinea Domini paſſim producere ſoleant, & quam ad Chriſtianam Religionem in Inferiori Germania his turbulentis temporibus labefactatam reſtaurandam, & reſtauratam confervandam, utiles ſint, hujuſmodi Collegium in prædicta Civitate reſtitui plurimum deſiderat;

Et ſicuti eadem ſubjungebat expoſitio,
„ ſi in dictâ Civitate unum Collegium dictæ
„ Societatis cum Eccleſia ſeu Capellâ & aliis
„ neceſſariis perpetuo erigeretur, ac in Mo-
Status Abbatiæ Dulcis-Vallis. „ naſterio Dulcis-Vallis Ordinis Sancti Au-
„ guſtini Canonicorum Regularium, olim
„ Tornacenſis, nunc vero Brugenſis Diœce-
„ ſis, per Abbates regi & gubernari ſolito,
„ in loco deſerto fundato, & in quo ad præ-
„ ſens Canonici non degunt, & ſi qui ex illo
„ ſuperſunt, ii per ſæculum ſeu alia dicti Or-
„ dinis particularia loca diſperſi vagantur,
„ cujuſque Eccleſia cauſâ civilis belli everſa
„ & ſolo æquata eſt; ut jam ſpes non ſit, ut
„ ejus Abbas qui nunc eſt, & pro tempore
„ fuerit, illam reſtaurare valeat; cùm primum
„ vacare contigerit, nomen, titulus ac deno-
„ minatio Monaſterii & Abbatis perpetuò
„ ſupprimeretur, & ab eo ſic ſuppreſſo om-
„ nia & ſingula ejus res & bona diſmembra-
„ rentur & ſepararentur; ac ſic diſmembrata
„ & ſeparata erigendo Collegio prædicto, pro
„ ejus ſtabilimento & Rectoris ac Collegia-
„ lium in eo introducendorum ſuſtentatione
„ & manutentione perpetuò applicarentur;
„ ex hoc Catholica Religio majora indies in
„ dictâ Civitate ſuſciperet incrementa.

Quare dictus Philippus Rex nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus ejus pio deſiderio annuere, aliiſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod beneficia petentes Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum æſtimationem communem etiam beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet; religioſum & fervens dicti Philippi Regis in hoc opere aggrediendo ſtudium propenſæ voluntatis affectu proſequi volentes, ipſumque Philippum Regem à quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis & Cenſuris & pœnis à jure vel ab homine, quâvis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes.

Hujuſmodi Supplicationibus inclinati, in dictâ Civitate, ubi jam aliàs unum Collegium, ut præfertur, inchoatum fuit, ſeu alibi & aliis ædibus ad hoc ibi deſignandis unum Collegium dictæ Societatis cum Eccleſia ſeu Capellâ convenienti ac campanili, humili campana, ſacrario & aliis ſtructuris neceſſariis atque opportunis, ubi prædictæ & aliarum circumvicinarum Civitatum, Oppidorum & locorum juventus in bonis Litteris moribuſque & pietate ſimul inſtituatur, ac verbum Dei prædicetur, aliaque pia opera exerceantur, ad inſtar cæterorum ejuſdem Societatis Collegiorum, ac aliàs juxta Statuta & conſuetudines ipſius

Erectio Collegii Societatis Brugis.

ipſius Societatis per Presbyteros ejuſdem Societatis in omnibus & per omnia regendum & gubernandum, Apoſtolicâ Authoritate tenore præſentium, ſine alicujus præjudicio perpetuò erigimus & inſtituimus.

Nec non in Monaſterio prædicto, cujus, & illi forſan annexorum fructus, redditus & proventus ad centum & viginti florenos in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, cùm primum illud per ceſſum etiam ex cauſâ permutationis, vel deceſſum ſeu quamvis aliam dimiſſionem vel amiſſionem aut privationem illud ad præſens in titulum vel Commendam obtinentis, ſeu alias quovismodo, etiam apud Sedem Apoſtolicam, etiam aliquo ex menſibus Nobis ſeu Romano Pontifici pro tempore exiſtenti & dictæ Sedi reſervatis, aut Ordinariis Collatoribus, etiam per Conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas,

Seu Litteras alternativarum, vel alia Privilegia & Indulta conceſſa hactenus, aut impoſterum concedenda, vacare contigerit, etiamſi illud actu nunc quovismodo (quem etiam, ſi ex illo quævis generalis Reſervatio etiam in Corpore Juris reſultet, præſentibus haberi volumus pro expreſſo) & ex cujuſcumque perſona ſeu per liberam ceſſionem cujuſvis de illius regimine & adminiſtratione in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & teſtibus ſponte factam, vacet; etiamſi illius proviſio ex quavis cauſa qualiſcumque ſit & undecumque reſultet, ſpecialiter vel generaliter ad Sedem prædictam pertineat, & de illo Conſiſtorialiter diſponi conſueverit ſeu debeat; & ſuper eiſdem regimine & adminiſtratione inter aliquos lis ſuper illorum poſſeſſorio vel quaſi, moleſtia, (cujus litis ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo) pendeat indeciſa:

Suppreſſio Abbatiæ Dulcis-Vallis.

Ex nunc prout ex tunc, & e contra, nomen, titulum & denominationem Abbatis & Monaſterii perpetuò ſupprimimus & extinguimus, & ab eo ſic ſuppreſſo omnia & ſingula ejus fructus, redditus & proventus, prædia & proprietates, obventiones, cenſus, jura, actiones, juriſdictiones, ceteraſque res & bona in quibuſcumque rebus & ubicumque conſiſtentia, diſmembramus & ſeparamus;

Unio ad Collegium Societatis Brugis.

Illaque ſic diſmembrata & ſeparata, eidem Collegio pro ſubventione & manutentione perſonarum inibi pro tempore degentium, Authoritate & tenore prædictis etiam perpetuò applicamus & appropriamus ac unimus, annectimus & incorporamus.

Ita quod liceat pro tempore exiſtentibus Præpoſito Inferioris Germaniæ dictæ Societatis, vel Rectori, vel Collegialibus dicti Collegii, per ſe vel alium ſeu alios eorum & Collegii prædicti nomine propriâ auctoritate corporalem, realem & actualem bonorum ſic diſmembratorum ſuppreſſi Monaſterii & annexorum jurium que & pertinentiarum ſuarum quarumcumque poſſeſſionem liberè, etiam ex nunc;

Sine tamen præjudicio nunc exiſtentis Abbatis aut Commendatarii dicti Monaſterii, apprehendere, ac perpetuo retinere, illaque eac eorum omnium fructus percipere, colligere, exigere & recuperare, ac in ſuos dictique Collegii uſus & utilitatem convertere: Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licencià deſuper minime requiſitâ.

Cum onere intertinendi Religioſos ſuperſtites.

Ita tamen, quod ſi aliqui ſuppreſſi Monaſterii hujuſmodi Canonici redirent, Rector prædicti Collegii eis de neceſſariis ad victum, in Regulari & dicti Ordinis vel alio loco, arbitrio Ordinarii eligendo, & ſub illius obedientia, ſi extra clauſtra vixerint, providere teneantur,

Confirmatio Privilegiorum Collegii Brugenſis.

Et inſuper Collegio ſic erecto & inſtituto, ac pro tempore exiſtentibus illius Rectori & Collegialibus, ceteriſque perſonis, quod omnibus & ſingulis Privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, conceſſionibus, indultis, indulgentiis ceteriſque ſpiritualibus & temporalibus gratiis, quibus cetera ejuſdem Societatis Collegia eorumque Rectores Collegialia & perſonæ aliæ de jure uſu ac conſuetudine vel alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, frui potiri & gaudere poſſunt & poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter & abſque ulla prorſus differentia, & perinde ac ſi illis ſpecialiter conceſſa fuiſſent, uti, frui, potiri & gaudere liberè & licite valeant, Authoritate & tenore præmiſſis, de ſpeciali gratiâ indulgemus,

Clauſulæ derogatoriæ.

Decernentes quaſcumque collationes, proviſiones, electiones, acceptationes vel alias diſpoſitiones de Monaſterio prædicto, etiam per Sedem prædictam vel illius Legatos, étiam de Latere ſeu Nuntios, vel quoſcumque alios quâvis authoritate de cetero faciendas, nullas & invalidas fore & eſſe, ac pro infectis prorſus haberi, & nemini ullatenus ſuffragari debere,

Nec non eiſdem præſentibus per quaſcumque generales vel ſpeciales etiam derogatorias aliaſque efficaciores & inſolitas clauſulas & irritantia, ac alia Decreta, ſub quibuſcumque verborum formis & expreſſionibus concepta in ſe continentes nullatenus derogari poſſe, nec derogatum cenſeri, niſi earumdem præſentium Litterarum tenor de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſertus, & urgens ac ſufficiens cauſa expreſſa, & per ternas diſtinctas Litteras earumdem præſentium tenorem in ſe continentes tribus diſtinctis vicibus eidem Philippo Regi legitimè intimata & inſinuata,

Ac derogationes ipſæ motu proprio & ex certa ſcientia factæ fuerint, apparearque Romanum Pontificem illis expreſſe derogare voluiſſe, & alias pro tempore factas derogationes nemini ſuffragari; eaſdem quoque præſentes de ſubreptionis vel obreptionis vitio aut intentionis noſtræ, vel invalidari nullatenus poſſe, nec ſub quibuscumque revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus & aliis contrariis diſpoſitionibus

& unionibus, annexionibus aut ſuſpenſionibus extinctionibus effectum non ſortitis, quæ poſthac per Nos vel eorum ad ſummi Apoſtolatûs apicem, quam alias quomodolibet, etiam cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis pro tempore factis, tamquam effectum non ſortitis, etiamſi de eiſdem præſentibus Litteris ac earum toto tenore ac datâ ſpecialis, ſpecifica & expreſſa mentio fiat, minime eludi; ſed illis & quibuſvis aliis contrariis non obſtantibus in ſuis robore & efficacia perſiſtere, ac quoties illi amabunt toties, in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenatiè reintegratas ac de novo Apoſtolicâ Authoritate conceſſas eſſe.

Nec non inſtitutionem, erectionem, ſuppreſſionem, ſeparationem, & diſmembrationem, applicationem, annexionem & incorporationem bujuſmodi, donec illa plenarium ſortita fuerit effectum durare, ac irritum & inane quidquid ſecus ſuper bis à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Executores hujusBullæ.

Quo-circa Venerabilibus Fratribus noſtris, Tornacenſi & Brugenſi Epiſcopis, ac dilecto filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum, per ſe vel per alium ſeu alios, præſentes Litteras & in eis contenta quæcumque, ubi & opus fuerit, ac quoties pro parte Philippi Regis, ac Præpoſiti & Rectoris ſeu Collegialium prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes eiſque in præmiſſis efficacis defenſioois præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate noſtrâ præſentes Litteras, & in eis contenta hujuſmodi, ab omnibus & ad quos ſpectat & ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter obſervari.

Ipſoſque Pbilippum Regem ac Præpoſitum & Rectorem & Collegiales, erectione, inſtitutione, ſeparatione, diſmembatione, unione, annexione, applicatione, incorporatione, indulto, aliiſque præmiſſis omnibus & ſingulis juxta earumdem præſentium Litterarum continentiam & tenorem pacificè frui & gaudere; non permittentes eos ſeu eorum aliquem deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari: contradictores dictâ Auctoritate noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, ac legitimis ſuper his babendis ſervatis proceſſibus, alias Sententias, Cenſuras & pœnas ipſas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus priori voluntate noſtrâ prædictâ, ac Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati (Uniones perpetuas niſi in caſibus à Jure præmiſſis fieri prohibentis) ac ſelicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, quibus cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices, à Sede prædicta deputati extra Civitatem vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere quoquomodo præſumant; & de duabus dietis in Concilio generali editâ, dummodo ultra tres dietas aliquis Auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis;

Nec non Monaſterii & Ordinis prædictorum, juramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & Litteris Apoſtolicis, illis eorumque Superioribus & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis nec non irritantibus & aliis decretis in genere vel ſpecie, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum & aliorum Principum inſtantiam vel contemplationem, ſeu etiam motu & ſcientiâ ſimilibus, etiam conſiſtorialiter ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus, etiam ſuper proviſione ſeu præfectione de dicto Monaſterio, ſeu præſentatione vel nominatione perſonarum ad illud, dum pro tempore vacat, aut aliàs conceſſis approbatis & innovatis.

Quibus omnibus, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia requiſita ſit, ad hoc ſervanda foret, tenores bujuſmodi ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſuffieienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, bâc vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſſè derogamus, contrariis qnibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem Sede ſit iodultum, quod interdiei, ſuſpendi, & excommunicari non poſſint, per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentiooem.

Decretum pœnale.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ abſolutionis, erectioois, inſtitutionis, ſuppreſſionis, extinctionis, diſmembrationis, ſeparationis, applicationis, approbationis, unionis, annexioois, incorporationis, Indulti, Decreti, Mandati & derogationis ioſringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit ineurſurum.

Datum Tuſculi, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto, nono Kal. Julii, Pontificatûs noſtri anno tertio-decimo. 1584.

CAPUT CCXLIX.

Breve Sixti V. Pont. ad Joannem Bonhomum, Epiſcopum Vercellenſem Nuncium Apoſtolicum in Belgio, datum anno 1585 pro diſſolutione Unionis Abbatiæ Tungerloenſis Ordinis Præmonſtratenſis cum Epiſcopatu Buſcoducenſi.

Conſule Hiſtoriam Epiſcopatus Buſcoduc. pag. 64.

VEnerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilecti Filii Conventûs Monaſterii beatæ Mariæ de Tongerloo Præmonſtratenſis Ordinis, olim Cameracenſis nunc vero Buſcoducenſis Diœceſis, Nobis exponi fecerunt, quod poſtquam aliàs ipſum Monaſterium, tunc certo modo Abbatis regimine deſtitutum, per Litteras fel. R. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri * de Fratrum ſuorum Conſilio pro dote unitum fuit Menſæ Epiſcopali Eccleſiæ Buſcoducenſis tunc paulo ante Apoſtolicâ Auctoritate in Cathedralem erectæ, ad ſupplicationem Chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, cujus Jus nominandi perſonam idoneam ad ipſam Eccleſiam Buſcoducenſem per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem ad Nominationem hujuſmodi in Epiſcopum Buſcoducenſem ordinandam, ſub certis modo & forma tunc expreſſis ex Privilegio Apoſtolico competit;

* Vide Bullam apud Miræum pag. 913.

Res ipſa docuit, hoſpitalitatem ac conſuetarum eleëmoſynarum largitionem & diſpenſationem, aliaque pia opera ad Chriſti fidelium & maximè pauperum commodum inibi antea exerceri ſolita, pacificamque Regularis diſciplinæ obſervantiam, quæ juxta formam dictarum Litterarum omnino conſervari debuerant, Epiſcopo Buſcoducenſi apud ſuam Eccleſiam reſidente, ac ab eodem Monaſterio abſente, & aliis gravioribus negotiis occupato, non mediocriter fuiſſe diminuta.

Philippus II & Prælati Brabantiæ conveniunt in diſſolutionem unionum.

Quibus incommodis ut inpoſterum occurreretur, aliàs idem Philippus Rex cum tunc exiſtentibus Prælatis Eccleſiaſticis Ducatûs Brabantiæ primum ejus Statum repreſentantibus, maturâ deliberatione præhabitâ, & ſub Sedis Apoſtolicæ beneplacito concordavit, ut tam prædicta Unio Eccleſiæ Buſcoducenſi facta, quam aliæ duæ ſimiles Monaſteriorum videlicet Affligimienſis, Sti. Bernardi, Archiepiſcopali Mechlinienſi & Epiſcopali Antverſienſi reſpectivè Menſis factæ Uniones diſſolverentur; eâ tamen conditione, ut à dictis tribus Monaſteriis pro rata uniuſcujuſque bona valoris & redditûs annui octo millium florenorum monetæ in iſtis partibus curſum habentis, perpetuò ſepararentur & diſmembrarentur; eademque bona Menſis Epiſcopalibus & Archiepiſcopali prædictis unicuique etiam pro rata aſſignarentur & applicarentur; prout in Inſtrumentis ſeu Concordia inter eoſdem Philippum Regem ac Prælatos inito, de anno Domini M. D. LXIV. die trigeſimâ menſis Julii plenius dicitur contineri; licet poſtea diverſis cauſantibus impedimentis Concordia prædicta effectum nunquam fuerit ſortita.

Vide hanc Concordiam in nova Brabantia Sanderi Tom. I. pag. 250.

Conſentit in concordiam illam Sixtus V.

Quare nos dicto Monaſterio per diſſolutionem hujuſmodi Unionis & ipſi Menſæ Epiſcopali Buſcoducenſi per applicationem congruæ partis illius reddituum providere volentes, ac dictorum Conventûs precibus inclinati atque addicti, exemplo aliorum Monaſteriorum alibi ſimilibus Meoſis in illis partibus unitorum, quibus de ſimili remedio conſultum eſt, tenorem dictæ Unionis ac Litterarum ſuper illis expeditarum, ac inde ſecutorum quorumcumque pro expreſſo habentes, Fraternitati tuæ mandamus, ut vocatis Epiſcopo Buſcoducenſi & Conventu prædictis, iiſque diligenter auditis, certam aliquam quantitatem ſeu portionem bonorum aut fructuum, reddituum & proventuum dicti Monaſterii ab eodem Epiſcopo acceptandam, de ipſorum Conventûs conſenſu à dicto Monaſterio Auctoritate noſtra perpetuo ſepares & diſmembres,

Eamque ſic diſmembratam dictæ menſæ Epiſcopali Buſcoducenſi etiam perpetuo applices & appropries, ac ſimul dictam unionem ipſius Monaſterii de Tongerloo dictæ Menſæ Epiſcopali Buſcoducenſi factam eâdem Auctoritate perpetuò diſſolvas, ac quoad reliqua omnia dictum Monaſterium in priſtinum, & in eum in quo ante unionem ipſam quomodolibet erat Statum, etiam quoad Abbatialem dignitatem inibi per eaſdem dicti Prædeceſſoris Litteras ſuppreſſam, illiúſque nomen & denominationem reſtituas & plenariè reponas. Ac poſtquam dictum Monaſterium unione hujuſmodi per te, ut præfertur diſſolutâ, adhuc eo, quo ante noionem ipſam vacabat modo vacaverit, prædictis Conventui, ut ad electionem Abbatis per quem ipſum Monaſterium regatur ut prius & aliàs, juxta laudabilia eorum Statuta & Conſuetudines procedere libere & licite valeant, licentiam pariter concedas.

Abbatis Regularis electio.

Mandamus etiam, ut tam dictus Epiſcopus ejuſdem quantitatis & portionis, ſi, & poſtquam ſeparata & applicata fuerit, quam reliquorum ejuſdem Monaſterii bonorum ac redditoum & illi forſan annexorum, juriumque & pertinentiarum quorumcumque ſic eligendus, quique ſuo tempore præfuerit ipſi Monaſterio Abbas, ſine aliquo vitio poſſint cor-

poralem poſſeſſionem per ſe vel alium, ſeu dictus Epiſcopus continuare, ac perpetuo retinere, cujuſvis licentiâ deſuper minimè requiſita. Fructus etiam redditus & proventus inde reſpective provenientes tam Epiſcopus libere in ſuos & ſuæ Menſæ quam Abbas, deductis primo eleëmoſynis, nec non hoſpitalitate, & aliis oneribus ſumptis, in ſuos quoque & eorundem Conventûs ac Monaſterii uſus & utilitatem convertere, ac de illis diſponere licite valeant. Inſuper præcipimus, ut decernas, ſi diſſolutionem eandem, ut præfertur, per te fieri contigerit, ut poſtquam ea facta fuerit & prædictus Epiſcopus dictâ portione contentus eſſe debeat, nec ulterius in dicti Monaſterii regimine & adminiſtratione ſe intromittere, neque in eundem Conventum ullam juriſdictionem & ſuperioritatem exercere de ceteto audeat.

Quod ſi inter ſe ſuper præmiſſis vel eorum aliquo dicti Epiſcopus & Conventus minime conſenſerint, tunc demum Nos de univerſis ſtatu & controverſia certiores facias. Et interim ſub cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, prædicto aut pro tempore exiſtenti Epiſcopo inhibeas, ne circa regimen & adminiſtrationem ipſius Monaſterii aut ejus bonorum, ſeu regularem obſervantiam aliquid innovare, vel eum in quo ad præſens reperiuntur ſtatum quoquo modo alterare aut immutare præſumat. Non obſtantibus dicti Pii & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Litteris ſuper primo-dicta unione vel illius confirmatione confectis, ac Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Lateranenſis Concilii diſmembrationes hujuſmodi in quibuſvis Monaſteriis fieri prohibentis, dictorumque Eccleſiæ Monaſterii & Ordinis juramento Confirmatione Apoſtolicâ vel quavis firmitate aliâ roboratis, Statutis & conſuetudinibus, præeminentiis quoque, Indultis & Litteris Apoſtolicis quomodolibet conceſſis, approbatis & innovatis.

Quibus omnibus illorum tenores pro expreſſis habentes ſpecialiter & expreſſè derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXI. Decembris M. D. LXXXV. Pontificatûs noſtri anno primo.

CAPUT CCL.

Octavius Frangipani Epiſcopus Calatinus, Nuncius Apoſtolicus in Belgio, decernit anno 1590 ſeparationem Abbatiæ Tongerloenſis Ordinis Præmonſtratenſis ab Epiſcopatu Buſcoducenſi, ſub certis conditionibus expreſſis.

Ex Hiſtoria MS. Abbatiæ Affligem.



Octavius Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Calatinus SS. D. N. Sixti Divinâ providentiâ Papæ quioti, ejuſdemque S. Sedis in inferioris Germaniæ & Belgarum Provinciis, Civitatibus & locis omnibus Nuncius cum poteſtate Legati de Latere, omnibus & ſingulis præſentes viſuris, auditurisque, ſalutem in Domino ſempiternam.

Auctoritate Apoſtolicâ nobis per Breve ſpeciale, datum Romæ 21 Decembris anno 1585 conceſſâ & expreſſè commiſſâ, & qua fungimur in hac parte, examinavimus Tractatum inter Reverendiſſimum Buſcoducenſem Clementem Crabbeels & R. D. Adminiſtratorem Walterum à Corſwaremia, alioſque Religioſos Monaſterii beatæ Mariæ de Tongerloo Ordinis Præmonſtratenſis olim Cameracenſis nunc autem Buſcoducenſis Diœceſis, ſuper diſmembratione, ſeparatione, diſſolutione Unionis & incorporationis Epiſcopatui Buſcoducenſi per ſel. record. Pium Papam IV. de prædicto Monaſterio factæ.

Attendentes itaque mentem ſuæ Sanctitatis in dicto Brevi expreſſam: nec non Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis Philippi, Brabantiæ Ducis, ut Patroni, Placitum, datum 9 Decembris 1588, quam ambarum partium tam ſuo quam ſuorum Succeſſorum nomine conſenſum, prout latius patet in Inſtrumento deſuper confecto, anno 1590 die 27 Januarii, quod ſimiliter hic pro expreſſo habemus.

Volenteſque utrique parti conſultum, & divino cultui, quieti, atque tranquillitati Eccleſiæ Buſcoducenſis, nec non Monaſterii prædictorum conſulere, Tractatum & Concordiam hujuſmodi præſentium tenore confirmamus & approbamus. Ita quod ex bonis prædicti Monaſterii Epiſcopatui Buſcoducenſi pro dote perpetua applicentur & in perpetuum applicata maneant 8000 florenorum Brabantiæ annuè in fundis, culturis, decimis, redditibus, ſylvis &c.

De quibus enrumque attinentiis nobis clara ſpecificatio facta conſtitit, nec non omnia & ſingula prædicti Monaſterii bona in prædicto Tractatu in uſum Epiſcopatûs nominata & comprehenſa à Monaſterio ſeparamus & diſmembramus, & Epiſcopatui Buſcoducenſi pro dote Epiſcopali perpetuò applicamus & unimus. Cetera autem bona prædicto Monaſterio reſtantia ipſi Monaſterio integra relinquimus

mus, & quatenus opus eſt, de novo conferimus & applicamus.

Inſuper per præſentes eâdem Auctoritate Apoſtolicâ Reverendiſſimo Epiſcopo Buscoducenſi, ſuiſque Succeſſoribus mandamus, quatenus dictâ portione bonorum contentieſſe debeant, nec ulterius in dicti Monaſterii regimine & adminiſtratione ſe intromittere, neque in eundem Conventum ullam Juriſdictionem & ſuperioritatem exercere de cætero audeant vel præſumant. Inſuper ab unione & incorporatione Monaſterium beatæ Mariæ de Tongerloo Epiſcopatui Buſcoducenſi facta eâdem Auctoritate Apoſtolicâ in perpetuum diſſolvimus & diſmembramus, ac quoad reliqua omnia dictum Monaſterium in priſtinum & in eum in quo ante Unionem ipſam erat, ſtatum, etiam quoad dignitatem Abbatialem inibi per Litteras fel. record. Pii Papæ IV. ſuppreſſam, illiuſque nomen & deſignationem, locum & gradum, plenariè reponimus & reſtituimus.

Similiter dilectis nobis in Chriſto Religioſis prædicti Monaſterii de Tongerloo ut ad electionem Abbatis per quem ipſum Monaſterium regatur, ut prius juxta laudabilia eorum Statuta & conſuetudines, procedere libere & licitè valeant, licentiam pariter concedimus, illos abſolventes à Juramento, quo tenebantur Reverendiſſimo Epiſcopo Buſcoducenſi, & à quolibet alio impedimento, quod occaſione Incorporationis prædictæ vel ejuſdem Confirmationis quomodolibet cauſari vel allegari poſſet, reſtituendo illis omnia eorum Privilegia, & indulta, quibus ante incorporationem Monaſterii prædicti piè & laudabiliter gaudere ſolent. Non obſtantibus dicti Pii ac quorumcumqoe Romanorum Pontificum Litteris ſuper primo-dicta Unione vel illius confirmatione confectis, ac Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis quibuſcumque, quibus omnibus (tenores illorum pro expreſſis habens) prædictus S. D. N. Sixtus modernus per Litteras Apoſtolicas nobis hac in parte directas ſpecialiter & expreſſe derogavit; atque Nos de mandato ſuo ſpeciali expreſſe omnibus iis in contrarium non obſtantibus Statutis Apoſtolicis quibuſcumque, derogamus.

Datum Coloniæ die 15 Maii anno 1590, Pontificatûs verò ejuſdem S. D. N. Sixti V. anno ſexto.

CAPUT CCLI.

Proſpectus & Rationes, quibus aperitur, quantum expediat ad Dei gloriam, animarum ſalutem, Eccleſiæ univerſæ decorem & Regis Catholici obſequium, erigi novum Epiſcopatum in Ducatu & Provincia Luxemburgenſi; circa annum 1600 evulgatæ, ſuæque Catholicæ Majeſtati exhibitæ.

I. LUxemburgum ex ſeptemdecim Belgii Regis Catholici Ditionibus vaſtiſſima Provincia titulo Ducatûs inſignitur, ac, plurimos ſub ſe Comitatus & Dominia complectitur.

II. Populus in ea ſicuti diverſi eſt idiomatis, ita & morum eſt differentium, idque propter connexitatem & confinium diverſorum Regnorum ac Principatuum.

III. Non modica etiam ibidem difformitas rituum, cerimoniarum & officiorum Eccleſiaſticorum oritur ex eo, quod illa Provincia ſubjiciatur ſeptem diverſis & externis Epiſcopis ſcilicet, Trevirenſi, Rhemenſi, Leodienſi, Tullenſi, Virdunenſi, Metenſi, Namurcenſi.

IV. Qui quidem Epiſcopi vel non poſſunt ſæpius, vel non volunt juriſdictionem ordinariam exercere in ea Provincia Regiâ; quia aut hoſtiles ſunt, aut ad id exequendum detrectant petere Regis Catholici Placetum; ne (inquiunt) Auctoritati ſuæ Eccleſiaſticæ videantur derogare.

V. Ex dictis Epiſcopis ſolus Trevirenſis (cui major pars dictæ Provinciæ ſubjacet) quandoque quidem per ſuos Vicarios & Officiales inſtituit Viſitationes Diœceſanas: ſed quia ad incarcerationes aliaſque criminum punitiones ſumptus neceſſarii ſunt, ab iſtis ſæpe abſtinent, ne hos ſubire debeant.

VI. Ad privationes Beneficiorum vix unquam venitur: etiam ob graviſſima ſcandala: ſed extranei Judices, ſive defectu notitiæ quam ægre habere poſſunt, ſive alia de cauſa plerumque contenti ſunt mulctâ pecuniariâ.

VII. Inde fit, ut facile relabantur criminoſi & fiant incorrigibiles, alioſque eâ indulgentiâ & impunitate ad ſimilia pertrahant. Satiſque conſtat, quoſdam Parochos ex concubinis quatuor aut quinque liberos habuiſſe, & cum illis ſub eodem tecto impunè cohabitare, Beneficiaque retinere & munia Paſtoralia exercere.

VIII. Ob quæ vileſcit multum Eccleſiaſtica auctoritas apud populum bonum & rerum ſacrarum reverentem, qui & proinde à locis & perſonis ſacris paulatim ſflueſcit alienari, à Sacramentorum perceptione abſtinere, ipſa Eccleſiæ Præcepta parvi facere, pœnas, ob eorum violationem injunctas Cenſuraſque Eccleſiaſticas contemnere.

IX. Præſentatio ad plurima Beneficia cu-

rata pertinet ad Dominos Temporales, etiam extra ditionem Regiam longè habitantes; qui plerumque favore aut ex affectu humano obvias quaſque perſonas exteras inidoneas neque eruditas, neque vitæ probatæ pro libitu ſuo obtrudunt; quas interim Epiſcopi per ſuos Officiales & Archidiaconos facile & ſine ullo delectu admittunt ad regimen animarum.

X. Hinc abuſus intolerabiles circa materiam Sacramentorum, quæ ſcilicet à talibus Miniſtris negligenter, indecorè & perperam adminiſtrantur, & ſæpe quidem invalide ex defectu juriſdictionis.

XI. Vitia Eccleſiaſticorum ſunt aut graviora aut frequentiora, ex eo quod Superiores extranei & longè diſſiti ea ignorent, taceant vel non emendent, non ſine gravi ſcandalo & animarum detrimento.

XII. Ex qua occaſione Judices ſæculares Cauſſarum Eccleſiaſticarum cognitionem promiſcue ſibi arrogant, eorumque Officiati auctoritatem in Eccleſias & Eccleſiaſticos ſibi tribuunt.

XIII. His & majoribus malis facile occurri poſſet, ſi in Provincia illa Luxemburgenſi inſtitueretur Epiſcopus Regi Vaſallus, qui more aliorum Belgii Epiſcoporum cauſas omnes ad forum Eccleſiaſticum pertinentes cognoſceret, & gregem ſuum ſummo ſtudio & vigilantiâ paſceret & regeret, quique Decretorum Concilii Tridentini executionem curaret.

XIV. Hujus Epiſcopatûs Erectione fieret, ut Eccleſiaſtici diligentiùs officio fungerentur, & caſtiùs viverent; Paſtores vigilantius ſibi & ſuis attenderent, & inſpectante Epiſcopo vitam & mores efficaciùs componerent.

XV. Tantò etiam major divini cultûs ratio, regionis puritas & diſciplinæ Eccleſiaſticæ obſervantia haberetur. Denique Regis Regnique publica ſalus publico cultu obſequio & precibus frequentius commendarentur.

XVI. Quorum & ſimilium argumentorum intuitu permota quondam Catholica Regia Majeſtas, benignè dignata fuit, ad conſervandam Religionem & ſubditos in Fide Orthodoxa & in officio continendos, aliis ſuis Provinciis Flandriæ, Brabantiæ, Artheſiæ, Namurco, & aliis, de Epiſcopis providere.

XVII. Pari modo, & majori cum utilitate poſſet eadem Regia Majeſtas vaſtæ illi horroris & ſolitudinis Provinciæ Luxemburgenſi, tot diverſis Epiſcoporum externorumque Principum Ditionibus ſubditæ & confini, nec non à parte Franciæ, hæreticorum Academiæ Sedanenſi contiguæ, de Epiſcopo providere: aut ſaltem, & proviſionaliter, de Vicario Apoſtolico cum poteſtate Epiſcopali; cum & in eâ Provinciâ inveniri poſſent media, quibus Sedes Epiſcopalis paulatim ſtabiliri poſſet.

XVIII. Et imprimis in illa Provincia eſt una Metropolis Luxemburgum, ſatis ampla, populoſa & munita, habens in ſe plurima Monaſteria, & ſub ſe plures alias Urbes, & in quâ reſidet Conſilium Provinciale, cujus caput eſt Gubernator generalis Provinciæ.

XIX. In eam Metropolim expediret etiam tranſferre inſignem illam Eccleſiam Collegiatam B. Virginis Mariæ Oppidi Ivodii, utique ab initio bellorum præſentium ſuſ-deque proſtratam & jacentem: cùm nullatenus deceat, ut pia illa & unica in tota Provincia Fundatio maneat deſerta, aut eodem loco videlicet in limine Regni Franciæ reſtauretur. Siquidem, cum non maneant diuturna Pacis fœdera inter utrumque Regem, illa, quæ loco aperto eſt poſita, ſtatim primis bellorum motibus deturbatur, & omnes illius Miniſtri in confuſionem abire coguntur: uti ſuperioribus temporibus ſæpius contigit, & etiamnum patet univerſo orbi ex ruina totali ejuſdem Eccleſiæ, Oppidi deſolatione & Cleri populique diſperſione. De Capitulo B. M. Ivodienſi.

XX. Iſti Eccleſiæ Collegiatæ uniri poſſet in dicta Metropoli Eccleſia Parochialis Sti. Nicolai, aliique foranei Perſonatus, Paſtoratus, Hoſpitalia & Altaria.

XXI. Et ſi ſua Majeſtas dignaretur ſe eò clementer inclinari, facile inveniet modos providendi tantn tamque ſalutari Eccleſiæ & Patriæ bono.

XXII. Extant quippe in dicta Provincia plurimæ Abbatiæ proventibus abundantes, veluti Sti. Maximini ad muros Trevirenſes, Sti. Willebrordi in Oppido Epternacenſi modo vacans, Siæ. Mariæ de Munſter in ſuburbiis Urbis Luxemburgenſis, Sti. Huberti in Ardenna, omnes Ordinis Sti. Benedicti; item Abbatiæ Aureæ-Vallis, Septem Fontium, Bonæ viæ, Vallis-Marianæ, aliæque plures Ordinis Ciſtercienſis, & Sti. Auguſtini, in tom numero octo.

XXIII. Si tranſferatur Eccleſia Collegiata Ivodienſis, poterit in dicto Oppido conſtitui Paſtor cum Vicariis ad præſentationem Capituli, illiſque aſſignari portio congrua ex plurimis Beneficiis ibidem fundatis & uniendis.

Deus faciat, ut tam ſancta & ſalubris cogitatio aſcendat in cor Sanctiſſimi Domini noſtri, & Regem Catholicum ad tam ſanctum opus efficiendum tandem permoveat!

Additio ad Articulos ſuper querela Provinciæ Luxemburgenſis propoſitos.

I. LÆdtur non parum Authoritas Eccleſiaſtica, in eo, quod Epiſcopi, quibus ſubditur Provincia Luxemburgenſis, nuſquam poſſint ibi exercere ſuam Juriſdictionem, niſi prævio conſenſu & licentiâ Conſilii Regii.

II. Nec item viſitare Eccleſias aut Eccleſiaſticas perſonas, niſi adjuncto illis aliquo Deputato ex eâdem Provinciâ, qui Actam Viſitationis referat dicto Conſilio.

III. Unde facilè ſingula quandoque cri-

mina Eccleſiaſticorum innoteſcunt quibuſlibet.

IV. Si criminoſi deprehendantur, qui carceres aut ſimiles graviores mereantur correctiones, in ære tantum, vel etiam modico luunt, & abſolvuntur in indulgentia &c.

V. In Ioſtitutione Paſtoratuum aliorumque Beneficiorum exiguntur Treviris tanto rigore fructus primi anni cjuſmodi Beneficiorum & Paſtoratuum, ut vel defectu ſolutionis præſentaneæ dicta Ioſtitutio denegetur; vel, ſi ſolvantur dicti fructus, tantus in eo exceſſus eſt, ut Paſtori & Beneficiato non relinquatur quod ſufficiat cultui & officio Divino celebrando.

Additio altera, excerpta ex quodam Libello impreſſo aliquot foliorum.

MOrum & Eccleſiaſticæ Diſciplinæ corruptio eò rem in Ducatu Luxemburgenſi deduxit; ut poſt varia laïcorum clericorumque ſacrilegia, ſimoniæ, avaritiæ, formcationis, adulterii, ac magiæ demum peccata, cataſtrophe omnium vitiorum hæreſis ex Germaniæ & Galliæ vicinia animos quorumdam pullorum infeciſſe deprehendatur.

Hujus corruptionis cauſſæ tres aſſignari poſſunt: præſidentium ad alia diffluentes curæ, minus recta Beneficiorum proviſio, & ſumma Eccleſiaſticorum ignorantia.

Ordinarii, quia vel origine vel Electione Principes ſunt, in ſpirituali Epiſcopatûs functione Vicariâ Legatione utuntur, operâ ut plurimum ad expenſas per-avidâ; ideoque officii debiti plus æquo obliviosâ; præſertim quando criminoſi moras fraudibus nectunt; & à quibus circumventus Judex Regius vel omnino denegat, vel certe differt contra ipſos agendi permiſſionem.

Quum enim extra Regiæ Juriſdictionis terras domicilium habeant, ex antiquo & præſcripto Regiæ Majeſtatis beneplacito, (quæ res nec nonnullis expenſis nec difficultatibus vacat) ita, quos zelus decòris Domûs Dei non comedit, ſed magis auri profana fames exuſſit, quibusque infamis torpor Chriſtianam pacem ſe mentitur, ne quid vel in nummis vel inerti quiete incommodi habeant: peſſumdari Diſciplinam vident & tacent, muti canes, peſſimi ovium cuſtodes.

Ego quidem non dubito, ſi in ipſo Ducatu ſederet Epiſcopus, quin ex ſpecula ſua omne hoc malum videret, & viſum expurgaret.

Verum prius ei & Sedem & ſpeculum parare neceſſe eſt. Quod nec unius diei opus eſt: fortaſſe nec hujus temporis negotium. In quo offendere neminem, ſervire omnibus, dicunt convenientius, quam antiquarum Sedium terminos confundere, & Epiſcoporum illius Provinciæ juriſdictionem (etiam cum evidenti animarum utilitate) mutare.

CAPUT CCLII.

Motiva & rationes, ob quas judicatum fuit circa annum 1623 convenire Tranſlationem & Unionem Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Salvatoris Harlebacenſis propè Cortracum, cum Capitulo Metropolitano Mechlinienſi. Exhibetur ſimul ſolutio Rationum in contrarium allegatarum à Statibus Flandriæ & à Deputatis Caſtellaniæ Cortracenſis.

PRudentiſſimè in univerſa Eccleſia Catholica ioſtitutum videmus, ut ubicumque quiſpiam Archiepiſcopus ſeu Epiſcopus Sedem ſuam habet, ibi quoque erecta fuerint opulenta & numeroſa Canonicorum Collegia, quæ Præſulibus ſuis ſervirent pro Senatu: de cujus conſilio omnia ardua negotia expedirentur; & penes quem vacante Sede omnis Ordinaria Jurisdictio remaneret. Ex quibus Collegiis Præſules ſibi quoque poſſent aſſumere coöperarios ad culturam Agri Dominici, videlicet ad viſitationes ſimileſque functiones, quas ipſi Præſules ob amplitudinem Diœceſium negotiorumque multitudinem perſonaliter & per ſe ſolos non valerent obire; ita tamen ut etiam multi Canonici in Eccleſia ſemper præſentes manerent, qui divinis Officiis poſſent aſſiſtere & eorumdem ſolemnitati reſpondere.

Cujus rei quoque in erectione novorum Belgii Epiſcopatuum maxima fuit habita ratio. Ideoque in Eccleſiis dignitate Cathedrali ſublimatis, ſi nulla aut exigua ibi erant Canonicorum Collegia, ibidem vel prorſus nova ioſtituta fuerunt vel, vetera adaucta competenti numero, ut Groningæ, Leuwardiæ, Ipris, Audomari aliiſque in locis.

Sane in Eccleſiam Audomarenſem quamvis inſigni numeroſoque Capitulo decoratam,

Vide Bullam horum Epiſcopatuum apud Miræum, in Diplom.

tamen ob rationes prædictas tranſlatæ fuerunt 10. Præbendæ Morinenſes.

Ipris autem ibi nullum prorſus erat Collegium Canonicorum ſecularium, Abbatia S. Martini Canonicorum Regularium fuit reducta ad Statum ſæcularem, & ex bonis illius Monaſterii creatæ 12 novæ Præbendæ, reliquis proventibus aſſignatis pro dote Menſæ Epiſcopalis. Qui numerus cum perexiguus cenſeretur pro dignitate iſtius Eccleſiæ quæ dumtaxat Cathedralis non Metropolitana facta fuerat, ad eamdem quoque tranſlatæ fuerunt 12 Præbendæ cum Præpoſitura ex corpore Capituli Furneoſis avulſæ, & inſuper aliæ decem Præbendæ Morinenſes, ita ut in dicta Eccleſia jam exiſtant 34 Præbendæ competenter dotatæ.

Quomodo jam antea ſub eadem intentione ſæcularizatum fuerat Monaſterium S. Bavonis & ex proventibus illius creatæ 32 Præbendæ.

Novæ Cathedrales, Antverpienſis, Brugenſis, Buſeoducenſis aliæque jam antea habebant ſatis numeroſa Canonicorum Collegia.

Sola Eccleſia Mechlinienſis quæ non ſolum dignitate Metropolitica ſuper ſex novas Cathedrales illi Suffraganeas præfulget, ſed etiam inter omnes alias Belgii Metropolitanas prima cenſetur, relicta fuit cùm antiquo ſuo pertenui ac perexiguo Collegio 13 dumtaxat Canonicorum, cùm tamen magnitudine Diœceſios, Oppidorumque frequentiâ & celebritate, nec non amplitudine Provinciæ omnes cæteras longe præcedat.

Quare Archiepiſcopus Mechlinienſis deſtitutus ope & operâ neceſſariorum cooperariorum cogitur ſuccumbere oneri ſibi incumbenti. Si autem contingat, ut ſæpiſſime neceſſitas exigit, illum aliquos ex tam exiguo Collegio ſecum ducere, divina ibidem officia deſtituta debitâ Canonicorum aſſiſtentiâ minus ſolemniter peraguntur, cùm magna cultus divini immunitione.

Ad hæc propter tenuitatem Præbendarum vix poſſibile eſt Viros inſignes invenire, qui in præfata Eccleſia velint reſidere.

Imò accidit aliquando quod Canonici illius Eccleſiæ jam per multos annos exercitati in negotiis Archiepiſcopatûs, inventâ opportunitate pinguioris alicujus Beneficii deſcendant ac tranſgrediantur ad alias inferiores Eccleſias Archiepiſcopumque deſerant in medio negotiorum curſu, magno Eccleſiæ ſuæ damno.

Certum quidem eſt quod Sereniſſimus Rex Catholicus Philippus II. glorioſæ memoriæ ab initio Erectionis Metropolitanæ Mechlinienſis in animo ſuo conſtitutum habuerit, illi Eccleſiæ de congruo quoque Canonicorum numero adinſtar omnium aliarum providere per Secularizationem alicujus Monaſterii, aut Tranſlationem alicujus Collegii ſeu Capituli in Flandria conſtituti aut aliam quamcumque viam.

Sed ob præmaturum primi Archiepiſcopi Mechlinienſis, Cardinalis videlicet Granvellani diſceſſum, qui contigit anno 1565 & turbas illico ſubſecutas, res dilata fuit in tempus magis opportunum. Viri ſapientes ac longo rerum uſu edocti ſciunt, omnia quæ animo ſæpè deſtinant, non uno tempore poſſe confici: ſed crebrò ſufficere ut res magnæ tantummodo incipiantur, poſteà perfectionem ſuam recipiant.

Sanè cum ab Diœceſibus Cameracenſi & Tornacenſi divulſæ ſint maximæ ditiones & Diœceſi ac Provinciæ Mechlinienſi applicatæ, æquum pariter fuerat à Senatu Epiſcopali prædictarum duarum Eccleſiarum, ſcilicet à ſingulis Capitulis illarum deſumi aliquem competentem Canonicorum numerum, & eoſdem Mechliniam transferri, quo tranſlata erat magna pars Juriſdictionis Epiſcopalis, maximè attento grandi Canonicorum in utraque prædicta Eccleſia numero, & quod earumdem Capitula ratione præfatæ juriſdictionis Epiſcopalis proventus acquiſierunt plurimos in locis ab hac juriſdictione jam ſubſtractis, & Eccleſiæ Mechlinienſi ſubjectis.

Sed in magna illa omnium Eccleſiarum Belgicarum mutatione ſatis, exulceratis plerumque Prælatorum & aliorum Eccleſiaſticorum, ac nominatim Canonicorum Cameracenſium & Tornacenſium animis, ſic in tanto rerum motu judicatum fuit plures Prælatos & in primis potentia iſta duo Capitula tunc ulterius non debuiſſe irritari per tam inſignem propriorum ſuorum corporum diſmembrationem. Ideoque verſimile eſt, tunc fuiſſe dilatam in aliud tempus multiplicationem neceſſariam Canonicorum Mechlinienſium.

At verò nunc ſtabilito Reipublicæ ac novarum Cathedralium Statu rebuſque pacatioribus, ſperari poteſt, quod tandem & in hac parte Eccleſiæ Mechlinienſi opportune conſuletur, quod huc uſque ſæpe fruſtra tentatum fuit, ſed nunc abſque ullius læſione, ſatis commodè fieri poteſt, ſi in Eccleſiam antedictam Præpoſitus cum Collegio duodecim Canonicorum nec non duodecim Capellanis ex loco rurali de Harlebeca transferretur. Cum namque quaſi neceſſe ſit dictum Capitulum ex præfato loco transferri in aliquam civitatem nunquam melius transferri poterit quam in Eccleſiam Mechlinienſem quæ tantopere eget majore Canonicorum numero.

Etenim à primordiis dicti Collegii vix umquam potuerunt Canonici Harlebecæ pacifice reſidere & Domino ſecundum vocationem ſuam quietè famulari, ob continuorum fere bellorum injurias; ita ut præfatum Collegium coactum fuerit transfugere nunc Cortracum, nunc Brugas, nunc Gandavum, nunc aliò, & crebrius adhuc diſperſis Canonicis hic illic incertis vagari ſedibus, atque exulare ex loco Fundationis ſuæ, manentibus ibi dumtaxat pauculis Capellanis.

Ex quibus malis & aliud ingens malum originem duxit: nam cùm diſperſo huc illuc Capitulo & ceſſantibus Officiis divinis diſciplinam Eccleſiaſticam quoque fuerit neceſſe ceſſare,

ceſſare, contingit ſæpius proh dolor! Canonicos aliosque hujus Eccleſiæ Beneficiatos per licentiam & corruptelam temporum deploratiſſimis inficit moribus; qoi poſtea temporibus pacatioribus ad reſidentiam hinc inde denuò confluentes graviſſima univerſo populo ſcandala aliquando præbuerunt. Quæ difficillimè potuerunt emendari, præſertim ob ruralis reſidentiæ nimiam libertatem & crebras vicinis in locis Oppidiſque vagandi ac foris pernoctandi occaſiones, atque in ſatis copioſa proventuum abundantia; cùm apud homines otioſos quales ſunt plerumque Canonici rurales, opulentia ſoleat eſſe proteriviæ mater.

Tamen per Dei gratiam aliquot abhinc annis cæpit dicta Harlebacenſis Eccleſia ſatis bene reformari: ſed ob converſationis honeſtæ defectum occopationumque bonarum ac piorum exercitiorum inopiam, quo malo ordinariè laboratur in pagis ſimilibuſque locis infrequentibus, vera & efficax reformatio numquam potuit in præfatam Eccleſiam introduci. Et recte frequentia nimis plurimis in locis exempla docent, Eccleſiaſticos ruri commorantes vix poſſe ſub diſciplinâ debite contineri, niſi ſeverioribus arctiſſimæ obedientiæ vinculis Religioſo voto Prælatis ſuis obſtringantur.

Quarè ſummopere dolendum eſt, quod tam inſignis Fundatio penè latitet inutilis in tali loco, ubi Officiis divinis nemo prorſùs laïcorum conſuevit intereſſe, niſi fortaſſis paoculi ruſtici, idque dumtaxat ad majores Miſſas Dominicarum & Feſtorum.

At verò ſi præfatum Capitulum transferretur Mecbliniam, multum id proficeret ad majorem Dei gloriam & totius populi utilitatem, quandoquidem ibi ex fructibus earumdem Præbendarum poſſent ſatis commode ſuſtentari inſignes valde Viri, qui & Eccleſiæ Dei & Patriæ magno futuri eſſent ſubſidio & ornamento.

Præſertim ſi hæ Præbendæ Harlebacenſes afficerentur pro Graduatis in ſacra Theologia vel in utroque jure, ut in ſingulis Cathedralibus novis factùm videmus, videlicet aliquot Præbendæ pro Nobilibus Flandris graduatis aliiſque quorum parentes in iſta Provincia Magiſtratus geſſiſſent ſeu à publicis Civitatum oppidorumque conſiliis fuiſſent: reliquæ autem præbendæ reſervarentur pro ſimiliter Graduatis cujuſque nationis. Et ſane juſtum videretur ut in aliquibus Præbendis Harlebacenſibus Flandri præferantur ceteris nationibus, cùm & hoc Collegium in Flandria primitus fuerit fundatum, & univerſa illius bona ibidem ſita ſint, atque tam Diœceſis quam Proviocia Mechlinienſis magna ex parte conſtet ex Ditione Flandriæ. Idemque hoc mirum in modum conciliaret Ordinum Flandiæ animos, ut inferius latius demonſtrabitur.

Porrò ex hac Tranſlatione nemo mortalium poſſet prætendere aliquod notabile præjudicium; ideoque non expectanda neque timenda erit alicujus contradictio.

In primis ſummus Pontifex non habebit intereſſe, cùm omnes Diœceſes Sanctitati ſuæ ſint indifferentes, utpote Paſtori univerſali omnium Eccleſiarum Catholicarum; ac proinde per harum ſuarum Eccleſiarum unionem nihil Sanctitati ſuæ deceſſurum ſit.

Sereniſſimus quoque Princeps noſter Comes Flandriæ Fundator & Patronus utriuſque Eccleſiæ retinebit in iiſdem unitis idem jus quod antea habuit in utraque ſeparata. Imo Majeſtatis ſuæ ſummè intereſt procurare, ut bona à Prædeceſſoribus ſuis conceſſa Eccleſiis impendantur ad majorem Dei gloriam & ſubditorum ædificationem, in uſus magis utiles atque in locis maximè opportunis. Temporumque vices poſtulant, ſubinde in conſequentiam trahi hujuſmodi mutationes, ſicut frequentiſſimis poteſt doceri exemplis, per hoc-ce Belgium, ut externa prætermittamus.

Tranſlationes Capitulorum Belgicorum.

Primitus Antverpiæ ex loco tunc ſuburbano fuit tranſlatum Capitulum in Oppidanam Eccleſiam Stæ. Virginis nunc Cathedralem, ſubſtitutis in locum Capituli Religioſis Præmonſtratenſibus.

In Oppido Bruxellenſi ex Templo S. Gaugerici tranſlatum Capitulum ad modernam Eccleſiam S Gudulæ.

Lovanium ſub religioſiſſimo Principe Philippo bono Burgundo in Eccleſiam Parochialem S. Jacobi tranſlatum Capitulum ex loco rurali ex Aincourt.

Aloſtum ſub Philippo primo Auſtriaco in Eccleſiam Parochialem S. Martini tranſlatum Capitulum ex pago ex Haltere.

Gandavi ſub Carolo quinto ex loco Areis tranſlatum Capitulum S. Bavonis in Eccleſiam Parochialem S. Joannis nunc Cathedralem.

Ibidem nuperrime tranſlatum Capitulom Stæ. Pharaildis in Parochialem S Nicolai.

Cameraci ſub eodem Carolo quinto pariter ex loco Arcis Capitulum tranſlatum S. Gaugerici in Parochialem S. Vedaſti.

In Oppidum Duacenſe ex loco rurali de Marville tranſlatum olim Monaſterium Sti. Amati.

Ipras ſub Philippo II. in Eccleſiam S. Martini nunc Cathedralem ex Oppido & Capitulo Furnenſi 30 Canonicorum tranſlata primaria Præpoſituræ dignitas cum 12 Præbendis, divulſis à reliquo ejuſdem Capituli corpore ut ſupra dictom eſt. Nimis longum eſſet recenſere ſeriem omnium Capitulorum ex primo Fundationis ſuæ loco tranſlatorum. Porrò Abbatiarum tam virorum quam feminarum alibi tranſpoſitarum infinitus pene eſt numerus.

At vero Epiſcopus Tornacenſis, è cujus Diœceſi hoc Collegium transferendum eſſet, ex nunc declaravit Scripto apud Conſilium Privatum edito, quod ipſe in banc Tranſlationem pafatus ſit conſentire, mediante certâ permutatione quadrangulari quarumdam Eccleſiarum, ineundâ inter ipſum ac ſupradictum Archiepiſcopum Mechlinienſem nec non

Archiepiſcopum Cameracenſem & Epiſcopum Attrebatenſem.

Videlicet ut loco dicti Capituli Harlebacenſis in Mechlinienſem Eccleſiam transferendi, ſubjiciantur Diœceſi Tornacenſi in primis Capitulum Anthonienſe & præterea Parochiæ S. Brixii, S. Joannis, & S. Nicolai conſtitutæ intra muros Civitatis Tornacenſis, nec non Parochia Montis SS. Trinitatis cum aliquibus aliis locis proximis & veluti ſuburbanis prædictæ Civitati Tornacenſi ac ſub ejuſdem Civitatis poteſtate ſeu juriſdictione temporali jacentibus, quæ omnia loca nunc ſunt Diœceſis Cameracenſis.

Item quod in compenſationem prædicti Capituli & Municipii Anthonienſis aliorumque locorum præmiſſorum, quæ Diœceſi Cameracenſi decerperentur, eidem rurſus aggregarentur Capitulum cùm Municipio Rothnacenſi & adjacentibus linguæ Gallicanæ pagis Amogies, & Ruſſigny, quæ nunc ſunt ſub Diœceſi Mechlinienſi, & ante præmentionatam Erectionem novarum Catbedralium Belgii fuerant dictæ Diœceſis Cameracenſis. Et præter hæc eidem Diœceſi Cameracenſi ſubjiceretur ea particula Oppidi Valencenenſis ultra Schaldim ſita cum parvulo pago ſeu ſuburbio Anzyn nuncupato proximè adſito, quæ in præſentiarum ſunt Diœceſis Atrebatenſis.

Ita tamen quod Epiſcopo Attrebatenſi in compenſationem prædictæ partis Oppidi Valenceneoſis à ſua Diœceſi detrahendæ, Epiſcopus Tornacenſis tranſcriberet integrum Oppidum Orchiacenſe conterminum Diœceſi Atrebatenſi.

In quam permutationem quadrangularem præfati Archiepiſcopus Cameracenſis & Epiſcopus Attrebatenſis putantur haud difficulter aſſenſuri, utpote in rem ipſiſmet perutilem & opportunam:

Quum hoc pacto præſcinderentur ſeu præcaverentur plurima ſcandala & mala, quæ ex iſtâ Diœceſium uno in loco diverſitate (quæ monſtri inſtar habenda eſt) originem ducunt.

Quam ob cauſam ſtatim poſt Erectionem dictarum novarum Catbedralium, Epiſcopo Tornacenſi per proviſionem donec Sedis Apoſtolicæ obtineretur aſſenſus, attributa fuerat omnis Ordinaria Auctoritas Archiepiſcopo Cameracenſi competens in præmentionatam partem Civitatis Tornacenſis; atque pariter Archiepiſcopo Cameracenſi fuerat commiſſa proviſionaliter ſimilis Authoritas & Juriſdictio Ordinaria pertinens ad Epiſcopum Attrebatenſem ſuper parte prædicti Oppidi Valencenenſis, ex aſſenſu Epiſcopi Attrebatenſis tunc exiſtentis, etiam nullâ compenſatione acceptâ.

Capitulum autem Harlebacenſe ſeu ſaltem multo major & ſanior ipſius pars in hanc Tranſlationem expreſſè conſentit, reliquique duo Canonici qui aliquando viſi ſunt reluctari, præſumuntur ceteris ſuis Collegis aſſenſuri, modò ipſi permittantur inter notos in antiquo ſuo loco vitam finire.

Incolæ vero Municipii ac Parochiæ Harlebecenſis nullam prorſus habituri ſunt juſtam quærimoniæ cauſam ratione hujus Tranſlationis. Etenim in locum decedentis Cleri ſæcularis, ſufficietur Conventus Religioſorum Dominicanorum, qui ibidem egregium ſunt conſtructuri Monaſterium & collocaturi Novitiatum ſui Ordinis pro Provinciis hiſce Belgicis, ac omnia ſolita devina Officia ibidem ſolemniter & devotiſſimè continuaturi, nec non Parochianos & omnes proximis in locis commoraotes refecturi ſacris Concionibus ac aſſiduis Catbechizationibus aliiſque pietatis exercitiis & functionibus paſtoralibus; atque ibidem pro inſtructione juventutis aperturi Scholas latinas & vulgares. Ad quos vero ſimiliter confluxura eſt plurima pubes ex vicinis locis, præſertim linguæ Gallicanæ; ut ſimul cùm doctrina & pietate Flandricum idioma valeant imbibere.

Quod Monaſterium nihilominus nequaquam futurum eſt oneri prædicto Municipio Harlebacenſi, quandoquidem ad Religioſorum prædictorum alimoniam atque templi ſarta tecta tenenda relinquantur perpetui proventus mille ducentorum florenorum annuatim ultrà locum & hortos valoris ac ſpatii non exigui. Qua de ſumma nunc cum ſuperioribus præfati Ordinis quaſi tranſactum eſt; quibus accedent emolumenta quæ ex termino ut vocant, Oppidi Cortracenſis præfati Religioſi jam ſolent percipere, quæque contributuri ſunt cæteri Conventus iſtius Ordinis per haſce Provincias Belgicas conſtituti pro ſuſtentatione ſuorum Novitiorum iſtic inſormandorum.

Quinimo per tranſmigrationem Canonicorum & Capellanorum vacuus erit locus recipiendo examini plurimarum familiarum certorum opificum, quæ ex aliis locis in præfatum Municipium facile traduci poſſent & nunc alias ſedes opificiis ſuis exercendis quærere noſcuntur. Ad qualia prædictum Municipium Harlebacenſe conſtat eſſe valde opportunum, quâ ex re eidem loco magna poſſent accedere incrementa.

Denique Ordines Flandriæ nullam omnino habituri ſunt cauſam quare huic Tranſlationi contradicerent, attento quod Eccleſia Mechlinienſis videtur ſuo quaſi jure poſſe & debere exigere à Provincia Flandriæ proventus alicujus Abbatiæ ſeu aliquod Collegium Canonicorum ſæcularium, in ſupplementum numeri Canonicorum præfatæ Eccleſiæ neceſſarii & condecentis. Quum Eccleſia Mechlinienſis ſit Metropolitana & quaſi Matrix Eccleſia, tam pro prædicta Provincia Flandriæ quam etiam pro Provincia Brabantiæ. Cujus intuitu etiam in gratiam Flandriæ Sedes Metropolitana ſit collocata Mechliniæ & non in aliqua civitate Brabantiæ.

Quodque iſta Tranſlatio ſit penè unicum medium ad prædictam Sedem Metropolitanam Mechliniæ perpetuò ſtabiliendam, qua

ex re quid alias timendum ſit, ſatis pluribus notum exiſtit.

Præſertim quia Brabantia pro ſua parte ad erectionem præfatæ Metropolitanæ Eccleſiæ, pro utraque dicta Provincia communis, jam ab initio permiſcrit applicari in dotem Archiepiſcopalem, Proventus Menſæ Abbatialis Affligemienſis Monaſterii, totius Brabantiæ præcipui, nihilque adhuc à Flandris in ſubſidium & ſupplementum neceſſarium antedictæ communis Metropolitanæ fuerit contributum.

Præterea ad perpetuam rei memoriam & in ſignum gratitudinis afficerentur perpetuo ſex Præbendæ Harlebacenſes pro Flandris, videlicet tres pro Nobilibus Flandris Graduatis in ſacra Theologia, vel in utroque Jure, & aliæ tres pro Flandris Conſularibus Patritiis ſeu Senatoriis aliiſque haud vulgaribus Viris in Flandria natis, pariter Graduatis vel in ſacra Theologia, vel in Jure; reliquæ autem Præbendæ Harlebacenſes afficerentur quoque pro Graduatis cujuſcumque nationis.

Loco autem Decanatûs Harlebecenſis erigeretur nova dignitas Archidiaconatûs Flandriæ in prædicta Eccleſia Metropolitanâ.

Quâ ex re quantum ornamenti quantumque commodi acceſſurum ſit Provinciæ Flandriæ nemo ſani judicii ignorare poteſt, præſertim quum per hoc Flandris ſternatur inſignis via & aperiatur egregia porta ad ſummas utriuſque fori dignitates, imo ad apices dignitatum.

CAPUT CCLIII.

Maximilianus Elector Bavariæ ejuſque Conjux Lotharingiæ Ducissa fundant ac dotant Collegium Anglicum PP. Societatis Jesu, Leodii anno 1626.

NOs Maximilianus Dei gratiâ Comes Palatinus Rheni, utriuſque Bavariæ Dux, Sacri Romani Imperii Archidapifer, Princeps Elector, cùm noſtro, tum Conjugis noſtræ Eliſabethæ Bavariæ & Lotharingiæ Duciſſæ nomine, publicum hoc Diploma quo utriuſque noſtrum mentem volontatemque omnino declaramus & conteſtamur, confici juſſimus, quod apud poſteros & Succeſſores noſtros, alioſque omnes quorum intererit, perpetuâ atque inviolabili auctoritate firmum & ratum eſſe volumus.

Maximis & continuis Majores noſtros patriamque noſtram cariſſimam beneficiis divina Majeſtas affecit. Nam pacem, concordiam, aliaque gubernationis commoda, & prolperos ſucceſſus rerum quæ ſunt in conſpectu ut taceamus: illud certè animo gratiſſimo agnoſcere & Patriæ gratolari debemus, quod veram & Orthodoxam Religionem, & quæ Fide Catholicâ nititur pietatem, devotionem & cultum ſuum ita ſtabilivit, auxitque, ut in hac parte nulli Provinciæ cedat Bavaria.

Sunt iſta Nobis & Majoribus noſtris Sereniſſimis Bavariæ Ducibus communia, & ampliora quam ut ulla gratiarum actio par eſſe poſſit. Verùm Nobis Patriæque Noſtræ, poſtquam ad ejus Gubernationem divino nutu vocati ſumus, ſingularia multa & magna benigniſſimè, miſericorditſimèque dona ſunt collata, quæ omnia in ſolidum divinæ bonitati & gratiæ non noſtris meritis accepta referimus.

Minores omnino ſumus omnibus miſerationibus Dei, & Nos ejus liberalitati obligatiſſimos eſſe confitemur. Ille Nos cum in adoleſcentia regendam Remp. ſuſcepiſſemus, maximis difficultatibus expedivit, augendæ etiam Patriæ & ornandæ, proferendique Principatûs idoneas facultates paterne ſuppeditavit. Orto deinde bello contra Eccleſiam Catholicam atque Imperium, in ſummis frequentiſſimiſque periculis toto jam ſeptennio benigniſſime nos manu ſua omnipotente protexit, Fidem ſanctam, & Orthodoxam Religionem multis victoriis defendit.

Præter iſta tam ingentia, etiam alia plura & majora in Nos beneficia contulit, ut adhuc in dies ſingulos certiſſima illius in nos favoris experimenta perſentiſcamus. Semper ea omnia animo grato agnoſcimus, & cum exultatione ac tremore illi ſervientes, quid vicißim illi præſtare, quod gratiſſimum ejus Numini Majeſtatique ſit, poſſimus, ſæpe nobiſcum diſquiſivimus. Tandemque ſtatuimus, deliberato & maturo conſilio, acceptiſſimum ei munus, oblationemque fore, ſi hoc exulceratiſſimo tempore ſincero, Orthodoxos, vitæ integritate, & in divinarum rerum ſcientia conſpicuos Sacerdotes, Theologos, & Concionatores, procoremus & alamus, qui populum inſtruant, fideles roborent in fide, errantes in viam ſalutis reducant. Cum enim ubique malorum morum licentia, ſcandala, hæreſeſque graſſentur; alii malis illis miſerrimè irretiantur, alii quid ſequantur neſcii in medio hæreant, ſeductorum plena ſint omnia, nulla re magis egere Eccleſiam quàm probis, doctis, zeloſis & laborioſis doctoribus Nobiſcum omnes ſentiunt.

Et quidem hæc ubique major ſeu minor eſt neceſſitas, ſed in Britannia longè maxima, imo

planè extrema. Triſtiſſima eſt iſtarum Eccleſiarum facies, perſecutione in Sacerdotes & ſæculares pariter ſæviente; ita ut niſi ſingulari Dei auxilio protegantur, ſumma Religionis in florentiſſimo Regno (unde Germania Catholicæ Fidei & Religionis olim ſumpſit principia & fundamenta) jactura ſit formidanda.

Quare loca illa majoribus munienda præſidiis exiſtimamus, ubi vis hoſtium aerior ingruit ſummoque conatu admitendum ut in tanto animarum diſcrimine ſint qui rudes inſtruant, labantes in fide confirment, ſtantes roborent, lapſos erigant, hæreticis vi & ferro armatis, ſe Dei verbo, opponant. Inter quos cùm nobis certo conſtet præcipuo ſtudio profectuque gnaviter laborare Patres Societatis Jeſu, illos, cum animarum periculo hanc Domini Vineam tot ſeris obnoxiam excolere, contumelias, famem, carcerem, verbera, cruciatus, mortem pro Chriſti nomine perferre, utiliſſimum Eccleſiæ judicavimus, ſi eorum pium hoc ſtudium fervoremque noſtris auxiliis opibuſque juvaremus ac promoveremus.

Quam ob cauſam hactenus Collegium Anglicanum quod eſt Leodii, ſive cùm ibi Tyrones Religionis rudimenta ponerent, & ad pietatem exercerentur, ſive eûm Societatis Scholaſtici Philoſophiæ & Theologiæ ſtudiis ad grande docendi munus, animamque pro Chriſto ponendam informarentur, annuâ eleëmoſyna proſecuti ſumus.

Cùm verò ante aliquot menſes, divinâ Nos movente gratiâ, Collegii illius ſtarum Nobis perſcribi juſſiſſemus, eâ mente, ut quoniam accuſa erat annona, & quod reditus quos ex Britannia ſolebant accipere, perſecutionis violentiâ accidi & interverti ſuſpicaremur, inopiâ laborantibus largiore penſione ſuccurreremus: non ſine dolore intel eximus Collegium illud non modo fundatum & dotatum non eſſe, verum etiam per iniquitatem temporum & hoſtium, ære adeò alieno preſſum, ut annuos reditus, expenſæ quæ creditoribus in annos ſingulos ſolvendæ ſunt, multum ſuperarent. Quare non in præſens modo, ſed in perpetuum, hoc Seminarium conſervare, dotare, fundare decrevimus.

Nos itaque Maximilianus, Comes Palatinus Rheni, utriuſque Bavariæ Dux, S R I. Archidapifer, Elector, ſimul eum Seren ſſima Conjuge noſtra Elizabetha Bavariæ & Lotharingiæ Ducſſa Collegium Anglicanum quod eſt Leodii fundamus & dotamus, & divinæ Majeſtati ad animarum noſtrarum ſalutem offerimus, & Societati Jeſu Anglicanæ Nationis de manu noſtra tradimus, illo propoſito ac intentione, ut in eo Religioſi Societatis Jeſu ſecundum eorum ſanctum Inſtitutum, Conſtitutiones ac Regulas in virtutibus, pietate, ſcientiaque inſtituantur & exerceantur; ut eum eorum Superioribus in Domino viſum fuerit, ad prædicandum Evangelium, adminiſtranda Sacramenta aliaque quæ Sacteras ſecundum ſuum Inſtitutum laudabiliter præſtare ſolet perficienda, conſervandamque Britanniam & propagandam Eccleſiam mittantur.

Aſſignamus vero & donamus eidem Collegio pro Fundatione integra ducenta millia florenorum Rhenenſium, probæ & Imperialis monetæ, computatis in ſingulos florenos quindecim Batziis, ſive ſexaginta Creuigeris. Atque ad hanc ſummam ex Camera noſtra Monacenſi, ſeu Ærario quod vocant *Rent undt Cameramht*, perſolvendam Nos, poſteros, ſucceſſoreſque ſummâ auctoritate & fide, coram Deo, omnium noſtrarum actionum arbitro, obligamus.

Nam quod ad totam hanc Fundationem attinet, id quod faſtidii vitandi gratiâ & prolixitatis repetere in ſingulis capitibus non licuit, hic univerſim etiam de ſingulis quæ in his Litteris comprehenduntur, Auctoritate noſtrâ & fide in conſpectu Dei proteſtamur, Nos omnia & ſingula hujus Fundationis capita, ad Dei gloriam, Eccleſiæ augmentum, noſtram conſolationem, & totius, non modò Eccleſiæ, ſed noſtræ etiam Provinciæ utilitatem ſic conſtituiſſe, & quidem maturo, non noſtro ſolum, ſed etiam aliorum prudentum, & Patriæ, & Catholicæ Religionis amantium conſilio, & certa & diuturna deliberatione Quâ conſcientiâ & mente freti liberius, fidentiuſque hanc omnem noſtram Fundationem, donationem, & quidquid demum his Litteris expreſſum eſt, feeimus & ſtabilivimus, non ſolum noſtro, ſed etiam Poſterorum ac Succeſſorum nomine.

Quos eoſdem poſteros & Succeſſores noſtros, atque etiam omnes eos cujuſcumque ſtatûs, ad quos hujus noſtræ Fundationis quocunque modo pertinebit executio, per amorem, exempla, & merita Majorum noſtrorum, per honorem & gloriam totius familiæ ac domus Bavariæ, per caritatem dulciſſimæ Patriæ & Provinciæ noſtræ, per quidquid denique poteſt eſſe cariſſimum, per miſericordiam omnipotentis Dei, per illud extremum & terribile judicium, aut ſi poteſt major eſſe & efficacior obteſtatio, hortamur, monemus, obſecramus, obteſtamur, adjuramus & ſtrictè obligamus, ut hanc noſtram Fundationem, Inſtitutionem, aſſignationem, applicationem, conceſſionem, quæque in his Litteris continentur univerſa & ſingula, minima atque maxima, inviolata manere, per ſe ſuoſque eâ fide & conſcientiâ curent, tanquam de qua coram æterni Judicis Tribunali, Nobis ſeverè poſcentibus rationem ſint reddituri.

Quia autem hoc tempore quo bello omnia flagrant, nulla Nobis occurrit opportunitas eam ſummam aliquo in locn Leodii, aut vicino, ad cenſus annuos tuto, & utiliter certn colloeandi; multo minus autem ratio apparet fundos, prædia, aliave bona ſtabilia coëmendi in illis Provineiis, unde annuus iſte cenſus conficiatur, idcirco ſtatuimus ex noſtra Camera Monacenſi, ſeu Ærario prædicto, certum cenſum in ſingulos annos pendere, nem-

nempe quinque florenos in centum, atque ita decem millia annua in ducenta millia ſummæ capitalis: dimidiam partem quidem, hoceſt, quina millia vernis Nundinis Francofurtenſibus, alteram dimidiam autumnalibus Nundinis, noſtro ſumptu, noſtroque periculo Francofurtum deferri curabimus, ut eam ibi Rector Collegii per ſe vel ſuos ſubſtitutos integrè & certò recipiat. Cenſum autem in proba & Imperiali moneta ſolvi volumus; ut de ſumma capitali diximus.

In ſacro Romano Imperio contingit quidem aliquando rei monetariæ conturbatio. Ne tamen inde detrimentum capiat noſtrum Collegium quod fundamus, quodque maximè florere peroptamus, paterno affectu proſpiciendum judicavimus. Proinde promittimus, & Nos, Succeſſoreſque noſtros, ut ad cætera omnia, ita ad hoc obligamus, ut Dalerum Imperialem pro viginti duobus Batziis & dimidio ſolvant, ſeu pro floreno & dimidio & eâdem proportione aliam monetam, ſive argenteam ſive auream, quæcunque illo tempore, vel ex Principum placitis, vel uſu populi, aliavè quacumque de cauſa, ſit monetæ æſtimatio. Ex ſingulari enim pacto, ſcientes volentes, hunc Contractum motu proprio conficere Nobis placuit.

Nihilominus tamen Nobis & Succeſſoribus noſtris Bavariæ Ducibus poteſtatem reluendi expreſſè & diſerte reſervamus; ut quandocunque ita viſum fuerit, poſſimus ſummam ducentorum millium florenorum vel præſenti pecunia data perſolvere & repreſentare, vel fundus, & prædia ex quibus tantundem capiet Collegium noſtrum coëmere, atque hoc pacto annuâ penſione Nos, & Cameram noſtram liberare. Tum autem eodem modo & æſtimatione ſolvemus, ut ante expreſſimus; nempe florenum pro quindecim Batziis, & Dalerum Imperialem pro floreno & medio, alioſque nummos eâ proportione quam habent ad Dalerum Imperialem.

Ne inopinata autem iſta ſolutio damno ſit Patribus, integro ante anno monebitur Collegii noſtri Rector, ut de pecunia utiliter expendenda proſpiceere poſſit. Collegium quidem commodam habitationem & hortum habet, ſed pretium adhuc magna ex parte debet. Quare ſummam ducentorum millium florenorum ita diviſimus, ut pro domo & horto quadraginta millia, pro cætera Fundatione ſeu alimentis centum ſexaginta millia ſolvere cenſeamur; atque eo modo Nos & Conjux noſtra, ex integro Collegii Fundatores & exſtructores ſumus & habeamur.

Hæc animo in Societatem plane paterno, & hæreditariâ benevolentiâ, memores eam Majoribus admirabiliter dilectam, defenſam, auctam, præſtabimus; & Nos & poſteros noſtros ad ea quoque præſtanda his Litteris obligamus.

Ab ipſa tamen Societate nihil ſingulare, nihil novi, niſi illud ad quod ex Inſtituto ſuo obligatur, repoſcimus. Nec lege ullâ, aut extraordinario eam onere gravare nobis in animo eſt, cùm nobis perſuaſum ſit omnes ſecundum Inſtituti ſui rationem, à tot Pontificibus & Concilio Tridentino probati, & toto Orbe Chriſtiano abunde ſpectati & laudati, ita in ſapientiæ ſtudiis, virtutibus, pietate, exemploque bono omnibus ſatisfacturos, ut ad Dei gloriam proximique ſalutem ſanctâ ſuâ libertate zeloque plura præſtituri ſint, quàm ſi Nos aliqua in re modum normamque, præſcribere velimus.

Hoc ſolum petimus, quod & Nos jure flagitare poſſumus, & ad quod Patres vi Conſtitutionum & legum obligantur, ut Nos & Conjugem noſtram pro Fundatoribus ſuis agnoſcant, piis ſuis precibus & ſanctis Sacrificiis divinæ gratiæ & protectioni impenſè commendent; deinde Domum noſtram Patriamque, quam ad hanc tam difficili tempore Fundationem obligamus, amore & orationibus ſuis perpetuò proſequantur.

Quin etiam omnes, præſertim poſteros, in nomine, & per Jeſu Chriſti Sanguinem rogamus, ut ſicut Nos, Proavi noſtri Wilhelmi, Avi Alberti, Patris Wilhelmi, Sereniſſimorum Bavariæ Ducum ſolicitudinem, affectum & liberalitatem in tuenda & propaganda Societate imitamur, & hanc benefaciendi hæreditatem cupidiſſimè amplectimur, ita illi quoque Majorum, Sancti Ignatii, ac aliorum ſanctorum & doctorum virorum veſtigiis graviter, & conſtanter inſiſtant, memores ideo nullas in hac Fundatione Nos conditiones ponere, quod experiamur Patres Collegiorum quæ in noſtris Provinciis ſunt, multo plura quam poſtulantur præſtare, nec operas ſuas legibus Fundatorum continere, ſed ultra pacta conventa zelum laboreſque extendere.

Requirit etiam perpetuæ Fundationis natura, ut firma ſit & ſtabilis; & Nos eam pro noſtra & Conjugis Noſtræ ſalute perpetuam eſſe volumus. Qua propter obligata eſt Societas, uti Nos etiam obligamus, ne ſummam ducentorum millium, vel totam, vel partem alienet, nec in alia ulla Collegia dividat, ſed potius, ſi opportunè fieri poteſt, prudenti œconomiâ, & religioſâ adminiſtratione augeat.

Quod ſi aliquando Deus, fidei dator & remunerator, propitio vultu Britanniæ Regnum aſpexerit, (quod de immenſa ejus miſericordia confidimus) Regeſque ac Magiſtratus Catholicos dederit, atque ad eum ſtatum reduxerit, ut libertas veræ Religionis concedatur, & Collegia Societatis tuto & ſecurè in illo Regno eſſe poſſint, ac tum Patres Anglicani, approbante R. P. Generali, judicarint ad majorem Dei gloriam fore & animarum ſalutem, ut Collegium noſtrum Leodienſe in Britanniam transferatur, id quoque concedimus, cùm puro affectu, coram Deo noſtro, ſine perſonarum aut locorum reſpectu hanc Fundationem pro ejus gloria, & Britan- Nota bene.

niæ ſalute fecerimus, & ibi eſſe cupiamus ubi major divini nominis gloria, & animarum fructus ſperatur.

Eâ tamen lege, ut Fundatoris jus, & nomen Nobis & Conjugi noſtræ perpetuum maneat, nec per occaſionem Tranſlationis de ſumma docentorum millium florenorum minuatur. Quin & illud monemus, Nos & Succeſſores noſtros, etiam tranſlato Collegio, non ahò tamen cenſum annuum, quam Francofurtum miſſuros.

Denique ad noſtros Poſteros & Succeſſores quod attinet, eos rogamus, hortamur & ſummâ fide, obteſtatione, auctoritate, coram Dei Tribunali obligamus, ut omnia & ſingula Fundationis noſtræ capita inviolata fuerunt: noſtram Donationem, Inſtitutionem, Aſſignationem, Fundationem, non modo in omnibus ejus partibus ratam habeant, ſed omni animi promptitudine adjumento ſint, ut ſuo tempore & loco pecuniæ aſſignatæ ac datæ per Miniſtros ſoos tranſmittantur.

Atque in hac re iterum eorum coram divino Tribunali conſcientiam appellamus, eoſque ſummâ & fide humanâ, & Religione divinâ obſtringimus atque obligamus, ut hujus noſtræ voluntatis Executores ſpontanei & conſtantes eſſe velint, ut etiam hoc officio divinam liberalitatem & gratiam in ſe Patriamque provocent. Quod certiſſimè ſore confidimus, ſi rem divino nomini conſecratam oblatamque à Nobis, ipſi eâdem animi ſinceritate ac devotione reddant; nec minus prompti ſint, quod in exteros & longè poſitos beneficium noſtrum ſit collatum.

Nos enim coram Deo æterno, in conſpectu Angelorum & Sanctorum ejus proteſtamur Nos hanc Fundationem ad ejus gloriam, & fidei conſervationem & propagationem feciſſe, ſummæque miſeriæ Eccleſiarum Britannicarum & inopiæ Patrum Societatis ſuccurriſſe, nec exiſtimaſſe ullum Chriſti Sanguine redemptum, & Chriſto inſitum velut membrum ejus, caritati noſtræ cenſeri debere externum. Tanto autem gratiorem hanc oblationem fore ſperamus, quo ab omni propriâ commodi ſpecie purior eſt.

Nec exiguum Bavariæ emolumentum aut Familiæ decus exiſtimare oportet, Collegium quod Seminarium eſt Confeſſorum & Martyrum, noſtro ſumptu ſuſtentari, atque hac communione de eorum Nos meritis orationibuſque participare, & velut conteſſerari. Si enim qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti accipiet, & ſi veritas ipſa dicit, quiſquis enim potum vobis dederit calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis, amen dico vobis non perdet mercedem ſuam; quomodo non magna merces, magna benedictio de cœlo in nos redundabit, ſi tot Chriſti Diſcipulos, imo Confeſſores & Martyres, de noſtro reficiamus.

Non minus utilitatis ex hac Fundatione noſtris Provinciis acceſſurum, Deo, qui beneficio vinci non poteſt, compenſante, quam ex aliis Majorum noſtrorum Collegiis ſperamus.

Atque ea fuit etiam Majorum noſtrorum Sereniſſimorum Ducum Bavariæ ſententia; qui in longinquas regiones, diſſitoſque populos largas eleëmoſynas ſæpe-numero miſerunt.

Quæ nos ideo inferimus, non quod ullum ex noſtris Poſteris & Succeſſoribus fore ſuſpicari poſſimus qui hanc noſtram aſſignationem, donationem, fundationem ſit improbaturus, ſed ut omnibus conſilii noſtri ratio conſtet.

Deus Nos, cum Conjuge noſtra, Poſteris & Succeſſoribus, totaque familia & Patria cariſſima tueatur & proſperet, & in vera Orthodoxa Fide, pietate, civilique gubernatione felices efficiat, ac tandem æternâ Beatitudine remoneretur. Amen.

In horum omnium & ſingulorum fidem certam & indubitatam, Litteris hiſce manu propriâ ſubſcripſimus, & noſtro Sigillo eaſdem communivimus. Terna etiam exemplaria eiſdem verbis deſcribi curavimus; quorum unum in Noſtro Archivio Monacenſi, alterum Romæ in Archivio Societatis, tertium in noſtro Collegio Leodienſi cuſtodiatur.

Anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, die octavâ menſis Septembris.

CAPUT CCLIV.

Concordatum inter Capitulum S. Gudilæ Bruxellis & Eccleſias S. Jacobi de Frigido-monte, & S. Nicolai ibidem, ſuper adminiſtratione Sacramentorum & Erectione earumdem in Parochias, initum anno 1622, & confirmatum ab Archiepiſcopo Mechlinienſi anno 1643.

Ex Archivis Capituli S. Gudilæ.

UM annis præteritis diu varièque litigatum & diſceptatum fuiſſet per & inter Communitatem Capellarum ſanctorum Nicolai & Jacobi in Frigido-monte, contendentem ad Erectionem dictarum Capellarum in plenas Parochiales Eccleſias, cum Jure adminiſtrandi omnia Sacramenta Parochialia Chriſti Fidelibus intra antiquos conſtitutos limites dictarum Capellarum degentibus; quarum Capellarum Rectoribus duorum tantum Sacramentorum ſcilicet Pœnitentiæ & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ miniſterium ab antiquo gracioſè fuerat conceſſum, ex una; & Venerabiles DD. Decanum & Capitulum & Plebanum inſignis Eccleſiæ Collegiatæ & Parochialis D. Gudulæ Oppidi Bruxellenſis, pro ſuo ejuſdemque Eccleſiæ præjudicio dictæ pretentioni ſeſe opponentes, ex alterâ partibus;

Viſum fuit Reverendiſſimo Domino Mathiæ Archiepiſcopo Mechlinienſi præter prætacta duo Sacramenta, Rectoribus prædictarum Capellarum ſanctorum Nicolai & Jacobi in Frigido-monte, etiam permittere Adminiſtrationem infrà prædictos limites reliquorum Sacramentorum Parochialium, ſcilicet Baptiſmi, Extremæ Unctionis & Matrimonii.

Cùm autem propter grave damnum & diſpendium per ejuſmodi permiſſionem prædictæ Eccleſiæ D. Gudulæ, Plebano aliiſque Miniſtris cauſatum, præfati DD. Decanus & Capitulum ac Plebanus viâ juris impugnare decreviſſent, tandem pro bono pacis & intuitu pii deſiderii Sereniſſimi Principis Alberti Brabantiæ Ducis & prædictæ Communitatis, deventum eſt ad Concordiam infrà ſcriptam, ſcilicet.

In primis quod remanebit Rectoribus dictarum Capellarum facultas adminiſtrandi Chriſti fidelibus infrà antiquos terminos dictarum Capellarum reſpectivè degentibus præter dicta duo Sacramenta, ſcilicet Pœnitentiæ & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, olim ipſis à Capitulo conceſſa, etiam reliqua Sacramenta, videlicet Baptiſmi, Extremæ Unctionis & Matrimonii, & etiam mulieres poſt partum purificandi habebunt poteſtatem, quam illis Capitulum ac Plebanus hujus Concordiæ vigore adjiciunt.

Sic tamen, ut Baptiſmum, Matrimonium & purificationem tantum eis licebit in ſuis reſpectivè Capellis adminiſtrare, non autem extra eas in Capellis aliis intra limites illorum conſtitutis; cum per hanc novam facultatem prædictæ Capellæ non cenſeantur erectæ in Parochiales, ſed maneant ſubjectæ prædictæ Eccleſiæ D. Gudulæ, & Plebano.

Cui proindè licebit quotieſcumque ad id requiſitus fuerit, Chriſti fidelibus ſub limitibus dictarum Capellarum degentibus Sacramenta Parochialia omnia adminiſtrare, mulieresque poſt partum purificare in dictis duabus Capellis SS. Nicolai & Jacobi, prout etiam eiſdem fidelibus liberum erit pro ſuſcipiendis hujuſmodi Sacramentis prædictam matricem Eccleſiam D. Gudulæ ejuſque Plebanum vel ſuos Vicarios adire.

Nec poterunt Rectores dictarum Capellarum hanc illorum libertatem eis auferre, vel aliquâ ratione impedire, neque etiam illis licebit ullis Juribus funeralibus ſe ingerere, quæ ut hactenus, manebunt penes dictam Eccleſiam D. Gudulæ.

Tenebuntur Rectores prædictarum Capellarum quotannis alterâ Paſchæ proceſſionaliter unâ cum honorabilioribus illorum Communitatis accedere dictam Matricem Eccleſiam D. Gudulæ, & ab ejus Plebano petere Chriſma & reliqua ſacra Olea, ſicut ſingulis annis fit ab illis de Sancto Gaugerico.

Continuabitque dictus Rector Capellæ Sti. Nicolai quotannis in vigiliâ feſti Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ ſuam comparitionem in Capitulo unà cum Clero ſuo, uti hactenus fieri ſolet. Sicut etiam in acceptione ſui Officii tenebitur commiſſionam ſuam accipere à Plebano, atque juramentum præſtare, quod hanc facultatem fideliter exercebit & ipſum ſervabit indemnem, neque excedet facultatem ſibi jam conceſſam.

Prout etiam ſervabit conſuetum Juramentum Dominus Præpoſitus in Frigido-monte & conſtituti ab eo tam Regulares quam ſæculares Presbyteri. Præſtabuntque Plebano in ſuo acceſſu Juramentum, quod hanc Concordiam fideliter ſervabuot indemnem, prout hactenus fecerunt, & olim ordinatum fuit in Inſtrumento antiquo gratioſæ conceſſionis reſpectu duorum Sacramentorum ipſis tunc conceſſorum. Nunc Abbas.

Denique attento quod per ſubſtractionem

miniſterii dictorum Sacramentorum præfatis Rectoribus conceſſorum haud parum juribus & proventibus Plebani dictæ Eccleſiæ decedat, conventum & concordatum eſt, quod in compenſationem hujuſmodi detrimenti ac damni Plebano pro tempore exiſtenti, & ejuſdem ſucceſſoribus, per Ædituos dictarum Capellarum conſtituetur cenſus, ſeu redditus perpetuus ducentorum florenorum communium, quolibet exinde floreno ad viginti ſtuferos monetæ Brabantiæ computato ſolvendorum, a qualibet videlicet Capellâ centum, annis ſingulis duobus in terminis, mediatim in feſtivitate Domini noſtri Jeſu Chriſti & mediatim in feſto Sti. Joannis Baptiſtæ, primo termino ceſſuro in eadem feſtivitate Domini proximè ventura, & ſic deinceps, prout proximis præteritis annis factum eſt.

Salvo, quod dictus redditus ducentorum florenorum ceſſabit & extinguetur, quandocumque ab Ædituis dictarum duarum Capellarum; & etiam, ſi neceſſe fuerit, cum uſurpatione nominis Decani & Capituli præfati quam ipſi liberè & gratioſè addixerunt, impetrabitur à Rege incorporatio æquivalentis Beneficii in uſum dictæ Plebaniæ.

Quæ capita tam dicti Domini Decanus, Capitulum & Plebanus, quam Ædituі & Rectores dictarum Capellarum pro ſe & Succeſſoribus ſuis promiſerunt & quolibet eorum promiſu ſemper rata & grata habere, illaque inviolabiliter perpetuò intertinere, obſervare & adimplere, quatenus quemlibet eorum concernunt, illiſque nullâ ratione contradicere vel contravenire, quovis quæſito colore vel ingenio. Conſentientes, ut pro majori ſubſiſtentiâ præmiſſorum, ad intertentionem & obſervationem præcedentium Concordiæ Capitum tam Authoritate Ordinariâ quam Cancellariæ Brabantiæ voluntariè eondemnentur. Conſtituentes hinc inde Procuratores, Auguſtinum de Preter &..... pro parte Capituli, & pro parte Rectorum & Communitatis dictarum Capellarum, Nicolaum van Zuene &..... ad eomparendum faciendum & conſentiendum ut ſuprà.

Actum in Capitulo die decimâ quartâ menſis Octobris anno milleſimo ſexenteſimo vigeſimo ſecundo, præſentibus Dominis Antonio Meerbecke Presbytero minoris Præbendæ hujus Eccleſiæ D. Gudulæ, & Joanne van Ophem itidem Presbytero & Vice-Plebano, teſtibus ad præſcripta requiſitis & ſpecialiter rogatis.

Signatum erat C. Clemens, nomine Capituli, de conſenſu Dominorum,

Henricus Smeyers, Rector S. Jacobi,
Ægidius Eſtrix, Rector S. Nicolai,
J. Brooman,
.... Vander Veſt,
P. Haghen,

Antonius van Meerbeke. Et inferius habebatur; & me præſente Joanne vande Sande Presbytero, Notario publico per Conſilium Brabantiæ admiſſo, præfatam Concordiam ſtipulante & confirmante, &c. in loco Capitulari Eccleſiæ Collegiatæ D. Gudulæ antedictæ, præſentibus ibidem Dominis Canonicis Capitulariter congregatis, &c.

JAcobus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopus Mechlinienſis, omnibus has viſuris ſalutem in Domino. Notum facimus quod maturè per nos examinato Concordato die decimâ quartâ menſis Octobris anni milleſimi ſexenteſimi vigeſimi ſecundi inito inter Venerabiles Dominos Decanum, Capitulum & Plebanum inſignia Eccleſiæ Collegiatæ & Parochialis S. Gudilæ hujus urbis ex unâ, & Rectores atque Ædituos Eccleſiarum ſeu Capellarum SS. Jacobi & Nicolai ex alterâ partibus: Nos idem Concordatum ad bonum pacis auctoritate noſtrâ Ordinariâ quantum ad nos pertinet approbavimus & confirmavimus.

In quorum fidem haſce muniri Sigilloque noſtro munitas & à Secretario noſtro ſubſcriptas dedimus Bruxellæ die undecimâ Februarii anni milleſimi ſexeenteſimi quadrageſimi tertii.

Signatum: Jacobus Archiepiſcopus Mechlinienſis.

CAPUT CCLV.

Reſcriptum Capituli Harlebacenſis circa annum 1623 in favorem Tranſlationis & Unionis illius cum Capitulo Mechlinienſi: exhibens ſimul Solutionem Rationum in contrarium allegatarum à Statibus Flandriæ & à Deputatis Caſtellaniæ Cortracenſis.

LEs Prevoſt, Doyen, & Chapitre de l'Egliſe Collegiale de St. Sauveur à Harlebeke ayant eu communication de deux Eſcrips exhibez, l'un ſur le nom des Eccleſiaſtiques & quatre Membres de Flandre, l'autre ſur le nom de la Chaſtelanie de Courtray, avec une miſſive du peuple & Eveſque de Tournay, es mains de Meſſieurs les Commiſſaires Deputez par la Sereniſſime Infante pour moyenner & mener à bonne fin certaine permutation quadrangulaire, & parmy icelle, la Tranſlation dudit Chapitre en l'Egliſe Metropolitaine de Ma-

Digitized by Google

lines, ſatisfaiſant à l'Ordonance deſdits Commiſſaires, de mettre par eſcript ce que à la Conference de leur part as eſté en partie propoſé de bouche.

Declairent premierement, qu'ils n'entendent entrer en debat & conteſtation ſur ladicte Tranſlation avec leſdicts Eccleſiaſtiques & quatre Membres, ny avec ceux de la Chaſtelanie; reſtant ceux dudit Chapitre reſolus unanimement ſans contradiction des perſonnes pour la plus grande gloire de Dieu, & utilité de ſon Egliſe de condeſcendre à la ſaincte & pieuſe intention de S. A. ſelon leur Acte Capitulaire exhibé le 8 de ce moys d'Aouſt, auquel ilz perſiſtent.

En quoy ilz ne penſent rien faire contre la conſcience, puis que tous ceux qui ſont intervenus à la Fundation entreviendroynt auſſy à cette Tranſlation, ſçavoir Sa Majeſté Catholique Succeſſeur des Fundateurs, l'Eveque, & le Pape meſme, ce que le Clergie de Flandres (qui conduit les conſciences des aultres & à qui ces affaires touche de plus pres) at auſſi advoué, ayant expreſſement conſenty en cette Tranſlation, comme l'on ſçait, par le raport du Deputé particulier de ladite Egliſe aux Aſſemblées dudit Clergie, ce qu'auſſy les Deputez des quatre Membres ne peuvent ignorer.

Eſtant en outre veritable que l'un deſdits quatre Membres, ſavoir ceux d'Ypre paſſé ſix ans, après meure deliberation, ſur ce tenus avec leur grande Commune, ont eu cette Tranſlation pour agreable, meſmement comme utile & honorable à la Province, moyenant l'effect des conditions propoſtes.

Ne pouvant ladite Egliſe de Harlebeke advouer pour Fundateur ce bienfaicteur Lydericque le Foreſtier: car encore que ce Lydericque eut baſti cydevant quelque Egliſe audit lieu de Harlebeke, & qu'il euſt eſté enterré (ce que l'on ignore) ſy ſeroyt icelle vielle Egliſe brulée & ruinée totalement plus que deux cent ans devant l'edification de la moderne Egliſe de Harlebeke, qui eſt baſtie ſur un autre fond; comme conſte par certaine Hiſtoire de Reliques de St. Berthulphe.

Voire les Autheurs mieux verſez aux Antiquitez de Flandres doubtent, ſi ce Lydericque à jamais eſté in rerum natura, *d'autant que és veritables Hiſtoires des Roys de France, depuis & après Charlemagne, ny meſme ès Memoires & Chartes des plus anciennes Egliſes de Flandres, ſi comme de Tournay, St. Pierre & St. Bavon à Gand, St. Vaaſt, & St. Bertin en Arthoys, alors Flandres, ny ès Legendes des Saincts ne ſe trouve aucune memoire au vray dudict Lydericque, non plus que du fier Geant Finart, ou d'aucun autre Foreſtier. Joinct que les mariages & enfans que l'on leur attribue ne s'accordent avec les Hiſtoires veritables des Provinces voiſines.*

Appert auſſi par ladicte Hiſtoire des Reliques de St. Berthulphe, que au temps que l'on dict leſdicts Foreſtiers avoir eſté en vie & en vogue, comme Comtes de Harlebeke & Foreſtiers de Flandres, la ville de Courtray eſtoit une bonne ville, ayant Seigneur particulier, ſi puiſſant, qu'il at eſté faire teſte au premier Comte de Flandres.

Eſtant choſe indigne que quelques Croniques forgés depuis 300 ou 350 ans encbà, ont voulu rapporter l'origine des nos Princes à choſe ſi peu relevée, ſçavoir à un petit Comte imaginaire de Harlebeke, ſubalterne d'un Sr. de Courtray.

Et partant il ne ſe faut arreſter, à ce que quelque Chanoine de Harlebeke, ſuivans l'erreur vulgaire, auroit nagueres faict peindre leſdicts Foreſtiers pretendus, ſur le doxal de ladite Egliſe, comme s'ilz y euſſent eſté enterrez, ce que ne ce trouveras.

Car il eſt vray & tres aſſuré, que Baldewyn le pieux avec ſa femme Adele ont conſtruict de neuveau icelle Egliſe & fondé le Chapitre audits lieux d'Harlebeke environ l'an 1040, ſans avoir aucune conſideration à la memoire des pretendus Foreſtiers, deſquels ont eſté faict quelque mention honorable ès Lettres de la dicte Fundation, au cas que par les Fundateurs ils euſſent eſté recognus ou tenus pour leurs davangieres & progeniteurs.

Ce que ne ſe trouve avoir eſté fait: comme appert tant par Lettres de Philippe I. de ce nom Roy de France l'an 1063, (dont l'Originel eſt encore aux Archives de ladicte Egliſe) que par les Lettres de Balduinus & Radbodus ſucceſſivement Eveſques de Noyon. Vide Miræi Diplom. p. 59. & 61.

Faict auſſi à notre eſdictes Lettres du Roy Philippe, Harlebeke n'eſtre point appellé ville, ains ſeulement locus qui Harlebeka vocatur: *ce que ſerviroit pour abatre l'opinion de ceux qui, pour accompaguer l'Hiſtoire apocriphe deſdits Foreſtiers, d'une autre auſſi peu certaine, ont tenu Harlebeke pour la plus ancienne ville de Flandres: tant que ce lieu at obtenu les droits & Privileges de Ville non murée, finon environ 200 ans après la ſubdite Fundation dudit Chapitre, ſçavoir* ſub Balduino Comite Imperatore Conſtantinopolitano. *Auſſi n'at-on jamais deſcouvert en ces lieux aucune apparence d'antiquité des murailles portes ou autres marques d'aucune ville.* Miræus pag. 60.

Touts les biens que ladite Egliſe poſſede encore à preſent, ſont venus ou de la donation deſdits Fundateurs, ou des Eveſques de Noyon & Tournay, ou ce temps les Ordinaires du lieu, ou bien ſont acquis par achaps de l'epargne de ladite Egliſe, ou des benificiers particuliers d'icelle, comme l'on pourroit verifier par le menu, ſi beſoing eſtoit.

Toutes fois ny leſdits Fundateurs, ny aucun autre Comte de Flandres, n'ont eu ſepulture en ladite Egliſe. Ledit Comte Balduin eſtant enterré à Lille & ladite Damme à Meſſines.

Quand à la Nobleſſe de Flandres, il ny à perſonne qui ſe puiſſe vanter avec verité, qu'aucun de ſes Predeceſſeurs auroit donné quelque biens à ladite Egliſe, ſait quelque petite rente de 5 ou dix patars & au plus haut de 30 patars, à la charge d'un obit perpetuel, ou anniverſaire.

Au contraire la plaſpart des Fundateurs de ces meſmes menus Obits ont araché à ladite Egliſe des grands biens & notables en Diſmes & en terres & principalement en diſmes, leſquelles ont appartenus à la dite Egliſe par la liberalité dudit Comte Balduwyn & Seigneur du lieu, que pluſieurs de la Nobleſſe tienent encore, pour une grande partie en

fief de la dite Egliſe ; combien que icelle ayt revogna de ces diſmes & terres à titre onereux dechapt.

Pour tant leſdites Anniverſaires enſemble fundées par aucune de la Nobleſſe ne peuvent egaler à la centieſme partie de la valeur des diſmes & terres de ladite Egliſe qui ſont encore es mains de la dicte Nobleſſe à titre d'infeadation concedée par la meſme Egliſe.

Et neantmoins at on toaſiours continué, comme l'on continuerat encore de faire annuellement la Commemoration des Fundateurs deſdits Obits comme il appartient.

Conſequement vienent à ceſſer les lamentations pieuſes Cinerum maniumque.

Quand au particulier de la Ville & Verge de Harlebeke, la retraicte des Chanoines apporteroit peu d'incommodités aux manans : puiſque de tout temps, voire des le commencement de la Fandation ne ſont accoutumées d'y reſider, ſi non trois ou quatre Chanoines ; comme appert par les Bulles de Lucias tertias, aiant tenu le ſiege de Rome environ l'an 1183.

Meſmement tout le Chapitre at eſté ſouvent abſent dudit lieu, ſignament depuis l'an 1572 jaſques en l'an 1602.

Et aux 8 ou 9 maiſons que les Chanoines & leur Chapellains vendreroynt, apparement ſuccederent perſonnes ſubjectes à toutes tailles & charges, tant de la ville de Harlebeke que de la Chaſtelenie, deſquelles leſdits Chanoines & Suppoſts ſont totalement exempts.

Auſſy ny at il gens de metier dans Harlebeke, comme cordonniers ou ſemblables, qui ſe poudroynt plaindre de la dite retraicte. Tous y vyent du labour, ou du meſtier de tiſſeraas, ou des choſes y appertinantes, ſauf deux ou trois graſſiers ; de maniere que l'abſence des Chanoines n'aterreſſerat point ou peu la dite ville de Harlebeke.

Et quand à preſent, non obſtant la preſence des Chanoines audit lieu, il y a ſi peu de debit, que l'on ny tient point de marché hebdomadaire, ny meſme la Foire franche unxuellement, que de quelques petites mercerie ou jouets d'enfans, leſquelles enſemble vaillent à grand peine un eſcu d'or ou deux.

Joinct que touts les revenus de la dite Fundation ſemblerоint maintenant hors dudit lieu de Harlebeke, & une bonne partie auſſi hors de la Province de Flandres, par les Chanoines abſentes.

En outre les Dimeurs deſdits reveaus ne ceſſeroyns de frequenter le lieu de Harlebeke, quand les Chanoines après leur Tranſlation ſeroyat contraints d'y venir pour rendre leur bien de nouveau, ou recevoir leurs biens particuliers.

De maniere que cette Tranſlation ne peult cauſer dans Harlebeke aucune diminution des tailles ou cottiſations accouſtumées.

Quant au Dommicains ilz ne ſeroynt de charge nouvelle au peuple, attendu que leur intention eſt d'incorporer le Terme ancien du Couvent de Lille.

Et ſi ce non obſtant, ceux de Harlebeke ou de la dite Chaſtelanie perſiſtent à n'y vouloir des Dominicains, il y at moyen à la main pour pourvoir perpetuelement à la dite Egliſe d'un nombre de Religieux de l'Ordre de St. Benoiſt ſoubs ung Prieur ou Prevoſt, qui continueroyat l'Office divin & enſemble prendroyat la charge de catechiſer & inſtruire le peuple & la jeuneſſe du lieu.

Au defaut deſdits Religieux, il y à autre occaſion prompte de faire ſervir la dite Egliſe par nombre d'autres Preſtres, à la grandiſſime edification des manans & ſans leur charge. De quoy la Sereniſſime Infante, ledit Reverendiſſime de Tournay & tout le monde en auroit ſatisfaction tres-grande ; dont on at donné part audits Srs. Commiſſaires.

L'on y delaiſſeroyt auſſi les vieilles Reliques avec des meables à ſoufficance, ſervans à l'Office divin.

Et puis que l'on s'eſt emancipé d'exhiber publique la Miſſive privée du ſuſdit Reverendiſſime Eveſque de Tournay, addreſſée auſdits Etats de Flandres, ne ſerat hors de propoſt que l'on exhibe auſſi pour ſolution la minute originele de la reſponce du defunct Reverendiſſime Archeveque de Malines (Prelat de ſi grande prudence & integrité, que chacun ſçait) ſur la meſme Miſſive, laquelle reſponce ut eſmene ledit Reverendiſſime de Tournay à changer d'avis, eſtant mieux iaformé de touts les deſſeins.

Joinctement on exhibe la minute d'une autre Miſſive du meſme defunct Reverendiſſime Archeveſque de Malines du 12 d'Aouſt 1616, envoyée auxdicts Etats de Flandres ſur le ſubject de cette Tranſlation, laquelle il advoue comme ſen faict propre ; promettant de bonne foy faire effectuer l'affectation perpetuelle de ſix Prebendes de Harlebeke au profit de Flandrois natifs.

Leſquels ſemblent quaſi touſiours avoir être forclos deſdites Prebendes, ordinairement poſſedées par etrangiers : comme l'on pouroit verifier par la liſte des poſſeſſeurs, depuis deux ou trois cents uns en ça.

Auſſi eſt-on encore d'intention, de ne paſſer avant à la dicte Tranſlation, ſinon ſoubs conditions expreſſes de la ſuſdite affectation de ſix Prebendes au profit des Flamens Graduez. De la quelle condition ſerat donné ſi bon garand, que leſdicts Eſtats de Flandres n'aurons occaſion de craindre aucune contravention, ou faute d'icelle.

Quant à la Tranſlation dudit Chapitre à faire dans Courtray, Gand, ou Bruges (à quoy ledit Eſcript des quatre Membres de Flandres donne ouverture) ceux de Harlebeke & de la Chaſtelenie de Courtray auroyat le meſme pretexte de ne la trouver bonne, non plus que ladite Tranſlation vers Malines.

Encore il ne touche à eux d'approuver ou contradire la Tranſlation dudit Chapitre, en quel lieu que ce ſoit, n'ayant aucune part à la Fandation d'icelle. Ains cela touche ſeulemeat aux Fundateurs meſmes & leurs Succeſſeurs, qui peuvent diſpoſer de leurs Fundations, comme bon leur ſemble, par moyenant l'advou des Ordinaire, du

lieu, & l'Authorité du St. Siege : ſuivant la diſpoſition notoire du Droit.

Signement quant telles mutations ſe font pour plus grand bien & plus grand honneur de Dieu; comme au cas ſubject, ou il s'agit de la recreute neceſſaire de l'Egliſe Metropolitaine de Malines, comme Mere Egliſe des Cathedrales de Flandres & de Brabant, & qui eſt n'entrelle entre ces deux Provinces, ſi elle ne tient plus de Flandre, de laquelle Malines at eſté dernierement eclipſée, quant on l'a conſtitué une petite Province à part.

Eſt hors de propos de renvoyer l'Egliſe de Malines ſur quelques Egliſes Collegiales champeſtres de Brabant, pour y prendre le renforcement neceſſaire de Chanoines; d'autant que deſjà le Brabant à ſouffert que fut transferé hors de cette Province, & contribué pour ſa part à la dotation de ladite commune Mere Egliſe le plat Abbatial d'Affelghem : La Flandre n'y ayant encore rien contribué du ſien; à quoi toutes fois elle eſt bien obligée par raiſon.

Et puis toutes ces Collegiales ſont du Patronat de quelques Seigneurs Lays; y jointes quelques autres conſiderations, qui rendereyut leur Tranſlation moins utile à ladite Egliſe de Malines, & plus incommode au lieu de leur Fundation.

Leſquelles raiſons eſtant bien peſées par leſdits de Harlebeke & Chaſtelanie de Courtray, les doibvent faire departir d'une contradiction ſi animeuſe & mal fundée, contre la ſaincte & pieuſe intention de la Sereniſſime Infante & de Sa Majeſté Catholique Fundateur dudit Chapitre de Harlebeke.

CAPUT CCLVI.

Jacobus Boonen Archiepiſcopus Mechlinienſis, erigit in ſua Eccleſia Metropolitana novam Præpoſituram, Archipresbyteratum, & quaſdam novas Præbendas, anno 1643.

JAcobus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopus Mechlinienſis omnibus has viſuris ſalutem in Domino. Notum eſt, regimen animarum in Sancta Eccleſia Catholica eurari & adminiſtrari per Epiſcopos, ſub uno in terris Capite & Pontifice, ſummo Chriſti Vicario;

Epiſcopis autem, ad onus ſibi impoſitum gerendum, adjuncta eſſe Collegia ſacra Cleri, ſeu Capitula, in quibus inſtitutæ ſunt variæ Dignitates, ad conſervandam augendamque Eccleſiaſticam diſciplinam; ut qui eas obtinent, pietate præcellant, aliiſque exemplo ſint, atque Epiſcopos opere & officio præcipuè juvent.

Etſi autem hæc Sedes & Eccleſia Metropolitana Mechlinienſis in ipſa ſua Erectione, & Apoſtolicâ & Regiâ Authoritate conſtituta ſit inter Belgicas prima, & ampliſſimæ Diœceſi & Provinciæ præpoſita, hactenus tamen ob bella & alia graviſſima impedimenta, ab initiis ſuæ Erectionis huc uſque durantia, non contigit eidem provideri de competenti numero Canonicorum & Dignitatum.

Et quamvis iſtæ difficultates nondum ceſſent, nihilominus ſæpe & multum penſatâ neceſſitate ſemel tandem ſupplendi iſtum defectum, poſt longas & multiplices eâ de re, cum venerabili Capitulo noſtro, deliberationes & tractatus, de ejuſdem Capituli conſilio & aſſenſu, viſum eſt inſtitueodos & eligendos eſſe, prout hiſce inſtituimus & erigimus Canonicatus & Dignitates infra enumeratas.

Imprimis Beneficium Curatum, ſeu Paſtoratum Plebis ſubditæ huic Eccleſiæ Metropolitanæ, tamquam Parochiæ, cum Beneficio proventibus & juribus eidem annexis, inſtituimus & erigimus in Canonicatum hujus Eccleſiæ. Cujus collatio, ut hactenus, pertinebit ad dictum Capitulum; & eâ conditione, ut hoc Beneficium, non obſtante qualitate Canonicatûs ei de novo attributâ, ſemper cenſeatur pro vero Paſtoratu: quem, ſicuc & Paſtores aliarum Eccleſiarum Civitatis Mechlinienſis, vacatione contingente, Archiepiſcopi pro tempore exiſtentes poſſint, quando eis videbitur, exponere coneurſui, & alia facere præſcripta à Sacro Concilio Tridentino.

Secundò. Cum R. P. Joannes Hugo Quarré Præpoſitus Congregationis Oratorii fundaverit quoddam Beneficium ſeu Officium Eccleſiaſticum, redditûs .... quod etiam ipſe modo poſſidet, Nos de ipſius conſenſu hoc ipſum Officium unimus & incorporamus Domui Presbyterorum Oratorii in hac Civitate Mechlinienſi. Et ulterius de ipſius R. P. Joannis Hugonis conſenſu erigimus hoc ipſum Officium, in Canonicatum prædictæ Eccleſiæ Metropoliticæ; quod deinceps illo titulo & ut tale poſſidebit idem Pater Hugo Quarré, cum omni jure Canonicali.

Eâ conditione tamen, quod idem non te-

Nota, hoc Decretum Archiepiſcopale, quoad Erectionem ſecundi Archidiaconatûs, & quorumdam Beneficiorum Zellarienſium, item Capellaniæ de Seboone-Jans, nullum unquam habuiſſe effectum.

nebitur eo intuitu ad reſidentiam, neque ad ulla officia Canonicalia, niſi quatenus ipſe voluerit ea obire vel præſtare. Tenebitur nihilominus idem conſtituere & in Capitulo præſentare aliquem è dicta Congregatione Presbyterum tanquam Vicarium ſuum in dicto Canonicatu, qui habebit ſtallum inter Capellanos, & abſente eo, vel impedito dicto Patre Hugone, ejus vice faciet officia omnia Altaris & Chori Canonicis incumbentia, gaudens diſtributionibus Canonicalibus, non tamen habens locum in Capitulo.

Ipſo vero Patre Hugone cedente vel decedente, ſemper hunc Canonicatum poſſidebit aliquis Presbyter vel Clericus Congregationis Oratorii Domûs Mechlinienſis, natalibus legitimis ortus, & ætatis ot mious 21 annorum completorum, quem Archiepiſcopus pro tempore exiſtens, audito Præpoſito iſtius Congregationis Capitulo nominaverit; qui, prout & Succeſſores ejus tenebitur ad omnia officia Canonicalia, ſicut cæteri Canonici, contentus ſolis diſtributionibus & fructibus dicti officii incorporati, & quandocumque iſte Mechliniæ reſidere deſierit, aliî de eadem Congregatione providebitur, ut ſupra.

Tertio. Inſtituimus & erigimus in Canonicatum Beneficium fundationis quondam Domini Arnoldi de Zellaer, quod nunc poſſidet D. Petrus Mannaerts, cujus collatio pertinebit ad Archiepiſcopum pro rempore exiſtentem, de conſenſu & ad nominationem Capituli. Eâ conditione, quod poſſeſſori hujus Canonicatûs abſenti, ſubſtituetur Capitulo Vicarius, juxta leges Fundationis Beneficiorum de Zellaer.

Fit autem hæc Erectio ſine ullo præjudicio Beneficiatorum dictæ Fundationis de Zellaer, quoad communionem bonorum & onera, aliaque, quæ omnia remanebunt & obſervabuntur ut ante, ſicut conſuevit fieri, quoad Beneficium ſimilis Fundationis, quod obtinet Plebanus.

Quartò. Iotendimus, quando opportunum centebimus, aliud Beneficium ejuſdem Fundationis de Zellaer nobis & venerabili Capitulo ſeu Deputatis ejuſdem bene viſum, ſimili modo & ſub iiſdem conditionibus in Canonicatum erigere. Decernimus autem Capellaniam SS. Gummari & Gudulæ fundatam in dicta Eccleſia Metropolitana, eſſe dividendam in duas partes, quarum unam ex nunc de conſenſu dicti Capituli incorporamus & unimus dicto Canonicatui nouiter erecto pertinenti ad D. Petrum Mannaerts pro augmento dotis ſeu Prædendæ Canonicalis. Aliam vero medietatem ex nunc pro tunc ſimiliter applicamus pro ſimili augmento alterius novi Canonicatûs proximè memorati, ubi is erectus fuerit.

Quinto. Intendimus etiam tertium Beneficium dictæ Fundationis de Zellaer, quod & quando nobis & dicto Capitulo opportunum viſum fuerit, in ſimilem Canonicatum, modo, & ſub conditionibus ſupra expreſſis erigere, eidemque in augmentum dotis incorporare Capellaniam Sti. Jacobi minoris, fundatam in dicta Eccleſia; in quæ idem Capitulum ex nunc pro tunc conſenſit.

Sexto. Erigimus in Canonicatum Perſonatum Eccleſiæ Parochialis de Melle, Collationis Archiepiſcopi Mechlinienſis, pro tempore exiſtentis, idque de conſenſu R. D. Amati de Coriache Canonici Mechlinienſis, poſſeſſoris pacifici dicti Perſonatûs. Quæ tamen Erectio non ſortietur effectum, niſi poſt ceſſum vel deceſſum ejuſdem moderni poſſeſſoris, vel alterius jus habentis. Et tunc diſpicietur, quibus mediis ille novus Canonicatus poterit convenientiùs augeri.

Septimo & octavò. Etiam erigentur in Canonicatus Capellaniæ Stæ. *Amelbergæ* & *Schoone-Jans*, poſteaquam Patroni Laici earum acceptaverint conditiones convenientes, quæ ipſis ſuper eâ re ſunt propoſitæ, & adhuc proponentur.

Ad hos autem Canonicatus de novo erectos, vel erigendos, non pertinebunt illa .... quæ decreta ſunt de æquatione Præbendarum. Quamvis omnes & ſinguli tum antiqui quam de novo erecti, vel impoſterum erigendi uniformiter erunt obnoxii officiis ad Altare, vel in Choro ſuâ vice obeundis.

Et procedendo ulterius, tum ad Erectionem aliquot novarum Dignitatum, tum ad executionem ejus quæ in Litteris Erectionis hujus ſedis facta eſt, ſed nondum in actum & uſum deducta; imprimis inhærendo intentioni Prædeceſſoris noſtri Illuſtriſſimi D. Matthiæ Hovii, & dicti Capituli, expreſſæ in Statutis, erigimus in hac Eccleſia & Capitulo Præpoſituram, quæ ibidem ſit prima Dignitas. Præpoſituræ Erectio.

Hanc dignitatem Præpoſituræ, tanquam ex conditione huic primæ Erectioni inſertæ habebit nunc adm. Rev. Dominus Joannes Van Wachtendonck, hujus Eccleſiæ hactenus Decanus, idque cum retentione Juriſdictionis & Authoritatis, nec non adminiſtrationis & functionum, ſimulque fructuum & proventuum Decanalium: dummodo tamen ex nunc dimittat & abdicet titulum Decanalem. Eâ conditione, quod per ceſſum vel deceſſum ejuſdem Domini Joannes Van Wachtendonck, juriſdictio, authoritas, adminiſtratio, functio, fructus & proventus hujuſmodi reverſuri ſint eo ipſo ad dictum Decanatum.

Dignitas autem hæc Præpoſituræ non poterit unquam conferri neque obtineri, niſi per Capitularem ejuſdem Eccleſiæ, non habentem neque retinentem aliquam in ea Dignitatem.

Cui Præpoſituræ pro dote, de conſenſu Capituli, unimus & incorporamus Capellaniam S. Crucis in ambone in dicta Eccleſia, quam nunc poſſidet D. Joannes Wilham.

Decanatus autem quoad titulum, cum curâ animæ Præpoſiti, & dote ducentorum florenc-

ſenorum ſumenda ex Præbenda unita Menſæ Archiepiſcopali, conferetur ei, quem Capitulum elegerit. Quam dotem ex nunc diſmembramus & ſeparamus, de conſenſu ejuſdem Capituli, à dictâ Præbendâ, & applicatio ceſſabit, quando juriſdictio, authoritas, functio & proventus Decanatûs ad eundem reverſi fuerint: & tunc prædicta dos attribuetur dictæ Præpoſituræ, donec unio prædictæ Capellaniæ S. Crucis ſortita fuerit effectum; vel aliàs de dote 200 florenorum annuorum, vel æquivalente dictæ Capellaniæ proviſum fuerit.

Sed & qui primus Decanus electus fuerit, & non alius poſt ipſum, poterit poſt ceſſum vel deceſſum D. Johannis Van Wachtendonck optare, & ſic obtinere dictam Præpoſituram, dimiſſo Decanatu.

Proviſio autem Præpoſituræ deinceps pertinebit ad Archiepiſcopum, eo modo quo hactenus ad eum pertinuit Proviſio Canonicatuum non affectorum.

Præterea de novo erigimus ſecundum Archidiaconatum qui nuncupabitur Flandriæ, eâ conditione, quod de conſilio Capituli, ex proventibus Archidiaconatûs novi, dabitur Archidiacono primo, ſeu antiquo Mechlinienſi, ſub quo etiam remanebit Diſtrictus Brabantiæ, debita compenſatio ejus, quod ipſi per Erectionem iſtius novi Archidiaconatûs decederet. Cui ſecundo Archidiaconatui applicabimus ex proventibus dictæ Præbendæ Menſæ noſtræ incorporatæ, vel aliunde dotem 200 florenorum. Hæc autem Erectio fit ſub hac expreſſa conditione, quod quemadmodum Collatio antiqui Archidiaconatûs, facienda uni ex Canonicis Graduatis affectis, omni menſe pertinet ad Archiepiſcopum, excluſis omnibus Reſervationibus vel Nominationibus: ita etiam Collatio ſecundi Archidiaconatûs, non tantùm primâ vice, ſed etiam quotieſcumque vacaverit (excluſis ut ſupra Reſervationibus & Nominationibus) pertinebit ad Archiepiſcopum pro tempore exiſtentem: eò quod hic ſecundus Archidiaconatus ſit quodammodo portio alterius.

Poterit tamen Archiepiſcopus pro tempore exiſtens, hunc Archidiaconatum conferre Canonico prædictæ Eccleſiæ, Licentiato S. Theologiæ vel Juris utriuſque, etiam non exiſtenti de numero Affectorum. Manebitque Nobis vel Succeſſori noſtro integrum, primam ejuſdem Collationem facere, quando fuerit bene viſum, abſque ullo periculo devolutionis.

Præterea decernimus Dignitatem Archipresbyteratûs, juxta Bullam Erectionis hujus Sedis, eſſe in actum & functionem realem deducendam, & alicui Canonico Graduato à nobis conferendam: cui pro dote, quâ hactenus caruit, aſſignamus 150 flor. annuos ex proventibus Perſonatûs *de Boort-Meerbeke*, juxta tenorem unionis deſuper factæ anno.....

Penſio autem 50 florenorum annuorum ſuper Perſonatu de Humelghem remanebit fungenti Decanatu Rurali Mechlinienſi: ſed 50 floreni qui ex nunc recipiuntur ex proventibus dicti Perſonatûs *de Boort-Meerbeke*, applicabuntur dicto Archipresbyteratui. Cui etiam nos aſſignamus centum florenos annuos, quos diſmembramus ex fructibus dictæ Præbendæ Menſæ noſtræ unitæ. Quæ diſmembratio ceſſabit, ubi dicta Unio Perſonatûs *de Boort-Meerbeke*, quoad dictos 100 florenos annuos, ſortita fuerit effectum.

Ad munus autem dicti Archipresbyteri ſpectabit cura omnium Eccleſiaſticorum in dicta Civitate, qui non ſubſunt dicto Capitulo, nec non Diſtrictus quinque Pagorum dependentium ab Urbe Mechlinienſi. Qui autem obtinebit dictum Archipresbyteratum, non præcedet Pœnitentiarium, niſi poſt ceſſum vel deceſſum moderni.

In quorum omnium fidem haſce manu noſtrâ ſignatas & Sigilli appenſione munitas dedimus, Mechliniæ die 21 Julii anno milleſimo ſexenteſimo quadrageſimo tertio.

Signatum: Jacobus Archiepiſcopus Mechlinienſis.

CAPUT CCLVII.

Philippus IV. Hiſpaniarum Rex, confirmat Privilegia Eccleſiæ Collegiatæ Andanenſium Canonicarum Nobilium in Comitatu ac Diœceſi Namurcenſi anno 1661, ſignanter quod nullæ niſi primariæ Nobilitatis uſque ad quartum gradum linæ rectæ admitti poſſint, perinde ac in Capitulis Montenſi, Malbodienſi ac Nivellenſi.

Philippe par la grace de Dieu Roy de Caſtille &c à tous preſens & à venir qui ces preſentes verront ou lire oiront ſalut.

De la part des Dames Prevoſte, Doyenne & Damoiſelles Chanoineſſes de l'Egliſe & Noble College de Ste. Begghe à Andenne en noſtre Pays & Comté de Namur nous a eſté treshumblement repreſenté, que leſdits Egliſe & College auroient eſté paſſez environ mil ans noblement fondez par ladite Dame Ste. Begghe Ducheſſe Souveraine de Brabant & douez de tous les biens droits haul-

*teurs authoritez privileges & preeminences luy competans auſſi en Souveraineté en ladite terre d'Andenne & allentour. Deſquels neantmoins & de leurs titres & documens primitifs ayans eſté deſpouillées par la violence des guerres ancienne ſurvenues entre les Princes & Seigneurs des Pays-bas, elles auroient à la fin de l'authorité & entremiſe de l'Empereur Henry III. * eſté reſtituées par Albert Comte dudit Namur en tous leurſdits biens droits & preeminences, ſans autre reſerve, ſinon qu'à l'inſtance des Capitulaires lui & ſes Succeſſeurs Comtes dudit Namur en auroient eſté créez par ledit Empereur Advocats perpetuels. Ainſy qu'en feroient foy les Lettres ſolemnelles données à Liege l'an de grace mil cent & un.*

* Vide Diploma apud Miræum pag. 368.

Et comme entreaultres points principaulx de leurdite Fondation celuy-cy eſtoit eſſential, que nulle fille ne pourroit entrer ny eſtre reçue audit College, ſi elle n'eſtoit Noble iſſue de parens Nobles, il auroit plu à Philippe Marquis dudit Namur & Succeſſeur dudit Albert, d'ainſy le declarer par ſon Recés du mois d'Aouſt M. C C VII. Tous leſquels droits, & prerogatives auroient depuis eſté ſucceſſivement confirmez par les Empereurs Roys & Ducs de Brabant nos Predeceſſeurs, & nommement par Maximilien Roi des Romains & Duc dudit Brabant.

Vide Diploma apud Miræum pag. 196.

Qui par ſes Lettres patentes données en la ville dudit Namur le dixneuvieme de May mil quatre cens nonante cinq, auroient derechef & par eſpecial confirmé leurs uſances au fait de la reception des Damoiſelles pourveues de Prebendes en leurdite Egliſe, ſelon leſquelles uſances nulle ne pourroit eſtre receue ſi elle n'eſt tenu Noble femme de quatre Quartiers de Pere & autant de Mere procrée en leal mariage. Et qu'il conviendroit jurer & certifier par ſes parens & amis qui ſont Nobles avec pluſieurs aultres ſolemnitez y requiſes & accouſtumées, qui ſeroient entre autres, que leſdits Dames & Damoiſelles remontrantes auroient pour uſance droits & coutumes immemoriales de cognoiſtre & eaamuner Capitulairement les qualité Nobleſſe & deſcente deſdits Damoiſelles à recevoir en leurdit Egliſe & College & à la Prebende luy conferée par Nous, & ſy avant que par titres & Documens ſuffiſans il leur appert quelle eſt Gentil-femme procrée d'aacienne & vraye Nobleſſe militaire des quatre Quartiers paternels & d'autres quatre maternels de loyaula mariages,

Solemnitates particulares Poſſeſſionis.

Elles condairoient ladite Damoiſelle au Chœur de leurdit Egliſe, en ſept Gentilshommes par elles choiſis feroient ſerment ſolemnel ſur les Saints Evangiles expoſez ſur le grand Aatel au pied du tres Saint Sacrement & du Corps de ladite Dame Ste. Begghe, en en premier l'aa d'iceulx jureroit que leſdits Gentilshommes preſens pour jurer les Quartiers & Nobleſſe de ladite Damoiſelle apprehendée, ſont tous autant Gentilshommes qu'icelle Damoiſelle qui vient de jurer. Puis tous l'un après l'autre jureroient auſſi ſol macllement que ladite Damoiſelle eſt Gentil femme de Pere, Mere, d'Ave & tres-Ave & de tous loyaux mariages.

Dont la forme ſeroit expreſſément couchée en ces termes & en Caractere tres ancien dans un Miſſel expreſſement gardé es Archives de ladite Egliſe, ſelon laquelle & les aſances & Conſtumes avantdites, l'on ſe ſeroit toujours reglé juſques à preſent ſans aacune difference ny difformité: comme ſeroit à voir par l'enqueſte faite ſur ce point l'an M. D. XXIX. & par les atteſtations des Gentilshommes de noſtre dit Hays & Comté de Namur qui l'auroient ainſy pratiqué & vea toujours pratiquer.

Voires même leſdits Dames Prevoſte & Doyenne à leur promotion auxdits Dignitez ſeroient auſſy ſerment d'ainſy garder & maintenir tous leurſdits Droits, Statuts, Coutumes & uſances.

Que ce nonobſtant depuis quelque temps aucuns non ſuffiſament qualifiez cuidans d'introduire leurs filles dans ladite Egliſe & College pretendroient vouloir quereller leurſdits Titres, Droits, Prerogatives & uſances immemorialles, ea revocquer en doute leur teneur par des explications ſiniſtres & erroneuſes tendans à l'anneantiſſement ou du moins à l'amoindriſſement du luſtre ancien & ordinaire de leurdite Egliſe & College, qui juſques ores auroit eſté in vielablement conſervée, enſemble de l'intention & Fondation noble de ladite Dame Ste. Begghe leur Fondatrice, & la Noſtre comme Succeſſeur & Patron d'icelle Egliſe.

Au contraire leſdites Dames & Damoiſelles Remontrantes, deſirans la conſerver dans leur integrité & pour eſclairciſſement des preuves neceſſaires de huit Quartiers Nobles à faire en leur dit Chapitre, aen plus ny moins que ceulx de Mons, Maubeuge & Nivelle, conformement la Sentence rendue en notre Conſeil Privé le XIII. de Juil. M. D C. LVIII., enſemble pour s'acquitter de leurs debvoirs & ſerment en obviant tant prejudiciables aux prerogatives de l'ancienne Nobleſſe,

Elles Nous ont treshumblement ſuppiié, de leur accorder par Lettres Patentes en forme pertinente la Confirmation deſdits Droits Privileges Conſtumes & uſances de leurſdits Egliſe & College tant en general qu'en particulier celles cy-deſſus declarez, & ſpecialement au regard de quatre Quartiers Nobles du coté paternel & quatre du maternel à prouver par leſdits Damoiſelles à recevoir en leurdit Egliſe, faiſant enſemble huit Quartiers. ſans Batardiſe, Bourgeciſie, reture, ains de vraye ancienne Nobleſſe Militaire.

Sçavoir faiſons, que Nous ce que deſſus conſideré & ce que ſur ce Nous at eſcript noſtre tres cher & feal Conſin le Marquis Caracena de notre Conſeil d'Eſtat Lieutenant Gouverneur & Capitaine General de aes Pays-bas & de Bourgoigne, intercedant favorablement pour leſdites Supliantes, deſirans que ladite Egliſe Collegiale de Ste. Begghe à Andenne ſoit maintenue en ſon ancien luſtre, Nobleſſe, Dreits, Privileges, Conſtume & aſance, avons auſſy de l'advis de noſtre Conſeil d'Eſtat eſtably près noſtre Perſonne pour les affaires de Neſdits Pays-bas & de Bourgoigne de notre certaine ſcience, grace, pleine puiſſance & Authorité Souveraine confirmé & ratifié confirmons & ratifiens par ces preſentes tous & quelconques Droitts Privileges Conſtumes & obſervances de ladite

Egliſe & College de Ste. Begghe à Andenne tant en general qu'en particulier, celles-cy deſſus ſpecifiées & repreſentées par leſdites Dames, Prevoſte, Doyenne & Damoiſelles Chanoineſſes; voulans & entendans qu'elles en jouiſſent & uſent en la même forme qu'elles en ont uſé & jouy cy-devant.

Sy ordonnons à noſtre Lieutenant Gouverneur & Capitaine General de noſdits Pays-bas & de Bourgeigne, & donnons en mandement à Nos tres chers & Feaulx les Gens de noſtre Conſeil d'Eſtat Chef Preſident & Gens de nos Privé & grand Conſeils, Gouverneur Preſident & Gens de noſtre Conſeil à Namur & à tous autres Nos Juſticiers Officiers ſubjects & ſerviteurs preſens & à venir cui ce regardera, que de ceſte noſtre preſente Confirmation & Ratification & de tout le contenu en ces dites preſentes ils faſſent, ſouffrent & laiſſent leſdits Dames, Prevoſte, Doyenne & Damoiſelles Chanoineſſes de ladite Egliſe & College de Ste. Begghe à Andenne plainement & paiſiblement jouir & uſer, ſans leur faire mettre ou donner ny ſouffrir eſtre fait mis ou donné aucun trouble deſtourbier ou empeſchement au contraire. Car ainſy Nous plaiſt-il.

En teſmoing de ce Nous avons ſigné ces preſentes de noſtre main & à icelles fait mettre notre grand Seel.

Donné en noſtre ville de Madrid Royaume de Caſtille, le vingt deuxieme jour du mois de Janvier l'an de grace ſeize cens ſoixante & un, & de nes Regnes le quatrieme.

CAPUT CCLVIII.

Ortâ in Belgio controverſiâ inter R. P. Danielem Papebrochium, alioſque PP. Hagiographos Societatis Jeſu ex una parte, & PP. Carmelitas, ſuper Queſtione de primæva Inſtitutione ac Succeſſione Ordinis Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo à Prophetis Elia & Eliſæo; Innocentius XII. Pont. max. utrique parti ſilentium imponit per, Breve datum Romæ die 20 Novembris 1698.

Non extat hoc Breve in Bullario Magno Romano.

INocentius Papa XII. ad perpetuam rei memoriam.

Redemptoris, ac Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui charitas eſt, & Deus pacis, vices licet immeriti gerentes in terris, Chriſti fidelium quorumcumque, potiſſimùm verò divinis obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipatorum, uberesque bonorum operum fructus adſpirante ſuperni favoris aurâ proferre jugiter ſatageotium quieti, & religioſæ tranquillitati, ſublatis jurgiis, atque altercationibus, quæ fraternæ charitatis ſerenitatem obnubilare poſſent, quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere, commiſſæque Nobis à Domino poteſtatis partes deſuper interponere ſtudemus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutinâ perpenſis, ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

Cùm itaque, ſicut non ſine gravi animi noſtri moleſtia accepimus, ex acribus ſuper primæva Inſtitutione Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, illiuſque ſucceſſione à Sanctis Prophetis Elia, & Eliſæo, dudum enatis contentionibus, magnum Chriſti fidelium, ejuſmodi minùs neceſſarias quæſtiones, utpote de rebus ad Fidei veritatem, ſeu morum diſciplinam minimè pertinentibus, præſertim ioter Religioſos viros, quos vota ſua Altiſſimo in ſanctitate, & juſtitia, paceque fraterna reddere decet, ſummoperè improbantium, ſcandalum obvenerit, illudque, ob quamplures libros, ac libellos acerbiori ſtylo deſuper binc indè conſcriptos in-dies plurimùm augeatur.

Hioc eſt, quod Nos ex injuncto Nobis divinitùs paſtoralis ſolicitudinis munere ſeriò conſiderantes, in quantam malorum ſegetem ejuſmodi diſſidiorum zizania ſuccreſcere poſſiot, niſi providè ex agro Domini evellaotur, ac proindè gravioribus perturbationibus, quæ præmiſſorum occaſione in-dies oriri poſſent, omnem anſam præcidere, & opportunum jam exortis remedium adhibere cupientes,

Habitâ ſuper iſdem præmiſſis cum Venerabilibus Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus Concilii Tridentini Interpretibus, qui rem maturè diſcuſſerunt, diligenti deliberatio ne, de illorum conſilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatioue noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,

Super præfata Quæſtione, ac Succeſſione Ordinis ſupradicti à Propbetis Elia, & Eliſæo perpetuum ſilentium tenore preſentium imponimus, illudque à defenſoribus utriuſque ſententiæ, necnoo ab omnibus, & quibuſcumque aliis cujuſlibet gradûs, ſtatûs, conditionis, Ordinis, Congregationis, Societatis, & Ioſtituti, etiam ſpecificâ, & individuâ meotione, & expreſſioue digni tam in ſcriptis, diſſertationibus, & libris inpoſterum typis edendis, quam io publicis diſputationibus, ac tbeſibus, ſub excommunicatioois latæ ſententiæ pœna per contrafacientes ipſo facto incurrenda, perpetuò

ſervandum eſſe decernimus, & ordinamus.

Præterea libros, theſes, ſeu ſcripta quæcumque contra earumdem præſentium formam impoſterum edenda, Motu, ſcientiâ, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, harum ſerie probibemus ſub pœnis, & cenſuris, in Regulis Indicis librorum probibitorum contentis, aliqua eo ipſo abſque alia declaratione pro expreſſè prohibitis haberi volumus, & mandamus.

Non intendimus tamen per ſilentii hujuſmodi impoſitionem uni, ſeu alteri ex dictis ſibi adverſantibus ſententiis ullum majus pondus adjungere: ſed utramque manere volumus in ſtatu, & terminis, quibus de præſenti reperitur, donec aliter Nobis, & Sedi Apoſtolicæ viſum fuerit determinare.

Decernentes pariter, eaſdem præſentes Litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè, & inviolabiliter obſervari;

Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios & delegatos, etiam de Latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios, alioſve quoſlibet quâcumque præeminentiâ, & poteſtate fungentes, & functuros; ſublatâ eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate & authoritate, ubique judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum quorumcumque, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & perſonis quibuſvis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis, etiam motu, ſcientiâ, & poteſtatis plenitudine paribus, in genere, vel in ſpecie, ſeu aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, inſererentur, nihil penitùs omiſſo, & formâ in illis traditâ obſervatâ, eiſdem præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hâc vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Aut ſi præfatis, vel aliis quibuſlibet communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Volumus autem, ut præſentes Litteræ in valvis Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt publicentur, & affigantur, ſicque publicatæ, & affixæ, omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent;

Quodque earumdem præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ alicujus munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XX. Novembris M. D. C. XCVIII. Pontificatûs Noſtri anno octavo.

Subſcriptum: I. F. Cardinalis Albanus.

CAPUT CCLIX.

Deductam Religioſorum Ciſtercienſium ſtrictioris Obſervantiæ coloniam ex Abbatiâ Aureæ Vallis in Ducatu Luxemburgenſi, Joannes Wilhelmus Elector Palatinus conſtituit Duſſelthaliæ prope Duſſeldorpium anno 1707, eamque liberaliter dotat ac fundat; quæ exinde anno 1714 facta eſt Abbatia.

NOs Joannes Wilhelmus Dei gratiâ Comes Palatinus Rheni, Sacri Romani Imperii Archithefaurarius & Elector, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Dux, Princeps Moerſæ, Comes Veldentiæ, Sponheimii, Marchiæ & Ravenbergæ, Dominus in Ravenſtein &c.

Univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem & gratiam Electoralem. Cum inter ea, quæ ad fidelium nobis ſubditorum regimen pertinent, ad hoc præcipuè animum intendimus, ut ſacer Religioſorum cœtus in tranquilla ſecuritate Deo fidelius digniuſque famulari valeat, piè in Domino confidentes, quatenus, quia nos ipſi ſumus hujus mundi negotiis bellorumque tumultibus continuò implicati, ſpiritualibus pro voto vacare non poſſumus, iidem ſine impedimento Dominum obſecrantes, Divinam miſericordiam ſedulo ſervitio ſuo facilius nobis reddant propitiam.

Hinc perpenſis incommoditatibus, curis, ac moleſtiis, quibus Religioſi Patres Ordinis Ciſtercienſis (1) Strictæ Obſervantiæ ad (2) Inſulam Luricenſem, infra Reſidentiam noſtram Electoralem, nuper (3) per R. D. Daemen Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis Canonicum evocati, ob improviſam aquarum ibidem exundantiam interdum forſitan inquietari poſſent; Nos eorumdem Patrum tranquillitati, quantum cum Domino poſſumus, conſulere, omnemque timorem ac damnum quod evenire poſſet, maturo remedio prævenire volentes, iiſdem de alio commodiori loco, cum deſiderio & aſſenſu jam dicti Domini Daemen, cujus piæ intentioni per hanc Donationem non ſolum non derogare, verum eidem in bono propoſito ſuo ad ædificandum ibidem Monaſterium, contra quoſcumque potenti manu intendimus aſſiſtere, clementiſſimè providendum eſſe duximus, ſylvam vulgo *dem unter ſlinger Buch undt Broich*, infra Montem Comitum, vulgo *Grafenbergh* ſitam, ad hoc aptam judicantes.

Quam ſylvam igitur cum annexis pratis & paſcuis ſe extendentem à ponte *Zoppenbruch* trans viam communem uſque ad pedem dicti montis in longitudine, in latitudine vero à jam dicto ponte trans fluvium *Duſſel* uſque ad prata *Von Derendorff* & cis fluvium ante villas *Speck* nuncupatas, indeque rurſus uſque ad pedem prætacti montis, prout denotant protocollum deſuper factum & plantati lapides ſeu termini, quibus per Commiſſarios noſtros ea circumſcribi curavimus.

Item jam tactas binas villas illas *Speck Hoff* dictas ac terras earumdem condigno pretio cum ſupradicta ſylva prævie nobis comparatas, inſuper & alteram memorati fluvii ripam antehâc ad Pharmacopæum Lebalii alioſque reſpective ſpectantem, ſcilicet ex parte terrarum arabilium à ponte *Zoppenbruch* uſque ad eaſdem has villas unà cum via, per quam aliàs greges pecorum ex civitate noſtra Duſſellana in ſylvam prædictam ducti ſunt, incipiendo extra *Pempelforth* poſt virgam jaculatoriam vulgo *die Schieffrathe* dictam, ſupra-dictis Patribus æternæ retributionis intuitu præſentium tenore clementiſſimè libera conferimus ac donamus, cum omnibus eorum appertinentiis, juribus, privilegiis, reditibus, proventibus ac emolumentis, ad effectum ut ibidem Abbatiam juxta primævum Inſtitutum erigere, Monaſterium ſuum, Eccleſiam ac reliquas officinas per Statuta, vel Regulam præſcriptas, etiam molendinum, ad proprium tamen uſum tantum, exſtruere,

(1) Strictæ Observantiæ; nimirum ex Abbatia Aureæ Vallis quæ ſita eſt in Ducatu Luxemburgenſi; de cujus origine ac Reformatione vide Diploma & Notas apud Miræum pag. 1158.

(2) Luricensis Insula, vulgo *Lurich*, in medio Rheni prope Cæſariſwerdam, prima fuit horum Religioſorum Ciſtercienſium habitatio; ſed propter inſalubritatem derelicta. Primus ibidem Prior, ac dein Abbas, conſtitutus fuit P. Petrus Chryſoſtomus Mintart, Lovanienſis, ex eodem Aureæ-Vallis Monaſterio deſumptus.

(3) Daemen; Is fuit Illuſtriſſ. D. Adamus Daemen, Amſtelodamenſis, J. U. L. Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis Canonicus Presbyter ac Capitularis, Præpoſitus S. Andreæ Coloniæ & S. Martini Embricæ Decanus, nec non Archiepiſcopus Adrianopolitanus, & per Fœderatas Belgii Provincias conſtitutus à SS. Domino Clemente XI. Pont. Vicarius Apoſtolicus. Hoc officio dein ceſſit, & obiit Coloniæ die 30 Decembris 1717.

Ac Fratres inibi numero ac pietate erescentes, remotis omnibus turbationis obstaculis, soli Deo, cujus obsequio feliciter se devoverunt, in solitudine, silentio ac pœnitentiæ spiritu secundum professionem suam deservire, ac sacras hostias pro nostra & dilectissimæ nostræ Dominæ Consortis Annæ Mariæ Ludoviceæ Magnæ Ducissæ Etruriæ, ac totius Electoralis Domûs incolumitate, Prædecessorumque ac Successorum nostrorum salute jugiter immolare possint ac teneantur.

Declarantes & præsentium tenore indulgentes, quatenus illud novum Monasterium illiusque Superior ac familia liberè frui & gaudere possint ac debeant immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, juribus, privilegiis ac facultatibus quibuscumque, quibus alii ejusdem Ordinis & Instituti Superiores Religiosi & Monasteria gaudere dignoscuntur. Eximentes ideo & liberantes locum, personas, nec non animalia ad supra dictos Patres spectantia, hisce in perpetuum ab omni quorumcumque sæculari jurisdictione, servitio aut quocumque alio onere, gravamine vel taxa imposita aut imponendâ.

Insuper & bona eorum ad propriam consumptionem & materialia ad ædificationem Monasterii, Ecclesiæ, annexorumque pertinentia, per aquam & terram ducenda sub jurisdictione nostrâ ab omni telonii, pedagii aut cujuscumque alterius titulati oneris exactione; ita tamen, ut post viginti annos hanc exactionem immunitatem reproducere ac renovare teneantur.

Et quoniam eosdem Patres in specialem Serenitatis nostræ Electoralis protectionem sibhinc suscipere placuit, volumus quoque specialibus eos gratiis & favoribus clementissimè prosequi, concedentes ut quodcumque prædium, terræ, prata, sylvæ, vineæ, aut aliud quodcumque bonum illis fuerit in eleëmosynam datum, aut aliis justis modis comparatum, ab omni onere, cui antea forsitan subjectum fuit (exceptis Decimis) liberum sit & immune, eo ipso quo ipsorum esse cœperit, usque dum quinquaginta Religiosi ex reditibus eorum bonorum acquisitorum honestè sustentari valeant, personam per annum computando ad 5 Imperiales, quod ipsum sub pœna restitutionis Privilegii hujus percepti, Nobis & nostris Successoribus quam primum denuntiare tenebuntur.

Denique iis gratiosissimè concedentes, ut per supra donatum territorium, rivulo *Dussel* tam ad faciendum molendinum sicut prætactum est, quam ad pontem exstruendum, aliasque necessitates, uti possint, & gregem ovilem in prædia suburbana æquè ac in sylvam vulgo *Stap* dictam pascendum mittere ac tenere, juxta morem aliorum qui eodem jure vel privilegio gaudent, salvo nimirum cujuscumque præjudicio. Decernentes ut nulli omnino hominum fas sit supradictos Patres vel Successores eorum, super hac liberâ Donatione ac respectivè exemptione perturbare, bona & possessiones eorum quascumque onerare seu auferre vel ablata injustè detinere, aut quibuslibet temeratis vexationibus fatigare, sed omnia iisdem eorumque Successoribus integra & illibata conserventur, usibus eorum profutura.

Si quis autem huic nostræ Donationi aut Constitutioni temere contraire præsumpserit, indignationem nostram & Successorum nostrorum (quorum conscientiæ nos hæc executioni exactissimæ injungimus, & coram Judice supremo de iis respondere debeant) graviter se noverit incursurum, ac pro tantæ temeritatis excessu severissimam & irremissibilem pœnam arbitrariam subiturum.

Ut autem pro gloriâ Dei, Ecclesiæ ædificatione, & Fratrum salute, optime ibidem instituta disciplina perpetuis temporibus vigere possit ac valeat, volumus harum serie, & Nobis & Successoribus nostris expresse reservamus, ut in noviter erigendo Monasterio simplicitas & paupertas, ac Regula Sti. Benedicti inviolabiliter servetur, secundum illam Ordinis formam, quam primævi PP. Cistercienses primo Ordinis sæculo laudabiliter instituerunt & laudabilius practicaruut, & Fratres supradicti in illa Insula modo practicant. De qua dare tenebuntur Nobis & Regimini nostro, uti huic Dusseldorpiensi Xenodochio, uniquique scriptum exemplar ad asservandum in nostra privatâ tam Regiminis nostri Cancellaria, uti & in hoc Dusseldorpiensi Xenodochio.

Quod si hujusmodi Fratres per fragilitatem aut latanæ suggestionem (quod absit) litteralem Regulæ suæ seu strictam observantiam relaxare & professionem suam negligere contigerit, ac prævis monitionibus Canonicis, de jure & ab Ordine requisiti, non resipuerint, moresque suos non correxerint, & ad priorem usum ad Litteram nobis & regimini nostro, uti & huic Dusseldorpiensi nostro Xenodochio copialiter traditi Instituti non ipso facto reduxerint; tam Superior quam cæteri Monachi dicti Monasterii per diversa purioris seu supradictæ prioris Observantiæ Monasteria dispergantur, quæranturque & advocentur ad dictum Monasterium, si ullibi locorum reperiri possint Religiosi ejusdem Ordinis, qui primævam Observantiam seu primævum Institutum sine ulla contradictione profiteantur.

Quod si autem post factam diligentiam necessariam tales non amplius reperiantur, tunc bona quæcumque prædicti Monasterii tam mobilia quam immobilia Xenodochio huic Dusseldorpiensi sine contradictione applicentur, servatâ annuâ pensione pro dispersis illius Monasterii quamdiu vivunt.

Ne autem eorum Successores hujus nostræ dispositionis ignorantiam frivolè allegare possint, volumus quoque & hisce mandamus, ut hoc Decretum & ille vitæ modus, quem sæpe memorati Fratres, dum sunt numero duodecim (prout juxta Statuta esse debent)

ſervare tenentur, Regulæ in Capitulo legi ſolitæ annectatur, nobiſque & Regimini noſtro, tum etiam hujus Duſſeldorpienſis Xenodochii Proviſoribus intra annum ejuſmodi Copia tradatur, ad vigilem ſemper oculum deſuper habendum.

In quorum omnium & ſingulorum fidem præſentes manu propriâ ſubſcripſimus & Sigillo noſtro Electorali communiri fecimus.

Data Duſſeldorpii die primâ menſis Auguſti anno 1707.

✠ Johannes Wilhelmus Elector.

CAPUT CCLX.

Concordatum inter Abbatem Lobbienſem Ordinis S. Benedicti & Marchionem de Fiennes Vice-Comitem de Fruges, ſuper Jure Patronatûs in novem Parochias ſub Diœceſi Antverpienſi, coram Concilio Brabantiæ, anno 1720.*

* De hoc Jure, uti & Dominio Cantecroy vide plura in Notitia Marchion. S. R. I. Auth. D. le Roy. pag. 113.

Le Reverend Prelat de Lobbes Demandeur; Meſſire Philippe Marquis de Fiennes Vicomte de Fruges &c. Deffendeur; le 22 Mars 1720.

Parties ayant entendu les moyens d'accommodement par nous Commiſſaires à elles propoſez, ſuivant la reſolution de la Cour priſe, après que lecture & la repetition de la cauſe avoit été faitte, ſont tombez d'accord, après pluſieurs conferences, en la maniere ſuivante.

Que le Deffendeur, ſes Succeſſeurs, Heritiers & ayant cauſe retiendront à perpetuité, en pleine propriété le droit de Patronage des Paroiſſes ſuivantes, ſçavoir, de Moertſel, St Laureys ten Hoeve, Boom, Niel, & Heymiſſem, avec la Collation des Chapelles, & des Clercqs Marguelliers, & tous autres Benefices fondez dans les limites deſdittes Paroiſſes.

Qu'au Demandeur & ſon Couvent demeurera pareillement à perpetuité en pleine propriété le droit de Patronage des Paroiſſes ſuivantes: ſçavoir, Contigh, Waerloos, Aertſelaer, & Reedt, avec la Collation des Chapelles, & des Clercqs Marguelliers, & tous autres Benefices fondez dans les limites deſdittes Paroiſſes.

Sauf que la Cure de Waerloos, eſtant venue à vacquer pendant la litiſpendance, le Deffendeur en aura la collation pour cette fois tant ſeulement ſans le tirer à conſequence, le tout neantmoins ſans aucune alteration du droit des Diſmes competantes à la ditte Abbaye aux Paroiſſes reſpectives, ſulmentionées & partagées.

Parmy quoy le procès pendant indecis au Conſeil entre parties, vient à ceſſer avec compenſation des deſpens, à condition que ledit Dom Erme Robert Procureur de laditte Abbaye procurera au plus tard endeans trois mois l'agreation en forme, de ſon Abbé & du Couvent Capitulairement convoqué & aſſemblé au ſon de la cloche, comme auſſi l'aggréation du Sr. Abbé de St. Bertin Preſident & Viſitateur de leur Congregation, ou du Succeſſeur Preſident en cas de decés, le tout à peine nullité de cette Tranſaction.

Requerant parties de ce Decretement & Acte.

Ratihabitio Abbatis & Religioſorum Abbatiæ Lobbienſis.

Dom François Goffaert Abbé du Monaſtaire exempt de St. Pierre de Lobbes, Dom Joſeph Robſon Prieur, & tout le Convent Capitulairement aſſemblé au ſon de la cloche, ſçavoir faiſons, a qu'après lecture, a nous faitte de l'accomodement paſſé avec le Seigneur Comte de Fruges par devant Meſſires Zyberts & du Cheſnes Conſeillers du Souverain Conſeil de Brabant le 22 Mars dernier, avons iceluy agréé & ratifié, comme par cette agreons, & ratifions; à condition que comme les Collations faittes de part & d'autre durant la litiſpendance ne peuvent ſortir leurs effects, icelles ſeront anneanties, & cenſées comme non données; demeurant le pouvoir, & liberté à l'un & l'autre des parties de faire des nouvelles Collations ou Preſentations aux Cures vacantes conformement à l'accommodement cy-deſſus en faveur de ceux qu'ils trouveront convenir, priant Monſieur l'Abbé de St. Bertin, Preſident Viſitateur de notre Congregation, de vouloir ſur ce donner ſon aggreation, ratification & authoriſation.

En foy de quoy avons ſigné la preſente & y fait apposer les Cachets Abbatial & Conventuelle. Ainſi paſſé en notre lieu Capitulaire ce 17 Avril 1720. eſtoit ſigné: François Abbé de Lobbes.

D. Joſeph Robſon Prieur.
Dom Paul Flemalle. D. Adriaen Marchal.
Dom Louis Bouze.
Dom Auguſtin de Roubaix,
Dom Anthoine Ricame. D. Erme Robert.
D. Hydulphe Wattier.
D. Theodulphe Barnabé Proviſeur.
Dom Arſenne du Bois. D. Alex. Petit.
D. Abel Braſſart. D. Matthieu Reſiau.
D. Philip. Ancent.
D. Barthelomé Saladin.

CAPUT CCLXI.

Joannes Franciſcus de Coloma Baro Bornhemiæ, fundat ibidem ac dotat anno 1658 Conventum FF. Dominicanorum Anglorum, ſub primo Priore F. Thoma Howard de Nortforck, dein S. R. I. Cardinale.

NOus Jean François Coloma Baron du Pays & Chatellainie de Bornhem, Vicomte de Dourlans &c.

Sçavoir faiſons, que comme ainſy ſoit que noſtre grand pere d'heureuſe memoire, vivant auſſy Baron de Bornhem des environs 55 ans en ça, par un zele ſingulier ait fait conſtruire & eriger une Egliſe avecq un Cloiſtre & autres edifices y appartenans ſitués & giſſans dans noſtre dite Paroiſſe & Baronnie de Bornhem. Ce conſideré, & affin que ce lieu fut habité par des Religieux à la plus grande gloire de Dieu, ſi eſt-il, que de pure inclination & affection que nous portons vers l'Ordre de St. Dominic, nous avons donné, cedé & tranſporté ledit Cloiſtre avec ſes appendances & dependances, comme nous donnons, cedons & transportons par ces preſentes, es mains du Reverendiſſime Pere Jean Baptiſte Verjuys Docteur en Theologie, Provincial du Pays bas, Commiſſaire & Vicaire general du Convent des Dominicains Anglois à Bornhem, avec toute authorité du Rev. Pere Jean Baptiſte de Marinis Maiſtre General de l'Ordre des Peres Preſcheurs comme s'il fut en propre perſonne, & le Reverend Pere Thomas Howard d'Arondel Religieux Anglois dudit Ordre, qui en eſt nommé le premier Prieur par Acte du dit Pere General en date du 15 Decembre 1657.

Et qui en a auſſy dez le 9 du paſſé impetré de ſa Majeſté Catholique Lettres de permiſſion & amortiſation in forma paraphé; Ho: Vt. ſubſigné le Comte: & ſeellées du grand Séel du Roy en cire vermeille; affin d'y former au pluſtot un Couvent de Religieux Anglois du ſuſdit Ordre le tout ſous les conditions ſuivantes.

Premierement qu'il ne ſera permis aux dits Religieux preſents & futurs d'amoindrir le dit Cloiſtre.

Item que le nombre des dits Religieux qui habiteront au dit Cloiſtre ne ſera jamais moindre que de deux Preſtres, & un frere Lay, dont l'un deſdits Preſtres Religieux ſera tenu & obligé de dire la Meſſe dans noſtre Chaſteau toutes & quantes fois que nous ou nos Succeſſeurs heritiers Barons ou Baronnes de Bornhem y ſeront ou reſideront, & ce à l'intention du Preſtre qui la celebrera.

Et quant à l'autre Preſtre, icelluy ſera obligé de celebrer une autre Meſſe baſſe tous les Fêtes & Dimanches dans l'Egliſe du dit Couvent à onze heures. Et outre cela il ſe dira tous les Vendredis à onze heures pareillement dans la même Egliſe une Meſſe baſſe de devotion à notre intention entierement.

Item après notre treſpas, les Religieux du dit Couvent ſeront obligé de celebrer un ſervice & tous les ans un anniverſaire avec l'Officium defunctorum à neuf leçons.

Item nous voulons, que la Relicque de la Ste. Croix demeure eternellement dans ledit Couvent, & ce avec l'ouvrage d'argent & criſtal tout ainſy que l'avons jadis receu de l'Abbeſſe & Religieuſes du Cloiſtre de Coninxdorp lez Cologne de St. Benoit excepté que la ſuſdite Relicque en temps de guerre & danger nous ſera remiſe en mains, ou de nos Succeſſeurs, pour par après eſtre renduë & reſtituée au Prieur & Religieux du dit Cloiſtre auſſitot que le danger & peril ceſſerat.

Finalement à la meilleure ſubſiſtance & entretien des dits Reverend Pere Prieur & Religieux Dominicains, Nous avons auſſy donné & cedé, comme nous donnons & cedons par cettes tous les ornemens d'Egliſe, enſemble tous les meubles qu'il y a à preſent ou ſe trouveront au dit Cloiſtre ſelon l'inventaire d'icelles ci jointe, pour pouvoir occuper & poſſeder le dit Couvent avec les deux jardins, & une petite place devant l'Egliſe & meubles en la forme & maniere que dit eſt.

Bien entendu toutes fois que leſdits Religieux ne pourront ceder ny tranſporter ni en façon quelconque vendre ni aliener le dit Cloiſtre, en partie d'icelay à qui que ce ſoit, ſans notre conſentement ou de nos dits Succeſſeurs. Et en cas que l'Ordre de St. Dominic pretendit de faire le contraire, ou d'abandonner ou quitter ledit Cloitre, qu'en tel cas ledit Cloitre en l'eſtat qu'il eſt à preſent, retournera à nous ou à nos dits Succeſſeurs.

Leſquels Cloitre & meubles avec la ſuſdite Relicque ſous les conditions & deviſes cy deſſus declarées, ont été acceptés avec gré tant par le dit Reverend Pere Maiſtre Jean Baptiſte Verjuys que par le dit Reverend Pere d'Arondel, Prieur dudit Couvent aux qualités ſuſdites, avec promeſſe de faire aggréer & ratifier tout le contenu de ce preſent Contract par ledit Maiſtre General à Rome, & d'en obtenir Acte in forma par lequel il nous declare & nos Succeſſeurs Fondateurs dudit Cloitre, avec toutes les graces & prerogatives qui y appartiennent; & ce dedans le terme de ſix mois prochainement venans.

En foy de quoy nous avons ſoubſigné les preſentes & y fait appoſer le cachet de nos Armes.

A Bruxelles ce ſix d'Avril 1658.

CA-

DIPLOMATUM
BELGICORUM COLLECTIONIS NOVÆ
PARS SECUNDA.

CAPUT PRIMUM.

Grimoaldus, Dux & Major-Domûs Sigeberti Francorum Regis, S. Remaclo Trajectenſi ad Moſam Epiſcopo donat circa annum 650 Villam Germiniacum, in dotem Abbatiæ Stabulenſis.

DOmino ſancto & in Chriſto Patri Remaclo Epiſcopo, vel omni Congregationi, Monaſterio Malmundario ſeu (2) Stabulau conſiſtentium (1) Grimoaldus.

Recogitans molem peccaminum meorum, qualiter veniam obtinere merear, dono vobis donatumque eſſe volo pro compendiis ipſorum ſervorum Dei, qui in ipſa Monaſteria converſare videntur, loco cognominante Germiniaco, in pago Remenſi, quem Domnus gloriosus Sigebertus Rex nobis conceſſit,

Ipſam villam Germiniaco cum omoi integritate ſuâ, domos, ædificiis, mancipiis, aenlabus, pecuniis, campis, aquis, cum omni ſoliditate, appendiciis, id eſt, duos mo-lendinos in Supiâ cùm aream & terrâ, vineâ unâ in Boterio, & alia appendicia, quæ dicitur Terune juxta fluviolum Axina; quem de Godetrude dato pretio comparavi, domos, mancipiis, campis, pratis, vineis, aqois, aquarumvè decurſibus cum omni integritate ad ſe pertinente, concedo vobis à die præſente perpetualiter:

Ut ipſam villam Germiniaco vel appendiciis ſuis ſuperiùs cognominatis, teneatis, poſſideatis, vel quidquid inde facere volueritis, liberam & firmiſſimam habeatis poteſtatem.

Et ſi ſanè, quod fieri non credo, aliquis de hæredibus meis, vel aliqua oppoſita perſona, contra hanc firmationem de parva munuſcula, quæ in aræ ſummi Dei omnipotentis offerre non dubito, venire teotaverit, inferat in ſacso fiſco auri libram unam, argenti pondera quinque, & nihilominùs facta mea irrumpere non valeat.

(1) GRIMOALDUS, Pipini Landenſis filius, inter Duces Brabantiæ noſtræ recenſetur ſecundus. Pariſiis carceri incluſus, per varios cruciatus vitam finivit anno 664, juxta Henſchenium.

(2) STABULAUS, vulgo *Stavelo*, Oppidum Diœceſis Leodienſis, in Tranſmoſanis, haud procul à Limburgo & ab Aquis Spadanis. Eſt hic Abbatia perantiqua Benedictinorum, à Sigeberto Francorum Rege fundata; cui vicinum eſt Malmundarium alterum Benedictinorum Monaſterium, in Diœceſi Colonienſi ſitum, quod una cum Stabuleto eundem Abbatem habet.

(3) GERMINIACUM, vicus Campaniæ, in Diœceſi Remenſi.

CAPUT II.

Childericus Francorum Rex fundationem Abbatiarum Stabulenſis ac Malmundarienſis Ordinis Sti. Benedicti, à Rege Sigeberto Avunculo ſuo inſtitutam, laudat & confirmat anno 672.

Ex Henſchenio de tribus Dagobertis.

CHildericus Rex Francorum, Emnechildis & Bilihildis gratiâ Dei Reginæ, cùm viris illuſtribus Gundoino Duce, & Hodone domeſticò.

Ad æternam procul dubio mercedem eredimus pertinere, ſi petitionibus Sacerdotum vel quorumlibet devotorum juſta petentium perducimus ad effectum.

Igitur Domous & Pater noſter Remaglus Epiſcopus clementiæ Regni noſtri petiit pro Monaſteriis ſuis Stabulau ſive Malmundario, quæ bonæ recordationis avunculus noſter Sigebertus quoodam Rex ſuo conſtruxit opere.....

Unde & ipſius Principis regiminis tale Præceptum nobis oſtendit relegendum..... ut per conſilium Ponrificum ipſius temporis, id eſt, (2) Chunibertı, (3) Nemoriani, (4) Giſloaldi, cùm illuſtribus viris, Grimoaldo, Fulcoaldo, Adregiſilo, Bobono, Ducibus, Chlodulfo, Aniegiſilo, Gariberto Domeſticis, taliter actum fuit.....

Unde juſſimus pro hac re Domno & Patri noſtro (1) Theodardo Epiſcopo, vel inluſtri viro Hodoni domeſtico, cùm Foreſtariis noſtris ipſa loca menſurare & deſignare per loca denominata..... ut abſque ullius impugnatione Foreſtariorum vel cujoſlibet perſonæ, liceat ipſam familiam Dei quiete ordine reſidere, & pro virâ noſtrâ & ſtabilitate regni Francorum die noctuque Domino famulari.

Et ut hæc Præceptio noſtra in membranis conſcripta, firma & inviolabilis perſeveret, manu noſtrâ ſubter eam decrevimus adſignare.

Signum glorioſi Domini Childerici Regis.
Signum Emnechildis Reginæ.
Signum Bilhildis gratiâ Dei Reginæ.
Signum Gundoini Ducis.

Data quando fecit menſis September dies VI. anno VIII. regni Domini Childerici Regis. Trajecto feliciter.

(1) S. THEODARDUS Epiſcopus Trajectenſis, anno 676 Martyrii palmam adeptus. Eccleſia Collegiata Thudinienſis, inter Sabim & Moſam hunc Sancto Præſuli ſacra eſt.

(2) S. CUNIBERTUS, Archiepiſcopus Colonienſis.

(3) S. NEMORIANUS ſive *Numerianus*, Epiſcopus Trevirenſis.

(4) GISLOALDUS, Epiſcopus Virdunenſis.

CAPUT III.

Dagobertus II. Francorum Rex Abbatias Stabulenſem & Malmundarienſem, à Sigeberto Rege genitore ſuo fundatas, Privilegio munit anno 684.

Ex eodem Henſchenio.

DAgobertus Rex Franchorum, Illuſter Vir. Illud nobis ad ſtabiliratem regni in Dei nomine firmare deliberamus.

Atque ideò vir venerabilis Goduinus, Abba de Monaſterio Stabulau & Malmundario, clementiæ Regni noſtri ſuggeſſit, eò quod Dominus & genitor noſter Sigibertus Rex, S. Remaclo ex villâ cognominanre Germiniaco in pago Remenſe ad ſuprafcripta Monaſteria, quæ ſunt in Arduennâ, quæ ipſe Princeps ſuo opere conſtruxit, ipſa villa Germiniacum cum omni integritate, appendiciis ſuis pertinentibus ad ſe, id ſunt molendini duo ſub uno tecto, cumaria ſuper fluvio Suppiâ, vinea in Beterio cum vineatore, hoc totum & ad integrum ad ipſa Monaſteria, quæ ſunt in honore Patronorum noſtrorum SS. Petri & Pauli & S. Martioi vel Sanctorum ceterorum, qui ibidem ad ipſa loca venerari noſcuntur, per ſuam Præceptionem concceſſiſſet.

Unde & ipſam Præceptionem memoratus vir venerabilis Goduinus Abba, ſuis etiam manibus roboratam, nobis in præſenti protulit relegendam: & aſſeruit, quod pars ipſius Monaſterii ipſam rem ſuperiùs intimatam, tempore præſenti poſſidere vel dominari videatur.

Sed rei totius firmitate noſtram ſe.. petit, ut plenìs ex hoc ad ſupradicta Monaſteria per noſtram Præceptionem in Dei nomine

confirmare deberemus. Cujus petitionem, ſicut utcumque juſta petentibus, præſtitiſſe, & in omnibus confirmaſſe cognoſcite.

Præcipientes enim, ut, ſicut conſtat per inſpectam Præceptionem jam dicto Principe, ipſa villa ſuperiùs intimata, cum omni integritate & ſoliditate ſuâ terminum ad eamdem vel ipſa formaria ſeu vinea cum vineatore, taliter per ſuam præceptionem ad ipſa loca Sanctorum viſus eſt conceſſiſſe, & hoc ad præſens pares ipſius Monaſterii poſſediſſe, vel dominari videntur; ita deinceps per hanc Præceptionem noſtram tam terris, caſis, manſis, mancipiis, ædificiis, cum vineis, campis, pratis, ſilvis, cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, plenius in Dei nomine confirmatum, ita ut pares prædicti Monaſterii hoc habeant, teneant, atque poſſideant: & ipſe Goduinus Succeſſoreſque ſui perpennis temporibus hoc valeant poſſidere vel dominari, qui potiùs Monachis, qui ibidem ad ipſa Monaſteria deſervire videntur, vel pauperes, quibus ad ipſa loca Sanctorum elimoniæ exportantur, melùs delect..... pro ſtabilitate regni noſtri Domini miſericordiam attentiùs exorare.

Et ut hæc Præceptio pleniorem obtineat Dei nomine noſtris & futuris, auxiliante Deo, temporibus vigorem, manûs noſtræ ſubſcriptionibus ſubter eam decrevimus adfirmare.

Extant apud eumdem P. Henſchenium in Diatriba de tribus Dagobertis pag. 141 & 148 duo alia Diplomata, in favorem utriuſque Monaſterii ſupra memorati.

I. Theodorici Francorum Regis, quo circa annum 691 petente S. Goduino Abbate Stabulenſi ac Malmundarienſi, utriuſque Cœnobii poſſeſſiones privilegio munit.

II. Clodovæi III. Francorum Regis, qui anno 695 ad inſtantiam S. Papoleni Epiſcopi & Abbatis, varia utrique Cœnobio privilegia largitur.

Item in Geſtis Pontificum Leodienſium apud Chapeauville Tomo II. pag. 7. Diploma Friderici Archiepiſcopi Colonienſis, diſtidia componentis anno 1128 inter Abbatias Stabulenſem ac Malmundarienſem, pro unico utriuſque Monaſterii Abbate. Plurima alia Monumenta Stabulenſia vide in Collectione ampliſſ. PP. S. Mauri Tomo II.

CAPUT IV.

Pipinus Heriſtallius Major-Domûs Regum Francorum, nec non Brabantiæ Dux, dotat Abbatiam Lobienſem, inſigne Benedictinorum Monaſterium in Diœceſi Leodienſi ad Sabim fluvium, anno 697.

Vide ſimile Diploma in Miræo, pag. 1126.

IN nomine Sanctæ individuæ Trinitatis. Amen.

Univerſalis mater, & virgo ſingularis Chriſtique ſponſa Eccleſia Catholica fœcundâ caſtitatis prærogativâ prometuit, quod devotum ſuis utilitatibus inclinemus aſſenſum; præſertim ſacroſanctæ Religionis tranquillitatem, & quietem curâ vigili providentes, quò liberius divinæ contemplationi & orationi pro noſtrâ noſtrique Regni ſtabilitate vacando poſſit ad Deum intereſſe, quatenus inimicis Chriſtianæ Fidei eliminatis, totâ ſui corporis incolumitate ſub noſtro fudore Regnum vigeat & creſcat, & hoſtilis ubique cervicoſitas ſe ſentiat ſubjugatam.

Uxor Pipini videtur fuiſſe binominis, alias enim vocatur Pleſtrudis: vel cognominabatur Bruzihelda.

Ego ſiquidem Pipinus ſenior eo favore & deſiderio ductus & uxor mea Bruzihelda Monaſterio Religioſiſſimi viri & eximii prædicatoris Pontificis Urſmari, quod eſt in Laubus ſuper Sambrum fluvium donamus in dotem ipſius Eccleſiæ perpetuo poſſidendam terram, & ſylvam, quæ eſt inter rivum de Grunghart, & rivum de Hengnaut qui defluunt in Sambrum; quæ ſylva Foreſtella dicta eſt ab antiquo.

Verum quia præveniente gratiâ clariſſimus vir Dodo memorati viri prædicatione tractus ad ortodoxam fidem, & baptiſatus eſt, & Monaſterialibus diſciplinis, & converſioni mancipatus, conſilio fidelis noſtri Hydulphi Ducis Lotharingiæ provocatus Monaſterio Laubienſi, quod eſt in honorem ſanctæ Petri Principis Apoſtolorum donavit in elecmoſynam perpetuam, univerſum fundum, & patrimonium ſuum Monachus effectus; videlicet villas de Mouſtiers & de Bavis cum omni integritate Dominii, & univerſis terris, villis, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, banno & juſtitia, ſervis, & ancillis, ſicut juſte poſſedit, poſſidenda, in manu noſtra reſignando & dictæ Eccleſiæ ſubſignando, certis terminis concludens, authoritate noſtrâ communita.

S. Hydulphus perfectionem ſuadet S. Dodoni.

Hæc autem ſunt ſunt loca de præcinctura illius prædii. Terminus aquæ incipiens a loco qui dicitur Ralhiers uſque de ſub Mouſtiers, ad nemus ſanctæ Monegundis diffiniens. Terminus ſylvarum: nemus totum quod dicitur Eumont, uſque ad aquam venientem de Walhiers cum omni territorio & pagnagio, & juſtitiâ in omnibus & ab aquâ de Walhiers, totum nemus quod dicitur Bruelh, & Fangias uſque ad Levoion uſque ad Willenier, & alia ſylva juxta Walhiers à monte qui dicitur Gomont & Merdoſum va-

dum uſque ad villam de Wilhies & nemus ſitum infinio de Duchon.

Infra quæ loca noſtræ immunitatis tuitionem ponimus, & in uſus Fratrum ibidem Deo deſervientium prædicto Monaſterio concedimus, ut ipſa libere & quiete poſſideant, ſine Advocatiâ vel oppreſſione alicujus Comitis, vel Centenarii aut vice-Domini. Nec aliquis ſupra territorium Eccleſiæ domum erigere, præter voluntatem, & licentiam præſumat.

Univerſa loca ſupradicta & quanta poſſideant vel poſtmodum juſtè & rationabiliter poſſeſſuri ſunt, ſub Regiâ tuitione ſuſcipimus, & decernimus alicujus attentationis moleſtiam non ſuſtinere.

Si quis hujus Immunitatis & Privilegii noſtri perverſor extiterit: omni libertate & honore nudatus capitali pœnâ feriatur. Ut autem hæc noſtra conceſſio per ſuccedentia tempora incouvulſa permaneat, manu noſtrâ eam confirmamus, atque ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Pipini Regis invictiſſimi. Vocatur Rex cò quod major Domus regnaverit.

Ego Adelgus Cancellarius ad vicem Ruotherti Archicapellani recognovi, & ſubſcripſi. Data decimo ſeptimo Calendas Decembris Leſtinis.

Anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo.

CAPUT V.

S. Irmina, Dagoberti Francorum Regis Filia, condit Teſtamentum anno 701, quo fundationem Abbatiæ Epternacenſis in Ducatu Luxemburgenſi à Sto. Willibrordo Ultrajectenſi Epiſcopo inchoatam, egregiè promovet.

ANno quarto regni Domni noſtri Childeberti Regis, ſub die Kal. Decembris. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Ego (1) Irmina in Chriſti nomine Deo ſacrata ac ſi indigna gratiâ Domini Abbatiſſa.

Saoâ quidem Deo propitio mente ſanoque conſilio Teſtamentum meum fieri rogavi, idque fratri in Chriſto meo Huncioni Presbytero ſcribendum commiſi.

Idcirco dono à die præſenti pro remedio animæ meæ vel pro mercedis meæ augmento in æterna beatitudine vel retributione ad Baſilicam, quæ eſt in nomine ſanctæ Trinitatis, vel in honore ſanctæ Mariæ genitricis Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſeu ceterorum Sanctorum, quæ eſt in villa noſtra Epternaco conſtructa, ſita ſuper fluvium Sura, ubi Domnus & Pater noſter in Chriſto Willibrordus Epiſcopus Rector & Gubernator eſſe videtur, donatumque eſſe volo. Hoc eſt, in ipſa villa Epternaco, quaotumcumque ibidem ex ſucceſſione paterna vel materna mihi obvênit ad integrum, tam domibus quam ædificiis, caſis, maoſis, mancipiis, vineis, campis, pratis, ſylvis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cum appenditiis vel omnibus adjacentiis ſuis Baidelingo, Mathulfingo, vel portione mea in Oxinvillare, omnia iſta cum adjacentiis eorum, unà cum paſtoribus, vaccariis, porcariis, brevicariis cum gregibus eorum, vel omni peculio promiſcuo, ad ſæpe fata loca Sanctorum vel ad Monaſterium ibidem conſtructum in Dei nomine volo eſſe donatum, exceptis hominibus illis quos per Epiſtolas noſtras ingenuos relaxavi.

Quorum vocabula ſunt, Garario, Cumboaldo, Achilde, Theofrido filio, Aldfrido, Chlodoare, Raocare, Warvinlinde, Baccelinde, Graucelebata, Gundolfo. Iſti toti denominati annis ſingulis unuſquiſque eorum in lumiuaribus unam libram ceræ ad ſupradicta loca Sanctorum in ipſa villa Epternaco conſtructa ad Nativitatem Domini reddere & diſſolvere ſtudeant.

Similiter dono ad jam dicta loca ſanctorum vineæ (2) pedeturam unam in monte Viennenſi cum vinitore nomine Alitfrido cum omni peculiari ſuo. Iſta omnia, ut ſuperius intimavi, ad memorata loca ſanctorum à die præſenti per præſentem Paginam Teſtamenti noſtri tradimus atque transfundimus perpetualiter in Dei nomine poſſidendum.

Hæc ſunt quæ huic Teſtamento meo annectere volui; ſi quæ liturræ vel caranaturæ adjectionis factæ ſunt, ego feci fierique juſſi, dum mihi mea ſæpius recenſetur voluntas.

Nam ſi quis contra hoc meum Teſtamentum venire tentaverit, aut aliquid irrumpere voluerit, ſit anathema, maranata, indiſſolubili vinculo in æternum damnatus, & ſit leprâ percuſſus Naaman Syri, & inſuper inferat fiſco auri libram unam, argenti pondo duo, & nihilominus præſens Teſtamentum firmâ ſtabilitate permaneat.

Actum Treberi die & regno ſupraſcripto.

Ego Huncio in Chriſt nomine Presbyter, rogante & jubente Domina mea Irmina Abbatiſſa, hoc Teſtamentum perſcripſi, & ipſa ſubter manu propria unà cum teſtibus, firmavit.

Ego Irmina hoc Teſtamentum meum relegi.

(3) Baſinus Epiſcopus.

Ego Leotwinus Epiſcopus.

Ego

Ego Theodfridus.
Gundebertus.
Bertwious
Adelbertus.
Trafibrictus.
Garibertus.
Gazobertus.
Audobertus.
Walthatius.

(1) De Sta. IRMINA, alteroque ejus Diplomate vide Miræum lib. II. Diplom. Belgicorum cap. 4. item Notas ibidem appoſitas.

Eadem extitit fundatrix Abbatiæ Horreenſis, Nobilium Virginum Benedictinarum juxta Treviros. Vide in libro P. Henſchenii de tribus Dagobertis pag. 168. Diploma Dagoberti II. Francorum Regis, Fundationem hanc Irminæ filiæ ſuæ confirmantis & adaugentis anno 676.

(2) PEDETURA eſt area certo pedum dimenſu comprehenſa, quam poſteri dixerunt Picturas & Pitteras corruptiſſimè, ut habet liber cenſuum Prumiæ cum gloſſario Cæſarii Abbatis.

(3) BASINUS ex Abbate S. Maximini factus eſt Archiepiſcopus Trevirenſis, qui poſtea abdicatâ pontificali dignitate, ad S. Maximinum denuo receſſit, Succeſſorem in Epiſcopatu ſortitus Leotwinum ex ſorore nepotem, hic ſubſcriptum.

Cæterùm Brouwerus in Annalibus Trevirenſibus, item Henſchenius de tribus Dagobertis, hoc Diploma ex parte ediderunt, ſed ſuo more, deflexis pro libitu in puriorem latinitatem verbis. Quapropter purum & integrum, è Collectione veterum Monumentorum per Benedictinos S. Mauri edita (Tomo I. pag. 9.) hic exhibemus. In eodem libro extant plura S. Irminæ in favorem ejuſdem Abbatiæ Epternacenſis Diplomata, quæ vide pag. 10 & 12, item variæ Donationes factæ S. Willibrordo Epiſcopo, pag. 15 & multis ſequentibus.

CAPUT VI.

Engelbertus Francus Salius donat Sto. Willibrordo Ultrajectenſi Epiſcopo, nec non totius Belgii noſtri Apoſtolo, ejuſque Epternacenſi apud Luxemburgenſes Cœnobio, Vicum de Alphen, qui eſt in Baronatu Bredano, anno 711.

Ex Cartulario Epternacenſi apud PP. Benedictinos S. Mauri.

IN Xpi. nomine, Domino Sanctiſſimo & dilectiſſimo Patri W. Epiſcopo, Engelbertus filius Gaotberti quondam donator.

Dum leges & jura ſinunt, & convenientia Francorum eſt, ut de facultatibus ſuis, quiſque quod facere voluerit, liberam habeat poteſtatem, & neceſſe eſt, ut quiſque pro incerto hujus vitæ exitu de rebus ſuis aliquid ad Dei partem committat, ut per hoc indulgentiam facinorum ſuorum percipiat.

Idcirco ego Engelbertus pro remedio animæ meæ ſeu retributione æterna aliquid tibi Domine Pater & Pontifex W. de rebus meis donare decrevi, quod & its feci; hoc eſt In Pago Taxandriæ, in loco nuncupato (1) Alphein, quod mihi ex paterno jure legitimè provenit, hoc eſt, caſatas XI. cum ſala & curticlo meo, quem ad præſens habere viſus ſum, cum mancipiis & omni peculio eorum.

Hæc omnia tibi à die præſenti trado atque transfundo, cum omni integritate vel adjacentiis eorum, hoc eſt caſis, curticlis, ſilvis, terris, pratis, paſcuis, & aratoria terra, aquis aquarumque decurſibus, mobili & immobili, egreſſu vel ingreſſu, & watriſchafo.

Hæc omnia tibi do, donatumque eſſe perbennis temporibus volo. Hoc habeas, teneas, poſſideas tuiſque ad poſſidendum relinquas, & quidquid exinde facere volueris, liberam & firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, Ego ipſe..... inferat tibi unà cum cogente fiſco auri libras V. argenti pondo X. & nec ſic quod repetit evendicare valeat: ſed firma & ſtabilis hæc noſtra Donatio permaneat adſtipulatione ſuboixa.

Actum publicè Tilliburgis XII. Kal. Julias, anno XV. Childeberti glorioſiſſimi Regis.

Et do tibi in pago Teſterventi ſuper Moſam, loco Birni, caſatam unam cum omni peculio.

Ego Vigilius Presbyter ſcripſi.
Engelbertus,
Warengaoto frater ejus,
Paulus Presbyter,
Aldrayo,
Alduino,
Nardgauio,
Egiſgaro,
Nandivono.

(1) ALPHEN. Pagus Diœceſis Antverpienſis, cujus Eccleſia S. Willibrordo ſacra eſt. In Teſtamento hujus Sancti, quod extat apud Miræum pag. 12. dicitur *Alpheim*. Atque in hoc Teſtamento præfati Engelberti Donatio memoratur.

Poſtmodum Jus Patronatûs hujus Eccleſiæ ab Epternacenſibus Benedictinis tranſiit ad Tongerloenſes Ord. Præmonſt. anno 1178.

Plura de eadem Parochia vide apud Baronem le Roy in Notitia Marchionatûs S. R. I. pag. 461, ſed nota, Diploma hoc ibidem poni mutilatum.

CAPUT VII.

Pipinus Heriſtallius, Brabantiæ Dux, ejuſque conjux Bliſtrudis, Abbatiam Suſterenſem nobilium Virginum in Diœceſi Leodienſi prope Moſacum, fundant anno 714 eamque tradunt S. Willibrordo.

EGo in Dei nomine illuſter vir Pippinus filius Anſigiſili quondam, & Illuſtris Matrona mea Blittrudis filia Hugoberti, intuitu timoris Dei, & pro animæ meæ remedio, cogitantes ut Oratorium & Cellulam in honore Salvatoris & SS. Petri & Pauli, vel cæterorum Apoſtolorum & reliquiis ſanctorum, manſionile (1) Sueſtra, ſitum in pago Moſariorum ſuper fluviolo Sueſtra, quod Blittrudis dato prætio ab Alberico & Haderico comparavit, à novo fundamine ædificare deberemus: quod ita & fecimus, & ipſum manſionile ad ipſam Cellam delegavimus.

Placuit nobis, ut Apoſtolico patri Willibrordo Epiſcopo ipſam Baſilicam tradidiſſemus, quod ita & fecimus, in eo modo, ut ibidem fratres peregrinos vel alios Deum timentes congregare debeat.

Et illud nobis inferendum placuit, ut cum ipſe Willibrordus de hac luce migraverit, ipſi fratres quem inter ſe elegerint, conſtituant Abbatem, in ea ratione, uſ nobis vel filio noſtro Grimoaldo & filiis ſuis, vel filiis Drogonis nepotibus noſtris in omnibus fidelis appareat, & ibidem ſecundum Ordinem ſanctè degat, & ſub noſtro Mundiburdio, & ipſius Grimoaldi filiorumque ſuorum, & Drogonis nepotum noſtrorum defenſione perſiſtere debeat. Et ſi quis Deum timentium tam de parte noſtra, quam de reliquis hominibus, de rebus ſuis eis aliquid condonaverit, Deo propitio eis proficiat in augmentis.

Si quis vero, quod minime futurum eſſe credimus.....

Actum Bagoloſo Villâ publicè die ſecundo Martii, anno IV. regni Domni noſtri Dagoberti Regis.

Et quia Nos propter ægritudinem in ipſa Carta ſcribere non potuimus, Blittrudem conjugem noſtram rogavimus & poteſtatem dedimus, ut ipſam firmare ad noſtram vicem deberet: quod ita & fecit, & qui ſubſcriberent vel ſignarent in præſenti rogavimus.

Blittrudis.
Blendumen Abbatiſſa.
Helmoinus.
Remigius.
Chrodoaldus.
Geraldus.
Adalbertus Abbas.
Chammingo Comes.
Crodegertus.

Ego Adrieharius, juſſu Domni mei Pippini & Pleſtrudæ, hanc donationem ſcripſi & ſubſcripſi.

(1) SUESTRA. De hac Abbatia, quæ modo eſt illuſtre XX. Nobilium Canonicarum Capitulum in Ducatu Juliacenſi ſitum, non procul à Moſaco, vide Miræum pag. 29. & 283.

Nomen taxiſſe creditur à tribus Sororibus, (*Suſteren*) à S. Gertrude quæ Nivellis, à S. Aldegunde quæ Malbodii, & à S. Amelberga, quæ in hoc loco Collegium nobilium Canonicarum inſtituit.

CAPUT VIII.

Carolus Magnus Imperator atque Francorum Rex, condit Teſtamentum, anno 811 quo theſauros ſuos diſtribuit.

IN nomine Domini Dei omnipotentis Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Incipit Deſcriptio atque diviſio, quæ facta eſt à glorioſiſſimo atque piiſſimo Domino Karolo Imperatore Auguſto, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCC. XI. anno verò regni ejus in Franciâ XLIII. & in Italiâ XXXVI. Imperii autem XI. Indictione IV. quam piâ & prudenti conſideratione facere decrevit, & Domino annuente perfecit, de Theſauris ſuis atque pecuniâ, quæ in illâ

Extat hoc Teſtamentum ad calcem Vitæ Caroli Magni per Eginardum ejus Secretarium ac Cancellarium quondam editæ; ex quo illud deſumpſit R. P. Bollandus, in Actis SS. ad diem 28 Januarii, item Baluzius Capitularibus Regum Francorum Tom. I. pag. 484 illud inſeruit.

die in camerâ ejus inventa eſt.

In quâ illud præcipuè præcavere voluit, ut non ſolùm eleëmoſynarum largitio, quæ ſolenniter apud Chriſtianos de poſſeſſionibus eorum agitur, pro ſe quoque de ſuâ pecuniâ ordine atque ratione perficeretur; ſed etiam ut hæredes ſui omni ambiguitate remotâ, quid ad ſe pertinere deberet liquidò cognoſcerent, & ſine lite atque contentione ſua inter ſe competenti partitione dividere poſſent.

Hac igitur intentione atque propoſito omnem ſupellectilem atque ſubſtantiam ſuam tam in auro quàm in argento gemmiſque & ornatu regio, quæ, ut dictum eſt, illâ die in camerâ ejus inveniri poterat, primò quidem trinâ diviſione partitus eſt. Deinde eaſdem partes ſubdividendò, de duabus partibus XXI. partes fecit, & tertiam integram reſervavit. Et duarum quidem partium in XXI. partes facta diviſio tali ratione conſiſtit, ut quia in Regno illius Metropolitanæ Civitates XXI. eſſe noſcuntur, unaquæque illarum partium ad unamquamque Metropolim per manus heredum & amicorum ſuorum eleëmoſynæ nomine perveniat: & Archiepiſcopus, qui tunc illius Eccleſiæ Rector extiterit, partem quæ ad ſuam Eccleſiam data, eſt ſuſpiciens, cum ſuis Suffraganeis partiatur: eo ſcilicet modo, ut pars tertia ſuæ Eccleſiæ ſit, duæ verò partes inter Suffraganeos dividantur.

Harum diviſionum, quæ ex duabus primis partibus factæ ſunt, & juxta Metropoliticarum Civitatum numerum XXI eſſe noſcuntur, unaquæque ab alterâ ſequeſtrata, ſemotim in ſuo repoſitorio cum ſuperſcriptione Civitatis ad quam perferenda eſt, recondita jacet.

Nomina verò Metropoliticarum Civitatum, ad quas eadem eleëmoſyna vel largitio data eſt, hæc ſunt, Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum-julii, Gradus, Colonia, Moguntiacum, Juvanum quæ & Saltzburg, Rotomagus, Treveris, Senones, Veſontium, Lugdunum, Remi, Arelas, Vienna, Tarantaſia, Ebrodunum, Burdigala, Turones, Bituriges.

Unius autem partis, quam integram reſervari voluit, talis eſt ratio, ut illis duabus in ſupradictas diviſiones diſtributis & ſub ſigillo reconditis, hæc tertia in uſu quotidiano verſaretur, velut res, quam nullâ voti obligatione à dominio poſſidentis alienatam eſſe conſtaret. Et hoc tam diu, quoad uſque vel ipſe ſuperſtes eſſet, vel uſum ejus ſibi neceſſarium judicaret. Poſt obitum verò ſuum, aut voluntariam ſæcularium rerum abdicationem, eadem pars quatuor ſubdiviſionibus ſecaretur. Et una quidem earum ſuprà-dictis XXI. partibus adderetur, altera à filiis ac filiabus, nepotibuſque ac neptibus ſuis aſſumpta, & juſtâ ac rationabili inter eos partitione divideretur. Tertia verò conſueto Chriſtianitatis more, in uſum pauperum erogaretur: quarta ſimili modo nomine eleëmoſynæ in ſervorum & ancillarum, uſibus Palatii famulantium, ſuſtentationem diſtributa veniret.

Ad hanc tertiam totius ſummæ portionem, quæ ſimiliter ut cæteræ ex auro & argento conſtat, adjungi voluit omnia ex ære & ferro aliúſque metallis, vaſa atque utenſilia, cum armis & veſtibus, aliâque pretioſâ aut vili ad ad varios uſus factâ ſupellectile, ut ſunt cortinæ, ſtragula, tapetia, ſiltra, coria, ſagmata, & quicquid in camerâ atque veſtiario ejus eo die fuiſſet inventum, ut ex hoc majores illius partis diviſiones fierent, & erogatio eleëmoſynæ ad plures pervenire poſſet.

Capellam, id eſt, Eccleſiaſticum miniſterium, tam id quod ipſe fecit atque congregavit, quàm quod ad eum ex paternâ hæreditate pervenit, ut integrum eſſet, neque ullâ diviſione ſcinderetur, ordinavit. Si qua autem invenirentur aut vaſa aut libri, aut alia ornamenta, quæ liquidò conſtaret eidem Capellæ collata ab eo non fuiſſe, hæc qui habere vellet, dato juſtæ æſtimationis pretio, emeret & haberet. Similiter & de libris, quorum magnam in Bibliothecâ ſuâ copiam congregavit, ſtatuit ut ab iis qui eos habere vellent, juſto pretio fuiſſent redempti, pretiumque in pauperes erogaretur.

Inter ceteros Theſauros atque pecuniam tres menſas argenteas, & auream unam præcipuæ magnitudinis & ponderis eſſe conſtat. De quibus ſtatuit atque decrevit, ut una ex iis quæ formâ quadrangulâ, deſcriptionem Urbis Conſtantinopolitanæ continet, inter cetera donaria, quæ ad hoc deputata ſunt, Romam ad Baſilicam B. Petri Apoſtoli deferatur: & altera quæ formâ rotundâ, Romanæ Urbis effigie inſigoita eſt, Epiſcopo Ravennatis Eccleſiæ conferatur. Tertiam, quæ ceteris & operis pulchritudine & ponderis graviate multùm excellit, quæ ex tribus orbibus connexa, totius mundi deſcriptionem ſubtili ac minutâ figuratione complectitur, & auream illam, quæ quarta eſſe dicta eſt, in tertiæ illius & inter hæredes ſuos atque in eleëmoſynam dividendæ partis augmentum eſſe conſtituit.

Hanc Conſtitutionem atque Ordinationem coram Epiſcopis, Abbatibus, Comitibuſque, qui tunc præſentes eſſe potuerunt, quorum hîc nomina ſcripta ſunt, fecit atque conſtituit.

Epiſcopi: Hildebaldus, (*Archiepiſc Colon.*)
Richulfus, (*Archiepiſcopus Moguntinus.*)
Arno, (*Salisburgenſis Archiepiſcopus*)
Wolfarius, (*Remenſis Archiepiſc.*)
Bernoinus, (*Veſuntinenſis Archiepiſc.*)
Laidradus, *Lugdunenſis Archiepiſc.*)
Joannes, *Arelatenſis Archiepiſc.*)
Theodulfus, *Aurelianenſis Epiſc.*)
Jeſſe, *Ambianenſis Epiſcopus.*)
Hetto, (*Baſileenſis Epiſcopus*)
Waltgaudus, (*aliàs Walcandus Leod. Epiſc.*)
Abbates: Fridogiſus, (*Abbas S. Martini Turon*)
Adalungus, (*Abbas S. Vedaſti Atrebatenſis.*)
Engilbertus, (*Abbas Centulenſis*)
Irmino, (*Abbas S. Germani Pariſ.*)
Comites: Walach,

Meginherius,
Othulphus,
Stephanus,
Unrochus,
Burchardus,
Meginhardus,
Hatto,
Richwinus,
Eddo,
Erchangarius,
Gerboltus,
Bero,
Hildegernus,
Rheculfus.

Hæc omnia filius ejus Ludovicus, qui divinâ ei juſſione ſucceſſit, inſpecto eodem Breviario, quàm celerrimè poterat poſt ejus obitum ſummâ devotione adimplere curavit.

CAPUT IX.

Ludovicus Pius Imperator anno 821 Abbatiam S. Cornelii Indenſem, quæ eſt Benedictinorum Nobilium in Diœceſi Colonienſi, haud procul Aquiſgrano, eximit ab omni teloneo in omnibus Imperii ſui ditionibus.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludowicus divinâ ordinante providentiâ Imperator Auguſtus, omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Thelonariis, Actionariis, vel omnibus Rempublicam adminiſtrantibus, ſeu ceteris fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, tam præſentibus quam & futuris.

Notum ſit, quia conceſſimus Monaſterio noſtro, quod dicitur Inda, quod eſt dicatum in honore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, conſtructum in ſylva noſtra Arduenna, ubi etiam nunc Religioſus Vir Benedictus * Abbas præeſt, & omni Congregationi ibidem Deo famulanti, omne thelonium, tam de navibus, quæ per diverſa flumina Imperii noſtri, pro qualibet re diſcurrunt, quam & de curtis & ſagmariis neceſſariis ipſius Monaſterii vel Congregationis ibidem Deo famulantis deſervientibus, vel de quolibet alio negotio, undecumque fiſcus thelonium exigere poterat, in integrum conceſſimus, ut nullus quilibet thelonium aut aliquam exactionem accipere aut exigere præſumat.

* Is erat S. Benedictus Anianenſis primus Abbas, cujus feſtum eſt die 12 Februarii.

Unde hanc noſtræ auctoritatis Præceptionem prædicto Monaſterio & Congregationi ibidem degenti fieri præcipimus, ut naves, vel curra, & ſagmarii ſeu quælibet alia vehicula, ad diverſa negotia ipſius Monaſterii peragenda, & ad neceſſitates ejus ſublevandas, per univerſum Imperium noſtrum libere diſcurrant, & nullus publicus Judex, vel quilibet exactor judiciariæ poteſtatis, aut thelonarius de navibus aut de omnibus quæ ſupra memorata ſunt, undecumque videlicet fiſcus thelonium exigere poteſt, ullum thelonium, aut ripaticum, aut portaticum, aut pontaticum, aut ſalutaticum, aut rotaticum, aut pulveraticum, aut ceſponticum, aut travaticum, aut ullum occurſum, vel ullum cenſum, aut ullam retributionem ab eis requirere aut exactare præſumat.

Sed licitum ſit abſque alicujus illicita contrarietate vel detentione per hanc noſtram auctoritatem, naves, curra, ſagmarios, vel cetera vehicula, & homines qui hoc providere debent, cum bis quæ deferunt, per univerſum Imperium noſtrum libere atque ſecure ire & redire, & ſi aliquas moras in quolibet loco fecerint, aut aliquid mercati fuerint aut vendiderint, nihil ab eis prorſus, ut dictum eſt, exigatur.

Hæc vero auctoritas ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & omnibus verius noſtra eſſe credatur, & diligentius conſervetur, de annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Durandus Diaconus ad vicem Fridigiſi recognovit.

Data ſexto idus Februarii, anno Chriſto propitio VIII. Imperii Domni Hludowici Sereniſſimi Auguſti, Indictione XIV.

Actum Aquiſgrani Palatio regio in dei nomine feliciter. Amen.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Otho divinâ clementiâ Rex. Cùm locis divino cultui mancipatis ob amorem Dei opem congruam ferimus, & imperialem morem decenter implemus, id nobis profuturum ad æterna remunerationis præmia capeſſenda veraciter credimus.

Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium necnon & futurorum induſtria, qualiter dilectus germanus noſter Bron, nomine Berchtholdus Indenſis Monaſterii Venerabilis Abbas, noſtram adierunt poſtulantes regalitatem, ut Privilegia quæ anteceſſores ad Monaſterium, quod eſt in honore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſuper fluvium Inda conſtructum, ubi præfatus venerabilis Abbas Berchtholdus præeſſe dignoſcitur, donaverunt, ea videlicet noſtræ Auctoritatis munimine renovaremus.

Eorum vero petitiones benigno animo ſuſcipientes, juſſimus inde hoc præſens Præceptum conſcribi, per quod volumus firmiterque

que jubemus, ut nullus judex publicus ſuperioris aut inferioris ordinis Reipublicæ procurator ad cauſas judiciario more audiendas, in cellulas, Eccleſias aut villas, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in quibuſlibet Provinciis aut territoriis Imperii noſtri poſſidet, vel deinceps in jure ipſius Monaſterii divina pietas voluerit angeri, ingredi præſumat, nec freda, aut tributa, vel manſiones, aut paratas, theloneum, ripaticum, poſtaticum, pontaticum, ſalutaticum, rotaticum, pulveraticum, trabaticum, aut fidejuſſores tollere, aut homines tam ingenuos quam ſervos ſuper terram ipſius Monaſterii commanentes diſtringere, nec ullas publicas functiones, aut redhibitiones, vel illicitas occaſiones requirere, quibus in aliquo idem Monaſterium ſibique ſubjecti aliquod injuſtè patiantur incommodum, noſtris futuriſque temporibus quiſquam temerarius exiſtat, qui ad id faciendum illicitam ſibi poteſtatem attribuere audeat.

Sed liceat memorato Abbati ſuiſque Succeſſoribus omnes res prædicti Monaſterii ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere, & quicquid de rebus prænotati Monaſterii fiſcus ſperare poterat, totum Nos pro æterna remuneratione prædicto concedimus Monaſterio, ſicut & Prædeceſſores noſtri, ut perennibus temporibus in alimonia pauperum & ad ſtipendia Monachorum ibidem Deo famulantium proficiat in augmentis, quatenus ipſos ſervos Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro Nobis Proleque noſtra & ſtabilitate regni noſtri à Deo nobis collati, ejuſque miſericordiâ per immenſam conſervandi jugiter miſericordiam exorare delectent.

Et ut hæc Auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa manere, manu propriâ noſtrâ ſubterfirmavimus, annuloque noſtro corroborari præcepimus.

Signum Domni Othonis invictiſſimi Regis. Bruno Cancellarius, ad vicem Rotberti Archicapellani recognovi.

Data VI nonas Maii, anno Domini D. CCCC. XLIX. Indictione VII. regnante pio Rege Othone anno XIII.

Actum Aquiſgrani palatio, in Domino feliciter. Amen.

CAPUT X.

Giſla Ludovici Pii Imperatoris filia, Everardi Comitis Ciſonienſis conjux, fundationem Abbatiæ Ciſonienſis Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in agro Inſulenſi, à Marito ſuo inchoatam (ut habet Miræus Cod. Donat. Piar. cap. 15) confirmat & auget, circa annum 870.

AUctoritas antiquorum Sanctorum Patrum patenter oſtendit, quòd quicumque pro amore Domini ſive pro animæ ſuæ, vel conſanguineorum ſuorum remedio, ad loca Sanctorum de proprio jure ſuo aliquid delegaverit, cùm Dominus dicat in Evangelio, *Theſaurizate vobis theſauros in Cœlo*: & iterum: *Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum indeficientem in Cœlis*: remunerationem ſibi in Cæleſti patria à Domino reddendam confidere poteſt in die qua dicturus eſt: *Venite benedicti & poſſidete regnum Patris mei vobis paratum ab origine mundi.*

Quocirca ego in Dei nomine Giſla dudum cogitans de Dei timore, vel ejuſmodi retributione pro ſepultura tam mea quàm pignorum meorum, cunctæque cognationis meæ, in uſus luminarium Baſilicæ Monaſterii à me in Ciſonio perfecti, manſos octo in pago Altarii ejuſdem nom nata, tradidiſſem, ac poſtea juxta frontem Baſilicæ ipſius Oratorium in Fratrum cimiterio ſub honore Sanctæ Trinitatis conſtruens, in dotis titulum Altaris hujus Oratorii manſum unum bunuariorum X. per Chartæ traditionem obtuliſſem;

Quoniam pius Dominus deſiderium meum ita conſolari dignatus eſt, ut pignora corporis Senioris & conjugis mei dulcis memoriæ Evrardi per coadjutoris filii mei Unroch ſolatia ab Italicis partibus delata mihi conferens, in ipſo Oratorio apud idem Altare juxta deſiderium voluntatis meæ ſepelire permiſit, pro amore ipſius Domini ac pro animæ prædicti Senioris mei remedio, addo ad uſus luminarium jam ſati Oratorii manſum unum cum bunuariis terræ XII. in pago Medenentiſſe in villa Nivilla ſitum.

Conſenticos etiam utrique duorum filiorum meorum Adalardo atque Rodulfo de partibus præfatis deſcriptis, poſt obitum meum ſibi cedendis, unum pro ſupraſcripta ratione manſum in uſus luminarium præfixorum concedere, Adalardo ſcilicet in ſupradicto pago Villa Wakaſſare dicta, manſum unum cum integritate ſua.

Rodulfo quoque in Tornacenſe Villa nomine Greſſione, manſum unum cum integritate ſua: in ea quidem ratione ut à præſenti die hæc omnia à cuſtodibus Oratorii ipſius habeantur, teneantur, atque poſſideantur, vel

quidquid ad honorem hujus ex his agere lex Canonica decreverit, libero indultum ſit arbitrio faciendi.

Si quis verò, quod futurum eſſe non credo, ſi Ego ipſa (quod abſit) aut nullus heres ac pro heredibus meis quiſlibet vel ulla oppoſita aut extranea perſona, qui contra hanc traditionem venire aut infringere voluerit, inferat ibi dupliciter quantum iſta Epiſtola continet, & inſuper inferat ad partem Fiſci auri uncias V. argenti libras X. multâ componat, & quod repetit vindicare non valeat. Sed præſens hæc Traditio firma & inviolata permaneat cum ſtipulatione ſubnixa.

Actum Fivis mallo publico Kal. Jul. anno XXXV. regnante Carolo Rege glorioſiſſimo.

Signum Giſlæ, quæ hanc traditionem fieri & confirmari rogavit.

Signum Reinhelini Epiſcopi.

Signum Odelrici Comitis.

(a) Vide in Spicilegio d'Acheriano Tomo XII. alia plura ejuſdem Giſlæ Diplomata pro eodem Monaſterio; item inferiùs ad annos 1120 & 1208 in hac nova Diplomatum Collectione.

CAPUT XI.

Zuentipoldus Lotharingiæ Rex, Abbatiam Sueſterenſem, hodie Nobilium Canonicarum Collegium in Diœceſi Leodienſi, anno 895 ſubjicit Abbatiæ Prumienſi Ordinis Sti. Benedicti.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis (1) Zuentipoldus divino nutu Rex.

Anteceſſorum noſtrorum Regum Deo devote militantium, quantum Dominus poſſe ſuggerere dignabitur, juſtis fidelium noſtrorum deſideriis parendo, ſequi veſtigia inhiamus. Quapropter ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque fidelium induſtriæ non ignotum habeatur, quia Sereniſſimus genitor noſter Domnus Rex Arnolfus cuidam eximiarum artium Presbytero Siginando Monaſterium nuncupante (2) Sueſtra, cum univerſis ad illud accidentibus, in jus proprium largiflua munificentia ſua, necnon & ejudem jam fati Presbyteri Siginandi gratificis ſervitiis ad hoc eum incitantibus, firmiſſime donavit.

Poſtea vero dictus Siginandus Presbyter Dominum Regem magnum Arnolfum deprecatus eſt, ut ipſe manu ſua propria hoc ipſum quod ſibi tradidit præſcriptum Monaſterium ad Deo acceptiſſimum locum (3) Prumienſem, ubi inſtanter Congregatio ad Deum ſedula ac ſacratiſſima precamina dirigit, tribuendo firmaret.

Cujus rogationi ipſe clementiſſimus Rex nullatenus contrarium ſe exiſtere dignum perſenſit, ac uti petit, ita pie perfecit.

Nos autem ut Regnum adepti ſumus, Archiepiſcopi Ratbodi ſalubri imploratione, quia utilia quæque & proficua nobis regnoque noſtro jugiter meditatur, quatenus Domnus Rex genitor noſter Arnolfus hoc Monaſterium primitus prædicto Siginando Presbytero tradidit, poſtea quoque ejus petitione precario more ad Prumienſem Eccleſiam delegavit, ſic nos ut in perpetuum inviolabiliter perſiſtat a die præſenti firmamus. Quippe ut ante ſcriptum Monaſterium & precationem quam per hoc condixit ad vitæ ſuæ tempora teneat & poſſideat, nullo contradicente, & poſtquam ab hoc ſæculo deceſſerit, præſcriptum Monaſterium Soeſtra, & cum eo reconciliata cum omnimoda ratione ad ſæpedictum locum Prumienſis Eccleſiæ redeant.

Et ut hæc noſtræ Auctoritatis firmitas inconvulſa & inviolabilis perpetualiter conſiſtat, manu noſtra ſubtus ſcribentes & corroborantes annulo noſtro inſigniri juſſimus.

Signum Znentipoldi inviciſſimi Regis.

Egilbertus Notarius ad vicem Ratbodi Archicancellarii recognovi.

Data nonas Junii anno Incarnationis Domini D.CCC.XCV. Indictione XIII. anno I. Domni Zuentipoldi regis.

Actum apud Monaſterium S. Goaris Confeſſoris in Dei nomine feliciter. Amen.

(1) ZUENTIPOLDUS. Vide Notas de eo apud Miræum pag. 253.

(2) De Abbatiæ Suſte.enſis fundatione vide Diploma ſuperiùs pag. 286 item Collectionem novam PP. Benedictinorum Pariſiis editam Tom. I. pag. 236 289 & 270 ubi extat Diploma Caroli ſimplicis Francorum Regis eandem Abbatiam Prumienſi Abbatiæ confirmantis anno 916.

(3) De Fundatione Abbatiæ Prumienſis vide Diploma ſuperiùs pag. 5.

CAPUT XII.

Zuentipoldus, Lotharingiæ Rex anno 898 benefacit Novo-Monaſterio, quod hodie Munſter-Eyffel *dicitur, in Ducatu Juliacenſi, eſtque Canonicorum Collegium, ſub Patronatu Electoris Trevirenſis, quà, Abbatis Prumienſis.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Zuentipolchus divina clementia Rex. Si pro Domini noſtri Jeſu-Chriſti amore & Sanctorum reverentia utilitatibus ſervorum Dei conſulimus, & quiddam locis Deo dicatis conferimus beneficii, id nobis ad regni ſuperno nutu conceſſi ſtabilitatem, & ad promerendam æternæ beatitudinis felicitatem, proculdubio credimus profuturum.

Omnium ergo fidelium noſtrorum præſentium & futurorum noverit ſolertia, quia nos ad (1) Novum-Monaſterium in pago Riwerenſe ſitum venientes, cogitavimus, ut pro eleemoſyna Domni genitoris noſtri, ac pro noſtra, noſtræque conjugis remuneratione, aliquâ noſtræ liberalitatis munificentiâ illud augmentaretur.

Statuimus itaque quatenus noſtra noſtrorum licentia in eodem loco mercatum habeatur, & publica fiat moneta, & de theloneo ipſius mercati duas partes ad beatum Cbryſanthum & Dariam (2), quorum corpora ibidem quieſcunt perpetualiter conceſſimus.

Unde & hos noſtra manſuetudo apices fieri juſſit, per quos omnius præcipiendo ſancimus, ut duæ partes theloni, atque moneta, ſicut dictum eſt, ad ſanctum Chryſanthum & Dariam abſque aliqua ullius repetitione, aut contradictione perenniter traditæ veniant, & in eorum jure & eorum miniſtrorum diſpoſitione conſiſtant.

Et ut hæc noſtræ largitionis Auctoritas firmiorem in Dei nomine ſine-tenus obtineat ſtabilitatis vigorem, manu propria ſubter eam firmavimus, & Sigilli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum Domni Zuentipolchi piiſſimi Regis.

Walcker Notarius ad vicem Ratpodi Archiepiſcopi Archique-Cancellarii recognovit.

Data idibus Novembris anno Dominicæ Incarnationis D. CCC. XVIII. anno vero Domni Zuentipolchi glorioſi Regis IV. Indictione XI.

Actum Treviris Civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

(1) Novum illud Monaſterium, in quo depoſitæ ſunt reliquiæ SS. Chryſanthi & Dariæ, erat Cella à Prumienſi Monaſterio dependens, de qua Wandalbertus Monachus in martyrologio.

(2) Eorum corpora à Marcwardo piiſſimo Abbate Prumienſi anno 844 tranſlata fuere. Tranſlationis acta habes ſæculo IV. Benedictino parte I. pag. 611.

Porro *Monaſterium Eiſaliæ*, vulgo *Munſter-Eyffel*, ita dictum ad differentiam Monaſterii apud Weſtphalos, Oppidum amœnum eſt, inter montium convalles haud procul ab finibus terræ Juliacenſis & Colonienſis ſitum Ornatur Collegio Canonicorum & templo SS. Chryſanthi & Dariæ ſacro, ſub Patronatu Abbatis Prumienſis, Ordinis Sti. Benedicti.

CAPUT XIII.

Carolus ſimplex Francorum Rex confirmat Abbatiæ S. Amandi Ord. S. Bened. in Tornaceſio antiquas ſuas poſſeſſiones, anno 899.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratiâ Dei Rex. Divinorum beneficiorum memores, inter alias præcipuam religionis curam gerere, & ut noſtris diebus reformetur, confirmetur, atque proficiat, proſpicere deſideramus. Ita enim propitium Deum nobis credimus affuturum, ſi cultus illius noſtra induſtria incremeotum accipiat.

Idcirco noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium ac noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum ſolertia, quia ad petitionem Monachorum ex Cœnobio almi Præſulis Amandi, adiens ſerenitatem culminis noſtri Vir venerabilis Fulco Remorum Archiepiſcopus nobis chariſſimus, præſentavit obtutibus noſtris quædam Imperialia & Regalia Prædeceſſorum noſtrorum Scripta, per quæ eidem Cœnobio ſua auctoritate quædam ob reſpectum divini amoris noviter contulerant, quædam vero ex antiquo collata confirmaverant.

Inſuper & noſtræ ignotuit clementiæ Privilegium tempore beati Amandi à Pontifici- Vide Miræum pag. 314.

bus illi loco collatum, necnon & plura tam ex immunitatibus, quam ex Præceptis regalibus, ſeu etiam Cartis & ceſſionibus illi Monaſterio olim factis, incendin & vaſtatione barbarica deperiſſe.

Unde propter ſuſpectas ſuccedentium Rectorum vel aliorum malorum hominum voluntates, præfati Monachi per eundem Venerabilem Archiepiſcopum devote noſtram poſtulaverunt Serenitatem, quatinus de omnibus rebus olim prædicto Cœnobio vel regali munificentia, vel bonorum hominum largitione, ad luminaria Eccleſiæ & ad ſpeciales uſus ipſorum delegatis & contraditis, quaſque uſque inpræſentiarum abſque ullius contradictione quietè poſſidere videntur, more Prædeceſſorum noſtrorum, noſtræ Auctoritatis Privilegium eis largiri dignaremur.

Nos autem eorum inſtam & neceſſariam conſiderantes petitionem, libenter annuimus, & à Prædeceſſoribus noſtris, ſive à quibuſcumque bonis hominibus collata & conceſſa concedimus, & regalis auctoritatis præcepto confirmamus. Hæc vero ſunt nomina de memoratis rebus.

Ex largitione Childerici Regis & Chunechildis Reginæ, quod & Pipinus Rex & poſtea Ludowicus & Lotarius, ſed & Karolus Imperatores, Præceptis ſuæ Auctoritatis confirmaverunt.

* Vide Notas infra. In pago Laudunenſi Cella quæ vocatur *Bariſiacus, cum omnibus villulis ad ſe aſpicientibus, & cum omni integritate ad ſe pertinente. Ex largitione Ludowici Imperatoris, necnon & filii ejus avi noſtri Karoli Imperatoris hæc ſunt.

Ad ſepulchrum ſancti Amandi, Alanius, Neonifius, Bovingolo, Nivielle, & in Bariſiaco manſos III. & in Diptiaco manſi LII. res quas Rhodn tradidit in villa Litſacas, & de Baliolo medietas.

In Viticonia manſionile unum, & in Culbraco manſionile unum, cum omnibus ad eadem pertinentibus, & pars ipſius ſilvæ quam Hungarius prævidit, cum manſo patris ejus Blitharii, quæ Humbaldus & idem Hungarius prævidit, cum manſo patris ejus Blitharii, quæ Humbaldus & idem Hungarius filii ejus poſtea tenuerunt, & cum hominibus ad ipſum aſpicientibus.

Iſtæ autem ſunt villæ, res & manſionalia ad uſus fratrum. Securiacus, item Neonifius, Baceroth, Decla, Squindreſt, in Fiolinas manſi III. Warniacus, Halciacus, in Nigella farinarii II. In Nova-villa Farinarii III. Saleem, Bulcinius, Scladinius, Helemna, Seoncortis, Calviniacus, & in Berbarias farinarius I. cum homine Squitgarin & uxore ejus, Ratbodirodus, in villa Caſtello manſi II. Circa Monaſterium manſus qui dicitur Baldini, & manſionalia V. teloneum ex mercato, & cenſus qui colligitur ex ponte rapido, ſilva quam Wilhadus Monaſterio contulit, piſcationes, & inter Meſpilarios & Tumnes manſi V. In Spidinio Eccleſia, & manſi V. Beneficium quod tenuit Rodericus Clericus in loco qui dicitur Waratti mortarius, & in Blillione Villa *Samion*, & illa quæ dicitur domni-Medardi. In Madria manſi VI. in Wralſna molendinum unum cum Bunnariis XX.

Item ex piſcaria Rodonis medietas de Baliolo, res etiam quas Rodulphus Abbas ad petitionem Magiſtri ſui Hucbaldi Monachi ſancto Amando & Fratribus tradidit, id eſt in ipſo Baliolo quidquid mortuis heredibus fiſcalinis in ejus dominicatum devenit, ſimulque in Waſcinin manſos IV. Res quoque quas Rodo filius Rodolis eis dedit in Haldione, Merlenio, Warconin, Harnas, Ruma cum præſtariis, quas poſt mortem ipſius & fratris ejus Odonis receperunt.

In Caſtricinin, Spilcinio, Lamithinio, Corberin, Formis, Hoſtadis, Bonangis, Feltreca, Giſlat-Curte, & cum hominibus ad eaſdem pertinentibus, farinarii duo, quos idem Rodo dedit in Tornaco.

In Curtriaco manſos II. Item Villæ Bonart, Hardoia, Roſlare, Cokcellare, Ledda, Rieolwingahehun & mariſcos XV.

In Flandris in pago Morla villa, Heringa, ultra Rhenum Villa Eſcreda. Donationes inſuper bonorum hominum.

Super flnvium Renum Campos & Merulas dictas cum aliis donationibus per diverſos pagos tam pro remedio animarum ſuarum, quam & pro ſtipendia Monaſtica, vel etiam ſepulturæ cauſâ eidem Monaſterio collatis.

Ad portam manſi V. in Helcinio.

Ad Hoſpitale pauperum manſi V. in Mageleno.

Item ad portam & ad Hoſpitale pauperum decima, & ad uſus fratrum nona pars de omni ſuppellectili ipſius Abbatiæ per totas villas & poſſeſſiones ejuſdem Cœnobii Rectoris.

Præterea quoniam Dagobertus quondam Rex ad ſuggeſtionem præfati Pontificis Chriſti Amandi pro quiete ſervorum Dei ibidem degentium, omnes res ejuſdem Monaſterii ſub immunitatis ſuæ defenſione conſiſtere fecit, & ſancti illius temporis Patres ac Pontifices, qui magnis dum adviverent virtutibus floruerunt, & quorum meritis nunc quoque noſtra ſublimatur & gloriatur Francia, ſuper hoc ſuæ ſanctitatis Privilegium ſtatuerunt, pluresque priſcorum Regum Francorum immunitates eidem locn factas comperimus, necnon & poſtea Pippinus Rex Pater Karoli Magni, ſed & ipſe Imperator Karolus atque filius ejus Imperator Ludovicus, hujus quoque filius avus noſter Karolus Imperator & ipſe hujuſcemodi immunitatis auctoritatem erga jam dictum venerabile Monaſterium fecerunt, præfatus Vir venerandus Archiepiſcopus Fulco humiliter poſtulavit, quatinus morem Anteceſſorum noſtrorum imitantes, noſtrâ etiam Auctoritate beneficium ab eis illi Monaſterio largitum confirmaremus.

Cujus

Cujus petitionibus aſſenſum præbere, & ſicut ex hoc jam dicti Imperatores & Reges fecerunt, ita & per hanc Auctoritatem nobis agere & confirmare placuit. Præcipimus igitur ac jubemus, ut nullus ejuſdem Monaſterii Abbas, vel quilibet fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ de rebus ſive in rebus ſupra notatis ullam inquierudinem, aut refragationem, vel præjudicium, ſive violentiam facere tentet; ſed potius ſine ulla ſubreptione, aut ſubſtractione, vel diminoratione, atque diviſione liceat eas eidem Congregationi cum omni integritate inviolabiliter abſque ulla calumnia & contradictione ſecure ac perpetualiter habere, poſſidere & frui, nec quælibet humana poteſtas ſine ſui periculo diſcriminis poſſit eas in alias partes ennvertere vel detorqnere.

Et ur neque ipſius loci Abbas, neque aliquis judex publicus in Eccleſias aur loca, villas ſeu curtes, vel agros, ſive reliquas poſſeſſiones quas moderno tempore in quibuſlibet pagis & territoriis infra ditionem Regni noſtri juſte & legaliter poſſident, vel quæ deinceps in jure ipſorum Monachnrum voluerit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, aut freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, vel fide-juſſores tollendos, aut homines ejuſdem Cœnobii diſtringendos, nec ullas reddibitiones anr illicitas occaſiones requirendas noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quæ ſupra memorata ſunt penitus exigere præſumat; ſed nmnibus fredis, & quicquid exinde jus fiſci exigere poterat, in integrum ſibi conceſſis, cum rebus & hominibus tam ſervis quam ingenuis ſive commutatis, juſte ad ſe aſpicientibus vel pertinentibus, ſub Regalis tuitionis atque immunitatis defenſione, remotâ Abbatis ſive totius judiciariæ poteſtatis inquietudine, quieto ordine teneant.

Scilicet ut perpetuo tempore eis & Succeſſoribus ſuis hoc ad peragendum Dei ſervitium augmentum & ſupplementum fiat, quatinus ejuſdem loci devotæ Deo Congregationi pro nobis ac totius regni ſtabilitate & pace Dominum propenſius exorare deleƈtet.

Et ut hæc Auctoritas per futura tempora inviolabilem obtineat firmitatem, manu propriâ ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Heriveus Notarius ad vicem Fulconis Archiepiſcopi & Cancellarii recognovit.

Data XVI. Kal. Aprilis, Indictione XI. anno VII. regnante Karolo Sereniſſimo Rege.

Actum Remis Civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

Imperratum eſt mediante domno Hucbaldo Monacbo.

Vide alia Diplomata pro eadem Abbatia, ac ſignanter pro Prioratu ſeu Cella de Bariſiaco quam poſſedit in Diœceſi Laudunenſi Diploma datum anno 853 in Theſauro Anecdot. Tomo I. pag. 39. Item Ludovici Imp. anno 840 eandem Cellam Privilegio ſuo munientis, in Colleƈt. ampliſſ. Benedictin. Tom. I. pag. 98. Et aliud Caroli Simplicis Francorum Regis datum anno 906, ibidem pag. 263.

CAPUT XIII.

Robertus Comes Namurcenſis benefacit anno 946 Abbatiæ Walciodorenſi, Ord. S. Bened. in Diœceſi Namurcenſi, in Comitatu ſuo erectæ.

Ex Colleƈt. PP. Benedictinorum Tom. I.

DUm fragilitati humanæ naturæ varii caſus accidunt, & unuſquiſque finem vitæ ſuæ ignorat, ita agere debet quaſi nmni bora ſe cogitet binc tranſiturum, ne interveniente negligentia circa finem imparatus inventus ſine aliqnn boni operis reſpectu de ſæculo migret, niſi dum in ſua poteſtate conſiſtit, præparet ſibi viam ſalutis, per quam valeat pervenire ad præmium æternæ beatitudinis.

Idcirco ego Rotbertus gratiâ Dei favente Comes, cogitans de Dei rimore atque ejus amore, quaſdam res de portione bereditatis meæ ad partem ſanctæ Dei genitricis Mariæ tali rradidi jure.

Inveni namque quoddam Monaſterium in Comitatu meo Walciodorum nomine, dicatum in bonore præfatæ Matris Domini in pago Lomacinſe.

In quo almificus Confeſſor Chriſti Eloquius pauſat corpore, ubi multorum Sanctorum conditæ noſcuntur Reliquiæ, quique præeſſe venerabilis Abbas Forondanus dicitur ac prodeſſe, olim â ſua pro Deo exulans patria, cum non pauca Scortigena atque Francigena, quam ipſe in Chriſti famulatu educavit Monachorum ſub Regula almi patris Benedicti degentium turmula. S. Forandanus. Vide Molanum ad diem 30. Aprilis.

Quam ob rem tradidi per hanc Donationis Cartam, ſive per feſtucam, ac per andelangum, pro remedio animæ meæ & uxoris, filiorumque atque parentum meorum, & pro æterna retributione, ad præfatum locum quamdam Villam *Melin* nomine, ab ipſo Cœnobio fere duobus millibus diſtantem, in eodem pago Lomacinſe ſitam, ad quam V pertinent manſi cum nmnibus domibus, ædificiis, campis, pratis, ſilvis, arabilibus terris atque una camba, mancipiis, quorum primi,

per quem ſæpe dictam ſanctæ Mariæ dono perpetuo tradidi villam, hic ſcribi præcepi nomen, qui Genhardus vocatur, cum uxore, filiis, ac filiabus, atque omnibus ibi commanentibus & aſpicientibus utriuſque ſexûs, necnon omnibus rebus quas repperire & exquirere potui, quæ ad eamdem villam pertinent, vel quæ uſque ad hanc diem quoquo modo ibidem acquiſivi.

Ut autem hoc Traditionis atque eleëmoſynæ donum ad uſus ſervorum Dei ſub Regula Beati Benedicti Doctoris Monachorum egregii viventium firmum ac inconvulſum permaneat, manu propria cum impreſſione ſigni præſentem Cartam roboravi, atque ſigno fidelium meorum firmari præcepi.

Actum Namuco publice ſub die IV. Non. Junii, anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti D. CCCC. XLVI. & Regni Sereniſſimi Regis Ottonis XI. indictione IV.

† Signum Roberti Comitis qui hanc traditionem firmari præcepit.
† Johannis Vice-comitis.
† Cilheri Presbyteri.
† Willei.
† Rotberti.
† Huboldi.
† Rainouvardi.
† Boſon.....
† Alcheri.
† Adelelmi.
† Radulfi.
† Immonis.
† Item Immonis.
† Grimoldi.
† Warneri.
† Wigirici.
Ego Kodradus Cancellarius ſcripſi.

Extat in eodem Libro Tomo I. pag. 287 Carta Eilberti Comitis, data circa annum 960 ſuper Tranſlatione corporis S. Eloquii Presbyteri (de quo vide Miræum & Molanum ad diem 3. Decembris) ad prædictum Monaſterium Walciodorenſe, cui per varia dona benefecit.

CAPUT XIV.

Capitulum Cathedrale Leodienſe, ad Supplementum Fundationis Eccleſiæ Collegiatæ Sti. Martini Leodii, quam Eraclius Leodienſis Epiſcopus inchoaverat, quædam de ſuis terris ac bonis adjungit, anno 963.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Omnibus ubique Deo militantibus Fratres Leodienſes ſalutem & gaudium. Omnes, quos veræ & illibatæ caritatis complectitur vinculum, hoc proprium habere decernunt, ut ſi quis alteri in quibuſlibet oportunitatibus prodeſſe, aut aliquid uriditatis impertiri poterit, caritatem ſectando illud ſtudioſe procurans contendant.

Quapropter noverit omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ tam præſentium quam futurorum induſtria, qualiter Venerabilis Vir Dominus videlicet Everacrus * ſanctæ Dei Eccleſiæ Epiſcopus, Eccleſiam ſibi commiſſam dilatare cupiens, quoddam Monaſterium extra Civitatem ſæpedictæ Sedis in honore S. Martini inſtituit, ubi Canonicis ſub Regula conſtituris, toto niſu & conamine ſatagere cœpit, qualiter laus Dei inibi perpetualiter accreſceret, eiſque ſuſtentatio corporalis numquam deeſſet.

* Vide Miræi Diplom. pag. 633.

Unde & nos tantam ejus devotionem cognoſcentes, ſuiſque fidelibus & amicis plurima quæque ei in auxilium conferentibus, ſtuduimus etiam de noſtra communitate aliquod ſupplementum illi concedere, hoc eſt tria loca noſtra Bues, Somna, & Madelgreias, cum manſis indominicatis & omnibus ad eos rite pertinentibus, Eccleſiis, domibus, & ædificiis aliis, eambis, molendinis, terris cultis & incultis, mancipiis utriuſque ſexûs, totum & integrum, quidquid in præfatis locis noſtra videbatur eſſe poſſeſſio.

Inſuper etiam addidimus medietatem vini noſtræ partis, quam habebamus in villa Haudregingas.

Iſta autem omnia pari devotione in communi egimus abſque ſcrupulo murmurationis alicujus, eâ videlicet ratione, ut ejus benevolentiam erga nos ſingulariter ac generaliter gratioſe ſentiamus.

Hæc igitur tali ordine omnes Succeſſores noſtros rogamus, atque ob reverentiam Beati Martini conteſtamur, ut quemadmodum jam ſua rationabiliter facta à ſuis Succeſſoribus conſervari cupiunt; ita & hæc noſtra non ſolum inviolabiliter conſervent, verum etiam ſi neceſſe fuerit, ſuis auctoritatibus & ſubſcriptionibus perpetuum manſura alacriter corroborent.

Ego Everacrus Epiſcopus hanc conſcriptionem ſubſcripſi atque Canonicorum ejuſdem Monaſterii, ſive fidelium Laïcorum, quorum nomina ſubter adſcripta tenentur, manibus ad roborandum contradidi.

Signum Johannis Præpoſiti.

Signum Guntramni. *Sequuntur ſexaginta*

quinque ſubſcriptiones, inter quas extant.

Signum Huberti Advocati.
Signum Roberti Comitis.
Signum Giſleberti Comitis.
Signum Fulcuini Comitis.
Signum Emmonis Comitis.
Signum Herimanni Comitis.

Ego Henbertus ad vicem Adelvici Cancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Datum publice Leodio ſub die XII. Calendarum Maii, anno Domini D. CCCC. LXIII. Indictione VI. regnante vero Ottone Rege XXVII.

CAPUT XV.

S. Bruno Archiepiſcopus Colonienſis, quondam Legatus Apoſtolicus atque Cæſareus in Belgio, variarumque ibidem Eccleſiarum reſtaurator, Teſtamentum condit circa annum 965.

Ex Archivo Abbatiæ S. Panthaleonis Coloniæ.

BRuno (1) ſervus Chriſti, filiis ſuis Coloniæ Deo militantibus. Quæ in animum induxi, de rebus, quæ divina mihi commiſit munificentia, diſpenſandis, veſtro roborari judicio, inniti teſtimonio, ſi ipſum me præſentem hæc Deus vobiſcum communicare non ſiverit, digniſſimum ſtatui ſcripto ad vos perlato.

Eapropter ex ſententia fratrum noſtrorum Theodorici, Wicfridi, qui, & ipſi alumni veſtri ſunt, cuncta conſciſcite, rectè Deo volente cuncta tranſagite, & quicquid Theſauri noſtris opibus illati, Eccleſiæ, quicquid enim eſt clavibus hujus Evizonis Viri illuſtris Kimiliarchi S. Petri cuſtoditur. Præter ſi quid à Miniſtris nondum relatum ſit; ne quid ab Eccleſia diviſum eſſe videretur, ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſiæ ante Altare S. Petri palam Domino Popone protho & iconomo Eccleſiæ noſtræ congeſta diligentique ratione inſpecta, vaſa aurea & precioſiora quæque in Monaſterio ſanctæ Dei genitricis Mariæ & B. Petri Apoſtoli (2) in ipſa Eccleſia in perpetuo uſu perpetuo conſecrentur.

Cuppam auream ſigillum & ſcutulam græcam, quæ penes nos ſunt, Beato Panthaleoni. (3) Candelabra præterea, quæ in Miniſterio noſtro ſunt, cotidiana, equitem argenteum à Maguntiaco Archiepiſcopo datum, Pallia decem optima, vaſa decem argentea ex melioribus, Libras centum ad Clauſtrum perficiendum, trecentas ad Eccleſiam ampliandam, cortinam latiorem, menſalia tria, tapeta tria, ſcamnalia totidem, mappas triginta.

Inſuper equorum quicquid nobis fuerit, ipſiſque Eccleſia reperta ſunt, exceptis villis quas Eccleſiæ noſtræ adquiſivi. *Langalon* juxta Rhenum *Werebetti*, *Heingelen*, *Ladron*, *Wisbem* quam Moſa alluit. Domum quoque Sobtini noſtri Metenſis Epiſcopi & villam Bavingan, inſuper quicquid de rebus Eccleſiæ noſtræ tenet, trado. Detur etiam uſui Monachorum tertia pars hujus anni fructuum ad uſus noſtros elaboratorum.

Jerichomium (4) loco competenti ad nutum Abbatis non longè à Cœnobio conſtituatur, cui quicquid nobis prædii Tuitii eſt *Jerusfelt* præter in Saxonia uſque ſitum, & quicquid Gevehardus quondam Bonnenſis Præpoſitus juxta Moſellam ſcitur habuiſſe, confero; & ut hoc bonâ veniâ noſtri Senioris fieri queat, pro utriuſque noſtrum remedio Ruthinge, quod Eccleſiæ rebus opera noſtra augmentatum eſt, ut libet, utatur, inſtar Oratorii quod Beato Privato (5) conſtruimus juxta Altare S. Martini (6) in occidente Eccleſiæ, Beato Gregorio Magno Martyri, qui recens adductus eſt, fiat, ubi ſacratiſſimum corpus ejus recondatur. Huic fundando centum libræ legentur.

Cuppas aureas fratribus noſtris ad S. Petrum, libras viginti, cortinam, menſalia duo, ſcamnalia totidem.

Ad S. Gereonis (7) Altare urcei magni, pallia duo, tapete ex majoribus, fratribus navea & libræ duodecim, menſale & ſcamnalia duo.

Ad Altare Sti. Severini (8) conſummandum quatuor libræ auri, fratribus libræ octo, vaſa duo, menſale, ſcamnalia duo.

Sancto Cuniberto (9) ſcutulæ duæ, Sanctis Ewaldis duobus pallia tria, fratribus vaſa duo, libræ octo, menſale, ſcamnalia duo, tapete unum.

Sancto Andreæ (10) libræ triginta, pallia quatuor, totidem vaſa, candelabra duo, fratribus libræ ſex, Beato Eliphio martyri

Sancto Martino Confeſſori tantumdem. Prædium præterea Solagon per precariam noſtræ Eccleſiæ adquiſitum.

Ad S. Mariæ (11) Altare, vaſa duo ex melioribus, Monaſterio & clauſtro perficiendo libræ centum. Cortina, ſcamnalia, duo, mappæ totidem.

Ad Altare S. Cæciliæ (12) auri libræ tres, cortina, candelabra duo, vaſa duo, tapete unum, ſcamnalia duo, in conſummando Monaſterio libræ quinquaginta. Collegio illius Monaſterii, libræ decem, menſale.

Ad Sanctas Virgines (13) vaſa duo, pallia duo, cortina, tapete unum, ſcamnalia duo,

Sanctis Monialibus libræ decem, mensale.

Altari Sanctorum martyrum Cassii & Florentii (14) auri libræ duæ, baccina quæ penes nos sunt, cuppæ duæ, pallia totidem, Fratribus libræ decem.

Sancto Victori (15) & Collegio tantundem.

Monasterio & claustro Sosatio (16) fundando libræ centum, Altari sex vasa, pallia totidem, tapete unum ex majoribus, scamnalia duo, cappa & casula ex nostris. Prædium prætereaa quod Wodilo de precario nostro dedit, illud etiam quod Dominus Poppo, Richebildingbuse & Aruite, nobis satis naviter adquisivit.

(1) Bruno, Henrici Imp. ex S. Mathilde filius, Othonis Imp. frater, Archiepiscopus Colonienſis electus anno 953 totam suam Diœcesim, nec non pleraque Belgii loca sacra restauravit. Obiit 6 Octobri 965.

(2) B. Petri Ecclesia, hodie Metropolitana Electoralis Colonienſis.

(3) B. Pantaleonis, illustris Abbatia Benedictinorum Coloniæ, à B. Brunone fundata ac dotata.

(4) Jerichomium, appendix olim Abbatiæ S. Pantaleonis.

(5) B. Privatus, Martyr, cujus Reliquias Coloniam attulit B. Bruno Archiepiscopus. Ejus Festum ibidem colitur die 17 Octobris.

(6) S. Martini, insignis Abbatia Benedictinorum Coloniæ, dicta etiam Scotorum. Insignis ejus benefactor & velut alter Fundator extitit B. Bruno.

(7) S. Gereonis Martyris, (qui fuit unus è 318 Legionis Thebææ militibus) Ecclesia Collegiata Canonicorum Coloniæ, post Metropolim primaria.

(8) S. Severini, Ecclesia Collegiata Canonicorum Coloniæ.

(9) S. Cuniberti, Ecclesia Collegiata Canonicorum Coloniæ.

(10) S. Andreæ, Ecclesia Collegiata Canonicorum Coloniæ.

(11) S. Mariæ, Ecclesia dicta B. M. V. in Capitolio Coloniæ. Est illic Collegium duplex Canonicorum, item Canonicarum nobilium, quibus præest Abbatissa.

(12) Stæ. Caeiliæ, altera Ecclesia Collegiata Coloniæ, Canonicos quoque habens, & Canonicas nobiles, quibus præest Abbatissa.

(13) S. Ursulæ & undecim mille Virginum Ecclesia Collegiata Coloniæ, Canonicos habens & Canonicas nobiles, quibus præest Abbatissa.

(14) SS. Cassii et Florentii, insignis Ecclesia Collegiata Canonicorum Bonnæ, ubi residentia est Electoris Colonienſis.

(15) Sanctis, Patria S. Norberti. Est illic Ecclesia Collegiata Canonicorum, S. Victori sacra.

(16) Susatium, vulgo *Zoest*, Oppidum Electoratûs Colonienſis. Est hîc Ecclesia Collegiata Canonicorum, sancto Patroclo dicata.

CAPUT XVI.

Ottho II, Imp. confirmat Privilegia Abbatiæ Lobbienſis Ordinis Sti. Benedicti anno 973, petente Notgero Leodienſi Episcopo, qui abdicato ejusdem Monasterii regimine præfecit illi Abbatem Regularem.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Otto, divinâ propitiante clementiâ, Imperator Augustus. Notum volumus omnibus Dei, & nostris fidelibus, tam futuris quam præsentibus, nos exordium Monarchiæ nostræ, paternâ Successione à Deo Nobis collatæ, hujusmodi auspiciis dedicare voluisse: ut Christi gloria sub nostro principatu floreſcens, honorem obtineat debitum, & vigor Religionis corroboretur pace Ecclesiarum.

Hujus nostræ voluntatis fautor simul & adjutor Vir venerandus & illustris Notgerus, sanctæ Leodicenſis Ecclesiæ Episcopus, suggessit Serenitati nostræ, pro quadam Abbatia, Laubias dictâ, suæ Ecclesiæ à nostris Antecessoribus collatâ, jam dudum in honore Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli constructa, ubi pretiosissima Christi Confessorum Ursmari, & Ermini requiescunt corpora, cui etiam ipse Episcopus præsenti tempore Fulcuinum Abbatem concessit præesse; petiitque, ut ejusdem Abbatiæ Privilegia renovare, atque, secundum morem Majorum, nostrâ Auctoritate sub prisca emunitate corroborare juberemus.

Cujus petitioni annuentes pro ejusdem Episcopi amore, & paterna animæ nostræ remuneratione, simulque pro eleëmosyna genitoris nostri Ottonis divæ memoriæ, ac pro amore charæ genitricis nostræ Adelheidis, atque Theophaniæ nostræ conjugis concedimus eidem Abbatiæ per hoc Præceptum Auctoritatis Imperatoriæ, ut, sicut Christo propitio, reliqua Cœnobia sub nostrâ constituta tuitione, ipsa quoque nostrâ gaudeat defensione sub perpetuâ emunitate.

Ambitum quoque Monasterii, quem præcinctum vocant, sicut ab Antecessoribus nostris coadunatus est, nos quoque concedimus, ut sint undique termini: rivulus videlicet Hlodosa dictus, & confines villæ quæ dicitur Anderlobia & Mons-Martini, fluvius quoque Ur, & ultra terminos Villæ Alsoniæ inde ad

locum

locum, qui dicitur Wiſcenelata, & finitur in villa Hantas dicta. Infra quæ loca noſtræ munitatis tuitionem ponimus, & prædicto Monaſterio concedimus, ſed & in cunctis villis eidem Abbatiæ conceſſis, Regiâ munificentiâ, victui fratrum inibi commanentium deſerventibus.

Facultatem quoque habeant ſuper hæc omnia ſibi Advocatum eligendi, qui cum eis ſine ullâ inquietudine Comitis aut Centenarii vel Vice-Domini loca ſupra-memorata tueatur, atque gubernet, ubi invitatur, quatenus cum tranquillitate delectet eoſdem Domino deſervire, ac pro vita ac ſtabilitate noſtra infatigabiliter exorare.

Munificentiâ quoque Imperiali confirmamus eiſdem fratribus decimas omnes indominicatas totius Abbatiæ, tam de Eccleſiis beneficiatis, quam & eorum victui deputatis.

* Capitalum hoc hodie eſt Emchii. Vide Miræum pag. 1033.

Monaſterium autem in montis ejuſdem vertice poſitum, ubi requieſcunt prædictorum corpora Sanctorum, ubi eſt etiam cimiterium fidelium, duodecim ſemper * Canonicis deputetur, & res, quæ eorum victui collatæ ſunt, in locis videlicet Reſatio & Vualdraico dictis, cum Eccleſiis in Tudinio, & Lederna poſitis, ut eas perpetualiter inconcuſſè poſſideant, & Abbatis, ſeu Monachorum ordinationi ſubjaceant.

Ipſe autem Abbas, ut ſecundum Conſtitutionem Leodienſis Epiſcopi ordinetur inviolabiliter, ſtabilimus. Et ut hæc noſtra Imperialis conceſſio per ſuccedentia tempora maneat inconvulſa, manu noſtrâ eam firmavimus, atque Sigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

✠ Signum Domini Ottonis magni & invictiſſimi Auguſti.

Vullegiſus Cancellarius ad vicem Ruotperti Arcbicapellani recognovi, & ſubſcripſi.

Data anno Incarnationis Dominicæ D. CCCC. LXXIII. Indictione primâ, regni vero Domini Ottonis tertio decimo, Imperii autem ſexto.

Actum Aquiſgrani Palatio Regio, in Dei Nomine feliciter. Amen.

CAPUT XVII.

Baldericus Leodienſis Epiſcopus anno 1016 *fundat ac dotat Abbatiam S. Jacobi Ordinis S. Benedicti in Urbe Leodienſi.*

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Quia manentem in hoc mundo Civitatem conſtat quemquam non habere, futuram quæ in cœlis eſt, qui ſani conſilii ſunt non negligunt inquirere; & ad hanc poſſidendam quanto quiſque potuerit ſtudio anhelare.

In qua etſi primum obtinere gradum ex divina promerentur gratiâ, qui optimam partem elegerunt cum Maria, illos tamen ab ejus beatitudine nequaquam credendum eſt excludi, qui more Marthæ ipſi Chriſto in ſuis fidelibus, ejus ſcilicet veſtigiis adhærentibus officioſâ caritate frequens miniſterium ſatagunt impendere.

Nam quorum voluntariam paupertatem in propoſito beato ac quietæ vitæ de ſuis facultibus pro nomine Jeſu videntur ſuſtentare, eorum etiam in futuro donabuntur mercede, ipſo Domino in Evangelio ſic atteſtante: *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet.*

Hanc Domini auctoritatem mecum retractans, & cum fidelibus Chriſti tantam mercedem accipere deſiderans, Ego Baldricus ſanctæ Leodienſis Eccleſiæ Sacerdos indignus, cum ex propriis operibus plus odii timerem quam amoris ſperarem, decrevi eos mihi amicos adjutores præparare, qui me deficientem in æterna poſſent tabernacula recipere.

Eâ ergo ſpe & conſilio confugiens ad tutelam & patrocinium S. Jacobi Apoſtoli fratris Domini, & omnium Apoſtolorum Chriſti, qui omnia pro ejus amore relinquentes, ipſum ſecuti ſunt nudi, in honore & venerabili memoria eorum Cœnobium Monachorum tentavi conſtruere in inſula Leodii, ubi collocato Eccleſiæ fundamento, cum jam cryptam ipſius ad effectum perduxiſſem, neſciens diem neque horam, acceleravi eam dedicare VIII. Idus Septembris in honore ſancti Andreæ Apoſtoli, cujus pias ac ſemper venerabiles Reliquias ibidem in Altari recondidi.

Tali autem meæ devotionis ædificio incœpto, in dotem adſcripſi pluſquam bonuarium terræ undique adjacentis, eamque liberam fore ab omni exactione decrevi, & allodium quod Silva nominatum, hereditario jure mihi competebat, eodem die ad ipſum Altare per manum Wigeri Advocati contradidi, præſentibus fratribus meis, Giſleberto videlicet Comite de Los, & Arnulfo, & aliis quampluribus Clericis & Laïcis liberis, Beatos videlicet Apoſtolos Jacobum & Andream, faciens in primis patrimonii mei heredes.

Deinde Fratres ibidem Deo ſub Regula & Abbate ſervientes, quos cum ſanctis Apoſtolis redemptionis animæ meæ fidejuſſores eſſe decreveram.

Quorum amabiles primitias, quas ibidem ad cultum Dei conſtitueram, cum poſtmodum interrogaſſem, quem prædictæ Eccleſiæ

Advocatum esse vellent, fratremque meum Gisleberтum Comitem de Los sibi eligerent, libenter annui petitioni eorum, sperans à nullo fidelius aut rectius, quam ab ipso & ab ejus heredibus detineri ac foveri Ecclesiam, quam pro mea & eorum salute construere incepe-ram.

Sed iterum metuens ne forte aliquando vel ipse vel heredes ejus obliti fidei & propinquitatis, justitiæ ac pietatis, liberâ vellent uti potestate, & pravas consuetudines per accessum temporum bonis Ecclesiæ violenter irrogare: Visum est mihi sub judicio & testimonio illustrium virorum illi constituere quid juris haberet, quid præmii speraret pro ipsa Advocatione, & ne aliquando quisquam illud infringere vellet, præsenti Cartæ cum idoneis testibus inferere.

Noverit ergo ipse cum sua Successione, noverint omnes filii Ecclesiæ in prædicto fundo, quod Silvam ex pulchritudine circumstantium silvarum nominavimus, id juris tantummodo illi constitutum esse, ut ad tria generalia Placita tantummodo in anno illuc veniat, & sic tamen ut non amplius quam ad opus decem virorum & undecim equorum servitium quod ei adjudicatum fuerit, accipiat, & de omnibus quæ in his tribus Placitis annunciata, vel correcta, seu corrigenda, & placitanda usque ad legitimas noctes fuerint, Ministri & Scabinorum consilio tertium denariorum sibi tollens, abeat in pace.

De omnibus vero aliis quæ foris vel intus Abbas vel Minister ejus per se corrigere toto tempore poterit, nihil exigat, nec de ullo negotio molestus sit ei, in ipso prædio non pernoctet, nihil precetur, denique non veniat, nisi juxta proprietatem nominis sui advocetur.

Præterea ut ipsam Advocationem in manu sua semper teneat, nulli umquam beneficet, neque sub se quemquam instituat, nisi Abbatis & Fratrum voluntate & consensu id fiat pro quo id meriti speret, ut de peccatis suis consequatur veniam. Sin autem aliud fecerit, iram Dei quam meretur, se incurrere sciat.

Itaque Advocatione Ecclesiæ data fratri meo Gisleberto, Comiti scilicet de Los, tradidi per manum ejus ad supradictum Altare sancti Andreæ duo prædia cum omnibus appendiciis & procincturis suis, Hanritium scilicet & Mattenam, tertium quoque quod dicitur Ernau, quod de bonis sancti Lamberti pro Palnaldes commutavi, eodem die tradidi cum omnibus appendiciis suis, exceptâ Ecclesia. Sed duo quæ præmisi, quæ à Comitatu fratris mei remota erant, aliis providenda committere decrevi.

Ernau vero quod propinquum erat, sub Advocatione ejusdem fratris mei constitui, est tamen lege qualem antiquitus ibi fuisse compertum habui.

Videlicet ut in procincturis Ernau nemo sequentium forestam vel aliquam potestatem intercipere præsumat, sed cum quanta pace S. Lambertus possederat, cum tanta & sancti Apostoli in perpetuum possideant.

Testes Dux Godefridus,
Arnulfus Comes frater Comitis Gisleberti,
Wigerus Advocatus,
Godescalcus de sancto Germano,
Oldo de Tamines,
Rogerus filius Lamberti,
Evrardus filius Thiebaldi,
Radolphus de Halek,
Lambertus de Oltepia,
Cechelinus de Gentile,
Engo Julentey,
Hugo de Cultuen,
Hugo de Formala, & alii quamplures liberi hominis.

Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini MXVI. Indictione XIV. imperante feliciter Henrico secundo.

Extant in Collectione amplissima PP. Benedictinorum S. Mauri Tomo I. duo Diplomata, unum Henrici Leodiensis Episcopi datum anno 1151, quo Parochialem Ecclesiam B. Mariæ Magdalenæ in Urbe Leodiensi, emancipatam ab Ecclesia Collegiata S. Joannis, donavit Abbati & Monachis S. Jacobi Leodii.

Alterum Lucii III. Pont. prædictam Ecclesiam Parochialem eidem Monasterio confirmantis, ibidem pag. 950. Estque hodie Prioratus ab Abbatia S. Jacobi dependens.

CAPUT XVIII.

Oduinus Dominus Walcuriæ, in Comitatu Namurcensi, fundat ibidem Collegium Canonicorum, in honorem B. M. V. anno 1026.

Ex Archivis Capituli Walcurienſis.

NOtum sit omnibus piè in Christo viventibus, quod Ego Oduinus, Dominus hujus Villæ Walcorien sis, & Uxor mea Eremburgis, hanc in eadem Villa construximus Ecclesiam, in honorem S. Salvatoris, atque S. Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, quatenus Nobis nostrisque Consanguineis æterna retribuatur merces jnstissimi Judicis, in die retributionis.

Summa autem eorum, quæ inibi tradidimus in die consecrationis ejusdem Ecclesiæ, hujusmodi subscripto dignum duximus posteris intimare. Decimam omnem ejusdem Ec-

eleſiæ Walcurienſis. Duos manſos in eadem Villa; Cambam I. Molendinum I. Eccleſiam de Sancto in Darnuenſi Pago. Quatuor manſos in Nuiling: quatuor in Marebaſio, in Fontenellis manſum I. in Villari I. cum camba I. & I. Molendino.

Tradidimus etiam XXIV. mancipia utriuſque ſexûs, & tertiam partem telonii de eadem Villa Walcurienſi, ad lumen perpetuò ſtabiliendum ante Crucifixum in eadem Villa. In Villa nomine Haar manſum unum.

Anno autem Incarnationis Dominicæ milleſimo XXVI. Indictione VIII, Kalendis Junii dedicata eſt eadem Eccleſia precatu noſtro, à Rainardo Leodienſi Epiſcopo; & in ipſa eadem die omnia quæ ſubſcripta ſunt, tradidimus eidem Eccleſiæ, Epiſcopo prædicto confirmante.

Poſtea defunctis Parentibus ſuis, Fulcuinus filius ejuſdem Oduini, & Uxor ejus Fredellindis tradiderunt ad eandem Eccleſiam, nonam de Mellinio, & nonam de Expouvio, & tertiam partem Eccleſiæ in Darmende..... & in Villa Carneto ſupra Sambram culturam trium bonnariorum, Villam etiam Sartum nomine in Darman cum camba I. & molendino I. & XVIII. mancipiis.

Waltelmus tradidit eidem Eccleſiæ I. manſum terræ in Villa Gomereis. Raburgis in Villamont VI. bonnaria terræ & unum curtile. Wenerannus in Villa Taer III. bonnaria. Goderannus in Teuxmont I. bonnarium. Erchenradus in Villa Fontenella V. bonnaria, & frater ejus Uxelinus II. bonnaria terræ & I. curtile in eadem Villa. Er Rotardus ſimiliter in eadem Villa I. pratum & I. bonnarium terræ. Immo in Villa Emercies VI bonnaria. Warelmus & Uxor ejus Emma in Villa Lamincles III. bonnaria. Oda in Villa-prato I. manſum. Bernehardus in Villa Rothucies I. bonnarium. Rotbertus in Tugerie III. bonnaria & I. curtile.

Hæc ſunt nomina Mancipiorum ejuſdem Villæ Wallecorienſis. Wilt. Titſenda. Berta. Bovo. Rainwidis. Rorbodo. Alſerga. Erminoldus. Hideſendis. Wiburgis. Benzelinus. Ermentrudis. Eniccina. Wizelina. Rainwidis. Berta, cum liberis. Uxor Tiboldi. Pleſtrudis cum liberis. Aufridus & Uxor ejus Caila, cum liberis. Tiguinus & Soror ejus Ermina. Joannes & Frater ejus Balduinus.

Adebelmus & Soror ejus. Hezelinus & Sorores ejus. Richildis & filia ejus. Amelſendis. Wiburgis & filia ejus Herſendis: quos dedit Helpandis Uxor Ganfridi. Ebalus & Sorores ejus Geila filia Gerardi Decani. Anduinus de Gonereis. Evearia, Amelburgis, Ermanſindis Sorores, Ancillæ ſunt Sanctæ Mariæ: Quarum una habet Virum nomine Ulboldum, & moratur in Villa nomine Eurebecca; ſitâ juxta Oldenardam. Teſtes hujus Traditionis.

✠ Oduini, & Fulcuini filii ejus, qui hanc Traditionem fecerunt.
✠ Waltelmi & filii ejus Geardi.
✠ Euchenradi & filii ejus Theodorici.
✠ Uzelini.
✠ Emmelini
✠ Rothardi.
✠ Franconis.
✠ Roberti Archidiaconi.
✠ Bodonis Archidiaconi
✠ Oiberti Archidiaconi.
✠ Benehardi Decani.
✠ Bodonis ejuſdem loci Præpoſiti, & Udelini ejuſdem Cuſtodis.

Dedit etiam huic Eccleſiæ Boſo Foſſenſis III. bonnaria terræ & I. curtile; Fulbertus Wallecurienſis VI. bonnaria.

Ego Bennuidis impetravi mediantibus Coguatis meis..... à quondam Elgrino de Gersucourt duas Ancillas.... in Darnucoſi Pago; Engelam Matrem & Gerſendem filiam; & dedi eas ſanctæ Mariæ in Walecurt; câ lege, ut ipſæ & poſteritas earum ſingulis annis darent per cenſum capitis ſingulos denarios Eccleſiæ, in Nativitate S. Mariæ teſtibus Alberto Socha, & Widone de Fontenelliis.

Et Berengerus dedit eidem Eccleſiæ generaliter.... allodium ſuum de Beertreis, & ancillam cum omni poſteritate ejus: eâ lege, ut ſi moreretur infra viciniam, ubi Canonici unâ die poſſent ire & reverti, ipſi eum ad Eccleſiam deferri facerent, & cum honore ſepelirent.

Wido de Fontenellis dedit eidem Eccleſiæ pro animâ avi ſui Domini Theodorici tertiam partem cenſûs, qui vulgo dicitur Stalaize.

Joannes de Flawin pro anima Patris ſui Gilleni unum jornarium prati reddentem IV. denarios cenſûs.

Item Mathildis dedit duas ancillas, Alendem & Guiſendem, & earum poſteritates.

A dorſo pendebant plura Sigilla antiqua, & erat ſubſcriptum: Major Carta Fundationis Eccleſiæ Walcurienſis.

CAPUT XIX.

Reginardus Leodienſis Epiſcopus fundat ac dotat Abbatiam S. Laurentii Ordinis S. Benedicti Leodii, anno 1034 per duo data eodem die Diplomata.

SI quæcumque facimus in verbo aut opere, omnia in nomine Domini facere nos oportet, multo maxime neceſſe eſt ipſum invocare, atque etiam implorare in his quæ pertinent ad cultum Religionis, in qua poſtpoſitis omnibus, æterno Regi ſingulariter adhærere ſummum quidem bonum eſt, quibus à Deo contigit.

Sed & eos proximum gradum tenere ſperamus, quorum pietate ac beneficiis illi foventur in propoſito ſanctitatis. Nam & vitis ſuſtentantibus ulmis magis fœcundatur, & ipſæ ſteriles non ſunt, dum alienis ſtructibus cooperantur. Sic & vidua quæ Heliſæum hoſpitaliter tractabat, amiſſum filium recepit; & Martha Evangelico miniſterio prædicatur, quod ipſi Domino atque ejus diſcipulis officioſâ caritate ſervierit.

Hæc & multa alia mecum reputans, Ego Reginhardus Leodicenſium indignus Epiſcopus, cum ex propriis operibus plus mihi formidinis eſſet ad pœnam, quam fiduciæ ad gratiam, decrevi mihi amicos & adjutores aliquos procurare, qui me deficientem recipere, atque ad æterna tabernacula poſſint aditum præſtare.

Eâ ſpe & conſilio confugiens ad tutelam & patrocinium glorioſiſſimi Martyris Laurentii in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti, ad venerabilem memoriam ejuſdem fui Levitæ conatus ſum conſtruere Cœnobium Monachorum ante portam urbis Leodii, quod ſuffragante Dei miſericordia, citius quam quiſque ratus erat complevi, Abbatem & Monachos illic conſtitui, heredes meos imprimis beatum Laurentium, deinde ipſos inſtitui, eoſque redemtionis animæ meæ fidejuſſores feci, ut eorum orationibus liberatus à morte, vitam æternam merear invenire.

Hæc igitur ſunt, quæ per manum Advocati Wiggeri præfatæ Eccleſiæ jure perpetuo mancipamus. In Waſegga centum manſos, prædium Meirbes habens XL. manſos cum integra Eccleſia & aliis appenditiis ſuis, Hairs XXII. manſos cum integra Eccleſia & aliis ſibi pertinentiis; Everhaliæ XVI. manſos & dimidium cum dimidia Eccleſia & aliis pertinentiis ſuis, Gladous XVII. manſos cum quarta parte Eccleſiæ & aliis appenditiis ſuis.

f. Evernaiſe. In Huars X. manſos cum quarta parte Eccleſiæ. In Bieta decem manſos. In..... decem manſos. In Bierbais ſex manſos. In Aurido quatuor manſos & dimidium cum appenditiis ſuis. In Groſwico quatuor manſos. In Venta tres manſos. In Maſeyck quinque manſos cum tertia parte Eccleſiæ. In Bomela tres manſos & quatuordecim curtilia. In Honſtami duos manſos. In Loner unum manſum. In Mera unum manſum. In Thiereborck duos manſos. Eccleſias Leus, Serrani-campi, Fexhe, Bollers, Altripia.

De cetero oramus atque obſecramus per miſericordiam Dei, ne quis ſucceſſorum noſtrorum cogitet horum quicquam movere vel infirmare; imo ſtudeant pro ſalute animarum ſuarum & hæc conſervare & alia adaugere.

Quod ſi contemſerint hoc facere, & vel ipſi vel alii pravi homines tentaverint aliquid eorum per violentiam, aut per dolum occupare, illos ex Auctoritate Patris & Filii & Spiritûs Sancti, & Beati Petri Principis Apoſtolorum atque omnium Sanctorum, ſed & Domni Piligrini Colonieoſis Archiepiſcopi, qui hanc Traditionem manu propriâ adſtipulatur, & Dedicationis eſt princeps, & Johannis Portuenſis Epiſcopi Legati Apoſtolicæ S. Sedis, & noſtrâ Auctoritate execramur, exterminamus, & eradicamus ab omni ſorte juſtorum, & in præſenti ſæculo & in futuro. Atque ut omnis legalis firmitas impleatur, ingenuorum Teſtium nominibus ſub aſſignatis, hoc noſtrum Inſtitutum apud poſteros commendamus.

✠ Ego Piligrinus Dei gratiâ Colonienſis Archiepiſcopus ſubſcripſi & confirmavi.

✠ Ego Johannes Portuenſis Epiſcopus & Bibliothecarius S. R. E. ſubſcripſi.

✠ Ego Reginardus Leodienſis Epiſcopus ſubſcripſi & confirmavi.

Sigillum Comitis Arnulphi,
Sigillum Giſleberti Comitis,
Sigillum Comitis Gozelonis,
Sigillum Wiggeri Advocati,
Sigillum Reimboldi,
Sigillum Huberti,
Sigillum Wilhelmi,
Sigillum Heriberti,
Sigillum Oldrici,
Sigillum Gerardi.

Data tertio Nonas Novembris, anno Dominicæ Incarnationis M. XXXIV. Indictione II. Anno vero Domni Conradi Imperatoris undecimo.

Actum Leodii feliciter. Amen.

Ego

Diploma alterum ejuſdem Reginaldi Epiſcopi.

EGo Reginardus Leodicenſium indignus Epiſcopus, ex propriis operibus plus formidinis ad pœnam, quam fiduciæ habens ad gratiam, à facie formidinis & à Majeſtate terribilis judicii Dei, confugi ad tutelam & patrocinium glorioſiſſimi Martyris Laurentii, ut in die mala auxilio interceſſionis ejus liberarer, & ſub umbra meritorum ejus protegerer.

Sciens autem ex ſacris Scriptoris, quod fiducia ſit magna coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus qui ſciuot eam; & quia idem S. Martyr diſperſit & dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi, ante portam Leodienſis Civitatis, ad ſalutem & munimen populi Chriſtiani, Monaſterium ejuſdem Martyris à fundamentis conſtruxi, & ipſum Monaſterium una cum Piligrino Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, & Johanne Portuenſi Epiſcopo & Apoſtolicæ Sedis Legato, tertio nonas Novembris dedicavi, & in eo pauperes Chriſti Monachos in ſancta Religione ad honorem & gloriam Nominis Domini ipſi fideliter ſervientes conſtitui, & de rebus ſive poſſeſſionibus quas habebam, vel quas acquirere potui, eos heredes meos & amicos, qui me recipiant in æterna tabernacula, feci, ut ipſi mea carnalia metere, & ſua ſpiritalia mihi ſeminare debeant.

Hæc igitur ſuot quæ per manus Advocati Wiggeri jure perpetuo mancipavi. Io Waſegga C. manſos cum omnibus uſuatiis & appenditiis ſuis. Io Hairs XXII. manſos cum integra Eccleſia, & aliis ſibi pertinentiis. Everhaliæ XVI. manſos & dimidium cum dimidia Eccleſia, & aliis appenditiis ſuis.

Prædium qooque Geſt in Comitatu Lovanienſi poſitum, ſicut ipſum liberum & ab omni exactione alterius domioii omnino abſolutum cum ſua Eccleſia & ſilva Epiſcopali jure teoebam, tradidi ad Altare ipſius, ut Eccleſia quoque beati Laurentii ipſum prædiom cum Eccleſia ſua, in ſilva, io culturis, in decimis, in campis, & in omnibus reditibus ſuis ſimili & eodem modo poſſideant jure perpetuo.

Cujus prædii traditio facta eſt per manom Lamberti Lovanienſis Comitis, quem legitimum Advocatum Eccleſiæ beati Laurentii de ipſo eſſe prædio conſtitui. In Miſmal XIII. manſos cum aliis appenditiis ſuis. In Publico monte qui ipſi Eccleſiæ adjacet, undecim manſos, io Bubais VI. manſos cum appenditiis ſuis. In Evernaiſe X. manſos cum appendiciis ſuis. Io Anrido IV. manſos cum integra Eccleſia. Io Jamapia quatuor manſos & dimidium. In Calineis IV. manſos cum quarta parte Eccleſiæ. In Loneis uoum manſum. In Eurendore tres manſos.

Inter quas etiampoſſeſſiones tradidi ad Altare ipſius beati Laurentii integras Eccleſias de Fexhe & de Lenauſſe & de Bollers cum omnibus terminis & appenditiis ſuis, ut omois decima tam de cultis terris quam de ſilveſtribus quandoque coleodis, & de omoibus reditibus ad decimationem pertinentibus, ad jus Eccleſiæ S. Laurentii, & ad uſus fratrum ibi Domioo ſervientium perveniat.

Decretum quoque eſt, ut in prædiis poſt legitimum Advocatum beati Laurentii, nullus alius omnino Subadvocatus ſit. Qui Advocatus onmquam in placito Abbatis ibi ſedere, niſi ab ipſo Abbate vel à Miniſtris ejus pro aliquo negotio fuerit evocatus: nullam exactionem ibi facere, oolli penitus Subadvocato ibi beneficium dare præſumat, nollum ibi obſonium, oullam precaturam habebit, nihil omnino præter quod Abbas ſuà mann ei dederit, uſurpabit, exceptis his domtaxat qnæ ejus auxilio, ſi quando pro aliquo evocatus negotio cum Abbate acquiſierit.

De cetero oramus atque obſecramus per Dei miſericordiam, ne quis Succeſſorum cooetor horum quidquam movere vel informare. Immo ſtudeant pro ſalute animarum ſuarum hæc confirmare, & à pravis & malis hominibus defendere.

Eos autem qui per dolum aut per violentiam hæc infringere tentaverint, niſi reſipiſcant, & auctoritate Patris & Filii & Spiritus Sancti, & beati Petri & omnium Apoſtolorum atque omnium ſanctorum, ſed & Domni Piligrioi Colonienſis Archiepiſcopi, qni Dedicationis Eccleſiæ beati Laurentii eſt princeps, & Johannis Portuenſis Epiſcopi, Legati Apoſtolicæ Sedis, & noſtrà Auctoritate excommunicamus ab omni ſorte ſanctorum, & io præſenti ſæculo & io futuro.

Atque ut omnis legalis firmitas impleatur, hanc Confirmationem præſentis Sigilli noſtri atteſtatione corroboravi, & teſtes tam idonei ſunt adhibiti, qui magnæ reverentiæ & ſplendoris poſſint eſſe præſentibus & futuris.

Domnus Piligrinus Colonienſis Archiepiſcopus.

Domnus Johannes Portuenſis Epiſcopus, Sedis Apoſtolicæ Legatus, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius.

Wazo majoris Eccleſiæ Præpoſitus,
Hugbaldus Decanus.
Nizo Theſaorarius.
Ex proſapia mea, Adelhardus.
Gerardus.
Wilhelmus.

Nobiles Viri, qoorum conſilio & coöperatione tes eadem acta eſt.

Gozelo Dux, & filius ejus Godefridus.
Hermaonus Comes.
Arnulphus Comes.
Gilbertus Comes.
Gozelo Comes.
Adalbertus Comes.
Wigerus Advocatus.
Rembaldus.

Hubertus.
Bernardus.
Gilhelmus.
Heribertus.
Olericus.
Gerardus.
Adelardus.
Godefridus.
Et de genere meo, Huneco.
Wilhelmus.
Hubertus,
Olericus.
Reginardus.
Razo.
Obertus.

De domo mea miniſteriales interfuerunt huie confirmationi,

Aaron.
Warnerus.
Tiebaldus.
Lambertus.
Everelmus.
Thiefridus & alii multi tam Clerici quam Laïci.

Actum Leodii tertio nonas Novembris anno Dominicæ Incarnationis M. XXXIV. Indictione ſecunda, anno Domini Conradi Imperatoris undecimo.

Vide in novâ Collectione Diplomatica PP. Benedictinorum S. Mauri Tomo IV. pag. 1168 & ſequentibus, varias alias Donationes ejuſdem Epiſcopi Reginaldi, atque imprimis Conceſſionem Altaris de Jeſt S. Remigii in Gallo-Brabantia ac Diœceſi Namurcenſi (pag. 1171.) Item Diploma Henrici V. Imp. anno 1120 & Bullam Eugenii III. Pont. Privilegia præfatæ Abbatiæ S. Laurentii confirmantis; ibidem pag. 1177.

Subſunt huic Abbatiæ Prioratus duo, nempe S. Severi in Meſſia, & S. Nicolai in Glano Leodii, de quibus plura inferiùs. Item Abbas iſte Patronus eſt Eccleſiæ Collegiatæ S. Jacobi Lovanii, Præbendarumque Collator; ut in variis Miræi hujuſque libri Diplomatibus relatum eſt. Vide Indices.

CAPUT XX.

Henricus III. Imperator benefacit anno 1040 Abbatiæ S. Giſleni Ordini S. Benedicti in Hannonia.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Henricus divina favente clementia Romanorum Rex. Statum regni Noſtri indubitanter ſtabilire ſperamus, ſi juſtis & idoneis precibus viſcera miſerieordiæ aperire non negamus: noſque etiam remunerandos eſſe in cœleſti confidimus patria, ſi noſtro conſilio & auxilio ſancta fuerit Eccleſia exaltata.

Quocirca omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium & noſtrorum præſentium ſcilicet ac futurorum univerſitati notum fieri volumus, quod nos pro æterno Dei nomine, ac pro remedio bonæ memoriæ patris noſtri Ch. Imperatoris animæ, inſuper ob interventum & petitionem Gerardi ſanctæ Cameracenſis Eccleſiæ Epiſcopi, atque Popponis Abbatis, pauperi Monaſterio in honore Apoſtolorum Petri & Pauli conſtructo quod nunc Cella vocatur, ubi pretioſus Confeſſor Chriſti Giſlenus corporaliter * jacere videtur, omnem Comitatum villæ nomine Baſilicas, a Croha uſque ad Petras Boſeras, & de eruce quæ eſt in via Platonis uſque ad aliam crucem, quæ eſt in fine allodii ejuſdem villæ, cum diſtrictu & mercato, & cum omni publica functione & utilitate, ſeu cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus ad prædictum Comitatum prænominatæ villæ pertinentibus, conſilio & conſenſu Balduini ejuſdem terræ Comitis ſuique Militis Goſwini Vicecomitis, noſtra præceptali auctoritate concedimus, donamus, inſuper corroboramus & confirmamus.

Præcipientes igitur volumus atque ſtabiliter ſtatuimus, ut nullus Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, ſeu aliqua totius noſtri regni magna parvaque perſona, præfatum Monaſterium de prædictis rebus à nobis conceſſis, aliiſque bonis omnibus ad eamdem ſanctam Eeleſiam jure pertinentibus, inquietare, moleſtare, diſveſtire præſumat, aut ullo modo ſe intromittere audeat.

Et uthujus noſtræ Donationis auctoritas ſtabilis & incorrupta omni tempore permaneat, & ut ab omnibus diligentius obſervetur, præſentis Paginæ teſtamentum manu propriâ roborantes, Sigillo noſtro juſſimus inſigniri.

Signum Henrici III. Regis inviĉtiſſimi.

Theodoricus Cancellarius Vice Bardonis Archicapellani recognovi.

Data anno Dominicæ Incarnationis MXL. Indictione VIII. VI. Kal. Junii, anno Domini Henrici III. Regis ordinationis XIII. regni I.

Acta Leodii feliciter. Amen.

* Anno 1491 Henricus de Bergis Cameracenſis Epiſcopus viſitavit Reliquias Sti. Giſleni die 15 Januarii, quas integras reperit, dempto uno brachio, quod deoſculandum quotidie peregrinis exhibetur, coram Johanne Abbate Sti. Giſleni & plurimis vicinis Abbatibus, eaſque tranſtulit in no-

rum facellum : de quibus omnibus Litteras dedit ; ex quibus diſcimus eaſdem olim fuiſſe viſitatas per Rogerum Epiſcopum Cameracenſem anno M. C. LXXX.

Vide etiam inter Inſtrumenta Galliæ Chriſtianæ Tomo III. pag. 3 Diploma Nicolai Cameracenſis Epiſcopi, qui Abbatiæ S. Giſleni conceſſit Altare de Harchies in Hannonia anno 1198.

CAPUT XXI.

Waſo Leodienſis Epiſcopus, anno 1046 addit decem Præbendas ad numerum XX. Canonicorum in Eccleſia Collegiata S. Bartholomæi Leodii, eiſque aſſignat amplos reditus.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Notum ſit omnibus, quod Comes Lambertus de Lovanio pro culpis ſuis excommunicatus, dedit mihi Wazoni indigno Præſuli pro abſolutione ſua quinque manſos fiſcales apud Villers in Hasbaoia, quatuor ſerviles, & quintum indominicatum, liber ſcilicet homo liberum malis conſuetudinibus allodium, aquis, ſilvis, pratis, paſcuis decoratum & conſitum.

Dedit etiam mihi in eodem loco Comitatum cum procinctu totius villæ & appendiciorum ejus, in agris & wariſcapiis, in propriis & alienis allodiis.

Dedit etiam ejuſdem villæ matrem Eccleſiam, cum optima corte & certis decimæ ſuæ Dominiis. Ego vero Prædeceſſorum meorum Baldrici ſcilicet, Wolbodonis, & Raynardi, qui pauperem Eccleſiam S. Bartholomæi ſuis auxerunt adquiſitionibus, ſecutus veſtigia, tradidi ibidem idem allodium cum Elleſia & ipſo Comitatu, per manus Gozelonis Comitis, qui erat Advocatus Altaris, quem etiam ibi pro animæ ſuæ redemptione Advocatum conſtitui, interdicens ſub anathemate, ut in procinctualibus tantummodo placitis tertio recepto denario, nullatenus ultra locum ipſum vel Eccleſiam hoſpitiis vel exactionibus præſumeret gravare.

Dedi etiam ibi quicquid habebam apud Herlaus & Tavers, apud Haimetines, & Eccleſiam de Marcha, & quicquid tenebam apud Franconis-Curtem & apud Formale & Roteliers, ad ſupplendam Præbendam X. Clericorum, quos adjunxi ad numerum XX. Canonicorum, quos ibi inveni.

Hujus rei teſtes ſunt, Lanzo Præpoſitus de S. Lamberto,
Rotbertus Archidiaconus,
Goisbertus,
Johannes Præbendarii,
Rotgerus,
Aſculphus,
Theodericus,
Bavo,
Onulphus.

De Clericis S. Bartholomæi, Erpo Præpoſitus,
Ailulfus Decanus,
Bernardus,
Gozechinus, cum aliis pluribus.

De liberis hominibus, Comes Gozelo qui & Advocatus, Comes A. de Namurco, Comites de Los Emmo & Otto.

De Familia Eccleſiæ Mainerus,
Warnerus,
Faſtradus,
Adelinus,
Lambertus,
Wolbertus,
Godefridus.

Actum eſt hoc anno Incarnationis Dominicæ MXLVI. Indictione XIV. regnante Heinrico Imperatore,
Gozelone Duce,
Me, Wazone Pontifice,
Advocato loci Gozelino,
Erpone Præpoſito,
Ailulfo Decano.

CAPUT XXII.

Heribertus Veromanduorum Comes, per Tabulas teſtamenti beneſacit anno 1059 Eccleſiæ S. Quintini in Veromanduis (ubi nunc illuſtre Canonicorum Collegium) item Eccleſiæ Cameracenſi, Abbatiæ S. Vedaſti & aliis.

IN Eſu Chriſto Domino noſtro in Cœlis triumphante cum eterno Patre & Spiritu Sancto, Nicolao Papa noſtro Sanctiſſimo, in terris Eccleſiam gubernante, Henrico Auguſto in Alemaniis imperante, Henrico Rege noſtro, adhuc glorioſe in Gallhis regnante, ejuſdemque Domini noſtri anno M. LIX.

Ego Herbertus Vermandenſium & Vadaſcorum Comes, videns labilis hujus manſionis

inſtabilitatem, ſpe ad ſuperne beatitudinis immortalitatem inhians, ut ampliot michi portio detur in terra vivcntium, conſtans ſanâ mente ſanoque conſilio, & de conſultu Alide conjugis meæ kariſſime, Teſtamentum meum condidi jure prctorio atque illud codicillorum vice valere jubco, ſi ei Juris aliquid defuiſſe videbitur.

Ego igitur Herbertus quam primum dc hac luce tranſiero, quia voce Dei celeſtia pro terrenis & manſura pro caducis promiſſa ſunt, do Eccleſiæ Sti. Quintini, cujus Advocatiam habeo & in qua corpus meum, ſi ita Katiſſimæ Uxori meæ placuerit ſubterrabitur cum pompa ſolempni, manſionalia mea apud Attas & Dalonias, cùm ochis arpiniis foreſtagiis & paſcuaticis tam pro ſalute anime meæ, quam prepotentiſſimorum progenitorum meorum hîc & alibi quieſcentium.

Dono inſuper Eccleſiæ Vermandenſi cujus & Advocatiam habeo, mnſos quaruor apud Berticortem, Martiſvillam & Specbias, cùm huobis, plauſtris & aratris ab bis dependentibus.

Et nt Dominus omnipotens promptius mc à peccatorum meorum ligaminibus abſolvat, ex his quæ miebi Chriſtus donavit, jure hæreditario ipſius Eccleſiis ſub meo dominio fundatis nnicuique C. ſolidos poſt obitus mei adhumationem enumerari volo; ea lege ut eæ communiter & privatim rcligioſiſſimc Deum pto nobis interveniant. Eccleſiis autem quas ſpeciali amore diligo, dclego ex ſuperabundanti liberalitate quæ ſequunrur; videlicet Eccleſiæ Sti. Arnulfi in Creſpeio manſum I. cum appendiciis juxta dictam Eccleſiam & C. ſolidos, Eccleſiæ itidem S. Albini C. ſolidos, Eccleſiæ Nantogili in Foreſto dc Gombriis & Peis arpentas duas.

Eccleſiæ dc Caniaco, ubi multa alia bona prius dcderam ac procuraveram, do manſa mea, apud Tcrignias, ac Flavias. Eccleſiæ dc Vivario ubi caſtrum habeo in foreſtis meis contiguis buobam unam. Eccleſiæ Firmitati urc. in bonorem S. Sebaſtiani arpentam I. in Foreſto Reſti. Eccleſiæ dc Biſtiſiaco C. ſolidos. Eccleſiæ de Buxeto ubi &Caſtellum habeo C. ſolidos. Eccleſiæ de Santiniis C. ſolidos. Eccleſiæ de Vermeria C. ſolidos. Eccleſiæ de Petrofangio C. ſolidos. Eccleſiæ dc Fera, apud Mootignis abſus tres cum area. Eccleſiæ Montis noſtræ Dominæ huobam I. in foreſto Dula. Eccleſiæ Peronenſi apud Buſuos & Terincortem manſiones quatuor cum mancipiis. Eccleſiæ Cameracenſi C. ſolidos, Eccleſiæ S. Petri ibidem abſus quinque apud Goiacum. Eccleſiæ S. Vedaſti Atrebatenſi, tria managia apud Honecortem.

Item tradn omnibus Comitatuum meorum prochis unicuique C. ſolidos. Do deinde Eccleſiæ S. Quintini & Vermandenſi vaſa argentea, viginti patinas II. candelabra IV. duo aurea ac duo eburnea, calices offertorios II. thuribula, crates, urciolos, conchas, culcitras & ecrvicalia ac cunćta mea Altarium ornamenta, atquc armaturam meam militarem.

Has autem donationes integre ſtatim poſt obitum mcum volo eſſe firmatas ac traditas.

Nc vero quis bæredum meorum huic meæ ultime voluntati contradicere preſumat, coram mc advocari juſſi filium meum Eudonem, quem diu conſilio & beneplacito meo rebellem, Magnatum intervento, paulo ante in gratiam receperam, qui meæ tandem voci obediens, adſtantibus filiis ſuis Eudone, Elebando & Sohiro dixit & promiſit ſe cum ſuis nihil unquam contra has clcëmoſynas tentatorum. Idemque promiſit Alida Sponſa mea, cujus nutui ac diſpoſitioni omnia cetera bona mea antea ex amore per Codicillum reliquceram. Ad bæc etiam annuit Alida filia mea dilectiſſima.

Maledictus crgo ſit, qui hæc violare preſumpſerit. In hnjus donationis & facti veritatem banc Chartam propriâ mann ſubtus ſignavi & laterculi mei teſſerarii impreſſione corroborari precepi.

Actum in Palatio meo feliciter. Amen.
Airius Cancellarius ſcripſi & relegi.

S. Quintini, Eccleſia alia dicitur in Monte, eſtque inſignis Abbatia Benedictinorum, ſub Diœceſi Noviomenſi in Gallia, primo lapide ab Oppido Peronenſi.

Alia eſt Abbatia S. Quintini in Inſula, itidem Abbatia Benedictinorum, in Oppido hujus nominis ad Somonam fluvium.

Alia eſt inſignis ac regalis Eccleſia Collegiata Sti. Quintini apud Veromanduos, in qua olim tredecim Epiſcopi Sedem ſuam fixiſſe traduntur; donec circa annum 530 Stus. Medardus Epiſcopus Sedem ſuam Noviomum tranſtulit. Sunt hîc cum Decano 60 Canonici, quorum primus ac honorarius eſt Rex Galliæ, Præbendarum omnium Collator.

Peronensis, Eccleſia Collegiata S. Furſei in Picardia.

Cameracensis, hodie Eccleſia Metropolitana: ea vero quæ hic S. Petri dicitur, dein tranſiit ad Canonicos Regulares dictos S. Auberti. Vide Notas in Miræo pag. 157.

S. Vedasti, inſignis Abbatia Benedictinorum Atrebati.

Hunecortis, vulgo *Honnecourt*, Abbatia Benedictinorum ſub Diœceſi Cameracenſi, de qua vide Diplomata & Notas in Miræo.

CAPUT XXIII.

Philippus I. Francorum Rex, confirmat Fundationem Abbatiæ Haſnonienſis Ordinis Sti. Benedicti in Diœceſi Atrebatenſi, anno 1065.

Plura vide in nova Gallia Chriſtiana Tomo III. pag. 82. Infrum. & ſequent.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Philippus divinâ propitiante clementiâ Rex. Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, & neceſſitates Eccleſiaſticas ad petitiones ſervorum Dei noſtro relevamus juvamine, atque regali tuemur munimine, id nobis & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam & ad æternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus.

Unde notum eſſe volumus omnibus præſentis temporis & futuri Eccleſiæ Chriſti, noſtriſque fidelibus, & quia præcellentiſſimi & amabiles Marchiones Balduinus pater cum filio æquivoco, cognato meo petiverunt cum omni humilitate & reverentia magnificentiam noſtræ poteſtatis, quatenus eis regali Edicto illud inviolabile confirmaremus impoſterum, quod ſanctæ recordationis Johannes Vir Illuſtris, & Eulalia Soror ſua tradiderunt de proprio jure Cœnobio Haſnonienſi, in honore Petri Apoſtolorum Principis fundato, & à Venerabili Vindiciano Cameracenſi Antiſtite dedicato, tam in Eccleſiis, quam in villis, agris, territoriis, & reliquis poſſeſſionibus, quæ jure & legaliter memoratum tenet Cœnobium in præſenti, vel quæ deinceps in jure ipſius voluerit divina pietas augeri, vel per ſe vel per Succeſſores ſuos, vel per quoſcumque nobiles, ſen ſervos, redemptioni animarum ſuarum quantum in eis eſt proviſuros.

Hoc etiam inſerendum ſuperioribus utile & proficuum duximus, quod Ermentrudis Regina nobilitatis titulo præclara, cum filia ſibi æquivoca, loco præfato tam humiliter, quam charitativè coodeſcenderit, eumque tam conſilio, quam rebus ditaverit; atque tam munificentiâ, quam Privilegio corroboraverit.

Habebat autem id temporis in Sceptris Francia Carolum Auguſtum agnomine Calvum, apud quem memorata Regina tam ſui nobilitate, quam probitate valebat non modicum, qui petitione tantæ Principis, ei ſe loco inclinavit, & Majeſtatis Regiæ munificentiâ & Privilegiis ditavit.

Sed quia proceſſu temporis multa negligenter inde fuerant ſublata, & beneficiis militum ſæculariter addita! ſupradicti Marchiones metu & anxietate futuri diſcriminis exterriti, ſupplicaverunt, ut præcinctum Parochiæ totius Villæ Haſnonienſis, quam ipſi cum cambio mutaverunt, ab his quorum erat beneficium, libernm & ab omni exactione abſolutum firmaremus, tam in campis, quam in aqua & in ſylvis vel hominibus poteſtatis ipſius Cœnobii, vel advenis, quos Albanos vocant, vel ſervis tam ſanctorum, quam hominum, infra præcinctum commanentibus, nulla occaſione vel Advocaturæ vel fiſcalis debiti, ab aliqua ſeu magna ſeu parva perſona, niſi ab Abbate ſupra memorati loci diſtringendis.

Precati ſunt etiam, ut Inſtrumenta Cartarum, quibus à fundamento Cœnobium ipſum uſque ad præſens tempus ditatum fuerat, per negligentiam ibidem commorantium perdita, noſtra regali Auctoritate repararentur; ita ut quidquid in præſenti idem Cœnobium quietè, & abſque ullius contradictione tenere vel poſſidere videtur, in Eccleſiis, villis, territoriis, bercariis, in electione etiam Abbatis, noſtra inconvulſa permanere dignanter decernat Majeſtas Regalis.

Annuit itaque benigniſſima dignatio noſtra precibus humilitatis eorum, concedendo quod & in perpetuum ſupradicto Cœnobio ad munimen proficiat, & dominationi noſtræ celeberrimum nomen apud poſteros ſemper exhibeat. Statuimus ergo & firmamus Præcepto Auctoritatis Regiæ celſitudinis, ut illa quæ Haſnonienſi Cœnobio à Johanne Viro Illuſtri & Sorore ſua Eulalia venerabili ſunt conceſſa, & à Balduino cognato meo recuperata, ſeu de proprio poſſeſſionis ſuæ aucta, vel augenda, vel à quocunque fideli pro remuneratione æternæ hæreditatis ampliata, vel amplianda, ſine retractatione, vel diminutione permaneant illibata, & ſicut à principio diſpoſita ſunt, omnino ſint inviolata, & & noſtro regali Edicto omni tempore irrefragabiliter roborata.

Ita ut nec præfati Marchiones quorum hoc firmo rogatu, nec eorum Succeſſores, vel alius aliquis magnus, ſeu parvus, dominium ullum audeant uſurpare, tam in incolis, quam in poſſeſſione. Decernimus etiam, quod ſi quis contra ſtatutum regalis gloriæ, & fidelium noſtrorum totiuſque regni nobis à Domino collati agere tentaverit, quaſi inimicus dominorum & reipublicæ, ab omni privetur Eccleſiaſtico, vel militari, vel etiam fiſcali beneficio.

Ad quod roborandum, Auctoritatis noſtræ imprimimus Sigillum, idoneorum teſtium auctoritate comdrobatum.

Signum Gervaſii Remorum Archiepiſcopi.

Signum Balduini Noviomenſis Epiſcopi.

S Widonis Ambianenſis Epiſcopi.
S Widonis Belvacenſis Epiſcopi,
S. Fulconis Abbatis Corbeienſis,
S. Waleranni Camerarii,
S. Radulfi Dapiferi,
S. Widonis Buticularii,
S. Baldrici Conſtab.
S. Balduini Marchionis Flandrenſis,
S. Balduini filii ejus & reparatoris ejuſdem loci,
S. Radulfi Comitis,
S. Walterii filii ejus & Simonis fratris ſui,
S. Wilhelmi Comitis Sueſſionenſis,
S. Widonis de Monte Lietberi,
S. Thietbaldi de Monte-Moranci,
S. Navelonis de Pierefont,
S. Widonis de Rochafort,
S. Wazelini de Calni,
S. Euſtachii Comitis,
S Raingoti Gandenſis,
S. Arnulfi de Aldinarda,
S. Walteril de Simai,
S. Walteri Comitis de Heſdin,
S. Balduini Comitis de Giſnes,
S. Walteri Caſtellani Duacenſis,
S. Anſelmi,
S. Rotberti Advocati de Attrebato,
S. Johannis Advocati,
S. Balduini Gandenſis,
S. Arnulphi de Arda,
S. Iſaac de Valentianis,
S. Gozvini Montenſis,
S. Hugonis Baveth,
S. Hiberti de Lietſines,
S. Waltieri de Lens,
S. Wietdrici de Tornaco.

Actum Corbeiæ in Baſilica B. Petri Apoſtoli anno ab Incarnatione Domini M. LXV. Indictione III. Epacta XI. regnante Philippo Rege anno VI. Epiſcopante Lietberto Cameracenſi anno XVII.

Ego Balduinus Cancellarius ſcripſi.

CAPUT XXIV.

Gerardus II. Cameracenſis Epiſcopus recenſet Abbatiæ Affligemienſi Ordinis Sti. Benedicti originem, illiuſque Eccleſiæ à ſe factam ſolemnem Dedicationem, anno 1086.

Ex Chronico M. S. Abbatiæ Affligem.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Gerardus divinâ propiciante clementiâ, Cameracenſis Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus poſt iſtius vitæ laborem, cœleſtium gaudiorum remunerationem.

Notum vobis fieri volumus, quod quidam Miles Gerardus nomine, & alii quam-plures Spiritu Sancto afflati, militiam hujus ſæculi pro redemptione animarum ſuarum deponentes, & in melius vitam ſuam ducere cupientes, quemdam locum ab antiquis Hafflighem vocatum, modo autem meo conſilio novum Monaſterium appellatum, ubi ſub Regula S. Benedicti degentes Monachicam vitam ducerent, elegerunt, & auxilio Heuriel Comitis & fratris ejus Godefridi (erat enim in Comitatu eorum) Eccleſiam in honore S. Petri exſtruxerunt: ad quam corroborandam ab eis invitati, congruâ gratulatione petitionem illorum ſuſcepimus, eamque benedicturi ſtatuto die illuc uſque pervenimus.

Itaque hanc in honore S. Petri titulo conſecrationis aſſignantes, diſpenſationis ejus dotem ex noſtra parte augmentare decrevimus, & de ipſo Allodio, quod Comes Henricus, cùm fratre ſuo Godefrido ibi tradiderat decimam, voluntate & petitione Domini Hereberti, qui tunc eam habebat, Eccleſiæ conferentes, præter legitimam Synodalis reverentiæ obſervantiam, & Pontificalis officii Benedictionem, ab omni redditu, quem aliæ Eccleſiæ multotiens, ſive juſtè ſive injuſtè, coguntur ſolvere, penitus liberam fore conſcripſimus.

Ut enim in ſancto propoſito ipſorum ſanctæ remunerationis haberemus conſortium, quia Laïci erant, & maximè ſui conſilii cauſſam in nos tranferebant, id quod quidem Monachicæ vitæ convenit, ſcilicet omnem popularis conventûs occaſionem loco illi amovere ſtuduimus, & nominatim nec Miſſam publicam, niſi fortaſſis neceſſariâ petitione Abbatis, à me vel ab aliquo meo Succeſſore ibi celebrandam.

Nec ſervitium, nec beneficium, præter ſolam benignæ orationis impenſam inde nobis exigendum immutabiliter confirmavimus.

Si vero inibi per rapinam cujuſcumque rei ſubtractio, vel ſanguinis accideret effuſio, quæ propter divinæ offenſionis juſtitiam Epiſcopi ſolent requirere præſentiam, Domno Abbati, quoniam longè ſunt à nobis remoti, ad honorem & utilitatem ipſius Eccleſiæ, hujuſmodi correctionis poteſtatem & reconciliationem per omnia conceſſimus.

Comes verò Henricus quantum ad ſe illam Eccleſiam abſque ullo reſpectu nobis præſentibus liberam fecit, & ſuper Altare nominatim, viginti manſos, aliaque prædia, coannuente fratre ſuo, tradidit, & legitimè confirmavit.

Ita iuquam, ut Abbatem eligere, baculumque ab Altari receptum ipſi committere in Fratrum foret poteſtate, nullo Epiſcopo, nullo Principe contradicente.

Ut autem bonam voluntatem, claramque oblationem illius quam brevi verborum ſerie notemus; ipſe Comes nihil ſui juris in eo retinuit loco. Excepto ſi Fratres de aliqua gravi offenſione illata eum appellarent, citius & velocius quam propriam injuriam juſtificaret, nec quidquam aliud de hoc merito, niſi orationes fratrum, & Dei retributionem recipere optaret.

Hæc autem ut rata & inconvulſa permaneant, Privilegio noſtræ Authoritatis munivimus, & Sigilli noſtri impreſſione conſignavimus, & ſub teſtimonio bonorum virorum ſubter ſignatorum corroboravimus.

Signum Matzelini Archidiaconi.
S. Widrici Archidiaconi,
S. Deſiderii Archidiaconi,
S. Auffridi Archidiaconi,
S. Diederici,
S. Sigerici Archidiaconi,
S. Alardi Archidiaconi,
S. Albaldi Capellani,
S. Joannis Militis,
S. Amelrici,
S. Olardi.

Si quis autem temeratio auſu huic Chartæ contraire tentaverit, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & à regno Dei alienum.

Qui verò obſervator exſtiterit, gratiam benedictionis & gaudia cœleſtia à piiſſimo Domino noſtro Jeſu Chriſto conſequi mereatur. Amen.

Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini M. LXXXVI. Regni verò Henrici Regis XXX. Præſulatûs Gerardi Epiſcopi IX.

CAPUT XXV.

Gerardus II. Epiſcopus Cameracenſis fundationem Prioratûs de Aymeries in Hannonia, ſub Abbatia Aquicinctina Ordinis Sti. Benedicti, ab Ermengarde de Montibus inſtitutam, confirmat anno 1088.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

Gerardus II. Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, cunctis ſalutem ubique fidelibus.

Fratres, ſi nos ſanctæ Matris Eccleſiæ filios eſſe prout decet cognoſcimus, ad illius imitationem cujus Sanguine redempta eſt, mores & vitam componere ſtudeamus. Dominus enim Jeſus, qui pro ea patiendo, & ad mortem uſque obediendo nos humiliter præceſſit, ſe ſuaque veſtigia nos debere imitari ſalubriter intimavit, dicens *bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis.*

Sed licet hoc tempore nulla omnino pro fratribus animas ponendi immineat neceſſitas; bona tamen faciendi, quæ vere ſuam habent remunerationem, non recedat voluntas; & ut ait Scriptura, *quia dilectus noſter candidus eſt*, quemadmodum noſtram præfatam Matrem Sancti Patres ſuo roſeam ſanguine reddiderunt in æſtu perſecutionis, ita nos candori intendentes juſtitiæ, miſericordiæ intendamus operibus in tempore pacis.

Unde notum fieri volo cunctis fidelibus tam poſteris quam præſentibus, me Eccleſiam de (1) Haimeries ſubjectam & quaſi filiam (2) Aquicinenſi Eccleſiæ & ejuſdem Abbati Haimerico regendam conſtituiſſe & exceptis duobus ſolidis qui mihi meiſque ſucceſſoribus ſingulis annis pro reſpectu ſunt perſolvendi, ab omni redditu liberam reddidiſſe.

Ermengardis vero de Mons honeſta quidem mulier & liberalis, quæ multum ſuis precibus ad hoc ipſum meam accenderat voluntatem, præſentiam meam cum filiis ſuis adiit, & eandem Eccleſiam ad uſus Fratrum ibidem Deo ſervientium de alodiis ſuis honeſtè dotavit.

Nam terram quantum carucca una arare valeat tradidit in eadem villa, quatuor quoque hortos tradidit in eadem villa &c. & alodium de Guiſ-geniis, quod tenet in vadimonium pro centum ſolidis, eâ ratione ut ſi forte redimere voluerint hæredes illud alodium de Urſeniis & alodium de Altâ-villâ.....

Hæc omnia annuentibus filiis & filiâ, ab omni Advocatione conceſſit libera ſuper Altare Dei Genitricis: ut iode Fratres viverent Deo ſerviturі. Tali vero ratione eandem Eccleſiam de Haimeries cum bis ſuis appendentiis ſeu beneficiis, ſub cura & arbitrio præfati Abbatis & ipſius Succeſſoris conſtitui, ut ſi ipſa aliquando per ſe ſuum poſſet habere Paſtorem, unum ſemper de Fratribus Aquicinenſis Eccleſiæ ſibi ad hoc eligeret. Et ſic deinceps omni tempore eidem Aquicinenſi Eccleſiæ ipſa annis ſingulis unam argenti marcam debito cenſu perſolveret.

Hoc itaque votum ſicut deſcripſimus, ſcilicet tam de ſubjectione quam de Abbatis electione, ſeu argenti redditione inter has Ec-

(1) AIMERIENSIS Prioratus hodieque ſubſiſtit in pago ejuſdem nominis apud Berlaimont inter Landrecium & Malbodium munita Hannoniæ Oppida, ad Sambram fluvium.

(2) AQUICINCTUM, celebris ac potens Abbatia Benedictinorum apud Duacum, in Hannonia. Vide Fundationem ejus cum Notis inter Opera Diplomat. Miræi pag. 163.

cleſias jure perpetuo ſervandum in poſterum conſtituimus. Hanc autem Chartam tum pro meo debito, tum pro dictæ Ermengardis petitione Sigilli mei impreſſione & bonorum ſubſter-ſignatorum Virorum teſtimonio corroboravi.

Signum mei ipſius Gerardi Epiſcopi.
S. Ansfridi.
S. Maſcelini.
S. Alardi Archidiaconorum,
S. Hugonis Decaoi.
S. Wolboldi Decani.
S. Comitis Balduini
S Valtheri de.....
S. Goſuini de Montibus,

Et Iſembardi filiorum Ermengardis, quorum aſſenſu hoc totum factum eſt.

Actum eſt hoc, anno ab Incarnatione Domini M. LXXXVIII. Indictione undecimâ, concurrente VI. Epacta XXV. regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto cum Patre & Spiritu Sancto, qui omnibus hæc fideliter conſervantibus coronam immarceſſibilem præſtet in cœleſtibus. Amen.

CAPUT XXVI.

Henricus III. Imperator Privilegia unitarum Abbatiarum Stabulenſis ac Malmundarienſis Ordinis S. Benedicti confirmat anno 1089.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, reſpectu divinæ miſerationis electus tertius Henricus, gratiâ Dei Romanorum Imperator & Patritius.

Quoniam comperimus authoritate ſanctæ Scripturæ, omnem hominem de bonis exemplum accipere debere; dignum & juſtum fatemur, id magis Imperialem Celſitudinem ſollicitius decere ſervare. Debet enim authoritas tantæ ſublimitatis aliquando revolvere, qualiter res Eccleſiarum Dei ſitæ ſint, & quæ à præcedentibus Regibus vel Imperatoribus io eis ſervientibus tradita ſint, & ab eis tradita vel conceſſa Auctoritatis ſuæ renovare aut roborare litteris.

Unde noverit numeroſitas fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum, illuſtrem Virum Abbatem Rodolphum de Monaſteriis Stabulaus ſive Malmundarium cognominatis, quæ utraque quondam corporaliter vivens ſanctus Remaclus ſumptu & auxilio Sigiberti Regis infra foreſtem noſtram io ſaltu Ardueoæ fabricavit & conſecravit; io quorum etiam principali, id eſt Stabulaus, corporetenus ſibi quieſcere complacuit, nos cum Monachis ſuis adiiſſe, & ſcripta vitæ ipſius Agii Cooſeſſoris Chriſti Remacli oec non & Præcepta Regum Sigiberti, Hildrici, Theoderici, qui petitione ejus & ammonitione conſtructores fueruot ipſorum locorum, & Sancita Imperatorum Karoli, Ludovici, trium Ottooum, ſed & Sereniſſimæ memoriæ Heinrici Imperatoris, genitoris noſtri, detuliſſe, & poſtulaſſe noſtram Celſitudinem, ut omnia appendentia vel tradita ipſius Eccleſiis à tempore S. Remacli per ſuccedentia tempora, noſtræ Imperialis Præceptionis firmaremus auctboutate,

Eſt igitur noſtrâ dignatione ſancitum, ut quidquid Prædeceſſorum ſuorum temporibus in illis locis fuit traditum aut condonatum, ſeu quod Abbati Poppooi Imperator Heinricus ob ſuæ animæ mercedem in Haſbania reddidit beneficium, ſive quod à divæ memoriæ avo noſtro ipſi fuit reſtitutum à Comite Herimanno, ex bærede mortuo per aliquaota tempora injuſte detentum, Scalentin ſcilicet & Paliſiol, cum omnibus appenditiis ſuis, nec non & decimas Eccleſiarum, quas Prædeceſſores noſtri Imperatores dederunt & confirmaverunt; & quidquid ad ipſa loca emit, ſextam videlicet de Amblava & Tumbis à Comite Godefrido de Engeis; vel quod de bono Eccleſiæ concambiavit, Wendengias & Corworoimon, Abbatis Sancti Maximini data villa Aſteleburns loco concambii; ſeu quod ab Hathelino Epiſcopo Baotbergenſi & ejus Præpoſito Luitpoldo concambiavit prædiolum, ſcilicet Lukeſenges, pro Wendengiis & duobus manſis apud Andernaicum & pro nova de Buobarde, ſine aliqua infractura maneat inconvulſum.

Quoniam vero Prædeceſſores noſtri Reges vel Imperatores ſuæ auctoritatis firmitate ipſis locis ſanciverunt, ut Advocatus ipſorum Monaſteriorum in curtibus ad ipſa loca reſpicientibus non præſumat manſuras aut paratas facere, redibitiones vel freda exigere, aut placitum tenere, aut parefredos ſumere ſibi, ſioe permiſſu Abbatis vel voluntate, eadem & nos ipſi Abbati & ejus Succeſſoribus firmando corroboramus, bannique noſtri impoſitione, ne deinceps quiſquam hæc audeat infringere, vigoramus: & quidquid ſane acquiſitum reperit in quibuſlibet rebus Eccleſiæ, roboratur noſtræ Præceptionis auctboritate, babens emunitatem ab omni Advocatorum infeſtatione.

Et quoniam Monachis Malmundarii conſtitutis ſanctea antiquorum Regum vel Imperatorum non ſuffecerunt, ſed ſub duobus Abbatibus

batibus rescindere eadem Monasteria laboraverunt, quod a temporibus S. Remacli adhuc manet inconvulsum. Propter hoc, inquam, ne aliqua deinceps inter eos controversia fiat, quod evenisse temporibus Domini Imperatoris Ottonis secundi constat, quodque infra annos pueritiæ nostræ per Nos quorumdam non sano depravatos consilio, per quinquennium & eo amplius tempore contigit evenisse, sed apud Curiam nostram Legiæ celebratam in Pascha anno videlicet M. LXXI. Incarnationis Dominicæ, ipsi sancto Remaclo nobis præsentialiter oblato, causa expetendæ justitiæ, qui utrorumque Cœnobiorum fundator illic per miracula, quæ Deus omnipotens per eum, nobis & fidelibus nostris præsentibus, dignatus est ostendere, claruit esse veracissimè, quod à nobis erat discissum injustè; fatemur nos juste sibi redditum perpetualiter redintegrasse.

Et ideo statuimus firmissime, secundum nostrum Imperiale Edictum, ut sub unius Abbatis regimine, sicut jugiter permansit utrumque, sit deinceps subjectum Cœnobium.

Et ut hæc nostræ concessionis ac renovationis atque confirmationis de omnibus his plenior habeatur Auctoritas, manu propriâ hoc Præceptum subterfirmavimus & Sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Domini Heinrici tertii Romanorum Imperatoris Augusti.

Humbertus Cancellarius vice Ruothardi Archicancellarii recognovi.

Data est X. Kalendas Decembris, Anno ab Incarnatione Domini M. LXXXIX. Indictione XII. anno autem Domini Heinrici tertii Romanorum Imperatoris Augusti, Regni quidem XXXVI. Imperii vero VI.

Actum Moguntiæ in Christi nomine feliciter. Amen.

Super veritate hujus Diplomatis fuit aliquando acris Controversia inter Monachos Abbatiæ Malmundariensis, & S. Mauri Parisiensis, qui illud è Cartulario Abbatiæ Stabulensis excerpserant. Ast (meo quidem judicio) in contentu prolixioris hujus Diplomatis nil apparet superfluum, nil interpolatum. Si forte aliquando productum fuerit abbreviatum; plures, ac signanter ipse Aub. Miræus in sua Notitia Ecclesiarum Belgii, id-ipsum præstitêre, imò etiam subinde stylum mutavêre. Rectius autem puto, Diplomata integra debere recenseri.

CAPUT XXVII.

Henricus Leodiensis Episcopus fundat atque dotat anno 1092 *Abbatiam Flonensem Canonicorum Regularium prope Huum, in Diœcesi Leodiensi.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Henricus Leodiensis Episcopus omnibus tam hujus temporis, quam in perpetuum successuris fidelibus perpetuâ notitiâ comprehendendum & vivaci memoriâ tenendum. *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, ad me*, ait Dominus *venire non potest*.

Hac veritatis sententiâ magis intellectâ quam quam creditâ, Christi fideles Laïci, Folcuinus, Lambertus, atque Rodulfus instinctu divino præventi, temporalibus desideriis abnegatis, suis omnibus volentes abrenuntiare, cum Abrahâm viro sanctissimo de terra sua & de cognatione disponebant egredi. Meo persuadente consilio, locum illum, qui Flona vocatur elegerunt, solitariâ mansione inhabitandum; quem eorum voluntati pro salute animæ suæ sub taxata ratione tradidi.

Canonicis Amanensis Ecclesiæ, cui appendebat locus ille, quantum ex eo se colerent, possent in decimas provenire, dedit molendinum super Baviam pro hujus loci commutatione, quem ab eis acceptum, & per ministros meos certis limitibus distermina-tum, tribus illis supra-nominatis, in quem volebant usum donavi, cum consensu & approbatione tam principum quam popularium, & cujuscumque conditionis fidelium, sine ullius Advocati districtione vel potestate & sine omni controversia cunctorum.

Annuens eis insuper ibidem ex meo jure, cum eadem traditione silvam, aquam, pascua potestati Amanio primitus appendentia, sed eò post-hæc nullo modo responsura.

Hi ergo tres viri mannum suarum laboribus asperâ loci vastitate perdomitâ, tamquam in proprio ædificato ibidem hospitali cum oratorio sub honore sancti Matthæi Apostoli, constitutis quoque ibidem Canonicis Domino regulariter servituris, prædia sua quæ habebant contradiderunt in ministerium, vel in Ecclesia Deo militantium, vel in hospitali repausantium.

Prædia vero quæ vel de proprio tradiderunt, vel ex suo conquisierunt hæc sunt. Quarta pars de Aincurt eum omnibus usuariis & appenditiis tam villæ quam Ecclesiæ, exceptis sex bonariis, quæ mater eorum S. Laurentio dederat.

Quarta pars Ecclesiæ de Peresnicis cum VIII. bonariis. In Villers VI. bonaria. In Geral-

mont VI. bonaria; apud Jairam quarta pars tam villæ quam Eccleſiæ & familiæ cum omnibus uſuariis, excepta nona parte, quam tenuit Rodulphus ante de Bones.

Familia autem ſic eſt tradita, ut ſi denarium unum ſolverit, ab omni alio reſpectu libera ſit: ſic tamen ut quicumque de illa copulandi conjugiis non jungantur niſi Eccleſiaſticis. Quod qui fecerit & obierit, dimidium bonorum ejus Eccleſiæ erit.

Si Haſtoltus obierit, ſimiliter bonum ejus Eccleſiæ dimidietur, reliquum heredibus permittatur. Molendina quoque ſuper Flonam iidem viri conſtituerunt, quibus curſum aquæ neceſſarium conceſſi ſufficientem & liberum, firmiter decernens, ne ullus umquam impediat illum; ſed & ſilvam in quemlibet uſum molendinorum vel molentium neceſſariam nullus prohibeat.

Ex his autem rebus prædictis ſeptem libras & duos ſolidos cum octo modiis ſiliginis & decem modiis avenæ placuit eis ſeparari, in uſum Hoſpitalis deſtinare.

Hæcque duo principaliter ab eiſdem viris oblata Pontificali noſtræ poteſtati ſic ſunt ſuppoſita, ſic noſtrâ manu ſuſcepta, ut libenti animo decernerem, Pontificali auctoritate ſancirem, ne eodem loco degentes ſub Religione, nec in Prioris ſui electione, nec in Fratrum reſtitutione, illius omnino poteſtatis neceſſitati ſubjacere. Ita ut nec Epiſcopo liceat aliquo modo quicquam de ſupradicto loco vel ſubtrahere, vel vendere, vel præter eorum arbitrium donare, vel aliquid commutare, nec Archidiacono vel ejus Decano quicquam ibi ſui juris vindicare, ſed cum ſumma libertate ſub jugo Domini conſtituti, non violenter, ſed paternè pontificali tantum gubernentur moderamine.

Illud etiam Epiſcopali auctoritate eidem loco conceſſi, ut ſacri baptiſmi myſterium ibi celebretur, tali conditione, ut pueri ejuſdem loci, vel ſi qui aliunde pro dilectione in communi manentium illuc mittantur, ibi baptizentur, alii vero nequaquam ſuſcipiantur.

Olei quoque Sacramentum ab ipſius Epiſcopi manu ſtatui congruis temporibus requirendum. Si quis autem temere in ſupradicto loco aliquid eorum quæ à dictis viris ſunt conſtituta & noſtrâ Sanctione ſtabilita præſumſerit violare, partem habeat cum Juda traditore, ſitque anathema, maranatha.

Hujus rei teſtes: de Clericis præpoſitis,
Tyetwinus Abbas,
Everardus,
Heinricus,
Tietwin, Abbas Lambertus,
Avelinus,
Richerus,
Rado.
De Laïcis: Dux Godefridus,
Albertus Comes Namurcenſis,
Cuono Comes & filii ejus,
Arnulfus Comes de Los,
Comes Arnulfus de Kynei,
Henricus & frater ejus,
Watnerus de Greis,
Godeſcalcus de Cennaco,
Hugo de Davelles,
Godefridus de Ham,
Everwinus de Waldemont,
Rodulfus de Boſſut,
Godeſcalcus de Jace,
Walcherus de Foſſes,
Jobannes de Holenquils,
Dodo de Hoio.

Acta ſunt hæc Leodii anno Dominicæ Incarnationis M. C. XII. Indictione XV. regnante Henrico Imperatore Auguſto.

Extat in eâdem Collectione PP. Bened. S. Mauri Tomo I. pag. 764 Diploma Adalberonis Leodienſis Epiſcopi, confirmantis anno 1140 eidem Abbatiæ Flonenſi omnes poſſeſſiones, ei à quinque Prædeceſſoribus ſuis atque ab aliis conceſſas.

CAPUT XXVIII.

Capitulum Cathedrale, totuſque Atrebatenſis Clerus rogat Urbanum II. Pontificem pro conſecratione Lamberti ſui Epiſcopi, primi, poſt Atrebatenſis Eccleſiæ à Cameracenſi ſeparationem circa anno 1094.

VEnerabili magnificoque totius ſanctæ Eccleſiæ Papæ Urbano, devotus Clerus & Populus Atrebatenſis orationem continuam atque ſubjectionem pronâ mente omnimodam.

Gratias immenſas conditori atque reparatori noſtro pleno corde agimus omnium, qui inſpirando movendoque cor tuum, hactenus per multa annorum volumina depreſſos gementeſque viſitare ac liberare dignatus es à jugo Novercæ noſtræ, ſcilicet Cameracenſis Eccleſiæ, ut ad priſtinam libertatem Canonico rediremus Scripto; & Apoſtolicâ Auctoritate roborati, teſtando Atrebatenſem Eccleſiam unam ex nobilioribus Civitatibus Remenſis Metropolis & principalem Sedem Epiſcopatûs fuiſſe, ſuam Diœceſim & cetera pontificalia jura habuiſſe, ac ut ſecundùm ſa-

cros Canones nobis dignum Deo & hominibus erigeremus Paſtorem præceptiſti. Quod & fecimus in imitatione Sanctorum Patrum jejunio triduano, precibus lacrimabilibus, & eleëmoſynis nonnullis, Lambertum videlicet Ghisnenſem, virum Religioſum, corda fidelium largo fonte prædicationis irrigantem, ita ut à multis millibus piæ plebis clametur, quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem ſuam.

Hunc itaque catenâ obedientiæ tuæ vinculatum tenemus, præſtolantes miſericordiam Dei, à quo omnes procedunt benedictiones, per te nobis impleri.

Nos etenim, Rector ſancte, ut juſſit clementia tua, obediendo tibi per omnia, bis miſimus jam-jam pro ipſius conſecratione Archiepiſcopo Remenſi legationem, ut eum aut conſecraret, aut cum Litteris ſuis tibi conſecrandum dirigeret.

Ipſe verò tuo ſancto canonicoque præcepto differens obedire, dilationem invenit animabus fidelium periculoſam ac nulla ratione ſubnixam, ut Dignitas tua præſentium fiatrum perpendere poterit relatione.

Nunc agitur, pie Pater, hæc tam gravi neceſſitate compulſi ad te noſtrum ſolum ſub Deo refugium cogimur redire, ut quod ſanctè Deoque digne cœpiſti, amore ipſius cujus ſanguine ſumus abluti, ne differas adimplere.

Idque humiliter petimus, ut ſumma obedientia infra terminum tuæ diſpoſitioni placitum Archiepiſcopo eum præcipias conſecrare, aut adduci jubeas conſecrandum Dignitati tuæ, ne diverticulando juſſio tua jam tertiò Archiepiſcopo injuncta ac in omnibus penè Galliæ partibus divulgata videatur annullari.

Vide Tomo V. Miſcellaneorum Steph. Baluſii à pag. 237 uſque ad 282, Geſta omnia, quibus Atrebatenſium Civitas, ſub Urbano II. & Paſchali II. Romanis Pontificibus, excuſſo Cameracenſium ſubjectionis jugo, in antiquam reformatur dignitatem.

Item in Spicilegio Domni Lucæ Dachery Tomo V. pag. 539. & ſequentibus, antiquæ Editionis, habentur ſequentes Epiſtolæ, concernentes Epiſcopatum Atrebatenſem noviter à Cameracenſi ſeparatum.

Epiſt. VIII. Raynoldi Archiepiſcopi ad electum Atrebatenſem Lambertum, quâ ſcribit ſe acceptum à ſuis Suffraganeis conſilium, quo poſſit decernere de iis quæ mandavit Papa.

Epiſt. IX. Atrebatenſium ad Raynoldum Archiepiſcopum Remenſem. Scribunt, ut mittere velit cum ſuis Literis Lambertum ad Urbanum Papam.

Epiſt. X. Raynoldi ad Urbanum Papam. Mittitur Lambertus cum hac Epiſtola ad SS. P. reddituque rationem, cur Lambertum conſecrare renuerit.

Epiſt. XI. Atrebatenſium ad Urbanum Papam. Expoſtulant à SS. P. ut Lambertum ordinet Epiſcopum.

Epiſt. XII. Quæ acta ſunt Romæ in conſecratione Lamberti narrantur.

Epiſt. XIII. Urbani Papæ Raynoldo Remenſi Archiepiſcopo. Reprehendit Raynoldum quod timore amittendi juris in Cameracenſem Eccleſiam haud conſecrare voluerit Atrebatenſem Epiſcopum.

Epiſt. XIV. Lamberti ad Raynoldum Archiepiſcopum Remenſem. Excuſat ſe quod citius Archiepiſcopum non adierit; togat interim ut ejus recipiat profeſſionem.

Epiſt. XV. Lamberti ad Clericos Remenſis Eccleſiæ. Apud Clericos Remenſis Eccleſiæ purgat ſe quod negotiis præoccupatus eis debitam reverentiam nondum exhibuerit.

Epiſt. XVI Raynoldi ad Robertum Flandriæ Comitem. Ut Lambertum Epiſcopum confirmatum ſuſcipiat precatur.

Epiſt. XVII. Urbani Papæ II. Roberto Flandrenſi Comiti & Optimatibus ejus. Commendat Lambertum Epiſcopum, & ut res ejus ablatas reſtituere procurent.

Epiſt. XVIII. Hugonis Lugdunenſis Archiepiſcopi, Roberto Flandriæ Comiti. Vice SS. Pont. ut Lambertum excipiat, tuearurque rogat.

Epiſt. XIX. Ejuſdem quibuſdam Abbatibus & Abbatiſſis, ut Lamberto veluti ſuo Paſtori obtemperent.

Epiſt. XX. Urbani Papæ II. Gualchero Cameracenſi Epiſcopo, ne Epiſcopum Atrebatenſem perturbet.

Epiſt. XXI. Raynoldi Archiepiſcopi Remenſis Lamberto Atrebatenſi Epiſcopo. Juſſu Papæ mandat ut Lambertus ſe conferat ad Concilium.

Epiſt. XXII. Ejuſdem Lamberto Epiſcopo Atrebatenſi. Convocatur Lambertus ad Concilium Claromontanum.

Epiſt. XXIII. Urbani Papæ II. Lamberto Atrebatenſi Epiſcopo. Mandat Lamberto, ut adeſſe Concilio Claromontano non moretur.

Epiſt. XXIV. In qua narratur quomodo Lambertus ad Concilium Claromontenſe proficiſcens in itinere capiatur.

Epiſt. XXV. Urbani Papæ II. Guarnerio de Caſtellione. Ut Lambertum dimittat, præcipit.

Epiſt. XXVI. Ejuſdem, Archiepiſcopo Senonenſi, ejuſdem argumenti.

Epiſt. XXVII. In qua narratur iter Lamberti Epiſcopi Atrebatenſis ad Concilium Claromontenſe proficiſcentis.

Epiſt. XXVIII. Raynoldi Remenſis Archiepiſcopi eidem Lamberto. Præcipit Lamberto ut excommunicatione feriat Hugonem de Inciaco.

Epiſt. XXIX. Ejuſdem eidem Lamberto. Lamberto ſcribit, ne abſque Epiſcopi Cameracenſis & Comitis Flandriæ aſſenſu pacem ineat cum Hugone de Inciaco.

Epiſt. XXX. Paſchalis Papæ II. confirmat Privilegis Atrebatenſi Epiſcopo conceſſa.

Epiſt. XXXI. Ejuſdem Paſchalis. Prohibet Atrebatenſem Eccleſiam Cameracenſi ſubjici.

Epiſt. XXXII. Ejuſdem Lamberto Atrebatenſi Epiſcopo. Ad litem inter Canonicos & Monachos Atrebatenſes dirimendam, à ſe delectos Arbitros ſcribit.

Epiſt. XXXIII. Ejuſdem duodecim Arbitris. Ut litem abſque partium ſtudio definiant.

Epiſt. XXXIV. Innocentii Papæ II. Alviſo Aquincinctino Abbati. Renuenti Alviſo præcipit ut Atrebatenſis Eccleſiæ curam ſuſcipiat.

CAPUT XXIX.

Lambertus Epiſcopus Atrebatenſis Confraternitatem inſtituit inter Canonicos Eccleſiæ ſuæ Cathedralis & Monachos S. Amandi Elnonenſes anno 1097, variaque Altaria his olim conceſſa, denuo eis confirmat.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen.

Ego Lambertus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus deſideranti animo cupiens eradicare omnem ſimoniacam hæreſim à noſtra Diœceſi, ſatisfaciens precibus Domni Hugonis Venerabilis Abbatis Elnonenſis Cœnobii, de titulo Beati Stephani Protomartyris & glorioſi Sancti Amandi, cæterorumque Fratrum ejuſdem Eccleſiæ, hæc Altaria, ſcilicet de Scaldino, de Lurcio, & de Ruoth, & de Buleniolo, & de Dieraco, quæ hactenus perſonaliter tenuerant, pro peccatorum noſtrorum remiſſione Succeſſorumque noſtrorum Epiſcoporum prænominatæ Congregationi liberaliter poſſidenda, remotâ omni ſimoniacâ exactione, in perpetuum confirmamus; ea tamen conditione ut defunctis Presbyteris, locorum illorum, alii idonei ab Abbate ad Epiſcopum deducantur, eiſque cura animarum ab Epiſcopo gratis impendatur.

Salvo in omnibus jure Atrebatenſis Epiſcopi & reditibus ejus, & conſuetudinibus Archidiaconi ſui & miniſtrorum ejus.

Si qui verò poſt hanc noſtram definitionem prædictam hæreſim eradicatam replantare præſumpſerit, vel pro tali negotio pecuniam exegerit, dator & acceptor cum Simone hæretico anatema ſit.

Prædictus autem Domnus Hugo Abbas, ſed & omnis Elnonenſis Cœnobii Succeſſor ejus Abbas, ſi ad Synodum ab Atrebatenſi Epiſcopo fuerit invitatus, adveniet. Et ſi talibus negotiis detentus & intentus fuerit pro quibus advenire non potuerit, per quendam Monachorum ſuorum, niſi annuente Epiſcopo remanſerit, cauſas & Canonicæ & Synodalis excuſationis tranſmittet.

Obedientiarius verò Altarium ſupradictorum Monachus Synodis ſemper intererit. Hanc etiam affinitatem inter Atrebatenſem & Elnonenſem Eccleſiam inconvulſâ ſtabilitate concedimus; quatenus Elnonenſes, audito Epiſcopi obitu, exequias illius fraternè celebrare non differant, & Atrebatenſes ſimiliter de Abbate ſancti Amandi faciant.

Nos verò iſtius Paginæ Auctoritatem ratam & inconvulſam permanere volentes, eam in præſentia ſubſcriptorum Teſtium confignavimus.

Signum Domni Clarembaldi Oſtrevandenſis Archidiaconi.

S. Domni Johannis Archidiaconi Atrebatenſis.

S. Domni Odonis ſanctæ Mariæ Præpoſiti.

S. Domni Gisberti Decani.

S. Domni Anaſtaſii Cantoris.

S. Domni Gualteri Cuſtodis.

S. Domni Roberti Magiſtri.

S. Maſcelini Atrebatenſis Archipresbyteri.

S. Amalrici Decani de Maſten.

S. Johannis de Duaco Decani.

S. Domni Aloldi, venerabilis ſancti Vedaſti Abbatis.

S. Domni Johannis, de Monte ſancti Eligii Abbatis.

S. Domni Alberti Haſnonienſis Abbatis.

S. Domni Richardi Marchianenſis Abbatis.

S. Domni Hamerici Aquicinenſis Abbatis.

S. Domni Raineri Cameracenſis Abbatis de ſancto Sepulchro.

S. Domni Goiffridi Abbatis ſancti Andreæ de novo Caſtello Cameracenſi.

S. Domni Geroldi Hamenſis Abbatis, de territorio Taruanenſi.

Ego Lambertus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus hoc libertatis donativum relegi, ſubſcripſi ✠ & in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti confirmavi.

Actum Atrebati in Synodo in Baſilica beatæ Mariæ ſemper Virginis Dominæ noſtræ anno videlicet Dei Chriſti M. XCVII. Indictione V. XII. Kal. Novembris, anno autem Pontificatûs Domni Lamberti Atrebatenſis Epiſcopi quarto.

Extat in iiſdem Miſcellaneis Baluſii Tom. V. pag. 399 Diploma alterum ejuſdem Lamberti Atrebatenſis Epiſcopi, datum anno 1112, quo eidem Abbatiæ S. Amandi concedit tria Altaria cum dotibus ſuis, nempe Bulceng, Maſtaing & Helemes, in Diœceſi ſua Atrebatenſi.

Similem Confraternitatem inter Cathedralem Eccleſiam ſuam & Abbatiam S. Vedaſti Atrebati conſtituit idem Epiſcopus Lambertus anno 1098, quam ſupra exhibui pag. 22 hujus Collectionis Diplomatum Belgii.

Talis etiam legimr ſtabilita anno 1097 inter Cathedralem Atrebatenſem & Abbatiam S. Dionyſii Remenſis Ordinis S. Auguſtini per eundem Epiſcopum Lambertum; apud Baluzium Tomo V. Miſcellan. pag. 377 conceſſo ſimul Altari de Ays, in Diœceſi Atrebatenſi.

Eadem fuit ſtabilita Confraternitas anno 1108 cum Abbatia Corbeienſi Ordinis St. Benedicti in Diœceſi Noviomenſi, Collato Altari de Monchy Diœceſis Atrebatenſis: apud eundem Baluzium Tomo V. pag. 393.

C A-

CAPUT XXX.

Baldericus, Simon & Waltherus Tornacenſes Epiſcopi Altaria quædam concedunt Capitulo Sti. Donatiani Brugis (nunc Cathedrali) anno 1100. 1008. &c.

I. *Eccleſia de Uutkercke.*

Ex Archivis Eccleſiæ Cathedralis Brugis.

GO Baldricus Dei gratiâ Tornacenſis atque Novinmenſis Epiſcopus, notum fieri volo omnibus Stæ. Religionis cultoribus, quod Domnus Bertulphus Brugenſis Eccleſiæ, Sti. videlicet Donatiani Præpoſitus, Frater quoque Dodinus Decanos cæterique ejuſdem Eccleſiæ Fratres noſtram adierint præſentiam, humiliter & devotè obſecrantes, quatinus Altare de Utkercke, quod ſub Perſonatu tenebant, perpetuo eis tenendum concederem.

Quorum humillimam devotionem perpendens, vitamque eorum omni Eccleſiâ dignitate pollentem conſiderans, dignum duxi petitioni eorum condeſcendere, & quod rogabant concedere.

Conſilio igitur & aſſenſu Lamberti Archidiaconi noſtri, noſtrorumque Clericorum conceſſi eis eorumque Succeſſoribus, ſcilicet S. Donatiani Canonicis prædictum Altare perpetuò tenendum; tali videlicet conditione, quod eorum Decanus Perſonatum & Synodalia jura cæteraſque conſuetudines Epiſcopo ſeu ejus miniſtris, ſicut antea, faciat & ſolvat.

Ut ergo noſtris ſeu futuris temporibus Privilegium hoc ratum & inviolabile maneat, conſilio Clericorum noſtrorum Pontificali Authoritate illud confirmavi, & Sigilli mei impreſſione corroboravi.

✠ Signum Domni Balderici.

Actum Brugis anno Incarnationis Dominicæ M. C. 1100.

Notum igitur eſſe volumus præſentibus & futuris Stæ. Matris Eccleſiæ fidelibus, Fratrem Bertulphum Brugenſis Eccleſiæ Sti. Donatiani Præpoſitum cum ſuis ejuſdem Eccleſiæ Canonicis ad nos veniſſe, & ut eis eorumque Eccleſiæ Altare de Dudzela, Altare de Utkerckâ, & Altare de Znenkerka, Altare de Clemskerka, nec non Altare de Artrica, Altare etiam de Lophem in perpetuum tenenda concederemus, humiliter poſtulaſſe.

Quorum devotione & humilitate conſideratâ, Lamberto Archidiacono cæteriſque noſtris Clericis aſſentientibus, ipſis etiam Fratribus qui eadem Altaria hactenus ſub Perſonatu tenuerant rogantibus, Gummaro ſcilicet, & Reinifrido de Altari de Dudazela, & Riquardo de Altaribus Suankerka & Clemskerka, nec non Walthero de Altari de Artrica, etiam Hugone de Lophem ſimiliter de Uytkerka, conceſſimus etiam eis eorumque Eccleſiæ Altaria prædicta ſub perpetua libertate tenenda, ſalvis noſtris noſtrorumque Succeſſorum redditibus.

Hac ſcilicet conditione interpoſitâ, quod eum prædicti Fratres viventes ſeu morientes à Perſonatu Altarium iſtorum deceſſerint, unus ex eiſdem Canonicis, quem Fratres ad hoc elegerint, curam de prædictis Altaribus ab Epiſcopo ſeu ab ejus Archidiacono recipiat, & Synodalem obedientiam eis exhibeat. Canonici ſunt Paſtores.

Hoc etiam Paginæ hujus volumus annectere, quod Canonici ipſi perpetuam mei commemorationem debeant facere. Quod ut noſtris, ſeu futuris in temporibus ratum & inviolatum permaneat, pontificali Auctoritate confirmavimus, & Sigilli noſtri impreſſione ſub anathemate confirmavimus.

✠ Signum Domini Balderici.

Actum & datum Brugis anno Incarnationis Dominicæ M. C. VIII. Indictione II. regnante Rege Ludovico anno I. Epiſcopante Domino Baiderico anno XI. 1108.

II. *Eccleſiæ de Dudzeele, Zuenkerka, Clemskerke, Artrike, Lophem.*

Ex Archivis Capituli Cathedralis Brugis.

BAldricus Dei gratiâ Noviomenſis atque Tornacenſis Epiſcopus, univerſis S Religionis cultoribus ſalutem. SS. Patrum dictis, Fratres Kariſſimi, monemur & exemplis, ſi quis pro Sanctæ Dei Eccleſiæ multipliceatione aliqoid à Noba poſtulavit, ut petitioni ejus cum omni humilitate acquieſcamus, & in quantum poſſumus, orationem ejus exaudiamus.

III. *Eccleſia de Sueveezeele.*

SImon Dei gratiâ Tornacenſis atqoe Noviomenſis Epiſcopus, univerſis Filiis Eccleſiæ in perpetoum. Notificamus dilectioni veſtræ, quod dilecti filii noſtri, Rogerus ſcilicet Eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis Præpoſitus, & Liebertus ejuidem Eccleſiæ Decanus ad me venerunt, & ut Eccleſiæ ſuæ Altare de Sueveezela donarem, humiliter pe-

tierunt. Quorum piæ petitioni libenter præbens aſſenſum, aſſenſu Domini Robberti Archidiaconi noſtri præfatum Altare liberum & abſque Perſonatu Eccleſiæ S. Donatiani pro anima mea donavi, ſalvis juſtitiis noſtris, & noſtrorum Miniſtrorum.

Præterea Altaria quæ Prædeceſſores noſtri eidem Eccleſiæ donaverant, Nos quoque confirmamus, Altare ſcilicet S. Crucis, Altare S. Michaelis, Altare de Orſcamp, Altare de Lophem, Altare de Artrica, Altare de Dudazela, Altare de Zuenkerka, Altare de Utkerka, Altare de Clemskerka.

Hæc itaque omnia Altaria Eccleſiæ S. Donatiani confirmamus: & ne quis eam temere turbare præſumat, ſub anathemate prohibemus, præſentemque Cartam Sigilli noſtri impreſſione, & Teſtium ſubnotatione roboramus.

S. Domini Simonis Epiſcopi.

Actum anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXXV. Epiſcopatûs Domini Simonis XIII.

IV. Eccleſia de Ruddervoorde.

WAltherus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſens ſcriptum inſpecturis ſalutem & dilectionem. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod in præſentia noſtra conſtitutus Lambinus de Rudeford totam Decimam *de Hove* quam Hakettus Miles Pater ſuus quondam à Decano & Eccleſia S. Donatiani in Brugis ſub annuo cenſu tenuerat, ut dicebatur, quitam & liberam clamavit in perpetuum, & eam coram Nobis abjuravit, recognoſcens ſe aut heredes ſuos nichil juris habere in Decima memorata, ſed eam pleno jure ad Decanum & Eccleſiam B. Donatiani ſpectare debere.

In cujus rei teſtimonium præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine fecimus roborari.

Actum Brugis anno Domini M. CC. XXX. menſe Novembri.

V. Erectio Parochiæ de Wendune.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen. Ego G. Brugenſis Præpoſitus, G. Decanus & univerſum Capitulum S. Donatiani, omnibus fidelibus in perpetuum notum eſſe volumus, tam præſentibus quam futuris, Perſonatum de Vutkerka ad noſtram ſpectare Eccleſiam. Unde & Noſtræ ſollicitudini de jure fatemur incumbere, ad juſtas preces Parochianorum ejuſdem Eccleſiæ, ea quæ minus perfectè hactenus in ea ordinata fuerunt, quantum ad nos ſpectat, pro poſſe noſtro melius & perfectius ordinare.

Dignum eſt enim, ut ſollicitè provibus vigilent, qui de lacte earum pabulum, & de lana accipiunt operimentum.

Clamantibus itaque ad Nos, & aſſiduis querelis aures noſtras pulſantibus illis qui circa fines occidentales prædictæ Parochiæ habitabant, quod nimis eſſet laborioſum & maximè in extremis laborantibus periculoſum ab Eccleſia nimium diſtanti Sacramentorum neceſſariorum & Sacerdotis ſolatia poſtulare, freti authoritate & conſilio Everardi Tornacenſis Epiſcopi, ut prædictorum Parochianorum neceſſitati ſuccurreremus, ſæpe-dictam Parochiam in duas diviſimus, ſcilicet in Uutkerkam & Wendunen. Everardus fuit Epiſcopus Tornacenſis ab anno 1173 uſque ad 1191.

Ut autem de utriuſque Parochiæ terminis nulla prorſus in futurum naſci poſſet dubitatio, ſtatuimus, ut aquæ-ductus qui dicitur Vertinga à meridie uſque ad Dich, & à Dich uſque ad latam foſſam, & à lata foſſa uſque ad Fluſflit & à Fluſflit uſque ad mare, dictas Parochias diſtingueret. Verum-tamen ultra prænominatum aquæductum, ex parte ſcilicet Wenduna hæ manſiones ſunt infra Parochiam de Uutkerke: manſio Erembaldi &c.

Sacerdotibus quoque Matricis Eccleſiæ, Ordinatione noſtrâ in Eccleſia de Wendune hoc juris reſervatum eſt in perpetuum, quod habebunt duas partes de oblationibus præſente funere, & duas partes de oblationibus & duas partes de introductionibus. &c.

Actum circa annum M. C. LX.

VI. Eccleſia de Adenghem.

W Dei gratiâ Epiſcopus Tornacenſis univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod nos invadationem Decimæ in Parochia de Hadenghem circa Calweſtraete & Helevelde jacentis, quam Adeliſa de Spicario Vidua, & Gerardus primogenitus ejus fecerunt Mgro. Joanni Sacerdoti & Canonico S. Donatiani in Brugis, de licentiâ Balduini de Praet Militis, à quo ipſa Decima in feodum tenebatur, & de aſſenſu & voluntate Eccleſiæ Harlebacenſis, ad quam ſpectabat, ſicut in eorumdem Litteris ſuper hoc confectis plenius continetur, ratam habentes, eandem authoritate præſentium confirmamus, ſalvo in omnibus jure noſtro & Eccleſiæ baptiſmalis.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras dicto Sacerdoti Sigillo noſtro tradidimus roboratas.

Actum apud Flardsloo, anno Domini M. CC. XXVII. menſe Martio in Bti. Gregorii Papæ.

VII. Eccleſia Stæ. Crucis, juxta Brugas.

EGo Baldninus Flandriæ & Haynoniæ Comes & Marchio Namurci, notum fieri volo, tam præſentibus quam futuris, quod Eccleſiæ S. Crucis quæ ſita eſt inter Malam & Brugas, quia ibi pauſavit Corpus venerabilis Margaretæ Uxoris meæ, dedi viginti ſolidos per conſenſum Balduini filii mei, ſin-

gulis annis de Brevibus Cameræ pro ſalute præd. Æ Margaretæ Comitiſſæ Uxoris meæ, in S. Martini in perpetuum perſolvendos.

Ex quibus XX. ſolidis decem ſolidi cedent in uſus Sacerdotum ibidem divina celebrantium in die Anniverſarii prædictæ Comitiſſæ. Reliqui X. ſolidi cedent in uſus Eccleſiæ, videlicet ad luminaria & ad opera Eccleſiæ.

Ut igitur hoc ratum & inconvulſum permaneat, Ego & Balduinus filius meus Sigillis noſtris & teſtium ſubſcriptionibus præſentem Paginam communiri fecimus.

Actum anno Domini M. C. XCIV. menſe Novembri IX. Kal. Decembris.

CAPUT XXXI.

Baldericus Tornacenſis ac Noviomenſis Epiſcopus confirmat anno 1103, *fundationem Prioratûs S. Amandi de Torota in Diœceſi ſua Noviomenſi, dependentis ab Abbatia S. Martini Ord. S. Benedicti Tornaci.*

BAldricus Dei gratiâ Noviomenſium Epiſcopus, univerſis Catholicæ Religionis cultoribus in æternum gaudere cum gaudentibus.

Quædam, Fratres, apud nos erat Capella, noſtro videlicet in Epiſcopatu, noſtra ſub poteſtate, in loco qui Sti. Amandi dicitur, prope fines Belvacenſis Epiſcopatûs in honore ejuſdem S. Amandi fundata, ſolummodo à quodam Monacho inhabitata.

Hanc Frater Maubertus S. Martini Tornacenſis Monaſterii Monachus præcepto & aſſenſu Abbatis ſui Domni Odonis ſibi ſuiſque fratribus ſuoque loco à nobis dari petiit, ut in loco illo cum eodem fratre qui ſolus inibi prius conſueverat inhabitare, Deo deſerviret & eumdem locum ad honorem Dei multiplicaret.

Videns igitur devotam ipſius intentionem, immo conſiderans Abbatis ſui Domni Odonis ſuorumque Monachorum religionem, ac locorum quibus præſunt exaltationem, conſilio & aſſenſu Gerardi Archidiaconi noſtri noſtrorumque Clericorum, eodem etiam Fratre, qui prius locum illum inhabitaverat, devotiſſime obſecrante, conceſſi & donavi S. Martino Tornacenſi ejuſque Monachis, omni munerum exactione remotâ, prædictum locum cum Capella, & cum omni ſibi appendenti terra ſub perpetua libertate poſſidendum; eâ ſcilicet conditione, quod ipſius S. Martini Abbas de loco illo & de his omnibus quæ ad eundem locum pertinent, de Fratribus etiam intromittendis & ad ſe revocandis liberam habeat facultatem. Salvâ tamen Noviomenſis Epiſcopi Paſtoralitate & obedientiâ.

Quod ne quis noſtris ſeu futuris in temporibus violare præſumat, Pontificali auctoritate confirmavi, & Clericis noſtris, qui in præſenti Pagina ſubſcripti ſunt aſſentientibus, Sigilli mei ſigno corroboravi.

Signum. &c.

Actum anno Dom. Incarnationis M. C. III.

De Origine hujus Prioratûs ſic habet Chronicon Abbatiæ S. Martini. Cum Radulphus hujus Cœnobii Præpoſitus, in Territorio Noviomenſi apud Caſtrum de Torota, Eccleſiolam in honore S. Amandi conſtructam inveniſſet, ita tamen vacuam, ut nec paſſum quidem terræ haberet; eundem locum ſolitarium à Baldérico Noviomenſi Epiſcopo pro ſuo S. Martini Cœnobio impetravit.

Quem locum, gratiâ Dei cooperante, ita provexit, ut intra breve tempus plures ibi Deo ſervire gauderent. Atque inter eos, quidam Petrus Noviomenſis Canonicus, ibidem Monachûs effectus, duas optimas vineas Noviomi ſitas huic loco contulit. Tenebantur autem omnes iſti Monacho, primùm in Abbatia S. Martini Religionem profiteri.

CAPUT XXXII.

Litteræ Confraternitatis inter Evremarum Patriarcham Jeroſolymitanum ejuſque Sanctam Eccleſiam, & Lambertum Epiſcopum atque Eccleſiam Atrebatenſem, datæ anno 1104.

EVremarus Dei gratiâ Hieroſolymitanus Patriarcha, ſpirituali Patri ſuo dilectiſſimo Lamberto Atrebatenſi Epiſcopo fraternam in Chriſto dilectionem.

Gratias omnimodas vobis refero, Pater dilectiſſime, quia dum ſub manu humilitatis veſtræ eram, paterno affectu me dilexiſtis atque inſtruxiſtis. Quapropter amicitiæ & dilectionis tunc inter nos collaudatæ, ut patrem & doctorem vos diligenter admoneo, im-

memorem non esse. Quamvis enim spatio terrarum marisque separatus vestram dulcedinem, unde doleo, corporali visu videre nequeo, tamen oculis mentis bonitatem vestram & caritatem semper intueor; quia præ omnibus, Deus scit, vos diligo & amplector.

Igitur, carissime, in benevolentia vestra admodum confidens, obsecro ut sarcinam obedientiæ quam mihi impositam esse scitis, si vobis placet, me alleviare juvetis, Apostolicum implens præceptum, alter alterius onera portate &c.

Si quid autem nobis mandare, vestræ placet Excellentiæ, secundùm posse meum in omnibus voluntati vestræ me invenietis promptissimum.

In orationibus & in aliis beneficiis si quid divinæ clementiæ fragilitas nostra efficere potest placibile, ut magistrum & fratrem dilectissimum scitote vos esse consortem.

Ad hæc de benedictione sancti Sepulchri mitrimus vobis anulum unum aureum, ampullulas crystallinas duas balsamo plenas. Bene valete, & orate pro nobis & pro Civitate sancta Hierusalem.

Data III. Nonas Aplilis.

Postea sequebatur Bulla plumbea Patriarchæ; in cujus circuitu interiori hæc scripta erant Græcè, ὁ ἅγιος τάφος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In exteriori verò Latinè*, Sigillum Euremari Patriarchæ Hierusalem.

Et in margine: Accepta XIII. Kal. Decembris. Missa ab Hierusalem Atrebatum anno Dei Christi M. C. IV.

Extant in Miscellaneis Stephani Balusii Tomo V pag. 283, usque ad 376 plurimæ Litteræ Lamberti, primi Atrebatensium post suam à Cameracensibus separationem Episcopi, & Litteræ aliorum ad ipsum. Atque in his Litteris plurima etiam, qua Metropolitanam Remensem Ecclesiam, magnamque etiam partem Historiæ hujus Ævi Ecclesiasticam concernunt, continentur.

Item pag. 377. sequuntur Privilegia plurima concessa à Lamberto Episcopo Atrebatensi, tam suæ quam aliis Ecclesiis.

CAPUT XXXIII.

Baldericus Tornacensis Episcopus restaurationem Abbatiæ Falempiniensis in Gallo-Flandria, factam à Rogerio Castellano Insulensi ejusque conjuge Emmâ recitat atque confirmat anno 1108. *Item Passchalis II. Papa anno* 1110.

IN nomine summæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Baldricus Dei gratiâ Noviomensis & Tornacensis Episcopus omnibus sanctæ Religionis cultoribus gaudere feliciter in cœlestibus.

Divina siquidem misericordia Nos ad hoc suæ præfecit Ecclesiæ, ut si quæ bona sunt, fideliter nutriamus; & quæ correctione fuerint digna, cum omni diligentia emendare studeamus.

Universis itaque sanctæ Matris Ecclesiæ filiis notum esse volumus, quandam Parochianam nostram nomine Oginam pro Fanopinensi Ecclesiæ quæ eo in tempore ferè ad nihilum erat redacta, consilium & auxilium nostrum obnixiùs postulasse, Fratribus & Coëpiscopis nostris Odone Cameracense, Domino Joanne Morinense, Domino Lamberto Atrebatense, multisque venerabilibus personis pro illa postulantibus.

Illa quippe Ecclesia ab Antecessoribus præfatæ mulieris fundata, Fratribusque deputata, sæculari tamen ditioni quasi hæreditario jure erat subjecta.

Post hoc verò Dei gratiâ succurrente, ipsa quoque muliere cum viro suo Rogero Islensi Castellano suggerente, & Roberto Comite Flandrensi annuente, ab omni laica potestate liberata, & à Prædecessore nostro Radbodo Episcopo ab omni debito soluta, sub professione canonica Canonicæ libertatis fuit Privilegio sublimata.

Ex humili igitur & devota sæpè dictæ mulieris querimonia audientes ipsam Ecclesiam ad tantam devenisse miseriam, quod canonicus in ea nullo modo ordo teneretur, Sacerdos etiam vel Levita in ipsa minime inveniretur: prædictorum Coëpiscoporum Consilio dignum duximus ipsius devotionem confovere, & ad restaurationem memoratæ Ecclesiæ officii nostri curam impendere.

Proinde ergo Dominum Joannem Taruanensem Episcopum adivimus, & quemdam ipsius Clericum, nomine Lamberrum, quem ad Pastorale regimen necessarium esse audieramus & utilem, ab eo postulatum desolatæ Ecclesiæ præfecimus; cui curam & Prælationem illius commendavimus, eâ videlicet ratione, ut sub communis vitæ proposito ibidem tam Prælatus, quàm subditi Deo servire studeant, Lamberto nimirum Archidiacono nostro, & Clericis nostris assentientibus.

Nos igitur auctore Deo sicut à Prædecessore nostro Radbodo Venerabili Episcopo illam confirmatam multorum testimonio cognovimus, ita etiam nostri Sigilli impressione eandem munire, & corroborare decrevimus, & possessiones ipsius ab omni aliena persona intactas permanere statuimus.

Alodium

Alodium ſcilicet totum S. Chriſtophori, circa atrium, cum tota decima ejuſdem Villæ, Alodium de Ferino, Alodium de Mareha, Alodium de Warendino, Alodium de Wilcaredo prato, & Rualcurte, Alodium de Anetiers, & Formeſtrali, Curtem ad Templuvium.

Quicumque ergo hanc noſtri Decreti Paginam infregerit, excommunicatus, & alienus à Corpore & Sanguine Domini Jeſu Chriſti, donec reſipuerit, fiat. Amen.

Signum Baldrici Epiſcopi.
Lamberti Archidiaconi.
Segardi Abbatis S. Martioi Tornac. &c.

Actum Tornaci anno M. C. VIII. Indict. I. regnante Ludovico Rege,
Roberto minore principante.

Bulla Paſſchalis II. Papæ.

PAſſchalis ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto Lamberto Abbati, & ejus Fratribus in Eccleſia S. Chriſtophori de Phalempin Canonicam vitam profeſſis, eorumque Succeſſoribus in perpetuum.

Devotionem Veſtram ex venerabilium Fatrum Joannis Morineuſis, & Baldrici Noviomenſis Epiſcoporum relatione cognovimus, quia in Eccleſia de Phalempin ad Regularis diſciplinæ obſervantiam largiente Domino conaluiſtis. Religioſorum etiam conjugum Rogerii & Ogivæ deſiderium percepimus, qui locum veſtrum omni poteſtatia ſuæ jugo liberum facientes, Canonicos illic ſecundùm B. Auguſtini Regulam ordinari deſideraverunt.

Nos igitur & illorum voto, & Fratrum noſtrorum, qui prænominati ſunt, Epiſcoporum petitionibus annuentes, vitæ Canonicæ ordinem, quem profeſſi eſtis, in eodem loco in perpetuum conſervandum Auctoritatis Apoſtolicæ robore ſtabilimus.

Quam ob rem ſtatuimus, ut quæcumque prædia, quæcumque bona vel ab ipſius Eccleſiæ fundatoribus, vel à ſupradictis conjugibus, vel à quibuſcumque fidelibus Dei ſuo jure in eandem Eccleſiam oblata ſunt, vel in poſterum offerri contigerit, Vobis, veſtriſque Succeſſoribus firma ſemper & quieta permaneant.

Præcipimus itaque, & penitùs interdicimus, ne pro Chriſmate, pro cathecumenorum vel confirmandorum oleo, vobis à Decano ſeu ceteris Matricis Eccleſiæ Clericis, moleſtia inferatur.

Concedimus etiam vobis in Eccleſia Parochiæ veſtræ Presbyterum ad regendum Parochiam conſtituere; ſalvâ tamen Tornacenſis Epiſcopi reverentiâ &c.

Datum Laterani Incarnationis Domini anno M. C. X. Indictione III, V. Idus Aprilis Pontificatûs noſtri anno XI.

CAPUT XXXIV.

Balduinus Rex Jeroſolimitanus, enarratis ſacris expeditionibus fratris ſui, Godefridi Bullionii Lotharingiæ Ducis, nec non Marchionis S. R. I. ſeu Antverpienſis, erigit anno 1110 *novum Epiſcopatum in Bethleem in Palæſtina, dein tranſlatum in Galliam.*

DIvinâ inſpirante gratiâ Gens Francorum admonita, Hieruſalem Civitatem ſanctam, diuque oppreſſione Paganorum fatigatam, ubi mors, quæ primo prævaricante parente genus humanum invaſerat, morte Salvatoris eſt deſtructa, à ſpurcitiâ prædicta liberavit.

Obſeſſa eſt namque Civitas hæc cultu divino digna VII. Idus Junii à Gente præfatâ, & Idibus Julii Deo pro eâ pugnante, eſt capta.

Captâ autem Civitate anno Domini M. C. diſpoſitione divinâ ſuggerente, placuit Clero, atque Raimundo Sancti Egidii, Roberto Normanniæ, & Roberto Flandrenſi Comitibus, Tancredo, & cæteris Primatibus cùm univerſâ Francorum multitudine, ut piiſſimus & miſericordiſſimus Dux Godefridus, cariſſimus Frater meus eidem præſideret. Ipſe verò, vir Deo dignus, Sanctæ Civitatis Gubernator, primo Principatus ſui anno peracto, Deo propitio, tertiâ die ſequenti in pace quievit.

Cui Ego Balduinus ab exaltante Clero, Principibus & populo primus Rex Francorum nutu divino, excellentiam Bethleemitieæ Eccleſiæ, Nativitatem Domini Noſtri Jeſu Chriſti præfulgidâ mente pertractans, in quâ primùm venerabiliter caput meum diademate ornatum effuſerat, ut Epiſcopali dignitate donaretur, mihi per omnia placuit.

Igitur quòd corde caſtè conceperam, indeſinenter excogitans, tandem ad aures Arnulfi Archidiaconi, Viri clariſſimi, & Hieroſolymitani Capituli uſque perduxi, eumque & idem Capitulum, ut ſuper hac re mihi conſulerent obnixè rogavi.

Qui tam juſtæ petitioni meæ obſequentes,

tum pro Hierosolymitana Sede, quæ postea quasi orbata parente videbatur, tum pro hoc negotio Romam peti decreverant.

Hanc itaque Legationem Arnulfus Archidiaconus, & Aichatdus eodem tempore Decanus luicipientes, Romam perrexerunt, & Sancto Spiritu coöperaote, apud Domoum Paschalem II. universalis Ecclesiæ Pontificem, de utroque oegotio honestum iovenieotes consilium, Hierusalem remearunt.

Domous vero Paschalis Papa, Gibellinum Arelatensem Archiepiscopum, virum sapientiæ radiis coruscum, omnique morum honestate fulgidum, cui ad Legatioois Arnulfo atque Aichardo præsentibus injuoxerat, post eos Hierusalem direxit.

Propterea à me, Clero simul & populo gaudeoter susceptus, pro præcepto Domni Paschalis Papæ & meâ bonâ voluntate, & assensu Hierosolimitani Capituli, ac totius favore Coosilii, & propriâ deliberatiooe omnia dispensans in Bethleemiticâ Ecclesiâ, Ascbetinum, virum illustrem eaodem guberoantem, quem Hierosolymitaoum Capitulum ejusdem Ecclesiæ Cantorem, me cum meis proceribus & populo volente Ascalonæ elegerat atque statuerat Episcopum, obtinere Primatum Episcopalem decrevit, Bethleemiticæque Sedi pro præcepto & consideratione nostrâ, Ascalonæ Ecclesiam Parochiali jure subjugavit.

Tandem ego Balduinus Dei gratiâ Rex Hierusalem Latinorum primus, jam dicta lætus obnixè firmavi. Villam etiam Bethleem quam Ecclesiæ concesseram pro salute animæ meæ, & misericordissimi Ducis fratris mei Godefridi, atque omnium parentum meorum: & unum casale, quod est io territorio Accon, nomine Bedar: aliud etiam quod est in territorio Neapolitano nomine Seylon: aliud quoque adjacens Bethleem quod dicitur Bethbezan, & duo casalia in territotio Ascalonitano, unum videlicet Zeophir, & aliud nomine Caicapha, cùm suis pertinentiis, Episcopo, ejusque Successoribus firmiter ac liberè tenere ac possidere præcepi, dedi, atque concessi.

Præfatum quoque Ecclesiam à calumniâ qoâ Hierosolimitana Ecclesia eam vexabat, commutatione terrarum ac vioearum quæ in circuitu Hierusalem in meo domioio erant, absolutissimam teddidi.

Statuimus autem, quòd si quis Clericus, vel Laïcus, nefandissimâ cupiditate ductus, illud quod pro petitione meâ de Bethleemitica Ecclesia, Nativitate Domini ac Salvatoris nostri præclara, Spiritu Sancto juvante, à Domno Paschale, Romanæ Sedis summo ac veoerando Pootifice, per Gibellioum ejusdem Legatum, Arelatensem Archiepiscopum roboratum est, post decessum meum violare præsumpserit, invasionis crimine, nisi commonitus resipuerit, obligetur, ac totius Regoi nostri expers effectus, graviter judicetur.

Præterea concedo, quòd quicumque meorum Optimatum, vel aliquis Militum, seu Burgensium, Dei afflatus spiritu, de suis redditibus, pro sua suorumque animabus, dare eidem Ecclesiæ voluerit, libera sit sibi piæ voluntatis executio, & inperpetuum valeat facultatum suarum legitimè facta donatio.

Facta est autem hæc Concessionis vel Confirmatioois nostræ inscriptio, rerumque gestarum designatio, anoo ab Incarnatione Domini M. C. X. Indictione III. præsidente Romanæ Ecclesiæ Papa Domino Paschale II. Hierosolymis verò Gibelino Arelatensi Archiepiscopo, Sedis Apostolicæ Vicario in Patriarcham electo.

Sunt ergo istius assertionis testes,
Aroulfus Archidiaconus,
Aicardus Decanus,
Eustachius,
Garnerius,
Anselmus Turris David Custos,
Radulfus de Fontaneto,
Pisellus Vicecomes,
Simoo Ducis filius,
Anfredus vir Religiosus,
Gerardus Camerarius: & alii quamplures.

(1) Godefridus Bullionius, è Belgio nostro Dux fuit & Athleta gloriosissimus, De quo, uti & de serie Marchionum S. R. I. sive Antverpiensium multa vide notatu digna in Notitia Marchionatûs S. R. I. authore Barone le Roy, lib. I. cap. 6. Historico numquam satis laudando.

Porro idem Godefridus Bullionius, Antverpiense XII. Canonicorum Collegium in Ecclesia S. Michaelis primitûs fundavit, prius quam ad expugnationem Terræ Sanctæ proficiscereturi uti latius videre est in Diplomatibus ac Notis apud Miræum pag. 86 87. & 175.

Idem Dux Godefridus Ecclesiæ S. Dagoberti in Sathanaco apud Lotharingos, benefecit, uti & Prioratui S. Petri Bullionii, uti constat ex Diplomatibus Miræi pag. 76. 360. & 365. Quin & Castrum suum Bullonieose pro expeditione Terræ Sanctæ oppignoravit anno 1096 Oberto Leodiensi Episcopo.

Quod autem attinet statum ulteriorem Episcopatûs Bethleemitani à Principibus Belgii nostri primitùs fundati, Regnerius Episcopus ab infidelibus extotris factus, in Gallia exceptus fuit à Guidone Nivernensi Comite anno 1223, & donatus Hospitali diversorio cum jure & titulo Episcopali in loco suburbano *Clamesiaci*, Diœcesis Antissiodorensis, in Comitatu Nivernensi, ad Nominationem Principum Nivernensium; nihilominus tamen absque ullo territorio vel Diœcesi, decimis, populo vel Clero aliisve juribus, præterquam quod Præfectus istius Hospitalis vocetur Episcopus Nivernensis. Vide Aubertum Miræum in Geographia Ecclesiastica.

CAPUT XXXV.

Sigefridus Comes Palatinus ad Rhenum, fundationem Abbatiæ Lacenſis, vulgo Lach, Ordinis St. Benedicti in Diœceſi Trevirenſi, prope Andernacum ad Moſellam fluvium, ab Henrico Comite, Prædeceſſore ſuo inchoatam, recenſet ac perficit circa annum 1110; *eandemque Abbatiam ſubjicit Abbatiæ Affligemienſi Ordinis S. Benedicti in Brabantia.*

Extat parvum illius Diplomatis Fragmentum apud Miræum pag. 271.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Sifridus gratiâ Dei Comes Palatinus, notum eſſe volo fidelibus, qualiter, & à quibus, Eccleſia, quæ vocatur Lacus, conſtructa ſit & libertati tradita. Prædeceſſor & Dominus meus, Henricus Comes Palatinus, exhortante uxore ſua, videlicet matre mea, prædictam Eccleſiam ædificare cupiens, fundamenta ejus tantummodo poſuit, & jam morte imminente, ſicut bonorum ſuorum ita hujus quoque laboris, Eccleſiæ ſcilicet perficiendæ, heredem me inſtituit.

Quod primum quidem, utpote juvenis, neglexi. Poſtmodum verò pœnitentiâ ductus, quod neglexeram devotiſſimè corrigere ſtatui.

Itaque Caſtellum Eccleſiæ vicinum quieti fratrum proſpiciens deſtruxi, & bona ad ipſum prius pertinentia, Fratribus ibi Deo, & B. Mariæ famulantibus tradidi, ipſumque Lacum cùm omnibus appendiciis ſuis Haffligienſis Cœnobii Abbati & ſuis Succeſſoribus perpetuo regendum tradidi, eâ videlicet conditione, ut quia uterque locus in allodio meo ſitus erat, unius ejuſdemque Abbatis gubernaretur providentiâ.

Lacus traditur Affligemio.

Quom verò præſens Abbas, vel Succeſſores ſui, vocante Deo, de ſeculo tranſierint, aliqui Fratrum, qui apud Lacum ad hoc idonei erunt, ad communis Abbatis electionem Haffligenium occurrant, niſi fortè aliquis vel ſcandali, vel perturbationis imminentis metus obſtiterit, propter quem adventum ipſorum Conventus Haffligenienſis exſpectare non poſſit.

Abbas quomodo eligendus.

Quod ſi hæc vel alia rationabilis cauſſa impediverit, propter quam ad communem electionem non occurrerint, quemcumqoe Haffligienſes Fratres boni teſtimonii, zelo Dei ſecundum canonicam & Privilegii ſui inſtitutionem elegerint, bonc & ipſi debita cum veneratione tamquam Patrem ſpiritualem ſuſcipiant, & ipſe utrique loco, ſicut & Prædeceſſor ſuus gubernando præſideat.

Utrique loco præfectus.

Si autem aliquando in ovili Chriſti, peccatis exigentibus, aliquis non dico Abbas, ſed tyrannus, quod abſit, ſimoniacè vel per ſecularem potentiam violentet ſubintraverit, illum nullatenus ſuſcipiant, illi ſubjectionem nullam exhibeant.

Quinimo quotquot ex Fratribus de Conventu Haffligienſi invaſoris illius peſtiferam communionem declinantes, ad eos confugerint, cùm gaudio ſuſcipiant, & pro facultate loci tanquam propria viſcera foveant; donec propitiatio divina gregem ſuum reſpiciat, & idoneum Paſtorem ei provideat

Advocatus Monaſterii Lacenſis.

Advocatum verò nonalium quam me ipſum, quamdiu vixero, Eccleſiæ conſtituo. Me autem defuncto, quicumque filiorum meorum, vel impoſterum cuicumque heredum meorum bona mea Lacum circumjacentia obvenerint, hunc Advocatum ſibi Fratres aſſumant. Si tamen Decretum à me conſtitutum, & hîc ſubſcriptum, obſervaturum ſe eſſe promiſerit: ſi bona Eccleſiæ viriliter tueri, & familiam ejus clementer & humanè tractare voluerit.

Ejus Officium.

Noverit itaque, omni modo ſibi obſervandum, ne Advocatiam vel conjugi in dotem, vel alicui in beneficium dare præſumat, ne alium pro ſe ſubſtituat, ne aliquando in bonis Eccleſiæ hoſpitando, Eccleſiam, vel familiam ejus gravet, vel ſervitia, ne ab ea injuſtas exactiones, quas precarias vocant, aliquando exigat.

De Placitis autem ad Advocatiam jure pertinentibus, ubi Abbas duos nummos acceperit, tertius ejus erit. In quo tamen ſuſcipiendo, vel in alio quolibet negotio cum familia Eccleſiæ peragendo, nullus alius Miniſter Advocati, neque Vicarius, neque Subadvocatus præerit, niſi ille ſolummodo, qui Villicus Abbatis fuerit.

Ad Placitum autem numquam veniet neque conſidebit, niſi à Fratribus, ſi res ita popoſcerit, jovitatus fuerit. Quum verò invitatus venerit, ſubſcriptum tantum ſervitium à Fratribus habebit: duo maldra ad panem veſpere, unum mane.

Ad pabulum equorum decem maldra bieme, quinque æſtate; duos porcos quinque ſolidorum veſpere, unum triginta denariorum mane: hamam vini veſpere, dimidiam mane.

Ita autem agat, & tam modeſtum ſe, tamquebenignum Fratribus & familiæ ſe exhibeat, ut & honore nominis ſui dignus exiſtat, & pro officio adminiſtrato fideliter, æternam à Chriſto remunerationem, B. Maria interveniente ſuſcipiat. Quod ſi timoris Dei oblitus, quos fovere debuerat, violenter oppreſ-

ferit, & admonitus intra ſex hebdomadas non ſatisfecerit, tandem Apoſtolico anathemate percuſſus Advocatiam amittat, & de propinquis ejus idoneum ſibi Fratres eligant, qui ſub prædictâ conditione eam adminiſtraturus ſuſcipiat.

Præterea deſidero, & quantum de mortuo, vivens poſſum, firmiter ſtatuo, ut ubicumque in Provincia exceſſero, nuſquam niſi in eadem Eccleſia ſepeliar. Idem de uxore mea, & filiis noſtris, & de Advocatis omnibus, & Advocatorum proximis fieri maximè volo & conſtituo.

Donatio facta Lacenſi Cœnobio.

Ne autem quiſquam heredum, vel Succeſſorum meorum aliquam injuriam Domino Deo, & B. Mariæ quandoque inferre intendat de bonis à Domino meo Henrico Comite Palatino, & à me quoque ſibi collatis, ea nominatim ſuppoſui mihi placuit.

Ipſe quidem tradidit, & Epiſcoporum atque electorum Sacerdotum banno confirmari fecit *Cruffi* cum Eccleſia *Bella*, *Reide*, *Aeckene*, *Willebergh*. Ego verò Donationem ejus confirmandam renovavi, & inſuper quatuor Milites de *Cruffi*, *Heverhoif*, *& Meilem de Brabant* addidi, atque banno ſimiliter, & probatis teſtibus confirmavi.

Hæc, inquam, B. Mariæ tradidimus, cùm omnibus appendiciis ſuis, id eſt, cum utriuſque ſexûs mancipiis, ædificiis, areis, exitibus & reditibus, agris quæſitis & inquirendis, pratis, paſcuis, viis, inviis, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, vineis, vinetis, ſilvis, ac eum omni utilitate, quæ quovis modo inde provenire poterit.

Ut autem hæc noſtra Traditio firma & inviolabilis in perpetuum permaneat, hanc Chartam noſtri Sigilli impreſſione inſigniri fecimus. Poſtremò, ut nullum ſcrupulum dimittam, determinandum eſt, quid ei in venatione conceſſimus. Tam Abbas, quam Advocatus ſibi venati poterunt.

Hujus rei teſtes ſunt Hermannus Comes de Wirnenburgh, & Ratto de eodem Caſtello,
Matfridus Comes, & fratres ejus.
Richicinus.
Burchardus de Orenburgh.
Welkoldus de Broel, & filii ejus Warnberus,
Embrico.
Reinoldus de Thuere.
Emicho de Poltersdorff, &c.

Annus ſcripti Diplomatis.

Hactenus Diploma, ſine temporis quidem nota, ſed quod exaratum crediderim circa annum M. C. X. ut ex Tritbemio obſervari potuit. Caliſti papæ II. Litteris anno M. C. XIX. ad Fulgentium Abbatem Affligemienſem ſcriptis, inter Affligenii peculia recenſetur Lacenſe Monaſterium.

A quibus robur accedit ex Litteris Sancti Henrici V. Imperatoris, quibus anno M. C. XII. Lacenſe Cœnobium in ſuam tutelam recipit.

CAPUT XXXVI.

Origo duplicis Monaſterii Ordinis Sti. Benedicti, in ſuburbano Ultrajectenſi, alterius Virorum, quod Sti. Laurentii in Ooſtbroeck dicitur, alterius Virginum, vulgo Vrouwen-Clooſter, *hic recenſetur anno* 1113.

EGo Ludolphus Dei miſericordiâ primus Abbas Eccleſiæ Sancti Laurentii in nova Bethlehem, omnibus præſentem Literam inſpecturis ſalutem in Domino Jheſu Chriſto. Neceſſe eſt, ut Scripti teſtimonio commendetur, quicquid proceſſu temporis per oblivionem poteſt calumniari.

Ne igitur noſtræ Religioois ordo & Eccleſiæ conſuetudo in poſterum vacillet, vel proceſſu temporis tradatur oblivioni, neceſſarium duximus ſignificare Succeſſoribus noſtris Abbatibus, Monachis, Sororibus noſtris & Monialibus, Originem & Statum Sororum noſtrarum & Monialium à prima loci fundatione conſtitutum à viris diſcretis & ordinatum.

Electus in Abbatem & vocatus à Flandria veni ad locum præſentem, mecum adducens Sororem meam uterinam, ſed Deo deſponſa-

Fuerunt olim duo Monaſteria in Suburbano Ultrajectenſi, extra portam vulgo Albarum Virginum, virorum alterum, alterum feminarum. Virorum *Ooſtbroeck* dictum; *Vrouwen-Clooſter* Monialium: primum altero antiquius. Extiit tamen utrumque initio ſæculi duodecimi.

Oostraoack ob ſtrictam Regulæ obſervantiam, *Carcer Ordinis* olim dicebatur. Fundarunt id duo Milites (id eſt, Nobiles Viri) Hermannus & Theodoricus, & alii quam-plures.

Vrouwen-Clooster fundavit Ludolphus, primus Abbas in Ooſtbroeck. Quâ occaſione, ait ipſe in hoc Diplomate anno 1113.

Erat autem Ludolphus profeſſione Monachus Abbatiæ Affligemienſis in Brabantia, dein inſtitutus primus Præpoſitus Monaſterii S. Andreæ juxta Brugas in Flandria; demum primus Abbas Sancti Laurentii de Ooſtroeck, apud Trajectum.

tam

tam, quam in Eccleſia noſtra ſub habitu regulari de conſilio fratrum nobiſcum habitare permiſimus.

Proceſſu vero temporis, cum numerus Sororum noſtrarum ſanctimonialium accreſceret, & unus locus Fratribus ſimul & Sororibus ad habitandum non ſufficeret, conſilio Capituli Sororibus noſtris manſionem ſingularem in fundo Eccleſiæ, quæ nova Curia appellatur, ad habitandum conceſſimus ſub hac forma, ut ejuſdem poſſeſſiones fundi noſtri, decimas majores & minores, juſtitiam, tractus aquarum ad molendina facienda, & venas ad ceſpites fodiendos, & cetera omnia jura nobis reſervaremus.

Prædictis tamen Sororibus noſtris non ex aliquo jure, ſed de gratia, partem de venis ad ceſpites fodiendos uſibus ſuis neceſſarios indulſimus ſub tali conditione, ut eædem Sorores noſtræ ſe nunquam à noſtro..... ſine Succeſſorum noſtrorum Abbatum conſenſu ſubtrahere præſumant, nec etiam ad habitum alterius Religionis ſine noſtro conſenſu & Succeſſorum noſtrorum, quamdiu in noſtra poſſeſſione & decima ſunt commorantes, attentent.

Statutum eſt etiam à viris diſcretis & approbatum, ut prædictæ Sorores nullum jus habeant penitus in Abbatis electione. Conceſſum ipſis tamen eſt de gratia, ut Prioriſſam eligant, ſed ab Abbate confirmandam, vel ſi neceſſe fuerit ipſam deſtituendam.

Et Procuratorem etiam, quemcunque Abbas ſecundum ſuam conſcientiam ipſis conſtituerit, ipſum non amovebunt, ſed cum patientia ſuſtinebunt. Inſuper conſideratâ loci paupertate, ſimiliter ordinamus, ut poſt matutinarum ſolemnia ad opus manuum ſecundam Regulam omnes pariter præter ægrotas & debiles conveniant, opes peculiares nullas, ſive proprietatem intus & foris ſine conſenſu Abbatis habere præſumant.

Et quæcumque in bujuſmodi Conſtitutionibus auſu temerario minus obedire præſumpſerint, ſecundum Regulam ſancti Benedicti à communione Corporis & Sanguinis JeſuChriſti alienas eſſe decernimus, & Chriſtiana ſepultura omnimodo privandas.

Ut hæc igitur noſtra Conſtitutio inconvulſa ſemper permaneat, præſentem Cedulam conſcribi, & Sigillo Eccleſiæ communiri fecimus, in munimen & robur Matricis Eccleſiæ.

Actum eſt hoc anno gratiæ M. C. XIII. Kalend. Novembris.

CAPUT XXXVII.

Paſchalis II. Pontifex controverſias inter Capitulum Cathedrale Tornacenſe & Abbatiam S. Martini Ordinis S. Benedicti ibidem, ſubortas, ratione Decimarum & Sepulturæ, dirimit anno 1115.

Paſchalis Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, venerabili Fratri Baldrico Noviomenſi ſen Tornacenſi Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Fraternitati tuæ jam ſecundas Litteras miſimus, ut Monachis ſancti Martini juſtitiam faceres de injuriis illis, quas à Clericis Tornacenſibus patiuntur. Verum eamdem juſtitiam exercere diu mulrumque Fraternitas tua diſſimulavit. Unde opportunum duximus idem negotium Lamberto Atrebatenſi, & Johanni Morinenſi Comprovincialibus Fratribus commiſiſſe, qui nimirum tamquam Religioſi Viri ad pacem vehementiùs intendentes, idem negotium minùs canonicè tractaverunt.

Quamobrem nos utramque partem ad noſtram præſentiam evocavimus. Ipſis itaque Clericis ex Sanctorum Patrum auctoritate monſtravimus, quàm indebitè in decimarum exactione & ſepulturarum prohibitione Monachos prægravarent.

Beatus enim Gregorius Auguſtino Anglorum Epiſcopo ſcribens: Communi, ait, vitâ viventibus jam de faciendis portionibus, vel exigenda hoſpitalitate, & adimplenda miſericordia nobis quid erit loquendum, cùm omne quod ſupereſt in cauſis piis, ac religioſis erogandum eſt.

Quartus autem Leo Synodali Conſtitutione decrevit, ut decimæ & primitiæ, ſeu quæcumque oblationes vivorum & mortuorum Eccleſiis Dei fideliter reddantur à Laïcis.

Ubi notandum, quòd non à Monachis, ſed à Laïcis reddi decimæ jubeantur.

Monachi namque, cùm eorum plerique aut Levitæ, aut Sacerdotes ſint, aut aliis Eccleſiaſticis Ordinibus perfruantur, cùm aſſiduè per Dei gratiam Divinis inſerviant miniſteriis, immunes profectò ab bujuſmodi exactionibus habendi.

Idem etiam Leo Epiſcopis Britanniæ ſcribens, illis tantum Eccleſiis quæ Plebes vocantur, deberi decimas indicat; ubi ſacroſancta dantur baptiſmata. In quibus videlicet verbis evidenter apparet, cauſâ Baptiſmatis, Euchariſtiæ, Pœnitentiæ ſeu ceterorum officiorum, quæ à Clericis populo exhibentur, decimas à populo eſſe reddendas. In quibus omnibus nullum à Clericis ſervitium Monachorum Conventibus exhibetur.

Porro de Sepoltura Monaſteriis permitteoda Beati Gregorii habetur manifeſta ſententia. Johannem enim veteris urbis Epiſcopum in Monaſterio ſepeliri mortuos prohibentem his verbis cohibere curavit: Si ita eſt, ait, à tali vos hortor iohumanitate recedere, & ſepeliri mortuos ibidem, vel celebrari Miſſas nullâ ulteriùs habitâ contradictione permittas; ne denuò querelam de his quæ acta ſunt Agapitus vir venerabilis ad me depromere compellatur.

Hac Sanctorum Patrum auctoritate comperta & veritatis ratiooe cognita, prædicti qui ad nos veoerant Clerici Tornaceoſes debitâ humilitate ceſſerunt, & de cetero ſe nullam ſopér his querelis moleſtiam Monachis illaturos polliciti ſunt.

Tuam ergo ſollicitudinem, Frater chariſſime, commonemus, nè ulteriùs ſupradicti Monaſterii Fratres patiaris moleſtiis talibus infeſtari, neque Cathedram ibi colloces, neque aliud quid inferas, quo regularis ordo turbetur.

De his autem eleemoſynarum partibos, quæ à morientibus Eccleſiis relioquendæ, veſtra intereſt; Dioœceſis veſtræ Parochianos inſtruere, ot per tuæ vigilationis diligentiam largiente Domioo tam Clericis quam Mooachis juſta ſerventur, & Eccleſiis pax firma permaneat.

Data Laterani, per manum Johannis Cardinalis IV. Kalend. Novembris.

Extat in Miſcellaneis Baluſii Tomo V. pag. 371 & ſequentibus Bulla ejuſdem Paſchalis II. Pont. quâ controverſias prædictas ab anno 1108 dirimendas commiſit Lamberto Atrebatenſi & Joanni Morinenſi Epiſcopis. Item apud eundem Baluſium pag. 375.

CAPUT XXXVIII.

Robertus Atrebatenſis Epiſcopus, concedit Eccleſiæ Collegiatæ Canonicorum S. Petri Duaci, Jus Patronatûs & Decimas Parochiarum de Sin, Marcque & Waſers, anno 1117 & 1125.

Ex Archivis Capituli S Petri Duaci.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti unius veri ac ſummi Dei Amen.

Ego Robertus Dei miſeratiooe Atrebatenſis Epiſcopus, pro humili & diutina petitiooe Canonicorum Eccleſiæ Sancti Petri Duacenſis nec non & oh remiſſionem peccatorum meorum, eidem Eccleſiæ Altaria & Eccleſias Sancti Martini de Sin & Sancti Remigii de Marca com dotibus & appenditiis ſuis ad uſus Canonicorum, qoæ hactenus ſubper perſonatu obtinuit, remotâ omni venalitate & turpis lucri exactione deinceps libere & abſque Perſonatu jure perpetuo coocedimus poſſidenda; ſalvis in omnibus Cathedraticis redditibus Epiſcopi & conſuetudinibus Archidiaconi & mioiſtrorum ejus.

Preshytero verò de quolibet loco prædicto defuncto ſive rationabiliter remoto, provideant Canonici Sancti Petri & procurent alium idoneum Presbyterum Atrebateoſi Epiſcopo præſentare; cui profeſſionem faciat & obedicotiam promittat, & ſic in populo Dei curam gerendam de manu Epiſcopi gratis accipiat.

Præcipimus autem, ot aliqui prædictorum Canonicorum ſingulis annis Atrebatenſi Synodo interſint: niſi forte benevolentiâ Epiſcopi relaxati fuerint. Ut autem noſtræ Paginæ ſcriptum inconcuſſum & ſtabile permaneat, fideles & idooeos teſtes fratres noſtros ſubnotare procuravimus.

Signum Domini Roberti Oſtrevandenſis Archidiaconi.

S. Drogonis Atrebatenſis Archidiacooi.

S. Domini Odonis Sanctæ Atrebateoſis Eccleſiæ Præpoſiti.

S. Domini Marſelini ejuſdem Eccleſiæ Decani.

S. Anaſtaſii Cantoris.

S. Bertolfi Canonici.

Signum Bernardi Canonici & Subdiaconi.

S. Clericorum Domûs Epiſcopi, Guemonari Sacerdotis.

Gnlberti Diaconi.

Gualberti Subdiaconi.

Hogonis Acoliti.

Ego Robertus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus hnjus noſtræ Paginæ Scriptum relegi, ſubſcripſi, & io nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti propriâ manu confirmavi. ✠

Actum Atrebati anno Domioi Chriſti M. C. XVII. XV. Kalendas Septembris, Indictione X. Pontificatûs autem Domini Roberti Atrebatenſis Epiſcopi anno III.

Alterum Diploma.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ameo.

Ego Robertus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus pro humili petitinne Roberti Archidiaconi & Bernardi Præpoſiti & Canonicorum Eccleſiæ Sancti Petri Duacenſis Alta-

re Sanctæ Rictrudis de Wasers cum dotibus suis eidem Ecclesiæ ad usus Canonicorum ibidem Deo servientium dioceps libere & absolute jure perpetuo concedimus possidendum, salvis in omnibus redditibus Episcopi & consuetudinibus Archidiaconi & ministrorum ejus.

Presbytero vero de loco prædicto sive rationabiliter remoto, provideant Canonici Sancti Petri & procurent alium idoneum Presbyterum Atrebatensi Episcopo præsentare, cui professionem faciat & obedientiam promittat. Ut autem hujus nostræ Paginæ scriptum inconvulsum & stabile permaneat, fideles testes annotare curavimus.

Signum Roberti Ostrevandensis Archidiaconi.

S. Roberti Canonici nepotis Episcopi.

S. Roberti Canonici de Henninio.

S. Sasgualonis Capellani.

Ego Robertus Dei miseratione Atrebatensis Episcopus, hujus nostræ Paginæ scriptum relegi, subscripsi, & in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti propriâ manu confirmavi. ✠

Actum Atrebati anno Dei Christi M XXV. Pontificatûs autem Domini Roberti Atrebatensis XII.

CAPUT XXXIX.

Balduinus Comes Flandriæ Sepulturam suam eligit in Abbatia Sti. Bertini Ordinis S. Benedicti Audomaropoli, eidemque benefacit, anno 1119.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego (1) Balduinus Dei gratiâ Flandriæ Comes, filius (2) Roberti Comitis, qui Sepulchrum Domini & Jerosolymam, cum cæteris principibus militiæ Christianorum, Deo cooperante, armis devicit, deliberans in animo meo, me propter peccata mea à Deo justè flagellari, & paternè castigari, maximè quia Ecclesiis Sanctorum, quarum defensor à Domino sum constitutus, debitum honorem non impendi, & eas sicut debui non defendi: Religiosorum virorum, quos ad me visitandum Dei bonitas invitavit, usus consilio, ad Confessionis & pœnitentiæ azylum confugi, statuens in præsentia, tam Clericorum, quam Laïcorum, ut Ecclesiæ Dei in terra mea bona sua liberè & pacificè possideant, ut per hoc pro me affectuosius orare debeant.

Et quia in Monasterio beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & beati Bertini in Sithiu, sepulturam meam & requiem in Christo elegi; præcipio, & præcipiendo postulo, ut idem Monasterium omnia bona sua & possessiones per totam terram meam pacificè possideat, indulgens eidem, ut quicquid per eleëmosynam, vel emtionem, vel aliis justis modis, tam de feodo meo, quam de feodis hominum meorum, & etiam alodiis, & aliis quibuslibet possessionibus justè acquirere poterit, absque omni prorsus exactione vel molestia, cum summa libertate & pace possidendi plenam habeat facultatem.

Et ut hoc perpetuò ratum permaneat, præsentem Paginam Sigilli mei auctoritate confirmo in præsentia Domni Johannis Morinorum Episcopi, qui hanc concessionem & donationem meam sub interminatione anathematis confirmavit, eos qui interfuerunt Clericos & Laïcos ad majorem testimonii stipulationem subscribi præcepi.

Signum Herberti Archidiaconi,

S. Walterii Archidiaconi,

S. Otgeri Præpositi de Sti. Audomaro,

S. Karoli (3) Regis Danorum filii,

S. Theinardi Castellani de S. Audomaro.

Actum anno Dominicæ Incarnationis M. C. XIX. Indictione XII.

(1) BALDUINUS, vulgo cognominatus *à la Hache*, sive *securicula*, Comes Flandriæ, aliàs quoque beneficit Abbatiæ S. Bertini, apud Miræum pag. 1153. Item Abbatiæ S. Amandi Elnonensi, ibidem.

Obiit Audomaropoli dicto anno 1119, regiminis sui nono, ex vulnere fortuito in fronte contracto, & accedente membrorum paralysi. Sepultus in Monasterio S. Bertini, ante aram S. Crucis, sub monumento æreo & inarato; atrâ veste Benedictinâ amictus, quam moribundus induerat. *Ita Iperius in suo Chronico.*

(2) Robertus, Balduini pater, Comes Flandriæ, cognomento Hierosolymitanus, ob præclaram in expugnatione Terræ Sanctæ generositatem, fuit quoque Benefactor munificus Ecclesiæ S. Donatiani Brugis, item Abbatiæ S. Bertini. Vide Miræum pag. 1148 & 1150.

(3) CAROLUS, cognomento *Bonus*, Balduini Comitis agnatus, & in Comitatu Flandriæ heres. Martyrio dein occubuit Brugis. Vide Miræum pag. 372. Item in Fastis SS. Belgii.

CAPUT XL.

Henricus IV. Imp. confirmat fundationem Abbatiæ Cappenbergenſis Canonicorum Regularium Præmonſtratenſium anno 1123, factam à Godefrido & Ottone Comitibus Cappenbergenſibus; in Diœceſi Colonienſi, ipſique S. Norberto nondum tunc Epiſcopo, traditam. Confirmat item Theodoricus Comes Cliviæ anno 1163.

Enricus divinâ favente clementiâ IV. Romanorum Imperator Auguſtus. Notum fieri cupimus tam præſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, quod Godefridus Comes & frater ejus Otto, Caſtrum (1) Cappenberg, quod jure Allodiali poſſidebant cum adjacentibus quatuor Curtis, Nette, Werle, Heyle, Alſtede, Deo Patri Omnipotenti & B. Dei Genetrici Mariæ, & BB Apoſtolis Petro & Paulo & Sanctis omnibus ſpe futuræ retributionis animati obtulerunt, tradentes hoc Venerabili Fratri (2) Norberto, ſuiſque Fratribus ſibi ſubjectis, eorumque Succeſſoribus in Canonica Profeſſione ſecundum Apoſtolica Inſtituta ibidem degentibus.

Nos ipſis Fratribus ad Imperiale Patrocinium confugientibus traditionem hanc ratam, & inconvulſam permanere ſtatuimus. Decernimus etiam & firmamus & rogatu eorumdem Fratrum, quod nullus Epiſcopus, vel ejus Eccleſiæ futurus Prælatus poteſtatem habeat Regulam, profeſſionem, inſtitutionem aſſumtam immutare, vel indulgentiâ laxioris licentiæ corrumpere.

Advocatus ibi nullus ſit, niſi quem Fratres ipſi unanimiter eligerint. Qui ſi incommodus vel inutilis ſit, ſi ſemel, ſecundo vel tertio correptus non emendaverit, alium eligendi liberam habeant facultatem.

Hoc & fideles Dei ſcire volumus, quod eidem Godefrido, ejuſque fratri pro redemptione animæ meæ ſupradicto Sacerdote pro eis intercedente Regiam offenſam condonamus, obſides earum manumittimus, & quidquid cauſæ vel exactionis in ipſos habuimus, vel habere poſſemus, æternaliter poſtponimus.

Ad hanc vero noſtram Traditionem teſtes idoneos adhibuimus,

Adalbertum Moguntinum Archiepiſcopum,
Fridericum Archiepiſcopum Colonienſem,
Hartwicum Ratiſponenſem,
Ottonem Bambergenſem,
Brunonem Spirenſem,
Hermannum Augoſtenſem,
Gebehardum Herbipolenſem Epiſcopum.

Alii quoque Principes, Henricus Dux Bavariorum,
Fredericus Dux,
Simon Dux,
Bertolfus Dux, & frater ejus Conradus,
Marchio Lupoldus,
Engelbertus Marchio,
Berengarius Comes.

Ut autem hæc noſtræ Traditionis auctoritas ſtabilis & inviolata omni permaneat ævo, hanc inde Cartam conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona in terris, vineis, mancipiis, cenſibus, decimis, molendinis, aquis aquarumque decurſibus, pratis, paſcuis, nemoribus, campeſtribus, montibus, collibus, vallibus, aut quibuſlibet aliis rebus prædicta Cappenbergenſis Eccleſia in præſentiarum poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis poterit adipiſci, omnia ex Imperatoria auctoritate confirmamus. In quibus propriis vocabulis duximus exprimenda Meogede, Carede, Sorbeene, Wiſele, Wesheim, cum manſis & manſionibus & univerſis uſibus ac juſtitiis ſuis.

Si qua igitur Eccleſiaſtica ſæcularive perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens contra eam venire tentaverit, indignationis noſtræ pœnam ſentiet.

Signum Henrici IV. Romanorum Imperatoris.

Philippus Cancellarius viceArchi-Cancellarii recognovi.

Data anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXXIII. Indictione XIII. (alias I.) apud Lobwiſſen, quando Dominus Imperator annulum remiſit durante adhuc eo anno.

Diploma Theodorici Comitis Cliviæ.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Theodoricus Dei munere Comes in Cleve, Arnoldi Comitis & Idæ Comitiſſæ filius, cunctis heredibus meis & univerſis, tam futuris quam præſentibus fidelibus notum facio, quod poſtquam nobiliſſimi Comites Cappenbergenſes, Godefridus & Otto ſua omnia, ſemetipſos Deo obtuleriot, in Curtim Weſelenſem ſanctimonachos Chriſto ſervituros tranſmiſerunt, videntes itaque perverſæ mentis homines poſſeſſionem ejuſdem Curtis ad clau-

clauſtrales perſonas devolutam, conati ſunt amplam ejuſdem Curtis juſtitiam infirmare vel minuere. Denique à ſylva Demmerwald nomine, in qua ex diebus antiquis jam dictæ Curtis in cæteris & pro cæteris eum Provincialibus ſempet potens extitit, moliti ſunt quidam, Fratres illos quaſi alienos reputare. Proinde Nos timorem Dei præ oculis habentes, contra hanc injuſtitiam defenſionis noſtræ clypeum levavimus, & ad adverſarios clauſtri nuntios direximus & præſcriptam audaciam repreſſimus.

Volumus itaque & præſentis Scripti autoritate ſancimus, ut prænominata Curtis ex hoc & in omne tempus in ſuæ poteſtatis plenitudine permaneat, quam uſque ad noſtra tempora ex diebus antiquis habuiſſe dignoſcitur, & in juriſdictione & Veſelenſium Sylvarum communiooe ſupra dicta Dammerwald, in communione quoque earum, quæ trans Lupiam ſunt ſylvarum, ſed & in agris & nemoribus nemo fratres illos inquietare, & vel vim vel Fraudem eis inferre præſumat, qui ſub noſtræ defenſionis alas confugerunt.

In ejuſdem Curtis allodia, ſi mortuus quis fuerit, non liceat hæreditatem requirenti exigere preces vel annonam. Sed & minuta decima, quæ de nutriendis animalibus provenire ſolet, nec ex ipſa Fratrum Curte, nec ex domo inquiri aut dari ullo modo debet.

Et quia eoſdem Chriſti pauperes ex animo diligimus, hæc & quæcumque ſunt alia eis attinentia Banno noſtro confirmamus, mandantes heredibus noſtris, ut & ipſi idem Clauſtrum pro reverentia ſanctæ Mariæ Virginis & pro ſalute animarum ſuarum diligant ac defendant.

Ut ergo hæc ad poſterorum notitiam perveniant, Scripturæ hujus teſtimonium ſigilli noſtri præcipimus impreſſione inſigniri, ſubnotatis Teſtibus, quorum hæc ſunt nomina:

Adalhartus de Weſenthorſt,
Hermannus Pincerna,
Rutgerus Bixel,
Golacbus de Dingde,
Balduinus de Caliat,
Weſſellinus de Stranckede,
Bernhardus de Dulmer,
Antonius de Dyaslacken,
Rutgerus de Galen,
Marcharus de Brecbte,
Amandus de Tile, & alii multi.

Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo centeſimo, ſexageſimo tertio, regnante Domino Friderico Rom. Imperatore, Adminiſtratore Colonienſis Eccleſiæ Pontificalis Domino Reinaldo Viro venerabili, in nomine Domini.

Cappenberch, locus celebris in Weſtphalia, ſub Diœceſi Monaſterienſi, ubi eſt antiqua Præpoſitura Religioſorum Præmonſtratenſium, è qua pleræque Abbatiæ ac Præpoſituræ Circariæ Weſtphaliæ Originem deſumpſerunt. Vide Miræum in Chronico Ord. Præmonſtratenſis.

S. Norbertus, Sanctis in Clivia natus, Præmonſtratenſis Ordinis Patriarcha, eo anno 1123 necdum erat Archiepiſcopus Magdeburgenſis. Impietates & hæreſes Tanchelmi ſub eodem tempore Antverpiæ impugnavit & eradicavit; ſimulque Abbatiam Sancti Michaelis Antverpiæ inchoavit, de qua vide Diplomata apud Miræum.

Anno 1127, favente Lothario Cæſare, Archiepiſcopatum Magdeburgenſem obtinuit, quem tenuit uſque ad annum 1134, quo e vivis exceſſit annum agens ætatis 53. Sanctorum Faſtis adſcriptus fuit anno 1582 per Gregorium XIII. Pont. Sacra ejus oſſa anno 1627 Magdeburgo tranſlata ſunt Pragam ad Abbatiam Strahovienſem Ordinis Præmonſtratenſis.

CAPUT XLI.

Adalbero Leodienſis Epiſcopus confirmat Fundationem Prioratûs anno 1124 de Bertreye Ordinis Cluniacenſis in Gallo-Brabantia, olim in Diœceſi Leodienſi; qui dein unitus fuit Epiſcopatui Namurcenſi.

IN nomine S. & individuæ Trinitatis. Ego Adalbero Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, notum facio præſentibus & futuris fidelibus noſtris, quia Walterius de Trudignei liber homo tradidit S. Petro & Fratribus Cluniacenſis Monaſterii, Eccleſiam de Bertreis cum omnibus uſuariis, decimis & cæteris appenditiis ſuis in Hanud * & in Puceis & in Trudenei & in Evrenais, * pro ſalute animæ ſuæ & animarum patris & matris ſuæ; ea ſcilicet conditione ut Fratres quos Abbas Cluniacenſis ibi Deo ſervituros tranſmiſerit, ipſam Eccleſiam & quicquid ad eam pertinet ita libere teneant, ſicut tenebat ipſe Walterius, & per ſingulos annos unum tantum aureum denarium Leodienſis monetæ, in Paſcha ipſi Fratres perſolvant ad Altare S. Petri Cluniacenſis Eccleſiæ.

* Hannutum Oppidulum Brabantiæ. * Alias Avernas Le Baudouin.

Homines vero qui de terra ipſius Eccleſiæ beneficiati ſunt, & fidelitatem inde fecerunt Waltero, ipſam terram de manu Prioris Eccleſiæ requirant & fidelitatem & ſervitium inde Priori ipſius Eccleſiæ faciant.

Diſtrictio quoque Villæ ad Eccleſiam pertinebit, ita ut Goteſcalcus frater ipſius Walterii, qui Advocatus eſt ejuſdem alodii, medic-

tatem ipſius diſtrictionis de Eccleſia teneat, & per hoc ipſam Eccleſiam & quicquid ad ipſam pertinet ab omnibus injuſtitiis defendat.

Reſtaurationem ſimiliter S. Petro & ipſis Fratribus dedit: ita ut medietatem ipſius reſtaurationis Eccleſia, medietatem ipſe Advocatus teneat. Medietatem etiam Chorvede, quæ ipſius Walterii erat eis conceſſit; alia enim medietas pertinet ad Eccleſiam & Abbatiam S. Laurentii. Molendinum quoque de Bavigneis cum omnibus uſuariis ſuis, & medietatem ſylvæ de Trudineis ad integrum, ſicut in ſuos uſus & in dominium tenebat, ipſis Fratribus dedit.

Advocatiam dedit Godeſcalco Fratri ſuo & poſteris ejus, ea conditione ut ipſam Advocatiam teneant de Eccleſia Cluniacenſi & de manu Prioris quem Abbas de Cluniaco ibi tranſmiſerit, & ut nullus ſit ibi Advocatus neque Subadvocatus præter ipſos, & libertatem ipſius allodii inviolabiliter ipſi cuſtodiant & á malis hominibus defendant.

Ita enim liberum erit ipſum alodium & juſtitiam ſuæ libertatis retinebit ipſa Eccleſia cum omnibus appenditiis ſuis, ut præter quod conſtitutum Advocatu tenere de ipſa Eccleſia, id eſt medietatem diſtrictionis villæ & medietatem reſtaurationis, nullum jus, nullamque poteſtatem, aut dominium, ſeu violentiam in ipſum alodium & in homines ad ipſam Eccleſiam pertinentes exerceat.

De omni quoque injuſtitia quæ fiet in ipſo alodio, de qua Prior ipſius Eccleſiæ placitare debebit cum Fratribus & hominibus ſuis, nihil ad eum pertinebit, niſi forte ad faciendam vel retinendam juſtitiam, quam per ſe illi diffinire non poterunt, advocetur, & tunc de ipſa juſtitia quam fecerit duos denarios Fatres habebunt, ipſe tertium habebit denarium.

Ex medietate autem ſylvæ, quam dedit idem Walterios ipſis Fratribus, ſi quis injuſtitiam fecerit, pro juſtitia exigenda duos denarios ſimiliter Fratres habebunt, Advocatus ſemper ipſius ſylvæ tertium accipiet denarium.

Quicumque autem ad Altare Eccleſiæ pertinent & cenſum ipſi perſolvunt, nihil ad Advocatum pertinebunt, nullum jus nullamque poteſtatem Advocatus ſuper eos habebit, nec implacitabit, neque violentiam de ipſis Eccleſiæ faciet, nec ad exigendam de illis joſtitiam cum Priore ſedebit, niſi ab ipſo advocetur, & tunc ut dictum eſt pro facta ab ipſo juſtitia tertium habebit denarium.

Et hoc quoque ſtatutum eſt, ut Prior ipſius Eccleſiæ cum Fratribus ſuis ad nullum alium pertineat, vel alicui Cellæ appendat, niſi ad Abbatem & ad Priorem Cluniacenſis Monaſterii. Quod ſi aliter Abbas Cluniacenſis facere voluerit, ſcilicet ut ſub providentia vel poteſtate alicujus Cellæ vel Prioris alterius hanc tranſponat Eccleſiam, Epiſcopus Leodienſis & Advocatus fieri prohibeant, & in defenſione atque arbitrio ſit illorum hoc Privilegium & hanc Conſtitutionem retinere & tueri in perpetuum.

Bona vero quæ ad ipſam Eccleſiam ſunt collata vel aliquando â fidelibus erunt conferenda, ad uſus Fratrum ibi Deo ſervientium proficiant, nec unquam ad aliorum uſus conferantur, vel in poteſtatem extraneorum redigantur.

Hanc igitur eleëmoſynam ipſe Walterius S. Petro dedit & confirmavit, ut Fratres ibi Deo ſervientes, ipſum poblicè & privatim cotidie habeant in orationibus ſuis, & quotidianam abſolutionem faciant ei, & tam anniverſarium ſuom, quam patris & matris ſuæ anniverſaria, in vigiliis & Miſſis & in cæteris beneficiis ſuis, devoti recolant.

Quæ Conſtitutio ſive traditio ut rata & inconvulſa permaneat, hanc ad poſterorum memoriam ſive confirmationem, præſenti Scripto mandavimus, & in generali Synodo cum conſenſu ſanctæ Leodienſis Eccleſiæ Epiſcopali auctoritate firmavimus & noſtro Sigillo corroboravimus.

Teſtes quoque idonei ſunt adhibiti & in hac Carta conſcripti,

Andreas Præpoſitus & Archidiaconus,
Alexander Archidiaconus,
Henricus Archidiaconus,
Almannus Archidiaconus,
Stappo Archidiaconus,
Arnulfus Canonicus Sti. Lamberti,
Willelmus, Henricus,
Steppo Scholaſticus.
Ex Nobilibus atque illuſtribus Viris,
Godefridus Comes Namurcenſis,
Giſlebertus Comes de Durachio,
Lambertus Comes de Monte-Dentn.
Liberi homines Godeſcalcus Advocatus ejuſdem Allodii,
Adelo Namurcenſis,
Gerardus de Landinois, Gerardus de Bereis,
Giſlebertus de Lens,
Henricus de Pucei.
De familia Stl. Lamberti,
Humbertus & frater ejus Godozo,
Godozo de Evrenais,
Robertus & alii multi.

Actum Leodii anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXIV. Indictione II regnante Henrico quarto, anno Imperii ejus XXV. ſub Adalberone Leodienſi Epiſcopo.

Extabat modicum hujus Diplomatis Fragmentum inter Diplomata Miræi pag. 374 quod proinde hic integrum exhibemus.

Obſerva etiam, Prioratum hunc in Bulla Erectionis Epiſcopatûs Namurcenſis, apud Miræum pag. 1087 referri ad Ordinem Ciſtercienſem. Puto tamen, ſemper manſiſſe penes Cluniacenſes. Verum-tamen circa annum 1560 adeo miſer erat ſtatus hujus Prioratûs, ut vix unus Religioſus inibi reſideret.

CAPUT XLII.

Adalbero Leodienſis Epiſcopus confirmat Fundationem Prioratûs Sarti-Monachorum, vulgo Sart-les-Moines, *in Pago de Goſſelies, in Gallo Brabantia ſub Diœceſi olim Leodienſi, nunc Namurcenſi, factam à Petronilla Uxore Radulphi de Vieſvilla, ann.* 1125 *in favorem Monachorum Benedictinorum Abbatiæ Lætienſis in Hannonia.*

Ex Archivis Prioratûs.

IN nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis.

Albero divinâ miſeratione Leodicenſium Epiſcopus, cunctis Chriſti fidelibus utriuſque vitæ ſucceſſus. Quod ad laudem Domini & booorem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti indies augmentatur, nulli eſt celandum: immo ut nomen Domini diffuſius celebretur, omnibus eſt revelandum.

Notum igitur vobis facimus, quod Petronilla Uxor Radulfi de Vieſvilla humilis Chriſti famula, divino afflata ſpiritu in booorem Dei & S. Micbaelis Archangeli, pro ſoa ſuorumque ſalute apud Avelein-Sart Eccleſiam ædificavit, & eam pro ſua facultate de ſuis beneficiis bonoravit, eamque cum omnibus ſuis appenditiis Eccleſiæ Lieſcienſi in perpetuum ſubdidit, quæ Deo & S. Lamberto Martyri in Ordine Monaſtico religioſè deſervit. Statuens in pignus fœderis, ut illa Eccleſia ſuæ Matri Eccleſiæ quotannis quinque ſolidos cenſuales perſolvat in feſtivitate S. Lamberti Martyris.

Hæc ſuot autem beneficia, quæ ſupradicta Matrona buic Eccleſiæ, conſilio & aſſenſu filii ſui Ebali, coram teſtibus idoneis, ad uſus Fratrum Lieſcieoſium ibidem Deo famulantium legitimè adaptavit. Manſus terræ continens decem & octo bonaria jacentia intra ambitum ejuſdem loci: videlicet Sart. Molendinum quoque cum piſcatione communitatis ſibi & nobis circum-quaque liberè conceſſa. Eccleſia de Gocelüs, cum decimis ſuis; Vulgo Gokelies. & nona garba de culturis ejuſdem Villæ, & tertia pars prati ſui dominicatûs. Et Eccleſia de Wandenies, cum nona garba de culturis ejuſdem Villæ. Et ad Tongrinas de culturis nona garba. Et allodium de Thier cum omnibus appendiciis ſuis, quæ ſui juris ſunt: Domino Ebalo filio ſuo retinente Advocatiam. Et familia Sti. Joannis, tantum Ebalo retinente Advocatiam; & quarta pars Eccleſiæ de Thimium cum ſuo Appendicio. Vulgo Wadignies.

Ad hujus quoque loci dignitatem ſublimandam, & uſus Fratrum multiplicandos pro ſalute ſuarum animarum & ſuorum anteceſſorum, ac eorumdem Fratrum dilectione, Lantbertus de Daſeteth dimidiam partem Eccleſiæ ſupradictæ Villæ * Thimium cum ſuis appendiciis tradidit & adaptavit, & Gerardus de Wais terram ſupradicto loco contiguam, forte duodecim bonaria habentem, quæ vulgariter appellatur Wibalt-Rubers. Vulgo Thimeon, hodie Paſtoratus Abbat. Floreffienſis.

Quorum Beneficiorum Frater noſter Wedericus Abbas Lieſcienſis volens munimentum noſtræ auctoritatis habere, ad nos uſque pervenit, poſtulans iſta Beneficia, & alia, quæ Dominus Jeſus Chriſtus ſuæ Eccleſiæ per ſuos fideles contulit à nobis confirmari.

Cujus petitioni quam rationabilem iotelleximus, ſatisfacere curavimus; ita tamen eo petente, ut Ebalus præfatæ Matronæ filius, Eccleſiam cum deſignatis beneficiis in manu noſtra liberam redderet. Quod & ita proſecutum eſt. Enimvero ego de manu Ebali liberam recepi, & eam eo petente & antevenientc matre ſua Petronilla, adſtantibus liberis teſtibus, ſalvis noſtris & Miniſtrorum noſtrorum reditibus, libere Eccleſiæ Lieſcienſi & præfato Abbati tradidi: eo quidem tenore, ut per ipſum ac per ſuam Eccleſiam ibidem numerus Fratrum Deo ſervientium augeatur, ſecundum quod ratio dictaverit, & poſſeſſiones Eccleſiæ accreverint, vel Abbas viderit Fratribus illic degentibus expedire. Confirmamus igitur & ut ratum permaneat, noſtri Sigilli munimento corroboramus, & adſtantium teſtimonium perſonarum tam præſentibus quam futuris manifeſtum eſſe curavimus.

Hujus rei teſtes ſunt: Andreas Præpoſitus & Archidiaconus Sti. Lamberti.

Alexander, Steppo,
Johannes ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconi.
De eadem Eccleſia Clerici:
Seifridus Decanus,
Johannes de Lovirval.
De Abbatibus,
Obertus Abbas S. Jacobi,
Rodulfus Abbas S. Trudonis.
De Liberis hominibus,
Franco & filii ejus,
Heribrandus de Otthaic.
Godefridus de Erſclos.
Warnerus de Horeis.

Si quis vero hanc Conſtitutionis noſtræ Paginam agnoſcens violare præſumpſerit, reum & excommunicatum divino judicio ſe de perpe-

trata iniquitate cognoſcat, donec male ablata reſtituerit vel dignâ pœnitentiâ defleverit.

Actum Leodii anno ab Incarnatione Domini M. C. XXV. Indictione III. regnante Lotario!, anno primo Regni ejus, præſidente ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Honorio, Leodienſi Epiſcopo Adalberone.

CAPUT XLIII.

Rainaldus Remenſis Archiepiſcopus, inſtitutionem Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in locum ſæcularium, in Monaſterio Ciſonienſi juxta Inſulas, confirmat anno 1129.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen.

Rainaldus Dei gratiâ Remenſis Eccleſiæ humilis Miniſter, dilecto filio Anſello Ciſonienſis Eccleſiæ Abbati, & ejus Fratribus in eadem Beati Callixti Eccleſia Canonicam vitam profeſſis, eorumque Succeſſoribus in eadem obſervantia permanſuris, ſalutem atque in Religionis ptopoſito perſeverantiam.

Quod ad ſalutem animarum & ad Religionis augmentum pertinere cognoſcimus, impigrâ ſollicitudine, auctore Deo, Pontificalis officii auctoritate adimplere juſtum eſſe perpendimus.

Herimannus ſiquidem Præpoſitus & Theſaurarius Ciſonienſis Eccleſiæ, cujus fundum juris Prædeceſſorum noſtrorum Remenſium Archiepiſcoporum & noſtri ab antiquis temporibus fuiſſe & eſſe conſtat, vitam ſuam emendare volens, & ut prædicta Eccleſia ſecundum Regulam Beati Auguſtini ordinaretur, cum nonnullis Canonicis ſuis devotiſſimè ſupplicans, Præpoſituram & Theſaurariam, quæ de manu noſtra ſuſceperat, in eadem manu noſtra abdicavit.

Poſtmodùm autem tibi in Chriſto, fili cariſſime, in Regularem Abbatem ejuſdem Eccleſiæ Canonicè electo, Eccleſiam ipſam & prædicta officia, Præpoſituræ videlicet & Theſaurariæ conceſſimus, ita nimirum ut decedentibus ejuſdem Eccleſiæ Clericis, loco ipſorum alios ſubſtituas, qui divinâ aſpirati gratiâ, mores ſuos ſub Regularis vitæ diſciplina coërcere ac communiter ſecundum Sanctorum Patrum inſtitutionem Omnipotenti Domino deſervire propoſuit.

Tuis itaque ac multorum Religioſorum juſtis petitionibus debitâ benignitate annuentes, vitæ Canonicæ Ordinem, quem profeſſus es in prædictâ Eccleſiâ, præſentis Privilegii auctoritate firmamus. Ac ne cui poſt Profeſſionem exhibitam proprium quid habere, neve ſine Abbatis vel Congregationis licentia de Clauſtro diſcedere liceat interdicimus, & tam vos quàm veſtra omnia Sedis Metropolitanæ protectione munimus. Vobis namque veſtriſque Succeſſoribus in eadem Religione permanſuris ea omnia perpetuò poſſidenda ſancimus, quæ in præſentiarum prædicta Eccleſia juſtè poſſidet, quæcumque etiam futuris temporibus legitimè poterit adipiſci.

Præterea eâdem auctoritate decernimus, ut quicumque in eadem Eccleſia canonicè electus fuerit in Abbatem, nobis noſtriſque Succeſſoribus & Remenſi Eccleſiæ præſentetur, & jus noſtrum futurorumque Remenſium Pontificum recognoſcat & inveſtiatur.

Ut autem hujus Privilegii Pagina rata permaneat & inconcuſſa, Sigilli noſtri impreſſione, ac probabilium virorum teſtimoniis eam muniri fecimus.

Signum Odonis Abbatis ſancti Remigii,
Signum Ricardi Abbatis Moſomenſis,
Signum Ingulranni Altovillarenſis Abbatis.
Signum Guillielmi Abbatis ſancti Theodorici.
Signum Albrici Abbatis ſancti Baſoli.
Signum Gilleberti Abbatis ſancti Dionyſii.
Signum Hugonis Archidiaconi.
Signum Frederici Præpoſiti.
Signum Hugonis Theſaurarii.
Signum Alberti,
Henrici,
Gregorii,
& Rogeri Presbyterorum.
Signum Ginardi, Leonis, Drogonis, Boſonis & Johannis Diaconorum.
Signum Girardi, Guidonis, Joſridi, Albrici, & Haideriei Subdiaconorum.

Actum Remis anno Incarnati Verbi milleſimo centeſimo viceſimo nono, Indictione ſeptimâ, regnante Ludovico Francorum Rege glorioſiſſimo, anno..... Archiepiſcopatûs autem Domni Rainaldi Archiepiſcopi II. anno V.

Vide in Spicilegio Dacheriano Tomi XII, pag. 306. aliud ejuſdem Rainaldi Diploma, quo monet anno 1129 Ciſonienſes Canonicos, ut novo Abbati ſuo Anſelmo obediant, neque ultra Præbendas ſus reſignent.

Item Bullam Alexandri III. Papæ, inſtitutionem Canonicorum Regularium & omnia bona Ciſonienſis Abbatiæ confirmantis anno 1179: aliaque plura Diplomata ibidem.

CAPUT XLIV.

Theodoricus Alſatius Comes Flandriæ Prioratum Fivienſem ad portas Civitatis Inſulenſis in Flandria, confirmat Monachis Benedictinis S. Nicaſii Remis, anno 1135.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.

Ego Theodoricus divinâ miſericordiâ Flandrenſis Comes, Notum fieri volo univerſis fidelibus tam modernis, quàm poſteris, quod Eccleſiæ Fivienſi in honore Beatæ Mariæ & Sancti Martini conſtitutæ, & Monachis ſancti Nicaſii Remenſis ibidem Deo deſervientibus pro ſalute mea, & Prædeceſſorum meorum liberè concedo, & Sigilli mei impreſſione confirmo, ut omnia bona eis à fidelibus piâ devotione jam collata, ſive in poſterum danda prædictæ Eccleſiæ, & Monachis, firma & inconvulſa permaneant, etiam de feudo noſtro; ita tamen ut ſervitium & redditus noſtri non minuantur. Terram igitur circa Eccleſiam, & atrium &c.

Acta ſunt hæc apud Inſulam anno Incarnationis Dominicæ M. C. XXXV. Indictione XIV. regnante Ludovico venerabili Rege Francorum anno XVIII. Comitatûs autem Theodorici anno VIII. Et ut hæc omnia firmius permaneaor, approbabilium perſonarum adreſtarione confirmamus.

Signum Theodorici Comitis.

S. Sibillæ Comitiſſæ &c.

Lege plura de hoc Prioratu Tomo I. Hiſtoriæ Metropolis Remenſis pag. 658, ubi dicitur Dotationis ſuæ initium habuiſſe ab anno 1104 per Hermannum Canonicum Inſulenſem, qui Balderici Tornacenſis Epiſcopi aſſenſu, duo Altaria eidem contulit, nempe S. Martini de Fivis, & S. Margaretæ de Facis. Quæ donatio paulò poſt probata fuit à Paſchali II. Pontifice.

Prioratum hunc, aliquando per Commendatarios occupatum, Abbatiæ ſuæ S. Nicaſii revendicavit circa annum 1661 *Guilelmus Marlot, S. T. D.* ejuſdem Abbatiæ magnus Prior, & Prioratûs Fivicoſis Adminiſtrator; uti latiùs probat pag. 659 præfatæ Hiſtoriæ Remenſis, cujus ipſe Author fuit fide digniſſimus.

CAPUT XLV.

Abbatia Clarimariſci, Monachorum Ordinis Ciſtercienſis fundatur ann. 1136 & 1137 à Theodorico Flandriæ Comite, primis Monachis ex Abbatia Dunenſi ejuſdem Ordinis deductis.

EGo Theodericus Dei gratiâ Flandrenſis Comes, pro remedio animæ meæ & Anteceſſorum meorum duo hovina terræ in Ruholt Eccleſiæ de Dunis in perpetuum habenda conceſſi.

Actum eſt hoc Furnis anno Incarnationis Dom. M.C. XXXVI. his teſtibus,

R. Præpoſito Brugenſi,
O. Præpoſito Audomarenſi.
Laïcis Hiwain de Gandavo,
G. Caſtellano Bergenſi,
Gozwino de Nova Eccleſia,
Gerardo de Wlſerd.

SIcut quotidianis exceſſibus quotidiana quærenda ſunt remedia, ita neceſſarium videtur, ut ſi quando divinâ inſpirante largitione aliqua beneficia uſibus pauperum Chriſti contulerimus, ea aliquo munimento in perpetuum valituro quibus collata fuerint, prout poſſumus, confirmemus.

Eapropter Ego Theodericus Dei gratiâ Comes Flandriæ donationes quaſdam quas pro remedio peeeatorum meorum, ac pro animæ meæ ſalute, Eccleſiæ B. Mariæ de Dunis in Furnenſi territorio ſitæ, uſibus ſervorum Dei in eadem Eccleſia ſub Monaſtico habitu degentium tradidi, præſentis Paginæ ſcripto & Sigilli mei impreſſione annotari ac corroborari juſſi: ne poſterorum meorum negligentia, aut forſaſſe erga Eccleſias Chriſti minus perſpicax ſollicitudo, quod piâ devotione actum eſt, ſubvertere vel finat vel conetur.

Donationes autem iſtæ ſuor: Eccleſiæ B. Mariæ de Dunis in manus Domni Fulconis Abbatis Viri Religioſi, C. manſuras terræ in Rubolt ſuper locum, qui dicitur Folia, jacentes, trado; CC. pariter & L. menſuras quas de mo Balduinus de Nepecherche tenuit, & de eo Willelmus, Arnulfi de Majorcba

Alias Nipkercke.

filius, in prædicto Ruholt jacentes, quas Willelmus Balduino, Balduinus mihi reddidit, in manus Abbatis præfatæ Eccleſiæ contrado, uſibus Fratrum prædictæ Eccleſiæ in perpetuum profuturas.

Signum Magiſtri Ulrici,
S. Aloldi Canonici,
S. Audomari,
Hugonis Campiavenæ & Hugonis filii ejus,
Domni Ywani,
Gileberti Caſtellani,
Willelmi Caſtellani,
Tydbaldi de Harlebeka,
Balduini de Nepecherche.

Trado etiam in manus prædicti Abbatis XL. menſuratas citra Loth in Parochia Rammeſcapellæ jacentes, quas concambio à Gilcberto filio Berwoldi & Adeliza uxore ejus accepi.

Signum Rogeri Præpoſiti Brugenſis,
Signum Lidberti Decani Brugenſis,
Signum Gileberti Caſtellani,
Signum Gocewini de Nova Eccleſia,
Signum Idesbaldi & Herberti,
Riquardus Pal. & duo filii ejus.

Concedo etiam & volo, ut Domnus Milo Epiſcopus Morinenſis meo rogatu, excommunicationis ſententiâ, hanc meæ devotionis Traditionem confirmet, ut ſi quis amodo temerario auſu præter voluntatem Fratrum prædictorum, infringere ſeu mutare præſumpſerit, perpetuæ damnationi, donec reſipuerit ſubjaceat.

Et ego Ogerus S. Audomari Præpoſitus ipſius Comitis juſſu Traditionis ſeriem conſcripſi & Sigilli ipſius impreſſione corroboravi.

Actum an. Dom. Incarn. M. C. XXXVII.

Extant etiam Tomo III. novæ Galliæ Chriſtianæ inter Inſtrumenta, pag. 119 duo Diplomata, unum Theoderici de Alſatia Comitis Flandriæ datum anno 1153, alterum Philippi ejus filii & Succeſſoris datum anno 1176, quo eandem Abbatiam Clarimariſci multiplici libertate ac poſſeſſionibus adauxerunt.

CAPUT XLVI.

Aluiſus Atrebatenſis Epiſcopus amotis Clericis ſæcularibus, Regulares Canonicos inſtituit ex Ordine S. Auguſtini in Abbatia S. Amandi Mareolenſi (vulgo Maroeul) ſuæ Diœceſis, anno 1138.

QUoniam divinæ juſſionis cenſurâ & Paſtoralis ſollicitudinis curâ permovemur &c. Eapropter B. Amandi de Mareolio Eccleſiam omni fere Religionis vigore deſtitutam, & inhabitantium Clericorum inſolentiâ Domûs Dei vigore calcato peſſumdatam, in Religionis ſtatum & decorem debitum reformare curantes, Clericos Regulares in eam conſtituimus, ſæcularibus abjectis, ut ſecundum inſtituta B. Auguſtini ſine intermiſſione Deo deſerviant; & pro Atrebatenſium Epiſcoporum ſalute, omniumque fidelium remiſſione debita vota perſolvant.

Nos igitur cariſſime Frater Balduine, ibidem Deo auctore Abbas conſtitute, paci & tranquillitati tuæ providere volentes, eandem Eccleſiam & ipſius cuſtodiam, & omnia quæ antiquitatis jure eidem Eccleſiæ attinere noſcuntur, tibi ſucceſſoribuſque tuis poſſidenda perpetuo concedimus.

Addimus etiam huic libertati manſum qui dicitur Epiſcopalis, & redditus XII. curtiliorum &c.....

Ut autem hujus noſtræ Inſtitutionis Pagina Sigilli noſtri impreſſione roborata, firma & inconvulſa perenniter maneat, fidelium teſtium præſentiam annotare curavimus.

Signum Domini Hugonis Atrebatenſis Archidiaconi,
Signum Domini Roberti Oſtrevandenſis Archidiaconi,
Signum Domini Petri Præpoſiti,
Signum Domini Nicolai Decani,
Signum Domini Thomæ Cantoris,
Signum Domini Baſilii Canonici & Presbyteri,
Signum Domini Roberti filii Theobaldi Canonici & Subdiaconi,
Signum Domini Gozuini Aquiſinenſis Abbatis,
Signum Domini Abſalonis Abbatis S. Amandi,
Signum Domini Hugonis Haſnonienſis Abbatis,
Signum Urſionis Abbatis S. Dionyſii Remenſis,
Signum Domini Hugonis Abbatis S. Martini de Henin.

Ego Aluiſus Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus hoc libertatis donativum relegi, ſubſcripſi & in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti propriâ manu confirmavi.

Actum Atrebati in Synodo in Baſilica B. Mariæ ſemper Virginis Dominæ noſtræ, Anno videlicet Dei Chriſti M C. XXXVIII. Indictione V. Kal. Octobris, anno autem Pontificatûs Domini Aluiſi Atrebatenſis Epiſcopi VIII.

(1) Mareolum. Extat apud Miræum Tomo I. pag. 144. Diploma datum à Lothario Francorum Rege anno 977 dum adhuc ibidem resideret Clerici sæculares.

Similis Instituti Abbatiæ in Diœcesi Atrebatensi, atque haud procul à Metropoli Atrebato sunt Aroasia, Mons S. Eligii, & Eauvourt. Harum Fundationes vide apud Miræum Tomo I. Diplomat. Belgicor. cap. 43 44 & 47 datas à Lamberto Atrebatensi Episcopo, sed plurimùm mutilatas. Ut integras habeas, vide Miscellanea Baluzii Tomo V. pag. 383 & 387.

Extat etiam inter Instrumenta Tomi III. Galliæ Christianæ pag. 81 novæ Editionis, Diploma Frumoldi Atrebatensis Episcopi datum anno 1175, quo confirmat donationes factas præfatæ Abbatiæ Mareolensi, item Templariis Atrebatensibus, hodie (bonorum factâ translatione) Equitibus Ordinis Melitensis.

CAPUT XLVII.

Conradus Imperator confirmat anno 1139 *fundationem Abbatiæ Vallis-Cellensis, Religiosorum Ordinis Cistercienſis juxta Cameracum.*

Conradus Dei gratiâ Romanorum Rex, Nicolao dilecto suo eâdem gratiâ Cameracensium Episcopo cæterisque Successoribus suis gratiam & omne bonum.

Ad nostræ dignitatis spectat coronam, boni operis dare & relinquere posteris suis exemplum. Si quidem ea quæ in nostro Regno servis Dei & Ecclesiis, concessione Pontificum, liberalitate Principum, collatione fidelium adtributa sunt, firma eis & illibata servare & Regiæ Auctoritatis Præcepto munire debemus.

Terras igitur, silvas & prata, quæ Hugo Castellanus Cameracensis, fundator Ecclesiæ Valcellarum, eidem Ecclesiæ contulit, præsenti Cartâ, & nostri Sigilli impressione corroboramus.

Terram quoque quam Dominus Nicolaus Episcopus dedit ei in Villa, quæ dicitur Fenieres, terram quam Rodulphus de Rumeli dedit in Villa S. Sulpicii, terram quæ dicitur Pesiers, quam Gerardus Malus-filiaster ei donavit; hæc dona, & quæcunque alia Valcellensis Ecclesia in Regno nostro poterit adquirere, & per manum Episcopi emancipare, jubemus ut rata & illibata permaneant.

Actum Leodii Indictione secundâ, Dominicæ Incarnationis anno M. C. XXXIX. secundo vero Regni Regis Conradi.

CAPUT XLVIII.

Innocentius II. Pontifex Ecclesiam Abbatiæ Bonæ Spei Ordinis Præmonſtratensis & ejus Bona Temporalia ad instantiam Beati Odonis, primi illius Abbatis, confirmat, & quædam largitur Privilegia anno 1141.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Odoni Abbati de Bonâ-Spe, ejusque Successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Justis votis assensum præbere, & Religiosorum preces benignis auribus exaudire, Apostolicæ convenit dignitati. Nec dubium, quod si servorum Dei petitionibus benignè concurrimus, nostris oportunitatibus pium Dominum reperimus, ut quemadmodum divinâ providentiâ Patres in Dei populo dicimur, ita etiam effectu prosequente operis salubriter præesse fidelibus mereamur.

Cum igitur universis Ecclesiasticis personis Nos oporteat generaliter providere, erga illos tamen propensiori curâ nos convenit esse sollicitos, quos constat majori studio cunctipotentis Dei servitio inhiare, & arctiori Religione ac morum honestate claresceere.

Hoc profecto intuitu dilecte in Domino fili Odo Abbas, tuæ devotionis precibus debitâ benignitate impertimur assensum; & Bonæ-Spei Ecclesiam, cui Deo auctore præsides, cum omnibus ad eam pertinentibus præsentis Privilegii Paginâ communimus.

Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, idem locus impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio acquirere poterit, firma Tibi tuisque Successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda nominibus.

Curtem scilicet de Riverolis sub censu XII. denariorum Valentianensis monetæ; Curtem

quoque de Ramelgiis ſub cenſu decem ſolidorum prædictæ monetæ.

Ordinem ſanè & propoſitum veſtrum canonice vivendi ſecundum Auguſtini Regulam & Inſtitutionem Præmonſtratæ Eccleſiæ, nullus audeat immutare, vel ſuper vos Ordinem alterius Profeſſionis inducere. Fratrum etiam veſtrorum, qui ſtabilitatem & obedientiam promiſerunt, abſque proprii Abbatis & Capituli ſui licentia nullus diſcedere; diſcedentem nullus præſumat retinere. Quod ſi canonicè vocatus redire contempſerit, Abbas in eum proferendi ſententiam habeat poteſtatem.

Eccleſia quoque veſtra pro communi Interdicto Parochiæ non vacet. Solummodo ne illi recipiantur, quos interdictos vel excommunicatos eſſe conſtiterit.

Simili modo ſancimus, ut de laboribus, quos propriis manibus, ſumptibusve colitis, ſeu de veſtris nutrimentis dare decimas cuiquam non cogamini.

Quia vero quieti veſtræ magis ac magis nos convenit providere, & circa divina officia vos cupimus eſſe aſſiduos; ſimili modo ſancimus, ut neque To dilecte in Domino Fili Odo Abbas, nec aliquis Succeſſorum tuorum, niſi forte vocatus ad Synodum, vel alia negotia præſumatis abire.

Decernimus ergo, ut nulli hominum omnino fas ſit, vos vel prædictam Eccleſiam Bonæ-Spei ſuper hac noſtra Conſtitutione temerè perturbare, aut ejus bona vel poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel quibuſlibet moleſtiis fatigare. Sed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnibus omnimodis profutura.

Si quis autem auſu temerario huic noſtro Decreto contraire præſumpſerit, ſecundò tertiòve commonitus, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus incurrat, & excommunicationi ſubjaceat.

Conſervantes vero Dei ac Domini Redemptoris noſtri & eorum Apoſtolorum gratiam conſequantur. Amen.

CAPUT XLIX.

Hugo Candavaine Comes S. Pauli, anno 1141 *confirmat jura Abbatis Fiſcannenſis Ordinis Sti. Benedicti in Gallia, in Blangiacenſe Monaſterium ejuſdem Ordinis apud Artheſios, ſub Diœceſi Bolonienſi.*

NOtum ſit omnibus, tam præſentibus, quàm futuris, quod Ego Hugo Candaveoa Comes S. Pauli Domni Henrici Fiſcannenſis Abbatis, videlicet amici & cognati mei petitionibus ammonitus, Eccleſiæ (1) Fiſcannenſis in (2) Blangiacenſi Eccleſia jus antiquum & priſtinam dignitatem quam Prædeceſſores ſui temporibus Anteceſſorum meorum habuerunt, recognovi & conceſſi, & Sigilli mei auctoritate perpetuò tenendam confirmavi.

Hujus autem rei teſtes fuerunt ex parte præfati Comitis,

Godefridus Cancellarius ſuus,
Arnulfus & Henricus S. Salvatoris Canonici,
Hogo de Eſtrut,
Robertus de Aſſi,
Henricus de Frevent,
Gaoterus de Piſat.

Ex parte Abbatis,

Gillebertus Abbas Blangiaceoſis,
Godeſcalcus Abbas de Auceio,
Milo Tarvanenſis Archidiaconus,
Alexander Canonicus,
Rainaudus & Rogerius Fiſcannenſes Monachi,
Iſaac, & Johannes frater ejus,
Hugo, & Droardus de Blangiaco.

Anno ab Incarnatione Domini M.C.XLI. Actum eſt hoc apud Blangiacum, Ludovico Rege Francorum, Milone Epiſcopo Tarvanenſi.

(1) FISCANNENSIS Abbatia, vulgo *Fecamp*, in Normannia, ac Diœceſi Rothomagenſi, antiquum ac potens Benedictinorum Monaſterium, hodie ſubditum Congregationi S. Mauri. Jus ſuum extendit olim in duas Belgii noſtri Abbatias, nempe Blangiacenſem, ut videre eſt in Diplomatibus Miræi pag. 1130, item in Montem S. Joannis, olim prope Teruanam, nunc Ipras tranſlatum Monaſterium, uti ſupra dictum eſt pag. 16. hujus novæ Collectionis.

(2) BLANGIACUM, Abbatia eſt Benedictinorum in Artheſia, haud procùl ab Oppido Heſdinienſi, olim ſub Diœceſi Morinenſi, hodie ſub Bolonienſi; ſubjecta erat antiquitùs prædictæ Abbatiæ Fiſcanenſi, uſque ad finem ſæculi XIV. quo Monachi proprium Abbatem de gremio ſuo acceperunt.

Fuit autem Monaſterium hoc primò Monialium, cui prima præfuiſſe legitur Abbatiſſa S. Bertha Caroli Magni filia, cujus Reliquiæ ibidem aſſervantur. Hinc factâ reſtauratione, tranſiit ad Monachos Benedictinos ſæculo XI.

Inter Miſcellanea Steph. Baluzii Tom. V. pag. 406 exſtat littera Archiepiſcopi Remenſis, de Juribus Abbatis Blangiacenſis in Altare de Chery, Diœceſis Atrebatenſis.

CAPUT L.

Stephanus Angliæ Rex ejuſque Uxor Mathildis Boloniæ Comitiſſa, dotant Abbatiam Clarimariſci Ordinis Ciſtercienſis recens fundatam, annis 1142 & ſeqt.

STephanus Dei gratiâ Rex Anglorum, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Juſtitiariis, Vicecomitibus, Baronibus, Miniſtris & omnibus fidelibus ſuis totius Angliæ & Normanniæ & Boloniæ ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, per requiſitionem Mathildis Reginæ uxoris meæ, & Euſtachii filii mei & pro anima Comitis Euſtachii, & pro Redemptione animarum noſtrarum & Anteceſſorum noſtrorum, Fratribus in Claromareſc. Deo ſervientibus in Bethlo totam terram cum nemore, quæ eſt inter domum Malgeri & domum Raimundi de Tollath, ſicut via quæ eſt in nemore dividit, & via Presbyteri:

Reliquum vero nemoris noſtri ad neceſſitatem eorumdem Fratrum: & ut ſuum nutriant & ſuhſidem unom ſuper ripam manentem, ut eos & res eorum per amnem vehat & revehat, & cetera quæ mihi debebat juſte ſervitia eis perſolvat, libera & perpetuo jure obtinenda conceſſi, & ne poſteros latere poſſit Sigilli mei impreſſione confirmavi.

Huic autem primæ Donationi, interventu Domni Bernardi Abbatis Clarevallenſis, ad valens duas carrugas inter boſcum & planum, in valle quæ eſt adjuncta viæ Presbyteri, adjunxi.

Et hoc quoque Sigilli mei impreſſione confirmavi, & Comiti Flandriæ ad cujus feodum pertinet, hoc idem confirmandum mandavi. Et ne quis hoc temerarius in poſterum violare præſumat, Epiſcopo Morinenſi, ut idem Sigilli ſui auctoritate & excommunicationis datâ ſententiâ confirmet, ſupplicavi.

Teſtibus Roberto de Gandavo Cancellario
& Willelmo Marter,
& Ingelramno de Sai,
& Turgiſio de Alrincis,
& Roberto de Valderi, apud Geldeford.

II. DIPLOMA.

EGo Matbildis Dei gratiâ Anglorum Regina & Boloniæ Comitiſſa & Euſtachius filius meus.

Utillimum comercium arbitrantes terrenis cœleſtia & tranſitoriis æterna comparare, pro redemptione animarum noſtrarum & Prædeceſſorum noſtrum, Fratribus in Claromareſch Deo ſervientibus totam terram cum nemore ſuo quæ eſt inter domum Malgeri & domum Raimundi Tolſath ſicut via quæ eſt in nemore dividit & via Presbyteri &c. *ut in Diplomate Stephani.* Si qui quoque eis terram in poteſtate noſtra dederit aut vendiderit, liberam conceſſimus.

Actum anno Dom. Incarn. M. C. XLII. Ind. V. teſtibus Bernardo Abbate Clarevallis, Is erat S. Bernardus Fundator Ordinis Ciſtercienſis.
Waleranno Abbate Urſicampi,
Henrico Abbate de Valcellis,
Theoderico Abbate de Capella,
Milone Archidiacono,
Johanne Abbate B. Mariæ,
& Petro Abbate S. Wlmari,
Militibus de Templo, Gilleberto de Druſencurth.
Oſtone de S. Audomaro,
Widone de Merem-Feramus,
Clarembaldo de Hechot,
Simone de Gerardi-Molendino,
Drogone de Sperleke,
Thoma de Mareſch,
Willelmo Monacho.

III. DIPLOMA.

STephanus Rex Anglorum, Epiſcopo Morinenſi, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris & omnibus fidelibus ſuis in Comitatu Bolonienſi. Sciatis, quia concedo Gunfrido Abbati Claremareſch & Succeſſoribus ejus in perpetuum, pro redemptione animæ meæ, & Matbildis Reginæ uxoris meæ, & Euſtachii filii mei, & aliorum puerorum meorum & Prædeceſſorum noſtrorum, unam carrucatam terræ ad Abbatiam conſtruendam in nemore de Bethlo, juxta aquam quæ appellatur Reche, & juxta villam de Newerlede; quam carrucatam Mathildis uxor mea eis in eleemoſynam dedit.

Et ne hoc poſteros latere poſſit, Sigilli mei impreſſione confirmo, & ſubſcriptorum atteſtatione corroboro,
Willelmi de Ypra,
& Roberti de Ver Conſtabularii,
& Willelmi Marter,
& Richardi de Luci.
Apud Londoniam.

IV. DIPLOMA.

MAthildis Dei gratiâ Regina Anglorum, Archiepiſcopis, Abbatibus, Baronibus

Aogliæ & Normanniæ, & Boloniæ, & univerſis filiis ſanctæ Eccleſiæ ſalutem.

Ego Mathildis gratiâ Dei Anglorum Regina & Boloniæ Comitiſſa & Euſtachius filius meus, Gunfrido Abbati de Claromareſch & Succeſſoribus ejus in perpetuum, unam carrucam ad Abbatiam conſtruendam io nemore noſtro de Bethlo juxta aquam quæ appellatur Reche & villam dictam Newerlede, pro ſalute animarum noſtrarum & Prædeceſſorum noſtrorum conceſſimus.

Hoc autem primo dono quod eſt à manſo Malgeri per viam ſuperiorem quæ eſt in nemore, & viam Presbyteri verſus viam Heleëche; & ſecundo quod eſt in valle coojuncta viæ Presbyteri, quod eſt duarum carrucarum, tertium adjunximus.

Teſtibus Willelmo de Ypra,
Willelmo de Monſterolio,
Arnulfo Advocato Tarvaniæ,
Richardo de Luci,
Euſtachio de Furnis,
Thoma Capellano,
Richardo Boloniæ, Petro Clerico,
Odone Clerico.
Apud Boloniam.

V. DIPLOMA.

MAthildis Dei gratiâ Regina Anglorum humilis & devota famula Chriſti, Abbati & toti Conventui de Claromareſch, ſalutem.

Sciat fraternitas veſtra notumque idipſum eſſe volumus tam futuris quam præſentibus, quod Dominus meus Rex Stephanus, & Ego donationem terræ quam vobis contulimus ſub conditione, Abbatiæ inibi conſtruendæ, liberè & ſine conditione Vos & Monaſterium veſtrum concedimus poſſidere; ut ſcilicet de cetero pro pacto aliquo quod antehac nobiſcum feceritis, Monaſterium veſtrum à loco in quo nunc eſt non cogamini transferre.

Proinde conventum eſt nobis à fratribus veſtris, quod ipſa Abbatia ibidem ita ſit noſtra, quemadmodum ſi ad donationis locum transferretur.

Teſtibus Thoma Cappellano,
Euſtachio,
Richardo de Luci,
Willelmo Martel,
Waltero de Luſor & aliis pluribus cum Abbate de Boxleia Domno Lamberto.
Apud Roffam.

VI. DIPLOMA.

STephaous Rex Angliæ humilis & devotus famulus Chriſti, Willelmo Abbati & toti Cooventui de Claromareſch, ſalutem.

Sciat Fraternitas veſtra notumque id ipſum volumus omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Ego Stephanus Rex & Mathildis Regina Donationem terræ &c. *ut in ſuperiori Charta.*

Teſtibus Baldrico,
Euſtachio,
Thoma Capellano,
Richardo de Bolonia,
Wilhelmo de Ypra, de Luci,
Willelmo Martel,
Waltero Luſor & aliis pluribus, cum Domno Abbate de Boxleia Lamberto.

CAPUT LI.

Prioratus, ſive Cella S. Sulpitii in Villa Pyrorum ſub Diœceſi Remenſi, dotatur atque ſubjicitur Abbatiæ S. Huberti in Arduenna, anno * 1147 *per Arnulphum Comitem Chiniacenſem.*

* Alii citant ann. 1068.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Arnulfus Comes cum conjuge mea Adelais, filius Ludogvici Comitis, præſentibus & futuris ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis.

Audiens in Evangelio, quia nihil prodeſt homini, ſi lucretur univerſum mundum, animæ autem ſuæ patiatur detrimentum; audiatis & credatis firmiſſimum, quod patri meo & matri meæ & omnibus Anteceſſoribus meis primùm, & pòſt animæ meæ & heredibus meis ſtatui ſingulare remedium.

In Villa Pyrorum habebam paterno jure clericalem Abbatiolam in honore S Sulpitii fundatam, fideli quidem ſatis Anteceſſorum meorum devotione, ſed pauperiori quam oportebat redituum proventione.

Hanc ampliatam pro poſſe rebus ſubter notandis, quia necdum ut volebam per ſe conſiſtebat ſatis, communi conſilio Archiepiſcopi Remorum, ad cujus Diœceſim pertinet Abbatiola ipſa, ſubjectam feci eam ſeniori Eccleſiæ S. Petri & S. Hugberti in Ardenna, eâ conditione, ut Abbas de ſancto Hugberto ponat Monachos, quibus ipſe præſit in loco illo, nec error aliquis generetur ſuper hujuſmodi opere, loco ut antiquitus ad Diœceſim Remenſem pertinente, mihi & heredibus meis reſervatâ legali Advocatione, & ad matrem Eccleſiam S. Huberti ſubjectione perpetuâ remanente.

In ipſa villa Pyrorum do totum allodium quod jacet ſuper *Marbaiz* ex utraque parte. Ex una vero parte ſuper ripam Moſæ uſque ad Helmericum-Montem, & exinde uſque ad *Fainon*, dimidiam partem, cum pratis &

ſilvis & piſcatura, necnon & familiam, quæ ad eamdem pertinet villam.

Medietatem Eccleſiæ de Stavelz, de Eccleſia Auræ medietatem, de Eccleſia Viliers medietatem, medietatem decimæ de Saivinſart & de Beurona.

De quartario in *Orſau*, medietatem decimæ; in *Flobeirmont* dimidium molendinum de indominicatu, in *Givel* totam nonam, de Eccleſia in Surei quartam partem, decimam molendini in *Caſtillon*, ſeptem manſos pertinentes ad S. Hilarium cum tota familia.

Donum ex integro Capellæ S. Johannis in *Ware*, feſſuram molendini ad *Baiart*, decimam de S. Hilario & de *Ware*, de omni indominicatu, ſcilicet de terris indominicatis, de ſilvis indominicatis, de ſexteragio, de furno, de cambis, de ſotularibus & de cyrothecis.

Signum Arnulphi Comitis & Manaſſe fratris ejus,
S. Reguini,
S. Radbodi,
S. Lantberti de Turre,
S. Lamberti de Porta,
S. Johannis de Ware,
S. Reguini,
S. Theoderici filiorum ejus,
S. Thietbaldi de Tylach,
S. Rodulphi,
S. Wlberti,
S. Ingebrandi,
S. Arnulphi,
S. Lietgerti,
S. Wahonis,
S. Warneri de Cipley.

In Collectione nova Diplomat. PP. S. Mauri Tomo I, pag. 513. extat Bulla Gregorii VII, Papæ eandem Cellam Monaſterio S. Huberti confirmantis.

CAPUT LII.

Henricus de Leyen Leodienſis Epiſcopus Eccleſiam S. Severi in Meſſia, prope Leodium, olim Collegiatam, tradit & incorporat anno 1149 *Abbatiæ S. Laurentii Ord. S. Benedicti Leodii, cujus dein Prioratus remanſit.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Qui à divinâ diſpenſante gratiâ locum regiminis obtinent in Eccleſia, hoc præcipuè bonæ intentionis ſtudio, ac ſubſequentis operis effectu curare debent neceſſariò, ut in venerabilibus & Deo ſacratis locis Sanctorum glorià religioſis, ut dignum eſt, honoretur famulantium obſequiis.

Quod ſciens Ego Henricus ſecundus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, quantum auxiliante gratiâ Chriſti valui, ſollicitudinis debitæ curam inpendi, ut divinæ cultum Religionis in ſubjectis meæ providentiæ amplificarem Eccleſiis.

Inter quas præcipue Eccleſiam S. Severi in Meſſia debitâ miſeratus ſum ſollicitudine, quæ Patroni ſui corpore aliorumque ſanctorum pignoribus nobilitata, floruerat pridem Religione Canonicâ: ſed per ſucceſſum temporis, religioſis decedentibus Canonicis, in tantam permutationis negligentiam deciderat, ut imminuto cultu divinæ ſervitutis, ipſiſque pene labentibus ædificiis, jam non videretur eſſe quæ fuerat.

De cujus nimirum reſtauratione, cum ſemel, iterum atque tertio verbum feciſſem in Conventu Leodienſis Eccleſiæ, ex conſilio ſpiritualium virorum fideliumque meorum placuit, ut Religioſo Abbati ſancti Laurentii Wazelino eamdem Eccleſiam contraderem, qui ad honorem Dei, & Sanctorum venerationem, Regularium in ea Monachorum diſponeret Ordinem: quod & factum eſt.

Nam in præſentia Eccleſiaſticarum perſonarum prædictam Eccleſiam cum dote integra, & omnibus pertinentiis ſuis, cum tota omnino familia, ac poſſeſſionom reditibus univerſis, tradidi libero ac perpetuo jure Monaſterio S. Laurentii, ita ut ab hodierna die & deinceps Eccleſia S. Severi ſubjecta ſit Eccleſiæ S. Laurentii, tamquam propria filia ſpirituali matri.

Et eam tam in ſpiritalibus quam temporalibus Abbas S Lauentii ut propriam Eccleſiam libere diſponat, & ex noſtræ Præceptionis auctoritate Regularem Monachorum Ordinem ad ſerviendum Deo in ea conſtituat.

Sane Decimam de majori ac minori Seron & de Foris-villa ab hac largitione excepi, & ad Epiſcopalia continui, eo quod beneficium ſit perſonæ, quæ more Eccleſiaſtico noſtro debet adhærere obſequio.

Cetera omnia, cunctas poſſeſſiones S. Severi, ſicut propriis diſcretæ ſunt terminis, cum omnibus uſuariis & appenditiis ſuis, ex integro tradidi perpetualiter Monachis, Deo & S. Severo ad ſacrum ejus corpus ſervituris, ut inde neceſſarios habentes ſumtus, cum ſecuritate ac tranquilla devotione Dei clementiam pro noſtra exorent ſalute, ac perpetuali Sanctæ Leodienſis Eccleſiæ conſervatione.

Hac enim ſpe, ſeu retributionis mercede, noſtra munificentia Religioſis liberalem ſe im-

pendit, quatinus devotis eorum orationibus, & Sanctorum quos veneramur, meritis ſuffragantibus, temporali & æternâ ſecuritate in Dei lætemur miſeratione.

Ut autem hujus noſtræ Donationis vel munificentiæ largitio firma atque perpetualis maneat S. Laurentio, eam roboramus Confirmationis Privilegio, Cartæ videlicet præſentis altipulatione, cum impreſſo Sigilli noſtri munimine, Teſtibus ſubſcriptis Clericis ac Laïcis. Nomina teſtium.

Dodo Archidiaconus.
Rembaldus Decanus,
Johannes, Gozelinus ejuſdem Eccleſiæ S. Severi Præpoſitus.

De Nobilibus Viris; Euſtacius Advocatus, Berengerus de Loz, Nitardus de Mariulis. De familia Eccleſiæ; Wedericus de Prato, Lambertus de Hoyo, & alii nonnulli.

Actum Leodii III. Kal. Decembris, anno Incarnationis Domini M. C. XLIX. Indictione XIII. regnante Conrardo II. anno regni ejus XII.

Extat in eadem Collectione PP. Benedictinorum S. Mauri Tomo I. pag. 884. Diploma Rodulphi Leodienſis Epiſcopi, quo confirmavit præfatæ Abbatiæ S. Laurentii, eandem Eccleſiam de Meffia, anno 1171. quæ uſque hodie eſt Prioratus, inter Namurcum & Hannurum.

CAPUT LIII.

Balduinus Abbas S. Quintini in Inſula, Diœceſis Noviomenſis, concedit locum fundationis Religioſis Præmonſtratenſibus in vico de Booni, anno 1136. Quæ dein dicta fuit Abbatia S. Martini, tranſlata per Nicolaum Cameracenſem Epiſcopum, in alium locum, ad ſcaturiginem Schaldis fluvii, in Diœceſi ſua Cameracenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Balduinus Dei gratiâ Abbas Eccleſiæ Sancti Quiotini de Inſula. Quoniam inter ceteros humanæ fragilitatis defectus, quam plurimum nocet oblivio; Litteris eogimur tradere, quod volumus numquam à memoria cadere.

Notum ergo ſit omnibus, quoniam cum primum apud Boëni Fratres (1) noſtri io Chriſto vitam ſuam ſecundum B. Auguſtini Regulam arctius inſtituiſſent reſtringere, nos eorum in præſenti ſublevantes inopiam, ut ad perpetuam in futuro conſcenderemus gloriam, totam terram, tam cultam quam incultam, & ſilvam, jura quoque regiminis ſive judiciorum quæ poſſidebamus apud Brahencourt memoratis Fratribus Capitoli noſtri conſenſu tribuimus, exeepto quod de ſilva ad uſum neceſſarium abſque venditione nobis retinuimus.

Hoc tamen pacto, ut prædicti Fratres Eccleſiæ noſtræ ſancti Quintini unum modium avenæ & alterum frumenti, in feſtivitate S. Remigii annuatim perſolvant, & terram illam, ſive ſilvam totam ab omni exactione vel inquietudine liberam per omne tempus poſſideant; excepto quod eis non licet vendere vel ſartare, niſi communi aſſenſu.

Quod ut ratum permaneat, Scriptum hoc fecimus, quod Sigilli noſtri impreſſione & teſtium ſubſcriptione munitum oobis per chyrographum diviſimus.

Signum Hugonis Abbatis Humolarienſis,
S. Gerardi Decani,
S. Raineri Dapiferi,
S. Oylardi Majoris,
S. Raineri de Roinum,
S. Werriei Waſtel,
S. Radulfi Majoris,
S. Radulfi Longa-gula.

Actum anno Dominicæ Incarnationis M C. XXXVI. Indictione XIV. concurrente III. Epactâ XV.

(1) Illi Fratres perfectionis gratiâ apud Boëni tamquam in ſolitudinem, ubi ſoli ab hominum conſortio ſeparati viverent ſeceſſerant; cum autem eo tempore Præmonſtratenſes vitam quaſi Angelicam ſub Regula S. Auguſtini ducerent, illorum Inſtitutum ſponte ſuſceperunt, annuente Abbate ſuo, & ſic initium dederunt Abbatiæ Montis S. Martini in Diœceſi Cameracenſi.

Diploma Nicolai Cameracenſis Epiſcopi, de Tranſlatione hujus Abbatiæ.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Nicolaus Dei gratiâ humilis Cameracenſis Epiſcopus, tam futuris quam præſentibus in perpetuum.

Quia Pontificali Cathedræ, Deo auctore licet indigni præſidemus, etſi omnibus noſtræ Diœceſeos fidelibus prout facultas ſuppetit, in communi prodeſſe debemus; circa illos tamen qui abjectâ mundi ſarcinâ, felici naufragio, ad ſanctæ converſationis portum enatarunt, præcipue vigilare decrevimus; quatenus eorum beneficio aliquod noſtræ imperfectioni ſubſidium comparemus.

Notum igitur eſſe volumus tam futuris quam præſentibus, quoniam cum Frater Garembertus locum Boenienſem conſtruxiſſet, & adſcitis ſibi quibuſdam Fratribus per Dei gratiam in eodem loco Abbas eſſet inſtitutus, volens Deo inſpirante arctioris obſervantiæ Inſtituta ſectari, præfatum locum per manum Domini Lietardi prædeceſſoris noſtri Cameracenſis Epiſcopi ad conſilium & Ordinationem Domni Galterii Abbatis S. Martini de ſuburbio Laudunenſi contulit.

Cum ergo Fratres Boenienſis Eccleſiæ, electo ſibi de Laudunenſi Monaſterio Abbate locum Boenienſem propter ſui difficultatem habitationi ſuæ minus commodum æſtimarent, Nos locum illum qui Mons S. Martini dicitur, eis adquiſivimus, & conſilio Clericorum noſtrorum Boenienſem Abbatiam cum integritate omnium poſſeſſionum ſuarum ad illum locum tranſtulimus; ipſumque ab omni cenſuali exactione, omnique longegiarum & debitorum ſolutione, indebita quoque conſuetudine, aſſenſu Archidiaconi noſtri & totius Camerscenſis Eccleſiæ abſolvimus; quatenus grex Deo devotus ſecundum Ordinem Prædemonſtratenſem libere ibidem Deo famuletur, & condignos laborum ſuorum manipulos juſto exactori perſolvat.

Si verò Abbas de Monte S. Martini à Regula S. Auguſtini, & conſuetudine Laudunenſis Monaſterii deviaverit, Abbas S. Martini ſuper correctione ſua, bis tertiove cum commonebit.

Qui ſi incorrigibilis apparuerit, Epiſcopus Cameracenſis ſub præſentia & teſtificatione Abbatis S. Martini & duorum ejuſdem Ordinis Co-Abbatum, in Eccleſia Cameracenſi ſine omni dilatione & reclamatione majoris audientiæ Ordinis ſui, tranſgreſſorem deponet.

Depoſitum autem illum Epiſcopus Cameracenſis ad Eccleſiam B. Martini remittet, & alium idoneum Canonicâ Fratrum electione, & Abbatis Laudunenſis conſilio, è veſtigio ſubrogabit.

Abbas autem Eccleſiæ S. Martini, de qua prædictus locus, ſcilicet Mons S. Martini, Religionis hujus ſumſit exordium, ab omni illum temporalis commodi exactione abſolvit. Ut vero ibi Ordo vigeat invigilabit, & laboris ſui mercedem juges inibi orationes habebit. Ad hæc adjeicientes decrevimus, ut univerſa quæ nunc inibi commorantes Fratres poſſident, vel quæcumque in futuro conceſſione Eccleſiaſtica, largitione Principum, vel oblatione fidelium, juſtè & canonicè poterunt adipiſci, firma illis, illorumque Succeſſoribus & illibata permaneant.

Ut autem hæc rata in perpetuum ſint & inconvulſa, Scriptum hoc fieri, & Teſtium ſubtitulatione, & Sigilli noſtri impreſſione roborari præcipimus; datâ horum conſervatoribus benedictione; in eos qui hæc temerare præſumpſerint anathematis ſententiam perpalantes.

S. Johannis ejuſdem Abbatiæ Archidiaconi,
S. Theoderici,
S. Alardi,
S. Theoderici Archidiaconorum,
S. Guidonis Præpoſiti,
S. Gerardi Decani & Archidiaconi,
S. Gnidonis,
S. Galterii,
Guerimboldi,
Hugonis,
Herberti,
Bartholomei,
Euſtachii,
Gualterii,
Radulfi, Canonicorum.

Actum anno Ioesrnati Verbi M. C. XXXVII. Indictione XV. Præſulatûs Domni Nicolai I.

Inter Inſtrumenta novæ Galliæ Chriſtianæ Tomo III. extant alia quædam Diplomata de origine Abbatiæ Montis S. Martini; videlicet.

I. Charta Radulphi Comitis Veromandiæ, conſentientis in Fundationem hujus Abbatiæ, anno 1136.

II. Charta Nicolai Cameracenſis Epiſcopi, ſuper electione novellæ Abbatiæ, anno 1137.

III. Charta Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Quintini in Gallia, de conceſſione Juris Patronatus loci de Boom, in favorem hujus Monaſterii, anno 1138.

IV. In Theſauro Anecdot. Tomo I. pag. 645, extat Charta Balduini Flandriæ & Hannoniæ Comitis, idem Monaſterium anno 1191 in ſuam tutelam recipientis.

Denique in Hiſtoria Urbis Pariſienſis per Dominum Felibien Monachum S. Mauri, Tomo IV. pag. 73 extat Bulla Clementis IX Pont. qui anno 1668 hanc Abbatiam Montis S. Martini univit Archiepiſcopatui Senonenſi, ſuppreſſo Abbatiali titulo; in compenſationem illati præjudicii, dum Eccleſia Pariſienſis à Senonenſi Metropoli exempta, in Sedem Archiepiſcopalem erecta fuit.

CAPUT LIV.

Balduinus Comes Hannoniæ Abbatiæ Bonæ-Spei Ord. Præmonſtrat. in Hannonia, Bona acquiſita & acquirenda in ſuo Comitatu confirmat, anno 1150.

BAlduinus divinâ miſeratione Haynoenſium Comes, tam præſentibus, quam futoris.

Sicut eſt fortitudinis in eo quod juſtum eſt gradu ſtabili permanere; ſic eſt & conſilii ab injuſto pedem quantocius removere; ut qui fortè deviavit ignorantiæ tenebris obvolutus, ad iter rectum redeat, veritate cognitâ liberaſitet abſolutus.

Noſſe igitur vos volo, quod Eccleſia de Bona-Spe in territorio de Leſtinis occupaſſe de meo Jure quippiam videbatur; ſi tamen verum erat quod mihi ab aliquibus dicebatur. Sed reſpectu Dei, & quorumdam prece & conſilio, omnem meam querimoniam relegavi & quod juſte tenere ſe dicebat, conceſſione liberâ confirmavi.

Et ut ineboatum beneficium largius cumularem, & erga Eccleſiam affectum meæ benevolentiæ demonſtrarem, non ſolum omnem terram nudam & arabilem quam in territorio de Leſtinis vel de Bruila tenebat, ſed & quidquid infra Comitatum meum tam recens quam deinceps poſſidebit ſive propriâ ut aſſolet emptione ſive gratuitâ fidelium dotatione, conceſſi & concedo ut ratum & inconcuſſum poſſideat, & in tuitione mea quantum juſtitia dictabit permaneat.

Ne autem oblivione aliquâ hujuſmodi Conceſſio deleatur, ſed tam à poſteris quam præſentibus inconcuſſa & ſtabilis teneatur, præſenti eam Scripto volui commendare, & idem ſcriptum impreſſione meæ imaginis ſubſignatiſque Teſtibus roborare.

S. Domni Nicolai Cameracenſis Epiſcopi.
S. Domni Franconis Abbatis de Laubiis.
S. Domni Egrici Abbatis de ſancto Giſleno.
S. Domni Mainardi Abbatis de Alto-Monte.
S. Domni Algodi Abbatis de Criſpinio.
S. Goſluini de Montibus.
S. Baldrici de Roiſin.
S. Euſtachii de Ruez.
S. Theodtiei de Linea.
S. Ludovici & Karoli de Fraiſna.
S. Nicolai de Blatum.

Actum anno Incarnati Verbi milleſimo centeſimo quinquageſimo, concurrente VI. Epacta vigeſimâ, Indictione decimâ tertiâ.

CAPUT LV.

Eugenius III. Pont. Sanctimoniales Dononii (quod nunc eſt illuſtre Canonicarum Nobilium Collegium juxta Valencenas) gravis negligentiæ arguit; earumque Viſitationem committit Godeſcalco Atrebatenſi Epiſcopo, circa annum 1151.

Ex Miſcellaneis Ilaluſii Tom. V.

EUgenius Epiſcopus ſervorum Dei, Sanctimonialibus (1) Dinyacenſibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quòd vos Apoſtolicæ benedictionis alloquio ſalutamus, non ex veſtris meritis fieri, ſed ex Apoſtolicæ Sedis conſueta benignitate credatis.

Non enim de converſatione veſtra nobis talia referuntur, quæ noſtrum animum incitent ut Vobis Apoſtolicæ benedictionis gratiam conferamus; quoniam, ſicut relatione quorundam audivimus, ita laxa habenis poſt veſtra deſideria curritis, ut veſtri voti memoria videatur à vobis penitùs exeidiſſe, & videamini tetrorſum abire, cùm ad anteriora deberetis totis viribus anhelare.

Sanè caritatis ignieulus, qui fomes & nutrimentum honeſtatis eſſe digoſcitur, peccatis exigentibus adeo in vobis teſriguit, quòd Monaſterium veſtrum tam in ſpiritualibus quàm etiam in temporalibus eſt plurimùm imminutum. Nos igitur, quoniam ſtatum veſtrum in melius cupimus auxiliante Domino reformari, Venerabili Fratri noſtro Godeſcaleo Atrebatenſi Epiſcopo, de cujus utique honeſtate ac Religione confidimus, quoniam in his plenius inſtructus eſſe dignoſcitur, dedimus in mandatis, ut gratam Deo Religionem in vobis ſtudeat reformare, & Monaſterium

veſtrum ad frugem melioris vitæ reducere.

Ideoque per præſentia vobis ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus in his quæ ad emendationem vitæ veſtræ & correctionem Monaſticæ diſciplinæ ſpectaverint, ſupradicto Fratri noſtro humilitate debitâ pareatis & ipſius monita & ſalubria mandata benignè ſuſcipiatis & irrefragabiliter obſervetis; ſcientes quia ſi de cetero ſalubribus monitis ipſius contempſeritis obedire, Nos ſententiam quam propter hoc in vos ipſe dictaverit, auctore Deo ratam habebimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Nonis Februarii.

(1) DINVACUM alias *Donouium*, vulgo *Denaing*, Oppidum eſt Hannoniæ, ad Scarpum fluvium, conflictu inter Caroli VI. Cæſaris ejuſque Fœderatos & Gallos milites, anno 1712 celebre.

Eſt illic antiquum Monaſterium, quod olim fuiſſe Fratrum & Sororum Deo militantium, patet ex Diplomate Caroli Calvi Francorum anno 877 apud Miræum in Diplomat. pag. 249. Præerant tunc Abbatiſſæ, quarum prima fuit S. Regina; Pipini Regis Conſanguinea; ſecunda S. Ragenfredis, Reginæ filia; de quibus vide Miræum & Molanum de SS. Belgii.

Hodie Collegium eſt XVIII. Canonicarum ſecularium, genere illuſtrium, ad normam Collegii Malbodienſis, & aliorum in Belgio. Præeſt illis Abbatiſſa, votis ſolemnibus adſtricta.

CAPUT LVI.

Margareta Flandriæ Comitiſſa durum ſervitutis jugum per totam ſuam Flandriæ ditionem tollit anno 1152.

NOs Margareta, Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, notum facimus tam præſentibus, quàm futuris, quòd nos intuitu pietatis, & ut Dominus à ſervitute peeeati Nos liberet, & concedat perpetuæ libertati; omnes ſervos, & ancillas totius terræ noſtræ Flandriæ, manentes ad præſens in eâdem Terrâ, vel in ejus appendentiis, ſub noſtrâ propriâ juſtitiâ, & non in alienâ, vel in futurum manſuros, de quibus medietatem omnium Cathallorum, tam viri, quam mulieris habebamus, vel habere debebamus, in morte cujuſlibet ipſorum, emancipamus, & pro Nobis, & Succeſſoribus noſtris Comitibus tradimus libertati, quamdiu remanebunt in locis ſupradictis.

Tali modo, quod ipſi, & hæredes ſui, qui eſſent noſtri ſervi futuri, nobis, & hæredibus noſtris Comitibus Flandriæ, pro medietate omnium Cathallorum ſuorum, quam de ipſis, & eorum hæredibus futuris ſervis habebamus, & habere debebamus in morte cujuſlibet ipſorum; nec non pro ſervitiis, & angariis plurimis, quæ exigebantur ab eis occaſione ſervitutis; Nobis, & hæredibus noſtris Comitibus Flandriæ ſolvere tenebuntur, vir tres denarios, mulier unum denarium in feſto Beati Remigii, quolibet anno quamdiu vixerint.

Et etiam in morte cujuſlibet ipſorum, tam viri, quam mulieris, melius Cathallum habere debemus morientis.

Melius Cathallum appellamus in hac parte, non domum, non armentum, ſed pecus melius de domo, vel aliud ornamentum. Servos autem, & ancillas quos in dictâ terrâ Noſtrâ Flandriæ, vel in ejus appendiciis extra noſtram juſtitiam propriam, & domaniam manere contigerit, tanquam ſervos noſtros in vita, & in morte proſequemur, ubicumque manſerint, ſicut priùs. Quid melius Catallum.

Ut autem ſupradicta robur obtineant perpetuæ firmitatis, appenſione Sigilli noſtri præſens Scriptum fecimus roborari.

Ego verò Guido Comes Flandriæ, filius antedictæ Nobilis Dominæ Margaretæ, Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſæ, factum ipſius D. Matris meæ (prout ſuperius eſt expreſſum) laudo, & approbo, & Sigilli mei munimine confirmo.

Datum anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo, menſe Aprili.

Formulam Manumiſſionis ſervorum anno 1194 adhuc uſitatam apud Flandros, habes apud Miræum pag. 288, ubi multa dicuntur in Notis, de ſervis, & ſervitutis ſublatione.

De Servis donatis Eccleſiæ Tornacenſi, vide Miræum pag. 394. Idem de Servis Abbatiæ Geraldimontenſis, eundem Miræum pag. 449. Ex quibus patet, durum Servitutis jugum, non ſtatim ex toto fuiſſe ex Belgio noſtro eliminatum.

CAPUT LVII.

Eugenius III. Pontifex Privilegia ac poſſeſſiones Cathedralis Eccleſiæ Atrebatenſis recenſet, ac petente Godeſcalco Atrebatenſium Epiſcopo confirmat, anno 1152.

EUgenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Godeſcalco Atrebatenſi Epiſcopo ejuſque Succeſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Officii noſtri Nos hortatur auctoritas, pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere & earum quieti & utilitati ſalubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque, & honeſtati conveniens eſſe dignoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & à pravorum hominum nequitia tueamur & beati Petri atque Apoſtolicæ Sedis patrocinio muniamus.

Proinde, Venerabilis Frater in Chriſto, Godeſcalce Epiſcope, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Atrebatenſem Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & Apoſtolicæ Sedis Privilegio communimus.

Ad exemplar igitur Prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Urbani, Paſchalis, Gelaſii, Calixti, & Innocentii Romanorum Pontificum, ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopalem dignitatem, ſicut hodie eſt, præſentis Scripti Paginâ roborantes, ſtatuimus ut quicquid prædictæ Eccleſiæ Beatus Remigius contulit, videlicet Orcos & Sambucetum, quæcumque etiam eadem Eccleſia juſtè & legitimè poſſidet aut in futurum poterit adipiſci, Tibi tuiſque Succeſſoribus confirmamus. In quibus hæc propriis nominibus annotanda ſubjunximus, Archidiaconias duas, Atrebatenſem ſcilicet, & aliam quæ Oſtrevandenſis dicitur,

Illoa etiam limites inter Atrebatenſem & Cameracenſem Eccleſias eſſe ſancimus, quos antiquitus fuiſſe vel ſcriptorum monumentis, vel territoriorum diviſione, vel certis aliquibus indiciis conſtat, ut annuente Deo Eccleſiarum pax nullâ occaſione turbetur, & quæ pro fidelium ſalute ſtatuta ſunt perenni tempore inconvulſâ ſtabilitate perſiſtant.

Abbatias quoque infra Atrebatenſis Epiſcopatus limites ſitas, videlicet S. Petri Haſnonienſis, ſancti Salvatoris Aquicinenſis, S. Vindiciani de Monte ſancti Eligii, ſanctæ Ragenfredis de Domniaco, ſanctæ Rictrudis Marcianenſis, ſanctæ Mariæ de Strumo, cum cæteris infra præfatos limites ſitis, & Monaſterium ſancti Præjecti de Berthunia Tibi tuiſque Succeſſoribus ſubjectas eſſe, & earum Abbates vel Abbatiſſas canonicè obedire præcipimus.

Abbas verò ſancti Vedaſti de Nobiliaco & Succeſſores tibi tuiſque Succeſſoribus obedientiam manu promittant, & de his quæ ab Atrebatenſi Eccleſia poſſidere noſcuntur, debitam reverentiam & ſubjectionem exhibeant.

Partem Decaniæ de Vals, quæ infra limites Atrebatenſis territorii ſita eſt, Eccleſias ſcilicet de Baioncourt, de Vallibus, de Migerol, de Chaom, de Brodovilla, de Caxenignicurb, de Sarving, de Halcurth, de Schluſa, de Hailcourt cum appendiciis earum.....

Porrò ad victum & ad menſam Epiſcopi Atrebatenſis Altaria de Avions, de Culais, de Menricourt, & Altare ſancti Martini de Hennino Rainardi, necnon & Marcolnm cum ſilva, terra, aqua, molendinis, furno, hoſpitibus, & cum omni diſtricto totius villæ & molendinis de Schenfolt, & molendinum aliud cum duobus furnis, & cambo & hoſpitibus infra Atrebatum & terras, vivarium de Bronnis.....

Quæ omnia, quia Prædeceſſor tuus recolendæ memoriæ Aluiſus Epiſcopus in vita ſua noſcitur tenuiſſe, Tibi nihilominus confirmamus.

Altare inſupet de Monci, Gamapis, Altare ſancti Martini, Altare de Atluth cum appendiciis ſuis, Vulpi, Wlgeval, Altare de Raincurth cum appendiciis ſuis, Altare de Mirslmont & ſanctæ Mariæ de Poſtumviller, de Bagunils, de Bulgy, Hangra, Ruyth, Berry, Gornay, Bruay, Heldinvil, Camblin, Mareſeb, Hanubiis, Tungry, Herlu, Obertio, Harmenteriis, Salty, Belona, Carency, Novavilla, Altare de Athia in Oſtrevando Syrici, & Eccleſiam de Berberiis cum appendiciis ſuis.

Præterea Cuſtodiam Atrebatenſis Eccleſiæ & reditus ad ipſam & ad luminaria ejuſdem Eccleſiæ pertinentes, ſcilicet Altare de Curcelles, Gummicurt, Hervilett, & Altare de Vimi tuis uſibus & domeſticæ neceſſitati confirmamus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione atque ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione

ne congrua emendare curaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, teamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

* Dein Anaſtaſius IV. Pont.

Ego Conradus * Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ymarus Tuſculanus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Hugo Hoſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Gregorius Presbyter Cardinalis Tituli S. Calixti ſubſcripſi.

* Dein Lucius III. Pont.

Ego Hubaldus * Presbyter Cardinalis Tituli ſanctæ Praxedis ſubſcripſi.

Ego Aribertus Presbyter Cardinalis Tituli ſanctæ Anaſtaſiæ ſubſcripſi.

Ego Bernardus Presbyter Cardinalis Tituli ſancti Clementis ſubſcripſi.

* Dein PſeudoPontifex Victor III.

Ego Octavianus * Presbyter Cardinalis Tituli ſanctæ Cæciliæ ſubſcripſi.

Ego Rolandus * Presbyter Cardinalis Tituli ſancti Marci ſubſcripſi.

* Dein Alexander III. Pont.

Ego Gerardus Presbyter Cardinalis Tituli ſancti Stephani in Cœlio Monte ſubſcripſi.

Ego Johannes Paparo Presbyter Cardinalis Tituli ſancti Laurentii in Lucina ſubſcripſi.

Ego Johannes Presbyter Cardinalis Tituli Sanctorum Petri & Pauli ſubſcripſi.

Ego. . . . . .

Ego Oddo Diaconus Cardinalis Tituli ſancti Georgii ſubſcripſi.

Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Tituli ſancti Angeli ſubſcripſi.

Ego Johannes Diaconus Cardinalis Tituli Sanctorum Sergii & Bacchi ſubſcripſi.

Ego Gerardus Diaconus Cardinalis Tituli ſanctæ Mariæ in Via lata ſubſcripſi.

Ego Odo Diaconus Cardinalis Tituli ſancti Nicolai in carcere Tulliano ſubſcripſi

Ego Bernardus Diaconus Cardinalis Tituli ſanctorum Coſmæ & Damiani ſubſcripſi.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum per manum Bononis S. R. E. Scriptoris, Nonis Februarii, Indictione XV. anno Incarnationis Dominicæ M. C. L. II. Pontificatûs verò Domini Eugenii Papæ III. anno octavo.

Extat in iiſdem Miſcellan. Baluſii Tom. V. pag. 438 & ſeqq. Breve Eugenii III. Pont. ad Theodoricum Flandriæ Comitem ejuſque conjugem Sybillam, quo eos monet, ut injurias Godeſcalco Atrebatenſi Epiſcopo ejuſque Eccleſiæ illatas quam primum reparent, anno 1152.

CAPUT LVIII.

Origo atque fundatio Abbatiæ S. Ægidii Canonicorum Regularium Ordinis Sti. Auguſtini Leodii, deſcribitur anno 1152. *Fundatoribus Abbatibus Stabulenſi & S. Laurentii Leodii, Ord. S. Ben.*

* Eugenius III. Pont. Max.

* Wibaldus Abbas Stabulenſis.

Reverendiſſimo Patri ſuo Domino Eugenio, *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Frater * Wibaldus Dei gratiâ id quod eſt in Eccleſia Catholica, tam devotam quam debitam totius dilectionis & obedientiæ plenitudinem.

De Controverſia, quæ eſt inter Abbatem Monaſterii ſancti Lautentii, in ſuburbio Civitatis Leodienſis, & Abbatem de Monte-publico, Celſitudini veſtræ ea in bis Litteris ſuggerere ſtudebimus, quæ ſupet his in veritate didicimus, ante annos ferme triginta ſeptem, cum eſſemus pueri ſub ſcholari diſciplina in prædicta civitate conſtituti.

Non quod ad concilium vel actionem talium rerum admiſſi, hujuſmodi conventiones ſeu pactiones inſpicere in teſtimonium rogaremur: ſed quod famâ inter prædictos Abbates fuerat contractum, nobis ex celebri relatione non poterat eſſe omnino ignotum.

Eccleſiam Beati Ægidii, quæ eſt in Monte publico prænominatæ Civitatis (1) Berengerus, Abbas in Monaſterio ſancti Laurentii, dedit cuidam, Gericó Regulari Canonico cum quibuſdam Fratribus ejuſdem Profeſſionis ad inhabitandum & amplificandum, ſecundum Ordinem ſancti Auguſtini; eâ ſcilicet conditionis ratione, ut ſi prænominatus locus conſuſque per divinam largitatem creſcendo proficeret, quod Paſtorem ſibi Fratres Regulariter deberent eligere, idem electus corporalem Inveſtituram à prædicto Abbate ſuſciperet, à quo etiam ad ſuſcipiendam Epiſcopalem benedictionem præſentaretur; hac Conſtitutione per omnes Succeſſores valiturâ.

Necdum in eis partibus tetræ conſuetudo proceſſerat, ut Canonici, qui Regulares dicuntur, Abbates crearent, nomine Præpoſitorum in Prælationis officio contenti. Quod vero Abbates ab Abbatibus ordinari poſſint &

ſoleant, auctoritate ſacrâ Regulæ beati Benedicti didicimus, ubi dicitur: per Ordinationem Præpoſiti ſcandala ſæpius oriri, maxime in illis locis, ubi ab eodem Sacerdote vel ab eis Abbatibus, qui Abbatem ordinant, ab ipſis etiam Præpoſitus ordinatur.

Supereſt uſque hodie unus de primis habitatoribus ejuſdem loci, & ipſe primus Abbas, vir Religiosus ac timens Deum, qui jam provectus in ſenectute bona & quaſi in labro ſepulcri poſitus, præſcriptas conditiones coram tota Leodienſi Eccleſia confitetur.

Verum-tamen quidam ex prædicto loco Regulares à felicis memoriæ Papa Innocentio Privilegium obtinuerunt, in quo prærogativa Abbatis ſancti Laurentii reticetur, ſimili fortaſſe ſimplicitatis formâ, quâ in eodem Privilegio circa Stabulenſem Eccleſiam & Nos uſi ſunt, quandoquidem poſſeſſionem noſtram Eccleſiam de (2) Heran, quæ eſt juris Stabulenſis Eccleſiæ & ſub certæ penſionis canone jure locationis obtinuerunt inter proprios Eccleſiæ fundos aſcribi fecerunt.

Siquidem ante annos ſedecim Nos miſerati paupertatem prædictæ Eccleſiæ & Fratrum quos in Domino diligebamus, prænominatam Eccleſiam de Heran, cum decimatione, quæ Stabulenſibus Fratribus pertinet, eidem Abbati, qui nunc ſupereſt, conceſſimus, & eum dono noſtro inveſtivimus, ut Eccleſiæ Stabulenſi inde per ſingulos annos tres marcas, & unum ſertonem perſolveret, quod etiam uſque nunc diligenter obſervatum eſt.

Sed quia in eodem Privilegio, quod modo primum reſcivimus, fraudem Eccleſiæ Stabulenſi, ſicut prædictum eſt fecerunt, pactum quod contractum fuerat, propter dolum malum qui intervenit, à parte Stabulenſis Eccleſiæ diſciſſum eſt, & Privilegium, quod acceperant infirmandum eſt à veſtra cenſura & abolendum.

Porro de innocentia Abbatis Monaſterii ſancti Laurentii nihil veſtræ diſcretioni dubitandum fore credimus, cum in eodem Monaſterio, cui nunc Deo auctore præeſt, parvulo ſit non ſolum in Regularibus, ſed etiam in liberalibus diſciplinis apprime eruditus, qui etiam & prædictis conventionibus interfuit, & nunc in lege Dei ſui die ac nocte meditatur, & boram vocationis ſuæ lampade accenſâ expectat.

Quem ut diligere & honorare dignemini, devote ſupplicamus.

(1) Beringerus, ex Monacho & Priore Abbatiæ S. Huberti in Arduenna creatus Abbas S. Laurentii Leodii circa annum 1075. Vir magni meriti, primus extitit Fundator Abbatiæ Canonicorum Regularium S. Ægidii in Monte publico Leodii.

(2) Heran. extat in Collectione ampliſſima Benedictinorum S. Mauri Tomo II. pag. 95 Diploma Wibaldi Abbatis Stabulenſis, quo eiſdem conceſſit Altare de Heran, anno 1136.

CAPUT LIX.

Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus Donationem factam à Guilielmo de Dono Petri, Viro Nobili anno 1162 Abbatiæ Lætienſi Ordinis S. Benedicti de loco vulgo Don-Pierre in Hannonia, ad conſtruendum illic Prioratum Monachorum, confirmat.

IN nomine Domini.

Ego Nicolaus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, generationi huic & ei quæ ventura eſt, in perpetuum.

Quia ea quæ legitimè & ordine Canonico ab Epiſcopis & Principibus & cæteris Chriſti fidelibus, Eccleſiis contraduntur, tempore, intervenientе longævitate, frequenter à memoria elabuntur, ea quæ à Nobis piè & Canonicè acta ſunt, Scripto notare & poſterorum memoriæ commendare utile duximus

Sciant igitur tam præſentes, quam futuri, quod Willelmus de Dono-Petri (1) ob ſalutem animæ ſuæ & Prædeceſſorum & Succeſſorum ſuorum Altare de Fiſcau (2) cum appendicio ſuo Dono-Petri, cum omnibus quæ poſſidebat, tam in allodiis, quam in manibus firmis & allodio de Florbeck in ſervis & & ancillis, in terris cenſualibus, in campis, pratis, B Ettonis (3) jure pertinentibus, duo etiam Altaria Scarbes & Florſies, cum omnibus ad ea pertinentibus, in noſtras manus liberè & abſolutè ad opus Eccleſiæ de Leties reſignavit.

Nos vero ob noſtram noſtrorumque ſalutem & remedium animarum hæc omnia ſupra-dicta liberè & abſolutè Eccleſiæ de Leties (ſalvo Synodali & Epiſcopi Miniſtro-

(1) Vide Origines Cœnobiorum Hannoniæ pag. 104.

(2) Aliàs Feſcau Pagus prope Avenas, ubi ſitus erat hic Prioratus, hodie carens Religioſis.

(3) S. Etto Epiſcopus & Confeſſor natione Scotus, colitur die 10 Julii. Vide Acta Sanctorum edita per PP. Societatis Jeſu, item Molanum & Miræum de Sanctis Belgii.

rumque ejus jure) tradidimus: eo tamen tenore & conventione, ut in Ecclesia de Dono-Petri Monachos tot, quibus supradicta ad victum & vestitum sufficere queant, collocabit.

Dominus vero Abbas ipsum locum ad honorem Dei, & Corporis Sacri ibidem requiescentis, in acquisitis & acquirendis honorare & manu-tenere, servitiumque ibidem ordinare debebit. Quoscumque apponere vel deponere voluerit, in ejus voluntate & dispositione erit.

Illud etiam non credimus prætermittendum, quod sacrum S. Ettonis corpus nullus Abbatum, nullus Monachorum, nulla omninò persona à loco suo, ut alibi translatum remaneat, removere debebit.

Quod si totius hujus conditionis pactio minus cautè vel negligenter ab Ecclesia de * Letiis vel Abbate observata fuerit, qualiter corrigi debeat, in Domini Episcopi & Eccl. siæ Cameracensis consilio permanebit.

* Vulgo Liessies.

Ut autem hæc rata & inconvulsa perpetuò perseverent, præsentem Paginam conscribi & Sigilli nostri impressione muniri fecimus, datâ conservatoribus benedictione & pace, in violatores sententiam excommunicationis promulgamus.

Acta sunt hæc publicè in conspectu Ecclesiæ nostræ anno Domini M.C.LXII. Episcopatûs nostri XXVI.

S. Theodorici Præpositi & Archidiaconi.
S. Joannis, Alardi, & Everardi Archidiaconorum.
S. Hugonis Decani.
S. Gualteri Cantoris.
S. Joannis, Gualteri Sacerdotum.
S. Bartholomæi, Gualteri Levitarum.
S. Roberti, Anselmi, Sublevitarum.

CAPUT LX.

Henricus de Leyen Leodiensis Episcopus, Ecclesiam de Falmagne in Comitatu ac nunc in Diœcesi Namurcensi, olim Collegiatam quatuor Canonicorum, tradit Abbatiæ Walciodorensi Ord. S. Benedicti in eadem Diœcesi, anno 1163.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratiâ secundus sanctæ Leodiensis Ecclesiæ Sedis Episcopus, universis Ecclesiæ Catholicæ Dei filiis tam præsentibus quam futuris. Quandocumque devotio sæcularium fidelium propter metum gehennæ, sive propter amorem æternæ vitæ, patrimonium Jesu Christi de suis possessionibus auget, ut reditus sæculares possessiones Ecclesiasticas faciat, dignum est illud ad futurorum notitiam Scripto transmittere, ut veritate gestorum membranis & Chartis rationabiliter affixâ, donationes eorum inconvulsæ & inviolatæ permaneant, & memoria eorum quæ ex hoc beneficio perpetua esse meretur, alios ut itidem faciant, accendat.

Eapropter, dilectissimi nobis in Christo, vestræ sioceritati notum facimus, quod veniens ad nos dilectus & familiaris nobis Dominus Robertus Walciodorensis Abbas, donationes quorumdam fidelium, id est, Ecclesiam de, (1) Falemannia quæ ab avis & proavis suis in jus, & possessionem eorum obvenerat, sibi suisque Successoribus, & Ecclesiæ Walciodorensi perpetuo possidendam Auctoritate nostrâ & Sigilli nostri impressione roboraremus.

Nos tam ejus quam eorum qui sua Deo dabant justis petitionibus Pastoralitatis nostræ assensum præbuimus. Ecclesia siquidem Falemanniæ quatuor Clericos vel Præbendarios habebat, ad quorum spectabat victum vel vestitum tota & integra decima ejusdem Villæ & atrii, tam intus quam foris, & quatuor cortilia cum singulis domorum fessuris & censu atrii, & triginta duobus quartariis terræ vel dotis cum Ecclesia de Vesma, cum omni decimatione ejus, & census capitales servorum & ancillarum ad Altare B. Genovefæ, quod est in eadem Ecclesia Falemanniæ pertinentium.

Solvebant vero annuatim hii quatuor Clerici Præbendarii, excepto jure Episcopali quod debebat Ecclesia Falemanniæ Dominis suis, scilicet possessoribus fundi, Eulogias, sive oblationes in Natali Domini, unaquæque sedecim denarios, quatuor panes quos fogacias vocant, quatuor gallinaceos, duos modios avenæ parvos, & his datis liberi erant, tam ipsi quam sui ab omni exactione.

Acceptis enim his Eulogiis vel oblationibus in Natali Domini, possessores Domini fundi nullam precariam, nullam hospitationem,

(1) FALMANIA, Parochia Diœcesis ac Comitatûs Namurcensis, sub Decanatu Ponderomiensi, ultra Dionantum sita est, ad limites Leodiensis Diœceseos.

Extat etiam in Collectione PP. Benedictinorum S. Mauri Tomo I. pag. 911 Diploma Rodulphi Leodiensis Episcopi datum anno 1178, quo confirmat omnes donationes factas præfatæ Abbatiæ Walciodorensi, ac signanter hanc Ecclesiam de Falmagne, olim Collegiatam.

nullum placitum, nullam denique prorſus exactionem à Clericis vel Præbendariis his, vel manſionariis eorum, vel hominibus ſanctæ Genovefæ exigere habebant: excepto quod ſi pro cenſu, vel decimatione, vel forisfacto aliquo quilibet in Cenſura Eccleſiaſticâ & Canonicâ juſtitiâ rebellis eiſdem Clericis exiſteret, & excommunicatus, nec ſic ſatisfacere vellet, tum demum vice Advocatorum rebelles & contradictores vi & poteſtate ab injuſtitia comprimerent, & inde tertiam partem legum vel compoſitionis acciperent, unuſquiſque tamen in jure ſuæ partis.

Dederat ergo de omni hac ſumma tempore Prædeceſſoris mei Domni Otberti Epiſcopi divæ memoriæ, ad Altare B. Mariæ ſemper Virginis, quod eſt in Waleiodoro, & eidem Eccleſiæ Gerulfus Vir Nobilis, & Uxor ejus Berlendis, & filii eorum Heribertus & Winandus medietatem primæ Præbendæ, hoc eſt ejus qui Inveſtitus dicitur, quartam partem ejuſdem Anſelmus de Falemannia utrâque lineâ generoſi ſanguinis ingenuus, Domni Hellini Trevirorum venerabilis Archiepiſcopi carne germanus, & conſanguineorum noſtrorum Anſelmi & Godefridi pater.

Godefridus & Theodericus filii Engelberti ejuſdem Eccleſiæ ſervi reliquam quartam partem de ſecunda Præbenda tradiderunt; idem Anſelmus ad eamdem B. Mariæ ſemper Virgini medietatem.

Item Godefridus & Theodericus filii Engelberti aliam medietatem. De tertia rurſus Anſelmuus prænominatus medietatem, Theodericus de Bullun & Uxor ejus Mathildis aliam medietatem: de quarta Aſcela de Daules matrona honeſta duas partes; item Anſelmus medietatem tertiæ partis, Theodericus de Bullun jam dictus, item eum uxore ſua Mathilde alterius tertiæ partis medietatem.

Quia vero Anſelmus prænominatus & filius ejus idem Anſelmus noſter conſanguineus aliquam cum Comite Namurcenſi Henrico conventionem habebat, in manus Comitis reſignantes, per manus ejus has donationes fecerunt, prætitulato jure Advocati ſuarum partium ſibi retento.

Teſtes autem hujus Traditionis..... eorum liberi homines, Johannes de Daules, Walterus & Godefridus de Verina..... de Novilla, Theodericus de Fain, Arnoldus.....nus de Orcbimont.

Theodericus quoque de Bullun & Matbildis Uxor ejus, noſtri utique Caſtellani, per manus Johannis de Fain & Heribrandi & Franconis Fratrum de Onhaia in Monaſterio Walciodorenſi ſua legitimè B. Mariæ ſemper Virgini tradiderunt, Aſcela nihilominus ſua per manus Anſelmi prædicti & filii ejus Anſelmi conſanguinei noſtri, Godefridus & Theoderici de Fain & Johannis Fratris ejus, & Herbrandi & Franconis Fratrum; habitationes etiam ſuis ab avis & proavis ſibi diſpertitas fideles iſti, exceptis feſſuris Præbendariorum ſuis beneficiis contradendo addiderunt.

Gerulfus quidem & Berlendis Uxor ejus, & filii eorum ſupranominati Godefridus & Theodericus Fratres in dextera parte Eccleſiæ ſecus turrim loca ædificiis vacua; in ſiniſtra vero parte ejuſdem turris Anſelmus prædictus & filius ejus Anſelmus ambitum muralem & domos interius dirutas, ſed uſui commodo aptas; Aſcela vero religioſa matrona juxta hæc, ſive infra domum lapideam; Theodericus & Matbildis Uxor ejus de Bullun, quæ ibi habebant loca conceſſerunt, exceptis his Gerulfus cum Uxore & filii ejus prænominati partem alodii, ſcilicet octavam partem quam in eâdem Villa Falemanniæ habere videbantur, jam pridem poſſidendam conceſſerant.

Quæ omnia quia Eccleſiæ Dei & B. Mariæ, quæ eſt in Walciodoro ſuper fluvium Moſam ſita, legitime, ut ſæpe dictum eſt, tradita ſunt, ordinatione prædicti Abbatis corrigenda, melioranda, congreganda & conſervanda; dignum duximus, tam juſtæ tam ſanæ petitioni donantium & ſuſcipientium aurem inclinare, & pro reſpectu & amore vires quas poſſumus, & robur Eccleſiaſticæ Auctoritatis devotionibus eorum addere. Principium ſiquidem devotionis ipſorum fuit, ut Eccleſia Falemannienſis, quæ juratam in multimodis à ſuis Præbendariis patiebatur, eo modo ſublevaretur; quatenus loco Clericorum, ad bonorem Dei & utilitatem atque melioriationem ejuſdem Eccleſiæ Monachi ſubſtituerentur.

Nos vero benevolentiam & voluntatem Nobilium conſiderantes, pro redemptione animæ noſtræ, & noſtrorum Succeſſorum, de noſtra parte Abbati Walciodorenſis Eccleſiæ ſuiſque Succeſſoribus Inveſtituram atque Presbyteratum ipſius Falemannienſis Eccleſiæ in perpetuum detinendam tradimus.

Concedimus igitur hæc omnia cauſâ Dei, & amore B. Mariæ, & Epiſcopali Auctoritate roboramus & confirmamus.

Petitione præterea prædicti Abbatis donativum quoddam, quod Gerardus Vir Nobilis de Rovonia ex familia & allodio ſuo & ex omnibus quæ poſſidebat in Gedinia, ſcilicet octavam partem, ad præfatum Walciodorenſe Altare pro redemptione animæ ſuæ cum teſtimonio nobilium Nobiliter tradiderat, nihilominus concedimus & confirmamus.

Dantibus igitur & conſervantibus Dei omnipotentis imploramus, & imploratam à Deo damus benedictionem; eis autem qui hæc auferre, minuere, vel quolibet modo ab Eccleſia Walciodorenſi alienare tentaverint, perpetuam à Deo ſummo, niſi reſipuerint, & dignè ſatisfecerint, maledictionem & excommunicationem.

Et hæc omnia Sigilli noſtri aſtipulatione firmari, muniri & inſigniri fecimus.

Acta ſunt hæc anno Domini M. C LXIII. Indictione XI. ſeptimo Idus Junii apud Dionantum, anno XII. Regni, Imperii vero Domni Frederici Imperatoris VIII. Præſulatûs

tûs noſtri anno XIX. Ordinationis Domni Roberti Walciodorenſis Abbatis anno XII.

Teſtes hujus Confirmationis,
Balduinus ejuſdem Diœceſis Archidiaconus,
Gerlandus Abbas Floreffienſis,
Henricus de Jacia Leodienſis Canonicus,
Robertus Dionantenſis Præpoſitus.
De liberis hominibus,
Theodorieus de Bullon,
Anſelmus de Falemannia, qui hanc donationem fecêre,
Lambertus de Hoiou,
Et alii multi tam Clerici quam Laïci.

CAPUT LXI.

Abbatia S. Auguſtini Religioſorum Præmonſtratenſium juxta Teruanam in Artheſia recens fundata, aufertur à Religioſis Selincurtenſibus anno 1164, ſubjiciturque Abbati ac Religioſis Furnenſibus in Flandria.

Ex Chronico Abbatiæ Furnenſis.

PHilippus Dei gratiâ Præmonſtratæ Eccleſiæ Abbas, omnibus Coabbatibus præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem.

Cum Fratres de Selincurte in Eccleſia S. Auguſtini Tervannenſis, ad obſervandum Ordinem noſtrum eſſent conſtituti, minus ſe religioſè habentes & res Eccleſiæ male diſſipantes, odioſi & contemptibiles facti ſunt. Unde Abbas A. eorum ſæpius caſtigatus & ex hoc non emendatus meruit deponi.

Cumque alium Abbatem haberent, item nihil proficientes, ſed magis ac magis ad illicita proruentes, Coabbatum noſtrorum judicio inutiles judicati, ab illius loci cura ſunt abſoluti. Quo facto, W. Abbati de Furnis locum jam deſolatum, conſultis Abbatibus, conſulendum tradidimus. Qui Fratribus inibi & Abſalone Abbate conſtituto, res dilapſas diligenter recuperando & cultui Religionis pie inſiſtendo, brevi eandem Eccleſiam venerabilem reddiderunt.

Porro poſt hæc de Paternitate mentione factâ, Abbatum judicio Eccleſiæ Furnenſi eſt attributa.

Actum Præmonſtrati an. Dom. M.C.LXIV. Deo cooperante & rem geſtam confirmante ſequentibus ſignis.

Signum Warini Abbatis S. Martini Laudunenſis.
S. Gerlandi Abbatis de Floreffia.
Signum Geroldi Abbatis de Viconia.
S. Gilleberti Abbatis de Monte S. Martini.
S. Abbatis S. Judoci de Nemore.

Extant inter Inſtrumenta novæ Galliæ Chriſtianæ Tomo III. pag. 124 & ſeqq. alia quædam Diplomata Comitum Flandriæ hanc Abbatiam concernentia.

CAPUT LXII.

Philippus de Harveng, II Abbas Bonæ-Spei Vir magni nominis, bono ſuæ Domûs invigilans, impetratâ Sedis Apoſtolicæ protectione, Imperiale Patrocinium à Frederico I. Cæſare obtinet, anno 1166.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

Fredericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus. Decet munificentiam principalem, inter cæteras Reipublicæ ſalutiferas curas Eccleſiarum Dei negotia ſpeciali ſtudio promovere & eorum tranquillitati omnimodâ diligentiâ providere.

Noverit igitur omnium tam futurorum tam præſentium Chriſti & Imperii noſtri fidelium univerſitas, quod in Curia Aquiſgrani quo transferendo Sanctiſſimi Imperatoris Caroli corpore per nos celebrata, moti divinæ gratiæ reſpectu & affectuoſo dilectiſſimi noſtri Principis Reinoldi Venerabilis Colonienſis Archiepiſcopi interventu, devotâ quoque ſupplicatione Fratris Arnoldi de Bona-Spe noſtri fideliſſimi clementer inclinati, devotiſſimum noſtrum Philippum Abbatem de Bona-Spe omneſque Succeſſores ejus ac Fratres, ipſam totaliter Abbatiam cum omnibus ſuis pertinentiis ſub Imperiali Noſtra Protectione recipimus. Omnia quoque quæ nunc eadem Abbatia vel legitimâ emptione vel fidelium rationabili oblatione ſeu aliis aliquibus juſtis modis conquiſita in noſtro Imperio poſſidet, aut in futurum Domino largiente acquiret, præſenti no-

ſtra Imperiali Authoritate perhenniter confirmamus.

Nominatim autem ipſam Abbatiam de Bona-Spe cum omnibus agris pratis paſcuis ſylvis molendinis conductuſque juſtitiis in confinio illo ipſi pertinentibus. Præterea quidquid habet juris in curtibus de Riverolis, de Ramelgiis, de Morteri, de Gays, de Reghenies, de Coreris, de Theologus, de Carboneriis.

Dno quoque molendina in Parochia de Leſtinis & molendinum de Berceliis & quidquid habet juris in omnibus prædictarum curtium pertinentiis. Quidquid juris habet in campona de Valencenis ſuper pontem S. Joannis & quidquid in Oppido Valencenis vel alicubi in terra Comitis Hainoentium juſte poſſidet, vel adhuc ibidem aut in aliqnibus locis infra Sacri Imperii noſtri terminos rationabiliter conquiret, ſalvâ in omnibus Imperiali noſtrâ juſtitiâ.

Auguſtali quoque noſtra juſſione decernimus ac firmiſſime præcipimus, ut in bona ſupradicta nullus unquam magnus, parvus ſeu mediocris manum violentiæ mittere, vel Fratres ibidem Deo ſervientes irrationabiliter in cauſam ducere præſumat. Qui vero, quod abſit, tale quid præſompſerit, Imperiali Noſtræ Cameræ ipſique Eccleſiæ quinquaginta libras auri componat; & hæc Confirmatio rurſus in ſua ſtabilitate inviolabiliter permaneat.

Hæc autem ſunt nomina eorum, qui præſentes fuerunt.

Dominus Rainoldus Venerabilis Colonienſis Archiepiſcopus,

Alexander Leodienſium Epiſcopus,

Evergilius Paderbonenſis Epiſcopus,

Garnerius Mindenſis Epiſcopus,

Godefridus Trajectenſis Epiſcopus,

Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus.

Nomina Principum Imperii, qui præſentes fuerunt,

Gotafridus Lovaniæ Dux,

Mathæus Lotharingiæ Dux,

Henricus Ardennæ Dux,

Henricus Comes de Namur,

Henricus Comes de Guelra.

Ut autem hæc noſtra Confirmatio perpetuis temporibus firma & illibata permaneat, præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine juſſimus inſigniri.

S. Frederici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Chriſtianus Sacri Palatii Cancellarius recognovi.

Data Aquiſgrani in Palatio Imperiali, quarto Kalendas Januarii, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, Indictione decimâ quartâ, imperante Domino Frederico Romanorum Imperatore invictiſſimo, annò Regni ejus duodecimo, Imperii vero ejus decimo; in Dei nomine feliciter. Amen.

CAPUT LXIII.

Petrus Cameracenſis Epiſcopus confirmat anno 1172 Donationes factas in favorem Prioratûs Doni-Petri ad Lætienſem Abbatiam pertinentis, de quo vide ſupra, Cap. LIX.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Petrus Dei gratiâ Cameracenſis Electus, tam præſentibus quam futuris in perpetuum.

Diligenter ſibi cavit in inventione Litterarum humana induſtria. Nam per earum monumenta, quæcumque in præſentia ſæcularium ſeu Eccleſiaſticorum judicum facta vel recognita ſunt, poſteritatis memoriæ retinenda traduntur.

Eapropter tam præſentes quam poſteros ſcire volumus, quoniam Ivinus de Dono-Petri pro ſalute animæ ſuæ & Prædeceſſorum ſuorum, quidquid in eadem Villa omnimodis modis poſſidebat, cum* ceſpite & ramo in Eccleſia S. Etthonis, cujus Perſonatus eſt Eccleſiæ Lætienſis, ſolemniter ſuper Altare poſuit, & coram omnibus Parochianis in eleëmoſynam eidem Eccleſiæ donavit & conceſſit, Uxore ſuâ & filiis præſentibus & ratum habentibus.

* De Ceſpite & ramo vide Notas pag. 35.

Ea tamen in hac Donatione interpoſita eſt conditio, quod prædicti Ivinus, & Uxor ejus & filii in vita ſua ejus poſſeſſionis nſum-fructum perciperent, Eccleſiâ retinente tei dominium & proprietatem.

Teſtes Helgotus Abbas Lætienſis,

Wilelmus Clericus de Dono-Petri.

Gonterus Clericus,

Bernardus & Ingobrannus Presbyteri,

Symon & Emelinus, Milites.

Duo Villici, Johannes de Condet, Joannes de Leſſuel.

Poſtmodum autem in obitum filii ſui Philippi, ſæpe-dictus Ivinus & filii ejus, quod prius fecerant, ſecundò recognoverunt, Emelino Fratre ejuſdem Philippi præſente & concedente, qui priori non interfuerat Donationi. Quidquid etiam citra Hayam Aveſnenſem aut in vicinia Doni Petri poſſidebant, cum ceſpite & ramo, ſuper Altare S. Lamberti Lætienſis, nomine eleëmoſynæ Deo & Eccleſiæ obtulerunt.

Teſtes Arnulphus Villicus Aveſnenſis,

Symon & Willelmus Juvenis, totuſque Conventus Lætienſis.

Tertio autem Robertus filius Ivini, adſtante Patre ſuo jam Monacho Lætienſi in præſentia noſtra apud Lætias, quod bino firmaverat conceſſu, tertio complevit; ſub his Teſtibus,

Willelmo de Dono-Petri,
Rogero de Wavrin,
Ægidio Contreort,
Magiſtro Gerardo & aliis plurimis.

Ut igitur hæc Donatio firma permaneat; eam confirmamus & Sigillo noſtro corroboramus.

Actum anno Domini M. C. LXXII.

CAPUT LXIV.

Balduinus V. Comes Hannoniæ decernit anno 1176 jura & Conſuetudines Præpoſituræ Sti. Aychardi de Haſpra Ordinis Sti. Benedicti prope Valencenas in Hannonia; quæ Præpoſitura hodiedum dependet ab Abbatia Sancti Vedaſti Atrebati.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti.

Ego Balduinus Dei gratiâ Hannonienſis Comes omnibus qnos præſentem paginam legere velaudire contigerit, in perpetuum.

Ad hoc Nos Dei ordinatione in ſublimitate conſtitutos eſſe confitemur atque credimus, ut ea que ad Deum pertinent & ad noſtram tuitionem ſpectant, pie diſponentes, Eccleſias precipue & eos qni Dei ſervitio ſnnt addicti conſilio & auxilio manutenere ac tueri debeamus; quatinus tranſactis præſentis vitæ tumultibus, etſi non propriis ſalrem Sanctorum meritis & virorum Religioſorum precibus eternam beatitudinem aſſeqni valeamus.

Hæc igitur devotiùs intuentes, Deo qne Dei ſunt reſignamus fideliter, & tam Jura quam Conſuetudines Villæ Haſprenſis ſecundum quod in eâdem Villa ſanctus Aychardus & Eccleſia ſancti Vedaſti habeant, quid etiam nos habere debeamus, ſicut ore Scabinorum Villæ ipſius primo cognitum eſt & poſtea qnorumdam Hominum noſtrorum Euſtatii ſcilicet de Ruet, Hawelli de Kievreng, Almanni de Prouvi, Reneri de Thions & quorumdam ſimiliter bominum Eccleſiæ, ſcilicet

Jam vero dicitur de Roculx

Galreri de Atrebato,
Wicardi Yrvilei,
Bernardi de Gaverella,
Henrici Vituli,

Concordi teſtimonio & ſincerâ veritatis inquiſitione, juxta prius factam à Scabinis cognitionem comprobatnm, Nos quoque recognoſcimus & juris-jurandi adhibitâ interpoſitione confirmantes id Nos atque Succeſſores noſtros eidem Eccleſiæ inviolabiliter obſervaturos pollicemur.

Notum ſit igitur tam futuris quam præſentibus, quod Villa Haſprenſis pertinet ad jurisdictionem ſancti Aycardi & Eccleſiæ ſancti Vedaſti tam in molendinis quam in furnis, thelonco, cenſu, mercato, & redditibus aliis.

Præpoſitus Eccleſiæ qui ibi vices Abbatis agit, totius Villæ in his quæ dicta ſuot & in ceteris omnibus tenet Dominium ipſius, & univerſos Homines Villæ per Majorem & Decanum talibus negotiis aſſignatum ad Placita ſubmonere, & eiſdem Placitis juxta judicium Scabinorum dies præfigere, Scabinos conſtituere, & tam in pane quam vino & carnibus ceteriſque venalibus Majore & Scabinis præſentibus bannos imponere & eorum bannorum infractiones quales inſtitutæ fuerint ex integro habere. Ad quorum tamen bannorum impoſitionem Præpoſitus Comitis & reliqui Villæ Milites debent intereſſe Qui ſi intereſſe noluerint non ideo Præpoſitus Eccleſiæ bannorum impoſitionem habet omittere.

Banni vero eo ordine quo dicimus impoſiti per annum ſunt obſervandi; & ſi eos pro communi Villæ utilitate infrà annum mutari oportnerit intuitu Præpoſiti Eccleſiæ & Scabinorum, convocato Præpoſito Comitis & reliquis Villæ Militibus poterunt immutari.

Si vero ut dictum eſt intereſſe noluerint, non minus Præpoſitus Eccleſiæ communi utilitati Villæ conſilio Majoris & Scabinorum in bannorum mutatione providebit. Pondera quoque & menſuræ vini & reliquorum venalium, ad probandum utrum legirimæ ſint vel falſæ, ante ipſum & Scabinos debent afferri; & quæ falſæ fuerint repertæ condempnari, & ipſarum poſſeſſores quatuordecim ſolidos Præpoſito Eccleſiæ perſolvere pro foris-facto falſitatis.

Quod ſi Præpoſitus Eccleſiæ & Major bannorum impoſitorum tranſgreſſionem & menſurarum & ponderum falſitatem neglexerit corrigere & ſuper hoc Præpoſito Comitis querela delata fuerit, tunc ipſe Præpoſitus Eccleſiæ & Major primo per ſe poſtea ſub duorum Scabinorum teſtimonio ut prædicta faciant corrigi debent ammonere. Qui ſi tunc neglexerint ipſe

judicio Scabinorum poterit emendare, & ſi forisfactum inciderit, duæ partes Eccleſiæ tertia ipſius erit.

Præpoſitus Eccleſiæ de omnibus quos juſticiare poteſt ad aliam juſtitiam nequaquam clamorem deferet.

Si verò quiſquam temeritate vel ſuperbiâ vel alio quolibet modo per ipſum vel Majorem & Scabinos juſtitiari contempſerit; ab ipſo & Majore ad Præpoſitum Comitis clamor debet deferri. Et tunc ille reum per Scabinos in Coria ſancti Aycardi ſubmonebit, & per ipſos re judicatâ ſi quis exciderit, duas partes Eccleſiæ, ipſe vero tertiam partem habebit.

Nullus hominum Villæ debet clamorem facere Præpoſito Comitis niſi per duos Scabinos poſſit oſtendere, quod ei à Præpoſito Eccleſiæ & Majori Juſtitia denegata fuerit. Si quis verò juſtitiam Comitis & Præpoſiti ejus callide adierit, cum ei Præpoſitus Eccleſiæ & Major juſtitiam facere noluerint & hoc per Scabinos fuerit cognitum ipſe ſuam preſumptionem ſecundum legem Villæ Præpoſito Eccleſiæ & Majori per tres ſolidos emendabit.

Cui autem Præpoſitus Eccleſiæ & Major duorum Scabinorum teſtimonio juſtitiam negaverint tunc ipſe abſque forisfacto Præpoſito Comitis clamorem deferre poterit. Qui Præpoſitus in porticu & coram Præpoſito Eccleſiæ & judicio Scabinorum placitabit & ipſe tertiam partem Cooqueſtûs, duas vero Eccleſia habebit.

Comes Eccleſiæ & Villæ eſt Advocatus, nec de rebus vel hominibus Eccleſiæ ſe debet intromittere niſi ab Abbate vel Præpoſito Eccleſiæ fuerit requiſitus. Ei igitur per ſingulas domos Villæ, exceptis domibus Clericorum & militum & eis quæ infra atrium continentur & quibuſdam aliis quæ ab hac conſuetudine ſunt liberæ, unum octnale avenæ & tres denarii per annum debentur & hæc à quibuſdam militibus de ipſo jo feodum tenentur. Tamen propter majorem ſecuritatem ut per ipſos homines per ſora & caſtella ſua cum mercibus ſuis conducat libere, & tam ipſos quam res ipſorom ubique tueatur & protegat, intuitu Præpoſiti Eccleſiæ & Scabinorum ei ſexaginta libræ Valenchenenſes annuatim dantur, quæ ab hominibus Villæ perſolvuntur Præpoſito Comitis qui ibi vices ejus agit. Tria Placita generalia ab hominibus in domo ſua quotannis debentur, in Natali, in feſto Paſchæ, in feſto S. Johannis Baptiſtæ quando ſonitu campanæ convocantur & Judicia Scabinorum exercentur. Et eis debet Major Eccleſiæ intereſſe & hominum Villæ proloquutor eſſe. In eiſdem Placitis non debet Præpoſitus Comitis ſuper aliquem pluſquam quinque ſolidorum clamorem facere & ſui erunt ſi diſrationati fuerint. Nec debet ibi repetere quod judicio Scabinorum terminatum fuerit coram Præpoſito Eccleſiæ. Prædicta etiam Placita ad alios quam preſcriptum eſt terminos induciare non poteſt; & quod in die placiti ſui iodeterminatum remanet, uſque ad alium ejuſdem placiti diem ſi voluerit differet.

De biis vero quæ differre nolnerit, Præpoſito Eccleſiæ & Majori conqueretur; qui ei ſuper hoc diem legitimum aſſignabunt & joſticiæ plenitudinem prout Scabini judicaverint exhibebunt.

Si Comes ſuper aliquem Villæ hominem placitare voluerit, cum Præpoſitus Eccleſiæ, ſi de hæreditate non agitur in craſtinum, ſi vero de hæreditate querela ſit, ad qnintum decimum diem faciet ſubmoneri. Nec alibi Comes ſoper eum quam in porticu ſancti Aycardi placitare, & non pluſquam ſexaginta ſolidos & unum denarium poterit clamare; & ſi attingit tertia pars ipſius, duæ partes erunt Eccleſiæ. Quod ſi Scabinus ſit & de eo Præpoſito Eccleſiæ conqueratur, Præpoſitus Eccleſiæ eum per duos Scabinos ad juſticiam ſubmonebit & talis ei dies prefigetur, qualis à reliquis ipſius Villæ Scabinis judicabitur.

Scabioi Villæ eorum quæ ignorant inqoiſitionem apud Valencienes debent accipere. Si Comes per totum Comitatum ſuum bannum generalem ſuper vini venditione & braſſandi prohibitione & monetæ ſuæ adfirmatiooe impoſuerit, idem bannus in villa debet precepto Præpoſiti Eccleſiæ, una tamen camba io uſus Eccleſiæ ſi expedierit retentâ, firmiter obſervari.

Quod ſi banni bujus tranſgreſſor aliquis judicio Scabinorum repertus fuerit, & Comes inde placitare voluerit, ſoris-facti duæ partes Eccleſiæ, tertia Comitis erit.

Si quis in Villa ſanguinem fluentem vel burinam fecerit, & id legitimo probatum fuerit teſtimonio, foris-factum ſanguinis per ſexaginta foris-factum burinæ per triginta ſolidos emendabit, quorum duæ partes Eccleſiæ, tertia Comitis erit.

Si quis io Villa de latrocinio ſuſpectus habeatur, ante Præpoſitum Eccleſiæ per Majorem & Scabinos ad juſtitiam ſubmonebitur, & ſi fidejuſſores habuerit qui eum uſque ad diem placiti ſibi aſſignatum replegiare velint, liber dimittetur; ſin autem, Decano cuſtodiendus & ad idem placitum reducendus committetur.

Quod ſi in die Placiti judicio Scabinorum immunis extiterit, liber erit.

Si vero convictus, res ejus Eccleſiæ reliquentur; ipſe vero Præpoſito Comitis ad puniendum exponetur.

Si vero latro aliunde veniens res aliquas furto ſublatas in eandem Villam attulerit, & ibi à Præpoſito Comitis vel ab alio quolibet conſequutus, & cum furto manifeſtè deprehenſus fuerit, tunc ipſe cum rebus illis, non expectato Scabinorum judicio, qnia manifeſto judicatus eſt latrocinio, cedet in partem Comitis & ejus Præpoſiti. Reos & captivos qui fide-juſſoribus caruerint, debet cuſtodire Decanus, uſquequo ante Præpoſitum Eccleſiæ judicio Scabinorum vel condempnati fuerint vel liberati.

Si Comitem pro terræ ſuæ tuitione vel alicujus ſui rebellis expugnatione infrà terminos

Cor

Comitatûs ſui in expeditionem ire vel equitationem facere contigerit, mandat per Præpoſitum ſuum Præpoſito Eccleſiæ ut homines villæ in eandem expeditionem vel equitationem faciat ſubmoneri Qui per Majorem & Decanum ſub decem ſolidorum perſolutione ſubmoniti armis inſtructi & hiis quæ neceſſaria ſunt communiti ad ſuum & Eccleſiæ honorem debent in ejus auxilium proficiſci & à Majore Eccleſiæ & Præpoſito Comitis in eundo & redeundo debent ſecure conduci.

Nec quiſquam ab hiis quæ prædiximus debet excuſari, abſque rationabili cauſa vel ætatis vel corporeæ ægritudinis & exceptis hiis qui in ſervitio Eccleſiæ fuerunt occupati.

De matrimoniis vero filiarum Comitis, de captione ejus, de emptione Caſtelli extra feodum ſuum, prædicti homines Comitis & Eccleſiæ juxta ſinceram veritatis inquiſitionem nichil determinate præſenti Scripto inſerere potuerunt: ſed quemadmodum hactenus extitit, tam in poſterum relinquendum eſſe concorditer decreverunt.

Præterea ſciendum eſt, quod omnes querelæ & Placita in Curia Eccleſiæ coram Præpoſito Eccleſiæ & Majore judicio Scabinorum debent terminari; nec alibi quam ibi Comes ſuper aliquem Villæ hominem debet placitare, nec aliquid niſi judicio Scabinorum poteſt attingere, & omnium quæ ei per Scabinos judicata fuerint ipſi tertiam partem, duas vero Eccleſia habebit.

Nec debet ſuper aliquem hominem Villæ pluſquam ſexaginta ſolidorum, ut unius denarii, ut ſupra dictum eſt, clamorem facere.

Has igitur Conſuetudines antiquas & approbatas & à Scabinis Villæ primo cognitas poſtea vero à Baronibus noſtris & hominibus ſancti Vedaſti juxta cognitionem Scabinorum concorditer recognitas, Nos eidem Eccleſiæ, concedente Uxore mea, Margareta Comitiſſa, ſub jurejurando confirmamus. Et ne per ſuccedentia tempora id vel oblivione deleatur, vel pravorum hominum machinatione pervertatur, legitimis Teſtibus qui præſentes viderunt & approbaverunt, nominatim aſſignatis, præſentem Paginam in perpetuum Eccleſiæ munimentum Sigilli noſtri Auctoritate communimus.

Teſtes Alardus Cameracenſis Epiſcopus.
Frumoldus Atrebatenſis Epiſcopus.
Hugo Decanus & Archidiaconus Cameracenſis.
Johannes Cantor.
Johannes de Sancto Gangerico.
Magiſter Gerulphus Huardus.
Rodulphus Atrebatenſis Archidiaconus.
Johannes Cantor Duacenus.
Martinus Gallus.
Magiſter Rodulphus.
Thiebertus Capellanus.
Thomas Decanus de Valencenis.
Johannes Decanus de Solemme.
Walcherus Decanus de Bavai.
Renerus Decanus de Mons.
Bartholomeus Presbyter de Haſpera.
Sigerus Presbyter de Hauſſi.
De Hominibus Comitis, Euſtatius de Ruet.
Hawellus de Kievreng.
Karolus de Fraſne.
Ludovicus Frater ejus.
Guillelmus de Hauſſi.
Amandus de Prouvi.
Gerulphus Præpoſitus Comitis de Haſpera.
De Hominibus Eccleſiæ, Galterus Atrebatenſis.
Alardus de Croiſſillies.
Wichardus de Yrviler.
Euſtatius de Longo-Vado. * * Puto, de Longuesal.
Bernardus de Gaverella.
Johannes de Baillues. * * Bailleul.
Guillelmus de Foro.
Simon Major de Haſpera.
Henricus Vitulus.
Sauvalo Junior.

Actum anno Verbi Incarnati M. C. LXX VI. Comite Hannonienſi Balduino, & Abbate ſancti Vedaſti Domino Martino.

CAPUT LXV.

Vide Miræum pag. 377.

Everardus Epiſcopus Tornacenſis concedit Abbatiæ Sti. Nicolai de Pratis Ordinis Sti. Aug. Tornaci varia Altaria ac Privilegia, anno 1179.

Ex Archivis Abbatiæ.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti Amen.

Ego Everardus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, omnibus ad quos iſtæ Litteræ pervenerint in perpetuum.

In hoc ſpeculam Domûs Domini aſcendimus, ut quæ infirma ſunt, roboremus, & quæ ſuo robore ſunt infixa, ne aliquâ incurſione detrimentum ſuſtineant, Paſtorali ſolicitudine tueamur: ut fortes à Nobis roboris munimentum accipiant, & infirmi unde ſubleventur ſolatium à Nobis percepiſſe ſe ſentiant; quia non ſolum Officii noſtri eſt indigentibus ſubvenire, ſed etiam bona volentibus opem ferre.

Hac ſolicitudine inducti, Eccleſiæ B Nicolai de Pratis extra Tornacum Altaria (1) *Hedenghem*, (2) *Gelevelch*, (3) *Hinguddeghem*, *Ledhem*, quæ Goſuinus, Fratris mei Faſtredi filius, in manus noſtras liberè & ſine conditione reſignavit, intuitu Religionis pro re-

medin animæ noſtræ, & celebratione Anniverſarii noſtri in perpetuum faciendi, ſeu etiam pro expiatione Prædeceſſorum noſtrorum Tornacenſium Pontificum, vel parentum noſtrorum, ſalvo jure noſtro & Miniſtrorum noſtrorum, liberè in perpetuum poſſidenda donavimus.

Et ne per revolutiones temporum in aliquo noſtra Donatio ſuo robore minuatur, præſentem Paginam Sigilli noſtri impreſſione munivimus.

Si quis huic Paginæ calumniam in præjudicium doni noſtri movere tentaverit, vel eam aliquatenus infirmare præſumpſerit, donec ad ſatisfactionem venerit, & erratum ſuum correxerit, judicium Dei viventis incurrat, & partem cum Datan & Abyron quos terra vivos abſorbuit, accipiat.

Porro ut præſens Pagina, in amplioris roboris ex ſurgat incrementum, nomina Teſtium, qui donationi interfuerunt, dignum duximus annotare.

S. Domini Everardi Tornacenſis Epiſcopi,
S. Arnulphi Archidiaconi,
S. Thomæ, Theodorici, Gouteri, Presbyterorum,
S. Magiſtri Gilberti, Galteri de Jabeka, Goſſuini, iterum Goſtuini Canonicorum,
S. Mathæi Sielinienſis Præpoſiti,
S. Gerardi Abbatis Gandenſis,
S. Arnoldi Abbatis de Eechout,
S. Danielis Abbatis de Sonnebeeck,
S. Samuelis Abbatis de Los,
S. Danielis Abbatis de Cambron,
S. Joannis Abbatis de Thoſan,
S. Theoberti Prioris de Cyſonio.

Actum Tornaci anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXIX. Conſecrationis noſtræ VII. XIII. Kalend. Auguſti.

(1) Al. Eeghem in Diœc. Brug.
(2) Ghelevelt, Pagus Diœc. Tornacenſis ſub Decanatu Viroviacenſi; qui dein tranſiit ad Patronatum Abbatis de Sonnebeeke in Diœc. Iprenſi.
(3) Al. Inghoyeghem in Diœc. Tornacenſi ſub Decanatu Helchinienſi.
Vide inter Inſtrumenta novæ Galliæ Chriſtianæ Tomo III. pag. 65. Diploma, quo exhibetur Exordium hujus Abbatiæ anno 1125. Item pag. 68. Decretum Petri Epiſcopi Tornacenſis eandem Abbatiam anno 1383 e pratis extra Urbem transferentis. Item in Hiſtoria Tornacenſi authore Jo. Couſin Tomo II. pag. 217 Bullam datam ab Innocentio II. Pont. anno 1139.

CAPUT LXVI.

Lucius III. Pont. confirmat anno 1181 Privilegia, Altaria, & poſſeſſiones Collegii XXX. Canonicarum Nobilium S. Waldetrudis Montibus Hannoniæ.

Ex Archivis Capituli.

LUcius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Eliſabeth Prioriſſæ S. Waldetrudis, ejuſque Sororibus, tam præſentibus quam futuris, Canonicam vitam profeſſis, in perpetuum. Prudentibus Virginibus, quæ ſub habitu Religionis accenſis lampadibus per opera ſanctitatis jugiter ſe præparant ire obviam ſponſo, Sedes Apoſtolica debet præſidium impertiri: ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eas à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat.

Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam S. Waldetrudis, in qua divino mancipatæ eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra Protectione ſuſcipimus.

Imprimis ſiquidem ut Ordo Canonicus, qui ſecundum Deum, & (1) B Auguſtini Regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia impreſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in ſururum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & illis quæ vobis ſucceſſerint illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum imprimis in quo præfata Eccleſia ſitâ eſt, cum omnibus pertinentiis.

Quæcumque apud villam de (2) Nimy in terris, pratis, aquis, domibus, molendinisve habere noſcimini.

Altare de * Comis cum pertinentiis ſuis, quod vobis dedit Lietardus Cameracenſis Epiſcopus, & quidquid in eâdem villa poſſidetis. * Alias Queſme.

Altare de (3) Frameries cum appendiciis ſuis, de dono Otberti quondam Cameracenſis Epiſcopi, & quidquid in eâdem Villâ poſſidetis.

Altare de (4) Marca, de dono quondam Nicolai Cameracenſis Epiſcopi.

Altare de (5) Caſtres cum pertinentiis, quod vobis dedit Burchardus quondam Cameracenſis Epiſcopus, & quidquid in eâdem Villa habere noſcimini.

Altare de (6) Brania-Willotica, cum pertinentiis ſuis, quod dedit vobis Liethertus quondam Cameracenſis Epiſcopus, & quidquid in ea Villa habere noſcimini.

Villam de Kevy.
Villam de Kuarignon.
Villam de Hal.

Villam de (7) Herentael.
Villam de Hooeſtade.
Villam de Gemapia. (8) Servos & Ancillas Eccleſiæ veſtræ addictos.

Cenſum etiam quem vobis debet Eccleſia de Gmilengbiem, * decem ſcilicet ſolidorum Valencenenſis monetæ.

* Abbatia Monialium Benedictin.

Cenſum quem vobis debet Monaſterium de Liecbies *, quinque ſolidorum monetæ Namurcenſis.

* Abbatia Virilis Benedict.

Antiquas & rationabiles conſuetudines Eccleſiæ veſtræ hactenus obſervatas, perpetuis decernimus temporibus inviolabiliter obſervari.

Sanè Novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſeu de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat.

Liceat vobis perſonas à ſæculo fugientes, liberas & abſolutas ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione qualibet retinere.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit, fas ſit vobis clauſis januis, non pulſatis campanis, exceluſis excommunicatis & interdictis, ſubmiſſa voce Officia divina celebrare.

Prohibemus inſuper, ne quis in vos, vel in Eccleſiam veſtram excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententiam, abſque manifeſta & rationabili cauſa audeat promulgare.

Sepulturam præterea ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe ibi ſepeliri deliberaverunt, nullus obſiſtat, niſi fortè excommunicati, vel interdicti fuerint; ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus corpora mortua aſſumentur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione aut ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Apoſtolicæ Sedis Authoritate, & Diœceſani Epiſcopi Canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam, &c.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Theoduinus Portuenſis & S. Ruſinæ Cardinalis Epiſcopus.
Ego Petrus Tuſculanenſis.
Ego Paulus Prenestinus Epiſcopus, &c.

Datum Laterani per manum Alberti S. R. E. Presbyteri Cardinalis Cancellarii XII. Kalendas Martii, Indictione XV. Incarn. Dom. M. C. LXXXI. Pontificatûs verò Domini Lucii Papæ noſtri anno primo.

Similes Litteras pro Capitulo Canonicorum Sti. Germani Montibus Hannoniæ, dedit idem Pontifex Lucius III. eodem anno 1181, inſertas Diplomatibus Auberti Miræi pag. 1187.

(1) B. Augustini Regulam. Volunt alii, Canoniſſas Montenſes olim fuiſſe Moniales Benedictinas. Ita imprimis PP. Benedictini in ſua Gallia Chriſtiana Tomo III. pag. 144. Contrarium aſſerunt illæ, uti & Vincham in Annalibus Hannoniæ ad ann. 649. quos conſule.

(2) Nimy, Parochia Diœceſis Cameracenſis, juxta portam Civitatis Montenſis.

(3) Frameries, Parochia ejuſdem Cameracenſis Diœceſis, haud procul à Montibus.

(4) Marca, vulgo Marcque, ejuſdem Diœceſis, uti ſequens.

(5) Castras, quæ ſita eſt inter Montes Hannoniæ & Bruxellam.

(6) Brania-Willotica. Plures ſunt hujus nominis Parochiæ in hiſce partibus. Alia eſt Brania-Comitis (de qua hoc loco) Oppidulum Hannoniæ; alia Brania-Allodii, Municipium Gallo-Brabantiæ; alia Brania-Caſtri; alia Brania Walteri, ubi Abbatia Virg. Ciſterc. de qua vide inferiùs.

(7) Herenthael, Oppidulum Campiniæ Brabantinæ, de cujus extructione & juribus Capituli Stæ. Waldetrudis, vide aliud Diploma apud Miræum pag. 197.

(8) Servos et Ancillas Ecclesiæ vestræ adjectos. De his vide præclaram Donationem Balduini Flandriæ & Hannoniæ Comitis, infra ad ann. 1201.

CAPUT LXVII.

Balduinus Hannoniæ Comes confirmat anno 1184 jura & Conſuetudines Villæ ac Præpoſituræ Haſprenſis (de qua ſupra ad ann. 1176) cujus ſeſe & Succeſſores ſuos Hannoniæ Comites Advocatiam habere agnoſcit.

Ex Archivis Cameræ Ration. Inſulis.

IN nomine Domini. Ego Balduinus Hanonienſis Comes, quintus ab illo Balduino qui & Flandriam & Hanoniam poſſedit.

Notum facio tam præſentibus quam futuris, quod Conſuetudines Villæ Haſprenſis quæ BB. Vedaſti atque Aycardi eſſe diſnoſcitur cujus ego temporalis Advocatus ſum, ad petitionem Domini Martini Abbatis Sancti Vedaſti ſcripſimus, & tam ego quam ipſe Sigillis noſtris confirmavimus. Inſuper Ego & Barones mei nos eaſdem Conſuetudines ad plenum obſervaturos, tactis Sacroſanctis Evangeliis juravimus; quod & hactenus fecimus.

Verum quia accreſcente malitiâ per eaſdem Sanctiones non poterat ad plenum Villa cohereeri tempore Domini Johannis ejuſdem Eccleſiæ Abbatis, qui prædicto Martino tertius in Abbatiam ſucceſſit, de communi ipſius, & noſtri conſenſu atque conſilio, ſalvis omni-

* Vide ſupra pag. 347.
* Affollare, idem quod percutere.

bus qui in priori Scripto * continentur, de hominc occiſo vel affolato * ea quæ ſubjectata ſunt adjicimus; per quæ ſine dampnis & tumultibus eadem Villa in pacis ac quietis plenitudine poſſit conſervari.

Si igitur in Villa Haſprenſi, vel infra allodium Villæ, vel in tnto Comitatu Comitis Haynonienſis ab hnmine Haſprenſi hominem * affolari contingerit, qui hoc fecerit membrum pro membro perdet. Si autem nccidi; qui occiderit, & ipſe occidetur.

Omnia autem occiſoris mobilia per manum Præpoſiti Eccleſiæ, ſub teſtimonio Præpoſiti Comitis vel ſervientis ipſius Præpoſiti & Scabinorum Villæ Haſprenſis, occupabuntur & conſervabuntur: quorum duæ partes Eccleſiæ Haſprenſi cedent, tertia vero in Comitis partem, ſalvo jure Præpoſiti ſui, cedet. Domus autem occiſoris & hereditas univerſa ad eandem Eccleſiam devolvetur, quouſque filii vel heredes pacem terræ ſubierint. Cum autem quod ad pacem ſpectat fecerint, hereditatem ſuam ab Abbate & Eccleſia recipient & requirent.

Si vero homicida fugitivus evaſerit, mobilia ejus ſicut ſupradictum eſt diſponentur & hereditas ejus ad Eccleſiam devolvetur, quouſque pacis inſtitutione & conſanguineorum occiſi concordiâ adeptâ, & gratiâ Abbatis & Comitis ſuſceptâ, in Villam redierit.

Cum autem ex pace ad plenum egerit, ab Abbate ſæpedictæ Eccleſiæ hereditatem ſuam requiret & accipiet.

Si vero illnm dum exnlabit mori contigerit, filii ejus vel heredes, ſi fecerint quod ad pacem ſpectat hereditatem ſnam ab Abbate & Eccleſia requirent & recipient. Affolator vero ſi retentus fuerit & membrum pro membro perdiderit, nil de mobili vel hereditate perdet.

Si vero fugitivns abierit, de mobilibus ejns & hereditate occiſoria agetur. Porrò ſi occiſorem de terra Comitis eſſe & infrà Villam Haſprenſem res mobiles vel vadia aliqua ſuper domos aut aliam hereditatem habere conſtiterit, eadem mobilia à Præpoſito Eccleſiæ, vocato ſecum ut dictum eſt Comitis Præpoſito & Scabinis occupabuntur & Comiti vel ejus Miniſtro reddentur.

Hoc excepto quod Comes vel ejus Præpoſitus, domos vel reliquas hereditates invadiatas non poterit redimere, immo Præpoſito Eccleſiæ eas à præſtita pecunia licebit redimere.

Præterea ſi homicida de Villa Haſprenſi, ſit vel affolator, & antequam capi poſſint fugâ evaſerint, quoſcumque conſtiterit eis ſubſidium, evaſionis impendiſſe; in eâdem dampnatione qua ipſi erant tenebuntur. Inſuper occiſoris & affolatoris cognatio, prout pacis inſtitutio dictaverit eos Super ſanctos abjurabit, & ei aqui eos abjurſverit pax & ſecuritas ab occiſi & affolati cognatis cum jnrejurando dabitur.

Quam pscem ſi idem cognati de poteſtate ſancti Aycardi ſunt, Abbas ſimul & Comes facient, teneri ſi vero de poteſtate Comitis, ſolus Comes faciet aſſecurari. Si qui autem fugitivos illos abjurare noluerint, eos Abbas & Cnmes & occiſi cognatio totis viribus perſequentnr & eorum mobilia & hereditates lege quâ ſnpraſcriptum eſt de occiſoribus & affolatoribus diſponentnr. Nec eis quemadmodum nec occiſori nec affolatori niſi vnluntate & aſſenſu Abbatis & Comitis, nlterius in Villa redire concedetur.

Si autem occiſoribus vel affolatnribus vel nolentibus abjurationem facere, fugitivis pace Comitis adeptâ cum Abbate ſimiliter pacem facere, in Villam redire nolentibus, Abbas vero vel odii cauſâ vel dilationis, vel cupidita te bereditatis eorum diutius detinendæ reditum non conceſſerit: ſi querelâ ſuper hoc ad Comitem delata, Abbatem Comes convenerit; tunc Abbas duos ex Hnminibus ſuis quos potius eligerit accipiet, & Comes ſimiliter duos ex ſuis. Quibus adjnratis, Abbas ipſorum conſilio in bujuſmodi caſu procedet. Hoc inſuper addito, quod eis ab Abbate vel Comite reditus in Villa non debet concedi: niſi factâ pace cum conſanguineis affolati vel occiſi.

Si verò fugitivos pro abjuratione non facta antequam redeant mori contingerit: eorum filii vel heredes (ſi tamen pacem ſubire voluerint) cum Abbatis & Eccleſiæ gratia hereditatem ſuam reqnirent atque recipient

Illud etiam proſpectum eſt, ut quotiens affolationis vel bnmicidii vel eorum quæ prædicta ſunt caſns emercerint ſi talium auctores fugerint, pro convictis habebnntur. Si autem rei veritas latuerit per Homines Abbatis tres Viros nobiles, fide ab eis acceptâ vel adjuratione appoſitâ diſtrictè veritas inquiretur, & veritate diligenter inquiſitâ & ad liquidum patefactâ, omnia & ordine quo dictum eſt complebunrur.

Hanc igitur pacis Sanctionem, Ego & Venerabilis Abbas Johannes ſancti Vedaſti noſtro & Hominnm noſtrorum communi conſilio & pari conſenſu diſponimus, & ſcripto cyrographizato commendamus. Et ut in poſterum rata & inconvulſa permaneant, Sigillorum noſtrorum auctoritate munimen & Hnminum noſtrorum qui præſentes audierunt & approbaverunt, ſubſcribimus.

S. Hominum Comitis, Willelmi Fratris Comitis.
Euſtatii de Rues.
Euſtatii filii ejus.
Gerardi de ſancto Oberto.
Reneri de Trit.
Almanni de Provi.
Polii de Vilers.
Hugonis de Croix.
Goſſuini de Tulin.
Hawelli de Kievreng.
S. Hominnm Sancti Vedaſti.
Johannis Caſtellani de Inſula.
Walteri de Atrebato.
Allardi de Croiſilles.
Balduini Bickerel,

Wi-

Wicardi de Irvileir.
Bernardi de Gaverella.
Wiberti Majoris.
Roberti de Bauvin.
Andreæ Majoris.
SS. Clericorum; Walteri de Lespais.
Gerardi Presbyteri.
Walteri Decani de Bavai.
Thomæ Decani de Valencenis.
Actum per manum Gilleberti Notarii mei anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXXIV.

CAPUT LXVIII.

Urbanus III. Pont. anno 1186 Ecclesiam Collegiatam S. Joannis Leodii suscipit in protectionem, ejusque Altaria confirmat.

URbanus Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Canonicis Ecclesiæ Beati Johannis Evangelistæ, quæ est in Insula Leodii, tam præsentibus quam futuris canonicè substituendis in perpetuum.

Commissæ nobis Apostolicæ Sedis Nos hortatur Auctoritas, ut locis & personis, ejus auxilium devotione debitâ implorantibus, tuitionis præsidium impendere debeamus; quia sicut injusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima & justa postulantium non est differenda petitio.

Ea-propter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri & nostra Protectione suscipimus, & præsentis Scripti Privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque Successoribus & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. Villam Emurch cum piscatione. Montem Rotberti. Villam Eymalam com Ecclesia & pertinentiis suis. (1) Ecclesiam sancti Adalberti in Insula Leodii, cum decimis ejusdem insulæ & pertinentiis suis. Villam *Gestele* cum familia & appenditiis ejus. Ecclesiam de (2) *Engle*, Ecclesiam de (2) Heudecusa, Ecclesiam de (2) *Hosden*. Curtem Comaphiam cum Ecclesia sua. In Villa Jupelella allodium solvens annualiter triginta solidos; quartam partem Villæ *Hoydre*, jus quod habetis in Villa *Ferires*, Villam *Fleniz*, *Romercurt*, *Bushone*, medietatem Villæ *Bovingestir*, curtem *Goe* cum Ecclesia & pertinentiis ejus; quartam partem decimæ, & allodium quod habetis in Villa *Holong*, *Masnil*, Ecclesiam de *Genglehey*, & quicquid in allodio ejusdem Villæ & in *Waleove* habetis, Villam de *Tillires*, & (3) *Rosires*, (4) Villam *Meredorp*, Jusanam Villam *Raulcurt*, quicquid juris habetis in (5) Ecclesia de Monte Thyenes cum dote sua, & in pleno dono Ecclesiæ ejusdem. Ecclesiam de (6) Atteroda, jus quod habetis in *Sleuduwez*, & mansum allodii in eâdem Villa in loco qui dicitur ad Montem, curtem (7) *Nethenes* cum Ecclesia & pertinentiis suis, & adjacente silva de (8) *Miradal*, *Holdrin*, (9) *Fennache*, Villam *Hulgrebes*, cum piscatione innuosa, in Oppido Hoio, tres libras de teloneo, Villam de Sarto Colnois, Ecclesiam de (10) *Corbion*, Villam *Ferires*, & jus quod habetis in Morelmeis, *Ronredines*, allodium in *Halembaie*, & in *Here*, *Rokelenges*, *Hers* & Formala, medietatem decimæ de *Bubaz*, Villam *Samerey* cum appenditiis suis, *Desdorp* cum appenditiis suis, *Allekenrode*, vineas in *Noweroit*, mansum in *Bubenben*, mansum in *Sescay*, allodium in Falla, decem solidos in *Jalmin*, & decem in *Rumines*, sex mansos in *Rongese*, & decem in Brida, teloneum de foro (11) Visati, in Leodio molendinum & allodium parvi torrentis, curtem in Roberti-monte, in *Vingiz* terram annualiter solventem quinque solidos, ad *Taynires* & *Seraing* pratum & terram solventem quinque solidos, allodium *Hastaples*, Ecclesiam de *Hares*, *Wistrewich*, item in Hoio possessionem solventem duodecim solidos, & sex denarios.

Prohibemus autem, ut nec Præposito nec alicui omnino personæ bona ipsius Ecclesiæ absque communi Fratrum vel sanioris partis assensu, quoquo modo alienandi licentia pateat. Et Ecclesiæ prædictæ liceat Decanum liberè eligere & Præpositum, sive de suâ sive de aliâ Ecclesiâ de toto Leodiensi Episcopatu.

Et quia bona ad stipendia Fratrum communiter pertinentia in parte deficere, & in parte habundare accepimus, statuimus ut defectus unius Villæ alterius habundantiâ suppleatur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet

vexationibus fatigare; ſed omnia iotegra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate, & Leodienſis Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitor in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

✠ Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.

✠ Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus ſſ.

✠ Ego Paulos Preneſtinus Epiſcopus ſſ.

✠ Ego Johannes Presbyter Cardioalis Tituli S. Marci ſſ.

✠ Ego Petrus de Bononia Presbyter Cardinalis Tituli ſanctæ Suſannæ ſſ.

✠ Ego Laborans Presbyter Cardinalis S. Mariæ Trans-Tiberim Tituli S. Calixti.

✠ Ego Pandulfus Presbyter Cardinalis Tituli duodecim Apoſtolorum ſſ.

✠ Ego Albious Presbyter Cardinalis Tituli Sanctæ Crucis in Jeruſalem ſſ.

✠ Ego Melior Presbyter Cardinalis SS Johannis & Pauli Titoli Pamachii ſſ.

✠ Ego Adelardus Tituli ſancti Marcelli Presbyter Cardinalis ſſ.

✠ Ego Jacintus Diaconus Cardioalis S. Mariæ in Coſmendin ſſ.

✠ Ego Gratianus ſanctorum Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis ſſ.

✠ Ego Bobo ſancti Aogeli Diaconus Cardinalis ſſ.

✠ Ego Octavianus ſanctorum Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis ſſ.

✠ Ego Joffredos ſanctæ Mariæ in Via-lata Diaconus Cardinalis ſſ.

✠ Ego Rollandus ſanctæ Mariæ in Portico Diacoous Cardinalis ſſ.

✠ Ego Petrus ſancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis ſſ.

✠ Ego Radulfus ſancti Georgii ad Velum aureum Diacoous Cardinalis ſſ.

Data Veronæ per manum Alberti ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii VII. Kal. Auguſti, Iodictione quartâ, Incarnationis Dominicæ anno M. C. LXXXVI. Pontificatûs vero Domni Urbani Papæ III. anno primo.

(1) Ecclesia S. Adalberti Leodii, S. Adalberto Epiſcopo Pragenſi & Martyri, nec non Bohemorum & Hungarorum Apoſtolo ſacra; Parochialis eſt annexa Eccleſiæ Collegiatæ S. Joannis.

(2) Engelen, Heoecusa, Hosoin, Gestele, &c. Parochiæ Diœceſis Sylvæducenſis, ſub Decanatu quondam Orthenſi. Jus Patronatûs de Engelen &c. circa annum 1275 à Capitulo S. Joannis Leodii conceſſum fuit Abbatiæ Bernenſi Ordinis Præmonſtratenſis, tunc exiſtenti juxta Sylvamducis, modo autem Vilvordiæ juxta Bruxellam veluti in Refugio. Porro *Heuiecuſa*, hodie dicitur *Eickhurſt*; *Hoſden*, hodie *Ou-heuſden*, & *Geſtel*, ad differentiam aliarum Parochiarum cognominum, dicitur *Sinte Michiels-Geſtel*. Religioſi Abbatiæ Bernenſis uſque hodie functionibus paſtoralibus funguntur in Parochiis prænominatis.

(3) Rosires, S. Symphoriani Parochis Diœceſis Namurcenſis ſub Decanatu Geldonenſi.

(4) Mereoorp, alias *Mierdorp*, Parochis Diœceſis Namurcenſis, ſub Decanatu Hannutenſi.

(5) Ecclesia de Monta Thysnas, gallicè *Tirlemont*, cujus Jus Patronatûs eidem Capitulo ſtabilitum vide per varia Diplomata, tum apud Miræum, tum in hac nova Collectione; Indices conſule.

(6) Attsrode., Parochia Diœceſis Mechlinienſis, ſub Decanatu Thenenſi; hodie Baronatus pertinens ad Familiam de Man Bruxellis.

(7) Nethene, Parochia Diœceſis Mechlinienſis, ſub Decanatu Lovanienſi, viâ quâ itur Wavriam. Dominium & Patronatus antiquus Capituli S. Joannis Leodii. Eſt illic pulcher Conventus Eremiticus PP. Carmelitarum Diſcalceatorum inchoatus anno 1687, potiſſimum ex munificentiâ Principis Vaudemontii.

(8) Miraoal, vulgo *Meerdael-Boſch*, ſilva haud procul Lovanio, ad Ducem Arembergicum pertinens.

(9) Fennache, vulgo *Ste. Mertens-Viſſenaeken*, Parochia Diœceſis Mechlioieoſis, ſub Decanatu Thenenſi. Capitulum S. Johannis Leodii contulit anno 1219 Jus Patronatûs hujus Eccleſiæ Cœnobio Tongerloenſi, cujus Religioſi Præmonſtratenſes ibidem Paſtores ſunt, uti & in vicina Parochia Fenaci S. Petri.

(10) Corsion Parochia Diœceſis Namurcenſis, ſub Decanatu d'Aſſeſſe.

(11) Visati, vulgo *Vizet* Oppidum Diœceſis Leodienſis. Vide & in Collectione ampliſſima ac Diplomatica Benedictinorum S. Mauri Tomo I. pag. 704 Diploma Lotharii II. Imp. quo eidem Eccleſiæ Collegiatæ S. Johannis confirmavit Privilegium Teloneï *Viſetenſis*, anno 1132,

CAPUT LXIX.

Clemens III. Pont. in Patrocinium Apoſtolicum recipit Collegiatam Canonicorum Eccleſiam S. Piati Mart. Seclinii juxta Inſulas, in Gallo-Flandria, anno 1187.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Præpoſito Sancti Piati Sielinicoſis, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quàm futuris canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Effectum juſta poſtulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis; præſertim quando petentium voluntatem & pietas adjuvat, & ratio non relinquit.

Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Eccleſiam ipſam eum pertinentiis, ſcilicet de Houpline, Lechin, Anquene (alias Ancoiſne,) Attiche, Martinſart, Watieſſart, Ploick, cum omnibus decimationibus ſuis, &c.....

Altare de Chemy, cum decimatione integra....

Altare de Gondecourt cum omnibus redditibus quos ibidem habetis & terra arabili,

Altare de Carnin cum conſimilibus redditibus.

Villam de Thomeries totam cum Altari, cum juſtitia, cum terragio, & cæteris redditibus....

Altare de Tourmegnies cum terragio & cæteris redditibus.

Altare de Los, &c.

Altare de Croix cum conſimilibus redditibus.

Altare de Meſnil. . . .

Altare de Treſſin. . . . .

Altare de Wahegnies cum omnibus redditibus quos ibidem habetis. . . .

Viſitationis inſuper Eccleſiarum omnium ad Inſulenſem Decanatum ſpectantium, quæ fiunt ad Eccleſiam veſtram in honore B. Piati Martyris ſextâ feriâ Pentecoſtes, ſicut à quadraginta retrò annis noſcitur obſervatum, eidem Eccleſiæ Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus.

Præterea ex dono nobilis Viri Philippi Flandrenſis Comitis quindecim ſolidos, quos Eccleſiæ veſtræ donavit, ad emendum pœnem, & vinum, de quibus Altaris conficitur Sacramentum.

Præterea libertates, & immunitates antiquas, & rationabiles conſuetudines Eccleſiæ veſtræ collatas, & hactenus obſervatas, ratas habemus, eaſque perpetuis temporibus illibatas permanere ſancimus. Novas ioſuper & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis ſæcularibuſve perſonis in vos, & Eccleſiam veſtram omnino fieri prohibemus.

Prohibemus inſuper, ut infra terminos Parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi, & veſtro Capellam ſeu oratorium de novo ædificare præſumat; ſalvis Privilegiis Romanorum Pontificum.

Auctoritate quoque Apoſtolicâ inhibemus, ne quis in vos, aut Eccleſiam veſtram excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiam ſine manifeſta & rationabili cauſa promulget.

Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat Vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſâ voce, divina officia celebrare.

Sepulturam quoque ipſius liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberarint, niſi fortè excommunicati ſint, vel interdicti, nullus obſiſtat: ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumentur, &c.

Datum Laterani per manum Moyſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi vicem agentis Cancellarii, VII. Kal. April. Indict. ſextâ, Incarnationis verò Dominicæ an. M. C. L XXXII. Pontificat. autem Domini Clementis Papæ Tertii anno I.

CAPUT LXX.

Godefridus de Ottignies & Beatrix de Liemale donant in eleëmoſynam Abbatiæ Bonæ-Spei Altare de Gennetines cum omnibus appenditiis; quod Albertus Leodienſis Epiſcopus confirmat anno 1187.*

* Parochia Gallo-Brabantiæ, in Diœceſi Namurc. ſub Decanatu Gemblacenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

Ego Albertus Dei gratiâ Leodienſis Eccleſiæ Major Præpoſitus & Archidiaconus tam futuris quam præſentibus in perpetuum. Notum ſit omnibus, quod Godefridus de Otenies & Beatrix de Liamale, ſicut legitimi tunc temporis Domini fundi, Eccleſiam de Genetines, cum omnibus decimis & redditibus & ejus appenditiis, eùm aſſenſu noſtro, & totius noſtri Conſilii Gemblacenſis teſtimonio, ſicut legitimè poſſederant, Eccleſiæ Bonæ-Spei in perpetuum tenendam tradiderunt.

Sanctæ autem Romanæ Sedis Apoſtolicus lucius tertius juſtis poſtulationibus grato concurrens aſſenſu, præfatam Bonæ-Spei Eccleſiam jam dicto de Gennetines Altari perpetuò imperſonavit & inveſtivit, & nullo mediante Inveſtito, ipſum Altare videlicet de Gennetines prædicto Bonæ-Spei Monaſterio Sigilli ſui Patrocinio confirmavit. Et quia præceptis Apoſtolicis illicitum eſt refragari; Nos ejus ordinationem & Auctoritatem ſecuti, datum hoc à Summo Pontifice Monaſterio Bonæ-Spei de Altari de Genetines ratum eſſe volumus. Quod ut ratum & inconvulſum omnibus ejus Succeſſoribus permaneat, Sigilli noſtri impreſſione & teſtium annotatione contra omnem caſum muntivimus.

S. Petri de Manuco,
S. Magiſtri Gerardi Deſelain,
S. Joannis Decani ſancti Petri in Leodio,
S. Bavonis; S. Servatii..., Sacerdotum,
S. Magiſtri Balduini & Balduini filii ejus Sacerdotis,
S. Macarii Clerici,
S. totius Concilii Gemblacenſis.

Anno milleſimo centeſimo octogeſimo ſeptimo.

CAPUT LXXI.

Clemens Papa III. bona, poſſeſſiones, decimas & Patronatum Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Duacenſis anno 1189 confirmat; illamque ſub Protectione ſuâ ſuſcipit.

Ex Archivis Capituli S. Petri Duacenſis.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Præpoſito Eccleſiæ ſancti Petri Duacenſis ejuſque Fratribus tam præſentibus quam futuris canonicè ſubſtituendis, in perpetuum memoriam.

Effectum juſta poſtulantibus indulgere & vigor poſtulat æquitatis & ordo exigit rationis; præſertim quando petentium voluntatem & pietas adjuvat & veritas non relinquit.

Ea-propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam ſancti Petri Duacenſis, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ad inſtar felicis recordationis Alexandri Papæ Prædeceſſoris noſtri, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Ex dono Roberti quondam Atrebatenſis Epiſcopi, Altare de Mareha Gotranni, ad uſus Canonicorum inibi Deo ſervientium, ſalvo in omnibus jure Atrebatenſis Epiſcopi & miniſtrorum ejus.

Ex dono ejuſdem Altare ſanctæ Rictrudis de Waſiers, cum dotibus ſuis, ad uſus eorumdem, ita liberum & abſolutum, ſicut ipſe vobis conceſſit; ſalvis in omnibus redditibus Epiſcopi & conſuetudinibus Archidiaconi & miniſtrorum ejus. Presbytero vero illius loci defuncto ſeu rationabiliter inde remoto, veſtrum erit aliùm providere idoneum Presbyterum & Atrebatenſi Epiſcopo præſentare; cui obedientiam promittat.

Omnes decimas Parrochiæ veſtræ & omnes oblationes, quas Gerardus Cameracenſis quondam Epiſcopus ad uſus Canonicorum Eccle-

ſiæ

ſiæ veſtræ conceſſit, dum adhuc Cameraceoſis & Atrebatenſis Epiſcopatus conjoncti eſſent; eâ ſcilicet conditione, ut Eccleſiam veſtram & res ejus nulla unquam regat laicalis perſona, ſed ſolummodo ei provideat Præpoſitus qui Clericus ſit, & in præbendis locandis curam agens, & in cæteris rebus ipſius Eccleſiæ ordinandis. Liberam quoque & ab omnibus obſonnis omnique cenſuali reſpectu abſolutam manere volumus, ſicut idem Epiſcopus ſtatuit; ſalvâ tamen ſicut in aliis Abbatiis Atrebatenſis Epiſcopi juſtitiâ.

Ex dono memorati, Roberti quondam Atrebatenſis Epiſcopi, Altaria & Eccleſias ſancti Martioi de Sin & ſancti Remigii de Marcha cum dotibus & appenditiis ſuis, ad uſus Canonicorum ibidem Deo ſervientium, remotâ per eundem Epiſcopum omni venalitate & turpis lucri exactione, ita liberè jure perpetuo poſſidenda, ſicut ea vobis rationabiliter conceſſit, ſalvis in omnibus Cathedraticis redditibus Epiſcopi & conſuetudinibus Archidiaconi.

De quolibet locorum prædictorum Presbytero defuncto ſive rationabiliter inde remoto, alium idoneum Presbyterum Atrebatenſi Epiſcopo præſententis, cui obedientiam promittat, & ſic in populo curam gerendam de manu Epiſcopi gratis accipiat. Aliqui tamen veſtrùm ſingulis annis Atrebatenſi Synodo ſtudeant intereſſe, niſi forte benevolentiâ Epiſcopi fuerint relaxati.

Duas Capellas Beatæ Mariæ, quarum una eſt in ſuburbio Duacenſi, & altera extra ſuburbium, quam Dulcetus fecit fieri, liberas & abſolutas ſicut Eccleſia veſtra eas hactenus rationabiliter noſcitur poſſediſſe. Presbytero vero loci illius defuncto ſive rationabiliter inde remoto, alium idoneum Presbyterum ibi providebitis.

De Præbendis quoque mutandis quæ de bonis Roberti Præpoſiti, Simonis & Gerardi in Eccleſia veſtra ſunt inſtitutæ, quorumlibet Laïcorum aſſenſus contra ipſius Eccleſiæ conſuetudinem nullatenus admittatur.

Capellam ſancti Nicholai in Parochia de Sin & alteram Capellam Sancti Nicolai quæ eſt in Parochia ſancti Petri Duacenſis extra poſternam, ad eorum uſus & conſuetudines ad quos piè conſtructæ noſcuntur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate & Diœceſani Epiſcopi Canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo tertiòve commonita niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeshu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeshu Chriſti; quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Laborans Presbyter Cardinalis S. Mariæ Trans-Tyberim Titulo Calixti.

Ego Pandulphus Presbyter Cardinalis Baſilicæ XII. Apoſtolorum.

Ego Albinus Titulo ſanctæ Crucis in Jeruſalem Presbyter Cardinalis.

Ego Robertus Presbyter Cardinalis Titulo ſanctæ Anaſtaſiæ.

Ego Petrus Titulo ſancti Laurentii in Damaſo Presbyter Cardinalis.

Ego Jacobus Diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ in Coſmedyn.

Ego Gratianus Sanctorum Coſmæ & Damiani Diacoous Cardinalis.

Ego Gerardus ſancti Adriani Diaconus Cardinalis.

Ege Gregorius ſanctæ Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis.

Datum Laterani per manum Moyſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi vicem agentis Cancellarii II. Kalendas Aprilis Indictione ſeptimâ Incarnationis Dominicæ anno M. C. LXXXIX. Pontificatûs vero Domini Clementis Papæ III. anno ſecundo.

ALEXANDRI III. Pont. Bullam datam anno 1163, in favorem hujus Capituli St. Petri, cujus fit mentio in hac Bulla Clementis III. vide ſupra pag. 51 hujus novæ Collectionis.

ROBERTI Atrebatenſis Epiſcopi Diplomata pro Altaribus de ſin & Marque, datam annis 1117 & 1125, vide etiam ſupra pag. 322.

Catalogum item Præpoſitorum hujus Eccleſiæ ſupra exhibuimus, pag. 154.

CAPUT LXXII.

Philippus Comes Flandriæ ejuſque Uxor Mathildis, anno 1190 Capitulum Canonicorum S. Petri Aerienſe in Artheſia adaugent Fundatione ſex Præbendarum.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Quoniam ea quæ geruntur tractu temporis evaneſcunt, & annorum inveterata curriculis, mentem humanam excedunt; conſultè agitur, ſi bene geſta ne vetuſtate & oblivione depereant, Litterarum memoriæ commendentur. Hinc eſt, quòd Ego Philippus Flandriæ & Viromanniæ Comes, nec non & Chariſſima Uxor mea Regina Mathildis, univerſis notum fieri volumus præſentibus pariter & futuris, quod pro ſalute animarum noſtrarum & Anteceſſorum noſtrorum in Eccleſiâ Arienſi ſex Canonicos de novo inſtituimus, qui Sacerdotes debent eſſe, & Stationarii in Eccleſia. Et quamdiu vixerimus ſinguli illorum Canonicorum ſingulis diebus, ſingulas Miſſas de Spiritu Sancto celebrabunt, ut Dominos Jeſus Chriſtus inſpiret Nobis gratiam, & Spiritum, qui nos regat in omnibus operibus noſtris, & illuminet corda noſtra ad videndum & cognoſcendum Creatorem noſtrum.

Altero vero noſtrûm de medio ſublato, tres illorum Sacerdotum ſingulas Miſſas pro defunctis ſingulis diebus celebrabunt pro ratione temporis, pro anima videlicet illius qui ante deceſſerit, & alii tres Miſſas ſuas de Spiritu Sancto, ſicut ratio temporis exegerit, ſingulis diebus cantabunt ut prædictum eſt. Cum vero uterque noſtrûm in fata conceſſerit omnes ſex Miſſas, ſex Sacerdotes ſingulis diebus pro animabus noſtris de Fidelibus pro ratione temporis celebrabunt. Prædictis vero Canonicis ad eorum ſuſtentationem liberè dedimus & conceſſimus in perpetuam eleëmoſynam, pratum totum quod jacet inter nemus de Waſſelau, & Lacquetam Fluvium; molendina quoque vivarii cum omnibus appenditiis, hoſpitibus, pratis quæ addita ſunt ad paſcendas aſinos, & terrâ Capidoſa, quæ ad uſum retinendam neceſſaria eſt ſalvo tamen jure hæreditatis illius cujus eſt fundus, poſt capellos exauſtos. Dedimus etiam prædictis Canonicis omnes anquillas de vivario exeuntes.

Prædictæ autem Præbendæ quotieſcumque vacaverint, non niſi Sacerdotibus dari poſſunt & Stationariis. Hac additâ conditione, quod quamdiu uterque noſtrûm vixerit, vel etiam alter tantum, donum illarum Præbendarum, in manu noſtra retinemus &, dabimus cuivis, dummodo ſit Sacerdos.

Cum autem contigerit poſt noſtrum deceſſum aliquam Præbendarum illarum vacare, Decanus & Capitulum idoneam perſonam ſtudebuot eligere; electam Præpoſito præſentabunt; Præpoſitus præſentatæ perſonæ Præbendam vacantem aſſignabit. Hæc autem omnia eâ libertate dedimus novis Canonicis poſſidenda, quâ ea poſſidemus & nos ipſi. Ut autem hoc factum noſtrum ratum permaneat & illibatum, hoc Scriptum extrui fecimus, & Sigillorum noſtrorum munimine, & ſubſcriptarum perſonarum teſtimonio confirmavimus.

Signum G. Brugenſis Præpoſiti, & Flandriæ Cancellarii,
Signum F. Abbatis de Clatomariſco,
Signum G. quondam Abbatis de Villario,
Signum B. de Ariâ,
Signum Q. Vulpis,
Signum B. de Aveſquèrque,
Signum Q. de Hasbrouque,
Actum anno M. C XC.

ARIA, vulgo *Aire*, Oppidum egregiè munitum Diœceſis olim Morinenſis, hinc Audomarenſis, olim Flandriæ nunc Artheſiæ Comitatui incorporatum. Eſt illic inſignis & antiqua Eccleſia Collegiata S. Petro Apoſtolo ſacra, in eâque XXXIX. Canonicatus & Præbendæ, ſed quædam ex his valde tenues. Dignitates ſunt Præpoſitura, Decanatus, Cantoria, Scholaſteria ac Theſaurariа. De origine hujus Capituli multa vide apud Miræum in Diplomatibus ac Notis; atque imprimis Pag. 1134 Chartam Philippi I. Francorum Regis, fundationem hujus Collegii Arienſis, à Balduino Inſulano Flandriæ Comite anno 1049 inchoatam, confirmantis anno 1075. Prima hæc Fundatio erat XIV Præbendarum.

Pag. 168 in Miræo, vide Chartam Philippi Alſatii Flandriæ & Veromanduæ Comitis, quâ XVI. alias Præbendas, præcedenti Fundationi adjecit anno 1169. Item pag. ſequenti Diploma ejuſdem Comitis, quo Donationem 300 menſurarum terræ, à Walthero Cortracenſi ad uſum ejuſdem Capituli emptarum, confirmavit anno 1172.

Porrò, ſicuti hoc Capite memoratur VI. novarum Præbendarum ab eodem Comite Philippo Fundatio, ſimul cum tribus aliis Præbendis, quarum una S. Venantii dicitur, erecta anno 1172 per Robertum Arienſem Præpoſitum, altera quæ Andrenſis dicitur, & tertia fundata à Domino de Franeé, Præpoſito, ſimul complent ſupradictum numerum Præbendarum.

Præpoſiti Arienſes.

Horum ſeriem habes in Chronico Belgico Ferreoli Locrii pag. 275, deductam uſque ad annum 1600; in qua ſerie quatuor S. R. E. Cardinales repetitæ, Petrum Textoris, Arnaldum Alberti, Joannem du Cros, & Innocentium Cibo; plu-

res item variarum Sediam Epiſcopos. Præpoſitorum ſubſequentium ſeriem à Canonicis Arienſibus mihi communicatam, hic adjungo.

I. *Joannes* alias *Jacquetus*, Clementiæ, Roberti Jeroſolymitani Artheſiæ Comitis Viduæ à ſacris Confeſſionibus, huic Collegio Præpoſitus datur circa ann. 1120.

II. *Willelmus*, anno 1142.

III. *Robertus*, patriâ Carnotenſis, cognomento *Arrivalt*, aliis *de Devia*, parentibus licet humilibus ortus, attamen ingenii doctrinæque præſtantiâ ſic excelluit, ut non ſolum hanc promeruerit dignitatem; quin & inſuper Præpoſituras Sti. Donatiani Brugis, S. Amati Duaci, B. M. V. Audomaropoli & S. Salvatoris Harlebaci. Dein electus eſt anno 1174 Epiſcopus Atrebatenſis, ac paulò poſt Cameracenſis, favente ſemper Philippo Alſatio Flandriæ Comite, cujus erat Cancellarius. Verum eodem anno, die 4 Octobris à Jacobo Dynalta Avenionenſi, infeſtiſſimo Philippi Comitis hoſte, Condati, nondum ſuſceptâ Conſecratione occiſus fuit.

IV. *Joannes*, prædicti Roberti ex Sorore Nepos, Avunculo ſucceſſit: floruit anno 1178.

V. *Willelmus de Lacques*, nobili genere exortus, vixit 1195.

VI. *Petrus de Chreſeka*, Roberti equeſtris Ordinis Viri, & Machtildis, Monaſterii S. Andreæ juxta Ariam Fundatorum filius Obiit in Terra ſancta circa annum 1218: unde cadaver ejus relatum, in dicto Sti. Andreæ Cœnobio tumulatum fuit.

VII. *Roberti de Meſſines*, Balduino Conſtantinopolitano Flandriæ Comiti in expeditione contra Albigenſes comes fuit Obiit an. 1238.

VIII. *Philippus Canſins*, familiaris Epiſcopi Morinenſis, ſucceſſit anno 1238.

IX. *Wilhelmus de Creequi*, illuſtri ſanguine progenitus floruit 1241.

X. *Joannes Aleran*, ex Canonico Præpoſitus, anno 1272 donavit Eccleſiæ ſuæ thecam argenteam cum Reliquiis Sti. Jacobi Apoſtoli, quas Philippus Alſatius Comes à Monachis Vedaſtinis quondam acceptas, ad Arienſes tranſtulerat.

XI. *Wilhelmus de Hanepbercha*, antea Theſaurarius.

XII. *Theodoricus de Heriſſonio*, Gallus, Borbonio oriundus, Roberti Artheſiæ Comitis ejuſque filiæ Machtildis Comitiſſæ Cancellarius, Carthuſiarum Gofnayenſium juxta Berthuniam Fundator, atque Epiſcopus Atrebatenſis. Obiit anno 1328.

XIII. *Petrus Textoris*, vulgo *le Teſſier*, ex Fano Sti. Antonini in Pago Ruthenenſi in Gallia oriundus, S. R. E. Cardinalis Presbyter creatus anno 1320 à Joanne XXII. Titulo Sti. Stephani in Cœlio monte, item S. R. E. Cancellarius, hanc quoque Præpoſituram poſſedit. Obiit Avenione anno 1330.

XIV. *Arnaldus Alberti*, Nepos Innocentii VI. Pont. oriundus de loco in Montibus prope Pompadorium Lemovicenſis Diœceſis, fuit primò Epiſcopus Agathenſis, deinde Carcaſſonenſis, ſimulque anno 1350 Præpoſitus Ste. Petri Arienſis. Poſtea fuit tranſlatus ad Archiepiſcopatum Auxitanum in Vaſconia anno 1355, fuitque S. R. E. Camerarius. Vivere deſiit 11 Junii 1371.

XV. *Willelmus de Oneevres*, anno 1357.

XVI *Joannes de Oratorio*, S. Th. Doctor, viâ permutationis hanc Præpoſituram adeptus eſt anno 1358.

XVII. *Joannes Varent*, antea Canonicus & Theſaurarius, nec non Canonicus ad S. Amatum Duaci, ſucceſſit anno 1362, deceſſit 1374.

XVIII. *Joannes du Cros*, J. U. D. Gregorii XI. Pont. conſanguineus, per annos 40 Epiſcopus Lemovicenſis, item ab anno 1371 S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Præneſtinus & S. R. E. Major Pœnitentiarius. Hanc quoque Præpoſituram adeptus eſt anno 1374, eamque tenuit uſque ad obitum 22. Novembris 1383.

XIX. *Joannes Carey*, ſucceſſit 1384.

XX. *Joannes Queret*, anno 1411.

XXI. *Petrus Millet*, Canonicus, ſucceſſit anno 1459.

XXII. *Simon de Luxemburgo*, illuſtriſſimo ſanguine ortus, Legum Doctor, Sedis Apoſtolicæ Protonotarius, Toparcha de Lieſtres &c. admiſſus eſt anno 1470 Præpoſitus Arienſis, cum eſſet antea Præpoſitus B. M. V. Audomarenſis, item Archidiaconus Flandriæ in Cathedrali Eccleſia Morinenſi. Obiit anno....

XXIII. *Guido Talbon*, anno 1482.

XXIV, *Joannes de Burgundia*, Philippi Boni Belgarum Principis filius naturalis, natus ex Maria Scupelins, poſtea nuptâ Hieronimo Van Vyve, fuit Præpoſitus trium Eccleſiarum, S Petri Aeriæ, B. M. Brugis, & B. M. Audomaropoli, item aliquamdiu Abbas Commendatarius Monaſterii Eechautani Brugis, Canonicus S. Donatiani Brugis, S. Gummari Liræ &c. Obiit 25 Januarii 1499 ſepultus in prædicta Audomarenſi Eccleſia.

XXV. *Hieronymus Buſleyden*, Arlunenſis Luxemburgus, J. U. Doctor, Franciſci Archiepiſcopi Biturini Frater, Canonicus B. M. V. Cameraci, Bruxellis S. Gudilæ, Mechliniæ S. Rumoldi, & S. Joannis Sylvæducis, nec non Eccleſiarum Sti. Petri Aeriæ & B. M. V. Brugis Præpoſitus, ſupremique Senatûs Belgici apud Mechlinienſes Conſiliarius ac Libellorum ſupplicum Magiſter. Vir doctus, facundus, & variis apud Julium II. Pont. apud Franciſcum I. Galliarum & Henricum VIII. Angliæ Reges Legationibus functus. Obiit Burdigalæ, dum à Carolo V. Imp. Belgarum Principe Legatus in Hiſpaniam mittitur, anno 1517 die 27 Auguſti, fundato priùs in Academia Lovanienſi celebri Collegio, quod Trilingue vel Buſlidianum nuncupatur.

XXVI. *Joannes Richlin*, à Capitulo electus anno 1517. ſequentes duos æmulos habuit, qui ejus electioni animoſe reluctabantur, hic Leonis X Papæ, ille Cæſareæ Majeſtatis auctoritatibus freti, qui viciſſim amoto Joanne præfuerunt.

XXVII. *Innocentius Cibo*, Januenſis, Leonis X. Pont. ex Sorore Nepos, ab eoque renunciatus anno 1515 ætatis ſuæ 22. S. R. E. Cardinalis Titulo SS. Coſmæ & Damiani, ac dein Stæ. Mariæ in Domnica, præfuit Archiepiſcopatibus Januenſi ac Taurinenſi in Italia; Meſſanenſi in Sicilia, & Stæ. Andreæ in Scotia: item Epiſcopatibus Maſſilienſi in Gallia, & Albintimilienſi, Alerienſi, Marianenſi, Tropeienſi ac Vulturarienſi in Italia. Fuit quoque S. R. E. Camerarius, & aliquamdiu poſſeſſor hujus Præpoſituræ Aerienſis. Obiit Romæ Idibus Aprilis 1550 ætat. 59.

XXVIII. *Euſtachius de Croy*, Henrici Comitis de Roeulx filius, hanc dignitatem agente Carolo V Cæſare obtinuit, eamque ſimul cum Præpoſitura B. M. V. Audomarenſis retinuit, etiam dum anno 1525 ad Atrebatenſem Cathedram fuiſſet ſublimatus. Obiit 3 Octobris 1538 ætatis 53.

XXIX. *Joannes de Renty*, Emberici Toparchæ filius, Protonotarius Apoſtolicus, atque Arienſis & Audomarenſis Eccleſiarum Canonicus, fu-

ceſſit anno 1538, paulò poſt vitâ functus.

XXX. *Euſtachius de Croy* fuit hujus Eccleſiæ, ac paulò pòſt Cathedralis Cameracenſis Præpoſitus. Dignitatem utramque anno 1555 dimiſit, factuſque Rhodiani Comitatûs & aliarum Ditionum hæres, uxorem duxit.

XXXI. *Maximilianus à Bergis*, Collegiatæ Eccleſiæ B. Gummari Lirænſis Decanus, Oratorii S. Cæſ. Majeſtatis Præfectus, ſuffectus eſt anno 1555, & poſt quadriennium renunciatus fuit primus Archiepiſcopus Cameracenſis, ubi obiit anno 1570.

XXXII. *Maximilianus Morillon*, Lovanienſis, J. U. L. Canonicus & Scholaſticus Atrebatenſis, Vicarius Generalis Antonii Cardinalis Granvellani primi Archiepiſcopi Mechlinienſis, ab eodem deſignatus primus Metropolitanæ Eccleſiæ Archidiaconus; fuit item Præpoſitus hujus Eccleſiæ Aerienſis nominatus etiam à Rege Catholico ad Præpoſituras Cathedralis Eccleſiæ Gandavenſis, & Colleg. B. M. V. Ultrajecti, ſed ſine effectu. Anno 1583 conſecratus eſt Epiſcopus Tornacenſis, obiitque anno 1586.

XXXIII. *Carolus Egmondanus*, filius infauſti Comitis Lamoraldi, dignitatem hanc anno 1588 die 4 Aprilis acceptam quadriennio tenuit; eâque abdicatâ tranſiit ad nuptias Mariæ de Lens Baroniſſæ d'Aubignies: fuit Eques Aurati Velleris, Provinciæ Namuranæ Præfectus &c. anno 1620 die 18 Junii in Haga Comitis extremum diem obiit.

XXXIV. *Hieronymus de France*, J. U. L. Cathedralis Atrebatenſis Canonicus, Hieronymi Senatûs Artheſiæ Præſidis Frater, donatus eſt eâ dignitate à Rege Catholico 24 Novembris 1592; mortuus eſt 10 Auguſti 1627.

XXXV. *Adrianus de Noyelles*, Bruxellenſis filius Florentii Comitis, qui fuit Alberto Belgarum Principi à Cubiculis, ac demùm ſupremus Hannoniæ Præfectus, Præpoſituræ hujus poſſeſſionem accepit 26 Maii 1629; eandemque, in favorem Fratris ſui *Balthaſaris* dimiſit Kalendis Octobris 1632 in manus Sereniſſimæ Iſabellæ Belgarum Principis. Ipſe vero Societatis Jeſu Inſtitutum amplexus eſt, uti & Frater ejus junior *Carolus*, qui demum ob præclara ſua merita ejuſdem Societatis Præpoſitus Generalis electus eſt Romæ anno 1682. mortuus ibidem anno 1686.

XXXVI. *Balthaſar Franciſcus de Noyelles*, hujus Præpoſituræ poſſeſſionem accepit 10 Septembris 1633. Reſignavit vitâ permutationis in favorem ſequentis 15 Octobris 1653.

XXXVII. *Carolus Philippus de Noyelles*, Cognatus præcedentis, obtentâ Romæ collatione Præpoſituræ in poſſeſſionem miſſus eſt 20 Junii 1656; poſtmodum eam dimiſit in manus Regias anno 1670, atque ad ſtatum ſæcularem & ad nuptias tranſiit.

XXXVIII. *Chriſtophorus de Beaufort*, Cathedralis Eccleſiæ Audomarenſis Canonicus & Cantor, vigore Proviſionis Regiæ poſſeſſionem accepit 20 Auguſti 1670. Obiit 10 Novembris 1676.

XXXIX. *Ludovicus de Walcour*, Cathedralis Eccleſiæ Atrebatenſis Canonicus, poſſeſſionem adeptus 2 Junii 1677, deceſſit 9 Februarii 1695.

XL. *Franciſcus du Chateau de la Barre*, Abbas S. Severi de Ruſſitano Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Tarbienſi, in poſſeſſionem miſſus 3 Auguſti 1695, obiit 3 Aprilis 1712.

XLI. *Joannes Carolus de Cupere*, Paſtor Eccleſiæ Parochialis Sti. Ægidii Brugis, favore Statuum Fœderatorum Belgii, qui Urbem Aerienſem vi armorum à Gallis interceperant, ad hanc Præpoſituram nominatus fuit; imo & ad Epiſcopatum Iprenſem; ſed neutrum obtinuit.

XLII. *Nicolaus de Monchy*, Gallus, Cathedralis Eccleſiæ Bolonienſis Canonicus, & Illuſtriſſ. D. Martini de Ratabon Iprenſis Epiſcopi Vicarius Generalis, ad Præpoſituram Urbis Aerienſis, quam Ludovicus XIV. Galliæ Rex armis receperat, ab eodem Rege nominatus, poſſeſſionem adiit 25 Octobris 1713.

CAPUT LXXIII.

Robertus V. de Bethunia Artheſiæ Comes benefacit circa ann. 1190 *Prioratui S. Præjecti juxta Bethuniam, qui nunc dependet ab Abbatia S. Bertini Ordinis S. Benedicti Audomaropoli.*

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

NOverint præſentes & futuri, quod Ego (1) Robertus de Bethunia Atrebatenſis Advocatus dedi & conceſſi Eccleſiæ ſancti Prejecti (2) de Bethunia ad celebrandum anniverſarium Patris mei viginti ſolidos in perpetuam eleëmoſynam ſingulis annis eidem Eccleſiæ perſolvendos. Hos autem Prior Sti. Prejecti de theloneo meo de Bethunia feriâ ſecundâ ante diem anniverſarii annuatim recipiet; ut de iſtis viginti ſolidis in die prædicti anniverſarii fiat oblatio candelarum & denariorum ſicut opportunum fuerit, niſi Dominus Caſtri aſſuerit & gratis oblationem dederit. Et de reſidoo viginti ſolidorum fiat Monachis ibidem degentibus procuratio. Et ut hæc eleemoſyna in poſterum firma habeatur, Sigilli Auctoritate & filiorum meorum Roberti, Willelmi, Balduini, Johannis, Cononis cooceſſione eam corroboravimus.

Actum..... *deſi data.*

(1) ROBERTUS V Dominus Bethuniæ, nec non Advocatus Atrebatenſis, una cum Philippo Alſatio Flandrorum Comite Cruce ſignatus ad recuperationem Terræ Sanctæ, ibidem anno 1191 in obſidione Ptolemaidis peſtilentiâ abſumptus fuit; unà cum 50 aliis Ducibus, Comitibus, ac Epiſcopis Belgii noſtri; teſte Meyero in Annalibus Flandriæ ad hunc annum.

(2) S. PRÆJECTI Prioratus juxta Bethuniam, vulgò *S. Prix*. Plura de eo dicta ſunt apud Miræum Tomo II. Diplom. Belgic. pag. 1313.

CA-

CAPUT LXXIV.

Wilhelmus, S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus Remenſis, decernit jura Cancellariæ in Eccleſia Cathedrali Tornacenſi, anno 1197.

Ex Archivis Capituli Cathedralis Tornacenſis.

WIllelmus Dei gratiâ Remenſis Archiepiſcopus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Tit. S. Sabinæ Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, omnibus ad quos Litteræ iſtæ pervenerint in Domino ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum inter Venerabilem Fratrem noſtrum Stephanum Epiſcopum Tornacenſem & dilectum filium noſtrum Magiſtrum Giſellinum d'Eſtornai ſuper Cancellaria Tornacenſi quæſtio verteretur, & eadem controverſia longâ ſoret expectatione pertracta, ac moroſius diſceptata, Magiſtro G. Cancellariam illam ioſtantiùs ab Epiſcopo repetente; tandem Nobis mediantibus, Epiſcopus, Magiſtrum G. de Cancellariâ eâdem publicè & ſolempniter inveſtivit, & ab eo homagii fidelitate receptâ ei omnia ad officium Cancellariæ ſpectantia, quamdiu idem G. vixerit, poſſidenda pacificè & quietè conceſſit; oblationes videlicet univerſas, quæ ad Epiſcopi manum ipſo celebrante divina deveniunt, & decem ſolidos Flandrenſis monetæ in ſingulis Dedicationibus, item denarios omnes & quidquid pro ipſius Epiſcopi Litteris obtinendis fuerit perſolutum.

Sane cum de Equitaturis, quos ſolus Cancellarius habere deberet, revocaretur in dubium & diverſi in parte iſta diverſa ſentirent, viâ mediâ incedentes, ſtatuimus, Magiſtrum G. Cancellarium tribus dicertionibus cum duobus ſervientibus & uno gartione eſſe debere contentum; & ea ipſum in domo Epiſcopi, ad ſumptus ipſius Epiſcopi, liberè & abſolute, quotieſcumque, idem G. voluerit, habiturum; addentes quod in conſiliis & in menſa Epiſcopi prioris loci dignitatem Cancellarius obtinebit.

Ad hæc, cum Nobis ab Apoſtolica Sede fuerit injunctum, ut de Controverſia quæ inter ſæpefatum G. & Laurentium Clericum ſuper Præbenda cum Magiſterio Scholarum ſanctæ Mariæ in Brugis agebatur appellatione remotâ cognoſcere deberemus, illius querelæ nos præbuimus Cognitores & partium allegationibus intellectis, uſi prudentium virorum conſilio, Magiſtrum G. ab impetitione Laurentii duximus abſolvendum, ipſi Laurentio Auctoritate Apoſtolicâ perpetuum in hâc parte ſilentium imponentes. Ut igitur acta ſolempniter rata permaneant & inconvulſa, præſentis Scripti patrocinio communimus.

Actum anno Dominicæ Incarnationis M. C. XC. ſeptimo.

Datum per manum Matthei Cancellarii noſtri.

WDei gratiâ Remenſis Archiepiſcopus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Tituli S. Sabinæ Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, omnibus ad quos Litteræ ipſæ pervenerint in Domino ſalutem.

Noverit univerſitas Veſtra, quod Mandatum Apoſtolicum recepimus, ſub hac forma, quod fi de jure Magiſtri Giſelini Canonici Tornacenſis per Privilegium Venerabilis Fratris noſtri Everardi bonæ memoriæ quondam Tornacenſis Epiſcopi, vel alio quolibet modo certificaremur; ipſi Cancellariam Tornacenſem reſtitueremus, appellatione remotâ, & in irritum revocaremus quidquid de Magiſtro H. Soneginſi, in prædicti G. præjudicium & ipſo reclamante factum eſſe noſceremus.

Inſpeximus autem diligenter & legimus Privilegium prædicti Everardi Epiſcopi, in quo continebatur: quod idem Epiſcopus Magiſtro G. de Mandato & Auctoritate felicis memoriæ Papæ Clementis contulerat Cancellariam, in ea integritate & libertate, quâ eam Letbertus primus Tornacenſis Cancellarius habuerat, quamdiu viveret poſſidendam; & audivimus ipſum quando licuit & oportuit reclamare.

Ideoque per Privilegium inſtructi, & ex auditis certificati, ſæpedicto Giſelino Cancellariam in integritate debita Auctoritate Apoſtolica reſtituimus: quod de Magiſtro H. factum fuerat in ejus præjudicium & ipſo reclamante in irritum revocantes.

In cujus rei teſtimonium, præſentem Paginam ſcribi & Sigillo noſtro feeimus communiri.

Datum per manum Mathei Cancellarii noſtri.

CAPUT LXXV.

Theodoricus VII. Hollandiæ Comes, confirmat & auget Fundationes ab Progenitoribus ſuis factas pro Abbatia de Reinsburg, Nobilium Virginum Benedictinarum apud Leydam in Hollandia, anno 1199.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris quam præſentibus, quod Ego Theodoricus Dei gratiâ Comes Hollandiæ, & Aleidis Comitiſſa, Donaria, quæ Venerabilis Petronella Comitiſſa Hollandiæ, & Theodoricus, filius ejus, Eccleſiæ Beatæ Virginis Mariæ in Reinsburch in perpetuum habenda contulerant, confirmamus atque contra omnem poſterorum noſtrorum contradictionem, Sigilli noſtri impreſſione munivimus; quorum hæc eſt deſcriptio.

Ipſam villam Reinsburch, & quicquid ſui juris in ea fuerat. In Villa quæ dicitur (1) *Nortghe* novem prædia & dimidium, ſimiliter cûm omni jure; excepto quod ſuper hæc manentes quintam partem petitionis Comitis in *Nortghe* debent ſolvere.

In terra quadam, que dicitur *Lede*, ſex manſos, id eſt *Hoven*, & tres manſos (2) in *Delf* eo jure, ut miniſteriales Comitis in his manentes petitiones Comitis ſolvant. Liberi vero ſuper hujuſmodi tantummodo Eccleſiæ reſpondeant.

Præterea totam terram & juriſdictionem de (3) *Alſmer*, & quicquid in ea ſui Juris fuerat; nec non & totam ejuſdem terræ Decimam præfatæ Eccleſiæ in perpetuum habendam contulerant.

Ego vero Theodoricus Comes, Adæ Comitiſſæ filius, cum Aleide Comitiſſa Uxore mea, pro animarum noſtrarum, remedio utilitati Eccleſiæ in Reinburch providere volens, in concambium & recompenſationem Terræ & Juriſdictionis de *Alſmer*, Terram (4) in *Walacria*, quæ noſtra propria erat, ſcilicet ducentas & quinque menſuras prædictæ Eccleſiæ immutabiliter contuli, quam ab omni Comitis petitione ac circummanentium infeſtatione denuntio, & Sigilli noſtri impreſſione confirmo in perpetuum.

Eximii hujus rei Teſtes ſunt,
Ada Comitiſſa.
Filius ejus Florentius.
Hugo de Vorne.
Nicholaus de Harlem.
Arnoldus Dapifer.
Frater ejus Heinricus.
Theodoricus.
Bertholdus.
Bartholomeus de Vorne.
Florentius Pincerna.
Willelmus de Egmunda.
Giſlerus de Kerkwerf.
Thidericus Neveke.

Acta ſunt hæc anno Incarnationis Dominice milleſimo centeſimo nonageſimo nono, regnante Heinrico Romanorum Imperatore & Rege Siciliæ, præſulante Theodorico Trajectenſe Epiſcopo.

Authographum Diplomatis hujus, quod omnium eorum quę à Comitibus Hollandiæ nunc extant antiquiſſimum eſſe creditur, ad nos pervênit à Nobili Viro D. Cornelio ab Alckemade, Roterodamienſi. Habet annexum Sigillum cerę rubcæ impreſſum; appendentibus funiculis rubeis, repręſentans Comitem equitem, dexterâ gladium, ſiniſtrâ ſcutum triangulare geſtantem. Circumſcriptio hæc eſt. *Theodoricus Dei gratiâ Hollandenſium Comes.*

Extant etiam duo Diplomata in favorem ejuſdem Abbatiæ Reinsburgenſis apud Miræum pag. 843: ubi vide Notas oppoſitas.

(1) NORTGE, forte Noortwyck, ubi varia prædia obtinuiſſe noſcitur hęc Abbatia.

(2) DELF, hodie una è primariis Hollandię Civitatibus.

(3) ALSMEER, pagus elegans prope Delphos.

(4) WALACHRIA, primaria Comitatûs Zelandię Inſula, in qua Metropolis Middelburgum,

CAPUT LXXVI.

Origo Abbatiæ Baudeloenſis Religioſorum Ciſtercienſium, olim in Waſia, nunc Gandavi, authore Balduino de Bocla, fundatore Balduino Flandriæ & Hannoniæ Comite, anno 1200. Dotem augent Razo de Gavera anno 1205, ac dein Margareta Comitiſſa Flandriæ, prædicti Comitis filia.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulenſis.

QUoniam vita hominis brevis, & id quod vitæ homiois agitur, niſi ſcripto commendetur, de facili in oblivione venit;

Idcirco Ego Balduinus Flandriæ & Haynoniæ Comes, præſentis Scripti Paginâ notum facio tam præſentibus quam futuris, quod ſolo pietatis intuitu, in ſpe retributionis æternæ Domioo Balduino Monacho viro Religioſo & ejus ſequentibus triginta bonaria terræ arabilis & fructiferæ in Bodelo cum prato eidem terræ appendenti, nec non locum molendini, qui vocatur Coudemborne, cum ſcluſa, & morum etiam prænotatæ terræ adjacentem conceſſi.

Ab exactione etiam Decimarum prædictæ terræ præfatum Balduinum & ejus Succeſſores liberos eſſe omnino decerno. Indignum enim eſſet, & Sanctorum Patrum Canonibus abſonum, ut Vir Dei de terra quam coleret ſumptibus & manibus, in aliquam decimarum ſolutionem moleſtaretur.

Io prædicto vero loco, videlicet in Bodelo, ſecundum jura Eccleſiæ, tamquam Fundator, tamquam conſtructor, tamquam dotator, Jus patronatûs michi retineo.

Ut hæc ergo mea Donatio &c.

Actum anoo Domini M. CC. Menſe Julio, die octavo Kalendas Auguſti, in Capella ſanctæ Pharaildis Gandenſis.

Teſtes &c.

ALTERUM DIPLOMA.

RAſſo de Gavera omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, in Domino ſalutem.

Notum ſit univerſitati veſtræ, quod ego ſolâ ſpe retributionis æternæ invitatus, acceſſi ad Dominum Balduinum Monachum in Boudelo, & * Waſtinam ejus à Domino Balduino Comite ſibi collatam perquiravi, terminavi, & omnia quæ ad loci ipſius libertatem pertinent, cum Officialibus meis legitimè ac ſollempniter peregi.

* Id eſt terra inculta.

Erat Vice-Comes Gandenſis.

Conceſſi etiam ex parte Domioi Comitis & de jure Offici mei, ut quidquid Fratres ibidem Deo ſervientes ad utilitatem & commodum ſuum io collateralibus ſuæ terræ, videlicet moro, prato & mariſco elaborando, dilatare & adaugere poterunt uſque ad legitimos terminos, ſcilicet uſque ad mori medium & majorem Ledam, liberam poteſtatem habeant & inperpetuum pacifice poſſideant. Canalis dictus Leda.

Ut autem hæc actio mea &c.

Actum anno Domini M. CC. quinto, Menſe Julio, XI. Kalendas Auguſti.

III. DIPLOMA.

MArghareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem io Domino ſempiternam.

Dignum eſt, ut qui non ſolum ſua, ſed etiam ſemetipſos ſalubriter abnegantes, carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigunt &c.

Nos igitur Virorum Religioſorum Abbatis & Conventûs de Boudelo, Ciſtercienſis Ordinis paci & quieti volentes modis omnibus providere, & ipſos ab exterioribus perturbationibus defendere: perſonas ipſorum ac Monaſterium, cum oniverſis poſſeſſionibus ad ipſum pertineotibus, ſub ooſtra protectione ſuſcipimus; Auctoritate præſentium confirmantes eiſdem locum ipſum, in quo præfa-Monaſterium ſitum, cum terris, pratis & moro & fundo mori, ſeu adjacentibus.

Quæ omnia ab illuſtri Patre noſtro felicis memoriæ Balduino quondam Imperatore Conſtantinopolitano Flandriæ & Haynoniæ Comite, tamquam à dicti loci Fundatore, ſupradictis Viris Religioſis in puram elemoſynam ſunt collata & ſub certis terminis diſtincta; prout in Litteris Nobilis Viri Domini Raſſonis, qnondam Domini de Gavera, ſuper hoc confectis plenius continetur.

Sunt autem termini hii ſive metæ; ex parte occidentis, locus qui dicitur Coudenborne; ex parte orientis nova Waſtina ſexaginta bonariorum, quæ data fuerunt dicto Monaſterio à Kariſſima Sorore noſtrâ Johannâ bonæ memoriæ, quondam Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, & Marito ipſius Thomâ; nomine reſtitutioois pro portione cujuſdam piſcarii in dorma juxta Waſmonſter.

Ex parte auſtrali, terminus eſt aqueductus qui vulgariter dicitur Leda.

Ex parte aquilonis terminus eſt medium mori.

Item confirmamus eiſdem prædicta ſexaginta bonaria Waſtine jacentia &c. *Reliquum deeſt.*

CAPUT LXXVII.

Stephanus Tornacenſis Epiſcopus exponit circa annum 1200 miſerabilem ſtatum Prioratûs de Bredene, inter Brugas & Oſtendam, qui quondam dependebat ab Abbatia Benedictinorum S. Richarii in Pontivio, Diœceſis Ambianenſis.

Ceſſimus ad Eccleſiam de Bredanai, cauſâ noſtræ Synodi celebrandæ; & occurrit primâ facie grande miraculum nobis, triſte ſpectaculum noſtris, ridiculum alienis.

Didicimus à vicinis, quòd in Eccleſia ſolebat Monaſticus Ordo ſub duodenario Fratrum numero conventualiter obſervari: divinum celebrari regulariter Officium: pauperes alimoniam, peregrini hoſpitium, ſolatium infirmi reportabant. Et ecce in contrarium verſa ſunt omnia, diruta ſunt ædificia, ſilent Officia divina, dum non ſit ibi vel unus Monachus qui celebret ea.

Redactus eſt locus in ſolitudinem, factus ſicut umbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario: poſſeſſiones amplæ, & decimæ uberes, quibus alebantur Monachi, partim diſtractæ ſunt, ſub hypotheca dominio premuntur alieno. Veruntamen Presbytero commiſſa eſt illa miſera & ancillata Eccleſia, cum ibi deberet Prior eſſe, & aliis Monachis præeſſe.

Plangunt & dolent Parochiani, de quorum donis & Prædeceſſorum oblationibus Eccleſia illa dotata; plangunt & clamant in auribus Domini Sabaoth, & ultionem à Deo, & correctionem à vobis in ſuſpiriis & ſingultibus & expetunt & expectant.

Hæc attendentes, & tacti dolore cordis intrinſecus, conſilio prudentium virorum qui nobiſcum aderant, ad correptionem & correctionem zelo domûs Dei comedente nos accingimur; ſub interdicto coeludentes illam deſolatam & lachrymabilem Eccleſiam, & prohibentes ne divina ibi celebrentur officia, & ne Parochiales proventus reddant; quouſque conſuetus Monachorum numerus deducatur ad locum, & Prior ibi inſtituatur, qui aliis præeſſe debeat & prodeſſe.

Veruntamen ad preces W. Presbyteri & virorum qui nobiſcum aderant, ſententiam datam uſque ad Octavas Epiphaniæ ſuſpendimus & diſtulimus obſervari.....

Extat hęc Epiſtola Stephani Tornacenſis Epiſcopi, ævo ſuo doctiſſimi Præſulis, ordine 200, inter eas Epiſtolas, quas edidit R. P. Claudius du Moulinet Canonicus S. Genovevę Pariſiis.

Scripta autem fuit ad Archiepiſcopum Remenſem Metropolitanum, ut Abbatem S. Richarii in Pontivio, (quę potens eſt Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Ambianenſi) compellat authoritate ſuâ, ut Monachos mittat in hunc Prioratum de Bredene, qui divina ibidem celebrent officia

Porro *Bredene*, pagus eſt Diœceſis Brugenſis juxta maris littora, primo ab Oſtenda lapide. Eccleſia S. Richario Abbati ſacra eſt, ibique extitit uſque ad tumultus Belgicos ſeculi XVI Cella ſeu Prioratus Benedictinorum à præfata Abbatia dependens; cujus Abbas in hodiernum uſque diem ibidem potitur Jure Patronatûs & decimis. Quin & à Monachis Bredenenſis Cellę originem ſumpſit Abbatia Thoſana, ut videre eſt apud Miræum Tomo II. Diplom. pag. 1318 & ſequenti.

CAPUT LXXVIII.

Epiſtola Capituli S. Martini Turonenſis in Gallia, ad Capitulum Leodienſe S. Martini, quâ renovat anno 1200 inter utramque Eccleſiam Fraternitatem, mittitque ei juncturam digiti S. Brixii, & de Sepulchro S. Martini.

Theobaldus Decanus, Petrus Theſaurarius totumque Capitulum Eccleſiæ B. Martini Turonenſis, dilectis in Chriſto Fratribus Lamberto Præpoſito, Ewardo Decano, totique Capitulo beati Martini in Leodio, ſalutem & fraternæ caritatis vinculum indiſſolubile

Accedentes ad Eccleſiam noſtram Ewardus Decanus & Henricus Cantor, cum quibuſdam aliis Eccleſiæ veſtræ Canonicis, prudenter & eleganter nobis propoſuerunt antiquam utriuſque Eccleſiæ Fraternitatem, à tempore Eurachii quondam Leodienſis Epiſcopi, ab incurabili morbo, qui *lupus* dicitur, per gratiam Dei ob merita B. Martini in Eccleſia noſtra Turonenſi ſanati, & tunc in Canonicum recepti, adſtrictam fuiſſe & confirmatam.

Fuit

Fuit etiam à Deo & B. Martino ordinatum, ut omnes Successores prædicti Episcopi, noſtri eſſent in perpetuum Canonici. Prædictus vero Episcopus beneficii à Deo per merita ſibi collati non immemor, Baſilicam in honore ejuſdem Confeſſoris in urbe Leodienſi conſtruxit, quam dotavit nobiliter & ditavit, & Canonicos triginta noſtri Ordinis ad ſerviendum Deo & beato Martino in eadem Eccleſia collocavit. Poſtmodum per revelationem Dei & beati Martini ab Eccleſia noſtra petiit, quod Fraternitas inter utramque Eccleſiam fieret indiſſolubilis, quæ per Dei miſericordiam uſque in præſens viguit. Quam gloriosam Fraternitatem, timentes ne per negligentiam diſſolveretur, petierunt innovari; adjicientes quod ſingulis annis in feſto beatæ Barbaræ virginis fieret memoria generalis pro Fratribus veſtris defunctis in Eccleſia noſtra, & pro noſtris in veſtra.

Sane ſi Fratres veſtri ad Eccleſiam noſtram aliquando cauſâ viſitationis cum teſtimonio litterarum veſtrarum accederent, reciperentur in choro noſtro, & Præbendam quotidianam acciperent.

Quod ſi Fratres noſtros ad Eccleſiam veſtram cum teſtimonio litterarum noſtrarum contingeret accedere, honorabiliter reciperentur, & in choro veſtro, ſicut hactenus obſervatum eſt, locum ſupremum obtinerent.

Additum etiam fuit, quod de ſeptennio in ſeptennium noſtram Eccleſiam viſitarent. Poſtulaverunt etiam de Reliquiis egregii Confeſſoris veſtræ Eccleſiæ concedi.

Sed quoniam de corpore ejus nihil unquam exceptum fuit, in memoriam mutuæ caritatis, Eccleſiæ veſtræ juncturam digiti Beati Briccii Confeſſoris, Succeſſoris beati Martini, & de ſepulchro beati Martini vobis tranſmiſimus, & omnia prout poſtulata ſunt, ad Dei laudem & honorem beati Martini conceſſimus, & Sigilli noſtri munimine fecimus roborari. Nota de Reliquiis S. Martini.

Actum anno Domini M. CC.

(1) EURACHIUS, aliàs *Eraclius*, Sæculo X. Leodienſem rexit Eccleſiam. Annales Leodienſes memorant eum è Ducibus Saxoniæ oriundum, atque ante Epiſcopatum Præpoſitum Bonnenſem. Hic fuit fundator Eccleſiæ Collegiatæ S. Martini Leodii, quod eſt inſigne XXX. Canonicorum Collegium, cum Præpoſito, Decano &c. ab antiquo (ut ex hoc patet Diplomate) amicâ Confraternitate unitum Capitulo S. Martini Turonenſi.

Charta Fundationis hujus Capituli anno 963 per Eraclium Epiſcopum, exhibetur apud Miræum pag. 653. Item ſupplementum ejuſdem fundationis, eodem anno 963 per Capitulum Cathedrale S. Lamberti, extat pag. 294 hujus novæ Collectionis.

Quomodo autem olim ad S. Martini tumulum miraculoſe ſanatus fuerit Eraclius Epiſcopus, vide Herbernum Monachum, authorem Miraculorum S. Martini Turonenſis Epiſcopi. Extat in Miſcellaneis Baluzii Tomo VII. pag. 169.

CAPUT LXXIX.

Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes donat Eccleſiæ Collegiatæ Stæ. Waldetrudis Montibus Hannoniæ plures ſervos & ancillas; ſub onere Anniverſarii, anno 1201.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis

BAlduinus Flandrenſis & Haynonienſis Comes, univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris in perpetuum.

Cum ad ſuccurrendum Terræ promiſſionis Cruce Domini ſignati iter arripere peregrinationis propoſuiſſemus, conceſſi liberaliter Montenſi Eccleſiæ ſanctæ Waldetrudis & legitimâ ſanctione confirmavi ad perpetuam memoriam & inviolabilem conſervationem, ut omnes ſervi & ancillæ ejuſdem Eccleſiæ in eâdem lege & conditione tam in vita quam in morte permaneant, abſque ulla calumpnia & detrimento, quâ fuerunt temporibus Patris mei Balduini Comitis Haynonienſis, & aliorum Prædeceſſorum meorum tam Haynonienſium, quam Flandrenſium Comitum

Ita quidem, quod ſi ſuper lege & conditione alicujus ſervi vel ancillæ ejuſdem Eccleſiæ orta fuerit quantumcumque impoſterum cauſa vel diſſentio in illius vita, vel morte inter me vel Procuratores meos qui * Bajuli dicuntur, & ipſam Eccleſiam, ſeu inter Succeſſores meos aut eorum Bajulos, & Eccleſiam, cujus legis aut conditionis eſſe debeat; viri veridici exinde ſtatuantur communi electione Eccleſiæ, & mei aut Succeſſorum meorum vel bajulorum, in quorum bajulatione cauſa fuerit mota, & per illorum ſanam veritatem inquiſitam ipſe ſervus vel ancilla tractetur & in debita lege & ſolita conditione conſervetur. * Vulgo Bailli.

Ejuſdem autem Eccleſiæ Cuſtos Gillebertus Præpoſitus ſancti Germani fidelis meus, de mera liberalitate & gratiâ viginti quinque ſolidos denariorum quos à me annuatim in Natali Domini habebat, de conſu ad Cuſtodiam Montenſis Eccleſiæ pertinente pro Villa Engiis, in proprietatem & communitatem ipſius Eccleſiæ per manum meam reſignavit.

De quibus medietas in Anniverſarium meum & medietas in Anniverſarium dilectæ conjugis meæ Mariæ Flandrenſis & Haynonienſis Comitiſſæ perpetuo diſtribuatur in Præbendas Eccleſiæ. Aſſignavit quoque Eccleſiæ idem Gillebertus Cuſtos unum modium ſegetis annuatim in ſua parte decimæ de Eingiis per Eccleſiam percipiendum & in panem convertendum, & die cujuſque anniverſarii medietatem paupedribus eroganum.

Dum autem vixerimus, denarii illi & ſeges modo quo prædictum eſt diſtribuentur in Præbendas & pauperes die feſto aſſumptionis B. Mariæ Ut autem hec omnia tam à me quam à Succeſſoribus meis & ab Eccleſia ſanctæ Waldetrudis rata habeantur & illibata obſerventur, Scripto ſigilloque meo cum Sigillo beatæ Waldetrudis ea roborari decrevi. Cujus equidem Scripti partem Sigillo meo confirmatam Montenſi Eccleſiæ habendam conceſſi. Aliam vero Scripti partem Sigillo ſanctæ Waldetrudis ſignatam, michi meiſque Succeſſoribus reſervavi. Teſtes

Philippus germanus meus, Marchio Namurcenſis,
Willermus Patruus meus,
Raſſo de Gavera,
Ægidius de Traſiniis,
Renerus de Trit.
Gillenus Caſtellanus Bellimontis,
Oſto de Arbro,
Renerus Piocerna Montenſis, & quamplures alii.

Actum Montibus in Theſauraria ſanctæ Waldetrudis, anno Verbi Incarnati M. CC. primo.

CAPUT LXXX.

Guido, Epiſcopus Præneſtinus, S. R. E. Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Eccleſiam, Cellam, & Prioratum S. Nicolai in Glano Leodii confirmat anno 1203; qui Prioratus ab Abbatia S. Laurentii Ord. S. Ben. Leodii dependet.

GUido miſeratione divinâ Preneſtinus Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, univerſis Chriſti Fidelibus ad quos Litteræ præſentes pervenerint ſalutem in vero ſalutari.

Cum ex officio ſollicitudinis noſtræ pro poſſe noſtro promotioni Eccleſiarum debeamus adeſſe, & juſtis poſtulationibus petentium nos benignos exhibere, ad petitionem & inſtantiam Eccleſiæ Leodienſis, multorum bonoſtorum virorum uſi conſilio, cum dilecto filio Balduino magoo Cruce-ſignato duximus miſericorditer agendom, & ejus votum quod minus commode adimplere potuit, propter plurima impedimenta & corporis ſui incommoditates concomitantes, eum abſolvere à voto quod fecerat ad terram Hieroſolymitanam in aſſumtione Crucis decrevimus. Ita quod quidquid poſſidebat extra Civitatem Leodienſem, nominatim ſexaginta bonnaria terræ, vel plura in *Ant*, in *Belozeies*, in *Montegneies* jacentia Eccleſiæ beati Nicolai in Glano, quæ prius paupercula exiterat, ad relevandam eam & ſuſtentandos Monachos in ea Deo ſervientes erogavit, & plura quæ eſt in poſterum habiturus.

Quod quidem fecimus, ut ita prædictæ pauperculæ Eccleſiæ per ipſum Balduinum ſubveniretur, & Deo honeſte ibi ſerviretur. Id-circo univerſitati veſtræ mandamus, ut præfatum Balduioum ſuper hoc totum liberum & abſolutum habeatis, inhibentes diſtrictiùs Auctoritate Legationis quâ fungimur, ne quis eum ſuper hoc in poſterum moleſtare præſumat.

Et ut acta noſtra rata & ſtabilia permaneant, ipſi Balduino hanc Paginam ſigillo noſtro roboratam in teſtimonium duximus concedendam.

Datum Leodii anno Incarnationis Domini M. CC. III. VIII. Idus Decembris in die S. Nicolai.

Accedit in Collectione Veterum Monumentorum per PP. Benedictinos S. Mauri Tomo II. pag. 1181 & ſeqt. Diploma Confirmationis Capituli Cathedralis Leodienſis, & Acceptationis reciprocæ Abbatis & Monachorum S. Laurentii, anno 1203, ſuper prædicto Prioratu S. Nicolai in Glano.

CAPUT LXXXI.

Radulphus Atrebatenſis Epiſcopus anno 1204 confirmat fundationem Abbatiæ de Braëlla ſive de Alneto, Virginum Ordinis Ciſtercienſis in Artheſia ac Diœceſi Atrebatenſi, authore Michaele de Harnes Flandriæ Conſtabulario. Quas dein tranſtulit anno 1262 Petrus Atrebatenſis Epiſcopus.

Vide Miræi Diplomata pag. 557.

RAdulphus divinâ permiſſione Eccleſiæ Atrebatenſis electus, univerſis &c. Litteras Viri Nobilis M. de Harnis inſpeximus, quarum continentiam his noſtris Litteris duximus inſerendam.

Reverendo in Chriſto Patri ac Domino in Chriſto cariſſimo R. Dei gratiâ Atrebatenſi electo, M. de Harnia ſalutem & debitam reverentiam.

Sciat Reverentiſſima mihi Paternitas veſtra inter cariſſimam mihi matrem meam & Presbyterum de Alneto conveniſſe, quod Presbyter de Alnero pro recompenſatione locelli ubi conſtituitur Domus Religioſa de Braëlla, quotannis habebit ex redditibus noſtris duos mencaldos frumenti & totidem avenæ & dimidiam mencaldatam terræ, ipſaque domus omnino in perpetuum exempta erit à ſubjectione Presbyteri de Alneto.

Adjunctum quoque eſt, quod licet alienis chriſtianitatis officium ab eâdem domo exhibeatur, Parochianis tamen de Alneto non exhibebitur, ſed nec ibidem ad Religionem poterunt tranſmigrare. Ego quoque conventionem illam habeo gratam pariter & acceptam.

Nolentes igitur ut quod bonum geſtum eſt, tractu temporis in contentionem relabatur, quidquid in ipſis Litteris continetur, ſalvo jure noſtro laudamus, approbamus, & Sigilli noſtri caractere roboramus.

Datum anno Domini M. CC. IV. Menſe Octobri.

Tranſlatio Abbatiæ.

PEtrus miſeratione divinâ humilis Atrebatenſis Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras viſuris ſalutem in Domino.

Cum dilectæ in Chriſto pauperes Moniales de Braëlla Ciſtercienſis Ordinis noſtræ Diœceſis, quarum Eccleſia diruta nuper eſt & everſa, earumque dormitorium terribilem minatur ruinam, gravia plurimum & dampnoſa in his & aliis defectibus incommoda ſuſtinentes, ac ſe, ſuam Eccleſiam ſuaque ædificia de ipſarum Viſitatoris aſſenſu ac aliorum proborum ac prudentium conſilio, ad alium locum ſuum proprium, juxta earum grangiam de Markeſe in Parochia de Bouvignies noſtræ Diœceſis, ut ibidem Deo valeant commodius famulari, intrare & transferre volentes, nobis humiliter ſupplicarent, ut eiſdem vellemus concedere licentiam hæc agendi; Nos ipſarum ſupplicationi & precibus ob earum neceſſitatem urgentem & utilitatem evidentem, intuitu pietatis inclinati, eiſdem licentiam concedimus ſe & ſua taliter tranferendi in his, noſtro & omni alieno jure ſalvo.

Datum anno Domini M. CC. LXII. Menſe Februarii, Sab. ante feſtum B. Petri ad Cathedram.

CAPUT LXXXII.

Bertrandus Metenſis Epiſcopus declarat ſubjectionem Haſterienſis Monaſterii erga Abbatem Walciodorenſem Ord. S. Bened. in Namurceſio, anno 1205, ſimulque falſitatem Bullæ Clementis III. Papæ, ab Haſterienſibus productæ; vi cujus novum Abbatem ſibi eligere moliebantur.

Ex Archivis Abbatiæ Walciodor.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quorum notitiam hoc ſcriptum pervenerit, Bertrannus divinâ miſeratione Mettenſis Epiſcopus, veritatis acceptare teſtimonium.

Tempora quidem mala ſunt, & ita temporibus fragilitas humana conformatur, quod etiam Religioſæ perſonæ rebus propriis non contentæ, jura plerumque vendicant aliena, & retro reſpicientes ab aratro, ad ea quæ ſua non ſunt manus extendere nullatenus erubescunt.

Quod tempore Domini Stephani bonæ memoriæ Prædeceſſoris noſtri ex ipſius Privilegio Monachos Haſterienſes aggredi voluiſſe didicimus.

Pares enim ſe Monachis Abbatiæ Walciodorenſis facere, & Eccleſiam ſuam ab illa, cujus ipſa membrum eſſe Domini Benedicti Papæ VII. & Domni Ottonis Romani Imperatoris antiqua demonſtrant Privilegia, ſegregare volebant.

Idem vero ſelicis recordationis Prædeceſſor noſter Domnus Stephanus, prout ſuum nobis ſuper hoc reſcriptum patefecit, ad pacem & concordiam utriuſque Fratres Eccleſiæ revocans, & tam inſtitutionis Domni Theoderici jam dudum Epiſcopi Metenſis, à quo Haſterienſis locus cum omnibus quæ ad eum intus & foris de jure ſpectant, Walchiodorenſi Eccleſiæ datus & conceſſus agnoſcitur, quam prædictis Apoſtolicis & Imperialibus ac aliis ſcriptis auctenticis innitens, ſuâ decrevit auctoritate præfatam Haſteriam, ſicut membrum ſuo capiti, Walciodorenſi ſcilicet Eccleſiæ ſubjacere, & ſub uno Abbate, uno quoque titulo, & uno tantum Capitulo & regimine, & uno dumtaxat Sigillo perpetuo eas manere.

Ita ut Walciodorenſi Abbati viam univerſæ carnis ingreſſo, locum Walciodorenſem Monachi Haſterienſes adeant, & ipſis in ejuſdem loci Capitulo cum Walciodorenſi Conventu congregatis & auditis omnium ſententiis, eum quem ſecundum Dei timorem & Canonicam auctoritatem Fratres Walciodorenſes elegerint, Haſterienſes omni ſopitâ lite abſque ulla contradictione recipiant.

Walchiodorenſi quippe Cœnobio liberam electionem & quietam Haſteriæ renovavit poſſeſſionem.

Cujus nos ſequentes veſtigia, prædicta omnia Walchiodorenſi Eccleſiæ & confirmamus & renovamus.

Cum autem pax & inſtitutio illa à ſæpius dicto Domino Stephano facta, hucuſque duraverit inconvulſa, nunc litem ab eo ſupradicto jam olim deciſam Fredericus & alii quidam Haſterienſes Monachi ſuis adinventionibus ſuſcitare conantur. Qui coram nobis in generali Synodo conſtituti, quoniam noſtræ Jutiſdictionis ambæ ſunt Eccleſiæ, Litteras pro ſe protenderunt Apoſtolicas, ſub hac forma:

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Petro Abbati Haſterienſis Eccleſiæ ejuſque Fratribus tam futuris quam præſentibus.

Ex Litteris ſigillatis Domni Stephani Metenſis Epiſcopi & Conventûs ejuſdem Eccleſiæ didicimus, Cartas Sigillis Benedicti Papæ ſeptimi & Eugenii Papæ tertii, & Imperatorum Ottonis primi & Conradi confirmatas & contra antiquam libertatem Haſterienſis Eccleſiæ falſâ ſuggeſtione acquiſitas, Mettis judicio eſſe damnatas.

Quod juſtè & canonicè factum eſſe approbantes, & prædictas Cartas & quicquid libertati veſtræ obviare poteſt in perpetuum damnamus, & Eccleſiam veſtram in omni jure Conventualis Eccleſiæ liberam eſſe per ſe Apoſtolicâ Auctoritate & præſentis Scripti Patrocinio confirmamus.

Statuentes ut nulli omnino hominum liceat huic Confirmationi auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat.

Data Lateranis IV nonas Junii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

QUas diligentius audientes, una cum viris diſcretis & litteratis in Synodo reſidentibus, arguimus falſitatis, cò quod ſtylum Romanæ Cutiæ minimè redolerent.

Etenim Petrum illum quem Haſterienſes vocant Abbatem, ſub hujus tituli appellatione ſicut nec alium aliquem ibi præfuiſſe confidenter aſſerimus, eo quod ille locus à prima fundatione ſua liber numquam fuiſſe certiſſime ſciatur, ut proprio Prælati nomine cenſeretur.

Præterea ſummus Pontifex ſine ſalutatione ſcribere, & Epiſcopos Domnos appellare, & Regi tantùm Imperatoris nomen imponere, & quod rationabiliter ordinatum eſt ſine diligenti inquiſitione præcipitanter damnare minime conſuevit.

Haſterienſes etiam cum ab ipſis Litteræ Domni Stephani Epiſcopi Metenſis ſuper prædictam damnationem, & etiam teſtimoniales Litteræ Capituli Metenſis peterentur, eas ſummum Pontificem retinuiſſe ſimulabant.

Dominus quoque Clemens Papa & Domnus Stephanus Epiſcopus Metenſis contemporanei non fuerunt, Domno Stephano jam à quadraginta annis & amplius mortuo Veſtræ proinde notum faeimus diſcretioni, quod confirmationem Privilegiorum & munimina Walciodorenſis Monaſterii in noſtra reperimus Eccleſia, in quibus contineri proteſtamur, quod Haſterienſis locus Walciodorenſi Eccleſiæ tamquam Cella, vel Præpoſitura, vel quocumque inferioti nomine dicatur, ut ſuo ſuperiori debet adjacere, & in omnibus obedire.

De damnatione nihil ſcimus, neç noſtrum Metenſe Capitulum contra Walciodorenſem Eccleſiam ſuum umquam audivimus probaviſſe teſtimonium. Multi quidem ſunt Canonici ſuperſtites, qui tempore Domni Stephani bonæ memoriæ Metenſis Epiſcopi fuerunt, nec aliquid de damnatione Privilegiorum Walciodotenſis Eccleſiæ audierunt.

Haſterienſes itaque quaſi de jure ſuo diffidentes, ante litis ingreſſum, à nullo prorſus gravamine ſubterfugium quærentes, ad Sedem Apoſtolicam appellaverunt, & Nos appellationi, prout eſt appellationibus deferendum, deculimus.

Ne

Ne mirêre lector, Diploma hoc à Metenſi Epiſcopo prodiiſſe. Erat enim Epiſcopus Ordinarius utriuſque Monaſterii. Quomodo autem ad eam Eccleſiam devenerit, vide ſupra in Diplomate pag. 2. hujus Collectionis.

Item quo modo per permutationem Walciodorum & Haſteria à Juriſdictione Metenſis Epiſcopi tranſierint ad Leodienſem anno 1229, vide in Diplomatibus ſequentibus.

Fuerunt autem olim Haſteriæ inſtitutæ Sanctimoniales (ut ſupra dictum pag. 2.) quæ ſub obedientia Abbatiſſæ S. Glodeſindis Metenſis, Ordinis S. Bened. perſeverarunt uſque ad annum circiter 968. cum ad Abbatiam S. Glodeſindis regreſſæ ſunt, earumque loco per S. Forannanum, probantibus Benedicto VII. Pont. & Adalberone Metenſi Epiſcopo, ſubſtituti quidam Monachi, ſub diſciplina Abbatis Walciodorenſis.

Plura de eadem Walciodorenſi Abbatia ejuſque Monachorum cum Haſterienſibus diſcordiâ, vide Diplomata in eadem Collectione PP. Benedictinorum, S. Mauri Tomo I.

CAPUT LXXXIII.

Nivelo Sueſſionenſis Epiſcopus teſtatur ſe Conſtantinopoli detuliſſe ad Philippum Comitem Namurcenſem particulas Sanguinis D. N. Jeſu-Chriſti anno 1205, quæ hodiedum aſſervantur in Theſauro Cathedralis Eccleſiæ Namurcenſis.

NIvelo Dei gratiâ Sueſſionenſis Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum.

Noverit univerſitatis veſtræ diſcretio, quod pretioſum & ſanctum Chriſti Sanguinem à regiâ Civitate Conſtantinopoli, noſtræ peregrinationis laboribus allatum, ad petitionem Principis illuſtris Philippi Marchionis Namurcenſis, Eccleſiæ S. Albani in Namurco habendum, de merâ liberalitate & ſanâ diſpoſitione contulimus.

Veſtram ergo devotionem precamur in Domino, quatenus tantum Sanctuarium, omoi reverentiâ & veneratioone dignum, totius devotionis affectu, & fidei conſtantiâ ſuſcipiatis diligenter & honoretis.

Actum anno gratiæ, M. C. C. V.

ET erat appenſum Sigillum cereum ovali formâ ſat magnum, imaginem in fronte Epiſcopi alicujus præferens, cum hâc inſcriptione:

Sigillum Nivelonis Epiſcopi Sueſſionenſis: à tergo, Sigillum rotundum minus viſebatur, quaſi turturis, ſeu picæ formam referens, cum his verbis:

Sigillum NIVELONIS.

De aliis Reliquiis ab Henrico Imperatore anno 1205 ad Namurcenſem S. Albani Eccleſiam tranſmiſſis, vide Diploma apud Miræum pag. 405.

Porro Philippus, dictus *Nobilis*, Marchio Namurcenſis, cum opinione ſanctitatis deceſſu anno 1213, ſepultus in veteri Choro Cathedralis Eccleſiæ Namurcenſis, ubi ex oppoſito tumbæ ſuſpenſa fuit ſequens Inſcriptio, neceſſariò conferenda cum Notatione apud Miræum pag. 298.

HIc ſepultus eſt Illuſtriſſimus, ac potentiſſimus Vir D. Philippus, Comes & Marchio Namurcenſis, Succeſſor Fratris ſui Henrici, ac filius Balduini quondam Comitis Flandriæ & Hannoniæ ac Namurcenſis.

Qui quidem Philippus obiit abſque liberis anno milleſimo ducenteſimo decimo tertio: & ampliavit numerum vigeſimum Præbendarum de tribus Præbendis: ac poſtmodum ad honorem Dei, & ad augmentandum Eccleſiæ ſancti Albani in divinis ſervitium, inſtituit in eadem Eccleſiâ viginti Beneficia, quæ dicuntur Vicariæ, conferenda viginti Clericis eidem Eccleſiæ aſſiduè deſervituris.

Cujus oſſa fuerunt traſlata in medio navis Eccleſiæ, cum Altari per eum fundato in veterem chorum, cum maximâ reverentiâ. De pœnitentiâ acerbiſſimâ per eum facta habetur in Chronicis.

Anima ejus requieſcat pace. Amen.

CAPUT LXXXIV.

Philippus Marchio Namurcenſis, Protectione ſuâ donat Prioratum Sarti Monachorum, Ord. S. Benedicti in Gallo-Brabantia, anno 1206.

Ex cartulario Prioratus.

EGo Philippus Marchio Namurcenſis, notum facio uoiverſis, tam præſentibus quam futuris, quod conſtitutus in præſentia mea Vir Nobilis Theodoricus de Birbays, querelas omnes & controverſias quas contra Eccleſiam de Sarto moverat, penitus depoſuit, & injuſtis reclamationibus abrenuncians, confeſſus fuit publicè, quod in paſuagiis vel veoditionibus & tertio denario nemorum de Sarto nihil habebat, & quod in hiis reclamaverat, injuſtè fecerat.

Cognovit etiam idem Theodoricus, quod Monachis illius Eccleſiæ licet ſemper nemora illa incidere, vendere, vel extirpare, vel eui voluerint dare, & ad eorum voluntatem cuſtodire. Itaque ex ipſius Theodorici plena & ſpontanea recognitione omnia nemora illa remanent io proprietate Eccleſiæ cum omni poteſtate & jure & dominatione.

Si violentia aliqua inferatur ſæpe-dictæ Eccleſiæ de nemoribus ſæpe-dictis, non licet ſæpe-nominato Theodorico ad emendandum apponere manum, niſi ad hoc vocetur ab Eccleſia & requiratur.

Et ſi Theodoricus violentiam illam emendare volnerit vel potuerit, non poteſt Eccleſia ad alium Advocatum recurrere.

Recognovit quoque Theodoricus, quod illos decem modios molituræ, modio Gocelienſi, quos Dominus Henricus Frater ejus dederat in elecmoſynam ſæpe-dictæ Eccleſiæ, injuſtè reclamaverat, & quod proprii erant Eccleſiæ.

Ut autem hæc omnia rata habeantur, & inviolata obſerventur, ad petitionem utriuſque partis, interveniente Hominum meorum fidelium conſilio, qui præſentes interfuerunt Teſtes, ſcripto & Sigillo meo confirmare decrevi, ſalvo in omnibus jure meo.

Teſtes: Arnulphus de Aldenarda.
Hugo de Florinis.
Arnulphus de Morelmeis.
Waltherus de Birbays.
Wilhelmus de Altaripa.
Wilhelmus & Libertus de Floriſval.
Waltherus de Ravia.
Giſlenus Caſtellaous Bellimootis.
Renardus de Strepi.
Balduious de Lobiis, & quam plures alii.
Actum apud Veterem-Villam feriâ ſecundâ Paſſchæ, anno Verbi Incarnati milleſimo ducenteſimo ſexto.

Nicolaus Miles de Bevena ſatisfacit pro damnis à ſe illatis eidem Prioratui anno 1209.

NOtum ſit omnibus Fidelibus præſentem Paginam inſpicientibus, quod Nicholaus Miles de Bevena, conſilio inito cum Viris ſapientibus atque diſcretis, oppreſſionem injuſtam atque gravem violentiam, quam Eccleſiæ B. Michaelis de Sarto-Domini fecerat, in præſentia Domini Hugonis ejuſdem loci Abbatis, atque Balduini, Præpoſiti Comitis, & multorum Virorum, publicè recognovit, atque ſuper Altare S. Michaelis omnia reportans jure-jurando atque ſacramento ſe adſtrinxit, quod nullum amplius in perpetuum gravamen nec per ſe, nec per heredes ſuos præfatæ Eccleſiæ faceret.

Calumnia autem ipſius atque reclamatio erat: terra culta atque inculta, quæ dicitur Anſincamp: ſilva quæ dicitur Transniere: terra etiam culta atque inculta, atque ſilva juxta Curtem de la Haie poſita: borti apud villam de Roharſat poſiti:

His igitur omnibus, voluntate atque conſilio Prioris de Sarto & ipſius Nicholai, præſente Villico atque Scabinis de Roharſat præfiniti ſunt termini atque metæ, ne aliquando inter nos atque ipſum vel ejus heredes pax & concordia diſſolvatur.

Hanc Pactionem apud Gocelies coram Villico atque Juratis & Scabinis, idem Nicholaus recognovit. Hujus rei Teſtes ſunt

Hugo, Abbas Letienſis.
Segardus Prior de Sarto.
Rainerus, atque cæteri Fratres.
Raulphus Decanus de Flerus.
Balduinus de Helpegies.
Johannes Miles de Goy.
Bernardus Villicus de Gocelies.
Hermannus, atque Heſcelo Scabini.
Liccelous, Scabinus.
Gerardus atque Alardus, Jurati.
Renzo Villicus de Rohartſart.
Galterus & Petrus, Scabini.
Aroulfus & Henricus, atque Theodoricus de Sarto.

Actum anno Verbi Iocarnati milleſimo ducenteſimo nono.

CAPUT LXXXV.

Innocentius III. Pont. confirmat poſſeſſiones ac Privilegia Abbatiæ de Blendecka, Monialium Ordinis Ciſtercienſis in Diœceſi Audomarenſi, anno 1207.

Ex Epiſtolis Innocentii III. Pont.

REligioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium &c. Qua-propter. . . . . & præfatum Monaſterium ſanctæ Mariæ de ſancta Columba de Blendeka, in quo divino ettis mancipatæ obſequio, ſub beati Petri & noſtra &c.

Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti Regulam atque Inſtitutionem Ciſtercienſium Fratrum in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſenti juſtè & canonicè poſſidet &c. . . . permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis; Perſonatum & Altare Eccleſiæ ſanctæ Columbæ de Blendeka, cum obventionibus, decimatione, & aliis pertinentiis ſuis; Capellam de Soieka ad eundem Perſonatum ſpectantem, cum decimatione, obventionibus, & aliis pertinentiis ſuis; de Witeka & de Oudingheſela Altaria, cum decimatione & aliis pertinentiis ſuis, quæ idem Monaſterium, antequam Ciſtercienſium Fratrum Inſtituta ſuſciperent, poſſidebat; manſuram de Sarto-Riccarii, cum loco & aliis pertinentiis ſuis; duas partes decimæ de Streties juxta montem Kaurel, & decimam lini ejuſdem loci, cum manſura & aliis pertinentiis ſuis; tertiam partem decimæ de Rinc; duas garbas decimæ de Mortiers terræ tam cultæ quàm incultæ, cum duabus manſuris terræ, & duas garbas de Leſolie, partem quoque decimæ de Winnegeval, cum duabus garbis unius campi terræ tam cultæ quàm incultæ, & tribus manſuris terræ.

Donationes præterea cum poſſeſſionibus & rebus aliis à bonæ memoriæ Deſiderio Morinenſi Epiſcopo * vobis & Monaſterio veſtro conceſſas.

* Vide ejus Diploma apud Miræum pag. 1190.

Decimas quas tenuerunt W. de Caſteller & Henricus de Leſolie in Parrochia de Altaribus, cum terris & pertinentiis ſuis.

Quidquid in Parrochiis de Altaribus, de Boſinghere, & de Curs in decimis, terris, & aliis rebus habetis. Decimas de Curs, quas Petrus & Gunfridus de Sarto-Riccarii vobis in eleemoſynam contulerunt.

Partem decimæ de Karnemareſc, decimas de Rech, de Timbrons, & de Lingiacho in eleemoſynam vobis conceſſas.

Duas partes decimæ de Lidringhere, cum dominio, terris, & aliis appendiciis ſuis.

Tertiam partem decimæ de Odinghetum, quam Godefridus Laïcus in eleemoſynam Eccleſiæ veſtræ conceſſit. Molendinum quoque & terram adjacentem atrio ſanctæ Columbæ, cum duodecim denariis annuis & pertinentiis ſuis.

Molendinum quod fuerat Matthæi Militis, cum pertinentiis ſuis. Duas raſerias tritici, quatuor capones, unam manſuram terræ adjacentem molendino de Bruai, & quinque ſolidos annuos vobis à Bergenſi Caſtellano collatos, quindecim manſuras terræ, quæ fuerant Simonis Militis de Roden.

Comitatum de Witeka, & quicquid ex dono Caſtellani ejuſdem in terris tam cultis quàm incultis, pratis, manſis, aquis, molendinis, & rebus aliis poſſidetis.

Comitatum quem habetis in Parrochia de Blendeka, cum pertinentiis ſuis, per manus Philippi quondam Flandrenſis Comitis Eccleſiæ veſtræ conceſſum

Triginta duas manſuras terræ quas habetis in Parrochia de ſancti Audomari Eccleſia.

Viginti quinque manſuras & dimidiam, & decimam partem unius manſuræ nemoris, quas habetis in Reihout.

Decem manſuras paludis quas Rainaldus Comes Bolonienſis & Ida Uxor ipſius vobis charitativè donarunt. Medietatem quoque vallis, cum totius jure dominii, quam Boidinus de Haveskerka vobis donavit, cum pertinentiis ſuis.

Decem raſerias bladi Arienſes, quas habetis in molendino de Witeka. Quartam partem totius villæ de Wenningheval, excepto nemore, quod dicitur le Fay. Poſſeſſiones quas habetis in Parrochia de Altaribus, cum decimis, terris, & rebus aliis Monaſterio veſtro Collatis.

Unam carrucam terræ, & terras quas poſſidetis in Parrochiis de Boſinghere, de Sperleke, & de Guminelinghere, & de Falkenberga. Quadraginta duas manſuras nemoris apud Kercamp. Terram quam habetis apud Haſſingere. Redditus quos in Arienſi Parrochia poſſidetis.

Septem quarterios avenæ quos ex conceſſione Huberti de ſancto Audomaro habetis. Quicquid in Parrochiis de Blendeka, de Soieka, de Werdrika, & Rakingere in terris tam cultis quàm incultis, pratis, manſis, & rebus aliis poſſidetis.

Quiequid etiam in Burgo ſancti Audomari & extra in terris, manſis, pratis, paludibus, aquis, vivariis, & aliis rebus habetis. Terram arabilem adjacentem atrio ſancti Michaëlis. Terras arabiles & prata in Werdrika.

Quidquid poſſidetis in Parrochiis de Rekinghere & de Soieka.

Octo manſorasterræ quas vobis Simon Preſbyter de Haſebroc intuitu divino conceſſit. Unam piſam butyri, & terras quas habetis in Parrochia de Brokerka.

Quinque ſolidos annuos apud Rubroc. Triginta ſex hodos avenæ in Parrochia de Sudinghesela.

Sanè laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, tam de terris cultis quàm incultis &c. . . . Liceat quoque vobis mulieres liberas & abſolutas è ſæculo fugientes &c. Prohibemos inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit &c.

Diſcedentem verò &c. Illud diſtrictiùs inhibentes, ne terras ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dare ſive alio modo alienare abſque conſenſu totius Capituli vel majoris aut ſanioris partis ipſius.

Si quæ verò donationes vel alienationes vel aliter quàm dictum eſt factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Pro conſecrationibus verò Altarium vel Eccleſiarum, ſive pro Oleo ſancto, vel quolibet alio Eccleſiaſtico Sacramento, nullus à Vobis ſub obtentu conſuetudinis vel aliquo quolibet modo quiequam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Diœceſanus impendat.

Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis Catholicum adire Antiſtitem gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtrâ fretus auctoritate vobis quod poſtulatur impendat.

Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in Monaſterio veſtro, excluſis excommunicatis & interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ inpoſterum ſollicitudine providere volentes, Auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra claûſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere ſeu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, necnon & libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare aut, ejus poſſeſſiones auferre &c.

Salvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate, & in prædicta Capella Diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularilve perſona &c. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus &c. Amen. Amen. Amen.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum per manum Johannis ſanctæ Mariæ in Coſmidin. Diaconi Cardinalis, S. R. E. Cancellarii XI. Kalendas Februarii, Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno M. CC. VII. Pontificatûs verò Domini Innocentii Papæ III. anno decimo.

CAPUT LXXXVI.

Philippus Romanorum Rex expeditionem in Terram ſanctam, (vulgo Croizade*) promulgat anno* 1207*; ſimulque ordinat eleëmoſynas contribuendas.*

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

PHilippus Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus fidelibus ſuis Archiepiſcopis Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Liberis, miniſterialibus, univerſisque Chriſtianæ profeſſionis hominibus per totum Imperium ubicumque conſtitutis gratiam ſuam & omne bonum.

Licet occulta Dei judicia humanus intellectus inveſtigare * quoare videlicet divinâ permiſſione Terra ſancta, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus pedibus calcavit, poteſtati Saracenicæ tam diu ſit ſubjecta; potius tamen piè credendum eſt, quam temere judicandum, quod Pater miſericordiarum veros adlectas ſuos ad palmam victoriæ volens incitare & Chriſtianæ militiæ pugnam in exercitium ducere, ſalutiferæ Terræ ſubverſionem minatur, ut ad ejus ſolutionem electorum ſuorum animus vehementius accendatur, & in tam ſancto exercitio ſalvandorum numerus creſcat & angeatur.

Supple non valeat.

Ad coſſulendum igitur indifferenter ſaluti omnium notum ſit univerſis præſentis Paginæ inſpectoribus, quod cum apud Northuſen Curiam ſollempnem celebraremus, ibidem ad nos acceſſerunt viri diſcreti & providi & nobis valde cogniti; & ex parte Jeroſolymitani Patriarchæ, & Magiſtri Militiæ Domûs Templi & Magiſtri Domûs Hoſpitalis, ex parte quoque uoiverſorum Catholicorum hominum in tranſmarinis partibus degentium afflictiones, & miſerias innumerabiles Terræ ſanctæ nobis infir-

insinoarunt; id tam viva voce quam scripto veraciter exponentes, quod nisi festinum ab omnibus fidei Catholicæ hominibus habeant subsidium, tantum & terribile diebus nostris periculorum incidet dispendium, quod vix vel nunquam à potestate Sarracenorum poterit liberari & ad solamen totius Christianitatis recuperari.

Nos itaque, audito tam mœsto Legationis verbo, communicato super ipso universorum Principum consilio, in hoc piæ deliberationis verbo pariter conveoimus omnes, ut pro communi omnium salute ad tam sanctum opus generalem per totum Romanom Imperium eleëmosynarum collectam institueremus & eam ad conservationem terræ sanctæ destinaremus.

Sub hac autem forma eleëmosynæ noa cum Principibus convenimus, ut per singulas Imperii Provincias de quolibet aratro sex denarii persolvaotur. Io singulis etiam Civitatibus aut villis quilibet mercator vel alterius officii. Seu cujusque fuerit homo proprias habens edes, duos denarios persolvat. Quilibet etiam Clericus Ecclesiasticum habens Beneficium & qoilibet miles qualescumque habens possessiones sex denarios persolvat.

Si quid autem præter id quod coostitutum est, quisquam intuitu æternæ retributionis erogavit, super eo copiosam remunerationem in æterna requie se ohtenturum gaudebit.

Principibus vero sive sint Clerici sive Laïci, Comitibus quoque & liberis, sive quibuscumque Nobilibus, nulla eleemosynæ summa est constituta, nisi qoantum unicuique juxta arbitrium suum divina gratia voluerit inspirare.

Hæc autem Collecta de nostra & Principum Constitutione per qointos aonos fieri debet; & taliter est quolibet anno expedienda, ut quilibet Episcoporum per totam Diœcesim suam eam per certos & utiles nuncios colligi faciat.

Quilibet etiam Princeps Laïcus sive Comes, vel alius Nobilis in sua jurisdictione eam cum discretione dari præcipiat; & ita unusquisque eam in Ordine suo expediat, ut in proxima Nativitate Domini per omnes partes Imperii pariter collecta nnociis certis ad ipsam deferendam deputatis parata sit assignari.

Ad hoc otique tam pium tamque saluhre opus feliciter exequendum omnium Catholicorum hominum eo fervore accendatur iotentio, sicut desiderat unusquisque quod pro talento sibi credito condigna ipsum Altissimi retribatio comitetur.

Latores autem præsentium de consilio Principum ad hoc negotium promoveodum ordinavimus, mooeotes attentè & rogantes, ut prædicta fidelium eleëmosyna ipsis assignetur, eis qui eam ad subsidium Terræ sanctæ deferre debeant præsentanda.

Datum in sollempoi Curia apud Quidelingeberg, anno Domini M. CC. VII. X. (supple Indictione) XVIII. Kalendas Octobris.

CAPUT LXXXVII.

Radulphus Atrebatensis Episcopus, instituit dignitatem Decanalem in Ecclesia Collegiata S. Petri Duaci, anno 1207.

Ex Archivis Capituli S. Petri Duacensis.

RAdulphus Divinâ permissione Atrebateosis Ecclesiæ Sacerdos humilis, dilectis filiis Petro Præposito & Canonicis Beati Petri Duacensis salutem in omniom Salvatore.

Quotiens nobis quod justum est petitur & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut illud per officii nostri sollicitudinem perdocatur ad effectum debitum & optatum.

Eapropter dilecti in Domino filii, justis petitionibus & honestis desideriis vestris grato ac debito concurreotes assensu, vobis de assensu Ecclesiæ nostræ Atrebatensis annuimus liberaliter & gratanter, ut tam Successores vestri qoam Vos, Decanum in perpetuum habeatis, qni à vobis secundum consuetudinem & institutionem aliarum Conventualiom Ecclesiarum Remensis Provinciæ, quæ Decanos habent, electus, curam Ecclesiæ vestræ à Nobis & à Successoribus nostris recipiat & habeat, juxta institutiones & consuetudioes aliorum.

Ut igitur præassignata Concessio perpetuam obtinens firmitatem, memoriæ in perpetuum commendetur, ipsam patrocinio præsentis Scripti Sigilli oostri appensione muniti, duximus coofirmandam; sub pœna districti anathematis & interminatione supremi judicii præcipientes eam perpetuo & firmiter ohservari.

Actum anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo septimo, Mense Martio.

CAPUT LXXXVIII.

Innocentius III. Pont anno 1208 prohibet ultra recipi Moniales in Prioratu de Beaurepaire in Gallo-Flandria, prope Abbatiam Ciſonienſem, à quâ dependebat.

RDivina permiſſione Atrebatenſis Eccleſiæ Sacerdos humilis, P. Archidiaconus, & W. Præpoſitus ejuſdem loci, omnibus Chriſti fidelibus qnibus præſentes litteras videre contigerit, ſalutem in omnium Salvatore. Scrire volumus fidelium univerſitatem nos Domini Papæ mandatum recepiſſe ſub hac forma.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili Fratri Epiſcopo, & dilectis filiis Archidiacono & Præpoſito Atrebatenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilecti filii Abbas & Conventus de Ciſonio noſtris auribus intimarunt, quod quædam domus eorum quæ dicitur *Belrepaire* præter Canonicos & fratres tantâ eſt onerata multitudine feminarum, quas recipere ad inſtantias & importunitates Principum compelluntur, ut ad neceſſariam ſuſtentationem earum nequaquam domûs ejuſdem ſufficiant facultates.

Propter qnod indulgeri ſibi ſuppliciter petierunt, qnod de cætero noo recipiant ibi aliquam mulierem; ne, quod abſit, ſuadente humani generis inimico per ipſas detur occaſio delinquendi. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatinns inquiſitâ diligent ùs & cognitâ veritate ſtatuatis inde, quod utilitati Eccleſiæ ac ſaluti ſervientium in cêdem noveritis expedire, contradictores ſi quos inveneritis vel rebelles, per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcentes.

Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, tu Frater Epiſcope cum eorum altero ea nihilominus exeqnaris.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum V. Kalend. Feb. Pootificatûs noſtri anno decimo.

Nos itaque utilitatem antedictæ Domûs & boneſtatem pariter attendentes, de conſilio prudentiom virorum ſtatuimus auctoritate domini Papæ jam dicta, nc prænominati Abbas & Conventus Ciſonienſis aliquam Converſam in domo ſua de Bellerepairio recipiant de cætero, donec numerus Converſarum nunc ibi exiſtentium ad numerum duodenarium ſit redactus, quibus redactis ad duodecim loco illarum decedentiom ſubſtituantur aliæ, quæ ſint quinquagenariæ.

Hoc tamen adjecimus, quod, decendentium Cooverſarum loco numerus Canonicorum qui ſerviant ibidem rationabiliter augeatur.

Ut igitur præaſſignata inſtitutio pro bono & boneſtate Domûs jam dictæ facta, ſtabilis manens & firma, memoriæ commendetur, ad poſtulationem ſupra nominatorum Abbatis & Conventûs, præſentem Paginam propter hoc factam ſigillorum noſtrorum appenſione fecimus communiri.

Actum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo octavo menſe Junio.

In Spicilegio Dacheriano Tomo XII. pag. 522 primæ editionis extat Bulla altera Alexandri IV Pontificis data anno 1233, ubi ea quæ de ejectione Sororum Converſarum & ſubſtitutione Canonicorum Regularium in Prioratu de Beaurepaire acta ſunt, confirmantur.

Extat etiam prædictum Diploma inter Epiſtolas Innocentii III. Pont. Collectionis Baluſianæ Tomo II. pag. 135, ſed contractius.

CAPUT LXXXIX.

Theodorus Archiepiſcopus Jeroſolymitanus ac Patriarcha Antiochenus, ad inſtantiam Henrici Imp. Conſtantinop. & Marchionis Namurcenſis, mittit Theſaurum pretioſi Sanguinis D. N. J. C. ad Abbatiam Lætienſem in Hannonia, anno 1208. Accedit Diploma Henrici Imp.

THeodoricus Dei miſericordiâ ſanctæ Civitatis Jeruſalem Archiepiſcopus, Eccleſiæ Antiochenæ & totius Orientis Patriarcha, univerſis Chriſti fidelibus in quorum manus hoc ſcriptum pervenerit, ſalutem in Domino.

Vobis notum facimos, quod nos, aliique quamplurimi, dilecto nobis in Chriſto Thomæ Lætienſis Eccleſiæ Monacho, (qui Conſtantinopolim, nbi ouoc degimus, advênit) diverſas Sanctorum Sanctarumque Dei Reliquias, pietatis intoitu, rogatuque Domini Henrici Imperatoris Illuſtriſſimi contulimus.

Qui etiam Imperator, eidem Thomæ pulcherrimum ſanctuarium de pretioſiſſimo Sanguine Jeſu Chriſti, in vaſculo chriſtallino, & eximias portiones ſacroſanctæ Crucis ejuſdem Salvatoris noſtri, cum maximis & pene infinitis aliis Reliquiis dedit.

Ut autem tantus Reliquiarum theſaurus digné in Eccleſia Lætienſi ſemper honoretur, ſingulis qui ad eam Eccleſiam prædictas Reliquias viſitaturi pio deſiderio advenerint, ibique de peccatis ſuis verè doluerint, Nos ex parte beatorum Petri & Pauli, & authoritate quâ fungimur, à ſummo Pontifice nobis conceſſâ, de pœnitentiis pro criminalibus ipſis injunctis, ſexagiuta dies relaxamus.

In cujus teſtimonium Sigillum noſtrum plumbeum huic Scripto appendendum eſſe duximus.

Datum Conſtantinopoli, anno Domini milleſimo ducenteſimo octavo, Archiepiſcopatûs noſtri anno tertio.

HEnricus Dei gratiâ Imperator & moderator Romanorum univerſis qui hoc ſcripturæ monumentum inſpecturi ſunt, ſalutem.

Cùm vita hominum ſit brevis, memoriaque labilis & infirma, rationi ſentaneum videtur, ut ea quæ ob pietatem rectè fiunt, ſcripto mandentur, quatenus poſteritas ſemper habeat, unde factorum cognitionem aceipere poſſit.

His rationibus adducti, vobis ſignificare volumus, quod nos conſiderantes devotionem venerabilis viri Thomæ Eccleſiæ Lætienſis Monachi, qui frater germanus eſt Gerardi Walcurienſis, primi inter Prætorea noſtros, ſpectantes etiam nihilominus antiquam dignitatem prædictæ Eccleſiæ Lætienſis, à parentibus, Prædeceſſoribuſque noſtris jam olim fundatæ; eorundem Thomæ & Gerardi nobis chariſſimorum precibus permoti, ipſi Thomæ pulcherrimas ac propemodum infinitas Reliquias, Salvatoris, Mariæ, Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Propherarum, Martyrum, Confeſſorum, ac fœminarum ſanctarum pia beneficia, contulimus.

Qui ſanctarum Reliquiarum theſaurus, ut in Eccleſia Lætienſi dignâ veneratione perpetuò honoretur, & ut hæc abſque hæſitatione aliqua ab omnibus ſuſcipiantur, rei veritatem confirmare voluimus, Sigillo noſtro aureo ad præſens ſcriptum appenſo.

Datum Conſtantinopoli in Palatio noſtro, anno Domini milleſimo ducenteſimo octavo, Imperii noſtri anno ſecundo.

LÆTIA Abbatia Ordinis ſancti Benedicti, in Hannoniæ finibus eſt, ſub Archiepiſcopo Cameracenſi: cui ſæculo XVI. venerabilis Ludovicus Bloſius Abbas præfuit multâ pietate & eruditione celebris.

Sub ſunt huic Abbatiæ Prioratus duo, nempe Sarium Monachorum in Gallo-Brabantia, & Donum Petri-Ettonis in Hannonia, de quibus Diplomata dedimus ſuperiùs.

CAPUT XC.

Innocentius III. Pont. decernit anno 1209 *Abbatiam Alciacenſem* (Auchy-les-Moines) *Ord. S. Ben. in Artheſia, ſubjectam eſſe Abbatiæ S. Bertini Audomarenſi, atque ex ejus gremio debere ſuos Abbates eligere, caſſatâ electione aliter factâ.*

Ex Epiſtolis Innocentii III. apud Baluſium.

IN Abbate ſancti Silvini Alciacenſia olim viam univerſæ carnis ingreſſo, eùm ejuſdem loci Monachi elegiſſent quemdam de ipſius gremio in Abbatem, & ejuſdem confirmationem electionis à bonæ memoriæ Morinenſi Epiſcopo nequiviſſent aliquatenus obtinere, per procuratorem ſuum confirmationem ipſam à Sede Apoſtolicâ petierunt.

Ceterum procurator veſter propoſuit ex adverſo, quod cum ſecundum approbatam conſuetudinem & Privilegia Pontificum Romanorum Abbates Alciacenſes debeant de Monaſterio veſtro ſemper aſſumi, hujuſmodi electio erat non immeritò reprobanda, utpote contra conſuetudinem diuturnam & Privilegia Sedis Apoſtolicæ attentata, & Alciacenſes Monachi debebant de jure compelli, ut de Monaſterio veſtro perſonam idoneam ſibi eligerent in Abbatem.

Cumque ſuper hoc iis & aliis coram dilecto filio Guala ſanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, quem Procuratoribus ipſis Auditorem conceſſimus allegatis, nobis nequiverit fieri plena fides, dilectis filiis de Balantiis, de Longovillari, & Sancti Johannis Abbatibus Ambianenſis & Morinenſis Diœceſum dedimus in mandatis, ut auditis quæ utraque pars dnceret proponenda, cauſam ipſam cum quibuſdam de antiquioribus Privilegiis, à quibus alia originem traherent, ad examen noſtrum remitterent ſufficienter inſtructam, aſſignato partibus termino competenti, quo noſtro ſe conſpectui præſentarent ſententiam recepturæ.

Qui juxta mandati noſtri continentiam, in negotio procedentes, receperunt teſtes ab utraque parte productos, & atteſtationibus

publicatis, demum eandem cauſam inſtructam ad noſtram præſentiam remiſerunt.

Nos verò depoſitionibus teſtium diligenter inſpectis, invenimus inſufficienter eſſe probatum, quod à ſexaginta annis & infrà Monachi Alciacenſes Abbatem ſibi de veſtro Monaſterio elegerunt, ita quod infra præſcripti temporis ſpatium de veſtro Cœnobio ſeptem fuerunt in Alciacenſes Abbates aſſumpti.

Unde cùm juxta legitimas Sanctiones leges ipſas conſuetudo antiquitus approbata tenaciter imitetur, & quod Collegiis præſtitum fuiſſe cognoſcitur, perpetuæ legis vicem debeat obtinere, ſecundum præcedentem uſum in Alciacenſi Cœnobio erat electio celebranda, maximè enm conſuetudo hujuſmodi diuturno tempore iotroducta videatur qnodam modo contradicto judicio approbata; quia cum quàdam vice Guarinum Alciacenſem Monachum elegiſſent, ejus electio robur habere non potuit, donec apud Mooaſterium veſtrum profeſſiooe factà poſt aliquantum temporis, quando ſcilicet Abbati & Conventui Monaſterii veſtri placuit, in Alciaceoſem extitit Abbatem aſſumptus.

Ex Privilegiis quoque Romanorum Pontificum Monaſterio veſtro conceſſis argui poterat evidenter, Alciscenſem Abbatem ſore de de veſtro Collegio eligendum.

Nimirum Privilegio felicis recordationis Paſchalis Papæ Prædeceſſoris noſtri hujuſmodi Capitulum apparet inſertum: Subrogationem Abbatis penes Monaſterium ſancti Silvini apud Alciacum juxta præteriti temporis morem in veſtra ſemper concedimus diſpoſitione perſiſtere.

Cujus verbis bonæ memoriæ Innocentius Papa Prædeceſſor noſter prorſùs inhæſit.

Io Privilegio quoque Caliati ſecundi Papæ Capitulum hujuſmodi invenitur: Porrò joxta Domini Prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Paſſchalis Papæ Decretum Abbatis ſubrogationem penes Alciacum non aliunde quàm de veſtro Monaſterio fieri Apoſtolicâ Auctoritate decernimus.

Ad hæc autem pars adverſa reſpondit quod etſi evidenter per depoſitiones teſtium probaretur; quod infra prædicti temporis ſpatium de Monaſterio veſtro ſemper fuerit Abbas Alciacenſis aſſumptus, ex hoc tamen oullum Alciacenſibus Monachis præjudicium probatur, cùm hoc non ex neceſſitate aliqua factum fuerit, ſed ex libera volontate.

Præterea licet conſuetudinis uſuſque longævi non ſit vilis auctoritas, non eſt tamen uſque adeo ſui valitura momento, ut rationem vincat aut legem.

Unde cum Lege Canonicâ caveatur, quæ probabilem in ſe continet rationem, ut Abbate defuncto non aſſumatur extraneus in Abbatem, ſed de Congregatione ipſa, quem propria voluntate concors Fratrum ſocietas duxerit eligendum; quod ſi aptum inter ſe invenire nequiverint, ſolerter ſibi de aliis Monaſteriis eligant ordinandum; per uſum hujuſmodi nequit ſacris Canonibus derogari.

Sed nec dici poterat, quod ex eo conſuetudo aliqua quaſi contradicto judicio fuerit introducta, quod prædicto modo extitit in memorati Guarini electione proceſſum, cùm illud pro bono pacis factum extra judicium dignoſcatur.

Sed ad hæc veſtra pars replicavit, ex hoc colligi evidenter, quod in electione ipſius Guarini, noo pro bono pacis, ſed ex debito potiùs fuerat ſic proceſſum, quia plures alios poſtmodum de veſtro Monaſterio Alciaceoſes Monachi elegerunt. Cumque filia matri adeo ſit conjuncta, ut aliena vel extranea non intelligatur ab illa, & Eccleſia veſtra ſit Mater Alciacenſis Eccleſiæ ſpiritalis, profecto Alciacenſis Conventus non intelligitur extraneum vel alienum eligere, cum de veſtro Collegio ſibi aſſumit Abbatem.

Fuit inſuper ex parte Alciacenſium allegatum, quod cum Paſchalis Papa ſubrogationem Abbatis ſancti Silvini Monaſterio veſtro juxta morem præteriti temporis duxerit concedendam, nec de præteriti temporis more ſeu conſuetudine fiat fides, per ejus Privilegium & ſimilia nullum ſoper hoc Alciacenſi Monaſterio poterat præjudicium generari.

Contta quos fuit ex parte veſtra reſponſum, quod bæc determinatio ſecundum præteriti temporis morem, & cauſalis & conditialis poteſt intelligi, & tam ad perſonale quam imperſonale verbum referri.

Si enim impersonale verbum determinet, conditionaliter intelligitur, & talis eſt ſenſus. Concedimus ſubrogationem Abbatis ſancti Silvini apud Alciacum in veſtra ſemper diſpoſitione conſiſtere; ſecundum præteriti temporis morem, id eſt, ſi mos præteriti temporis talis fuit.

Si verò verbum determinet perſonale, eauſaliter debet intelligi, ut ſit ſenſus: Concedimus ſecundum præteriti temporis morem, id eſt, quia mos præteriti temporis obtinuit, ſubrogatiooem Abbatis ſancti Silvini apud Alciacnm in veſtra ſemper diſpoſitione conſiſtere.

Hic autem ſenſus rectior eſſe videtur: quia enm Privilegium ſit lex privata, & lex non debeat eſſe obſcura vel captioſa, ſed certa & manifeſta, nec eſſet privata niſi aliquid ſpecialiter iodulgeret, profectò ſic intelligenda ſunt illa verba: ut res de qua agitur valere poſſit potius quam perire, maximè eom ſupradictus Caliatus Papa, qui eidem Paſchali è vicino ſucceſſit, verbis æquioribus uſus, determinationem illam prorſùs amoverit, ut ambiguitas tolleretur. Et quod dicebatur in conceſſione Paſchalis, ut videlicet ſubrogatio Abbatis ſancti Silvini apud Alciacum in diſpoſitione veſtra ſemper exiſteret, ipſe mutaverit, decernens ſubrogationem illius Abbatis non aliunde quàm de veſtro Monaſterio faciendam, ut electio ad jus commune poſſet ex parte reduci.

Eadem quoque verba ſic eſſe interpretanda ſubſe-

ſubſequens conſuetudo declarat, quæ perhibetur eſſe optima legum interpres.

His igitur & aliis ad eandem cauſam ſpectantibus diligenter auditis & perſpicaciter intellectis, de conſilio Fratrum noſtrorum, Monaſterio veſtro adjudicavimus hujuſmodi dignitatem; ut quotieſcumque in Alciacenſi Monaſterio Abbatis electio imminet facienda, Alciacenſes Monachi de Cœnobio veſtro perſonam idoneam ſibi eligant in Abbatem. Ita videlicet, quòd tamdiu Monaſterium veſtrum hac honoris debeat prærogativâ gaudere, donec in eo viguerit obſervantia regularis, ut idoneæ perſonæ inveniantur in ipſo, quæ poſſint in Abbates aſſumi.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ diffinitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. &c.....

Datum Laterani II. Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno duodecimo.

Scriptum etiam fuit Epiſcopo & Cantori Atrebatenſibus & Abbati de Monte S. Eligii Atrebatenſis Diœceſis, pro Executione præfati Diplomatis; in his iiſdem verbis.

Quocirca electionem à præfatis Alciacenſibus Monachis temerè attentatam omnino caſſantes, præſentium vobis Auctoritate mandamus, quatenus quod à nobis eſt ſententialiter diffinitum faciatis appellatione remotâ inviolabiliter obſervari; contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles per Cenſuram Eccleſiaſticam compeſcentes. Quod ſi non omnes &c. tu, Frater Epiſcope, cum eorum altero &c.

Datum ut ſupra.

Plures jam olim fuêre diſcordiæ inter Monachos Abbatiarum S. Bertini & Alciacenſis, qui poſteriores tentabant Abbatem è gremio ſito eligere. Sed Innocentius III. decidit in favorem Bertinienſium; fuitque hæc ejus Deciſio relata in Jus Canonicum lib. V. Decretal. Tit. XL. *de Verborum ſignificat. Cap.* 35.

Nihilominus Monachi Alciacenſes tentarunt iterum annis poſterioribus apud Regem Galliæ Ludovicum XV. ut poſſent Abbatem de gremio ſuo obtinêre: allegatis duobus Diplomatibus Exemptionis, uno per Hubertum Ternanenſem Epiſcopum anno 1079, altero per Carolum Flandriæ Comitem anno 1112, datis. Sed Rex Galliæ decidit in favorem Abbatiæ Bertinianæ anno 1727, atque Abbatem Alciacenſem ex Monaſterio S. Bertini juxta antiquum morem nominavit.

Extat etiam in Collectione ampliſſima Diplomatica PP. Benedictinorum S. Mauri (Tomo I. pag. 1253) Diploma Abbatis Alciacenſis, de anno 1231, quo recenſetur Donatio eidem Monaſterio facta à Ludovico Galliæ Rege, de terris in Comitatu Heſdinienſi exiſtentibus.

CAPUT XCI.

Goſwinus Epiſcopus Tornacenſis confirmat Abbatiæ S. Martini Ordinis S. Benedicti Tornaci, Altaria ſua, omneſque alias poſſeſſiones, anno 1210.

Ex Archivis Monaſterii

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs ſancti. Goſwinus Dei miſeratione Tornacenſis Epiſcopus, omnibus Chriſti Fidelibus tam præſentibus quam futuris in perpetuum.

Rogati ſæpe & multum ab Abbate & Fratribus Eccleſiæ S. Martini Tornacenſis, ut quæ à ſingulis Prædeceſſoribus noſtris præfato Monaſterio diverſis temporibus collata cognovimus, quàdam Chartâ perſtringeremus, quam ad poſterorum notitiam mitteremus; eorum petitioni libenter annuimus.

Noverit igitur præſens atque ventura generatio, idem Monaſterium olim deſtructum, quod poſt diuturnam vaſtæ ſolicitudinis deſtitutionem tandem Deo miſerante ab felicis memoriæ Radbodo * ſanctæ Tornacenſis Eccleſiæ Antiſtite per quemdam Aurelianenſem dictum nomine Odardum, qui Civitatis Tornacenſis pollebat in Magiſtrum, ſuæ reſtaurationis ſumpſit exordium.

* Vide Diploma iſtud apud Miræum pag. 952.

Hic itaque Radbodus Epiſcopus præfato Odardo & Fratribus ibi Deo ſervituris in perpetuum liberum tradidit locum Monaſterii, terraſque quas antiquitus eadem Eccleſia poſſediſſe dicebatur de manu Radulfi Tornacenſis Advocati receptas reddidit, & fermentum quantum ad fermentandam Fratrum cervifiam poſſet ſufficere, aſſenſu Militum qui de eo illud tenebant in feodo, liberaliter tribuit.

Decedente ex hac luce Radbodo venerabili Epiſcopo, Baldricus ſucceſſit Epiſcopus, qui gaudens novellam S. Martioi plantationem ramos ſuos propenſius extendere, & tam ioterius, quam exterius in dies proficere, novum de antiquo Monaſterio, ad altiora promovere ſtuduit & poſſeſſionibus ampliare curavit.

Aſſenſu inquam Capituli ſui, Altaria de Templovio, de Splechin, de Ssmion, de Paſchendal, de Haltra, de Yſenghien, de Gudeleoghien, de Sarra, de Stenpnch, de Suregnies, benigne contulit.

Conceſſit etiam & ſcripto confirmavit, ut Fratres ſæpe fati Monaſterii in Parochia quæ dicitur Era, duas manſiones conſtruerent, quarum mioutas decimas illis in perpetuum remiſit; eâ tamen conditione, ut pro decimis ſingularum manſionum, XII. denarios ſingulis annis Perſonæ Altaris de Era perſolverent.

Huic ſucceſſit Lambertus, qui precibus Valteri Advocati, ſcilicet avi mei, cum ma-

trem ſuam Monialem (1) in eodem Monaſterio faceret, quoddam molendinum ſuper fluviolum de Reis, quod ipſe de eodem Epiſcopo tenebat in feodo, S. Martino collatum confirmavit.

Hujus locum Symon Epiſcopus ſuſcepit, qui Eccleſiæ S. Martini Altaria de Villebecca, & de Fivia, de Beverna, & de Ledenghien, libera tenere conceſſit & confirmavit.

Poſt hunc Anſelmus ſurrexit in Epiſcopum, qui inſtantiâ precum Deſiderii Archidiaconi, qui poſtea Morinenſis Eccleſiæ Præſul reſulſit, S. Martino Altaria de Cuerna, & de (2) Liedda, præbuit; molendinum quoque de Foſſato inter urbem, precibus Goſvini Advocati patrui mei, atque parentum noſtrorum liberè perpetuò poſſidendum conceſſit.

Geraldus Epiſcopus ſuccedens Anſelmo, memoratæ S. Martini Eccleſiæ Altare de Anulin cum Capella de Aleſnes, & Altare de Moskeron dedit, & confirmavit.

Tempore Walteri qui Gerardo ſucceſſit in Epiſcopatum, Fratres jam dictæ S. Martini Eccleſiæ VIII. penſiones butiri probati & benevalentia, ad pondus Caſtri Brugenſis, ab Eccleſia S. Petri Aldeburgenſis annuatim ſibi ſolvendas adquiſierunt, quas per jam dictum Epiſcopum ſibi confirmari fecerunt.

Poſt exceſſum Walteri Epiſcopi Ewrardus patruus meus Cathedram ſuſcepit Epiſcopalem, qui Altaria de Zulte, & de Wackines ad ſolemnizandum obtùa ſui diem anniverſarium, ſæpe-fato Monaſterio benigne contulit, & confirmavit.

Subtracto ex hac luce nobili viro Evrardo Epiſcopo, locum Miniſterii hujus adeptus eſt Domnus Stephanus Prædeceſſor noſter, cujus tempore Monachi per officiales ſuos, ab Alardo Domino de Splecin decimam quam habebat in novalibus alodii ſui apud Splecin ſcilicet, & decimam de reſiduo nemoris, quandocumque illud contingat in novalia redigi, dato pretio adquiſierunt, & præfati Epiſcopi Scripto ſibi confirmari fecerunt.

Noſtris quoque temporibus Hugo qui cognominabatur Spiritûs duas partes decimæ de Era, quæ jure hereditario à progenitoribus ſuis ei provenerat, ſepæ fatæ ſancti Martini Eccleſiæ in eleëmoſynam dedit.

Unde inter Canonicos Tornacenſes, & prædictos Monachos grandis altercatio exorta eſt: ſed poſt longam decertationem, utrique in nos compromiſerunt, noſque conſilio prudentum virorum, reformandæ pacis gratiâ, illius doni medietatem Canonicis conceſſimus, & alteram medietatem Monachis benigne contulimus, & præſenti Scripto confirmavimus.

Habet quoque ſæpefata S. Martini Eccleſia diverſas in diverſis locis eleëmoſynas, & multas poſſeſſiones, quas prætio, vel eleëmoſynâ per ſuos adquiſivit officiales.

Inter quas tenet fluviolum qui dicitur Ries prope Tornacum, & cuncta molendina, à molendino Thieſſelini, uſque in Scaldum, & ex altera parte Tornaci fluviolum qui vocatur Maira, & ſuper illum duo molendina; & nichilominus in ipſa Civitate duo; quorum unum dicitur Pluviarium, & alterum Foſſatum, inſuper & domos, & redditus aliquos in Civitate, & circa Civitatem terras quas jure poſſidet hereditario: quaſdam earum excolens de Monaſterii habitatione, alias de manſionibus culturæ congruis; videlicet de Warnavia, de Duſſiopera, de Longa ſalice, de Tintegnies, de Fioana, de Marege, de Canſeng, de Ovegnies.

Hæc igitur omnia cum appenditiis eorum & cetera quæ apud Categnies, apud Stainpuch, apud Evregnies; & cuncta quæ in Flandria ſeu in toto Epiſcopio noſtro impræſentiarum abſque calumnia S. Martini tenet Eccleſia, ut quieta & libera & inconcuſſa in æternum poſſideat eidem Monaſterio confirmamus, Epiſcopali auctoritate præcipientes, quatinus ſi qois ſæpefatam S. Martini Eccleſiam inquietare vel moleſtare in aliquo horum quæ deſcripſimus præſumpſerit, anathemati ſubjaceat, donec reſipiſcens pro arbitrio Abbatis ſatisfecerit.

Harum itaque Poſſeſſionum tenorem approbamus legitimum, quem præſenti Paginâ confirmamus, cui etiam Sigilli noſtri imaginem appendimus, & ad majorem firmitatem teſtimonio noſtro roborare curavimus.

✠ Signum Domni Goſvini Dei permiſſione Tornacenſis Epiſcopi.

Actum anno Dominicæ Incarnationis M. CC. X. jam mediante menſe Auguſto.

(1) Monialem &c. Hinc nota, Abbatiæ S. Martini olim junctum fuiſſe Monaſterium Monialium.

(2) Liedda, vulgo *Sinte-Mertens-Lierde*, Parochia Diœceſis Mechlinienſis ſub Decanatu Gerardi-Montenſi, de Jure Patronatûs Abbatiæ S. Martini. Eſt illic Carthuſia, vulgo dicta *Sylva S. Martini*, quæ potiſſimum beneficentiâ hujus Abbatiæ exurrexit anno 1330 Fundationis Litteras ſupra dedimus pag. 158 hujus Collectionis.

Cætera Altaria hic memorata pleraque ſubſunt Diœceſi Tornacenſi; exceptis ſequentibus.

In Diœceſi Mechlin., *Lierde S. Martini*.

In Diœceſi Gandavenſi *Hauteren*, *Emelghem*, *Wackene*, *Vivia S. Bavonis*, *Wilsbeke*, & *Zulte*.

In Diœceſi Brugenſi, *Beveren* & *Zarren*.

In Diœceſi Iprenſi, *Leghem*, & *Paſſchendaele*.

CAPUT XCII.

Wilhelmus ac Bethunia Advocatus Atrebatenſis dotat Abbatiam Belli-prati Monialium Ord. Ciſterc. Diœceſis Audomarenſis ad Liſam fluvium, à ſe & filiis ſuis Danièle & Roberto, recens inſtitutam, anno 1212.

Ex Archivis hujus Abbatiæ.

EGo Willermus Attrebatenſis Advocatus, Bethuniæ ac Tenemundæ Dominus, & Matildis Uxor mea nobilis, & filii noſtri Daniel primogenitus, & Robertus.

Notum facimus, tam præſentibus quàm futuris, ad quos præſens Scriptum pervenerit, quòd nos Eccleſiæ Sanctæ Ma iæ in loco juxta foſſam, qui ab antiquo Abbatia dicitur, conſtitutæ, tenemur perſolvere pro domino Euſtachio de Herſin ad molendinum noſtrum de Gorga, octo menkaldatas frumenti pro commutatione, &c.

Unde ne donatio iſta furtiva arguatur, Sigilli mei, & Uxoris meæ, & filiorum noſtrorum, el ëmoſynam iſtam eorum legitimis viris approbatam & recognitam, appenſione confirmamus

Hoc actum fuit publicè anno Verbi Incarnati M. CC. XII.

ALTERUM DIPLOMA.

JE Enſtaſſe Soer le Cente de ſaint Pol, ſay ſçavoir à tons ceun qui ces Lettres verront, que j'ay donnet & ettreyet permananlement pour Din & en aumoſne, as Nonnains de Bianpré de l'Ordene de Ciſtiaux, qui maineut eu tenement de le Gorgbe leur mannée: en tele maniere que elles poent morre ns melins de la Gorgbe quittement ſans moture & ſans aultre droiture, tout chou qne il convenra à le ſonffiſeance de le Maiſen.

Et ſi ny etreyet as Nonnains devant dictes; que elles poent engreuer ſans nul centredit après le biet de celus que elles trouveront engrenet

Et pour chou que ce ſoit ferme choſe & eſtable, jai ſeellé ces prelentes Lettres de mon Seel.

Che fu fait qnand li Incarnations eut mil & CC. & XXXII ans, el mois de Janvier.

Plures ſunt Inſtituti Ciſtercienſis Abbatiæ, quæ nomine *Belli-prati* inſigniuntur: nempe una Religioſorum in Diœceſi Bellovacenſi apud Gallos; altera in Diœceſi Tullenſi apud Lotharingos, quæ ab annis non ita multis Statuta ſtrictioris Obſervantiæ ex Abbatia Aureæ Vallis excepit. Hujus mentionem vide apud Miræum in Diplomatibus pag. 698.

Duæ item ſunt Abbatiæ *Belli-prati* Monialium Ciſtercienſium in Belgio noſtro: una ſcilicet in Diœceſi Mechlinienſi apud Gerardi-montem: de qua plura extant Diplomata apud Miræum. Altera in Diœceſi Audomarenſi juxta Marvillam & Gorgiam Oppidula, ad Liſam fluvium, ad limites Flandriæ & Artheſiæ Comitatuum.

Poſteriorem Abbatiam (de qua hoc Diplomate agitur) fundarunt Daoiel & Robertus Domini Bethunienſes, juxta foſſam, quæ Liſæ vel Legiæ jungitur. Iidemque fundatores Collegium Sacerdotum in vicino pago de l'Eſtrée ab Anteceſſoribus ſuis fundatum, in hanc Parthenonem Ordinis Ciſtercienſis, accedente Apoſtolicâ Authoritate converterunt. Primæ Moniales ex Abbatia Marquettana juxta Inſulas deſumptæ fuerunt.

Stemma Dominorum Bethunienſium, qui erant Advocati Atrebatenſes, habes apud Miræum in Diplom. Belg. pag. 396.

CAPUT XCIII.

Innocentius III. Pont confirmat anno 1213. *Abbatiæ S. Auberti Canonicorum Regularium Cameraci, varia Altaria eidem conceſſa.*

CUm à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum &c..(1) Altare ſanctæ Bovæ vobis à bonæ memoriæ W. Rotomagenſi Archiepiſcopo de aſſenſu Capituli fuit collatum, (2) Altaria de Wildebroe & de (3) Vrimede, quæ bonæ memoriæ R. Camerace..ſis Epiſcopus, & Altare de (4) de Herentuth, quod venerabilis Frater noſter I. Succeſſor ipſius in eleëmoſynam conſentiente Cameracenſi Capitulo veſtro Monaſterio canonicè contulerunt, decimas de (5) Crievecuer, Baraſtro, & de Hapelaincort ad ipſum Monaſterium de manu laïca rationabiliter conſenſu ipſius Cameracenſis Epiſcopi revocatas, & partem decimæ de Kion, & omnia alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè ac pacificè poſſidetis, Vobis & per Vos eidem Monaſterio veſtro

Rogerius de Wavrin.

Joannes de Anthoing.

Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti Patrocinio communimus.

Nulli ergo &c. Confirmationis &c. noverit incurſurum.

Datum Laterani Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno decimo quarto.

(1) ALTARE S. BOVÆ. Parochia Diœceſis Rothomagenſis in Gallia. De ejus Donatione vide Diploma Waltheri de Conſtantiis, Rothomagenſis Archiepiſcopi apud Miræum pag. 1201. Neque mirum; erat enim Waltherus iſte Cameracenſi Eccleſiæ admodum addictus. Nam anno 1196 Cameraci receptus, dum è Gallia exulare cogeretur, Societatem mutuam Rothomagenſis Eccleſiæ ſuæ cum Cameracenſi ſtabilivit.

(2) ALTARE DE WILOEBROC, aliàs *Willebroeck*, Eccleſia Diœceſis Mechlinienſis, ad confluentem canalis Bruxellenſis verſus aquas majores aliorum fluminum concurrentium.

(3) VRIMEOR, aliàs *Vremde*, Parochia Diœceſis Antverpienſis, ſub Decanatu Lirano. Hæc duo Altaria donata fuerunt Canonicis Regularibus S. Auberti anno 1180 per Rogerum Cameracenſem Epiſcopum.

(4) HERENTOTH, alias *Herenthout S. Petri*, Parochia Diœceſis Antverpienſis, ſub Decanatu Herendalieoſi. Diſtinguitur à Parochia vicina Herenthout S. Gummari, quæ eſt Patronatûs Capituli Lirani.

(5) CRIVECUER, aliàs *Crevecœur*, *Baraſtre*, & *Havelincourt*, Parochiæ Diœceſis Cameracenſis.

CAPUT XCIV.

Walerandus Comes Luxemburgenſis, Rupenſis &c. confirmat anno 1216 Donationem patris ſui Henricis Ducis Limburgi pro Tranſlatione Abbatiæ Vallis Dei, Religioſorum Ordinis Ciſtercienſis in Ducatu Limburgenſi.

Ex Cartulario Abbatiæ.

WAleranus Comes Lucelburgenſis & Rupenſis & Marchio Arlunenſis: Univerſis tam præſentibus quam futuris ad quorum notitiam præſens Scriptum pervenerit, piè vivere & veritatis in Chriſto teſtimonium aeceptare.

Hæc ſunt danda tenaci memoriæ quæ ſigno caſu oblivionem attingerent, noſtris forte Succeſſoribus generare poſſent incommodum aut errorem.

Eapropter noverit tam præſens ætas quam ſucceſſura poſteritas, quod pater meus Henricus Dux de Lemborch zelo piæ devotionis ſuccenſus de conſenſu meo & Miniſterialium ſuorum conſilio, partem quandam allodii ſui Comitiæ de Dalehem, adjacentem terram ſcilicet & nemus rivo Beruwin contiguum unum habens in longitudine manſum & in latitudine dimidium, Abbati Widoni & Confratribus ſuis de S. Agatha Ciſtertienſis Ordinis pro remedio animæ ſuæ ac parentum ſuorum in eleëmoſynam libere & abſolute contulit, ut Fratres jam dicti Abbatiam ſuam ad locum eundem transferant, tanquam ipſis magis idoneum & commodiorem.

Ut autem ſæpe dicti Fratres prædictam patris mei eleëmoſynam tam caritativam firmâ & tranquillâ pace poſſideant in perpetuum, nec ab aliquo hæredum meorum inquietentur in poſterum: præſentem Paginam exinde conſcriptam, tam meo quam Fratris mei Gerardi ſigillo in teſtimonium feci communiri.

Actum anno Domini milleſimo, ducenteſimo, ſexto-decimo.

Plura alia Diplomata in favorem hujus Abbatiæ Vallis Dei, vide in Notitia Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis in Belgio, authore Jongelino pag. 48. & ſequentibus.

CAPUT XCV.

Joanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa fundum donat erigendæ Abbatiæ Spinoſi loci, vulgo Eſpinlieu, *Monialium Ciſtercienſium, juxta Montes Hannoniæ, anno 1217.*

Ex Archivis Abbatiæ.

EGo Johanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, notum eſſe volo tam præſentibus quam futuris, quod ego conceſſi in perpetuam eleëmoſynam pro ſalute animæ meæ & Anteceſſorum meorum ſex bonaria terræ apud Spinleu juxta Montes jacentia ad ſuperædificandum Monaſterium ad opus Monialium Ciſtercienſis Ordinis & neceſſaria Monialium; ita quod ipſæ Moniales libere & ſine contradictione prædicta ſex bonaria terræ in perpetuum poſſideant.

Actum apud Gandavum anno Dom. Incarnationis M. CC. XVII. in die B. Catharinæ Virginis.

Extat

Extat quoque inter Inſtrumenta Galliæ Chriſtianæ Tom. III. pag. 57. Narratio hiſtorica fundationis ejuſdem Abbatiæ Spinoſi-loci, quæ exinde propter bellorum injurias ab anno 1678. in ipſam Urbem Montenſem tranſlata eſt.

CAPUT XCVI.

Daniel Advocatus Atrebatenſis ac Dominus Bethuniæ fundat anno 1219 Cantoriam, & anno 1222 duas Præbendas Diaconales in Eccleſia Collegiata S. Bartholomæi Bethuniæ in Diœceſi Atrebatenſi.

Ex Archivis Capituli Bethun.

EGo Daniel Attrebatenſis Advocatus, Bethuniæ Dominus, & Patronus Eccleſiæ Beati Bartholomei in eodem Caſtro.

Notum facio univerſis Chriſti fidelibus præſentemPaginam inſpecturis, quod ob remedium animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, ſtatui & donavi, ut Præpoſitus & Capitulum jamdictæ Eccleſiæ unum ex Fratribus & Canonicis ſuis, quem magis utilem & idoneum ad onus Cantoriæ portandum, & officium exercendum eſſe noverint, liberè eligant, & canonicè inſtituant in Cantorem.

Ita quòd non acceptantes perſonam hominis, ſed eum qui Deus & homo eſt præ oculis habentes, bona fide, ſana conſcientia, puraque ac ſimplici devotione præmiſſam electionem ad honorem Dei, & Eccleſiæ ſuæ faciant honeſtatem.

Sciendum etiam, quod dicti Præpoſitus & Capitulum illum, quem, ſicut prædictum eſt, magis aptum & idoneum ſciverint ad hoc officium exequendum, dummodò ſit in ſacris Ordinibus conſtitutus, & Canonicus ejuſdem Eccleſiæ, liberè ac licitè poterunt eligere in Cantorem.

Ego itaque conſiderans & attendens, quoniam dignus eſt operarius mercede ſua, decem libras monetæ currentis Bethuniæ memoratæ Eccleſiæ ad opus Cantoris in perpetuum aſſignavi, percipiendas annuatim in redditu meo Bethunienſi ad theloneum de blado tribus terminis, ſcilicet in feſto Sancti Remigii quatuor libras, in Natali tres, & reſiduas tres libras in Paſcha proximo ſubſequente.

Scire tamen volo nihilominus univerſos, quod proceſſu temporis ego vel heres meus prætaxatas decem libras per recompenſationem & excambium æquivalentis redditûs in decima, vel in alio aſſignamento, liberè potero rehabere.

Præterea ego de prudentum ac bonorum virorum conſilio, necnon & de aſſenſu prædictorum Præpoſiti & Capituli, ſtatui & firmavi, quod nullus præmiſſarum decem librarum aliquatenus percipiat uſumfructum, niſi ſit reſideus, & ſtationarius in Eccleſia, qui & onus Cantoriæ prudenter aſſumat, & officium Cantoris diligentiùs exequatur.

Hanc igitur Donationem & eleëmoſynam, præſentibus concedentibus & gratanter approbantibus, cariſſima uxore mea Euſtacia, & dilectiſſimo Fratre meo Roberto, pro mea ac parentum & Prædeceſſorum meorum animarum ſalute, ſicut præſcriptum eſt, inſtitutam, ut à me, & heredibus & Succeſſoribus meis inviolabiliter obſervata perpetuò memoriæ commendetur, & debitam in poſterum obtineat firmitatem, præſentis autentici Patrocinio, meique appenſione Sigilli benigniſſimè roboravi.

Huic etiam Scripto, ut eleëmoſyna ac Donatio prælibata robuſtiori ſtabilitate nitatur, prænominati Robertus Frater meus, & Euſtacia uxor mea, ſua oppoſuêre Sigilla.

Actum apud Bethuniam in Eccleſia beati Bartholomei, anno Verbi Incarnati milleſimo ducenteſimo nono decimo, menſe Decembri.

ALTERUM DIPLOMA.

EGo Daniel Advocatus Attrebatenſis, Dominus Bethuniæ, & Patronus Bethunienſis Eccleſiæ.

Notum facio tam poſteris quàm modernis, quòd cum in dicta Eccleſia plurea eſſent Præbendæ Presbyterales, nullaque Diaconalia, paucique ibidem eſſent Diaconi Præbendati ſeu beneficiati, qui ex certi titulo beneficii ad exhibendum Diaconale officium tenerentur: Ego, qui dator Præbendarum ejuſdem loci de jure hereditarii Patronatûs eſſe dignoſcor, ad inſtantiam Capituli antedicti cum quibuſdam Canonicis Bethuniæ ad Dominum Atrebatenſem propter hoc acceſſi, poſtulans ab eodem, ut ex ejus conſcientiâ ac permiſſione duæ tantummodò de Præbendis Sacerdotalibus, quæ nimis reſpectu inſufficientiæ Diaconorum abundabant ibidem, una Roberti Pyratæ, & altera Martini, duobus Diaconis, qui ſint idoneæ perſonæ, benè cantantes ac legentes, cùm eædem Præbendæ vacaverint, & deinceps in poſterum conferantur, ſi poſſit fieri licitè & honeſtè.

Ipſe autem Epiſcopus deliberatione prævià, & diligenti conſultatione cum viris diſcretis & in jure peritis præhabitâ, mihi & heredi

meo liberaliter & gratanter indulſit, ut Deum habentes præ oculis, & honeſtati noſtræ Bethunienſis Eccleſiæ providentes, duabus idoneis, ut dictum eſt, perſonis præmiſſas duas Præbendas, quàm citò eas vacare contigerit, & de cetero conferamus.

Quarum deſervitores Diaconale in jam dicta Eccleſia diligenter officium exequentes, de reſidentia, de frequentatione Chori, & de exercitatione ſervicii, ſicut & Presbyteri, qui dictas uſque ad hæc tempora deſervierunt Præbendas nihilominus adſtringantur: niſi forſan eos infirmitas, quæ non habet legem, aut urgens neceſſitas, de abſentia vel defectu reddat legitimè excuſatos.

Quod ut ratum permaneat in futurum, præſens Authenticum indè factum Sigilli mei munimine roboravi.

Actum anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XXII. menſe Decembri.

Stemma Dominorum Bethuniæ vide apud Miræum pag. 396, & amplius atque ex profeſſo in Hiſtoria Gallica Domûs Bethuniæ per Andream Du Cheſne.

Bethunia Oppidum eſt Artheſiæ, in Diœceſi Atrebatenſi, quinque milliaribus ab Aria, egregiè munitum; ultimo bello, per Fœderatos Principes expugnatum, ac paulò poſt per Gallos recuperatum.

Eſt illic Eccleſia Collegiata XXIV. Canonicorum S. Bartholomæo ſacra; cujus Litteras Fundationis lege apud Miræum pag. 945. Ex his Præbendis duodecim ſunt Sacerdotales, æque primæ & melioris Fundationis; ſex item Diaconales, & aliæ ſex Subdiaconales. Præpoſituram omneſque Præbendas confert Rex Galliæ, quâ Dominus Bethunienſis. Dignitates vero Decani & Cantoris (quæ poſterior anno 1219 ſuprædicto Diplomate erigitur) per electionem Capituli conferuntur.

Præpoſitorum Seriem ex Archivis præfati Capituli acceptam, adjungimus.

Præpoſiti S. Bartholomæi Bethuniæ.

I *Hugo*, anno 1110 & 1135.
II. *Petrus*, 1160.
III. *Robertus*, 1199.
IV. *Wilhelmus*, 1202.
V. *Petrus*, vulgo dictus *Pierron*, Præpoſitus Bethunienſis, & Canonicus ad Sanctum Lambertum Leodii, anno 1283.
VI. *Bernardus de Merula.*
VII. *Dionyſius de Pallart.*
VIII. *Fulco de Merula.*
IX. *Beraldus de Merula.*
X. *Matthæus de Muſiert.*
XI. *Balduinus Quaeret*, Præpoſitus circa annum 1420.
XII *Nicaſius de Puteo*, vulgo *du Puich*, Philippi Boni Flandriæ & Artheſiæ Comitis Conſiliarius & Capellanus domeſticus. Fuit item Canonicus & Cantor Eccleſiæ S. Petri Inſulis circa annum 1460.
XIII. *Guilielmus de Cluny*, Burgundus. Frater Fertrici Tornacenſis Epiſcopi & S. R. E. Cardinalis, Eccleſiæ Leodienſis Archidiaconus, Præpoſitus S. Bartholomæi Bethuniæ & B. M. V. Tungris, Canonicus S. Donatiani Brugis, &c. Item deſignatus Coadjutor vel Adminiſtrator Epiſcopatûs Morinenſis, ac tandem Epiſcopus Pictavienſis in Gallia. Obiit anno 1480.
XIV. *Antonius Hanneron*, Artheſius, Magiſter Pariſienſis ac Decretorum Doctor, Caroli Audacis Burgundiæ Ducis olim Pædagogus, dein Conſiliarius, fuit Præpoſitus Eccleſiarum S. Bartholomæi Bethuniæ, St. Donatiani Brugis & S. Waldetrudis Montibus Hannoniæ. Fundavit in Academia Lovanienſi Collegium S. Donatiani. Anno 1477 captus fuerat à Gandavenſibus rebellantibus, eò quod fuiſſet Carolo Audaci Burgundiæ Duci à ſecretis: hinc tranſlatus in arcem Vilvordienſem egrè periculum capitis evaſit. Vivere deſiit 10 Decembris 1490 ſepultus Brugis in Choro S. Donatiani.
XV. *Joannes Gonnet*, Præpoſitus Bethunienſis, fuit etiam ab anno 1517 Conſiliarius Eccleſiaſticus in ſupremo Senatu Mechlinienſi; item Canonicus Eccleſiarum Cameracenſis ac Sylveducenſis. Obiit circa annum 1526.
XVI. *Claudius de Berthols.*
XVII. *Hugo de Ruffault*, fuit item Canonicus Eccleſiarum Tornacenſis & Inſulenſis, circa ann. 1540.
XVIII. *Walerandus de Hangouart*, quem Inſula Decanum Sti. Petri, Duacum S. Amati Præpoſitum & primum Univerſitatis Cancellarium, Bethunia S. Bartholomæi Præpoſitum vidit; quem Carolus V. Imp. ejuſque filius Philippus II. Hiſp. Rex (his enim ab eleëmoſynis fuit) aliique ſummi viri, nunc de rebus Theologicis acutè diſputantem, nunc ſacras profanaſque Leges explicantem, nunc Mathematicas difficultates enodantem audierunt: tot enim prædituſ erat facultatibus. Obiit 17 Januarii 1567, ſepultus Inſulis in Eccleſia D. Petri, ibique relictis præclaris fundationibus, tum in Gymnaſio S. Petri, tum pro Gerontocomio octodecim ſenum.
XIX. *Folcardus ab Aechlen*, Friſius.
XX. *Carolus du Cornet*, antea Metropolit. Eccleſiæ Cameracenſis Canonicus & Archidiaconus, dein 10 Eccleſia Bethunienſi, ac demum anno 1619 in Inſulenſi S. Petri Præpoſitus: obiit eodem anno.
XXI. *Jacobus Broide*, Ducenus.
XXII. *Joannes Fourcroy.*
XXIII. *Giſlenus Wancquin.*
XXIV. *Carolus Maton*, Atrebatenſis.
XXV. *Thomas Marquant*, Inſulenſis, Præpoſitus Bethun. anno 1720.

CAPUT XCVII.

Mathildis Domina de Chocques & Beatrix Comitiſſa de Guines, notabilem dotem conferunt ann. 1220 & 1221 Abbatiæ S. Joannis Baptiſtæ de Chocques, Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini, in Diœceſi Audomarenſi.

Ex Archivis Abbatiæ.

UNiverſæ carnis viam neceſſariò ingreſſuris neceſſe eſt feſtinanter accingi, largiſque muneribus manum aperire, votivis miſericordiæ operibus delictorum faſciculos opprimentes ab humero ſublevare: ut prudentium more virginum charitatis oleo lampadibus impinguatis uſque ad ſummum, cum Sponſo immortali ad illud ſupernæ Civitatis Epitalamium gratulantes mereantur introire.

Ego igitur Mathildis de Houſdaing agnomine nuncupata, Domina de Chockes, timens ne lampadà vacuà vel extinctà cum fatuis virginibus à cœleſtium civium convivio nuptiali dormitans, immò dormiens, excludi conquererer; (quod avertat Omnipotens) univerſis Chriſti fidelibus tam modernis quàm poſteris notum fieri volo, quod bonâ devotione, purâ conſcientiâ, ac ſimplici animo, ob ſalutem animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, dedi & in eleëmoſynam conceſſi Eccleſiæ beati Joannis Baptiſtæ de Chokes, ad refectionem Canonicorum claoſtralium ejuſdem loci, totum vivarium meum de Pugneia cum toto canali ſuo, & cum terminis eidem vivario à prima inſtitutione deputatis, ſive aquis excreſcentibus, ſive refluentibus: & prædictam Eccleſiam in veram & corporalem poſſeſſionem miſi, nihil in eo retinens, per quod heredes mei ſæpedictæ Eccleſiæ ſuper eodem vivario in aliquo valeant inferre moleſtiam ſeu gravamen.

Sicut autem per piſces, qui in præmiſſo capientur vivario, Clauſtralium reficientur corpora quantum ad cibum; ita per eleëmoſynam ipſius vivarii à me factam ſimpliciter ac devotè tam anima mea quam anteceſſorum meorum animæ refectionem in cœlis, & ſalutis pabulum aſſequi mereantur.

Hoc etiam id m vivarium ſub hac forma prænominatæ Eccleſiæ contoli in eleëmoſynam pacificè, libere, & quietè perpetuò poſſidendum, quod in perſonam aliam per tranſmutationem aliquam vel excambium transferri ſeu alienari nec liceat, nec contingat.

Præterea octo ſolidos, duoſque capones, quos eadem Eccleſia mihi debebat annuatim, ad diem obitûs mei ſolemniter celebrandum eidem Eccleſiæ gratis remiſi.

Ipſe verò Abbas & Conventus Eccleſiæ prælibatæ bono zelo, affectu charitativo, ſoloque pietatis intuitu ad redemptionem animæ meæ, meorumque anteceſſorum, ſingulis diebus Miſſam celebrare gratis obtolerunt.

Huic autem donationi teſtes interfuerunt videlicet Dominus Robertus, Wilhelmus, Joannes de Bethunia, Fratres Danielis tunc temporis Domini Bethunienſis, Atrebatenſis Advocati, & Amalricus de Fontenella, Milites; Beatridis Comitiſſa de Giſnes, & Katarina Sorores, & multi alii tam Clerici quam Laïci.

Quod ut ratum & ſtabile permaneat in futurum, & ne ſuper hoc aliquis ſcrupulus in poſterum oriatur, præſentem Cartam Sigilli mei munimine roboravi.

Actum anno Incarnationis Dominicæ M. CC. XX. menſe Novembri.

EGo Beatrix Comitiſſa de Giſnes & Caſtellana de Bourbourch. Notum facio omnibus præſentes Litteras inſpecturis, quod ego de mera & libera voluntate mea dedi & conceſſi in puram & perpetuam eleëmoſynam pro ſalute animarum patris mei Walteri Caſtellani de Bourbourch, & Matris meæ Mathildis de Bethunia Dominæ de Chokes & Arnoldi Comitis Giſnenſis Mariti mei, & Fratris mei Henrici Caſtellani de Bourbourch, necnon & animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, per manum venerabilis Patris Adam Dei gratiâ Morinenſis Epiſcopi, Eccleſiæ Dei & beati Johannis Baptiſtæ de Chokes quinque millia fiecorum allecium; quæ dicta Eccleſia annuatim in feſtum S. Andreæ recipiet de redditibus meis apud Gravelingas.

Ita quod qui ea emerit, vel collegerit, tenebitur prætatæ Eccleſiæ de præſcriptis allecibus integrè reſpondere.

Preterea dedi nominatæ Eccleſiæ ſecundum formam expreſſam ſuperiùs ad redditus Infirmitorii, & recreationem infirmorum dicti loci, unam penſam butyri, quam Eccleſia annis ſingulis in tranſlatione S Martini recipiet de novem menſuris terræ jacentis in palude S Petri, quas Walterus & Simon Frater ejus filii Philippi, & Chriſtianus Calcward tenere dinoſcuntur.

Sciendum autem, quod præter prænotatam penſam butyri in prædictis terris Eccleſia

de Chokes nihil de Jure poterit exigere.

Ut autem hæc eleëmosyna ſtabilitate perpetuâ confirmetur, præſens Scriptum Sigilli mei munimine roborari, & venerabilis Patris Adam Dei gratiâ Morinorum Epiſcopi petii auctoritate confirmari.

Actum apud Teruannum anno Verbi Incarnati M. CC. XXI. IV. Idus Maii.

Vide in Hiſtoria Domûs Bethuniæ, & in Probis ejuſdem pag. 46 & ſequent. Diplomata Danielis & Roberti DD. Bethuniæ, qui huic Abbatiæ inſigniter benefecerunt ann. 1224 &c.

Eſt autem Abbatia de Chocques ſita in oppidulo ejuſdem nominis in Artheſia, haud procul à Bethunia. Erat primò Collegium Canonicorum Sæcularium, quod anno 1100 fundatum legitur, & anno 1120, per Joannem Morinenſem Epiſcopum mutatum in Abbatiam Canonicorum Regularium. Præcipuam dotem contulêre Domini Bethunienſes.

CAPUT XCVIII.

Henricus Brabantiæ Dux ejuſque Conjux Maria, Philippi Auguſti Francorum Regis Filia, benefaciunt Altari SS. Trium Regum Coloniæ, anno 1221.

Ex Archivis Aulæ Bruxell.

HEnricus (1) Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, & Maria Uxor ejus, omnibus præſens inſpecturis ſalutem.

Noverint univerſi, tam præſentes quam futuri, quod nos pro remedio animarum noſtrarum & Anteceſſorum noſtrorum, ad honorem Dei & B. Virginis, nec non & trium Magorum (2) in Eccleſia S. Petri (3) in Colonia Præbendam in perpetuum duximus conſtituendam, eidem Præbendæ certos redditus annuos aſſignantes;

Ita videlicet, quod apud Lovanium in relonio ſex marcas Colonienſes in feſto B. Remiſii, & totidem apud Bruxellariam in feſto omnium Sanctorum in domo pannorum, ei qui eidem Præbendæ ex parte dictæ Eccleſiæ præficietur, annis ſingulis perſolvemus, & hoc tam diu obſervantes, donec Capitulum S. Petri Colonienſis allodiales certos redditus invenerit venales, quos propriis ſumtibus comparabimus, annoatim 15 marcas Colonienſes valentes. Quibus comparatis, prædictæ aſſignationes tam in Lovanio quam in Bruxellaria ad nos liberè revertentur.

Ut autem hæc à nobis & à noſtris Succeſſoribus firmiter obſerventur, præſentem Paginam Sigillis noſtris, nec non & Henrici filii noſtri fecimus roborari.

Datum Geldoniæ anno Domini M. CC. XXI. menſe Auguſto.

(1) Henricus I. Godefridi Brabantiæ ac Lotharingiæ Ducis filius, anno 1235 Ducatûs ſui quinquageſimo, in Civitate Colonienſi obiit, cujus corpus reportatum Lovanium, ibidem in medio Chori Eccleſiæ D. Petri ſuit ſepultum.

(2) SS. Trium Magorum Corpora perhibentur à S. Helena Conſtantini Magni Cæſaris matre primùm tranſlata Conſtantinopolim, & inde per Euſtorgium Mediolanum. Tum anno 1162, dum Fredericus II. Imp. Urbem hanc ſolo æquavit, conceſſa primùm fuêre ſacra hæc Pignora Henrico Leodienſium Epiſcopo. Aſt eo vitâ functo, Reinaldus de Daſſele, Archiepiſcopus Colonienſis eadem ad ſuam tranſtulit Metropolim.

(3) Ecclesia S. Petri, eſt Metropolitana Colonienſis, pluribus titulis illuſtris. Eſt illic Sacellum SS. trium Regum, peregrinantium concurſo celeberrimum.

Sunt hic ſepulta inteſtina Sereniſſimæ Reginæ Franciæ ac Navarræ, *Mariæ Mediceæ*, cujus tres Regii liberi tria majora orbis diademata, Franciæ videlicet, Hiſpaniæ & Angliæ geſtarunt. Obiit illa exulans Coloniæ Agrippinæ anno 1642 die 3 Julii. Regium ejus funus dein exportatum eſt in Gallias anno 1643, die 9 Februarii. Ad hanc Reginam ejuſque liberos facta fuit allusio verſibus ſequentibus.

Tres mihi depulſa donarunt munera Reges;
Aurum, Caſtella qui pia ſceptra gerit.
Qui regis avulſos Romanâ Sede Britannos,
Thus ſumas; myrrham tu mihi, Nate, dabas.

CA-

CAPUT XCIX.

Honorius III. Pont. confirmat anno 1222 Eccleſiæ Collegiatæ S. Martini Leodii quædam Altaria à Colonienſi atque Leodienſi Præſulibus conceſſa.

HOnorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Decano & Capitulo S. Martini Leodienſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. ...

Sane ſignificaſtis nobis, quod à longis retro temporibus Eccleſia veſtra ſuperior in temporalibus inter alias habebatur, ſed invaleſcentibus contra eam variis & diverſis perſecutionibus, ad tantam devenerat inopiam, quod de Præbendis ipſius Eccleſiæ non poteratis ſuſtentari, nec conſuetum eidem impendere famulatum.

Unde venerabilis Frater noſter Colonienſis Archiepiſcopus Metropolitanus, & Epiſcopus Leodienſis Diœceſanus loci, miſerabili ejuſdem Eccleſiæ ſtatu penſato, ad relevamen ipſius & cultum in ea priſtinum reparandum, de Milehem cum pertinentiis ſuis, de Famala, de Berreſte, de Uſei, & de Marchiis Eccleſias, Capitulorum ſuorum accedente conſenſu, vobis & eidem loco, pietatis intuitu conceſſerunt.

Nos ergo veſtris ſupplicationibus annuentes, quod per Archiepiſcopum, Epiſcopum, & Capitula ſupradicta piè ſuper hoc & providè factum eſt, vobis & per vos Eccleſiæ veſtræ Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti Patrocinio communimus. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Datum Laterani XVII. Cal. Junii, Pontificatûs noſtri anno VI.

Epiſtola Capituli S. Martini Turonenſis ad Leodienſes S. Martini Canonicos anno 1251, de mutuâ inter utramque Eccleſiam Confraternitate, & ut Leodienſes per aliquos ex ſuis de ſeptennio in ſeptennium Turonenſem Eccleſiam viſitent, extat in Collectione Benedictinorum S. Mauri Tomo I. pag. 1312. Vide item alia Diplomata ibidem pag. 1248 1251 1435 & 1450.

CAPUT C.

Beatrix Comitiſſa Giſnenſis fundat ac dotat anno 1223 Abbatiam Virg. Ord. Ciſterc. in Artheſia, dictam Bounham, *in Diœceſi Morinenſi; quæ dein anno 1395 incorporata fuit Abbatiæ de Blendecque* Monialium *ejuſdem Ordinis. Eidem benefacit anno 1244 Balduinus, Beatricis filius.*

Ex Archivis Abbatiæ de Blendecque Diœceſis Audomar.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, Amen. Ego Beatrix Comitiſſa de Giſnes & Caſtellana de Broborg; Notum fieri volo univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, quod Ego pro ſalute & remedio animæ meæ, & animarum piæ memoriæ Arnulphi Mariti mei Comitis de Giſnes, Patris mei Waltheri Caſtellani de Broborg, Matriſque meæ Mathildis de Betbunia, in puram & perpetuam eleëmoſynam dedi centum menſuras terræ jacentes inter domum meam de (1) Boneham & mare, ſicut à prædicta domo mea porrigitur vertus Oeye, & iterum ab Oeye verſus Boneham, cum omnibus quæ acquiri poterunt ſuper mare.

Molendinum quoque meum, quod eſt in Villa de Boneham cum pertinentiis ejus; molituram etiam domûs meæ, ad conſtruendum Monaſterium in honore beatæ Virginis Mariæ, ad opus ſacrarum Virginum ibi Deo & beatæ Mariæ ſervientium.

Hæc autem omnia dedi dictis Virginibus, liberè & quietè perpetuò poſſidenda & tenenda, ſicut Ego & Prædeceſſores mei tenuimus.

Ut igitur hæc Donatio mea fidem obtineat pleniorem, nec non & perpetuam habeat firmitatem, præſenti Paginæ annotari, & Sigilli mei feci appoſitione muniri.

Actum apud ſanctum Audomarum, anno Domini M. CC. XXIII. Menſe Decembri.

DIPLOMA ALTERUM.

JOu Baudewins Cuens de Ghines & Chaſtellains de Broubbergh, fais à ſçavoir à tous chaus, Ex iiſdem Archivis.

ki ches preſentes Lettres verront & orront, ke jou por Dieu & por le ſavetei del arme de mi & de mes Anchiſeurs, donis à Seur Beatris me tres-chiere Sereur, & au Covent du novel lieu Noſtre Dame de Leisbiſtade, le erbage & le paſturage de me mete de Boneham, & des habeuges des foſſeis tout en tour là u li caſtiaus fu jadis, à uſier & exploitier duskes à chele eure que jou, u mes Heirs kikonkes ſera Cuens de Ghines à chels tans, ce ara fait fortrache.

Et pour cheau ke che ſoit connute coſe à tous, jeu Baudewins Cuens de Ghines & Chaſtelain de Broubbergh, donei ches mienes Lettres pendans à l'Abbeſſe & au Covent enſceillées de mon propre Seel.

Faites en l'an de grace Mil CC. & XLIV. el mois de May.

Bouneham ſive *Bonnebem*, locus eſt in Artheſia, non procul à mari, in Diœceſi Morinenſi; in quo loco Beatrix Comitiſſa Ghiſnenſis, relicta Arnulphi Domini Andrenſis, annuente filio ſuo Balduino Caſtellano Burburgenſi, fundavit anno 1223 Abbatiam Monialium Ciſtercienſium, cujus primam inſtituit Abbatiſſam Beatricem filiam, tunc S. Colombæ in Blendecka ſanctimonialem. Paulò pòſt obiit hæc fundatrix, ſepulta apud Moniales Benedictinas Burburgenſes, quibus pariter benefecerat.

In Statutis Capituli Generalis Ciſtercienſis ad annum 1395 (quæ extant in Theſauro Anecdotorum per Benedictinos S. Mauri Pariſiis Tomo IV. pag. 1530) habentur ſequenda. *Monaſterium Monialium de Bonham, Morinenſis Diœceſis, redactum ad duas Moniales & viginti quatuor francos, unitur Monaſterio Monialium de S. Colomba in Blandeka, ejuſdem Ordinis & Diœceſis.* Ultima Abbatiſſa tunc præerat, Margareta de la Tour.

CAPUT CI.

Adam Epiſcopus Morinenſis in Civitate Caletenſi in Gallia (vulgo Calais) Diœceſis Morino-Bolonienſis, conſtituit tres Paræcias anno 1224, ſub Patronatu Abbatis S. Bertini Ordinis Benedicti Audomaropoli in Artheſia.

Ex Cartulario Abbatiæ Bertinianæ.

ADam Dei gratiâ Morinorum Epiſcopus notum facio, quòd cum Oppidum de Calays per Dei gratiam in tantum creviſſet, quòd ad curandam plebem duo ibidem Presbyteri eſſent neceſſarii, Nos ad petitionem Abbatis & Conventûs S. Bertini, ad quos Parochiale jus prædicti Oppidi pertinet, & etiam Parochia de Petreſſe, in cujus terminis Oppidum prædictum conſiſtit, ſtatuimus, quod in locis prædictis tres de cætero præſint Presbyteri; in Eccleſia ſcilicet de Petreſſe unus, & infra de Calays duo, in Eccleſia S. Mariæ unus, & in Eccleſia S. Nicolai alter.

Termini Eccleſiæ Sancti Nicolai ſeu paræciæ.

Quæ Parochiæ conſilio bonorum virorum Oppidi, Auctoritate noſtrâ & Abbatis & Conventûs S. Bertini aſſenſu ita ſunt limitatæ. Eccleſia S. Nicolai verſus Orientalem partem incipiet à ſtrata, quæ à mari venit, & dirigitur ante domum Balduini Dene, uſque ad decurſum aquæ, quæ venit à terra Giſnenſi vel Ardeoſi; & ab illis terminis verſus Occidentalem partem extendetur ex Septentrionali parte decurſûs prædictæ aquæ, & ſtrata prædicta uſque ad terminos Parochiarum vicinarum; domibus tamen duabus, quæ ſunt ex ſeptentrionali parte fluminis ad jus Eccleſiæ de Peterſe (vel Petreſſe) remanentibus.

Termini

Eccleſiæ verò S. Mariæ termini incipient ab orientali parte prædictæ ſtratæ, & verſus Orientem extendentur uſque ad terminos Parochiæ de Merch, & recta linea dirigitur uſque Parochiam de Mereb, erunt termini ejus; & à ſtrata prædicta verſus auſtrum incipient termini Eccleſiæ de Peterſe, ſcilicet ex parte occidentali ſtratæ, quæ vadit verſus Peterſe ſicut certis metis eſt diſtinctum parum durabit.

paræciæ D. Virginis.

Termini paræciæ S. Petri ſuburbanæ.

Ita quod tota terra, quæ jacet inter locum illum & ſtratam, quæ venit à domo Balduini Dene, & iterum à prædicto loco uſque ad curſum aquæ, quæ erit in Parochia S. Mariæ ſcilicet & S. Nicolai de Eccleſia Peterſe ſint derivatæ... Conſilio & petitione prædictorum Abbatis & Conventûs S. Bertini, & aſſenſu Presbyterorum, quos in prædictis Eccleſiis inſtituimus, à nobis eſt directum & ſtatutum, quod duo Presbyteri, qui in oppido erunt 15. libras curſalis monetæ perſolveot 4. terminis annuatim Presbytero de Peterſe.

2. Curiones Oppidi 15. libras pendent Suburbanæ.

Teſtes Ægidius Archidiaconus Flandriæ.
Joannes Abbas S Bertini.
Lucas Cellarius.
Joaones Presbyter de Greveninghe.
Symon Presbyter S Nicolai de Calays.
Oliverius Presbyter de Petreſſe.
Et Euſtachius de Oya, Procurator Joannis Curati S. Mariæ de Calays.

Actum an. 1224. in Octava Aſſumpt. B. Mariæ.

CAPUT CII.

Honorius III. Pontifex confirmat anno 1224 fundationem Abbatiæ Belli-loci, ſive Sinenſis, Monialium Ordinis S. Auguſtini è Congregatione S. Victoris, olim in vico de Decy apud Duacum, nunc in ea Urbe commorantium. Accedit conſenſus Capituli S. Petri Duacenſis.

Eadem habet Bucellinus in Gallo-Flandria: ſed tantum ſunt Fragmenta horum Diplomatum.

HOnorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Priori S. Auberti & Cantori Cameracenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilectæ in Chriſto filiæ Prioriſſa & Sorores S. Nicolai de Ditiaco Atrebatenſis Diœceſis ſuis nobis Litteris intimarunt, quod cum Hoſpitale pauperum in eodem loco fuerit ab antiquo, Sorores quæ pauperibus ſerviebant ibidem, tandem ut ſe arctius divinis obſequiis obligarent, habitum Regularem ac Inſtitutiones Ordinis beati Victoris aſſumere ſatagentes, ſuper hoc conſenſum venerabilis Fratris noſtri Atrebatenſis Epiſcopi humiliter petierunt.

Sed eum non potuerint aliquatenus obtinere, niſi promiſſione primitus ſibi facta, quod abſque ſuo conſenſu, & licentia ſpeciali, nullam ſibi in Abbatiſſam ſeu Prioriſſam eligerent, nec ſororem nec converſam reciperent, niſi ſuo conſenſu petito primitus & obtento. Quare nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum, etſi de dicti Epiſcopi benignitate non dubitent, ſuorum tamen temporibus ſucceſſorum videant ex hoc grave ſibi poſſe diſpendium evenire, & augmentum ipſius loci ſpiritualiter & temporaliter plurimum impediri, ad remittendam eis neceſſitatem hujuſmodi, cum in omnibus aliis ſibi velint lege Diœceſana ſubeſſe, ipſum Apoſtolicis precibus inducere dignaremur.

Cum ergo eorum petitio rationi conſona videatur, eundem Epiſcopum rogandum duximus & monendum, noſtris ſibi dantes Litteris in mandatis, ut Epiſcopali jure in domo ipſa per omnia ſibi ſalvo, eligendi ſibi Prioriſſam ſeu Abbatiſſam, prout loci ratio poſtulabit, ac recipiendi libere Sorores, converſos, atque converſas, eis liberam tribuat poteſtatem, ne ſi libertas aliis Religioſis conceſſa, denegetur eiſdem, locus non proficiat, ſed deficiat, id quod ei debeat imputari.

Quod ſi ſorte contra petitionem ipſarum, & preces noſtras cauſa rationabilis dictum tuetur Epiſcopum, aut eam nobis per ſuas euret litteras intimare, aut quod potius eſt, eis petitam libertatem, cauſâ ipſâ non obſtante, concedat, ſpeciali jure, ſi quod forſitan ibi habet, remiſſo, intuitu pietatis, ut ipſius Ordinis ibidem novella plantatio ſuo favore ſuſcipiat incrementum.

Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatinus Epiſcopum ipſum ad id monere prudenter & efficaciter inducere procuretis.

Quod ſi forte ad id induci neqniverit; rationes quas aſſignabit è contra, nobis per Litteras veſtras fideliter intimetis. Quod ſi non omnes hujs exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrûm ea nihilominus exequantur.

Datum Laterani nonis Maii, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Altera Bulla Honorii III. Papæ.

HOnorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ, ac Sororibus Hoſpitalis S. Nicolai de Ditiaco ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus favorem benivolum impertiri.

Ex parte ſiquidem veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum olim venerabilis Frater noſter P. Atrebatenſis Epiſcopus loci Diœceſanus, ad ſupplicationem veſtram providâ deliberatione ſtatuerit, ut Hoſpitalis veſtri Sorores, nullum Ordinem tunc profeſſæ, ſecundum beati Auguſtini Regulam, & Inſtitutionem, ac Obſervationem Eccleſiæ S. Victoris Pariſienſis, in eodem loco Domino deſervirent, Statutum hujuſmodi Apoſtolico dignaremur munimine roborare.

Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ab Epiſcopo ipſo ſuper hoc pie ac provide factum eſt, & in ipſius Epiſcopi Litteris plenius dicitur contineri, Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti Patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani II. Idus Mai, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Conſenſus Capituli S. Petri Duaci.

DOminus Decanus, & Capitulum B. Petri Duacenſis, omnibus præſentium in-

ſpectoribus ſalutem in Domino. Univerſitati veſtræ notum fieri volumus, quod habitâ diu controverſiâ inter Presbyteros Confratres Hoſpitalis S. Nicolai de Deei ex una parte, & Sanctimoniales ejuſdem loci ex altera, tandem inter eos amicabiliter eſt compoſitum in hunc modum.

Dicti Confratres pro bono pacis dederunt, & conceſſerunt dictis Sanctimonialibus quinque modios terræ arabilis, & duas marcas pagamenti Duacenſis, & unum modium bladii annuatim Duaci percipiendas, & manſionem ſuam in domo de Deei à Paſcha proximo præterito uſque ad tres annos.

Excepto hoc tempore tenentur vivere de ſuo proprio, & elapſo termino memorato, fide præſtitâ à domo de Deei tenentur exire.

Præfatæ verò Sanctimoniales domum antedictam, & omnia bona domûs, quæ vel ſecum attulerant, vel ſimul cum Fratribus emerant, vel acquiſiverant, memoratis Cuufratribus quittaverunt in perpetuum.

In cujus rei teſtimonium ad petitionem partium Sigilli noſtri munimine unà cum Sigillo Domini Rad. Decani Legis Civitatis in Duaco præſens ſcriptum emiſimus communitum.

Actum anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo quinto, Menſe Junio.

CAPUT CIII.

Archiepiſcopus Colonienſis confirmat anno 1227 Permutationem inter Hugonem de Petraponte Leodienſem & Joannem de Aſpero-monte Metenſem Epiſcopos eorumque Eccleſias; vi cujus Metenſes cedunt Leodienſibus Oppidum & Abbatiam S. Trudonis in Hasbania, Ordinis S. Bened. item Abbatiam Walciodorenſem cum Prioratu Haſterienſi Ordinis S. Ben. in Namurceſio; Leodienſes vero Metenſibus Villam S. Lamberti de Maidieres.

Ex Geſtis Pontific. Leodienſ. Auth. Chapeauville.

HDei gratiâ ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Noveritis quod nos ſolemnem permutationem, quam fecit venerabilis noſtra filia Leodienſis Eccleſia de aſſenſu venerabilis Fratris noſtri Leodienſis Epiſcopi, de Curia de Maidieres cum appenditiis & pertinentiis ſuis, cum venerabili Fratre noſtro Epiſcopo Metenſi de aſſenſu Capituli ſui de Villa ſancti Trudonis cum omnibus appenditiis & pertinentiis ſuis; ſicut in Litteris eorundem Metenſis Epiſcopi & Capituli ſui continetur, approbamus, & auctoritate noſtrâ confirmamus, attendentes in hoc evidentem utilitatem Leodienſis Eccleſiæ, & conditionem ipſius in hoc fieri meliorem.

Tenor literarum talis eſt.

JOannes Dei gratiâ Metenſis Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, notum fieri volumus imperpetuum, quod penſatâ utilitate Epiſcopatûs noſtri & Eccleſiæ noſtræ, ejuſdem Capituli noſtri accedente conſenſu, & præhabito ſuper hoc tractatu communi, cognocentes hoc Epiſcopatui noſtro expedire, nec in damnum Eccleſiæ vel Epiſcopatûs noſtri aliquod attemptari, ſed conditionem Epiſcopatûs & Eccleſiæ noſtræ fieri meliorem, ſolemnem permutationem fecimus cum Capitulo Leodienſi de Villa Sainctron, *quæ erat allodium noſtrum*, cum omnibus appenditiis & juſtitiâ, banno, diſtrictu, bomagiis nobilium, & aliorum Clericorum & Laicorum, & hominibus ultra Moſam manentibus, & univerſis commodis, nihil nobis retinentes in omnibus prædictis, ſed nec in domo Abbatiæ de Sainctron, aut Inveſtituris Abbatiarum, videlicet de * Waebere & de Haſtires, quæ omnia tranſire volumus in eandem permutationem cum univerſitate, pro Curia B. Lamberti de Maidieres cum omnibus appenditiis & pertinentiis ſuis, & omni jure ipſius, ſuperadditis nobis duobus millibus librarum Metenſium ex parte Eccleſiæ B. Lamberti Leodienſis, in utilitatem Epiſcopatûs noſtri converſis. De quibus nos omnibus deveſtivimus, ipſam Eccleſiam Leodienſem Dominam facientes, & ei Dominium & poſſeſſionem tradentes, de conſenſu & auctoritate Capituli noſtri Metenſis. Simili modo Dominium & poſſeſſionem prætactæ Curiæ de Maidieres cum omnibus appenditiis & pertinentiis, & omni jure ipſius ab eodem Capitulo Leodienſi recipientes, Epiſcopi ſui accedente auctoritate & conſenſu.

Waſors & Haſtiers.

Nota.

Ut igitur hæc rata & inconvulſa maneant, præſentem Paginam Sigilli noſtri appenſione duximus roborandam.

Datum anno Domini M. CC. XXVII. Menſe Mayo.

Nota.

JAcobus Primic. P. Decanus, totumque Capitulum Metenſe omnibus has Litteras inſpecturis veritati ſubſcriptæ fidem adhibere. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod eum-

muta-

mutationem quam fecit venerabilis Epiſcopus noſter Joannes cum Capitulo Leodienſi de Villa de Sainctron cum omnibus appenditiis ſuis, tam in dono Abbatiæ quam in hominibus, & hominiis ultra Moſam manentibus.

Similiter & de Inveſtituris Abbatiarum, videlicet de Wachere & Haiſt eres, pro Curia S. Lamberti de Maidires cum omnibus appenditiis ſuis, utilitatem & commoditatem utriuſque Eccleſiæ evidentem attendentes, ratam & gratam habemus, & eam Sigilli noſtri impreſſione confirmamus.

Actum Metris anno gratiæ M.CC. XXVII. Ut autem hæc noſtra Approbatio rata permaneat, præſentem Paginam Sigilli noſtri appenſione duximus roborandam

Datum anno Domini M.CC. XXVII. menſe Junio.

H. Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, univerſis præſens ſcriptum intuentibus. Notum fieri volumus, quod Nos ſolemnem permutationem, quam dilecti Principes noſtri Hugo Leodienſis, & Johannes Metenſis, Epiſcopi fecerunt, videlicet Villam S. Trudonis cum omnibus appenditiis & pertinentiis ſuis, Dominio & Juſtitia, homagiis nobilium & aliorum pro Curia de Maidieres cum appenditiis & pertinentiis ſuis, approbamus, & auctoritate noſtrâ confirmamus.

Datum apud Geilentz anno Domini M. CC. XXVII. Menſe Auguſto.

H. Dei gratiâ ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus dilecto, ſuo I. Abbati S. Trudonis ſalutem & omne bonum.

Cum teneamur venerabilem Fratrem noſtrum H. Leodienſem Epiſcopum, & totam Leodienſem Eccleſiam primam filiam Colonienſis Eccleſiæ ſpecialiter honorare & congaudere promotioni ipſius, congratulamur eidem ſuper commutatione, quam fecit cum venerabili Fratre noſtro Metenſi Epiſcopo de Villa de Maidieres cum pertinentiis ſuis de Villa de S. Trudone cum appenditiis ſuis & pertinentiis, per quam commutationem utraque Eccleſia Leodienſis & Metenſis conditionem ſuam feciſſe dicitur meliorem.

Inde eſt, quod nos rogamus omni affectu, quatenus eundem Fratrem noſtrum venerabilem Leodienſem Epiſcopum benigne tanquam Dominum veſtrum recipiatis; & ei fidelitatem & homaginm quam feceratis Epiſcopo Metenſi, cum ab ipſo fitis abſoluti, faciatis; ſcientes quod nos prædictam commutationem confirmavimus, inhibentes nibilominus ne quis auſu temerario contravenire præſumat.

CAPUT CIV.

Hugo de Petraponte Leodienſis Epiſcopus ordinat anno 1227 jura Eccleſiæ ſuæ item Abbatiæ S. Trudonis Ordinis S. Benedicti, in Conſtitutione Magiſtratûs Oppidi Trudonenſis.

HUgo Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus dilectis filiis Schultetis, Scabinis, Juratis, feudatis, Miniſterialibus & omnibus hominibus ſuis, univerſiſque Burgenſibus S. Trudonis ſalutem & paternam dilectionem.

Cum vos & veſtra de cetero promovere & conſervare velimus, ut & vos congratulemini ſuper commutatione ſolemni facta inter nos & venerabilem Fratrem noſtrum Joannem & Eccleſiam Metenſem, ad quos hactenus reſpectum in temporalibus habuiſſe dignoſcimini, quo jure deinceps gaudere debeatis præſenti ſcripto vobis duximus confirmandum.

Intelleximus eſſe quatuordecim Scabinos in loco S. Trudonis ex antiqua ordinatione, ſeptem ſcilicet Epiſcopi, ſeptem Abbatis, quorum judicio omnia ſunt agenda, ita quod alter in alterius fede debeat judicare: quamquam Juriſdictio Epiſcopi & Abbatis ſit certis diſcreta limitibus; quod & nos ſic concedimus permanere. Electionem Scabinatûs etiam quam hactenus habere aſſeritis, liberam vobis eſſe decernimus, ut cum Scabinus deceſſerit, hi qui remanſerint eligant idoneum, ſalvo fidelitatis juramento, quod Domino præſtabit.

Sanè his quæ ſub fidelitate Scabini protulerint, ſtandum eſſe cenſemus, ne in aliquo locus gravetur, ſed in eo, in quo vos invenimus, conſervabimus paternè. Ut autem hæc omnia robur habeant perpetuum, Sigilli noſtri impreſſione munivimus; appoſito ſigillo Capituli Sancti Lamberti. Si qua verò Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona contra hoc Scriptum venire attentaverit, à ſacra communione ſciat ſe ſuſpenſum, quouſque à temerario auſu reſipiſcat.

Datum apud Wareme ſexto Kalendas Julii anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo viceſimo ſeptimo.

CAPUT CV.

Abbas Dunenſis Ordinis Ciſtercienſis, nomine Abbatiæ B. M. V. de Ravensberga Virginum Ordinis Ciſterc. nunc in Diœceſi Audomarenſi, recognoſcit beneficia accepta à Ferrando Luſitano & Joanna Conſtantinopolitana Flandriæ Comitibus, anno 1227.

Ex Archivis Cam. Rat. Inſulis.

EGo Frater D. Abbas de Dunis notum facio univerſis, quod cum Vir Nobilis Fernandus Flandriæ & Hannoniæ Comes & illuſtris Domina Johanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa ejuſdem Comitis Uxor pro ſuarum & Anteceſſorum ſuorum remedio animarum Eccleſiæ Monialium Beatæ Mariæ de Rauvesberga Cyſtercienſis Ordinis remiſerunt decem marchas & dimidiam (triginta tribus ſolidis & quatuor denariis pro mareba computatis) & undecim arietes caſtratos, quolibet ariete triginta denarios valente, in quibus tam marchis quam arietibus dictis Comiti & Comitiſſæ annis ſingulis tenebantur pro circiter quinquagiota novem menſuris terræ in territorio Furnenſi in Parochia de Ramſcapelle jacentibus, ſicut ex inſinuatione Abbatiſſæ Conventûs ejuſdem Eccleſiæ intelleximus;

Dictæ Eccleſiæ Abbatiſſa & Conventus promiſerunt & firmiter conceſſerunt dictis Comiti & Comitiſſæ, quod pro illa remiſſione & dono illo Marcbarum & arietum in Eccleſia ſua ſpecialiter uni Capellano ampliùs quam ſolebant in poſterum providebunt, qui in dicta Eccleſia pro prædictis Comite & Comitiſſa & Anteceſſorum ſuorum remedio animarum, divina officia tenebitur in perpetuum celebrare.

In hujus rei teſtimonium, Litteras iſtas ad petitionem dictarum Abbatiſſæ & Conventûs fecimus ſcribi & Sigilli noſtri teſtimonio confirmari.

Datum anno Domini M. CC. XXVII. Menſe Novembri.

ALTERUM DIPLOMA.

NOs & Ego Soror A. dicta Abbatiſſa de Ravensberga totuſque ejuſdem loci Conventus.

Notum facimus omnibus præſentes Litteras inſpecturis, quod Vir Nobilis Fernandus Flandriæ & Hannoniæ Comes & Nobilis Domina Johanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa ejuſdem Comitis Uxor pro ſuarum & Anteceſſorum ſuorum remedio animarum dictæ Eccleſiæ noſtræ de Ravensberga remiſerint decem marchas & dimidiam, triginta tribus ſolidis & quatuor denariis pro marcha computatis & undecim arietes caſtratos, quolibet ariete triginta denarios valente. In quibus tam marchis quam arietibus annuatim nos & Eccleſia noſtra dictis Comiti & Comitiſſæ tenebamur pro circiter quinquaginta novem menſuris terræ in Territorio Furnenſi in Parochia de Ramſcappelle jacentibus.

Nos prædictis Comiti & Comitiſſæ promiſimus & firmiter conceſſimus, quod pro illa remiſſione & dono illo marcharum & arietum in Eccleſia noſtra ſpecialiter uni Capellano amplius quam ſolebamus inpoſterum providebimus; qui in dicta Eccleſia pro jam dictis Comite & Comitiſſa & Anteceſſorum ſuorum remedio animarum divina Officia tenebitur in perpetuum celebrare. In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine fecimus roborari.

Datum anno Domini M. CC. XXVII. Menſe Novembri.

Litteras Fundationis hujus Abbatiæ Ravenſbergenſis in loco de Outhof, ſub Parochia de Maeckeghem, Diœceſis Audomarenſis, per liberas donationes Chriſtinæ Dominæ de Ravenſbergh, vide inter Inſtrumenta novæ Editionis Galliæ Chriſtianæ Tomo III. pag. 123.

CAPUT CVI.

Ferrandus & Joanna Flandriæ & Hannoniæ Comites, anno 1228, eorumque Soror & heres Margareta anno 1246, benefaciunt Carthuſiæ Vallis Sti. Petri, in Diœceſi Laudunenſi in Gallia.

Ex Archivis Cam. Rat. Inſulis.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Frater P. Prior Vallis Sti. Petri Ordinis Carthuſienſis Laudunenſis Diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Noverit univerſitas veſtra, nos habere Litteras ſigillatas Fernandi illuſtriſſimi Comitis Flandriæ & Haynnoniæ & ejus Uxoris Johannæ & etiam Margaretæ ſucceſſorum ipſorum apud nos ſigillatas in hæc verba.

FErnandus Flandriæ & Haynnoniæ Comes & Johanna Uxor ejus Flandriæ & Haynnoniæ Comitiſſa, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod nos divinæ pietatis intuitu propter noſtrarum & Anteceſſorum & Succeſſorum noſtrorum remedium animarum contulimus & conceſſimus Eccleſiæ de Valle ſancti Petri ſexaginta quatuor ſolidos Arteſienſes annuatim in perpetuam eleëmoſynam, quos eidem Eccleſiæ aſſignavimus ad Winnagium & tranſverſum de Haynnoniæ-Querceto in perpetuum in feſto beati Martini capiendos.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigillis noſtris confirmavimus.

Actum apud Valencenas anno Domini M. CC. XX. octavo, in vigilia beatæ Katarinæ.

ALIUD DIPLOMA.

MAtgareta Flandriæ & Haynnoniæ Comitiſſa, Univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Noverint univerſi, quod cum Fernandus Flandriæ & Haynnoniæ Comes & Johanna Flandriæ & Haynnoniæ Comitiſſa, in quorum bonis tanquam verus heres ſucceſſimus, contulerint & conceſſerint Eccleſiæ de Valle ſancti Petri Laudunenſis Diœceſis, ſexaginta quatuor ſolidos Arteſienſes annuatim in perpetuam eleëmoſynam, quos eidem Eccleſiæ aſſignaverunt ad Winnagium & Tranſverſum de Haynnoniæ-Querceto, in perpetuum in feſto beati Martini Hyemalis percipiendos, prout in eorum Litteris ſuper hoc confectis plenius vidimus contineri.

Nos eorum devotionem attendentes dictam eleemoſynam augmentavimus pro ſalute animæ noſtræ ac Succeſſorum noſtrorum animarum uſque ad centum ſolidos prædictæ monetæ; volentes quod ad dictos Winnagium & Tranſverſum dictæ Eccleſiæ annuatim percipiat, centum ſolidos Arteſienſes in feſto ſupra dicto.

Actum anno Domini M. CC. quadrageſimo ſexto, menſe Februario.

In cujus rei teſtimonium præſenti Cedulæ Sigillum noſtrum dignum duximus apponendum.

CAPUT CVII.

Ferrandus & Margareta Comites Flandriæ benefaciunt anno 1229 Abbatiæ Alnenſi Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Leodienſi, ad ſuſtentationem octo Monachorum.

Ex Archivis Cam. Rat. Inſulis.

EGo Fernandus Flandriæ & Hannoniæ Comes, & Ego Johanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, Univerſis præſens Scriptum inſpecturis notum facimus, quod nos contulimus in eleëmoſynam perpetuam Domui de Alna Ciſtercienſis Ordinis octoginta Libras blancorum ſingulis annis, ad ſuſtentandum in ſervitio Dei octo Monachos apud Alnam in Conventu Alnenſi, qui ibidem jugiter orent pro nobis & offerant Deo Sacrificium laudis, ſecundum Ordinem ſuum, pro ſalute animarum noſtrarum & Prædeceſſorum noſtrorum.

Nos autem octoginta libras dictæ Domui aſſignavimus, percipiendas ſingulis annis apud Binetium ad * noſtras debinetio. * Forte accilias.

Itaque medietatem prædictarum octoginta librarum ad inſtans Natale Domini percipere debent, & aliam medietatem in Natali ſancti Johannis proximo ſequenti: donec prædictas octoginta libras dictæ Domui in decimis vel aliis redditibus in alio loco convenienter aſſig-

naverimus ad noſtram & ipſius Domûs utilitatem.

Quod ut ratum ſit & firmum, præſentes Litteras inde conſcriptas Sigillorum noſtrorum munimine dedimus roboratas.

Actum anno Domini M. CC. XX. nono.

CAPUT CVIII.

Hellinus de Wavrin Toparcha de Waſiers anno 1229, fundat in iſto pago Capellaniam, ex decimâ, quam ibidem obtinebat, quamque Canonicis Sti. Petri Duacenſis antea donaverat.

Ex Archivis Capituli S. Petri Duacenſis.

EGo Hellinus de Wavrain dictus patruus, omnium præſentium inſpectoribus in Domino ſalutem. Notum fieri volo univerſis, quod ego de conſenſu & voluntate Capituli Sti. Petri Duacenſis quamdam Capellaniam perpetuo duraturam apud Waſiers inſtitui.

Ita quod Capellanus qui eam tenebit in Capella Curtis meæ apud Waſiers, vel in Capella ſita in media villa vel in alio loco apud Waſiers ad hoc idoneo ad voluntatem prædicti Hellini & ejus beredis ſi iſtas deſtrui contigerit, pro anima mea & pro animabus Anteceſſorum meorum divina celebrabit Officia; ſalvo in omnibus jure Parochiali & Perſonæ.

Recipiet autem prædictus Capellaous à Capitulo Sti. Petri de Decima Waſiers ſingulis annis triginta novem raſerias bladi & todidem raſerias avenæ infra feſtum Sti. Andreæ apud Waſiers perſolvendas. Similiter novem raſerias bladi ſuper terragium meum de Lambres & XXIII. ſolidos Pariſienſes ſuper novos boſpites de Waſiers. Pertinebit autem ad me quamdiu ſuperſtes ero prædictæ Capellaniæ donatio.

Me autem ſublato de medio, ad Capitulum Sti. Petri prædictæ Capellaniæ Collatio perpetuò revertetur.

Ita quod ſi ultra tres menſes poſtqoam ad eos pervenerit notitia de vacatione dictæ Capellaniæ inventi fuerint negligentes vel rebelles, ipſius Capituli defectum ſolus Præpoſitus adimplebit, dictam Capellaniam certæ perſonæ conferendo.

Si autem Decimam de Waſiers per guerram communem vel peſtem vel ignem deperire vel minui contigerit, Capellanus qui prædictæ Capellaniæ deſerviet, dampnum ſimiliter proportione ſuâ recipiet. In receptione autem dicti Capellani jurabit ipſe Capellaous coram Capitulo Sti. Petri jura Epiſcopi, Archidiaconi, Decani, Perſonæ & Presbyteri ſe fideliter obſervaturum.

Quod ut ratum & firmum permaneat, præſentes Litteras Sigilli mei munimine roboravi.

Actum anno Domini M. CC. vigeſimo nono, in Vigilia omnium Sanctorum.

CAPUT CIX.

Joannes Leodienſis Epiſcopus fundat Conventum FF. Prædicatorum Leodienſium anno 1229.

Ex Archivis Domus.

JOhannes miſeratione divinâ Leodienſis Electus, Viris venerabilibus Magiſtro Jordano Ordinis Prædicatorum, & Priori Provinciali Teutoniæ, totique Capitulo ejuſdem Ordinis, cum veris cultoribus vineæ mercedem percipere æternæ gloriæ.

Quoniam diverſorum frequentia negotiorum à cura ſpiritualium, quæ temporalibus eſſet præferenda, nos efficit tardiores; ne omnino vinea nobis commiſſa, in periculum animæ noſtræ per noſtram occupationem, vitiorum urticis & vepribus occupetur; à Vobis cultores & extirpatores, omni quâ poſſumus ſupplicatione requirimus. Significantes dilectioni veſtræ, quod nos pro ſalute animæ noſtræ & pro ſuccurſu animarum nobis commiſſarum, & pro Religione in Epiſcopatu Leodienſi promovenda & conſervanda, de bonorum virorum conſilio conceſſimus, quod in Civitate Leodienſi recipiatur Conventus Fratrum Ordinis veſtri, qui ibi legant de Theologia, & per totum Epiſcopatum Leodienſem diſſeminent Verbum Dei, & Confeſſiones audiant & abſolvant confitentes; de his ſpecialiter quæ ad Forum Pœnitentiale pertinent; ſalvâ Nobis nihilominus Juriſdictione noſtrâ & noſtrorum; ſalvis etiam ſententiis noſtris & noſtrorum inflictis & infligendis, conſervandis & relaxandis, ſecundum quod nobis & ipſis juſtum viſum fuerit.

Sciatis

Sciatis etiam quod omnem libertatem quâ gaudent Viri Religioſi in noſtra Dioeceſi, vel gaudere debent, illæſam vobis & integram volumus obſervari, recipientes Fratres quos ad nos tranſmiſeritis, ſub noſtra & Eccleſiæ noſtræ protectione.

Inducemus etiam diligenter ſubditos noſtros, ut Fratribus veſtris tamquam animalibus onera noſtra portantibus, manum liberalitatis in ſuis neceſſitatibus extendant.

Datum apud Waremiam feriâ ſecundâ ante feſtum beati Laurentii, anno Domini M. CC. XXIX.

Anno 1229 Epiſcopus Hugo Petra-Pontius Fratres Dominicanos advocare Leodium decreverat, idque negotii morti proximus Jacobo Acconenſi Epiſcopo & Johanni Appiano commendavit, ſcriptis Litteris III. idus Aprilis, feriâ IV. poſt Palmas, quæ litteræ editæ ſunt à Capeavillæo.

Eos igitur Johannes Appianus vix deſignatus Succeſſor ſcriptis præcitatis Litteris ad Magiſtrum Ordinis, denuò invitat.

CAPUT CX.

Prioratus Vallis Scholarium Leodii (dein ab anno 1614 Abbatia) modo ſub Congregatione Canonicorum S. Genovevæ Pariſiis, erigitur anno 1230 à Joanne Leodienſi Epiſcopo, primis Religioſis è Monaſterio de Gerondis-Sarto juxta Namurcum evocatis.

Ex Documentis Abbatiæ de Geronfart.

IGo Johannes Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus omnibus præſens Scriptum iuſpecturis æternam in Domino ſalutem.

Notum facimus tam futuris quam præſentibus in perpetuum, quod Eccleſiæ de Inſula B. Mariæ, aſſenſu & voluntate noſtra concedimus & indulgemus, ut in ea poſſint inſtitui Clerici ſub Regulari diſciplina Regulam B. Auguſtini obſervantes.

Ita tamen, quod unus ex prædictis Clericis electus, ab aliis, qui Prior appellabitur, & Nobis præſecutatus, de manu noſtra curam animarum recipiens, eorum poſtmodum in ſpiritualibus curam gerat. Illo verò decedente, vel de aſſenſu fratrum Prioratui renunciante, circa alium Priorem ordinandum & tunc, & in poſterum prædicta forma per omnia obſervetur.

Cura etiam temporalium cui de prædictis Clericis, qui ad hoc idoneus invenietur, tam de aſſenſu Prioris quam Clericorum communicetur.

Fiet autem inſtitutio Clericorum hoc modo, quod uno decedente alius in locum illius de communi aſſenſu tam Prioris quam Clericorum ſubſtituetur. Libertatem quoque eis talem indulgemus, videlicet quod nulli omnino Archidiacono ſive Abbati, vel rurali Decano, niſi tantum Deo & nobis reſpondebunt.

Bona eidem Eccleſiæ jam collata, & poſtmodum conferenda ſub noſtra protectione reponimus, Auctoritate Dei omnipotentis & noſtrâ, ſub pœna excommunicationis inhibentes, ne quis dicti loci perſonas injuſte vexare ſive perturbare, vel eorum res invadere vel diripere præſumat.

Actum ſolemniter & publicè Incarnati Verbi anno M. CC. XXX. Menſe Januario.

JOhannes Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus Viris Religioſis & dilectis in Chriſto Priori & Conventui de Geroldi-Sarto, ſalutem in Domino.

Noveritis quod vos compoſitionem & ordinationem quam fecerunt Viri diſcreti Magiſter Johannes de Nivella & Otto Decanus ſancti Pauli in Leodio de ſtatu loci, qui dicitur Inſula B. Mariæ, de perſonis ibidem exiſtentibus, videlicet Valino & Petro ex una parte, & Gerardo de ſancto Chriſtophoro, Simone & Johanne ex altera, necnon & redditibus ac proventibus & bonis omnibus ad locum ipſum pertinentibus, ſicut in ipſorum Litteris vidimus contineri ratam habentes & approbantes: locum ipſum vobis & Ordini veſtro concedimus, volentes ut in perpetuum veſtri Ordinis Regula obſervetur & vobis filialiter ſubditus ſit locus ille, retento nobis quantum ad articulum illum ſi prædictos Valuum & Petrum à loco illo recedere quâcumque occaſione contigerit. Et ut hoc ratum ac firmum habeatur, præſentes Litteras Sigilli noſtri charactere fecimus inſigniri.

Datum anno Domini M. CC. XXXI. Menſe Octobri.

CAPUT CXI.

Ægidius Toparcha de Rochefort fundat ac dotat anno 1230 Abbatiam S. Remigii in Arduenna ac Diœceſi Leodienſi, aſſenſum præbente Joanne Appiano Leodienſi Epiſcopo; tunc quidem pro Monialibus Ordinis Ciſtercienſis, at poſtmodum anno 1464 converſam in Abbatiam Monachorum ejuſdem Ordinis.

Ex Inſtrum. Tomi III. Galliæ Chriſtianæ.

VEnerabili in Chriſto Patri Johanni Dei gratiâ Leodienſi Epiſcopo, Egidius Nobilis Vir de Rupeforti ligius & fidelis homo ſuus, ſalutem & fidele ſemper obſequium.

Paternitati veſtræ ſignificamus, quod nos allodium noſtrum de ſancto Remigio in Comitatu Rupefortenſi Domui novæ Ciſtercienſis Ordinis, quæ dicitur Succurſus Dominæ noſtræ, quam ibidem de aſſenſu veſtro nuper fundavimus, integraliter tam in terris & domibus, quam in ſilvis, pratis & piſcationibus, in pleno jure contulimus, nihil dominii nobis retinentes, excepto, quod defenſores volumus eſſe in quibus poterimus, Domûs memoratæ.

Præterea conceſſimus eidem, ut de omnibus nemoribus noſtris, quæ habemus in Famenna, omnia ædificia ſua in perpetuum poſſit ædificare ſine prerio quocumque, paſcua etiam eorumdem omnibus animalibus ſuis propriis, tam porcis, quam ovibus & cæteris jumentis.

Ampliùs annuimus eidem, ut liceat omnibus hominibus noſtris, ubicumque fuerint, de mobilibus ſuis, quantumcumque placuerit, ipſi ſine omni contradictione legare, & ut omnes ad molendinum ſuum in eodem allodio molere valeant, ſi libeat, exceptis illis de Rupeforti.

Hanc igitur Donationem & conceſſionem in manus veſtras libere reportamus, ut eam benigne approbetis, & Domui memoratæ, cujus incrementum deſideramus, Auctoritate Dei & veſtrâ confirmetis.

Datum Rupeforti Idus Junii anno Domini M. CC. XXX.

CAPUT CXII.

Joanna & Margareta Comites Flandriæ, earumque Mariti, item hæredes benefaciunt Abbatiæ de Marketta, Monialium Ordinis Ciſtercienſis juxta Inſulas, anno 1233 & ſequentibus. Quarum Litteras ſe vidiſſe & approbaſſe teſtatur Ludovicus Nivernenſis Comes Flandriæ, anno 1362.

Ex Motivo Juris.

NOs Ludovicus Dei gratiâ Comes Flandriæ, Dux Brabantiæ, Comes Nivernenſis, & Regiſterenſis, ac Dominus Mechliniæ, Notum facimus univerſis, quod Nos anno Domini 1362 die 22 menſis Junii, vidimus Litteras Prædeceſſorum noſtrorum, bonæ memoriæ, Sigillis eorum ſigillatas, formam, quæ ſequitur, continentes.

Nos Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, notum facimus, quod Nos Litteras chariſſimæ Dominæ, & Sororis noſtræ, piæ memoriæ, Johannæ, quondam Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſæ, ſuo Sigillo ſigillatas, ſanas, & integras vidimus, in hâc formâ.

Ego Joanna Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſa notum facio univerſis, tam præſentibus, quam futuris, quod cùm Dominus, & Maritus meus Ferdinandus, piæ memoriæ, quondam Comes Flandriæ, & Hannoniæ, & Ego Eccleſiam de Reclinatorio Beatæ Mariæ Virgiois juxta Inſulam, ob remedium animarum noſtrarum, & Anteceſſorum noſtrorum fundaverimus: Ego volens inpoſterum Abbatiſſam, & Moniales ejuſdem Eccleſiæ majori pace, & libertate gaudere; dum poſt mortem prædicti Domini & Mariti mei eſſem in pleno, & libero Dominio terræ meæ, eis in perpetuam eleëmoſynam liberaliter, & benignè conceſſi, ut per totam terram poteſtatis meæ, eant & redeant, ducant & reducant res ſuas, emant & vendant ad uſus ſuos proprios, per ſe, & familias ſuas, tam in nundinis, quam extrà, abſque omni exactione winagii, paſſagii, & rotagii, thelonei, ponderationis, & hujuſmodi conſuetudinum, nec pro iis, ab eis vel nuntiis earum aliquid exigatur. Et inſuper molendina,

quæ habent, vel habebunt, in terrâ, vel dominio meo libera ſint ſimiliter ab omnibus conſuetudinibus, tam de terris molendinorum capiendis, quàm de aliis quibuſcumque angariis, quantum ad me pertinet, quas in talibus conſuevi facere, vel habêre.

Volo inſuper, & per teſtimonium hujus Cartæ concedo, ut prædicta Eccleſia in omnibus communibus paſcuis, & uſuagiis, ſive uſanciis terræ meæ, ubi ipſa Eccleſia curtes, vel mitonenta habuerit, habeat uſuagia, & uſancias ſuas, ſicut aliæ Communicatæ locorum ipſorum, nec poſſunt in iis ab aliquibus impediri.

Hoc ſalvo, quod ſi Ego, vel aliquis hæredum meorum vellemus aliquid de paſturis communibus, vel nemoribus ad uſum noſtrum proprium convertere, vel alio modo noſtram facere voluntatem, non poſſimus occaſione conceſſionis iſtius ab ipsâ Eccleſiâ impediri, quin noſtram de talibus poſſimus, ſicut prius facere voluntatem. Et ad hæc omnia firmiter obſervanda mei erunt hæredes aſtricti.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigilli mei munimine feci roborari. Actum anno Domini 1233 menſe Novembri.

Nos autem Margareta Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſa, ſuperius nominata, & Ego Guido filius ejus Comes Flandrenſis, & Marchio Namurcenſis, prædicta omnia, & ſingula laudantes, & approbantes, Tenore præſentium confirmamus, & faciemus eadem per terras, & poſſe Noſtrum, tamquam Terræ Domini, firmiter obſervari. In quorum omnium Teſtimonium, & munimen, præſentibus Litteris Sigilla noſtra duximus apponenda. Datum anno Domini 1276 menſe Junio.

Item alias Litteras ſic continentes:

Thomas Comes, & Joanna ejus Uxor Comitiſſa Flandriæ, & Hannoniæ, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Notum facimus univerſis: quod, cum Eccleſia de Reclinatorio beatæ Virginis, quæ Marquetta, dicitur juxta Inſulam Ciſtercienſis Ordinis, titulo cujuſdam Privilegii in moro noſtro ſito inter Baudeloo & Artevelde propè quandam Domum ipſius Eccleſiæ, quæ dicitur Scote, majorem partem dicerent ſe habêre, quod quidem cognoſceremus; tandem inter Nos ex unâ parte, & dictam Eccleſiam ex alterâ, de conſenſu chariſſimæ Sororis Noſtræ Margaretæ Dominæ de Dampetra, amicabilis compoſitio intervenerit, in hunc modum.

Quod Nos de dicto moro jam dictæ Eccleſiæ contulimus quingenta bonaria, nomine eleëmoſynæ, in perpetuum poſſidenda, prænotatæ Domui ſuæ de Scote prupinquiora, & magis convenientia; quidquid juris in dictis quingentis Bonariis habemus ſæpè dictæ Eccleſiæ ſimpliciter, & abſolutè quitantes; Juſtitiâ tamen Nobis reſervatâ, & Donationem dicti moti ſecundùm formam præſcriptam tenemur & hæredes noſtri in perpetuum garandizare. Et propter dictam Collationem prædictorum quingentorum bonariorum moti, Abbatiſſa ejuſdem Eccleſiæ tenetur dare annuatim octo dolia vini tam Infirmariæ, quàm Conventui, pro pitanciis faciendis.

Et, ut prædicta robur obtineant perpetuitatis, tam noſtrorum, quam dictæ chariſſimæ Sororis noſtræ, Sigillorum appenſione præſentes Litteras duximus roborandas.

Datum anno Domini 1243 menſe Decembri.

Item quaſdam alias Litteras ſic continentes:

Margareta Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſa, & Guillelmus filius ejus hæres Flandriæ, & Dominus de Dampetra, Univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Noverit Univerſitas veſtra, quod Illuſtris Domina Soror & Matertera noſtra Joanna, claræ memoriæ, quondam Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſa, tempore ſuæ viduitatis, contulit in eleëmoſynam Eccleſiæ de Reclinatorio beatæ Virginis Ordinis Ciſtercienſis, quæ vulgariter dicitur Marketta, quingenta bonaria Waſtinæ ſuæ ſitæ in territorio de Calve, quæ intus æquitata ſunt dicto Monaſterio, à Viris nobilibus Raſone Cubicularii Flandriæ, Domino de Gavere, & Alardo de Hoela, ſecundùm quod Waſtinæ in Flandriâ æquitari ſolent, & debent, prout in Litteris prædictorum Raſonis & Alardi, vidimus contineri, & Nos prædictam Waſtinam prædicto Monaſterio liberaliter concedimus & confirmamus, ab eo in perpetuum quietè & pacificè poſſidendam.

In cujus rei memoriam, & munimen præſentes Litteras fecimus Sigillorum noſtrorum appenſione muniri. Datum anno Domini 1248.

Item alias Litteras ſic continentes.

Ego Joanna Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſa notum facio, per hanc Cartam, præſentibus, & futuris, quod, cùm bonæ memoriæ chariſſimus Pater meus Balduinus Flandriæ, & Hannoniæ Comes, olim in feodum contuliſſet Lennoto de Gandavo quinquaginta bonaria waſtinæ ſuæ, & ſexdecim bonaria mori ſui, jacentia juxtà quamdam Curtem ſancti Petri de Gandavo, quæ Curtis vocatur Wachtebeke, ita quod ipſe Lennotus, & Succeſſores ſui ea omnia in perpetuum de ipſo tenerent in Feodum, ſicut in Cartâ prædictâ Patris mei, vidi plenius contineri; poſtmodum. Walterus filius & hæres ejuſdem Lennoti, & Uxor ejus, tempore bonæ memoriæ Domini, & mariti mei F. Comitis, prædicta quinquaginta bonaria waſtinæ, & ſeadecim bonaria mori, cum totâ manſione, quam præfatus Lennotus ibidem conſtruxerat, & quam dictus Walterus tenebat poſt ipſum, quæ manſio vocatur à Schote, dilectis in Chriſto Abbatiſſæ & Conventui de Reclinatorio beatæ Virginis (vocato vulgariter Marketta, & fundato à Nobis juxta Inſulam) vendiderunt, & legitimè werpierunt.

Videlicet tali modo; quòd præfatus Wal-

terus, & Uxor ejus, coram Bernardo tunc Baillivo Gandenſi, quem præfatus Maritus meus, & Ego ſub Teſtimonio Hominum noſtrorum, ad hoc conſtituveramus ſpecialiter loco noſtro, & coram Hominibus noſtris fecerunt legitimè venditionem, & werpitionem prædictam, afferentes, & per Teſtimonium Hominum noſtrorum probantes, quod hoc faeere cogebantur propter anguſtiam paupertatis.

Et Homines noſtri, qui aderant, per judicium, & pro jure dixerunt, quod ipſa venditio & werpitio, quam faciebant propter ſuam paupertatem dictus Walterus & Uxor ejus, ſicut ipſis Hominibus evidenter conſtabat, benè & legitimè facta erat, quod dicti Walterus & Uxor ejus, aut Hæredes eorum, in præfatis quinquaginta bonariis waſtinæ, & ſexdecim Bonariis mori, & Manſione ibi ſitâ, quæ dicitur à Seote, nullum de cætero jus habebunt.

Imò dicta Abbatiſſa & Conventus de Recliuatorio beatæ Virginis erunt benè & legitimè in omnibus antedictis, ſicut ea omnia præfatus B qui ad hoc intererat loco Domini Comitis, & mei, reddiderat ex parte noſtrâ præfatæ Eccleſiæ de Reelinatorio beatæ Virginis libera ad omni Juſtitiâ Feodali, & ſine omni onere, vel ſervitio, aut reditu Nobis debito, in perpetuum poſſidenda.

Cùm autem hæc omnia taliter facta eſſe præfatus B. qui fuerat, ut dictum eſt, loen Domini Comitis, & mei, ipſi Comiti plenè, ac fideliter retuliſſet, & Nos eadem approbaſſemus, libenter Ego, poſtmodum defuncto præfato Domino, & Marito meo F. Comite, cùm Flandriæ, & Hannoniæ Comitatum tamquam Hæres & Domina in plena & libera Pnteſtate tenerem, in perpetuum rei hujus judicium juſſi fieri Cartam iſtam, & præfatæ Eccleſiæ de Reclinatorio eam dedi, Sigilli mei Teſtimonio communitam.

Datum anno Domini 1233 menſe Novemb.

Item quaſdam alias Litteras, Sigillis Domini Raſnnis de Gavere ſigillatas, formam ſubſequentem continentes.

Ego Raſo Dominus de Gavere notum facio omnibus præſentes Litteras inſpecturis, quod, cùm chariſſimus Dominus meus Flandriæ, & Hannoniæ Comes, & Joanna Uxor ejus Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, dederint de moro ſuo, jacente inter Baudeloo & Artevelde, Eccleſiæ Monialium Ciſtercienſis Ordinis juxta Inſulam, quæ Reclinatorium B. Mariæ Virginis appellatur, undecim bonaria ad frontem a ſuperiori parte, ita longè, quam idem morus dictorum Comitis & Comitiſſæ extenditur, & illam frontem terræ, quæ jacet juxtà eundem morum, & aquam adeò longam, uſque ad filum aquæ, per quam ducitur naviginm, prnpter ipſum morum competenter vacuandum, ſicut in Litteris ſuper his confectis plenius continetur.

Ego omuem ſolemnitatem, quæ neceſſaria fuit, tam in æquitando, quàm in omnibus aliis ad hoc, quòd dicta Eccleſia dictum morum benè & legitimè in perpetuum poſſideret, fideliter adimplevi; & eſt mihi à dictâ Eccleſiâ benè, & ad plenam ſatisfactionem, ſuper omni jure, quod me contingebat, pro dictis ſolemnitatibus faciendis.

Quod, ut ratum & firmum permaneat, præſentes Litteras Sigilli mei mumimne confirmavi. Datum anno Domini 1232 menſe Anguſto.

Quas quidem Litteras, Nos, ad ſupplicationem Religioſarum mulierum Abbatiſſæ, & Conventûs de Marketta, approbamus, & confirmamus, prout de eiſdem benè uſæ ſint, ſalvo Jure Noſtro, & iu omnibus alieno. In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum, præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum Gandavi anno & die prædictis.

CAPUT CXIII.

Fundatio Abbatiæ B. M. de Sarto, in loco de Barbarinſart, quæ nunc dicitur la Sauſſoye, inſtituta per Joannem Aletak Civem Tornacenſem, confirmatur anno 1233 per Capitulum Tornacenſe, item per Gregorium IX. Pont.

Ex Archivis loci.

NDecanus Eccleſiæ B Mariæ Tornacenſis, univerſis præſentes Litteras inſpecturis in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod cum Johannes dictus Aletak Civis Tornacenſis, ob remedium animæ ſuæ, & parentum ſuorum, contuliſſet in el. emolynam Curtem ſuam de Barbarinſart cum appenditus ſuis, Abbatiſſæ & Conventui de Braela Ordinis Ciſtercienſis, ad conſtruendum Monaſterium ejuſdem Ordinis in loco prænotatn: idem Jnhannes volens hoc facere de conſenſu Viri Nobilis Domini ſui, videlicet Evrardi de Vinea, à quo tenebat in feodum prædictam Curtem cum appenditiis ejuſdem, humiliter ei ſupplicavit, quatenus prædictam Donationem laudaret & acceptam haberet; & quod eandem Curtem eum ſuis appenditiis immunem ab omni ſervitio & nnere faceret, & juſtitiam quam ibidem habebat quitam elamaret.

Die igitur aſſignatâ à præfato Evrardo ad petitionem dicti Johannis ad prædicta ſolemoiter facienda, convocatis Hominibus ipſius Evrardi, Paribus Johannis prædicti, & evocatis aliis qui fuerant evocandi, præfatus Johan-

n o

nes in præſentia noſtra, & plurium tam Militum quam Clericorum, in Clauſtro beatæ Mariæ Tornacenſis ad hoc congregatorum, reſignavit in manu memorati Domini ſui Evrardi, quidquid juris habebat in curte & appenditiis ſupradictis, ad opus Monaſterii in loco prædicto conſtruendi, homagium quod debebat ei de dicto feodo, eidem ſimiliter reſignans.

Hujuſmodi vero reſignatione factâ, ſtatim idem Johannes in recompenſationem prædicti feodi alias terras æque vel magis valentes recepit in feodum ab eodem Evrardo, & ſtatim de novo feodo novus Homo ejus factus fuit.

Poſtmodum vero ſæpedictus Evrardus in præſentia Hominum ſuorum ad hoc convocatorum, dictam curtem cum ſuis appenditiis in manu noſtra poſuit, ad opus Abbatiæ in loco prædicto conſtruendæ, qui eramus ibidem ex parte Abbatiſſæ & Monialium prædictarum, & eandem curtem cum appenditiis ſuis ab omni ſervitio & onere fecit liberam & immunem, & juſtitiam quam habebat ibidem, quitam clamavit.

Poſtea vero interrogati homines præfati Evrardi & etiam præfatus Johannes qui de novo factus erat homo ejus, quantum ad novum feodum, utrum idem Johannes aliquid juris haberet in curte prædicta & ejus appenditiis; habito conſilio, dixerunt omnes per judicium, quod nihil joris habeat idem Johannes in curte & appenditiis ſupradictis.

In cujus rei teſtimonium & firmitatem præſentes Litteris ſigilli noſtri munimine duximus roborandas.

Actum anno Domini M. CC. XXXIII. menſe Octobri.

CAPUT CXIV.

Gregorius IX. Pont. committit Abbatiſſæ & Monialibus de Braëlla ſeu de Alneto Ordinis Ciſtercienſis in Artheſia, inſtaurationem Abbatiæ novellæ de Barbarinſart (de qua Cap. præced.) anno 1233.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ ac Conventui de Braella, Ciſtercienſis Ordinis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Sane dilectus filius Johannes dictus Arletak, & A. ejus Uxor Cives Tornacenſes, ſuâ nobis inſinuatione monſtrarunt, quod ipſi zelo devotionis accenſi, quendam manſum ſuum qui Barbarinſart vulgariter appellatur, cum ædificiis & appenditiis ſuis Monaſterio veſtro liberaliter contulerunt, ut ibidem Monaſterium conſtruatur, in quo poſſint Abbatiſſa & Conventus Ordinis veſtri jugiter Domino famulari; & tam venerabilis Frater noſter Cameracenſis Epiſcopus, loci Diœceſanus, quam patronus & rector Eccleſiæ in cujus Parochia manſus ipſe conſiſtit, in hoc liberaliter conſenſerunt.

Nos igitur ipſorum devotis precibus inclinati, quod ſuper hoc ab eiſdem pie ac provide factum eſt, ratum habentes, conceſſionem hujuſmodi Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti Patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Anagniæ IV. Kal. Februarii, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

CAPUT CXV.

Godefridus de Fontanis, Cameracenſis Epiſcopus Begginis Cantipratanis, olim in ſuburbio Cantipratano juxta Cameracum habitantibus, concedit conſtructionem Noſomomii, anno 1235. *Accedunt Bullæ Gregorii IX. Pont. & Litteræ S. Ludovici Francorum Regis.*

Vide plura apud Ryckelium in Hiſtor. S. Beggæ.

GOdefridus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, omnibus præſens ſcriptum inſpecturis, gratiam in via, & gloriam in patria. Approbante Sanctiſſimo Patre Gregorio Dei gratiâ ſummo Pontifice, modum & honeſtatem vivendi ſanctarum Virginum & continentium, in Begginarum habitu apud ſanctum Salvatorem manentium, & eodem eas exhortante piis exhortationibus ad perſeverandum, ſicut in ejus Litteris perſpeximus contineri. Cùm prius eas diligeremus in Domino, ad earum dilectionem & conſummationem paternâ devotione,

ſicut juſtum eſt, ampliori affectione fuimus & ſumus animati; maximè cum magis bonos & Religioſos ac Doctores Theologos eos commendare, diligere videamus & fovere.

Ut igitur illius præfati principii diluculum creſcere faciat uſque in perfectam diem pius Dominus omnium bonorum proviſor & largitor, mentes quorumdam excitavit ad inciendum opus ibidem, per quod bonum inceptum quaſi adhuc coaſiſtens in pendulo fortiretur ſtabile fundamentum.

Attenderunt autem dictæ perſonæ, quod præ numeroſa multitudine mulierum, ſimul in domunculis ibidem habitantium, tantâ contiguitate conſtructa ſunt earum cubicula, quod aliquâ earum in infirmitate jacente, aliæ vel de neceſſitate infirmantur, vel quod inhumanum eſt, requie ſive ſopore privantur.

Ad ſubveniendum ergo præmiſſis incommoditatibus, imò quam-plurimis aliis, quas non eſt opus hîc exprimi vel depingi, præfatæ perſonæ propoſuerunt ibidem Hoſpitale conſtrui ad uſum ſpecialem Religioſarum pauperrimarum & languentium vel ægrotantium inter eas, quæ dicuntur Begginæ, manentium, omni hominum excluſo conſortio, proviſione loci penes mulieres induſtrias de mandato Epiſcopi remanente.

Nos verò ſanctum attendentes & ſalubre propoſitum dictarum perſonarum, earum juſtis & ſanctis precibus annuentes, concedimus ibidem Hoſpitale fieri ad præfatum uſum, ſub protectione noſtra & cura ſpeciali, omnibus ibidem de bonis ſuis, ſicut Deus inſpiraverit, largientibus ſecundum uniuſcujuſque devotionem, participatioem omnium bonorum, quæ fiunt in noſtra Diœceſi, concedentes.

Actum anno Incarnationis Dominicæ M. CC. XXXV. menſe Januario.

II. Bulla Gregorii IX. Papæ.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus virgioibus continentibus, perpetuam Deo voventibus caſtitatem, per Civiratem & Diœceſim Cameracenſem conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Glorium virginalem & caſtimoniæ decus, ſine qua nemo ad viſionem Dei poterit pervenire, beata Dei Genitrix Virgo ſemper Maria prima mortalium Domino conſecravit, quæ dum cœleſtis viræ propoſitum tenuit, ad divinitatis fœdera Patribus repromiſſa pervenit.

Vobis iraque poſt odorem unguentorum Reginæ Virginum tantæ perfectionis imitatione currentibus, in eo quem genuit, cujus nomen unguentum propter hoc effuſum extitir, congaudemus, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quod dum carnis ſpurcitiis abdicatis, in diſciplina morum, profectuque virtutum humanæ conditionis jura tranſcenditis, expectatione modica laborantes, ad Sponſi cœleſtis æterna gaudia pertingetis.

Quia igitur felicitatis hujus ineffabile præmium non inchoantibus repromittitor, ſed perſeverantibus in conſummatione præſtatur, univerſitatem veſtram rogamus, monemus & obſecramus attentius in eo qui pudicitiæ zelator, & ultor eſt injuriæ, obteſtantes ut continuetis finem priocipio, veſpertinum ſacrificium maturino, ſcientes quia zelotypus eſt Jeſus, & aliquem ſibi præferri non patitur: qui certo fœdere pollicetur divinitatis participium Sponſæ ſuæ, ſi perſeveraverit, & damnationis æternæ ſupplicium, ſi quidem primam fidem fecerit irritam, comminatur.

Verùm quia nos, qui licet indigni Vicarii ejus ſumus, agonem veſtrum non ſolum votis & precibus virtutum Domino commendare volumus, ſed etiam Apoſtolici prærogativâ favoris & ſpecialis gratiæ proſequi pro Jeſu Chriſto Sponſo veſtro debemus, perſonas & bona veſtra ſub beati Petri & noſtra ſpeciali protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Patrocinio communimus.

Nulli ergò homioum liceat hanc Paginam noſtræ protectionis infringere, vel ei auſu temerario cootraire.

Si quis autem hoc artentare præſumpſerit, indigostionem omoipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani 11 Non. Junii, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

III. Diploma S. Ludovici IX. Francorum Regis.

LUdovicus Dei gratiâ Francorum Rex Notum facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod omnia ea, quæ Iſabella de Flecquieres, Magiſtra Begginarum de Cantiprato ad opus Begginarom Hoſpitalis de Cantiprato in noſtris feudis acquiſivit, nos intuitu pietatis eidem Hoſpitali concedimus & Auctoritate Regiâ confirmamus, ſalvo jure in omnibus alieno.

Quod ut ratum & ſtabile permaneat in futurum, præſentes Litteras Sigilli noſtri fecimus impreſſione muniri.

Actum Pariſiis anno Domini M. CC. L. quinto, menſe Februario.

Fundatum fuit hoc Beginagium primitùs extra muros Civitatis Cameracenſis, juxta portam & intra Parochiam ſuburbii Cantipratenſis (ita dicti à famoſa ibidem quondam Abbatia Cantipratana.) Prima harum Begginarum fundatrix fuit D Iſabella de Flecquieres, vidua, quæ obiit anno 1264; ejuſque Epitaphium antiquiſſimum etiamnum ibi viſitur in Capella Beginarum.

Hoc Beginagio funditus everſo per Iconoclaſtas anno 1580 receperunt ſeſe Begginæ intra Cameracum ſub Parochia S Vedaſti, ac ſubſunt ibidem Parocho dictæ Eccleſiæ. Olim fuiſſe numero mille trecentas, traditio eſt; ſed nunc ad viginti reductæ ſunt. Variis frumur opinis fundationibus; atque admittunt poſtulantes ad locum vacaturum veluti Novitias.

CAPUT CXVI.

Gregorius IX. Pont. confirmat anno 1235 Fundationem aliaque Privilegia Abbatiæ de Waltheri-Brania Virginum Ordinis Cistercienſis in Gallo Brabantia.

Ex Archivis hujus Abbatiæ.

Regorius Episcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis in Christo filiabus, Abbatissæ Monasterii B. Mariæ de Brania, ejusque Sororibus tam præsentibus quam futuris, Regularem vitam professis.

Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eas à proposito revocet, aut robur (quod absit) sacræ Religionis infringat. Quapropter dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium S Genitricis & Virginis Mariæ de Brania, Cistercienſis Ordinis Cameracenſis Diœcesis, in quo divino estis obsequio mancipatæ, sub B. Petri & nostra Protectione suscipimus, & præsentis Scripti Privilegio communimus.

In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus qui secundum Deum & B Benedicti Regulam atque Institutionem Cistercienſium Fratrum, à Vobis post Concilium generale suscepram, in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in præsentiarum justè ac canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma Vobis & eis qui Vobis succesſerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinenciis suis. Locum de Lare, cum pratis & omnibus pertinenciis suis. Terras de Rodenhem, cum omnibus pertinenciis suis, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, ususagiis & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis; satis novalium annuorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de hortis, virgultis, & piscationibus vestris, vel nutrimentis animalium vestrorum nullus à Vobis decimas exigere vel extorquere præsumat.

Liceat quoque Vobis personas liberas & absolutas è sæculo fugientes ad conversionem recipere, ac eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli Sororum vestrarum, post factam in Monasterio vestro Professionem fas sit sine Abbatissæ suæ licentia de eodem loco discedere: discedentem vero absque communium Litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtiùs inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium Ecclesiæ vestræ collatum, liceat alicui personaliter dari, sive alio modo alienari, absque consensu totius Capituli, vel majoris aut sanioris partis ipsius. Si quæ vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est factæ fuerint, eas irritas esse censemus.

Insuper Auctoritate Apostolicâ inhibemus, ne ullius Episcopus vel quælibet alia persona ad Synodos vel Conventus forenses vos, vel Judicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat: nec ad Domos vestras cautâ Ordines celebrandi, causas tractandi, vel aliquos Conventus publicos convocandi venire præsumat; nec Regularem electionem Abbatissæ vestræ impediat, aut de instituenda vel removenda ea quæ pro tempore fuerit, contra Statuta Cistercienſis Ordinis se aliquatenus intromittat.

Pro consecrationibus vero Altarium vel Ecclesiarum, sive pro Oleo sacro, vel quolibet Ecclesiastico Sacramento nullus à vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quidquam audeat extorquere: sed hæc omnia gratis vobis Episcopus Diœcesanus impendat.

Alioquin liceat vobis quemcumque maluerit Catholicum accedere Antistitem, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habentem, qui nostrâ fretus Authoritate, Vobis quod postulatur impendat. Quod si Sedes Diœcesani Episcopi forte vacaverit, interim omnia Ecclesiastica Sacramenta à vicinis Episcopis accipere liberè & absque contradictione possitis. Sic tamen ut ex hoc inposterum proprio Episcopo nullum præjudicium generetur.

Quia verò interdum proprii Episcopi copiam non habetis, si quem Episcopum Romanæ Sedis (ut diximus) gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum & vestium, consecrationes Altarium, benedictiones Monialium, Authoritate Apostolicæ Sedis recipere valeatis.

Porrò si Episcopi, vel alii Ecclesiarum Rectores in Monasterium vestrum, vel personas inibi constitutas, suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententias promulgaverint, sive in mercenarios vestros, pro eo quod de-

cimas ſicut dictum eſt non perſolveritis, ſive aliquâ occaſione eorum quæ ab Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu Benefactores, pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex charitate preſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus in quibus vos laboratis & alii feriantur, eandem ſenrentiam protulerint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ Indulta prolatam, decernimus irritandam. Nec Litteræ illæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis Ordinis, contra Indulta Apoſtolicorum Privilegiorum conſtiterit impetrari.

Præterea cùm commune rerræ interdictum fuerit, liceat vobis nichilominus in veſtro Monaſterio, excluſis excommunicatis & interdictis, divina Officia celebrare.

Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ inpoſterum ſollicitudine providere volentes, Authoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes immunitates & libertates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, Authoritate Apoſtolicâ confirmamus & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſervenrur, earum, pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnibus profutura. Salvâ Sedis Apoſtolicæ Authoritate.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tempraverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſarisfactione correxerit, honoris ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat: atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ulcioni.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

✠ Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ Ego Johannes Sabinenſis Epiſcopus.

✠ Ego Jacobus Tuſculanus Epiſcopus.

✠ Ego Rainaldus Oſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus.

✠ Ego Thomas, Tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinalis.

✠ Ego Guiſredus, Tit. S. Marci Presbyter Cardinalis.

✠ Ego Sigebaldus, Tit. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis.

✠ Ego Rainerius, S. Mariæ in Coſmedin. Diaconus Cardinalis.

✠ Ego Egidius, SS. Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis.

✠ Ego Petrus, Sti. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis.

Datum Viterbii, per manus Magiſtri Guilielmi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarii, V. Kal. Decembris, Indictione VII. Incarnationis Dominicæ anno M. CC. XXXV. Pontificatûs vero Domini Gregorii Papæ IX. anno nono.

WALTHERI-BRANIA, Abbatia eſt Monialium Ordinis Ciſtercienſis in Diœceſi Namurcenſi, ſita in finibus Gallo-Brabantiæ, primo lapide ab Hallis Hannoniæ Oppido.

Fundatorem ſuum proprio nomine ſatis indicat, nempe *Walterum*, Virum nobilem, qui Monaſterium illud in fundo ſuo ædificare cepit circa annum 1220. Cura ſpiritualis illius ab antiquo fuit penes Abbatem Villarienſem ejuſdem Ordinis.

CAPUT CXVII.

Johanna Conſtantinopolitana Flandriæ Comitiſſa, Abbatiam B. M. de Marquetta Virginis Ordinis Ciſtercienſis à ſe recens fundatam, liberat ab onere & curâ Hoſpitalis anno 1236.

IOhanna Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, univerſis ram præſentibus, quam futuris ſalutem.

Noverint univerſi, quod cùm de communi aſſenſu charisſimarum in Chriſto Religioſarum mulierum Abbatiſſæ & Conventûs Monaſterii de Marqueta Ciſtercienſis Ordinis quod Reclinatorium B. Virginis appellatur, domum Hoſpitalis pauperum infirmorum de ſæculo, quam decreveram infrà ambitum ipſius Monaſterii conſtruendam, de prudentum virorum conſilio fecerim extra locum ejuſdem, Abbatiſſam & Conventum ipſius Monaſterii ab omni cura,

ra, & regimine Hoſpitalis, quod in eo facere propoſueram, volo eſſe penitus abſolutas, & ab omnibus aliis ad idem pertinentibus Hoſpitale, cùm renunciaverint redditibus & aliis, quæ ſibi occaſione ipſius Hoſpitalis aſſignata fuerunt & conceſſa.

Sciendum autem, quod domum meam cum foſſatis ejus, & omnibus appendiciis, quam fieri feci juxta Monaſterium antedictum, conceſſi & dedi eidem Monaſterio abſolutè & liberè; ita quod poſtquam deceſſerim, eam cum omnibus ſuis pertinentiis habeat & poſſideat perpetuò pacificè & quietè ab omni exemptam dominio temporali.

In cujus rei teſtimonium & munimen, præſentes Litteras fieri fecimus, & Sigilli noſtri appenſione muniri.

Actum anno Domini M. CC. XXXVI. menſe Februario.

CAPUT CXVIII.

Ermeſindis Comitiſſa Luxemburgenſis fundationem Prioratûs Mariæ-Vallis Nobilium Monialium Ordinis S. Dominici, apud Luxemburgum inchoatam à Theodorico de Mariſch Dapifero ſuo, confirmat anno 1237.

HErmeſindis Dei gratiâ Comitiſſa de Luceiburg omnibus præſens Scriptum intuentibus. Notum facimus, quod nos allodium Theodorici Dapiferi noſtri, quod idem Theodoricus emit, & Eccleſiæ Sanctimonialium de Valle S. Mariæ cum conſenſu Elyſæ uxoris ſuæ liberaliter contulit, & prorenditur à ſemita, quæ de Schindelce tranſit in Calembach, uſque ad rivum, qui dicitur Viſchbach ex una parte, & uſque ad rivum, qui dicitur Merlebach, ex altera parte, eidem Eccleſiæ confirmamus, juri noſtro, ſi quod in præfatis bonis habemus, vel habere potuimus, pro animæ noſtræ remedio renuntiando, & tam hæc bona, quàm alia, quæ prædicta Eccleſia in præſenti poſſidet, & impoſterum, favente Deo, poterit adipiſci in noſtram recipimus protectionem.

Ne autem hæc noſtræ pietatis ordinatio ab aliquo impoſterum impugnari valeat, vel infringi, præſens Scriptum indè confectum, de conſenſu filii noſtri Henrici Comitis, Eccleſiæ tradidimus ſupraſcriptæ, Sigilli noſtri & ejuſdem Filii noſtri munimine roboratùm.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo, in Cathedra Petri.

Vide plura curioſa, de hujus Monaſterii fundatione in Belgio Dominicano Patris de Jonghe, item infra ad annum 1288 beneficia eidem collata à Johanne Domino de Avenis Hannoniæ Comite.

Extat etiam Luxemburgi Conventus FF. Prædicatorum, fundatus ac dotatus anno 1292 ab Henrico Comite Luxemburgenſi, dein Roman. Imperatore, itemque à matre ejus Beatrice Bellomontana. Diploma Fundationis lege in eodem Belgio Dominicano pag. 285.

Obiit idem Henricus VII. Imp. Senis in Italia anno 1313, dum Gibellinos bello inſequitur. Mox ortus eſt rumor, Cæſarem à Confeſſario ſuo Fratre Bernardo à Montepolitiano, Ordinis FF. Prædicatorum, veneno ſacræ Euchariſtiæ intermixto fuiſſe intoxicatum. Quod etiam refert Meyerus ad hunc annum.

Sed calumniam hanc apertè diluit Diploma pro innocentia prædicti Fratris Bernardi, datum anno 1346. per Johannem Bohemiæ Regem Comitem Luxemburgenſem, quod ex veteri Codice Manuſcripto Bibliothecæ Regiæ eruit Stephanus Baluzius Tomo I. Miſcellan. pag 762.

CAPUT CXIX.

Solismontana Abbatia Virginum Ordinis Ciſtercienſis in Comitatu ac Diœceſi Namurcenſi, anno 1237 Ordini Ciſtercienſi aggregatur, ſubjicitur que Abbati Alnenſi ejuſdem Ordinis in Diœceſi Leodienſi.

Ex Cartulario Abbatiæ Alnenſis.

UNiverſis Chriſti fidelibus, quibus præſentes Litteras videre contigerit, Frater W. de Villari, Frater O. de Valle S. Lamberti & Frater I. de Grandi prato Leodienſis Diœceſis Ordinis Ciſtercienſis dicti, Abbates, ſalutem & cognoſcere veritatem.

Noverint præſentes & futuri, quod nos dati inſpectores Domûs Monialium, quæ dicitur Solis-mons, à Capitulo generali ſecundum formam nobis ab eodem Capitulo traditam, locum, ædificia & poſſeſſiones ad eundem locum pertinentes diligenter inſpeximus & præfati Capituli authoritate Nobis in hac parte commiſſâ locum cum perſonis & pertinen-

tus ſuis Ordini Ciſtercienſi incorporavimus, quibus etiam Auctoritate prædictâ in virtute ſanctæ obedientiæ duximus præcipiendum, ne Domum ſuam ultra poſſe poſſeſſionum ſuarum in perſonis recipiendis onerare præſumerent.

Præterea tenore præſentium teſtimonium perhibemus, Capitulum generale Paternitatem & Curam Domûs prædictæ Abbati de Alna Leodienſis Diœceſis contuliſſe.

Ut autem prædicta incorporatio firma perſeveret, præſentem Cartulam Sigillorum noſtrorum appoſitione duximus roborandam

Actum anno Domini M. CC. XXXVII. menſe Maio.

Abbatia *Solis-montana*, vernaculè *Soleilmont*, Monialium Ordinis Ciſtercienſis, ſita eſt in Diœceſi Namurcenſi, ſub territorio Florucenſi, haud procul ab Oppido Carolo-Regio. Inſtituta fuerat anno 1088 auſpiciis Henrici Comitis Namurcenſis; ac dein incorporata fuit Ciſtercienſi Ordini anno 1237, ſubjectaque Abbati Alnenſi: dotem augente Balduino II Namurci Comite.

Dum circa annum 1413 omnes ferme Moniales morbo contagioſo abſumptæ eſſent, Guilelmus Namurci Comes Moniales aliquot è Prioratu Muſinienſi juxta Mechliniam evocari curavit Solismontem reſtauraturas. Vide quæ ſupra dicta ſunt Parte I. hujus Supplementi pag. 174.

CAPUT CXX.

Guido de Lauduno Cameracenſis Epiſcopus Abbatiam Foreſtanam juxta Bruxellam, Monialium Ordinis S. Benedicti olim ſubjectam Juriſdictioni Abbatis Affligemienſis, ab eadem eximit anno 1238.

Ex Chronico MS. Abbat. Affligem.

GUido Dei gratiâ Epiſcopus, Wilhelmus Archidiaconus in Brabantia, & Magiſter Gerardus Scholaſticus Cameracenſis, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod quum inter Abbatem & Conventum Haſſligemienſem, & eis adhærentes ex una parte, & Prioriſſam & Conventum de Foreſto, & eis adhærentes ex altera, diu & coram diverſis Judicibus à Sede Apoſtolica Delegatis quæſtio agitata fuiſſet ſuper ſubjectione & adminiſtratione, quam in Monaſterio Foreſtenſi Abbas & Monachi Haſſligemienſes petebant, & tandem poſt multos tractatus, partes prædictæ in nos ſub juramento, & ſub pœna mille librarum Bruxellenſium compromiſiſſent & ad ea pertinentibus ſuppoſuiſſent de alto & de baſſo.

Nos habito diligenti tractatu eum partibus, communicatoque bonorum conſilio, penſatâ etiam utriuſque Monaſterii utilitate, ordinamus, & arbitrando pronunciamus in hunc modum.

Quod Monaſterium Foreſtenſe Monaſterio Haſſligemienſi in nullo de cetero ſit ſubjectum.

Nec Abbas, vel aliquis de Monaſterio Haſſligemienſi, habeat de cetero ſubjectionem, adminiſtrationem, vel juriſdictionem in ſpiritualibus, in Monaſterio Foreſtenſi, nec in appenditiis Monaſterii ſupradicti.

Volumus tamen & ordinamus, quod Abbas Haſſligemenſis, qui pro tempore erit, poſſit ſi velit, ſingulis annis bis accedere ad Monaſterium Foreſtenſe, & confeſſiones perſonarum ejuſdem Monaſterii, quæ eidem Abbati confiteri voluerint, audire, & Capitulum intrare, & Capitulo intereſſe, & ſuper correctione exceſſuum & culparum illam, quæ Monaſterio præerit, monere, ut ipſa corrigat illa ſecundum Ordinis diſciplinam.

Quod ſi ipſa negligens fuerit, nihil poterit Abbas corrigere, ſed tantum loci Ordinario nunciare.

Abbas autem ad facienda prædicta in dicto Monaſterio alium non poterit deſtinare.

Quum verò perſonaliter acceſſerit prædictus Abbas pro iis, quæ dicta ſunt, ad Monaſterium Foreſtenſe, quinque equitaturis, vel ſex ad plus ſit contentus; & duabus noctibus tantùm in expenſis Monaſterii poterit ibidem pernoctare.

Decrevimus etiam, quod Monaſterium Foreſtenſe Monaſterio Haſſligemienſi pro expenſis factis in lite reddat trecentas libras Flandrenſis monetæ perſolvendas terminis inferius annotatis.

Videlicet ad inſtans Paſcha centum libras, ad ſequens feſtum B. Joannis Baptiſtæ C. libras, & C. libras ad Nativitatem Domini proximè ſubſequentem.

Si quid verò in Dicto noſtro vel Ordinatione, dubium fuerit, vel obſcurum, Epiſcopo Cameracenſi, qui pro tempore fuerit, interpretatio vel declaratio reſervetur, ſicut in Litteris compromiſſionis plenius continetur.

Interpretationem autem vel declarationem factam, ſicut & cetera ſupradicta, tenebuntur partes prædictæ ſub pretio & juramento prætaxatis inviolabiliter obſervare.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo tricesimo octavo, menſe Novembri.

CAPUT CXXI.

Capitulum Cameracenſe B. M. nunc Metropolitanum, acquirit à Comite Hannoniæ Dominium in Villis de Ouveing & Quaroube, anno 1240.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

Niverſis præſentes Litteras inſpecturis P. Præpoſitus R. Decanus totumque Cameracenſe Capitulum ſalutem in domino. Notum facimus univerſis quod cum inter nos ex una parte, & illuſtres Dominos Thomam Flandriæ & Haynoniæ Comitem & Jnhannam Uxorem ejus Comitiſſam ex altera tam ſuper joſtitia alta quam baſſa in de Villis Ouueng & de Quaroube, & in Advocatiis dictarum Villarum & in paſturagiis quæ ad dictas Villas pertinere dicebantur, diu fuiſſet diſſentio habita; tandem prn bono pacis in hoc cnnvenimus cum dictis Comite & Comitiſſa, quod quidquid in præmiſſis habebant vel habere dicebantur, ob remedium animarum ſuarum & Prædeceſſnrum ſuorum noſtm Capitulo quitaverunt in perpetuum liberaliter &benignè; retentis dictis Comiti & Comitiſſæ & Succeſſoribus ſuis Comitibus Haynoniæ ſexaginta libris albnrum annuatim ipſis Comiti & Comitiſſæ, vel nuntin ſuo per manum mioiſtri vel ſervientis Eccleſiæ reddendis termino conſueto, videlicet in feſto beati Remigii in capite Octobris

Et ſi infra dictum feſtum præfatis Comiti & Comitiſſæ vel nuntiis ſive ſervientibus ſuis ad boc deputatis non eſſet ſatisfactum, ex tunc ab illn feſto à die monitionis factæ à dictis Comite & Comitiſſa, yel nuntiis ſivo ſervientibus ſuis noſtro Capituln de ſolutinne dictæ pecuniæ facienda infra menſem, oiſi ipſis Comiti & Comitiſſæ ſive nuntiis vel ſervientibus ſuis eſſet de pecunia ſatisfactum infra menſem prædictum, ex tunc ipſam pecuniam modo debito quererent.

Retento etiam ipſis Comiti & Comitiſſæ ducatn hominum dictarum villarum io exercitum ſuum, & Chevalcheyam ſuam & Succeſſnrum ſuorum Comitum Haynoniæ, qui ſubmoniti à ſerviente Eccleſiæ noſtræ in exercitum vel Chevalcheyam prædictas ire tenebuntur; ſicut hactenus ire conſueverunt in exercitum vel Chevalcheiam Comitum Haynoniæ.

Qui ſerviens noſter tenebitur ſubmonêre dictos Homines bonâ fide, quando à dicto Comite vel ejus certn nuntin fuerit requiſitus.

De illis autem qui in exercitum vel Chevalcheyam ire noluerint, ſicut dictum eſt nos talem pœoam recipiemns.

Ita quod ille qui viginti libras tam in mobilibus quam in hereditate habebit, in bonis viginti ſnlidos perſnlvet, & pro rata iſta ſecundom juſtam æſtimatinnem, ſecundum quod habebit io bonis perſnlvet.

Et pœna iſta per ſervientem noſtri Capituli colligetur, qui medietatem dictæ pœnæ præfatis Comiti & Comitiſſæ & Succeſſoribus ſuis, Comitibus Haynoniæ reddet, aliam vero medietatem Nobis reſervabit. Et ſi ſerviens noſtri Capitoli eſſet in defectu recipiendi, & reddendi dictis Comiti & Comitiſſæ & Succeſſoribus ſuis Comitibus Haynoniæ partem ſuam de pœna prædicta, & ſubmonitus ab ipſis Comite & Comitiſſa vel à ſervientibus ſuis infra menſem poſt monitionem ſibi factam non faceret ſatisfieri; ex tunc infrà menſem ſequentem Capitulum noſtrum ab ipſis Comite & Comitiſſa, vel ſervientibus ſuis monitum, partem ſuam de pœna prædicta reddere teneretur, ſi ille qui pœnam committeret tatum haberet in bonis mobilibus in dictrictu vel juſtitia dictarum villarum tempore ſolutionis dictæ pœnæ modo dicto faciendæ.

Si vero poſt pœnam commiſſam, & petitam aliquis dictorum bominum extra diſtrictum & juſtitiam dictarum Villarum bona ſua de licentiâ noſtri Capituli aſportaret, nos partem dictæ pœnæ ad dictos Comitem & Comitiſſam vel ad Succeſſores ſuos Comites Haynoniæ pertinentem reddere teneremur ſecundum valorem bonorum aſportatnrum, ſi vero ſine liceotia noſtri Capituli cum bonis ſuis mobilibus diſcederet, Capitulum de dicta pœna non teneretur.

Si autem ille qui pœnam committeret immobilia, tantum ſub diſtrictu dictarum Villarum poſſideret de primis proventibus dictorum immobilium portionem dictæ pœnæ dictos Comitem & Comitiſſam contingentem & Succeſſores ſuos Comites Haynoniæ noſtrum Capitulum reddere teneretur.

Nec eſt omittendum, quod in dictis paſturagiis & de conſenſu, & voluntate Capituli noſtri dicti Comes & Comitiſſa & Succeſſores ſui Comites Haynoniæ habebuot medietatem tali mndo, quod ipſi & Succeſſores ſui Comites Haynoniæ de dicta medietate ſua pro voluotate ſua diſponent, ordinabunt & facient.

Retentis etiam ipſis Comiti & Comitiſſæ triginta libratis terræ, quæ ipſis debent aſſignare in alia medietate, quæ penes oo-ſtrum Capitulum remanebit in recompenſationem juſticiarum quas in dictis Villis clamabant. Retento ſimiliter noſtro Capitulo jure perſonarûs in tota parte ipſorum Comitis & Comitiſſæ quam habebunt ſi Hoſpites ſu-

pervenerint', vel Villæ ſive Villa conſtruantur.

Ita tamen quod in tota parte Comitis & Comitiſſæ noſtrum Capitulum decimam integraliter habebit de cætero. Nec dicta paſturagia vel partem eorum aliquam ad alium vel ad alios aliquo modo transferre poterunt dicti Comes & Comitiſſa, quin Decima libere & abſolute ſemper remaneat penes Capitulum noſtrum; etiam ſi ea vel pars eorum prata remanent vel ad culturam redigantur, vel terræ arabiles *Alii* fiant ex eiſdem, & dicti Comes & Comitiſſa & ſui Succeſſores Comites Haynoniæ, vel hii in quos dicta paſturagia ſeu prata vel partem eorum tranſtulerint, decimam ex eis perſolvent.

Puto Alneta.

Demum autem noſtrum Capitulum, deductis triginta libratis terræ de dictis paſturagiis, ad æſtimationem bonorum virorum ad opus dictorum Comitis & Comitiſſæ, ſicut ſuperius eſt expreſſum, aliam medietatem dictorum paſturagiorum, cum viginti bonariis ſiccorum paſturagiorum qui ante omnem portionem noſtro Capitulo aſſignabuntur integraliter retinebit & habebit.

Et ipſum Capitulum pro voluntatis ſuæ arbitrio tam de dictis viginti bonariis quam de ſua medietate ordinabit faciet & diſponet. Hoc ſalvo, quod ſi Hoſpites ſupervenerint in paſturagiis ſpectantibus ad partem noſtri Capituli, tenebuntur ire in exercitum eorum & Chevalcheyam, ſicut alii Homines de Ouueng & de Quaroube.

Adjunctum eſt inſuper, & à dictis Comite & Comitiſſa, & à Capitulo noſtro communiter ordinatum & conceſſum, quod pars illa quam habebit Capitulum noſtrum in paſturagiis memoratis prope Villas de Ouueng & de Quaroube, in aizantia dictarum Villarum aſſignabitur tali modo; quod ſi pars dictorum Comitis Comitiſſæ præſtantior & melioris fundi vel prati aliquo modo fuerit, de eis minus habebunt per dictum bonorum virorum ad hoc communiter electorum, ſecundum valoris majoris vel minoris quantitatem. Et Capitulum noſtrum ſimiliter per dictum eorumdem amplius vel minus habebit, ſecundum valorem partis ſuæ majorem vel minorem. Et tam juſtitia alta quam baſſa in dictis Villis & paſturagiis, quæ in partem noſtri Capituli cedent & in omnibus pertinentiis earum, penes Capitulum noſtrum in perpetuum remanebit.

Et ſimiliter tam alta quam baſſa juſtitia in parte paſturagiorum quæ dicto Comiti aſſignabitur, penes ipſum Comitem remanebit. Et dicti Comes & Comitiſſa, & Succeſſores ſui Comites Haynoniæ omnia bona noſtri Capituli tam in dictis Villis quam in paſturagiis & eram Hominibus, juſtitiis & pertinentiis earum, garandire tenebuntur contra omnes.

De furtivis autem & clandeſtinis injuriis, & etiam injuriis & dampnis ſi quæ in generali guerra nobis ab adverſariis dicti Comitis inferri contingeret, tantum facere tenebuntur bonâ fide ad opus Capituli noſtri quæ à noſtro Capitulo fuerint requiſiti, quantum de injuriis Comiti & Comitiſſæ & rebus ſuis illatis in caſu conſimili facerent. Nec etiam Homines in dictis Villis manentes manutenebunt nec deffendent contra noſtri Capituli voluntatem.

Si autem ſervi dictorum Comitis & Comitiſſæ vel Succeſſorum ſuorum Comitum Haynoniæ in dictis Villis vel in diſtrictu earum venerint ad manendum, præfati Comes & Comitiſſa, & Succeſſores ſui Comites Haynoniæ taliter ſe habebunt de eiſdem contra noſtrum Capitulum, qualiter ſe haberent in Villis baticus Nobilium de Comitatu Haynonienſi.

Et noſtrum Capitulum ſic ſe haberet, & tantum dictis Comiti & Comitiſſæ faceret de eiſdem, quantum ipſis facerent Nobiles de Haynonienſi Comitatu, ſi in Villis ſuis baticus ſervi dictorum Comitis & Comitiſſæ venirent ad manendum. Et præfati Comes & Comitiſſa & Succeſſores ſui Comites Haynoniæ in dictis Villis, & in omnibus pertinentiis earum ſibi vel Succeſſoribus ſuis Comitibus Haynoniæ nichil omnino penitus retinebunt, niſi ea quæ in præſenti Scripto ad ipſos Comitem & Comitiſſam pertinere ſunt expreſſa.

Nos vero & Capitulum noſtrum voluntariè, & ſpontanèe nomine Eccleſiæ noſtræ renuntiavimus in præmiſſis dictis Comiti & Comitiſſæ, & Succeſſoribus ſuis Comitibus Haynoniæ, conceſſis & retentis omni auxilio ordinario & extraordinario in Juris Canonici pariter & Civilis, & maximè beneficio reſtitutionis in integrum.

Ut autem præmiſſa omnia rata & inconcuſſa permaneant, præſentes Litteras ad majorem ſecuritatem & firmitatem, in perpetuum tenendam & obſervandam, Sigilli noſtri appenſione fecimus roborari.

Actum ſolempniter & datum anno Domini M. CC. quadrageſimo, menſe Auguſto.

CAPUT CXXII.

Abbatia Monialium Ciſtercienſium, recens fundata in pago de Moorſſele (juxta Diploma Miræi pag. 1212,) transfertur in Pagum vicinum de Wevelghem juxta Cortracum anno 1242, conſentiente Abbate S. Martini Ord. S. Ben. Tornaci, ratione Juris ſui Patronatûs.

Ex Archivis Abbatiæ S. Martini Tornaci.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis S. Archidiaconus, Magiſter P. de Quercu, Canonici Tornacenſes, & Frater Ægidius dictus Bariſcaus de Ordine Prædicatorum, ſalutem in Domino.

Univerſitati veſtræ notum eſſe volumus, quod cum Abbatiſſa & Conventus de Morſelle apud Wevlenghem in Perſonatu Abbatis & Conventûs S. Martini Tornacenſis, nec Abbas & Conventus S. Martini Tornacenſis ſuper hoc requiſiti hoc ſuſtinere vellent aut etiam concedere, niſi factâ recompenſatione debitâ dampnorum præſentium & lucrorum quæ ſibi obvenire poſſent in futuro; tandem partes noſtræ Ordinationi ſub pœna in compromiſſo comenta, ſpontaneâ voluntate ſe ſubjecerunt;

Et Nos auditis hinc inde propoſitis, ita ordinavimus inter partes, quod Abbatiſſa & Conventus tenebuntur ſingulis annis in perpetuum Eccleſiæ S. Martini Tornacenſis in decem ſolidis monetæ Flandriæ uſualis & legalis, nomine honorarii & in recognitionem dominii & Perſonatûs S. Martini, aſſignandis & capiendis ſub duobus bonariis terræ ipſatum arabilis, quam ipſæ de novo in Parochia de Wevlenghem acquiſierunt, infra vigeſimam diem Nativitatis Domini annuatim, ſub prædictæ pecuniæ pœna duplicatæ perſolvendis; & prædictæ Abbatiſſa & Conventus tenentur illa duo bonaria ſuper quæ recipictut prædicta pecunia, infra inſtantem Nativitatem Domini Abbati & Conventui S. Martini aſſignare.

Ordinavimus autem, quod prædictæ Abbatiſſa & Conventus poterunt quatuor bonaria terræ ſeu prati in manſo ſuo ponere & includere, abſque ſolutione aliquarum decimarum majorum vel minutarum eiſdem Abbati & Conventui faciendâ.

Et ſi contingeret ipſas in prædicta Parochia quaſcumque decimas acquirere vel habere, tunc in recompenſatione acquiſitatum decimarum majorum vel minutarum pro quolibet bonariorum quatuor, recipient à prædictis Abbatiſſa & Conventu quatuor ſolidos monetæ Flandrenſis uſualis. Et ſi prædictæ decimæ majores vel minutæ non totæ ſed parte ad ipſos quocunque modo devenirent, ſecundum ratam reciperent de pecunia nominata quandiu eſſent poſſeſſores vel receptores dictarum decimarum.

Ordinavimus inſuper, quod prædictæ Abbatiſſa & Conventus mediantibus ſupradictis in loco prædicto Eccleſiam liberam, cœmiterium liberum, & alia quæ ad Ordinem Monialium Ciſtercienſium pertinent libere poſſidebunt & habebunt ſecundum conſuetudinem & uſum aliarum Monialium ſub Regula ſimili degentium. Oblationes autem quæ in earum Eccleſia fient liberè, recipient Moniales ſupradictæ; ita quod in nullo prædictis Abbati & Conventui reſpondere tenebuntur ſi forte contingeret ipſas in prædicta Parochia oblationes acquirere vel habere.

Si vero inſta terminos Parochiæ de Wevlenghen contingeret aliqua novalia fieri, idem jus reſervamus prædictis Abbati & Conventui in eiſdem, quod haberent vel habere poſſent in illis ſi numquam ibidem Cœnobium, vel aliqua Domus Religioſa conſtrueretur; ſalvis ipſorum Monachorum Privilegiis ſibi à Sede Apoſtolicâ conceſſis vel etiam concedendis.

Ordinavimus etiam, quod prædictæ Abbatiſſa & Conventus, ultra dicta quatuor bonaria terræ non poterunt includere in manſo ſuo, niſi tertâ incluſa arabilis remaneat & decimalis, ſicut & aliæ tetræ quæ erunt extra clauſuram, niſi requiſito & habito conſilio Monachorum.

Ceterum prædictæ abbatiſſa & Conventus bonâ fide laborare tenebuntur & etiam procutare, quod iſta noſtra Ordinatio infra duos annos proximos per Litteras patentes Abbatis Claræ-Vallis, vel Prioris, ſi Abbatia Abbatem non haberet, vel Abbas commodè adiri non poſſet confirmetur, & Eccleſiæ beati Martini Tornacenſis tradatur ſigillata.

Quod ut ratum & firmum in poſterum habeatur, Dominus Tornacenſis Epiſcopus, & Nos, & prædictæ partes præſentem Chartam ad petitionem & requiſitionem partium Sigillorum ſuorum & noſtrorum munimine fecimus communiri.

Actum anno gratiæ M. CC. XLII. menſe Septembri.

CAPUT CXXIII.

* Vide Miræi Diploma pag. 98.

*Abbatia Majoris Bigardiæ, Monialium Benedictinarum juxta Bruxellam, olim à Fundatore Godefrido Barbato * Brabantiæ Duce subjecta Jurisdictioni Abbatis Affligemiensis, ab eadem eximitur per Guidonem de Lauduno Cameracensem Episcopum, anno 1242.*

Ex Chronico MS. Abbatiæ Affligem.

Uido Dei gratiâ Cameracensis Episcopus. Universis præsentes Litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noveritis, quod quum inter Abbatem & Conventum Ecclesiæ Haffligenienſis ex una parte, & Priotissam, & Conventum Ecclesiæ de Bigardis ex altera, controversia esset, super eo, quod dictæ Priorissa & Conventus petebant à nobis, ex nostra Ordinaria Jurisdictione se separari, & Ecclesiam ipsarum, & bona sua, à reverentia & obedientia, quâ dicebantur teneri Ecclesiæ Haffligenienſi, & à subjectione, custodia, & cura, quam dicti Abbas, & Conventus, sive Ecclesia Haffligemensis dicebantur habere, & hactenus gessisse, seu habuisse tam in spiritualibus, quam temporalibus, in Ecclesia, seu domo prædicta de Bigardis, personis, nec non & bonis ejusdem loci, propter multa incommoda & pericula, quæ dicebantur posse imminere statui Domûs ipsarum ex custodia & cura Monachorum Haffligenienſium, seu Abbatis eorum, & ex subjectione prædicta; & quod Domui & statui ipsarum provideremus, ut sine subjectione supradicta, & custodia, & cura dictorum Monachorum, & Abbatis, possent perseveranter sub Nobis in Ordine suo, Domino famulari.

Et nos ex officio nostro pluries ad petitionem dictarum partium super prædictis propulsati, inquisivimus, qualiter super prædictis possemus consilium, seu diligentem cautelam adhibere.

Nos partes prædictas super hoc pluries coram nobis convocavimus, & tandem sæpe nominati Abbas, & Conventus Haffligenienſis, ut dicebant, condescendentes petitionibus, seu votis prædictis dictarum Priorissæ, & Conventûs de Bigardis, supplicarunt nobis, quod absolveremus eos omnino à cura, custodia, nec non & potestate, quam solebant habere in Ecclesia prædicta de Bigardis, & personis, & bonis ejusdem loci, & à dispositione, & conservatione eorumdem tam in spiritualibus, quam in temporalibus. Et cum in hoc consentirent, & ad hoc instarent, coram nobis Procuratores ambarum partium, die propter hoc assignatâ, habentes etiam mandatum speciale super prædictis compromittendi, & componendi, & etiam dictus Abbas aliàs apud nos super hoc institissent;

Nos in Dei nomine, habitâ diligenti deliberatione super iis, & tractatu cum discretis, & consilio cum peritis, consideratâ etiam honestate utrarumque Ecclesiarum prædictarum, consideratis etiam periculis, quæ hinc inde poterant evenire, sæpe dictos Abbatem, & Conventum Haffligemiensem absolvimus omnino & purè à cura, custodia, & dispositione & conservatione supradictis, quam, sive quas dicebant se habere, & hactenus se gessisse in supradicta Domo de Bigardis sive Ecclesia, personis & bonis ejusdem loci, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, nihil eisdem Abbati vel Conventui Haffligenienſi reservantes ibidem.

Eamdemque Domum, sive Ecclesiam de Bigardis, Priotissam, & Conventum, omnesque personas ejusdem loci & bona liberantes, & liberas habentes ex nunc à cura, & custodia prædictis, & omni subjectione, obedientia, & reverentia, quam solebant exhibere Abbati, seu Ecclesiæ Haffligenienſi; & eandem Domum, sive Ecclesiam de Bigardis, Priorissam & Conventum, & omnes personas ejusdem loci, & bona ex nostra Ordinaria Jurisdictione retinentes in nostra dispositione & ordinatione, & Successorum nostrorum, tam in spiritualibus, quam temporalibus, secundum quod nobis & Successoribus nostris competit, & incumbit ex Ordinaria potestate.

Quæ omnia sicut prædicta sunt, utraque pars approbavit, & laudavit, & ad perpetuam memoriam, & stabilem perseverantiam, in Scriptis pars dictarum Priorissæ & Conventûs de Bigardis per Procuratorem suum redigi postulavit. Et hæc acta fuerunt coram nobis, & dicta sunt: assistentibus, & ad hoc vocatis dilectis & fidelibus nostris Wilhelmo in Brabantia, Radulpho in Hannonia Archidiaconis Cameracensibus, & Magistro Arnulpho de Brueriis, Petro de Sancto Quintino, Presbyteris, & Magistro Gerardo de Brueriis Canonico Cameracensi, & Magistro Ægidio de Rumignii S. Gaugerici Cameracensis.

In quorum testimonium, & conservationem supradictorum, & perpetuam recordationem, præsentem Paginam Sigilli nostri appensione corroboravimus, & supradictorum Archidiaconorum, & Canonicorum Sigillis

corroborari, ſive ſigillari cum noſtri appenſione Sigilli rogavimus.

Actum anno Domini M. CC. XLII. menſe Decembri, feriâ quintâ ante feſtum B. Thomæ Apoſtoli, in Eccleſia S. Salvatoris Cantiprati prope Cameracum.

CAPUT CXXIV.

Robertus Epiſcopus Leodienſis, confirmat Abbatiæ Affligemienſi Ordinis Sti. Benedicti, ac ſignanter Prioratui B. M. in Wavera inferiore ab eâdem Abbatia dependenti, Jus Patronatûs Eccleſiæ de Wavera, anno 1243.*

* Vulgo Baſſe-Wavre.

Ex Chronico MS. Abbatiæ Affligem.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Accedentes ad nos dilecti in Chriſto Prior & Conventus Waverenſis, nobis ſignificare curarunt, quod cum bonæ memoriæ Hugo quondam Leodicenſis Epiſcopus Perſonatum Eccleſiæ Waverenſis Prioratoi S. Mariæ in ioferiori Wavera conſtituto ad petitionem Abbatis & Conventûs de Haffligem, qui Jus Perſonatûs in Eccleſia de Wavera habuiſſe, & habere noſcuotur, perpetuo poſſidendum contuliſſet eo modo, quo in Litteris ejuſdem Epiſcopi continetur.

Poſtmodom à Sanctiſſimo Patre Innocentio III. quondam Summo Pontifice, & eadem collatio fuit confirmata.

Unde quia periculoſum eſſet Priori jam dicti Prioratûs & ſuis Succeſſoribus, curam hojuſmodi habere, cum ipſi nec poſſint, nec debeant io eadem Eccleſia perſonaliter deſervire: idem Prior & Cooventus nobis bomiliter ſupplicaruot, quod nos ſuper iis providere iiſdem Paſtorali ſollicitudine curaremus.

Nos autem eorum juſtis precibus ioclinati, concedimus, quod quicumque ad eandem Eccleſiam ab Archidiacono, vel à Superiore admiſſus fuerit Canonicè ad Præſentationem prædictorum Abbatis, & Cooventûs Haffligenienſis, vel Prioris Wavereoſis, de Authoritate & conſenſu eorumdem Abbatis & Conventus, qui ounc eſt, vel ejus Succeſſorum, de cetero loci illius coram recipiet animarum, Eccleſiæ Waverenſis Ioveſtitus cenſeatur, cui competens Beneficium ad valorem XXV. librarum Pariſienſium ab eodem Priore io redditibus aſſignetur, & omnes denarii viſitatiooum, confeſſionum, & introductiooum, qui eidem Ioveſtito ex mera gratia conferentur, ſoi eruot, & iis ipſe Inveſtitus in perpetuum ſit cootentus. Ita tamen, quod nobis, & Succeſſoribus noſtris, & Archidiacono, Decanis illius loci, in omnibus & per omnia de omoibus juribus noſtris & eorum, idem Inveſtitus tenebitur reſpondere.

Io cujus rei teſtimonium præſeotem Paginam Sigilli noſtri munimine fecimus roborari.

Actum anno Domini M. CC. XLIII. menſe Novembri.

CAPUT CXXV.

Prior & Canonici Regulares Monaſterii de Oignies, in Diœceſi Namurcenſi, recenſent circa annum 1243 plurima beneficia recepta à Jacobo de Vitriaco S. R. E. Cardinale, Epiſcopo Acconenſi dein Tuſculano, eiuſdem quondam Monaſterii Alumno.

Ex Cartulario Prioratûs Oigniacenſis.

UNiverſis præſeotes Litteras ioſpecturis, Sigerus Prior & totus Conventus(t) de Oignies agnoſcere veritatem.

Quod laude dignum eſt in opere, oe labatur cum tempore, dignum eſt ſcripturæ teſtimonio commendare.

Cum igitur Reverendus Pater (2) Jacobus piæ recordatioois quondam Epiſcopus Tuſculanenſis & Sedis Apoſtolicæ Cardinalis, de gremio Eccleſiæ noſtræ per gratiam Dei & propriis meritis ſuffragatotibus ad apicem tantæ dignitatis aſſumptus eſſet, ob ſpecialem gratiam & debitæ veoerationis affectum, io qoibus tamquam matri filius, divini præcepti debito ſe teneri cognoſcebat, moltis beneficiis temporalibus & ſpiritualibus Eccleſiam noſtram promoviſſet;

Primò ſuâ corporali præſentiâ, quando eidem Eccleſiæ ſe tradidit, & contemtis divitiis ſæcularibus, elegit conſortium paupertatis;

Poſtmodum perveniens ad ſtatum fortunæ dignioris, pannis ſericis, Sanctorum Reliquiis, & aliis Eccleſiæ ornamentis, libro-

rumque voluminibus innumeris, & Sedis Apoſtolicæ Privilegiis non paucis eandem Eccleſiam munire ſtudniſſet & ad comparandas poſſeſſiones, quibus ejuſdem Eccleſiæ pauperpertatem lublevaret, multam pecuniam ſæpius tranſmiſiſſet;

Demum providâ diſcretione conſiderans, quod pro defectu vini perſonæ litteratæ & maturæ in eodem loco jugum Ordinis ſubire recuſarent, timens ne pro defectu conſilii & veocrabilium raritate perſonarum, ejuſdem loci Religio tepeſceret, & minus frequentaretur à bonis, beneficia beneficiis cumulans, quæ ſanus mente tractaverat, opere complevit in extremis, & ad comparandas vineas vel poſſeſſiones ad hoc ſpecialiter deputandas, pecuniam nobis legavit, uſque ad mille & quingentas libras alborum, ut ex dictarum poſſeſſionum proventibus, Conventui, infirmis & Hoſpitibus, in vino competenter provideretur, cum ad hoc faciendum ejuſdem Eccleſiæ prius non ſufficerent facultates.

Cum igitur dictam Eccleſiæ ſummam non ſimul & ſemel ſed diverſis temporibus & locis inter alias poſſeſſiones, noſtris poſſeſſionibus comparatis in uſus Eccleſiæ noſtræ utiliter expendimus, Hoſpitum proviſione Prioris arbitrio relictâ, de communi conſilio quantum ad providentiam Conventûs pertinet, hoc uſi moderamine ſumus, quod in Conventu Clericorum quâlibet ſeptimanâ tribus diebus vino ſerviatur ſemel in die, exhibendo dimidium lotum per ſingulos menſuræ Foſſenſis, ſcilicet Dominicâ die, feria tertia, feria quinta;

Similiter in feſtis duplicibus, & quibuſdam Vigiliis, quas in aliis feriis à prædictis contigerit evenire, ſcilicet Vigiliâ Nativitatis Domini cum quatuor ſequentibus diebus, in die Circumciſionis, in die Epiphaniæ, in die Purificationis, in die Annuntiationis, in vigilia Paſchæ cum quatuor diebus ſequentibus, in die Inventionis ſanctæ Crucis, in vigilia Aſcenſionis, & die ſequenti, in vigilia Pentecoſtes cum quatuor diebus ſequentibus, in vigilia & die B. Johannis Baptiſtæ, in vigilia & die Apoſtolorum Petri & Pauli, in die B. Magdalenæ, in vigilia & die beati Laurentii, in vigilia & die Aſſumptionis beatæ Virginis, in vigilia & die beati Auguſtini, in vigilia & die Nativitatis B. Mariæ, in die B. Lamberti, in die Beati Michaëlis, in vigilia & die Sanctorum omnium, in vigilia & die Beati Martini, in die beatæ Catharinæ, in die beati Andreæ, in vigilia & die beati Nicolai, in die quatuor Coronatorum ad Veſperam, propter jejuniorum inchoationem; item in Sabbatis quatuor temporum, & in Tranſlationibus ſanctorum Nicolai & Auguſtini, in vigilia quoque noſtræ Dedicationis ad veſperam.

Item quoties aliquis de Canonicis noſtris per licentiam ſui Superioris in infirmaria fuerit cauſâ infirmitatis vel minutionis*, ſive aliâ cauſâ rationabili, contentus erit portione prædictâ tam in prandio, quam in cœna, & quando videbitur infirmario amplius expedire, ad ejus arbitrium emendabitur.

* Id eſt, venæ ſectionis.

Si quis vero Frater in Conventu ventoſa uſus fuerit, in veſpere portionem prædictam habebit, & in mane ſequenti.

Si autem contigerit vigilias & ſolemnitates prædictas, ſive obitus defunctorum qui pitantiam habent ab antiquo, prout notati ſunt in Martyrologio noſtro cum prædictis feriis concurrere, ita quod eâdem die fiant, nihil petetur amplius in vini portione: ſed ſi pro opportunitate temporis differatur anniverſarius dictus, & contingat illum fieri in die vacuo, dum tamen ſine frande, nihil de debita pitantia minuetur. Hoc autem intelligimus de anniverſariis prædictis; de futuris vero erit ſecundum Conventûs voluntatem diſponendum.

Hæc autem providentia vini, ſicut & ceterorum, ad Priorem noſtrum pertinebit de communi marſupio, & de bono vino & ſano, quod omni careat vitio corruptionis: ita quod de vino hujus regionis nobis noo provideatur ultra Feſtum S. Martini hyemalis.

Et ne de tantis beneficiis dicto Patri videamur ingrati, in ſuccurſum animæ ipſius Miſſam ſpecialem inſtituimus pro defunctis, ſingulis diebus in perpetuum, ante ſepulcbrum ejus celebrandam, niſi obſtiterit officii neceſſitas vel ſolemnitas, ſecundum temporis qualitatem.

In cujus rei perpetuam firmitatem, præſens Scriptum Sigillorum noſtrorum appenſione duximus roborandum, & Sigillo Venerabilis patris Roberti Leodienſis Epiſcopi confirmandum.

(1) Oignies Prioratus Canonicorum Regularium ſub Diœceſi Namurcenſi, ſitus eſt ad Sabim fluvium. Nomen illud adeptus eſt B. Maria de Oignies, quæ nata Nivellis, in Ogniaco tanquam Recluſa obiit. Vide Notas ampliores apud Miræum pag. 1210.

(2) Jacobus de Vitriaco, S. R. E. Cardinalis, de quo pariter vide Notas in Miræo, loco præcitato; item plura ibidem alia Diplomata, quæ hujus Prioratûs Fundationem concernunt.

(3) Extant etiam Tomo I. pag. 1276 Collectionis ampliſſimæ PP. Benedictinorum Statuta Reformationis ejuſdem Prioratûs Oigniacenſis, per Robertum Leodienſem Epiſcopum; item pag. 1386 Litteræ Guilielmi Cameracenſis Epiſcopi, eidem benefacientis anno 1289.

C A-

CAPUT CXXVI.

Sigerus de Cortraco, vendit Monialibus de Biloka Ordinis Ciſtercienſis Gandavi, anno 1243 Decimas in Officio de Aſſenede.

Ex Motivo Juris.

EGo Sigerus de Cortraco Miles, & Adeliſa Uxor mea, filia quondam Domini Bernardi de Weneberchies Militis, omnibus præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem.

Univerſitati Veſtræ notum facimus, quod Nos legitimè vendidimus Monialibus de Portu beatæ Mariæ Gandenſis, in Bilocka, omnes Decimas Novarum Terrarum jacentium in Officio (1) de Haſſenede, quas à Viro Nobili Domino Hugone Caſtellano Gandenſi tenêre in feudum ſolebamus, de aſſenſu & voluntate ejuſdem Caſtellani, & judicio Hominum ſuorum, Patrum noſtrorum. Et quidquid Juris in prædictas Decimas habuimus, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, reſignamus penitûs ad opus Monialium prædictarum, & Nos prædictis Monialibus, dictas decimas ſemper garandire tenemur, & ad idem faciendum noſtros obligamus Succeſſores.

Quia verò Sigilla propria non habemus, rogavimus & illuſtrem & chariſſimam Dominam noſtram J Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſam, ut præſentibus Litteris Sigillum ſuum apponeret, in ſignum aſſenſûs ſui, & in robur & teſtimonium prædictorum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio, menſe Januario.

(1) SIGERUS DE CORTRACO, veriſimiliter è Familia veterum Caſtellanorum Cortracenſium, in qua (juxta Grammayum & Sanderum) plures olim memorati fuerunt nomine Sigeri.

(2) ASSENEDE, unum eſt è quatuor Officiis Flandriæ verſus mare, tertio milliari à Gandavo, ſub dominio Cæſareo. Extendit ſeſe ad ſex Parochias.

Subeſt huic Officio Parochia de Wachtebeecke, quæ eſt ſub Patronatu Laicali Principis Ganda-Villani, Iſeghemii, Maſminii &c. Decimas ibidem percipiunt Abbates S. Petri & Bodeloenſis Gandavi, Abbatiſſæ de Biloka, Noviboſci & Dorniſeiæ Gandavi, item Carthuſiani Gandavenſes, Comes de Wacken. & Dominus de Bunſt.

Plures terras, ſive 1600 menſuras mori & waſtinæ olim ibidem poſſedit Abbatia Marquerianæ Monialium Ciſtercienſium juxta Inſulas, ex donationibus Comitum Flandriæ & aliorum (de quibus ſupra pag. 395) Quas eodem jure quo tenuerat, ſeu cum immunitate à Decimis vendidit anno 1698 quibuſdam incolis dictæ Parochiæ de Wachtebeecke. Cum autem hinc orta fuiſſet lis in magno Conſilio Mechlinienſi inter Abbatiſſam de Biloka quæ Decimas à dictis colonis prætendebat, & præfatos colonos Reſcribentes, tandem anno 1731 in eodem Conſilio lata fuit Sententia definitiva contra Abbatiſſam de Biloka.

CAPUT CXXVII.

Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa confirmat anno 1246 poſſeſſionem Decimarum de Waſiers Capitulo S. Petri Duacenſi.

Ex Archivis Capituli S. Petri Duacenſis.

MArgareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa.

Univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Notum facimus tam præſentibus quam futuris, Nos Litteras Domini Gerardi de Waſiers Militis non cancellatas non abolitas non in aliqua parte ſui viciatas inſpexiſſe, ſub hac forma.

Ego Gerardus de Waſiers, Miles, omnibus præſentes Litteras viſuris & audituris ſalutem in omnium Salvatore. Univerſitati veſtræ notum facio, quod ego Gerardus, Eliſabeth Uxor mea, & Gerardus filius & hæres noſter vendidimus bene & legitime ſecundum legem & conſuetudinem patriæ ob noſtram communem utilitatem Capitulo S. Petri Duacenſis totam Decimam noſtram ſitam in territorio de Waſiers, quam tenebamus in feodum de Roberto de Waſiers filio quondam & herede Hellini de Waſiers Militis defuncti.

Quam ſcilicet Decimam de conſenſu Alardi primogeniti noſtri prædicto Capitulo pro certa ſumma pecuniæ dudum obligaveramus; prout Litteris noſtris inde confectis plenius continetur.

Præterea dictam Decimam bene & legitimè Ego Gerardus Miles, Eliſabeth Uxor mea, & Gerardus filius noſter & hæres werpavimus coram dicto Roberto, de quo dictam Decimam tenebamus in feodum & ipſum Capitulum in teneuram, ſecundum legem & conſuetu-

dinem terræ bene & legitime posuimus, omnia quæ in hujusmodi venditionibus consueverant & debuerant fieri, ritè coram Domino & Paribus & Judicatoribus facientes.

Eidem venditioni sponte consensit Elisabeth Uxor mea coram Reverendo Patre nostro Assone Attrebatensi Episcopo & coram Roberto de Wasiers filio quondam Domini Hellini de Wasiers defuncti, fide & juramento promittens, quod nunquam contra dictam venditionem ratione dotis aut aliàs veniet ullo modo.

Asserens nichilominus, me Gerardum maritum suum sibi sufficiens excambium exinde pro dote sua seeisse, quo reputabat penitus se contentam. Confessi sumus etiam, ego Gerardus Miles, Elisabeth Uxor mea & Gerardus filius noster & heres pretium dictæ venditionis nos à dicto Capitulo integre receepisse, & in utilitatem nostram fuisse conversum. Promittentes per fidem & juramentum nostrum, quod dictum Capitulum de prædicta Decima in perpetuum gaudere permittemus libere & quietè, & quod eidem Capitulo dampna restitueremus, si quæ per nos vel occasione nostrâ, vel aliquorum nostrorum ipsum Capitulum incurrere se probaret.

Ad quæ omnia & singula firmiter observanda, Nos, heredes nostros & omnia bona nostra præsentia & futura coram Reverendo Patre nostro Attrebatensi Episcopo, & coram Roberto filio & herede Domini Hellini de Wasiers defuncti de quo tenebamus dictam Decimam in feodum, obligavimus erga Capitulum antedictum.

Insuper concessimus, quod idem Reverendus Pater noster Attrebatensis Episcopus de nobis & Successoribus nostris, vel de altero nostrûm ipse vel Successores sui justitiam facient, qui contra præmissa, vel aliquid præmissorum, per se vel per alium veniret in futurum.

In cujus rei testimonium, præsentes Litteras Sigilli nostri munimine duximus roborandas.

Actum anno M. CC. XLV. mense Februario.

Nos vero talem venditionem prædictæ Decimæ approbamus & confirmamus, & nos & Successores nostros ad dictam venditionem observandam & prædictam Decimam præfato Capitulo in perpetuum conservandam tamquam Dominos terræ signo nostro apponendo obligavimus.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense Novembri.

CAPUT CXXVIII.

Margareta Comitissa Flandriæ, fundat ac dotat Hospitale B. M. V. Seclinense anno 1248.

Ex Archivis Episcopat. Tornacens.

Margareta Flandriæ & Haononiæ Comitissa omnibus præsentes Litteras inspecturis salutem in Domino.

Quum Dominus in judicio his qui pietatis operibus abundaverint dicturus sit, *Esurivi, & dedistis manducare; sitivi, & dedistis mihi bibere; hospes eram, & colegistis me; infirmus & visitastis me &c. Venite benediti Patris mei percipere Regnum quod vobis paratum est ab origine mundi*; desiderio desideravi particeps heri hujus benedictionis, & in subsidium egenorum Hospitale quoddam juxta Seelinium fundare decrevi, in honorem beatæ Mariæ Virginis gloriosæ.

Ad cujus inchoationem prn salute animæ meæ, & pro animabus Antecessorum meorum & Successorum, in perpetuam elcëmosynam confero quæ inferius tubi quentur

Imprimis mansum meum quod est juxta Seelinium & fundum ejus, in quo idem Hospitale est inceptum, cum terris & pratis eidem fundo adherentibus; redditum etiam decem & septem modiorum frumenti cum decem modis havenæ & XX. solidis Flandrensibus ad spicarium nostrum in Villa Insulensi.

Ita tamen, quod eundem redditum septemdecim modiorum frumenti cum decem modis avenæ & viginti solidis Flandrensibus, si voluern in vitâ meâ rehabere, potero pro excambio competenter ad commodum Hospitalis a me assignandum, secundum estimationem Reverendi Patris Episcopi Tornacensis. Et si ego in vitâ meâ illud excambium ad plenum non secero, Successores mei illud post decessum meum facere non poterunt, nisi Hospitale ipsum benigne voluerit consecutire.

Confero etiam Hospitali eentum bonnaria tam nemoris quam terræ arabilis, cum redditu triginta librarum, undecim solidorum, & sex denariorum Flandrensium in Nepa apud Viesbreken; redditum quoque quindecim millium hallecum apud Mardich, & quindecim bonnaria mori cum fundo jacentia in Officio de Hayssenede. Prædicta autem omnia memoratu Hospitali assignamus, imperpetuum liberè ac pacificè possidenda.

Alterum Diploma.

NOs Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.....

Quia verò Hoſpitale B. Mariæ juxtá Seclinium ſpecialiter in ſuſtentationem infirmorum & ad receptionem peregrinorum tranſeuntium fundare diſpoſui, volo & firmiter ſtatuo, ut in eodem Hoſpitali non ſuſcipiantur ad ſerviendum ſani, niſi quantò paucíores poſſunt ſufficere ad miniſteria Hoſpitalis, & præcipuè Fratres & Sorores non recipiantur in eodem Hoſpitali niſi pauci, qui ſufficere poſſunt ad Hoſpitale regendum.

Qui Fratres & Sorores de conſilio Fratrum & Sororum recipi tenebuntur, eo quod ipſi quales ſibi ſint neceſſarii ad miniſteria Hoſpitalis meliùs experientiá docente noverunt. Eorum vero qui habebunt regimen Hoſpitalis, principalis & maxima ſit ſemper intentio, ut quam-plures infirmos pauperes lecto decumbentes recipiant libentiſſimè, ipſiſque in ſuis neceſſitatibus ſtudeant providere; ſcientes certiſſimè, quod quantò plures tales infirmos pauperes ſtudebunt propter Chriſtum recipere, tantò magis ſua temporalia ſentient abundare.

In robur igitur & memoriam prædictorum, præſentes Litteras ſcribi feci, & Sigilli mei munimine roborari.

Charíſſimus quoque filius meus Guido Comes Flandriæ ad petitionem meam benignè prædictis omnibus conſenſit, & in ſignum aſſenſûs ſui, Sigillum ſuum præſentibus Litteris fecit apponi.

Datum anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo, feriâ quintâ poſt feſtum B. Dinniſii.

III. Diploma Guidonis Comitis.

NOus Guido Conte de Flandres, &c. Sçavoir faiſons à tous, que Nous, veue & regardée la charge de noſtre Hoſpital lez Seclin, avons ordonné & etably, que dereſnavant on ne receive ne puiſſe-t'on recevoir audit Hopital, nulle Sœur après que le nombre de huit Sœurs y ſera trouvé & fournis. Et ſi autrement étoit fait, nous le rapellons.

Ces Lettres furent faites & données l'an de l'Incarnation mil deux cent quatre vingt & trois, le Vendredy après les Octaves del Behourdin.

CAPUT CXXIX.

Abbatia Hammenſis Ordinis S. Benedicti in Artheſia, anno 1252 eximitur à juriſdictione Abbatiæ Carofenſis in Diœceſi Pictavienſi in Gallia, è qua priùs Abbates ejus eligi debuerant.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Jordanus Dei miſeratione Abbas Karroſenſis Pictav. Diœceſis, & ejuſdem loci Conventus ſalutem.

Notum facimus, quod nos ſuper jure ſive conſuetudine eligendi Abbatem de gremio Eccleſiæ noſtræ à Conventu Hamenſi Morinenſis Diœceſis, necnon ſubjectione, obedientiá, & reverentiá, quâdam ſummâ pecuniæ & quibuſdam aliis, de quibus inter nos & dictos Hamenſes queſtio fuerat diutius agitata, abſolvimus, quittavimus, & omnino liberavimus Abbatem & Conventum Hamenſem & ipſorum Eccleſiam; promittentes juramento interpoſito, quod ſuper prædictis ipſos in poſterum non inquietabimus. Immo Ordinationem & compoſitionem factas inter nos & ipſos, & Auctoritate Apoſtolicâ confirmatas, fideliter & perpetuo promittimus obſervare.

In cujus rei teſtimonium præſentibus Litteris Sigilla noſtra duximus apponenda.

Datum menſe Auguſto anno Domini M. CC. LII.

Litteras Fundationis hujus Abbatiæ (quæ inter Lillertum & Ariam ſita eſt) datas anno 1093 per Ingelramum Lillerii Dominum & Emmam ejus Conjugem, probante Roberto Friſio Flandriæ Comite, vide apud Miræum pag. 1142.

Suberat olim huic Abbatiæ Prioratus de Wulfraincourt in Artheſia, fundatus anno 1084 per Gerardum Epiſcopum Morinenſem, dotem largiente Acardo Milite. Litteras hujus Inſtitutionis vide inter Inſtrumenta novæ Galliæ Chriſtianæ Tomo III. pag. 113.

CAPUT CXXX.

Innocentius IV. Pont. anno 1254 declarat, Eccleſiam Collegiatam B. M. V. Tungris, olim Cathedralem, exemptam eſſe & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectam.

Ex Motivo Juris Capituli Tungrenſis.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Præpoſito, Decano & Capitulo Eccleſiæ Tungrenſis, Diœceſis Leodienſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Hæc Sacro-ſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios aſſuetæ pietatis officio, propenſiùs diligere conſuevit; & ne pravorum hominum moleſtus agitentur, eos tamquam pia mater ſuæ protectionis munimine confovere.

Quapropter dilecti in Domino filii, veſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Eccleſiam & perſonas veſtras, cum omnibus bonis, quæ in præſenti rationabiliter poſſidetis, & in futurum juſtis modis, præſtante Deo, poteritis adipiſci, ſub Sancti Petri & noſtrâ protectione ſuſcepimus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Protectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani, IV. Nonas Aprilis, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Extat etiam Breve Clementis VIII. Pont. datum pro exemptione Tungrenſis Eccleſiæ, anno 1593 ad Octavium Frangipani, Epiſcopum Tricaricenſem, Nuncium Apoſtolicum tam ad Tractum Rheni quam ad Provincias Belgicas. Quo conceſſa fuit, in neceſſitatem & utilitatem Fabricæ Eccleſiæ Tungrenſis, applicatio fructuum & proventuum unius anni, quorumcumque Canonicatuum & proventuum jam dictæ Eccleſiæ. Hæc ſunt verba.

„ Dilecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii, Decanus & Capitulum Sæcularis & Collegiatæ B. Mariæ Virginis inſignis Eccleſiæ Tungrenſis, Leodienſis Diœceſis, quod dicta Eccleſia, quæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecta exiſtit, & quæ olim Epiſcopalis Sedes erat, nunc vero in Civitate Leodienſi tranſlata reperitur, à B. Materno Principis Apoſtolorum Diſcipulo fundata, ejuſque pars circa annum Domini 804 per felicis recordationis Leonem III. Pontificem maximum, Prædeceſſorem noſtrum, tempore claræ memoriæ Caroli Magni Romanorum Imperatoris conſecrata exiſtit, nec fuit, ut accepimus, in tota Belgica Provincia propter ejus magnitudinem & fabricam alia ſplendidior Eccleſia. Cumque tandem ob temporis & vetuſtatis injuriam &c.

Cæterum Ogerus, Dux Daniæ, Princeps Chriſtianiſſimus, qui tempore Caroli magni Cæſaris floruit, templum B. M. V. Tungris, poſt deſtructionem Hunnorum reædificari juſſit, admonitus (ut fertur) à Deipara Virgine, ibique etiam viginti Canonicos conventualiter viventes inſtituit, quibus præſunt dignitates Præpoſiti, Decani, Cantoris, Scholaſtici ac Thelaurarii. Eadem Eccleſia habet Jus Archidiaconale in octo pagos Tungrorum Urbi vicinos, primumque ordinem poſt Cathedralem S. Lamberti Leodienſis Eccleſiam. Ita habent Archivis Capituli Tungrenſis.

CAPUT CXXXI.

S. Ludovicus Francorum Rex præcipit Abbatiam Valcellenſem immunem eſſe ab omni exactione; aliaque concedit beneficia anno 1254; propter accepta à Monachis obſequia.

Ex Archivis Abbatiæ Valcell.

LUdovicus Dei gratiâ Franciæ Rex, univerſis Ballivis, Majoribus & Præpoſitis, ad quos Literæ præſentes pervenerint, ſalutem.

Scire vos volumus, quod Eccleſiam de Valcellis, Ciſtercienſis Ordinis, ſpeciali prærogativâ dilectionis & gratiæ in Chriſti viſceribus ampliectamur, tum ſuæ honeſtatis & Religionis merito, tum quia dilectus Robertus quondam Abbas ejuſdem loci, tam per ſe quam per Fratres ſuos pro negotiis noſtris & bonæ memoriæ Blanchæ quondam Franciæ Reginæ, chariſſimæ Matris noſtræ, atque Fratrum noſtrorum, magnos labores ſuſtinuerunt fideliter & frequenter, & eorum ſollicitudinem pro nobis in multis experimentis Nobis intelleximus profuiſſe.

Unde Eccleſiam ipſam, perſonas & res ipſius ſalvas eſſe volumus & ſecuras, & à malefactorum quorumlibet moleſtationibus & injuriis tutas eſſe.

Idcirco

Idcirco vobis præcipiendo firmiter mandamus, quatenus ipſam Eccleſiam & perſonas ejus diligatis & honoretis, & omnes poſſeſſiones, res, & jura ejuſdem conſervetis tanquam noſtra, & conſervari faciatis illæſa, ſine alterius expectatione mandati, quoties à Fratribus ejuſdem Domûs fueritis requiſiti; non permittentes inferri eidem Eccleſiæ ab aliquo, ubi poſſe habeatis, moleſtiam vel gravamen, nec ipſi aliquatenus inferatis.

Sciturí quod quidquid bonoris vel reverentiæ ei à vobis fuerit exhibitum, vel moleſtiæ & gravaminis illatum, reputabimus nobis factum.

Actum apud S. Germanum in Laya, anno Domini M. CC. LIV. menſe Januario.

In rei teſtimonium præſentibus Litteris noſtris noſtrum fecimus apponi Sigillum.

Duo alia ejuſdem Regis Diplomata in Archivo ſervantur, quorum unum datum fuit anno 1257 alterum 1261, utrumque in gratiam Valcellenſium, quorum Religio & pietas ſingularis mirum in modum florebat.

CAPUT CXXXII.

Otthо Comes Gelriæ fundat Abbatiam Monialium Ciſtercienſium, quæ dicitur Vallis-Comitis, *vulgo* Greventhal, *in Ducatu Clivienſi ac Diœceſi Colonienſi, anno* 1255, *primis Monialibus ex* * *Ruremundana ejuſdem Ordinis deſumptis.*

* Vide Miræum pag. 504.

NOs Otto Comes Geldriæ, univerſis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, æternam ſalutem. Ne res geſta diuturnitate temporis in oblivionem deveniat, neceſſe eſt, ut in ſcripto relinquatur poſteris obſervanda.

Sciant itaque præſentes & futuri, quod cum Nos ad honorem Dei & glorioſæ Genitricis ejus Clauſtrum Monialium Ciſtercienſis Ordinis in terra noſtra decrevíſſemus conſtituere, & perſonis ibidem exiſtentibus de bonis noſtris in neceſſariis providere;

Ne à noſtris Succeſſoribus vel Nobis factum noſtrum valeat irritari, ea quæ ad tanti boni completionem conferre curavimus, præſenti Scripto duximus exprimenda. Aſſumpto ergo Conventu Monialium in Ruremunda, contulimus eis locum ad manendum in prædio noſtro; Caſtrum videlicet, quod Rott vocabatur, quod nunc Vallem-Comitis appellavimus, ſitum in Parochia Aſperden ſupra fluvium, qui Nirſa dicitur, ubi eis Clauſtrum conſtrui fecimus, cum piſcationibus adjacentibus à ponte de Aſperden inferiùs, uſque ad bona de Kelduncк, & attinentiis ſuis.

Curtem etiam noſtram adjacentem, quam quidam Gerhardus à nobis ad annuam penſionem tenuerat, & alia bona ſimiliter, quæ quidam Hermannus à nobis tenuerat in penſione, cum terris, paſquis, ſylvis & aliis attinentiis ſuis.

Inſuper penſionem, quæ ſolvebatur nobis de agris in Lempt prope Goch, qui facit ſingulis annis trecenta & duodecim maldra ſiliginis vel circa hoc, ad menſuram pacti.

Item contulimus eis Jus Patronatûs Eccleſiæ de Genth in Betua Trajectenſis Diœceſcos: & cum tertia pars Decimæ dictæ Parochiæ de Genth & de Angeren & de Dorenburg attineat ipſi Eccleſiæ de Genth, & duæ tertiæ partes nobis attinuerunt, contulimus memorato Conventui quartam partem Decimæ Nobis attinentis, ita ut tertia parte Decimæ prædictarum Villarum habeant medietatem totius decimæ ſupradictæ, nos aliam medietatem nobis reſervavimus.

Inſuper dedimus eis Jus Patronatûs Eccleſiæ à Lenthe & Jus Patronatûs Eccleſiæ de Keſſel Colonienſis Diœceſeos. Præterea cum præfatus Conventus quædam bona ſita inter Clauſtrum memoratum & pontem de Aſperden, quæ Godefridus de Lynen à nobis tenuit in feudo, ab eodem Godefrido comparaſſet, & idem Godefridus eadem bona in manus noſtras reſignaſſet, & filium heredem non haberet, Nos ſæpe dicta bona cum omnibus ſuis attinentiis memorato Conventui tradidimus perpetuo habere poſſidenda.

Item quædam alia bona dicto Clauſtro adjacentia, quæ Stephanus Miles de Pleczo à Nobis ſimiliter in feudo tenuit, cum ea dictus Stephanus in manus noſtras reſignaſſet, & filium hæredem non haberet, ſimiliter ſupradicto Conventui contulimus perpetuò poſſidenda.

Et hæc omnia ipſis tradidimus, libere & integraliter, prout nobis attinebant.

Et ut hæc omnia eis in poſterum ſalva permaneant & incommuſſa, præſentem Literam ſuper hoc confectam dicto Conventui tradidimus Sigillo noſtro communitam.

Actaſunt hæc apud Gelre, ſub hiſce teſtibus,
Wilhelmo Comite de Keſſel,
Godefrido Domino de Parwys,
Wilhelmo Domino de Altena,
Rutgero Domino de Grevich,
Wilhelmo dicto Schelling,
Wilhelmo de Tiglo, & pluribus aliis.

Anno Domini milleſimo Ducenteſimo quinquageſimo quinto, menſe Junio.

CAPUT CXXXIII.

Arnoldus de Zellaer, Canonicus & Scholaſticus Mechlinienſis, ejuſdemque Eccleſiæ Benefactor munificus, fundat ibidem Anniverſarium ſuum anno 1259.

Ex Archivis Eccleſiæ Metropolit. Mechlinienſis.

IN nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego (1) Arnoldus de Zellaer Scholaſticus Machlinienſis ſanus & incolumis, & mentis meæ compos, firmam ſpem fiduciamque in Jeſum Chriſtum habens, nullo præſentis periculi metu conterritus, ſed ſolâ ſpe æternæ retributionis, quoſdam meos redditus & poſſeſſiones ad Anniverſarium meum perpetuò faciendum aſſignare decrevi.

Lego igitur & aſſigno ad Anniverſarium meum quolibet anno in Eccleſia B. Rumoldi in Machlinia jugiter faciendum, quatuordecim Canonicis dictæ Eccleſiæ Decimam quam habeo in *Hefna. Ita quod illi Canonici, ſeu eorum Vicarii, qui in die Anniverſarii mei Officio Defunctorum, ſcilicet Commendationibus & Miſſæ pro defunctis intererunt, medietatem dictæ Decimæ æquâ portione inter ſe dividant & habeant. Reliquam vero medietatem prædicti Canonici & eorum Vicarii, qui in præcedenti die ad Vigilias cum novem Lectionibus canendas præſentes fuerint, ſimili modo inter ſe dividant æquâ portione; & ille qui ex prædictis Canonicis ſeu eorum Vicariis, ſive in die Anniverſarii mei ad Commendationes & Miſſam pro Defunctis, ſive in præcedenti die ad Vigilias præſens non fuerit, carebit portione ſua de fructibus Decimæ prænominatæ.

*Heffen, Pagus juxta Mechliniam.

Item lego & aſſigno, ad idem Anniverſarium, XII. Capellanis in dicta Eccleſia à me inſtitutis, & omnibus aliis Capellanis de gremio Eccleſiæ noſtræ exiſtentibus, decem ſextarios ſiliginis ad menſuram Machlinienſem, quos Viri Religioſi Abbas & Conventus de Jette *tenentur ſolvere annuatim apud Machliniam de bonis quæ comparaverunt cum pecunia mea in Parochia de Jette, ſicuti in Littera eorum ſuper hoc confectâ plenius continetur.

*Id eſt, Abbatis Diligemenſis.

Aſſigno etiam ad idem Anniverſarium prædictis Capellanis univerſis, quamdam parvam Decimam, quam habeo in Ouderghem, & duo bonaria terræ arabilis, quæ teneo in Berblenghem, unum bonarium terræ quod habeo in Muſioa prope Wilen, & unum bonarium prati quod teneo in Machla, in loco qui dicitur Cruyſwegha.

Ita videlicet, quod illi, qui ex prædictis Capellanis, in die Anniverſarii mei Commendationibus & Miſſæ pro Defunctis, ſive Vigiliis in die præcedenti intererunt, redditus memoratos & fructus prædictæ terræ, eo modo quo de Canonicis præordinatum eſt, inter ſe æquâ portione divident & habebunt, & illi qui ex prædictis Capellanis præſentes non fuerint, nullam habebuot in prædictis redditibus ſeu fructibus portionem.

Canonici autem & eorum Vicarii contenti erunt cum fructibus Decimæ de Hefna, nullam habituri partem eum proventibus & fructibus, quos ad opus Capellanorum ſuperiùs aſſignavi. Similiter & Capellani erunt contenti iis, quæ eiſdem in præmiſſis aſſignavi, nullam cum Canonicis in fructibus Decimæ de Hefna habituri portionem.

Ut autem hæc præmiſſa robur perpetuum obtineant, Ego Sigillo meo proprio, unà eum Sigillo Capituli Eccleſiæ Machlioienſis quod præſentibus ſuum adhibuit conſenſum, & Abbatis Loci Sti. Bernardi, Teſtamenti mei Executoris, præſentem Paginam duxi roborandam.

Actum anno Domini M. CC. LIX. menſe Martio.

(1) Arnoldus de Zellaer, Eccleæ D. Rumoldi Canonicus & Scholaſticus, opibus potens, pietate illuſtrior. Præter Collegium XII. Beneficiatorum Zellarienſium à ſe fundatum, quos anno 1654 Archiepiſcopus Jacobus Boonen in Canonicos evexit, benefecit magnopere majori D. Rumoldi Capitulo, item Abbatiis Affligemenſi, Vlierbacenſi, Gtimbergenſi, Diligemenſi, S Bernardi ad Scaldim, Cortembergenſi, Foreſtenſi, Valli Roſarum, Begginagio Mechlinienſi, Præpoſituræ Vallis Lilliorum &c.

Obiit Mechliniæ, ſepultus ante Altare Chriſti patientis in navi Eccleſiæ D. Rumoldi cum hoc Epitaphio.

„ *D. O. M. & piæ memoriæ Rdi. ac Venera-*
„ *bilis Dni.* Arnoldi de Zellaer, *quondam Cano-*
„ *nici & Scholaſtici hujus Eccleſiæ, qui anno* 1260
„ *fundavit duodecim Beneficia in honorem B. Vir-*
„ *ginis Mariæ, e vivis ſublatus anno* 1264 *Kal*
„ *Feb.*

Extant etiam inter Opera Diplomatica Auberti Miræi Parte II. Cap. 99. 105 & 108 tria Diplomata, quibus hæc Fundatio Beneficiorum Zellarienſium inchoatur, augetur, & à Nicolao Cameracenſi Epiſcopo confirmatur.

Tandem anno 1654 Archiepiſcopus Jacobus Boonen iſta XII. Zellarienſium Beneficia erexit in titulum Canonicatuum in Eccleſia ſua Metropolitana.

CAPUT CXXXIV.

Henricus de Berthaut, Dominus de Duffel, donat Nicolao Epiſcopo ejuſque Eccleſiæ Cameracenſi Jus Patronatûs ac decimas in Parochiis de Wavera B.M. & Stæ. Catharinæ juxta Mechliniam, anno 1264.

Ex Archivis Eccleſiæ Metropol. Mechlin.

Duffel

Niverſis præſentes Litteras inſpecturis, Henricus dictus Berthaut, Dominus de Duſſel (1), ſalutem in Domino, & agnoſcere veritatem.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum inter Nos ex una parte, & Reverendum Patrem & Dominum N. Dei gratiâ Cameracenſem Epiſcopum ex alterâ, ſuper Decimis Novalium Foreſtæ de Wavre (2) & quibuſdam aliis, orta fuiſſet lis & materia quæſtionis, tandem amicis communibus intervenientibus, de proborum conſilio, talis inter nos compoſitio amicabiliter interceſſit;

Nicolaum.

Quod Nos medietatem Novalium Decimarum de Wavre, & omnium aliarum quas tenemus ad præſens, vel quas quoquo titulo ſive modo adipiſcemur in Diœceſi Cameracenſi, ſub noſtro dominio & diſtrictu, recipiemus & tenebimus in feudum Nos & heredes noſtri a dicto Domino Cameracenſi Epiſcopo & Succeſſoribus ſuis Epiſcopis Cameracenſibus.

Et dictus Dominus Epiſcopus medietatem aliam prædictorum Novalium dictæ Foreſtæ, & aliorum locorum in noſtro dominio; & ille, vel illi quibus eam duxerit aſſignandam, quietè & pacificè poſſidebunt.

Et ſi aliquæ ſint ibidem conſtructæ Eccleſiæ, ſeu contingat aliquas conſtrui Eccleſias in futurum, Jura Patronatûs earum ad dictum D. Epiſcopum & Succeſſores ſuos Cameracenſes Epiſcopos perpetuò permanebunt.

Patronatus & Competentia.

Et ſi minutæ Decimæ & oblationes ad competentiam earumdem Eccleſiarum non ſufficiant, unuſquiſque poſſeſſorum Novalium, qui pro tempore erunt, pro rata ſua tenebitur hujuſmodi competentiæ ſupplere defectum.

Et in recompenſationem damnorum & expenſarum, quæ & quas ſuſtinuit & fecit dictus D. Epiſcopus ante hanc compoſitionem, tam in lite quam aliis modis occaſione præmiſſorum; promittimus & tenemur dare & aſſignare centum bonaria waſtinæ & viginti bonaria pratorum dicto Domino Epiſcopo, ab ipſo & ab illis, quibus ea aſſignanda duxerit, perpetuò poſſidenda.

Si autem infra loca dictorum bonariorum tam waſtinæ quam pratorum, villam ſeu villas à dicto Domino Epiſcopo, vel ab aliis qui dicta loca poſt eum tenebunt, contingat conſtrui; Nos in dicta Villa ſeu Villis altam & baſſam juſtitiam exercére debemus; exceptâ domo ſeu domibus & familiâ propriâ dicti Epiſcopi & Succeſſorum ſuorum, ubi & in quas dictus D. Epiſcopus omnimodam juſtitiam exercebit.

Et dictus D. Epiſcopus & Succeſſores ſui prædicti, pro prædictis terris, waſtinis & pratis, Villâ ſeu Villis, ſi quam vel quas in eis conſtrui contigerit, ſex denarios Lovanienſes cenſûs annui Nobis & heredibus noſtris ſolvere tenebuntur.

Decimas vero majores in dictis locis, pro medietate dictus D. Epiſcopus & Succeſſores ſui prædicti percipient & habebunt; Et Nos & hæredes noſtri medietatem aliam obtinere debemus nobis & heredibus noſtris: in minutis Decimis eorundem locorum nullum jus ullo unquam tempore habituri.

Prædicta autem omnia & ſingula, fide & juramento à Nobis corporaliter præſtitis, promittimus Nos inviolabiliter ſervaturos; conſentientes expreſſe de noſtra ſpontanea voluntate, quod ſi contingat (quod abſit) Nos vel aliquem ex heredibus noſtris contra hanc Compoſitionem vel aliquid de eâdem venire, dictus Dominus Epiſcopus ſuique Succeſſores Epiſcopi Nos & hæredes noſtros ad hæc obſervanda per Excomunicationis in perſonas, & Interdicti in terras noſtras, ſententias, omni exceptione & appellatione prorſus excluſis, compellent, & compellere poterunt, quotiens ſibi viſum fuerit expedire.

Et nichilominus conſentimus & volumus, quod ad præmiſſa omnia obſervanda compellamur per potentiam ſæcularem.

Dictas inſuper Decimas atque terras dictus D. Epiſcopus, ſive Succeſſores ipſius in alios transferre non poterunt, quam in Cameracenſes Epiſcopos, aut in Eccleſiam Cameracenſem, ſeu in Eccleſias Diœceſis memoratæ.

In quorum omnium teſtimonium & munimen, Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto, feriâ ſextâ ante Dominicam, quâ cantatur: *Letare Jeruſalem.*

Extant & aliæ Litteræ ejuſdem plane tenoris, datæ eodem tempore per Walterum de Berthaut de Mechlinia, & per Ludovicum de Berthaut Dominum de Grammez.

Familia Bertholdorum potens olim erat Mechliniæ; & in locis circumjacentibus, Grimbergæ, Duffelæ, Geiç &c. dominabantur. Abbatiæ S. Bernardi ad Schaldim, & Grimbergenſis, Præpoſitura Vallis Liliorum, Abbatia Vallis Roſarum, Prioratus de Blydenbergh & Muſenis, Monaſterium Franciſcanorum Mechliniæ, Begginagium ibidem, ipſaque Divi Rumoldi Eccleſia, inſignia ab eis accepêre beneficia imo & quædam ex his primariam ſuam Fundationem.

Stemma Bertholdorum vide expoſitum à Miræo in Notis ad ſua Diplomata Belgica pag. 448 751. 767 771. Advocatos Urbis Mechlinienſis fuiſſe conſtat. Sed an unquam ſupremo ibidem Dominio potiti fuerint, ambigitur. Negat R. D. Van Gelbel in ſua Hiſtoria Archiepiſcopatûs Mechlin. Parte I. pag. 43 cujus argumenta ibidem expendi poterunt.

(1) Duffel, inſigne Brabantiæ Municipium, Mechliniam inter & Liram, in Diœceſi Antverpienſi, à Familia Bertholdorum dein tranſiit ad Merodiam, in quâ hodie perſeverat. Antiquius eſt Baronatus, de quo plura vide in Notitia Marchionatûs S. R. I. authore Barone le Roy. Jus Patronatûs ejuſdem Eccleſiæ anno 1405 unitum atque incorporatum fuit Abbatiæ Tungerloenſi, per Diploma Petri de Alliaco S. R. E. Cardinalis, quod extat apud Miræum pag. 598.

(2) Wavere, quaſi *Wouwere* & *Woudt*, antiquato apud Flandros vocabulo ſilvam deſignat. Duo ſunt hujus nomiois pagi, haud procul à Mechlinia, ſibi cognomines & contermini, qui dum à paucis ſæculis in duas Parochias dividerentur, à diverſis Eccleſiis dicti ſunt vernaculè *Onſe-Lieve-Vrouwe Waever*, & *Sinte Catheline-Waever*. Prior Diſtrictui Arculenſi; poſterior Grimbergenſi adſcribitur.

In utroque hoc pago Jus Patronatûs nunc obtinet Archiepiſcopus Mechlinienſis quà Ordinarius; aſt olim illud habuit Epiſcopus Cameracenſis; uti ex citato Diplomate conſtat. Quin & hodie Archiepiſcopus Cameracenſis ejuſque Capitulum Metropolitanum notabiliori per utrumque hunc pagum Decimarum parte potiuntur.

Porro regio illa ſæculo XIII. adhuc erat admodum nemoroſa; unde in præcitato Diplomate *Foreſta de Wavere* nuncupatur. Igitur eandem eſſe credidero, quæ in Diplomate S. Henrici Imperatoris anno 1008 (apud Miræum Cod. Donat. Piar. pag. 53. novæ Edit.) dicitur *Waverwald*; ſicuti ibidem per vocabulum *Badfride* putatur intelligi hodierna *Curia de Beffren*, quæ Mechliniæ celebris eſt.

CAPUT CXXXV.

Nicolaus de Fontanis Cameracenſis Epiſcopus, fundat ſibi in Eccleſia ſua Anniverſarium, relictis Decimis Parochiarum de Wavere B. M. & Sanctæ Catharinæ juxta Mechliniam, ad opus Eccleſiæ ſuæ, nec non Domûs Presbyterorum emeritorum, anno 1265.

Nicolaus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Ex alto proſpiciens miſerator & miſericors Dominus, ita Prælatos & Paſtores animarum voluit præeminere in terris, ac in donis à Deo ſibi collatis inter ſubditos ſic proficere verbo pariter & exemplo, ut providâ eorum diſpenſatione plebs eis commiſſa, ſumpto pabulo charitatis, & temporalibus fruereturpræſidiis, & inde aucta ſpiritualibus alimentis; de virtute proficeret in virtutem.

Nos itaque recolentes primitias naſcentis Eccleſiæ, & ſinceritatem SS. PP. qui ſic bonis ſpiritualibus inſtituerunt, ut eos deſtitueretur æternis, eorum exemplis & monitis informati, piâ conſideratione duximus providendum, ut de parte ſive medietate novalium Decimarum de *Wavre* * & aliarum Villarum & locorum pleoiùs contentorum in locis ſigillatis Sigillis Virorum Nobilium * *Bertholdorum*, *Woltheri*, *Ludovici & Henrici*, Militum, quæ Nobis & Eccleſiæ noſtræ Cameracenſi, & authore Deo, de novo provênit, quod Deo gratum eſſet & placitum, Nobis ſalubre, ac Eccleſiæ noſtræ prædictæ & Chriſti pauperibus plurimùm fructuoſum.

* Wavre vide Notas Cap. præced

* Berthaut. illuſtris olim Familia Mechliniæ.

Harum igitur ſerie Litterarum ordinavimus, & ordinamus ſuper parte ſeu medietate decimarum novalium prædictâ, quod Nobis decedentibus, tertia pars medietatis iſtius remaneat penes Succeſſorem Noſtrum, & alios Succeſſores Epiſcopos Cameracenſes. Alia pars penes Hoſpitale emeritorum Presbyterorum manentium in Civitate Cameracenſi; & alia tertia pars dictarum Decimarum remanebit penes Capitulum Cameracenſe, donatione ex nunc à nobis prædictis Hoſpitali & Capitulo factâ inter vivos, ſecundum modum prædictum: ita quod ſi contingat ædificari Parochias in prædictis locis, & competentia debeat fieri Presbyteris Parochialibus in iiſdem manentibus, ſalvâ Collatione Parochialium, quæ ſemper remanebit penes Epiſcopum qui pro tempore erit, fiat ipſa competentia pro ratâ poſſidentium Decimas ante-dictas.

De tertiâ vero parte, quæ penes Capitulum remanebit, taliter ordinamus: quod de illâ tertiâ fient inſuper tres partes: quarum prima pars cedet in communes uſus ipſius Capituli: ſecunda vero diſtribuetur annuatim in die obitûs noſtri, in hunc modum: quod quilibet Capellanus Chori Cameracenſis habebit

Fundatio Anniverſarii.

bit 12 denarios albos Hannonienſis monetæ, & tenebitur ipſâ die, vel quantociùs poterit, per ſe vel per alium unam Miſſam celebrare pro Nobis; & quilibet Vicariorum ſex denarios, & unuſquiſque puerorum Chori preſentium tres denarios. Ita tamen, quod tertia pars diſtribuetur in Vigiliis, tertia in Commendatione & tertia in Miſſa; reſiduum vero dividetur tripartitè, ſicut ſuperiùs dictum eſt, inter Canonicos præſentes.

Alia autem tertia pars dividetur ſecundum quantitatem & æſtimationem ſui, à tempore obitûs noſtri, quolibet die per totum annum, ſecundum quod ſe poterit extendere, per manus Canonicorum electorum à Capitulo Cameracenſi, ad diſtribuendam eleemoſynam Eccleſiæ.

Sane de terris & pratis, nobis à dictis Bertholdis aſſignatis in recompenſationem dampnorum noſtrorum, quas & quæ tenemus ab eis ſub annuo cenſu duodecim denariorum Lovaienſis Monetæ, quæ terræ æſtimantur ad ad ſummam ſexcentorum bonariorum, prata ad ſummam centum & quadraginta bonariorum, ſic etiam ordinamus, quod Nobis decedentibus, jure hereditario illæ & illa devenient ad Capitulum Cameracenſe: ſub hac forma;

Quod prædictum Capitulum fructus & bona provenientia de prædictis terris & pratis colliget & recipiet, ad requiſitionem Executorum noſtri Teſtamenti; & fructus & bona ſupra-dicta reſtituet perſonis, à quibus illiciti quidquam inventi fuerimus receepiſſe.

Et ſi contigerit, dictos Executores Teſtamenti noſtri decedere, vel abſentes eſſe, ſeu etiam negligentes, volumus quod dictum Capitulum bono & benigno modo, & ſecundùm bonam conſcientiam, audiat & intelligat probationes petentium, & eis ſecundum probata legitimè reſtituet ſecundum majus & minus, prout ea bona valebunt annuatim, deductis expenſis.

Et volumus, quod tam diu de bonis reſtitutio duret hujuſmodi quolibet anno, quam diu petentes invenientur, probationes ſufficientes habentes. Petentibus autem, & petitionibus hujuſmodi ceſſantibus, volumus, ut ſicut prædictum eſt, bona prædicta ad Capitulum, à Nobis Donatione prædicto Capitulo factâ ex nunc ſimiliter inter vivos devolventur. Ita tamen, quod tertia pars iſtorum bonorum diſtribuatur ad opus eleëmoſynæ certo tempore.

Nec volumus, quod dicta reſtitutio ceſſet, ſi Nos contigerit decedere debitis obligatos. Sed Succeſſor noſter, qui pro tempore erit, perſolvat debita prænotata; cum tot bona fecerimus, quæ penes Succeſſorem remanebunt, videlicet tam in poſſeſſionibus acquiſitis, quam ædificiis conſtructis, quod idem Succeſſor noſter de jure debita noſtra ſolvere debeat ſine lite.

In quorum omnium teſtimonium, perpetuam memoriam & munimen, præſentes Litteras Sigillo noſtro duximus roborandas.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, feriâ tertiâ in Paſcha.

CAPUT CXXXVI.

Capitulum Brugenſe S. Donatiani ſub certis conditionibus conſentit in Fundationem Conventûs FF. Carmelitarum Brugis, anno 1265.

Ex Archivis Eccleſiæ Cathedralis Brugenſis.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis W. Decanus, E. Præpoſitus S. Petri Duacenſis, J. Cantor, L. Culin, & Mgr. E dictus Bonin Canonici S. Donatiani Brugenſis, ſalutem in Domino.

Noveritis, quod cum quidam Fratres Ord. B. Mariæ de Monte Carmelo de conſenſu Virorum Venerab. Decani & Capituli S. Donatiani Brugenſis in Parochia S. Crucis in ſuburbio ſeu appendiciis Villæ Brugenſis prope pontem Remundi Blanckards habitare, & Eccleſiam conſtruere, in qua poſſent divina officia celebrare, cepiſſent, peterentque quod cemiterium liceret eis habere ad ſepeliendum Fratres ſuos, ac officinas ſibi neceſſarias conſtruere; Decani & Capituli ac Presbyterorum Parochialium in omnibus & aliis quæ videbantur Nobis ad hoc pertinêre, jure ſalvo.

Et ſuper hoc à dictis Decano & Capitulo & Presbyteris ex una parte & ipſis Fratribus ex altera, de conſenſu & autboritate ſuperioris Provincialis fuiſſet in Nos, fide & juramento interpoſitis, de alto & de baſſo compromiſſum; compromittentibus eis, ſe inviolabiliter obſervaturos, quidquid ſuper præmiſſis duxerimus ordinandum.

Nos dicto Compromiſſo in Nos ſuſcepto, diligenti ſuper hoc habito tractatu, taliter ordinavimus de præmiſſis.

Dicimus & ordinamus, quod Prior & Fratres Ord. B. M. de Monte Carmeli in Brugis, 12 libras ſolvent annuatim abbinc ad duodecim annos Decano & Capitulo & Presbyteris S. Crucis ad quatuor terminos, ſcilicet in Feſto omnium Sanctorum, in Purificatione B. Mariæ, in Feſto Apoſtolorum Philippi & Jacobi, & in medio Auguſti. Tali modo, quod Decano & Capitulo 60 ſolidos Flandrenſes ſolvent annuatim, Presbyteris S. Crucis ſeptem libras Flandrenſes annuatim, Eccleſiæ S.

Crucis 20 ſolidos ſland. annuatim, Cuſtodi ejuſdem Eccleſiæ 20 ſolidos ſland. annuatim de 12 libris reddituum antedictis.

Poſt annum vero duodecimum Decanus & Capitulum dictam penſionem extendere poterunt uſque ad XV. libras Flandrenſes annuatim, ſi ipſis ſecundum Deum viſa fuerit dicta penſio augmentanda, & ſi dictam penſionem non augmentaverint, ſtabit perpetuò penſio 12 libr, Flan. ſæpius ante-dicta.

Dicimus præter hoc & ordinamus, quod dicti Fratres Ord. B. M. de Monte Carmelo Eccleſiam in dicto loco habeant ſive Oratorium prout competit Ordini eorum: & quod recipiant oblationes in dicta Eccleſia ſive Oratorio. Et quod cimeterium etiam habere poterunt dicti Fratres pro ſuis Fratribus ſepeliendis.

Familia autem, quæ dictis Fratribus ſerviet in habitu ſæculari, erit de cura Presbyterorum memoratorum S. Crucis, & eiſdem in Natalibus & in omnibus aliis tenebitur ſolvere ſua jura.

Locum etiam ſuum, quem modo habent, dilatare non poterunt ultra menſuram & dimidiam, loco incluſo ab ipſis jam detento, niſi licentiâ Capituli petitâ ſuper hoc & obtentâ.

Et de oleribus, ſeminibus & fructibus arborum, qui vel quæ provenient infra manſum ſuum quem nunc habent, vel in terris quas acquirent impoſterum adampliandum manſum ſuum, decimas ſolvent Capitulo integrè de omnibus quæ vendent ex præmiſſis.

Præterea dicti Fratres, cum in Perſonatu dictorum Decani & Capituli conſiſtant, ipſos in reverentia habere debent. Et dicti Fratres contenti eſſe debent unâ campana mediocri non excedente campanam Fratrum Minorum & Prædicatorum cùm cimbalis & tintinnabulis ſuis.

Præterea cum Fratres prædicti, Prior & cæteri Fratres qui pro tempore Brugis ſunt, pro ſe & ſuis Succeſſoribus liberaliter conceſſerunt & piè concedunt ipſis Decano & Capitulo, quod in morte Præpoſiti ipſorum, Decani & cujuſlibet Canonici S. Donatiani, pro anima ipſius defuncti in Conventu ſuo Vigilias & Miſſam pro Defunctis dicent ſolemniter & devotè, & exequias pro illo tamquam pro uno Fratre Ordinis ſui celebrabunt: ordinamus taliter perpetuò obſervandum.

Miſſa pro Canonicis S Donat. defunctis.

Præterea prædicti Fratres non prædicent eo tempore quo Parochialis Miſſa in Eccleſia S. Crucis celebratur, ne populus à dicta Eccleſia S. Crucis avocetur in dampnum prædictorum Presbyterorum vel gravamen.

Item ſi Proceſſiones, Stationes publicæ imminent ſive fuerint faciendæ, ex cauſis aliquibus contingentibus vel opportunis, prædicti Fratres, ſi vocati fuerint per Nuncium Decani & Capituli, cum ipſo Decano & Capitulo in quantum eis ex Ordine permittitur, perſonaliter procedere tenebuntur.

Notandum inſuper, quod Prior, qui pro tempore erit Brugis, & omnes Fratres jurare debent in ſuo Capitulo, præſentibus Nunciis Capituli S Donatiani Brugenſis, quod contra ea quæ ſuperius dicta ſunt & ordinata nihil impetrabunt à Summo Pontifice vel ejus Legatis, vel alio quocumque nec per ſe nec per alium, ſive ſit de ſuo Ordine ſive non, de conniventia eorum vel mandatu. Et ſi contingat ab aliqun (quod abſit) impetrari, nullatenus uterentur impetratis.

Jurabunt etiam, quotienſcumque fuerint requiſiti, quod omnia prædicta inviolabiliter obſervabunt, & quod per ſe vel per alium nichil facient in fraudem vel dolum, per quod Capitulum & Presbyteri Parochiales ſuper præmiſſis vel aliquo eorum vel aliis dampnum aliquod vel jacturam patiantur.

Ordinamus etiam, quod Prior & Fratres procurare debent ſub præpoſito juramento præſentem Ordinationem noſtram per Dominum Epiſcopum Tornacenſem, Priorem tui Ordinis Provincialem, nec non totius Ordinis Rectorem confirmari. Et in prædictorum omnium teſtimonium & munimen præſentibus Sigilla noſtra duximus apponenda.

Actum publicè in Capitulo S. Donatiani Brugenſis anno M. CC. LXV. feriâ ſecundâ poſt Feſtum B. Mariæ Magdalenæ.

NOs vero W. Decanus totumque Capitulum S. Donatiani Brugenſis prædictam Ordinationem laudamus, & pro Nobis & noſtris Succeſſoribus inviolabiliter obſervaturos promittimus, nec non Sigilli noſtri munimine confirmamus. Et Nos Presbyteri S. Crucis, ſcilicet Mgr. Petrus & Dominus Andreas pro nobis noſtriſque Succeſſoribus ipſam Ordinationem laudamus & approbamus, & ipſam Nos obſervaturos promittimus, & etiam Sigillis noſtris confirmamus.

Nos etiam Prior totuſque Conventus ſupradicti pro Nobis & noſtris Succeſſoribus ipſam Ordinationem laudamus, & approbamus, renunciantes reſtitutioni in integrum, & Sigilli noſtri munimine confirmamus.

Datum anno Domini M. CC. LXV. feriâ quintâ poſt Feſtum B. Petri Apoſtoli ad Vincula.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes Literas inſpecturis, Frater Radulphus humilis Prior Generalis Ordinis B. M. de Monte Carmeli, ſalutem in Domino. Univerſitati veſtræ tenore præſentium innoteſcimus, quod Nos Ordinationem Virorum Venerabilium Decani & Capituli S. Donatiani Brugenſis ſuper annua penſione & aliis articulis, prout in Litteris inde confectis præſentibus annexis videbitur contineri, Auctoritate noſtrâ confirmamus & Miniſterii noſtri caractere communimus.

Datum Pariſiis in Domo noſtra. anno Domini M CC. LXX. primo, in Octavis Nativitatis B. Mariæ.

CAPUT CXXXVII.

Margareta Flandriæ Comitiſſa benefacit Hoſpitali Comitiſſæ Inſulis 1277 eidem largiendo omnia molendina Inſulenſia, cum onere tamen erigendæ Capelaniæ perpetuæ in Begghinagio Inſulenſi.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

NOs Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa. Notum facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod Vir Illuſtris Th. quondam Comes, & kariſſima Domina Soror noſtra Domina Johanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa Uxor ſua, omnia molendina ſua de Inſulis & de Walemes & jura quæ ad ipſam pertinebant contulerunt in eleëmoſynam (1) Hoſpitali noſtro de Inſula in perpetuo ab eodem Hoſpitali pacificè poſſidenda.

Ita tamen, quod per hoc Hoſpitale prædictum, teneretur ad viginti libras annui redditûs ad opus cujuſdam Capellaniæ ſecuodum vnluntatem & arbitrium noſtrum ſtatuendæ.

Et nos autboriſate & poteſtate nobis ab ipſo Comite & Sorore noſtra Comitiſſa conceſſis, ſtatuimus & ordinamus, quos dicta Capellania deſerviatur & deſerviri debeat in (2) Hoſpitali Begghinagii ſita in Parrochia B. Andreæ Inſulenſi.

Et ut bonorum quæ ibidem fient & eleëmoſynæ prædictæ participes eſſe poſſimus, proventus dictæ Capellaniæ augeri volumus de centum ſnlidis monetæ Flandrenſis, quos aſſignavimus in perpetuum, ſingulis annis percipiendos ad theloninm telarum in Villâ Inſulenſi.

Dictam autem Capellaniam Domino Evrardo de Condato contulimus propter Deum, qunad vixerit poſſidendam, & in ea perpetuum inſtitui procuravimns canonicè, retentâ tamen poteſtate ejuſdem Capellaniæ poſt obitum dicti Preſbyteri Domini Evrardi, quod ipſa deſerviatur & deſerviti debeat per Capellanum ydoneum à Priore Fratrum Prædicatorum Inſulenſium qui pro tempore fuerit, non canonicè ſed pocius de anno in annum inſtituendnm, prout ipſi Priori ſecundum Deum & utilitatem dicti Beghinagii viſum fuerit expedire. Sicut in Litteris noſtris ſuper hoc confectis plenius continetur.

Conceſſimus etiam prædicto Evrardo Preſbytero, quod ſi infirmitate vel debilitate, aut ſenio vel qualibet alia juſta cauſa impediri contingat qnominus in dicta Capellania poſſit deſervire, idem Preſbyter ab Hoſpitali prædicto quod molendina prædicta poſſidet, quindecim libras Flandrenſes percipiet & habebit & in uſus ſuos eonvertere poterit.

De reſiduis autem centum ſolidis ex viginti libris prædictis, & de centum ſolidis, quos in augmentum dictæ Capellaniæ ut prædictum eſt contulimus, per conſilium Prioris prædicti faciet eidem Capellaniæ provideri.

In quorum teſtimonium & munimen præſentes Litteras Sigilli noſtri feeimus appenſione muniri.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, menſe Octobri.

OMnibus præſentes Litteras inſpecturis. Ego Egidius Magiſter Hoſpitalis Dominæ Comitiſſæ juxta aulam in Inſula & Fratres & Sorores ejuſdem Hoſpitalis.

Notum facimus, quod nos & Domus noſtra tenemur Domino Balduino quondam Presbytero de Helchin in viginti libris ſingulis annis perſolvendis, decem videlicet in Nativitate Domini & decem in Aſcenſione ejuſdem, quamdiu prædictus B. Presbyter in Hoſpitali Beghinarum Inſulenſium ſito in Parochia Sti. Andreæ in Inſula divina celebraverit; prout in Litteris Dominæ Comitiſſæ Margaritæ continetur. Quod ut ratum ſit & firmum, præſentes Litteras Sigillo noſtro dignum duximus roborari.

Datum anno Domini M. CCC. XLV. menſe Julii.

(1) Hospitale Comitissæ Insulis. Literas Fundationis ejus vide ſupra Parte I. Cap. 121. 124. 125.

(2) Begginagium hoc Inſulenſe, anno 1275 à Margareta Flandriæ Comitiſſa inſtitutum legitur, ſub cura Prioris FF. Prædicatorum Inſulis. Hodie vix eſt ullius notæ.

CAPUT CXXXVIII.

Walterus de Brania benefacit & confirmat omnes poſſeſſiones Abbatiæ de Waltheri-Brania vulgo Wautier-Braine, Virg. Ordinis Ciſtercienſis in Gallo-Brabantia ac Diœceſi Namurcenſi, anno 1280.

Ex Archivis Abbatiæ hujus.

Niverſis præſentes Litteras inſpecturis, Waltherus Miles, dictus de Brania, Sygerus & Jacobus Fratres dicti Domini Waltheri, ſalutem, & hîc contentam intelligere & cognoſcere veritatem.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum Religioſæ Dominæ Abbatiſſa & Conventus de Brania Ciſtercienſis Ordinis, Cameracenſis Diœceſis, in Parochia de Waltheri-Braoia, ſub noſtro Dominio, à diverſis diverſas ſibi terras & poſſeſſiones acquiſierint, videlicet Terram de Sartis ſitis juxta holcum de Hal: Terram Ghiſelini: Terram Domini Arnulphi de Larbecca: Terram Haſardi: Terram Helkinæ Putepancæ: Terram Joannis de Monte: Terram ſitam inter viam & Braniam Caſtelli: Stallum molendini ſui: honerium Eliſabeth de Beghine: pratum Francoois: pratum Henrici: curtile Zuchemam: curtile Franchonis: curtile Rimbaldi: Terram Boidini dicti de Pede: Terram Johannis Boidini: pratum Domini Nicholai Jemamweis: pratum le Kaiſier: pratum Reinaldi de Ophem: pratum Theoderichi: pratum Jordani: Terram Arnulphi Barilot: Stalla molendinariorum: Terram Mariæ Sororis Hanoke: Stallum Wilhelmi le Cuvelier: ſilvam de Sartis juxta Braniam Waltheri: Sartum heredum Mahinne: duo boneria terræ Arnulphi dicti Schenelon: unum jornerium prati Simonis dicti Concevrient: Katherinæ dictæ Vaſſenbruech: Theoderichi XXXVI virgas de Vaſſenbruech infantum de Senephia. Tria jorneria prati & terræ Joannis dicti Gratig. Item ſex jorneria quæ ſunt retro Eccleſiam de Waltheri-Brania, & etiam alia univerſa, ac ſi forent propriis nominibus hîc expreſſa, ſi qua ſunt quæ uſque in hanc diem acquiſierunt.

Nos qui prædictam Eccleſiam præ cæteris Eccleſiis Ordinis, quia in noſtro allodio eſt fundata, amore ſpeciali tenemur amplecti, ut eadem Eccleſia prænotatas terras & poſſeſſiones in poſterum firmius & melius valeat poſſidere, eidem Eccleſiæ ſuper acquiſitionibus prædictarum terrarum & poſſeſſionum noſtrum conſenſum cooferentes, eaſdem acquiſitiones ſeu emptione ſeu in eleëmoſynam ſibi factâ collatione ſeu commutatione, ſeu quocumque alio modo eas ſibi acquiſierit, ob noſtrorum veniam peccatorum, mediantibus XII. denariis Lovanienſibus, cenſu legalis monetæ, ecto pro Sarto ſupra memoratis, quos nobis vel Succeſſori noſtro ſingulis annis in feſto B. Remigii, Waltheri Brania, in loco in quo alius cenſus ejuſdem Villæ nobis ſolvetur, pro eiſdem acquiſitionibus ſæpedicta Domus nobis ſolvere tenebitur, penitus approbamus, laudamus & etiam confirmamus.

Præterea cum kariſſima & nobiliſſima Domina Maria Mater noſtra, laborans in extremis obnixiùs nos rogavit & devotè, quatinus proventus molendini ſiti juxta Abbatiam de Waltheri-Brania, Abbatiſſæ & Conventui dictæ Domûs in perpetuam eleëmoſynam conferemus: Nos dictæ dilectæ Matris noſtræ devotione penitâ, ob ſuorum & etiam noſtrorum veniam peccatorum, dictos proventus dicti molendini Abbatiſſæ & Conventui ſuprad ctis contulimus & conferimus, donavimus & donamus, in puram eleëmoſynam perpetuò poſſidendos; nihil juris in ſupradictis acquiſitionibus, ſeu commorantibus in eiſdem, vel etiam in eleëmoſyna proventuum dicti molendini nobis aut heredibus ſeu Succeſſoribus noſtris penitus retinentes.

Sed etiam concedimus & volumus cum omnibus ſupradictis, ut Hoſpites ſeu Homines vel Manſionarii Allodii noſtri de Waltheri-Brania ad molendinum dictarum Montalium perpetuo molere veniant, ſicut tempore noſtro nec non & anteceſſorum noſtrorum hactenus extitit aſſuetum.

Iſti autem Laudationi, Confirmationi, Approbationi & eleëmoſynæ pro majori ſecuritate dictæ Domûs interfuerunt Homines feodales mei, ſcilicet Waltheri Militis antedicti.

Dominus Johannes dictus Macharius.
Renerus de Bourlarmont.
Henricus de Nieziele filius Loretæ, &
Henricus filius Berthæ, &
Willerus de Brania l'Alluet.

Item interfuerunt Allodiarii,
Johannes li Bruns,
Ægidius de Honcellot,
Michael li Strueve,
Johannes de Kukerialmont.
Wilhelmus li Carbonniers de Porſpot.
Colardus filius Odæ, &
Calardus frater Wichardi de Porſpot.

Item interfuerunt Homines Domini Ducis: videlicet,
Renerus de Bourlarmont.

Egidius

Egidius de Hondreſſoc.
Item interfuerunt Scabini dee Waltheri-Brania,
Lambertus de Querceto,
Hugo Frater ejus.
Jacobus dictus Chiertang.
Godefridus dictus Nolins.
Egidius Scarrans.
Arnulphus Nuſevars.
Item interfuerunt Scabini de Lembeke,
Johannes li Bruns, &
Egidius de Hondersſloc.
Item interfuerunt
Dominus Stephanus de Yterne, * Miles.
Et Fratres, Joannes Prior, & Hugo Cellerius de Camberone,
Et Frater Johannes de Scauffines Monachus ejuſdem loci.
Et Terricus de Boubeke.
Jacobus Pungnars li Falis, de Genape.

* Alias d'Iterre.

& Johanne de Frigido-Fonte, & multi alii.

Et ne ſæpe-dicta Domus ſuper dictis acquiſitionibus ab aliquo in poſterum valeat moleſtari, præſentes Litteras eiſdem Abbatiæ & Conventui dedimus ſigillatas. Ego quidem dictus Waltherus de Brania meo proprio Sigillo pro me-ipſo. Nos vero Sygerus & Jacobus, Fratres Domini Waltheri prædicti, quia Sigilla non habemus, Sigillo Domini Waltheri, dicti le Strueve Militis utimur, in hoc facto; rogantes ipſum attentiùs, ut loco noſtri ſuum Sigillum præſentibus coappendat.

Ego autem Waltherus le Strueve prædictus ad preces dictorum Sigeri & Jacobi Fratrum, meum Sigillum cum ſigillo Domini Waltheri de Brania antedicti feci præſentibus coappendi.

Datum anno Domini M. CC. octogeſimo, in Vigiliâ Natalis Domini.

CAPUT CXXXIX.

Michael de Waringhem Tornacenſis Epiſcopus anno 1286 declarat Epiſcopis iſtius Eccleſiæ competere jus cudendi monetam.

Ex Archivis Epiſcopatus Tornacenſis, & ex MS. Biblioth. Cottertinæ.

Mikius par le grace de Dieu Eveſques de Tournay à tous ceaux ki ces patentes Lettres veront & oront, ſalut en Notre Seigneur.

Nous faiſons ſçavoir à tous, ke comme debat & controverſie fus meu d'une part pour nous & pour notre Egliſe, & des Prevoſtz & Jurez, des Eſchevins, des Eſwardeurs, des Maieurs & des Gouverneurs de la Chité de Tournay pour eaux & pour toutte leur Communaulté d'aultre part; Seur ce que nous diſions que nous eſtions Signeur de la monnoye, & ke à nous appartenoit li droitz de faire battre & forgier monnoye en la Chité de Tournay, & que ladite monnoye faitte debvoit y eſtre receue frankement & apiertement en ladite Chité, & ke de ce nous & nos Predeceſſeurs Eveſques de Tournay en avions uſé de ſi loing temps, que memore n'en eſtoit.

Leſquels coſes lidit Prevoſt, Jurés, Eſchievins, Eſwardeurs, Mayeurs, Gouverneurs de la Chité, le mettoient en ni pour eaux & pour leur Communaulté. que à nous n'appartenoit cis droitz deſeurdis, ne uſé n'en aviens ne nous, ne nû Predeceſſeurs là. Parfin par le conſeil de boine gents eſpecialement par le conſeil de ſaiges hommes & diſcretz Maiſtre Jean de Flaci, Doyen d'Orbiens & Chanoine de Loon & Guillaume de Langheſt l'ainé, bourgeois de Mondidier, Auditeurs envoyez ſour ledit deſcort de par le Roy, Nous ſommes concordès & apaiſié en la maniere ki s'enſuilt

C'eſt à ſavoir, que nous Eveſques de Tournay deſeure dis, & noſtre Succeſſeur Eveſque de Tournay ferons batre & forgier Monnoye en la Chité de Tournay & ou deſtroit, toutes les fois kil nous plaira & nous loira à faire, à nous & à nos Succeſſeurs ſans debat & ſans contredit, dont li doi denier vauront un Pariſi bien & loialment.

Et ladite Monnoye par nous ou par nos Succeſſeurs faite la devons envoier u faire porter as Eſkievins de Tournay, avant que e le queure, & ils ſont tenu au rechevoir en la journée, & le doivent examiner, approuver u reprouver & jugier ſe ladite monnoye eſt boine & ſouffiſante ſelon le pris deſeur-dit.

Et li dit Eſquevins dedens les quarante jours que elle aura eſté miſe devers eaus le doivent examiner & jugier & approuver u reprouver Et quant il l'auront approuvée & jugie pour loial & pour ſouffiſant, li dit Prevoſt & li Juré & li aultre Gouverneurs de la Chité doivent faire crier par ban eſpecial & ſolempnel dedens les deux jours apriés, & y ſont tenu pour eaus & pour leur Communaulté, ke ladite monnoye queure communement & apertement & ſoit rechcue courſaulement par toute la Chité de Tournay & en leur deſtroit.

Et ſe li dit Eskievin le reprouvoient & jugeoient, qu'elle ne fuſt mie ſouffiſans & loiaus, le reprouvement fait, li dit Eſchievin doivent le ditte monnoye fondre & le nous doivent & ſont tenu à rendre fondûe.

Et s'il advenoit, que li dit Eskievins euſſent reprouvée & jugié celle dite mennoye, kele ne fuſt ſouffiſans ne loiaux, ne doivent ils, ne ne puent iceaux ki ladite monnoie aroient faite riens demander ne occoiſoner en nule maniere, ne eaus punir ne juſtichier de corps, ne de chasel pour la fachon de ladie monnoye.

Et ſe il avenoit, ke li dit Eskievins ne examinaſſent, jugaſſent, & approuvaſſent u reprou-

vaſſient ladite monnoye dedens les quarante jours ke elle leur auroit eſté baillie u preſentée de par nous, n de par nos Succeſſ urs Eveſques de Tournay, Nous Eveſques de Tournay icheli monnoye examinerions & jugeriens nous n noſtre Succeſſeur Eveſque de Tournay.

Et ſe nous Eveſques de Tournay le approuviens & jugiens à boine, li dit Prevoſt, Juré & li Gouverneur ſeroient tenu à faire prendre ſi com il eſt deſeure dit, courſaulement, commnnement & npertement auſſi comme ſe li Eskievin l avoient jugié Et ſe laditte monnoye eſt jugié par nous pour non loial, nous le devons fondre.

Et eſt à ſavoir, ke encore fuſſent li dit Eskievin en defaute, kil ne jugeaſſent ladite monnoye dedens les quarante jours, que elle auroit eſté miſe devers eaus pour examiner, approuver u reprouver & jugier, pour con ne demorroit mie, ke tout te l autre monnoye ke nous feriens apries batre & forgier, qu'elle ne fuſt miſe deviers eaus pour examiner & jugier, & examiner & jugier le devroient dedens les quarante jours, ſi comme il eſt devant dit; & ſe il eſtoient en defaulte, & meſmement toutes les fois qu'ils en ſeroient en defaute, il nous ſoiroit & nos Succeſſeurs à examiner & à jugier, approuver n reprouver la monnoye ki à eaus auroit eſté preſentée, ſi comme il eſt devant dit.

Et eſt encor à ſavoir, que li Eſckevin de Tournay en leur novielle creatiou au tierc jour de la Sainte Ihſe ſeront ſierment à nous, n à celuy qui mis ſera de par nous, à nos Succeſſeurs u à ceaus qui mis ſeront de par eaus pour recbevoir ce ſairment, ou Capitele de Tournay, à eure kil font le ſairment, au Doyen & au Capitle. de warder la droſture de l'Egliſe, ke il celi monnoye kil leur ſera envoié de par Nous u nos Succeſſeurs loialement & diligemment examineront, jug ront, approuveront n reprouveront, ſans fraude, dedens les quarante jours kelle leur ſera preſentée, & ſi maintieuront auſi loinlment, comme ſe ladite monnoye eſtoit le·r propre n a cheſcun d'ans.

Et ſe nous n noſtre Succeſſeur Eveſque de Tournay n'eſtiens preſens u aultre de par nous audit jour, à l'entre que li Eſcbievin feront le ſairment au Doyen & au Capitle li dit Eſcbi vin ne ſeroient tenu de faire en toute l'année le ſairment deſeurdit.

Et pour con ne demorroit nié ke à eaus n'appertenift l'examinations, li jugemens, li approuvemens u li reprouvemens de la monnoye deſeurdit, tout anſi comme s'il euiſſent le ſairment fait.

Et ſe par avanture il advenoit que li dit Eſkievin fuſſent en defante à celui journée de faire le ſairment, u kil ne le voſiſſent faire, il loiroit à Nous & à nos Succeſſeurs Eveskes de Tournay de examiner, de jugier, de approuver. n de reprouver ledite monnoye, & li dit Prevoſt, Juré, Gouverneur ſeroient tenu à faire prendre ladite monnoye laquelle auroit eſtée enmmiuée & jugé par nous n par Nos Succeſſeurs, tous auſi comme ſe li dit Eskievin l'avoient examinée & approuvée.

En tele maniero, que toutes les fois que li dit Eskievin repairoient à Nous u à nos Succeſſ urs pour leur ſairment faire, nous ſeriemes tenu d eu recbevoir, & le ſairment fait nous ſeriemes tenu Nous & nos Succeſſeurs Eveſques de Tournay à eaus renvoier & preſenter la monnoye ſi comme il eſt devant dit, laquelle n'auroit eſté jugie & nprouvée par Nous. Ne par ledit ſairment li dit Eskievin ne ſont, ne ne ſeront eſtraint à Nous ne n nos Succeſſeurs Eveſques de Tournay en nul eus autre que deſeure eſt dit.

C'eſt à ſavoir en la examination & nn jugement de la monnoye devant dit. Ne ne leur ſera prejudice ne à eaux, ne à leur commu aulié de Tournay pour le ſairment devant dit faict.

Et par tant tout li meſſnſant en ladite monnoye, & contre ladite monnoye, demourront juſticiauls aſdits Prevoſt, Jurés, Eſwardeurs & Gouverneurs de la Cité devant dite, en tons cas, & en eſt leur la cognoiſſance li jugemens, li executions, & les amendes, excepter ceuns ki ſeront n batteront noſtre monnoye n à nos Succeſſeurs Eveſques de Tournay. Leſquelt li dit Prevoſt, Juré, Eſwardeur, Gouverneur ne puetnt occoiſonner en nulle maniere, ne juſticier de cors, de menbles ne de catcus pour in façon de la monnoye ſi comme il eſt devant dit. Et ſont tenus li devant dit Prevoſt, Juré, Eſwardeur & Gouverneur de ladite Cité de Tournay à rendre à nous Eveſque & à nos Succeſſeurs le fauſſin, tontes les fois qu'il eſchera, ſi comme il eſt deſeurdit.

Et par ceſte paix ne par cette Ordonnnnce nous n'entendons mie, ne n'eſt à entendre ke nuls prejudices ſoit fais à Nous Eveſque ne à nos Succeſſeurs Eveſques de Tournay, ne uſdis Prevoſt, Jurés, Eskievins & les aultres Gouverneurs, ne à toute le Communanlté de Tournay en nul nntre cas ke et cas ki ſont tierminé par ceſte Ordennance,

Es Nous Doyen & Capiteles noſtre Dame de Tournay greons & loons ladite paix, & tans comme en nous eſt i conſentons.

En tieſmoingnage de laquel coſe Nous Eveſque Doyens & Capiteles devant dit, nvons cet preſentes Lettres ſaielées de nos Scanx.

* *Ce fut fait à Tonrnay en l'nn del Incarnatiou Noſtre Sigueur mil dens cens & quatrevins & ſix, du mois de Jnillet lendemain des octaves St. Jean Baptiſte.*

C'eſt li ſairmeut des Eskievin ſour le monnoye. Nous eſtwvlit Eskevin en Tournay à ceſt an, jurons que ſe li Eveſques de Tournay fait faire monnoye & elle nons eſt de par luy envoyé & preſenté, que nous devens le XL jours qu'elle nous ſera envoiée & preſentée nous les aminerons loinlment & diligeament, jugerons & nppronverons u rep·onverons ſans frande, & ſans boidie, & ſe nous y maintenrons nuſſy foyaument comme ſe li monnoie eſtoit noſtre. propre ou aucun de nous. Se Diu nous ait & ciſt ſainct, & tout li nn tre.

Et ſommes tenu audit Eveſques de rendre le fanſſin de le monnoye toutes les fois qu'il eskiern, ſi avant que nous y ſumes tenut.

CAPUT CXL.

Abbatia Sancti Petri in Monte Blandinio Ordinis Sancti Benedicti Gandavi, recognoſcit Comitem Flandriæ ſuum Advocatum ac Protectorem, anno 1287.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

Niverſis præſentes Litteras inſpecturis, J Dei permiſſione Abbas Monaſterii ſancti Petri Gandenſis totuſque ejuſdem loci Conventus ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum inter celeberrimos Divini & humani juris poſſeſſores nonnulli propriis ſententiis retractaverint quæ erronee dixerant, vel fuerant veritate lucidius cognitâ prudenter emendata; non videtur reprehenſione dignum, ſi Monaſticæ vitæ dediti, in quibus laudabilior eſt religioſa ſimplicitas quam diſceptationis forenſium cautarum peritia, ab injuſta dum ſe deviaſſe conſpiciunt deſciſcentes, quam propere redeunt ad ſemitam veritatis, æquitate ſuadente quod juris & rationis exiſtit publicè profitendo.

Sciant igitur univerſi preſentes prærereiti & futuri, quod nos Abbas & Conventus prædicti non ſano quorumdam ducti conſilio, ex aliquibus ſcriptis & Chronicis occaſione credulitatis aſſumptâ, nobilem Principem Dominum Guidonem Flandriæ Comitem gardiam Monaſterii noſtri & bonorum ejus & perſonarum ac reſſortum ad ſe pertinere contendentem, in Curia Excellentiſſimi Principis & Regis Franciæ convenire fecimus, negantes in jure prædictos gardiam & reſſortum ad eum pertinere.

Cauſâ igitur in eadem Curia ſuper hoc aliquantulum agitatâ, & demum à nobis ſuper his tam per libros quam per homines idoneos & antiquos, quam etiam per Privilegia Cartas & Inſtrumenta diverſarum Eccleſiarum, quibus invictam fidem adhibemus diligentiſſime exquiſitâ, cauſæ & negotii qualitate ſufficienter edocti ſumus, quod dicta gardia & reſſortum ad prædictum Comitem pertinebant & ad ejus Anteceſſores pertinuerant, quodque à temporibus à quibus memoria non exiſtit, eiſdem gardiâ & reſſorto uſi erant.

Cognitemur igitur, & ſub noſtrarum Litterarum teſtimonio recognoſcimus Comites Flandriæ Monaſterii noſtri & bonorum ejus in Comitatu Flandriæ exiſtentium ac etiam perſonarum Gardianos extitiſſe ab antiquo, & prædictum reſſortum habuiſſe, ac dictis gardiâ & reſſorto uſos eſſe à tempore à quo memoria non exiſtit. Dictos quoque gardiam & reſſortum ad prædictum Dominum Guidonem Flandriæ Comitem pertinere profitemur. Nec intendimus quod per ea quæ in præſenti continentur ſcripto, Privilegiis Eccleſiæ noſtræ in aliis derogetur, vel nobis in aliis quoad ipſa præjudicium generetur.

Nec etiam intendimus, quod per contenta in præſenti ſcripto juribus prædictis Domini Comitis vel uſibus, quibus ejus Anteceſſores Flandriæ Comites vel ipſe in Monaſterium noſtrum vel bona ſeu terras aut Homines ipſius Monaſterii ſunt uſi, præjudicium generetur.

In quorum omnium teſtimonium præſentes Litteras Sigillorum noſtrorum appenſione duximus roborandas

Datum anno Domini M CC. LXXX. VII. feriâ quartâ poſt Epiphaniam Domini.

CAPUT CXLI.

Monaſterium Vallis Beatæ Mariæ Monialium Dominicanarum juxta Luxemburgum, recognoſcit obtenta à Joanne de Avenis ejuſque Conjuge Hannoniæ Comitibus beneficia, anno 1228.

Ex prædictis Archivis.

Niverſis præſentes Litteras inſpecturis. Prioriſſa Vallis Sanctæ Mariæ juxta Loccenhurch Treverenſis Diœceſis, Ordinis Fratrum Prædicatorum, totuſque Conventus loci ejuſdem ſalutem in Domino ſempiternam.

Noverint univerſi, quod cum Illuſtris Dominus Johannes de Avenis Comes Hanoniæ ac Domina Pb.....Cumituſſa ejus Uxor Nobis in eleëmoſynam purè propter Deum donaverunt annuos redditus quindecim libras alborum, percipiendas ex certis & ſoufficientibus poſſeſſionibus pro eis in proximo aſſignandis; Nos tanti beneficii nolentes eſſe immemores promittimus, quod poſt mortem, utriuſque amborum Anniverſaria in perpetuum ſingulis annis ſollempniter celebrabimus. Et eos tam in vita quam in morte recipimus in communionem orationum noſtrarum & omnium bono-

rum, quæ per nos in noſtro Monaſterio fieri contigerit Deo auctore.

In cujus teſtimonium Sigilla noſtra duximus apponenda.

Datum anno Domini M. CC. octuageſimo octavo, feriâ quintâ ante feſtum Gregorii.

CAPUT CXLII.

Guido Comes Flandriæ confirmat Donationem Decimarum factam Abbatiæ Sti. Auguſtini Religioſorum Ord. Præmonſtr. apud Teruanam in Artheſia, anno 1288.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

NOs Guido Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis Notum facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod Johannes dictus de Stainwerch, Parochianus Winoegheziele Homo noſter, in præſentia Ballivi noſtri Caſletenſis, quo ad hæc vices noſtras gerentis & ſufficienter loco noſtri conſtituti, & Homiuum noſtrorum Pariumque ſuorum, perſonaliter conſtirutorum, paupertate ſuâ expoſitâ juratâ ac teſtificatâ & à dictis Paribus indicatâ & approbatâ, & pro pejori contractu evitando werpivit reſignavit & deliberavit bene, legirime & ad legem, adhibitis omnibus ſolempnitatibus quæ in talibus ſolent & debent adhiberi, & in manu dicti Ballivi recipientis nomine noſtro & loco noſtri quoad hæc ſpecialiter conſtituti, & habentis ſuper hiis poteſtatem & mandatum à nobis ſpeciale, totaliter reportavit tertiam partem Decimæ de Loſthove ſitæ in Parochia de Winnegbeziele, in Perſonam virorum Religioſorum Abbatis & Conventûs Eccleſiæ ſancti Auguſtini juxta Morinum.

Quam tertiam partem dictæ decimæ idem Johannes a nobis tenebat in feodum; & quicquid juris habebat & habere poterat in eodem cum omnibus juribus & pertinentiis ejuſdem ad opus dictorum Abbatis & Conventûs & eorum Eccleſiæ prædictæ, nichil juris ſibi aut heredibus ſuis in prædicta decima retinendo;

Et quam tertiam partem dictæ decimæ cum omnibus juribus & pertinentiis ejuſdem ipſe Johannes vendidit dictis Religioſis & eorum Eccleſiæ prædictæ, legis & juris ordine in omnibus obſervato, pro trecentis libris Pariſ. de quibus idem Johannes recognovit coram Nobis ſibi fore ſatisfactum a dictis Religioſis in pecunia numerata & in ejus utilitatem evidentem jam converſâ, integraliter & ad plenum.

Et nos Guido Comes Flandriæ præfatus prædictis venditioni, werpitioni, reſignationi deliberationi, receprioni & reportationi & omnibus aliis ſic factis conſentientes & præmiſſa omnia & ſingula præmiſſorum laudantes, approbantes, rata & firma habentes ac etiam confirmantes, Bernardum de Norhem Clericum Procuratorem & Nuncium ſpecialem dictorum Abbatis & Conventûs per litteras eorumdem nomine & ad opus dictæ Eccleſiæ, & eandem Eccleſiam de dicta tertia parte dictæ decimæ ac de omnibus juribus & pertinentiis ejuſdem inveſtimus & inveſtivimus per juſtum judicium Hominum noſtrorum Pariumque prædictorum, qui Homines ſuper hoc habebant & poterant judicare.

Ac etiam dictum Procuratorem & nuncium nomine prædicto & eandem Eccleſiam ponimus & poſuimus in poſſeſſionem aut quaſi dictæ tertiæ partis decimæ & omnium jurium & pertinentiarum ejuſdem. Et eandem tertiam partem prædictæ decimæ cum omnibus juribus & pertinentiis ejuſdem ab omni onere feodali & quocumque alio atque aliquo ſervitio & exactione qualibet liberam penitus & immunem, prædicto Procuratori & nuncio nomine prædicto & eidem Eccleſiæ reddimus & reddidimus, tradimus & tradidimus ab eadem Eccleſia libere & pacificè in perpetuum jure hereditario poſſidendam. Ac etiam dictæ Eccleſiæ amortimus & amortivimus, gardiâ & ſuperioritate in temporalibus nobis & heredibus noſtris Flandrenſibus Comitibus & in aliis rebus jure noſtro ſalvis.

Iſuper volumus omnibus eſſe, notum quod prædicti Homines noſtri à dicto Ballivo noſtro ſuper hiis à nobis habente poteſtatem & mandatum ſpeciale & ex parte noſtra conjurati, judicaverunt præmiſſa omnia & ſingula ritè & juſte eſſe facta bene & ad legem, ſecundum vſus & conſuetudines patriæ & loci, in quibus dicta decima ſita eſt & conſiſtit.

Et quod idem Johannes vel ejus heres in dicta decima non poterit nec debebit aliquod de cetero reclamare; & quod idem Johannes de dicta tertia parte decimæ eſt omnino exheredatus & præfata Eccleſia bene & ad legem hereditata. Eadem promittens idem Johannes coram nobis fide & juramento corporaliter præſtitis ab eodem, ſe contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum per ſe vel per alium non venire in futurum. Promiſit etiam ſe redditurum & ſoluturum eidem Eccleſiæ omnes curtus & expenſas ac omnia dampna quos & quæ dictam Eccleſiam contingeret habere, facere & ſuſtinere quomodolibet, per factum culpam defectum & occaſionem ipſius Johannis vel ejus heredis ad ſimplex dictum Abbatis dictæ Eccleſiæ qui pro tempore fuerit ſe & heredem ſuum ac omnia bona ſua mobilia & immobilia præſentis & futura erga dictam Eccleſiam pro præmiſſis adimplendis ſpecialiter obligando.

Præteres

Præterea Maria Uxor prædicti Johannis coram prædicto Ballivo Hominibuſque noſtris prædictis perſonaliter comparens prædictis venditioni, werpitioni, reſignationi deliberationi & reportationi manum ſuam appoſuit & conſenſum ſuum præbuit pariter & aſſenſum. Promittens fide & juramento corporaliter præſtitis ab eadem, quod contra dictas venditionem, werpitionem, deliberationem, reportationem & traditionem non veniet in futurum; & quod in dicta decima, ratione dotis, dotalitii, donationis propter nuptias; ratione victûs vel aſſignamenti ſeu quâcumque aliâ ratione ſibi competentibus ſeu competituris in præmiſſis nichil juris de cetero reclamabit; mediante bono & ſufficienti excambio à prædicto Johanne ejus marito ſibi facto pro præmiſſis, ad quadraginta quinque menſuras terræ ſuæ vel circiter, jacentis circa manſum dicti Johannis, in quo manet ad præſens. De quo excambio dicta Uxor ſe tenuit coram dictis Ballivo & hominibus pro contentâ, ſpontaneâ voluntate, non coacta.

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium, & ut præmiſſa omnia & ſingula rata & firma permaneant in futurum, Nos Guido Comes Flandriæ præfatus præmiſſa omnia & ſingula, prout ſuperius ſunt expreſſa, prædictæ Eccleſiæ garandiſare promittentes, erga omnes, præſentes Litteras eidem Eccleſiæ tradidimus, Sigilli noſtri proprii munimine roboratas.

Datum anno Domini M. CC. octogeſimo octavo menſe Novembri.

CAPUT CXLIII.

Guido Comes Flandriæ acquirit à Decano & Capitulo S. Petri Inſulenſi, Dominium ac juriſdictionem in Parochia S. Mauritii Inſulis; eiſque viciſſim cedit Decimam de Wambrechies juxta Inſulas, anno 1288.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

NOs Guido Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis, notum facimus univerſis, tam præſentibus quam futuris, quod pro terris, dominio juriſdictione, cum eorundem pertinentiis & juribus, quæ Decanus & Capitulum Eccleſiæ ſancti Petri Inſulenſis in Parochia ſancti Mauritii Inſulenſis infra muros Villæ Inſulenſis obtinebant, Nobis à Decano & Capitulo prædictis & cauſâ permutationis, & interveniente venerabilis Viri Domini Almaurici de Nigella dictæ Eccleſiæ Præpoſiti conſenſu, aſſignatis traditis & deliberatis, in perpetuum à Nobis & Succeſſoribus noſtris Comitibus Flandriæ poſſidendis & habendis;

(Salvis ſibi Decano & Capitulo eorumdem Eccleſiæ prædictæ nomine, Jure Patronatûs dictæ Parochiæ, collatione Beneficiorum Eccleſiaſticorum, proventibus & obventionibus & omnibus redditibus aliis à redditu principali exquacumque cauſa eiſdem Decano & Capitulo, eorum Capellanis & Eccleſiæ ſuæ collatis & acquiſitis, quæ ſibi dicti Decanus & Capitulum nomine Eccleſiæ ſuæ abſque juriſdictione temporali retinuerunt & retinent.)

Decreto à Reverendo Patre M.... Dei gratiâ Tornacenſi Epiſcopo, Priore Prædicatorum & Gardiano Fratrum Minorum de Inſula, qui ſuper hoc Mandatum Apoſtolicum receperant permittente interpoſito, & ab eiſdem Epiſcopo Priore & Gardiano conceſſâ dictis Decano & Capitulo permutandi licentiâ.

Nos Decimam de Wanebrechies, quam à Roberto de Leurenghiem, qui à Nobis eam in feodum tenebat, acquiſieramus, bene & ad legem eiſdem Decano & Capitulo nomine Eccleſiæ ſuæ prædictæ benè & legitimè ad legem & ſecundum uſum patriæ & in omnibus more ſervato, tradidimus & deliberavimus & aſſignavimus, ſeu tradi deliberari & aſſignari fecimus ab omni onere ſervitio & exactione temporalibus liberam, & etiam amortitam, in perpetuum à Decano & Capitulo dictæ Eccleſiæ ipſius nomine dictæ Eccleſiæ liberè poſſidendam.

Quam decimam eiſdem Decano & Capitulo adverſus quoſcumque garandizare pro nobis & Succeſſoribus noſtris Comitibus Flandriæ promittimus bonâ fide; Nos & Succeſſores noſtros Comites Flandriæ quantum ad hæc ſpecialiter obligando.

De pretio vero dictæ decimæ, in quantum valorem quem eiſdem Decano & Capitulo ex cauſa prædictæ permutationis aſſignare tenebamur excedebat, recognoſcimus nobis eſſe plenariè ſatisfactum.

Nec volumus, nec etiam intendimus, quod per hanc Permutationem ſeu alienationem Decano & Capitulo ſupradictis in reliquis bonis vel eorum Privilegiis quoad alia præjudicium aliquod generetur.

In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo octavo, die Lunæ ante feſtum beatæ Mariæ Magdalenæ.

CAPUT CXLIV.

Philippus Pulcher Franciæ Rex, anno 1293 per ſententiam decernit, mulctam mille librarum Turonenſium ſolvendam à Joanne de Avenis Hannoniæ Comite Abbatiæ Haſnonienſi Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Atrebatenſi, in compenſationem damnorum quæ illi intulerat.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

PHilippus Dei gratiâ Francorum Rex. Univerſis præſentes Litteras inſpectutis, ſalutem.

Notum facimus, quod coram nobis conſtituti Abbas Monaſterii de Haynnonia & Robertus de Bappalmis Monachus Procurator dicti Abbatis & Conventûs ejuſdem loci, nomine Procuratorio eorumdem recognoveruot & confeſſi fuerunt de pluribus dampnis, levatis captionibus & injuriis illatis dictis Religioſis per dilectum & fidelem noſtrum Comitem Hanoniæ vel gentes ipſius, videlicet apud Haſnon Montegni & pluribus aliis locis uſque ad datam præſentium & quitaverunt omnino dictum Comitem & ſuos pro mille libris Turonenſibus reddendis à dicto Comite & ſuis dictis Religioſis terminis contentis & præfiais in Litteris dicti Comitis ſuper hoc confectis.

Et ad petitionem & requiſitionem dictarum præſentium ſub Sigillo noſtro ſigillatarum promiſeront etiam dicti Religioſi ſub ypoteca rerum ſuarum & bonorum ſuorum nomine quo ſupra, quod contra prædictam quirationem ſeu aliquam de præmiſſis per ſe vel per alium ſeu alios non venieot in futurum, nec venire aliquatenus attemptabunt.

In cujus rei teſtimonium præſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi Sigillum.

Actum Pariſius die veneris poſt Reminiſcere anno Domini M.CC. nonageſimo tertio.

CAPUT CXLV.

Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Ultrajecti omnes Decimas quas in Comitatu Zelandiæ poſſidebat, anno 1310 tranſfert in Guilielmum Hannoniæ Hollandiæ & Zelandiæ Comitem, mediante commutatione aliorum bonorum ac decimarum in Hollandia.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Decanus totumque Capitulum Eccleſiæ S. Petri Trajectenſis, ſalutem cum notitia veritatis.

Notum volumus fieri univerſis tam præſentibus quam futuris, quod cum Nos & Eccleſia noſtra quædam bona, decimas videlicet habeamus vel habere debeamus in Comitatu Zeelandiæ, quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ parum valent, & quæ modicum ſemper retroactis temporibus valueruot; & ſicut ex evidentia facti notorie apparuit & apparet; idcirco Nos Decanus & Capitulum ſupradicti Canonicos omnes prædictæ Eccleſiæ noſtræ qui potuerunt & debuerunt citari, ad certam diem convocavimos, ad tractandum de utilitate Eccleſiæ in præmiſſis.

Die autem adveniente, ad ſonum campanæ, prout moris eſt, in loco Capituli omnes Canonici Eccleſiæ noſtræ prædictæ ibidem congtegati, nullo penitus deficiente præſentialiter exiſtentes, & Capitulum facientes, de utilitate Eccleſiæ noſtræ prædictæ de bonis prædictis facienda tractavimus.

Maturo etenim conſilio perhibito, deliberationeque providâ, invenimus quod magis Eccleſiæ noſtræ expediebat bona prædicta in fructoofiores uſus convertere & permutare, quam retinere.

Et ideo in eodem Capitulo ab omnibus Canonicis Eccleſiæ ooſtræ prædictæ, nullo deficiente, immo commnniter & diviſim concordantibus & conſentientibus, propter evidentem utilitatem Eccleſiæ noſtræ prædictæ extitit coocordatum, ut bona in meliores & fructuoſiores uſus permutentur & commutentur.

Ideoque notum fieri volumus univerſis, quod Decanus & Capitulum prædicti bona illa, decimas videlicet omnes quas habemus vel habere poſſumus & debemus in toto Comato Zeelandiæ; item omne jus quod nobis & Eccleſiæ noſtræ prædictæ in prædictis competit vel competere poteſt, cum omnibus ſuis & ſingulis attinentiis & appenditiis, propter

evidentem utilitatem Eccleſiæ noſtræ prædictæ, conceſſimus tradidimus & deliberavimus Magnifico & Illuſtri Viro Domino Willelmo Hannoniæ, Hollaodiæ Zeelandiæque Comiti ac Domino Friſiæ pro ſe, heredibus & Succeſſoribus ſuis omnibus hereditariè in perpetuum tenendas & poſſidendas.

Tali modo videlicet, quod Dominus Comes prædictus pro ſe heredibus & Succeſſoribus ſuis omnibus Eccleſiæ noſtræ pro bonis prædictis dedit, tradidit & deliberavit omnem terram ſuam, dictam de *Moencke*, & duas petias terræ, vocatas teutonicè *Corde*, eidem terræ adjacentes in Zuit-Hollandia, in Tieſelins-Ward ſitam & ſitas, continentes in univerſo & continere debentes centum & viginti tria jugera, extendentes ſe à Dibbela uſque ad Molam, quorum confines ſunt terra Walteri Wittermanni ad unum latus, & terra Arnoldi Willelmi ad latus aliud.

Item decimas omnes & ſingulas prædictarum terrarum ſuarum; item omnia ædificia ſua in prædicta terra de Moencke conſtructa; item quatuor jugera decimarum in Officio de Wolbrantskerke adjacentium terræ antedictæ & ſe extendentium verſus Officium Apri de Mile;

Item piſcariam ſuam ad Wolbrantskerke uſque ad de Bellidannum ſe extendentem. Item cenſam ſuam annuam univerſam quæ teutonicè Cuns ſive Marghenghelt dicitur, jacentem in de Neſſe. Item omnes decimas ſuas ibidem in de Neſſe in Officio Hughemanni de Pnire jacentes; item omnes decimas ſuas in Parochia de Thieſeluyskerke ſive in Oudelandt ibidem ſitas.

Item nobis & Eccleſiæ noſtræ dedit tradidit & deliberavit duo millia & ſeptingentas libras Hollandiæ, groſſo Turonenſis regio pro octo denariis computato. Item promiſit pro ſe & heredibus ſuis, dare & ſolvere quolibet anno in ſignum pacti, Eccleſiæ noſtræ prædictæ in feſto ſancti Petri ad Vincula unum Calicem de argento ad valorem decem librarum Turonenſium, vel decem libras, quodcumque ſibi magis placuerit.

Et ex hac conceſſione ſive permutatione profitemur & publicè proteſtamur, conditionem Eccleſiæ noſtræ meliorem eſſe factam. Promittentes pro nobis omnibus & ſingulis pro Eccleſiâ noſtrâ prædicta ac pro Succeſſoribus noſtris conceſſionem ſeu permutationem prædictam firmiter & inviolabiliter tenere ſervare & adimplere, & non contravenire, aliquâ ratione vel cauſâ per Nos vel per alios ſeu alium quoquo modo, & dictum Dominum Comitem & Succeſſores ſuos in dictis decimis, juribus & attinentiis earumdem juvare defendere & tueri pro poſſe noſtro.

Et ſi contingeret (quod Deus avertat) quod Nos, vel Succeſſores noſtri contra prædictas conceſſionem ſeu permutationem in toto vel in parte veniremus vel faceremus, nos vel Succeſſores noſtri eundem Comitem heredes vel Succeſſores ſuos impediremus, quominus dictis bonis decimis videlicet juribus & attinentiis omnibus earundem ipſe vel Succeſſores ſui quietè & pacificè gaudeant & utantur & ipſe aut Succeſſores ſui ob hoc cuſtus vel expenſas facerent vel dampna incurrerent;

Promittimus, & ad hoc Nos & Succeſſores noſtros & bona Eccleſiæ noſtræ ſpecialiter obligamus, dampna, cuſtus & expenſas eidem Comiti heredibus vel Succeſſoribus ſuis reddere & reſtituere, quos vel quas ipſe vel ipſi haberent vel incurrerent propter inquietatem prædictam.

Volumus autem pro nobis omnibus & ſingulis, Eccleſiâ noſtrâ & Succeſſoribus noſtris, quod omnes qui ratione decimarum præd ctarum, juriom & attinentium earundem nobis & Eccleſiæ noſtræ quoquo modo ſint obligati, dicto Comiti, ejus heredibus & Succeſſoribus obediant, pareant, & pactum quod nobis & Eccleſiæ noſtræ debebant, ſolvaot eidem Comiti vel Succeſſoribus; & omne jus quod habemus vel habere poſſumus in prædictis omnibus & ſingulis in d ctum Comitem & Succeſſores ſuos perpetuo transferimus, nichil nobis vel Eccleſiæ noſtræ penitus retinentes.

Et hæc omnia & ſingula ſupraſcripta promittimus bonâ fide, & per juramenrum noſtrum, per Dominum Gerardum dictum Cockard, & per Dominum Petrum de Dordraco Canonicos Eccleſiæ noſtræ prædictæ, in animas omnium & ſingulorum noſtrorum præſtitum, pro nobis omnibus & ſingulis & Eccleſia noſtra & Succeſſoribus noſtris, tenere, ſervare & adimplere, & non contravenire per nos vel per alium aliquâ ratione vel cauſâ;

Renunciantes exceptioni doli mali, & in factum actioni, pro metûs cauſâ, exceptioni ultra dimidium juſti pretii & omnibus aliis exceptionibus & defenſionibus juris Canonici & Civilis quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ proficere poſſent & contractum prædictum quomodolibet in totum vel in partem impedire vel infringere. Renunciantes etiam Privilegiis impetratis vel impetrandis, & juri dicenti generalem renuntiationem non valere.

Supplicamus etiam Reverendo in Chriſto Patri ac Domino, Domino noſtro Guidoni Dei gratiâ Trajectenſi Epiſcopo, ut in ſupraſcriptis omnibus & ſingulis ſuum Decretum interponat, atque conſenſum ſuum & auctoritatem ſuam in omnibus & ſingulis ſupraſcriptis præſtet pariter & aſſenſum.

Supplicamus etiam venerabilibus Prælatis & Capitulis Eccleſiarum Majoris, S. Johannis & beatæ Mariæ Eccleſiarum Trajectenſium, ut omnia & ſingula ſupraſcripta confirmare, approbare & laudare dignentur,

ET Nos Guido Dei gratiâ Trajectenſis Epiſcopus, de omnibus & ſingulis ſupraſcriptis, veritate diligentius inquiſitâ atque expoſitâ, quod dicta bona magis Eccleſiæ Sancti Petri prædictæ expedit concedere vel permutare dicto Domino Willelmo Comiti, modo

& formâ prædictis, quam retinere; & quod ex conceſſione ſeu permutatione prædictis conditio Eccleſiæ prædictæ effecta eſt melior, diligenti conſilio perhibito atque deliberatione maturâ in omnibus & ſingulis ſupradictis. Decretum noſtrum interpoſuimus & interponimus; omnia & ſingula præmiſſa ex certa ſcientia confirmamus, laudamus, ratificamus & approbamus, & Auctoritatem noſtram prædictis omnibus & ſingulis impertimur.

ET nos Prælati & Capitula Majoris, ſancti Salvatoris, ſancti Johannis, ac beatæ Mariæ Eccleſiarum Trajectenſium, omnia & ſingula ſupraſcripta laudamus, approbamus, ratificamus & confirmamus, & in omnibus & ſingulis noſtrum præbemus aſſenſum pariter & conſenſum.

In quorum omnium teſtimonium, Nos Guido Dei gratiâ Trajectenſis Epiſcopus prædictus, Sigillum noſtrum, & Nos Decanus & Capitulum Eccleſiæ ſancti Petri prædictæ, Noſque Prælati & Capitula omnium & ſingularum Trajectenſium Eccleſiarum prædictarum, ex certa ſcientia, Sigilla Capitulorum noſtrorum, in teſtimonium veritatis & firmitatis præſentibus Litteris duximus apponenda.

Datum die octavâ menſis Julii, anno Domini M. CCC. X.

Vide Bullam Clementis V. Pontificis, aliaque in Confirmationem hujus Tranſactionis, infra ad annum 1313.

CAPUT CXLVI.

*Philippus Pulcher, Galliæ, Rex, per duas Litteras ad Clementem V. Pont. anno 1311 & 1312, rogat ut Ordo Templariorum tollatur, ejuſque bona in Regno Galliæ ac Flandriæ Comitatu exiſtentia tranferrantur in Ordinem Hoſpitalis * S. Joannis Jeroſolymitani, pro ſubſidio Terræ Sanctæ, ſecundùm Decreta Concilii Viennenſis.*

* Vide Notam infrà.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, cariſſimo Filio Philippo Regi Franciæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tuas nuper Litteras recepimus, formam, quæ ſequitur, continentes.

Sanctiſſimo Patri in Domino Clementi divinâ providentiâ Sacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Philippus eâdem gratiâ Francorum Rex, pedum oſcula beatorum.

Noverit veſtra Beatitudo, à fide dignis nobis fore datum intelligi, quod per ea quæ reperiuntur in Requeſtis factis contra Fratres & Ordinem Militiæ Templi apparet, ſeu conſtat de talibus & tantis hæreſibus & aliis horribilibus & deteſtandis criminibus eorundem, quod propterea dictus Ordo merito tolli debet.

Quare zelo fidei Orthodoxæ fuccenſi, & & ne tanta injuris Chriſto facta remaneat impunita, veſtræ Sanctitati affectuoſè, devotè & humiliter ſupplicamus, quatenus tollatis Ordinem ſupradictum, & alium Ordinem Militarem de novo creare velitis, cui bona Ordinis, & Præceptores Franciæ, terræ Ultramarinæ, Normanniæ, Pictaviæ & Aquitaniæ, ac quam-plurimi alii Fratres ipſius Ordinis in grandi numero, videlicet anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptimo, in Regno noſtro capti & detenti fuerunt, cum ſuis juribus, honoribus & oneribus, conferatis, vel eadem in alium Ordinem de antiquis Militaribus tranſferatis; prout ad honorem Dei & utilitatem Terræ Sanctæ veſtra beata circumſpectio viderit expedire.

Quidquid enim in præmiſſis Vos, Sancte Pater, duxeritis ordinandum, nos ratum & gratum habebimus & devotè recipiemus & obſervabimus in Regno noſtro, & noſtros ſervare volumus, præcipimus & decernimus Succeſſores, & a ſubditis noſtris facimus, prout ad nos pertinet, obſervari.

Ita tamen, quod bonis ipſis cum honoribus, juribus & oneribus ſuis ſalvis remanentibus, ſubſidio Terræ ſanctæ ſecundum Ordinationem ſupra-ſcriptam de ipſis faciendam, ſalva remaneant Nobis, Prælatis, Baronibus, Nobilibus & quibuſlibet aliis regni noſtri jura quæcunque, quæ nobis & aliis perſonis ſuprà dictis competebant ante captionem prædictam.

In cujus rei teſtimonium & munimen, præſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi Sigillum.

Actum apud Matiſconem ſecundâ die Martii anno Domini milleſimo trecenteſimo undecimo.

Nos igitur tuam devotionem in Domino commendantes, tenore præſentium concedimus & volumus, ut, ſi Ordinem prædictum diſſolvi contingat, ipſa bona cum juribus ſuis, honoribus & oneribus ſalva remaneant ſubſidio Terræ Sanctæ ſecundum Ordinationem ſuprà ſcriptam de ipſis per Nos faciendam, quodque remaneant & ſint ſalva tibi, Prælatis, Baronibus & quibuſlibet aliis Regni tui, jura quæcumque quæ tibi & ipſi competebant quo-

quoquo modo in bonis ipſis ante captionem prædictam.

Datum Viennæ VIII. Id. Martii, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

In cujus viſionis teſtimonium Sigillum Curiæ Pariſienſis præſentibus Literis duximus apponendum.

Datum anno & die prædictis.

* Clemens V. SAnctiſſimo Patri in Domino C. * divinâ providentiâ Sacro-ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Philippus eâdem gratiâ Francorum Rex, pedum oſcula beatorum.

Pater Sanctiſſime, cum nuper in Concilio generali Viennenſi, propter hæreſes, enormitates, & ſcelera reperta in Fratribus tunc Ordinis Militiæ Templi, tanquam infructuoſum, odioſum & abominabilem per Ordinationem ſeu diſpoſitionem Apoſtolicam, Veſtra Sanctitas, Ordinem eundem, ſtatum & nomen ipſius tollere curaverit ab Eccleſia ſancta Dei;

Noſque Beatitudini veſtræ aſſenſum præbuerimus, quod de bonis quondam Templi in regno noſtro conſiſtentibus, eadem transferendo in novum Ordinem, vel antiquum Militarem ordinaretis, prout ſecundum Deum pro ſubſidio Terræ Sanctæ videret veſtra Sanctitas expedire: Sanctitatiſque veſtræ finalis deliberatio nobis aſſentientibus in hoc reſedit, quod bona Ordinis præfati cum ſuis honoribus & oneribus in Fratres & Ordinem Hoſpital. Sancti Johannis Jeroſolymitani per ordinationem Apoſtolicam transferrentur pro Terræ Sanctæ ſervitio, cui priùs fuerant deputata, ſicut & bona Ordinis Hoſpitalis ejuſdem.

Hiſtoriam Ordinis Templariorum (qui etiam in Belgio noſtro bona plurima obtinuerant) eorumque excidium deſcripſit gallicè vir Clariſſ. Petrus Puteanus Gallus in libro Gallico Bruxellis edito, anno 1713 apud Franciſc. Foppens, unà cum variis Analectis eandem Hiſtoriam illuſtrantibus.

His merito adjuncta fuiſſent Acta illa, ad Condemnationem ejuſdem Ordinis Templariorum pertinentia, quæ in Mantiſſa Codicis Juris Gentium Diplomatici Parte II. pag. 76 & ſequentibus primùm protulit Vir Clariſſ. Godefridus Leibnitius, Germanus Lipbienſis. E quibus Actis præcitatam Bullam Clementis V. Pont. & Litteras Philippi Pulchri Francorum Regis, velut ad Hiſtoriam Belgicam pertinentes excerpſimus.

Nos itaque, quorum intereſt, cum bona prædicta, quatenus in regno noſtro ſunt, ſub noſtra gardia ſpeciali & protectione conſiſtant, & in eis ad Nos jus Patronatûs mediatè vel immediatè plenariè pertinere noſcatur, ad hujuſmodi conſenſum impertiendum una cum Prælatis in Concilio congregatis fuerimus per vos inducti, quia Sanctitas veſtra diſpoſuerat & ordinaverat, quod per Sedem Apoſtolicam ſic dictorum Hoſpitaliorum Ordo regularetur & reformaretur, tam in Capite quam in membris, quod Deo, Eccleſiaſticis perſonis & ſæcularibus eſſet acceptabilis, non autem infeſtus, ſed ſubſidio Terræ Sanctæ quam plurimum fructuoſus, ſic etiam provideretur, & diſponeretur de bonis præfatis omnibus, quod revocatis bonis omnibus alienatis utriuſque Ordinis fructus, proventus & redditus eorumdem bonorum utriuſque Ordinis, deductis expenſis neceſſariis pro cuſtodia & adminiſtratione bonorum ipſorum, fideliter ac integre converterentur in ſervitium & ſubſidium ſupradictum:

Sicque veſtra Sanctitas, ſacro approbante Concilio ordinavit, & ordinationem hujuſmodi in dicto Concilio ſolemniter publicavit.

Nos igitur diſpoſitionem, Ordinationem & tranſlationem hujuſmodi acceptamus, & ei noſtrum præbemus aſſenſum, juribus omnibus, Nobis & Prælatis, Baronibus, Nobilibus & aliis quibuſcumque regni noſtri ante prædicta competentibus in bonis prædictis, ſalvis perpetuò nobis & eis.

In quorum teſtimoniom, & munimen Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum Pariſius die XIV. Auguſti, anno Domini milleſimo trecenteſimo duodecimo.

Bona Templariorum in Belgio paſſim omnia dein ceſſerunt Ordini Equitum S. Johannis Jeroſolymitani, qui hodie Melitenſes dicuntur; uti ex Diplomatibus quam plurimis tum apud Miræum, tum in hac nova Collectione editis, liquet.

Præfecturæ omnes quæ ad hunc Ordinem Melirenſem in hoc Belgio pertinent, recenſentur in Notis ad Diplomata Miræi pag. 1165. Quibus non immerito adnotari poſſet Supplica anno 1614 exhibita Philippo IV. Hiſpan. Regi, quâ petebatur, ut eædem Præfecturæ exigerentur in titulum Prioratûs diſtincti à magno Franciæ Prioratu. Vide Libellum hunc ſupplicem in Topographia Gallo-Brabantiæ, Authore Barone le Roy pag. 20.

CAPUT CXLVII.

Præpoſiti Eccleſiarum Ultrajectentium, relato Brevi Clementis V. Pontificis, permutationem initam inter Wilhelmum Hollandiæ Comitem & Eccleſiam S. Petri Ultrajecti (de quâ ſupra Cap. 145) confirmant, anno 1313.

Ex Archivis Cameræ Inſulenſis. IN Dei nomine Amen. Univerſis tam præſentibus quam futuris præſentes Litteras inſpecturis vel audituris, Nos Florentius, Majoris, Philippus ſancti Salvatoris, & Nicolaus Sancti Johannis, Præpoſiti Eccleſiarum Trajectenſium, Judices Confirmatores ſive Executores ad infraſcripta examinanda & confirmanda, à Sede Apoſtolica deputati, ſalutem in Domino ſempiternam.

Noveritis, Nos Litteras Apoſtolicas infraſcriptas, non abolitas, non cancellatas, non raſas, nec in aliqua earum parte viciatas aut ſuſpectas, ſed verâ Bullâ plumbeâ & filo de canabo, juxta modum Curiæ Romanæ bullatas, cum illa quâ decuit reverentia recepiſſe, in hæc verba.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Majoris & ſancti Salvatoris ac ſancti Johannis Trajectenſium Eccleſiarum Præpoſitis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Oblata nobis ex parte. dilecti filii Nobilis Viri Willelmi Hanoniæ, Hollandiæ & Zeelandiæ Comitis ac Domini Friziæ petitio continebat; quod dilecti filii Decanus & Capitulum Eccleſiæ ſancti Petri Trajectenſis cum auctoritate & conſenſu venerabilis Fratris Epiſcopi Trajectenſis, omnia, decimas, & alia bona cum appenditiis eorundem, quæ tunc in Comitatu Zeelandiæ iidem Decanus & Capitulum obtinebant, & etiam percipiebant, d ctuſque Comes totam Terram dictam de Mounke & duas petias terræ vulgariter appellatas theutonicè, Coorde eidem terræ de Monckime adjacentes, conſiſtentes in Zut-Hollandia & in Theſeleſwert, continentes ſeu continere debentes in univerſo centum & viginti tria jugera ſive menſuras, extendentes ſe à Dubla uſque ad Moſam ab uno latere, juxta terram Arnoldi Willelmi, & omnes decimas quas idem Comes de terris ipſis perceperat ab antiquo, & quatuor jugera decimarum in Officio de Wolbrandiskerke, adjacentium Terræ jam dictæ & ſe extendentium verſus Officium Apri de Mile.

Necnon & omnes illas decimas quas In-de-Neſſe in Officio Hughemanni de Polre, & in Parochia de Theſeluyskerke, ſive Oudeland d ctus Comes habebat, cum cenſibus anouis univerſis qui theutonicè *Cuns* ſive Morgenghelt dicuntur, provenientibus de De-Neſſeac ædificiis ſitis in dicta terra de Moenke tuoc ad dictum Comitem pertinentibus; invicem permutarunt. Et nihilhominus idem Comes Decano & Capitulo ſupradictis propter duo millia & ſeptingentas libras Hollandiæ, groſſo monetæ Turonenſium Regalium pro octo denariis computato dignoſcitur perſolviſſe; ac decimas quas recepit cauſâ permutationis hujuſmodi à Decano & Capitulo ſupradictis tenebit ab eadem Eccleſia in perpetuum ſub annuo cenſu unius Calicis de argento valoris decem librarum Turonenſium, aut ſub dictæ monetæ aonua ſolutione; prout in Inſtrumento inde confecto dictorum Epiſcopi & Capituli Sigillo munito plenius dicitur contineri.

Quare pro parte dicti Comitis nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut permutationem hujuſmodi Auctoritate Apoſtolicâ confirmare ex certa ſcientia dignaremur.

Nos igitur de circumſpectione veſtra plenam in Domino fiduciam opinantes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quod ſi inquiſitâ ſuper præmiſſis diligentiùs veritate, (ſuper quibus veſtras intendimus conſcientias onerare) Permutationem hujuſmodi invenceritis ritè & Canonicè celebratam, & in evidentem utilitatem dictæ Eccleſiæ redundare, ipſam Auctoritate Apoſtolicâ confirmetis.

Datum Viennæ ſexto, Idus Aprilis Pontificatûs noſtri anoo ſeptimo.

DIctarum igitur Auctoritate Litterarum, vocatis coram oobis perſonis ad hoc evocandis, ac examinatis ſecretim & ſigillatim ſub eorum prius præſtito Sacramento, omnibus & ſingulis dictæ Eccleſiæ ſancti Petri Canonicis inibi præſentibus, ſuper omnibus ſuperius in dictis Litteris Apoſtolicis expreſſis, ac ſuper eis inquiſitâ diligentius veritate, & quod Permutationem prædictam invenimus ritè & Caoonicè eſſe ac ſuiſſe celebratam, & eidem Eccleſiæ ſancti Petri proficuam, ac in evidentem ipſius Eccleſiæ utilitatem redundare, de proborum & ſapientum conſilio, Auctoritate Apoſtolicâ nobis in hac parte attributâ, præfatam permutationem juxta tenorem Reſcripti Apoſtolici prædicti nobis in hac parte directi, in Dei nomine duximus confirmandam; & eandem ex certa ſcientia confirmamus expreſſè in hiis ſcriptis.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras per Notarium publicum infraſcriptum ſcribi fecimus & mandavimus, & ſigillorum noſtrorum appenſione muniri.

Pronunciatum & datum in prædicta Eccleſia S. Petri anno Domini à Nativitate ejuſdem M. CCC. XIII Indictione XI. die IX. menſis Martii, horâ ſeſqui-ſextâ Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini Clementis divinâ providentiâ Papæ quinti, anno VIII. præſentibus venerabilibus Viris,

Johanne Præpoſito Eccleſiæ in Elſt Trajectenſis Diœceſis.
Gerardo Decano S. Petri.
Suedro de Vornes, Majoris,
Hugone de Leyden.
Arnoldo dicto Louſ, S. Johannis.
Gerardo de Wierſa.
Gerardo dicto Friſone.
Henrico dicto Vrenken.
Gerardo dicto Cockart.
Francone de Vloten.
Petro de Dorderaco.
Rolando de Steinkercke.
Arnoldo de Maſſenhove.
Nicolao Friſone.
Theodorico dicto Boſe, S. Petri Canonicis Eccleſiarum Trajectenſium.
Petro Salomonis,
Mathia de Aotwerpia Clericis, & aliis quam plurimis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Notitia de quinque Capitulis Ultrajectenſibus.

Duæ ſunt Ultrajecti Eccleſiæ admodum vetuſtæ, una *Major* dicta, S. Martino dedicata, quæ & Cathedralis olim & jam Metropolitana; altera S. Salvatoris, quæ Collegiata, S. Bonifacii Eccleſia paſſim nuncupata.

Utra eſſet vetuſtior, ſemper diſputatum fuit; & propter has de primatu & antiquitate contentiones, utrique datum eſt (aut ſaltem vulgo ita creditum) Jus eligendi Epiſcopum, utriuſque etiam Eccleſiæ Canonici *Dom-Heeren* appellati.

Conradus Epiſcopus Ultrajectinus anno 1088 in celebri Ordinatione Capitulari (quæ extat in Batavia Sacra Parte I. pag. 136.) Henrico IV. Imperatore præſente, concepti, aſſerit Eccleſiam S. Salvatoris, cum Majori ſimul eſſe fundatam & dotatam, ipſique annexam Fraternitate ſpeciali. Ideoque illam eximit à ſubjectione erga Eccleſiam S. Martini, & confirmat Anteceſſorum ſuorum Decreta, quibus ſtatutum fuerat, ut Eccleſia S. Salvatoris poſſet ſibi Præpoſitum eligere, ubi aliæ tres Eccleſiæ Collegiatæ Ultrajectinæ Præpoſitum debebant accipere ab Eccleſia Majore, & è gremio Capituli Cathedralis.

Eccleſia S. Salvatoris dudum deſtructa fuit; quare Canonici & Præbendati, de quorum numero infra, conveniebant in Abbatia S. Pauli.

Tertia Eccleſia Collegiata B. Mariæ Sacra. Perſtat illa etiamnum, choro tamen ad prophanos uſus conceſſo.

Quarta Eccleſia Collegiata B. Petro dicata fuit.

Quinta B. Joannis Baptiſtæ nuncupata, quæ Præpoſitum habebat pluribus inſignibus Dominiis imperantem.

In quinque his Eccleſiis, quarum Capitula habuerunt jus eligendi Epiſcopum Ultrajectinum, univerſim erant Canonicatus centum & quadraginta; videlicet

I. In Cathedrali S. Martini Canonici.	40
II. In Eccleſia S. Salvatoris Canonici	20
III. In Eccleſia S. Mariæ Canonici.	30
IV. In Eccleſia Sancti Petri Canonici	30
V. In Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ Canonici	20
in toto	140

Ita refert pag. 4 ſua Hiſtoria Eccleſiæ Ultrajectinæ, anno 1725 Mechliniæ editâ, Rev. adm. ac Ampliſſ. D. Cornelius Paulus Hoynck van Papendrecht, J. U. L. Eccleſiæ Metropolitanæ ac Primatialis Divi Rumoldi Mechliniæ Canonicus Graduatus, nec non Eminentiſſimi Domini Thomæ de Alſatia S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopi Mechlinienſis, Vicarius Generalis.

CAPUT CXLVIII.

Carthuſia Vallis Gratiæ anno 1318 apud Brugas erigitur, conſentiente Capitulo S. Donatiani ibidem.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen.

Nos Decanus & Capitulum Eccleſiæ Sti. Donatiani Brugenſis Tornacenſis Diœceſis, ad honorem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ac glorioſiſſimæ Virginis Mariæ Matris ejus, almique Confeſſoris B. Donatiani Patris ac Patroni noſtri & totius Curiæ cæleſtis, ob honorem etiam & reverentiam ſacri Ordinis ac venerandæ Carthuſienſis Religionis, divini cultûs augmentum, & SS. jugiter pro expiandis Fidelium peccatis orantium, ac præclara pœnitentiæ delicta delentis exempla præbentium, quibus mundus nunc indiget, numerum & ampliationem piis & caritativis promovere deſideriis affectantes;

Eiſdem Religioſis, Carthuſienſibus videlicet, plenâ diligentique ſuper hoc habitâ deliberatione, concordi & unanimo conſenſu quantum in nobis eſt, & ad nos ſpectat, ſalvis omnibus & ſingulis hujus S. Donatiani & S. Crucis prope Brugas Eccleſiarum juribus & ſine præjudicio earumdem, infraſcriptis dumtaxat exceptis, conceſſimus, & præſentium tenore concedimus: ut Eccleſiam, clauſtrum, domos & alia quæcumque ad habitandum, pro ſe & ſuis ac Deo ſerviendum eiſdem opportuna fuerint, in loco jam pro ipſis incepto & interminato infra limites prætactæ Parochiæ vel Eccleſiæ S. Crucis prope Brugas, ad præſentationem noſtram ſpectantis, (in qua ratione Juris Patronatûs oblationum ad nos certa portio ſpectare dignoſcitur) liberè fundent, faciant, conſtruant vel ædificent, aut fieri, fundari, conſtrui vel ædificari procurent.

Hoc pro jam tactis excipiendis acto ſpecialiter concorditer & expreſſè, quod præfati Religioſi ſingulis annis in principio menſis Octobris, in ſignum recognitionis noſtri Patronatûs, in quo dicta eorum Eccleſia fundabitur, ad honorem Dei ac B. Patris & Patroni noſtri prædicti quinque libras ceræ nobis aut Eccleſiæ noſtræ prædictæ mittent & offerent.

De quibus fiet cereus vel tortitius in proximo ſequenti feſto ejuſdem S. Confeſſoris ante feretrum ejus cum demiſſum fuerit comburendus.

Item quod præfati Religioſi de omnibus & ſingulis oblationibus ad manus Sacerdotum vel ad eorum Altaria, nec non de omnibus funeralibus ad eos undecumque, & qualitercumque provenientibus, tribus inde quartis retentis, unam quartam integram inter nos & Curatos dictæ S. Crucis Eccleſiæ ac alios quorum intereſt, ſecundum æquitatis modulum

dividendam, bonâ fide, hoc eſt, quolibet ingenio malo remoto, Nobis aut alii qui ad hæc recipienda deputatus fuerit, in duobus cujuſlibet anni terminis, videlicet in Nativitate Domini & Feſto B. Joannis Baptiſtæ dabunt & ſolvent, exceptis Fratribus eorumdem Profeſſis, & aliis ſimiliter qui Religionem ingreſſi, & habitum ejuſdem Ordinis deſerentes, cum jam exiſterent infra Probationis annum decedent.

De quibus eiſdem Religioſis dictam quartam omnino remiſimus, & liberali donatione conceſſimus, intuitu pietatis.

Famuli tamen vel ſervitores eorum Curatis dictæ S Crucis Eccleſiæ ſuberunt, & eis jura Parochialia ſicut cæteri eorum Parochiani ſolvere teneantur.

Et Nos Frater Johannes de Maldengheem, primus dicti Carthuſienſis loci juxta Brugas, qui *Vallis-Gratiæ* dicitur, humilis Prior, ac Frater Johannes, dictus *Adam*, Monachus & Vicarius, & Lambertus, dictus Clericus, Monachus & Procurator ejuſdem Domûs, unâ cum dicto Priore Conventum ibidem quoad nunc facientes, omnia & ſingula præſcripta Nos & Ordinem noſtrum tangentia, nomine ipſius Ordinis noſtri, ac pro Nobis ac Succeſſoribus noſtris plenâ ſuper his habitâ deliberatione gratanter & humiliter dictis DD. Decano & Capitulo bonâ fide promiſimus, ac eiſdem ſolempni ſtipulatione Nos & Succeſſores noſtros efficaciter obligamus eadem firma & rata habere, conſervare & adimplere, & non contra facere vel venire, per Nos aut alium, aliquâ ratione cauſâ vel modo de jure vel de facto.

Denique Reverendo in Chriſto Patri & Domino noſtro G. Dei gratiâ Tornacenſi Epiſcopo, Nos Decanus & Capitulum, nec non Prior & Conventus prædicti ſupplicamus humiliter & devotè, ut pietatis ac æternæ retributionis intuitu ſuum præmiſſis adhibendo conſenſum, eundem ratificare dignetur, & ſuâ Authoritate Ordinariâ confirmare.

In quorum omnium teſtimonium & monimen, Nos Decanus & Capitulum ac Prior & Conventus ſæpedicti præſentem Scripturam per infraſcriptum Notarium publicum fieri & duplicari fecimus, & noſtrorum in materia eeræ Sigillorum appenſione muniri.

Datum & actum Brugis in Capitulo Eccleſiæ S Donatiani, prædictæ anno Domini milleſimo trecenteſimo octavo decimo, penultimâ die Menſis Novembris.

Notitiam brevem omnium Carthuſiarum Belgii noſtri, dedi ſupra pag. 206. cui etiam addi oportet ſequentem.

In Inſula Cadſandiæ fuiſſe etiam olim Carthuſianorum Cœnobium, tradunt quidam illius Ordinis ſcriptores: conformiter ad Annales Meyeri ad annum 1348, ubi agitur de Conditionibus Pacis Dunkercanæ inter Anglos & Flandros; his Verbis.

Tandem pacis conditiones hæ pactæ: ut ſundet Anglus in Inſula Cadſant Cœnobium Carthuſienſe, XIII. Fratrum, illique reddatur aſſignet arbitrio trium Flandriæ Civitatum. Hoſpitale præterea in Flandris fundet, unius Antiſtitæ, & ſeptem Religioſarum mulierum, cujus domus diſpoſitionem Comites Flandriæ habeant, &c.

Addunt Chronica Manuſcripta ejuſdem Ordinis. *Domus iſta anno 1385 ab Anglis fuit exuſta, quum invaſam hanc Inſulam devaſtaſſent: tum anno 1404 ab exundanti mari ſubverſa, & a noſtris derelicta fuit.*

Plura hactenus de hac Domo ejuſque ſitu non reperi.

CAPUT CXLIX.

Conventio inter Petrum Atrebatenſem Epiſcopum & Capitulum Sti. Amati Duaci anno 1322, ſuper Cura animarum Decano illius Eccleſiæ committenda.

Ex Archivis Capituli S. Amati Duaci.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis & audituris, Petrus divinâ permiſſione Atrebatenſis Epiſcopus ſalutem, in eo qui eſt omnium vera ſalus.

Cum inter Prædeceſſores noſtros Atrebatenſes Epiſcopos ex una parte, ac Decanum & Capitulum Eccleſiæ Sti. Amati Duacenſis noſtræ Diœceſis ex altera, orta fuerit jam dudum diſſenſionis materia ſuper Cura dictæ Eccleſiæ ipſi Decano per ipſum Capitulum electo committenda. Quam Curam dicebant dicti Decanus & Capitulum ipſi Decano ſic electo committendam eſſe abſque examinatione & confirmatione Perſonæ ipſius Decani ſeu formæ Electionis, & ejuſdem virtute Privilegiorum eidem Eccleſiæ à Sancta Sede Apoſtolica conceſſorum. Cujus contrarium Prædeceſſores noſtri qui fuerant pro tempore aſſerebant, dicentes quod primò hujuſmodi examinatio & confirmatio pertinebat ad ipſos, & quod non tenebantur dictam Curam committere Decano per Capitulum electo, niſi hujuſmodi examinatione & confirmatione præmiſſis; Noveritis, quod Nos, ad Suplicationem dictorum Decani & Capituli ſuper præmiſſis quæ præponebantur, hinc in de informationem fieri fecimus, tam per exhibitionem dictorum Privilegiorum ſuorum, quam aliàs; & quamvis ſuper hujuſmodi informatione, utrum ipſorum eſſet intentio plenè probata vel non, potuit dubitari, tamen pro bono pacis, & ut dictæ diſſen-

ſenſioni, ſeu diſcordiæ terminus imponatur, inter nos & ipſos fuit in modum qui ſequitur concordatum.

Videlicet quod electione Decani ipſius Eccleſiæ quotiens facienda occurret per dictum Capitulum celebratâ, ipſe Decanus electus nobis vel Succeſſoribus noſtris qui fuerint pro tempore præſentabitur, per tres Canonicos ſæpe-dictæ Eccleſiæ, ad hoc per Capitulum deputatos ſeu deputandos ſpeciale mandatum ſuper hoc habentes, qui ſuo & Capituli nomine per eorum juramenta affirmabunt, ipſum Decanum eſſe Canonicè juxta ipſius Eccleſiæ conſuetudinem & privilegia electum ipſumque reputant idoneum, ad Curam ſeu regimen animarum, pront humana fragilitas noſſe ſinit, petentes cum debita reverentia Curam eidem à nobis committi.

Nos vero & quilibet Succeſſorum noſtrorum qui pro tempore fuerit ad hujuſmodi teſtimonium trium Canonicorum, Curam animarum eidem tenebimur committere, nullâ aliâ confirmatione vel examinatione ſuper hoc faciendâ; dum tamen dictus Decanus ſit in Sacerdotio conſtitutus, nec defectum in perſona notorium patiatur, nec ſit notoriè criminoſus, nec ſuper crimine publicè diffamatus.

Per hujuſmodi vero compoſitionem recedimus & deſiſtimus omnino hinc inde à lite jam dudum mota inter Prædeceſſores noſtros Atrebatenſes Epiſcopos, & dictos Decanum & Capitulum ſuper commiſſione Curæ prædictæ ſeu occaſione ipſius; remittentes hinc inde expenſas, quas occaſione dictæ litis altera pars poſſet petere ab altera.

Itaque Nos prædictus Epiſcopus eaſdem dictis Decano & Capitulo quittamus & remittimus, & vice verſâ dicti Decanus & Capitulum nobis quittant & remittunt, ac nos omnino liberant de eiſdem. In quorum teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Datum anno Domini M. CCC. XXII. &c

CAPUT CL.

Prior Generalis Majoris Carthuſiæ committit anno 1327 Prioribus B. Mariæ de Capella juxta Angiam, & S. Catharinæ juxta Antverpiam, curam erigendarum duarum novarum Carthuſiarum, nempe in Zeelbem juxta Dieſtemium, & in Sylva S. Martini juxta Gerardimontem.

Ex Archivis Carthuſiæ Sylvæ S. Martini.

FRater Haymo humilis Prior Carthuſiæ. Dilectis in Chriſto fratribus Prioribus beatæ Mariæ de Capella, & Sanctæ Catharinæ juxta Antverpiam noſtri Ordinis, ſalutem & cum diligenti ſollicitudine commiſſorum, omnibus præbêre devotionis exemplum ac totius ſanctitatis.

Cùm manifeſtè per veſtras patentes Litteras intellexerimus & expreſſè, quod Viri Nobiles Dominus de Dieſt * & Dominus Joannes de Rachenhove Milites, & potentes in Ducatu Brabantiæ, divinitus inſpirati, propoſitum ſanctum conceperint, & de bonis à Deo collatis, eiſdem propter honorem Dei præcipuè, & ſuarum animarum remedium & ſalutem, paratam habeant voluntatem, fundandi unam Domum pro uno Conventu de Ordine noſtro, in loco ad hoc idoneo & opportuno, ædificia requiſita conſtruendi, poſſeſſiones, & reditus ſufficientes dandi, & aſſignandi libertates erga Dominos quoſcumque, & Patronos procurandi, ac omnia & ſingula quæ ſecundum modum & formam noſtri Ordinis inſtituta ſunt faciendi.

* Vide Diploma illud ſupra pag. 159.

Cum ſimiliter vos Prior de Capella per alias Litteras veſtras Nobis intimaſtis, quod vir diſcretus & Nobilis Joannes dictus Gheyline Conſiliarius Domini Comitis Flandriæ, diu & devotum cælitus à Domino & firmum ſuſcepit deſiderium, deliberavitque unam aliam domum perfectam de noſtro dicto Ordine conſtruere de bonis ſuis & dotare ſufficienter, modo qua ſupra eſt expreſſum;

Vobis prædictis Prioribus de veſtra, circumſpectione confidentes, Auctoritate noſtrâ & Capituli Generalis, cujus vices gerimus, ſuper annum, committimus & mandamus quatenus ad dictos Dominos & Nobiles perſonaliter accedatis, & auditâ eorum intentione in præmiſſis, viſiſque & conſideratis bonis & reditibus ab ipſis oblatis, loci deſerti congruitate, & aliis, nec non in talibus requiſitis, ſi vobis plenariè conſtiterit illa poſſe ſufficere pro unâ domo & pleno Conventu cum effectu debito; Authoritate quâ ſuprà damus vobis poteſtatem, omnia ut prædictum eſt recipiendi, & acceptandi, nomine noſtro & dicti Capituli generalis, ſalvâ noſtri Ordinis inſtitutâ libertate, & conſuetâ honeſtate.

Et ne aliquis in prædictis negotiis ex parte noſtrâ contingat defectus, ut melius & tutius peragantur, propter impedimentum occurrens; concedimus vobis, ut poſſitis vocare dilectum in Chriſto Priorem beatæ Mariæ de Macourt noſtri Ordinis propè Valencenas, qui in omnibus præmiſſorum tractandis vo-

biſcum, vel cum alio eandem habeat poteſtatem.

Damus vobis inſuper dictis Prioribus auctoritatem, hac vice inſtituendi Priores in Domibus de quibus fit mentio, cum à vobis receptæ fuerint, modo quo præmittitur. Qui Priores à vobis ibidem ordinati, auctoritate noſtrâ de veſtro conſilio poſſint vocare in iſto exordio ſecum aliquos Monachos de Domibus Ordinis noſtri, ferventes, & Religionis zelatores.

Quibus, & aliis poſtmodum ibidem vocandis uſque ad numerum duodecimum, cum prædictis ſuis Prioribus, tricenarium per totum Ordinem conceditur, ſicut fieri conſuetum eſt illis, qui ad Domos novas mittuntur, dum tamen ibidem perſeverent ad Ordinis voluntatem.

Vocentur autem tales & tot, qui locis & Domibus competant & grati fundatoribus beabeantur, prout melius videbitur expedire; ac taliter cum maturitate & diſcretione Deum habentes præ oculis in talibus procedatis, ut divinus cultus circa regiones illas in paupere noſtro Ordine & ſimplici augeatur, & pia devotio omnium qui audierint & viderint ad bonum excitentur.

Datum anno Domini M. CCC. XXVIII. tertiâ Dominicâ Adventûs Domini, ſub noſtro magno Sigillo.

CAPUT CLI.

Ludovicus Nivernenſis Comes Flandriæ conſenſum præbet anno 1328 erectioni Carthuſiæ Silvæ S. Martini, prope Gerardimontem, fundatæ à Joanne Gheyline, ejuſdem Comitis Conſiliario.

Ex Archivis Carthuſiæ Sylvæ S. Martini.

UNiverſis præſentes Litteras viſuris, Ludovicus Flandriæ & Nivernenſium Comes, ſalutem & æternorum gratiam gaudiorum.

Cum dilectus Familiaris noſter, & Conſiliarius Joannes dictus Gheyline piâ devotione motus, ſeminare volens id in terris, quod multiplicato fructu recolligere valeat in excelſis, quamdam Eccleſiam de Ordine Fratrum Carthuſienſium cum ædificiis ad hoc aptis pro habitatione Fratrum ibidem inſtituendorum prope Villam noſtram de Geraldimonte, in quodam loco nuncupato Rodendries in Parochiâ de Schendelbeke inter Baerbeke & Dibrugge, ab eodem Joanne erga Religioſos Viros Abbatem & Conventum Eccleſiæ de Ninove ut aſſerit acquiſito & jam amortizato, continentem unum bonnarium & 50 virgatas terræ vel circiter, in honorem B. & glorioſæ Virginis Mariæ in ejuſdem ſuorumque Parentum, Prædeceſſorum, Succeſſorum, ac Benefactorum remiſſionem peccaminum, & æterni Patris miſericordiam conſequendam, fundare velit, affectet, & intendat, & eandem de bonis ſibi à Deo collatis dntare, ad conſtructionem & dotationem ejuſdem perennitus aſſignare terras, prata, aquas, & nemora ſua ſita in Parochia de Lierde Sti. Martini, inter curiam quæ vocatur Laodrighem ex uno latere, & curiam de Broecke ex alio latere, continentem inter 30 & 28 bonnaria vel circiter. Inter quæ eſt unum journale vel circiter terræ feodalis quod idem Joannes à nobis tenet in feodo & homagio; & de undecim bonnariis bonnariorum prædictorum quæ eſt hæreditas non feodalis, nobis tenetur annuatim in undecim denariis Pariſ., reſidnoque hæreditatis præcedentis tenetur aliis perſonis in alio cenſu annuali, ut aſſeruit coram nobis.

Nobiſque idem Conſiliarius noſter humiliter ſupplicavit, ut ad prædicta noſtrum vellemus apponere conſenſum, pariter & aſſenſum, dictaſque terras, prata, aquas, nemora, feodum, & cenſum noſtrum pro nobis & Succeſſoribus noſtris, de gratia ſpeciali amortizare, & amortizata decernere & declarare.

Et quia operationis ſanæ propoſitum nulla debet occaſio præpedire, augmentationem cultûs divini, & ſervitii ex præcordiorum noſtrorum intimis, ut tenemur, ex debito affectamus, & ejus ſupplicationi annuere volentes, ad fundationem & dotationem prædictas, noſtrum præbemus conſenſum, pariter & aſſenſom.

Et dictas terras, prata, aquas, nemora, feodum, & cenſum uſque ad quantitatem prædictam, exceptis dumtaxat dictis bonario & 50 virgatis terræ vel circiter erga dictos Religioſos & eorum Eccleſiam ut prefertur acquiſitis, tenore præſentium pro nobis Succeſſoribusque noſtris, amortizamus, & amortizatas eſſe, & mancre perpetuo decernimus, & declaramus:

Retentis nobis & Succeſſoribus noſtris in eiſdem juſtitia & juriſdictione altis & baſſis de omnibus exceſſibus & foreſactis ibidem temporibus affuturis evenientibus ſeu perpetrandis.

In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum Litteris præſentibus ſecimus apponi.

Actum & datum Gandavi anno M. CCC. XXVIII., XVI. die menſis Decembris.

Per Dominum Comitem vivâ voce, præſentibus Dominis de Sombreffe, de Somer-

ghem, Sis de Alen, Henrico Braem Canonico Tornacenſi, Guilielmo de Auxene, & Conta Gualteloti, Conſiliariis ejuſdem Comitis.

II. *Alterum ejuſdem Comitis Diploma.*

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Ludovicus Flandriæ Nivernenſis ac Regiſtenſis Comes in omnium Salvatore ſalutem.

Cum dilectus & fidelis Familiaris noſter, & Conſiliarius Joannes dictus Gheyline quamdam Eccleſiam de Ordine Fratrum Carthuſienſium cum ædificiis ad hoc aptandis pro habitatione Fratrum dicti Ordinis, ibidem inſtituendorum prope villam de Geraldimonte in quodam loco nuncupato Rodendries jam amortizato ut aſſernit, intendebat & eamdem de bonis ſibi à Deo collatis dotare & ad conſtructionem & dotationem ejuſdem perenniter aſſignare, tam terras, prata, aquas, quam nemora, continentes in univerſo inter viginti octo & triginta bonnaria vel circiter, à nobis amortizata: ut hæc & alia in Literis noſtris ſuper hoc confectis plenius continentur:

Idemque Joannes dictum locum de Rodendries & ejuſdem circumſtantias conſiderans, mutare & ex terris ſupra dictis à Nobis amortizatis alium eligere velit magis aptum, in quo ſecundum tempora præſentia, & futura, dictam Eccleſiam cum ſuis ædificiis pro loco de Rodendries conſtruere poſſit, & fundare, dummodo aſſenſum noſtrum, & conſenſum habeat & obtineat cum effectu.

Nos piam & bonam intentionem dicti noſtri Conſiliarii præ oculis habentes, conſentimus, dummodo participes omnium bonorum ibidem fiendorum, tam nos quam Margarita Thori noſtri conſors chariſſima eſſe poſſimus; ut ipſam Eccleſiam cum ſuis ædificiis ad hoc aptia ponere & conſtruere poſſit in quocumque loco voluerit, infra terras ſupradictas à nobis per noſtras alias Litteras amortizatas, & à loco de Rodendies ad ipſum quem elegerit transferre, eiſdem modo, formâ, & conditione quibus intendebat in loco de Rodendries ſupra dicto, omnia alia & ſingula in noſtris aliis Litteris contenta ratificando, & approbando, nihil aliud ex ipſis quam locum ſupradictum tranſmutando.

In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum his Litteris eſt appenſum.

Datum & actum apud Male anno Domini M. CCC. XXIX., XXII. die menſis Octobris.

III. *Conſenſus Vicarii Generalis Cameracenſis.*

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis. Johannes de Florentia Canonicus Cameracenſis, Reverendi Patris Domini Guidonis Dei gratiâ Epiſcopi Cameracenſis in remotis agentis in ſpiritualibus & temporalibus Vicarius Generalis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum Vir providus & diſcretus Joannes dictus Gheylinc, piâ devotione & ſano motus propoſito quamdam Eccleſiam de Ordine Fratrum Carthuſienſium cum ædificiis ad hoc aptis pro habitatione Fratrum ibidem inſtituendorum fundare intendat, & de bonis ſibi à Deo collatis & per illuſtrem Principem Dominum Ludovicum Comitem Flandriæ competenter amortizatis ſufficienter dotare.

Nos fundationem, dotationem, & bonorum amortizationem, & omnia & ſingula in duabus Litteris dicti Comitis, unâ videlicet Sigillo viridis ceræ & alterâ Sigillo ceræ coloris crocei ſigillatis plenè contenta ſuper præmiſſis confectis, laudamus, approbamus, & ratificamus, & Auctoritate Ordinariâ confirmamus.

In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtri Vicariatûs præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini M. CCC. XXIX. Dominicâ, quâ cantari ſolet, Oculi mei.

IV. *Aliæ Litteræ ejuſdem Vicarii Generalis.*

JOannes de Florentia Canonicus Cameracenſis, Reverendi Patris Domini Guidonis Dei gratiâ Epiſcopi Cameracenſis in ſpiritualibus & temporalibus Vicarius Generalis, Religioſis Viris Priori & Conventui Sylvæ Sti. Martini juxta Lierde Ordinis Carthuſienſis Cameracenſis Diœceſis ſalutem in Domino ſempiternam.

Fulgor Sanctitatis veſtræ Religionis, qui in Dei Eccleſia miræ pulchritudinis tamquam ſidus matutinum longè latèque diffundit rutilos radios, permittit, ut vos tamquam bene meritos dignis favoribus & gratiis proſequamur.

Ea-propter in Chriſto Fratres chariſſimi, vobis & Succeſſoribus veſtris concedimus, quod in loco in quo nunc habitationem veſtram conſtruere incepiſtis, perpetuis temporibus maneatis, & inibi valeatis cum omnibus juribus & rebus vobis collatis & conferendis à Chriſti fidelibus juxta Statuta & conſuetudines veſtri Ordinis Domino famulari, habere cimiterium, & Chriſti fideles, qui ad ipſum ſuam ſepulturam elegerint, ſalvo jure Parochiali recipere, & in Oratorio veſtro ibidem officium nocturnum pariter & diurnum cum eâ ſolemnitate quâ poteritis, juxta Statuta veſtri Ordinis celebrare.

Datum apud Montes in Hannonia die veneris poſt feſtum Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, anno Domini M. CCC. XXX.

CAPUT CLII.

Abbatia Fontinellæ, Monialium Cistercienſium apud Valencenas in Hannonia, dotatur à Goſuino de Eſcaillon, Viro Nobili, circa annum 1331.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

Niverſis præſentes Litteras inſpecturis, Officialis Cameracenſis ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod Goſſuinus de (1) Eſcaillon & Domina Gheluydis Uxor ejus coram Balduino dicto de Noviomo Curiæ Cameracenſis tabellione quoad ſubnotata audienda & nobis referenda loco noſtri ſpecialiter à nobis deputato, propter hoc conſtituti, Eccleſiæ de (2) Fontenellis verſus Valencenas ſitæ in puram & perpetuam eleëmoſynam omnia & ſingula alodia que dicti Goſſuinus & Gheluydis jure Succeſſionis ex parte parentum ipſorum donatione apud Harchies & in territorio ejuſdem loci poſſidebant & habebant ſeu ſpectare poterant ad eoſdem quocumque modo, in terris, pratis, paſcuis, & aliis rebus ex dictis alodiis provenientibus, contulerunt quittaverunt remiſerunt conceſſerunt donatione inter vivos & werpierunt in perpetuum.

Et nihilominus quicquid juris habebant in eiſdem alodiis ſeu habere debebant, vel poterant ad præſens habere, ſeu in futurum jure ſucceſſionis. * ...

* Deeſt annus; ſed ex aliis actis conſtat fuiſſe circiter annum 1330.

(1) Escaillon pagus eſt Hannoniæ, haud procul ab Abbatia Aquicinctina. Nomen dedit inclytæ Familiæ, cujus Proceres ab anno 1096 noti erant: uti videre eſt apud Charpentier de Nobilitate Cameraceſii.

(2) Fontinella, Abbatia eſt Monialium Ciſtercienſium ad Scaldim fluvium, uno circiter milliari à Valencenis, quà itur verſus Cameracum. Origo ejus refertur ad annum 1212 à duabus Sororibus Begginis, filiabus Helini Militis, juxta Guiſium & Miræum. Alii referunt ad annum 1202. Locum habitationis his Monialibus conceſſit Abbas Criſpinienſis.

Alia eſt Abbatia *Fontinella* in Gallia, antiqua & potens Monachorum Ordinis S. Benedicti, in Diœceſi Rothomagenſi, aliter dicta *S. Wandrigili*; vulgo *S. Vandrille*. Item alia ejuſdem nominis Abbatia in Diœceſi Lucionenſi, quæ eſt Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini.

CAPUT CLIII.

Margareta Comitiſſa Flandriæ, Duciſſa Burgundiæ, &c. confirmat Capitulo Harlebacenſi in Flandria Privilegium ac redditus molendinorum ibidem, anno 1387.

Ex Archivis Capituli Harlebacenſis.

Arguerite Ducheſſe de Bourgonne, Conteſſe de Flandre, d'Artois, & de Bourgonne, Palatin d'Hainau, Dame de Salins, Conteſſe de Rethel, & Dame de Malines, en apſence de Monſeigneur le Gouverneur des pays & lieu deſſuſdites, à notre amé Pierre la Samierie notre Receveur de Hallebeck ſalut & dilection.

Les Prevoſt, Doyen, & Chapitre de l'Egliſe Collegiale dudit Hallebeck nous ont expoſé, que à cauſe de leur Fondation, leur appartien, & doit appartenir le dixieme Vaſſel de la part & portion que nous prennons de la moulture des Moulins de l'eaux dudit Hallebeck, & auſſy doivent garder les clefs de la huche, où l'on met ladite moulture, & de ce ont tant par eux comme par eux Predeceſſeurs joys & uſſez payſiblement avant les darement, guerre & commotion qu'ils ont été à notre dit pays de Flandre, par ſi longtemps, qu'il n'eſt memoire du contraire.

Et en ont anciens Regiſtre, & anſeignement, comment leſdittes dixieme vaſſel a été payé & reçu du temps paſſé à ceux de ladite Egliſe, & auſſi en ont pluſieurs temoings digne de foy, qu'il l'ont veut payer. Et neumoins ſous ombre de ce que pour le ſuite deſdites guerres, leſdites Supliants, qui ont été ars & detruit, ont perdu leurs Titres & Lettres qu'il avoint d'icelle rente, & que iceux Moulins ont longement été en ruine, & n'en y à preſent que l'un refait, leſdites Supliants n'ont peu eſtre payé, ne encore ſont, d'ycelle rente, ſa ſoit, & que pluſieurs fois l'on requiers, depuis que ledit Moulin fit refait, qui eſt à leur grand prejudice & domage; eut par nous ne lever & remedier, & nous ont humblement ſuplié, que en ce leur voulions pourvoir.

Et pour le parleur & deliberation des Reverends Peres en Dieu l'Eveque d'Arras Chancelié & de pluſieurs des gens du Conſeil de Monſeigneur, enſemble à la Chambre de ſon Conſeil à Lille, leſquelles nous ont raporté avoir vue leſdites anciens Regiſtre & anſegnement, avec aucun compte des Ballye & Receveur, qui en temps paſſé ou gou-

gouverné audit Hallebeck, & auſſy certaine Sentence, & jugement rendu par le Conſeil en l'Audience tenu à Bruge au mois de Septembre l'an mil trois cent ſoixante & dix.

Et on y a relation d'aucun Commiſſaire deputé par ledit Chanſelie à ſavoir la verité de choſes deſſus ditte, leſquelles ont ſur ce examiné pluſieurs temoings, par lequel choſe a apparu audit Chancelie & Conſeil, que leſdites Supplians doivent avoir & perſeveir le onxieme vaſſel de la part & portion que nous prenons eu la moulture du Moulin eu l'eau dudit Hallebeck, ou jadis ſuuloit avoir deux Moulins, & que pour mieux garder ladit moulture ſeront & doivent eſtre fait deux ceures & deux clefs à la huche ou ladite moulture ſera miſe, dont, vous Receveur aurez l'une des clefs pour nous & leſdites Supliants l'autre, pourveu qu'ils ſont & ſeront tenu de contribuer & payer la onxieme partie des frais & miſſiaus que faire convient deſdites Moulins par la manier & ſelon le contenu de ladits ſentence & jugement rendu à ladite Audience à Bruge, l'an deſſuſdite, & tout autre dont au tems à venir pourra apparoitre par lettre temoings ou autrement qui y ſeront teuu.

Si voulons, & mandons, qui dorenavant par la manier des ſuſdite vous Ballye & delibrez ou fait baillier & deliverer par les ſentsiers dudite maulins audit Prevoſt, Doyen & Chapitre ou à leur commandement le onxieme vaſſel de ladit moulture, & auſſy l'un fait, & ſoufrez avoir les gardes de l'une deſdites clefs, ſans aucun debas ou contredit, & par raport tant pour la premiere fois Copie de ce preſente collationé en la Chambre de Comptes de man dit Seigneur à Lille, leſdite onxieme vaſſel ſera dorenavant alloué eu vos Compte & rabatu en voitre Recette par les Sens deſdites Comptes ſans difficultés.

Donné à Arras le vingte-unieme de Juillet jour l'an de grace mille trois ceus quatre vingt ſept.

CAPUT CLIV.

Maria de Brabantia, Reinaldi III. Gelriæ Ducis Vidua, fundat anno 1398 *Capitulum XII. Canonicorum in Eccleſia D. Petri Turnhauti * in Campinia, hodie Diœceſis Antverpienſis.*

* Extat modicum hujus Diplom. Fragmentum apud Miræum pag. 1033.

Ex Archivis Capituli Turnhautani.

Universis Chriſti fidelibus præſentes inſpecturis, Maria de Brabantia Dei gratiâ Ducissa Gelriæ, Comitissa Zutphaniæ, Franco Marieſcalci Perſona Perſonatûs, & Joannes Pauli Rector Parochialis Eccleſiæ Sti. Petri in Turnhoudt, Cameracenſis Diœceſis æternam in Domino ſalutem.

Cupientes ut dicta Eccleſia Parochialis, quæ infra Dominium Patrimonii noſtri Dominæ Mariæ ſituatur, in Collegiatam erigatur, & in ea Miſſarum ſolemnia, cæterumque divinum Officium, diurnum pariter & nocturnum altâ voce omni die conventualiter celebretur, officiumque animarum ſecundum temporis congruentiam obſervetur, in quantum poſſumus & valemus, deliberato cum petitis & eorum nobis communicato conſilio diſpoſuimus, & per præſentes diſponimus & ordinamus.

Ut in eâdem Eccleſia XII. inſtituantur Canonicatus & Præbendæ, ſingulis Canonicis pro tempore conferendi, qui unum ex eis idonenm in Decanum Eccleſiæ eligent, per Dominum Epiſcopum Cameracenſem pro tempore confirmandum: cum qui unum corpus ſeu Capitulum facient, Statuta rationabilia condent, & cætera jura Collegialia exercebunt, liberique erunt & exempti à juriſdictione ordinariorum.

Et exceſſus Canonicorum & aliarum perſonarum Eccleſiæ corrigent, gaviſuri cæteris libertatibus, exemptionibus, franchiſiis Collegiatarum Eccleſiarum Civitatis, & Diœceſis Cameracenſis, ut eo quietiùs memorata divina Officia in habitu decenti Deo, & B. Petro Apoſtolorum Principi perſolvant in Eccleſia prædicta. Ipſorum autem Præbendas ſic exiſtimamus recipiendas, ut ex fructibus Perſonatûs, & ex fructibus Curæ quinque, quorum unus erit Plebanus: & ex fructibus quinque Altarium videlicet S. Spiritûs, S. Crucis, S. Joannis Baptiſtæ, S. Agathæ, S. Catharinæ quinque Præbendæ: & ex fructibus Parochialis Eccleſiæ de Oeyen Leodienſis Diœceſis (ſecundum modum dicendum) ad opus unius Præbendæ viginti ſextaria ſiliginis menſuræ de Turnhout recipiantur.

Et nos Domina Maria ad duodecimam Præbendam (illius præſentatione hâc vice hinc infra annum nobis reſervatâ) ſeptemdecim ſimilia ſextaria aſſignamus. Ex quibus Canonicatibus, & Præbendis (extincto ipſius Eccleſiæ Perſonatu, qui ſimplex Beneficium ſine curâ exiſtit, & cujus Rector ad reſidendum non conſuevit adſtriogi) Nos Franco Perſona, & Joannes Pauli nunc Curatus, ſinguli habebimus Canonicatus & Præbendas, & dictorum quinque Altarium Rectores in Canonicos ſurgent Præbendatos: ad cæteros quoque Canonicatus & Præbendas perſonæ idoneæ nominabuntur inſtituendæ. Dictas vero Præbendas ſic ad invicem adæquamus, ut inchoato Collegio, fructus dictorum Perſonatûs, & Curæ, qui hactenus communiter Perſonæ & Rectori ceſſerunt, quique

dicto Capitulo erunt uniti, & incorporati.

Nec non fructus dictorum quinque Altarium atque dictorum ſextariorum ſiliginis nomine Capituli colligentur, & ex illis primò unum groſſum XII. Præbendarum tot Canonicis aſſignandum, deducatur, quodlibet ad ſummam octo ſextariorum ſiliginis menſuræ prædictæ, ad quam dumtaxat groſſum cujuſlibet Præbendæ conſtituimus;

Et prædicto Decano quinque, & pro Cantore infra-dicendo duo ſimilia ſextaria, & præterea ad diſtributiones veſpertinas etiam Capellanis, Rectori Scholarum, & quibus Capitulum decreverit communicanda quindecim ſimilia ſextaria, quæ defectum infra-dicendarum matutinalium primò ſupplebunt, ſi oporret deponentur. Reſiduum vero dictorum fructuum cedet ad onera & diſtributiones reſidentium Canonicorum & ad alias Eccleſiæ utilitates, prout Decanus & Capitulum pro tempore ordinabunt.

In quibus Decanus & Cantor ſolâ portione Præbendali contentur.

Primis tamen Canonicis de fructibus ſuorum Beneficiorum quoad vixerint percipiendis, etiam ſuper ordine non promotorum, ſit poteſtas ad invicem concordandi reſervata. Tranſlatâ quidem in dictum Capitulum dictæ Eccleſiæ curâ, unus dictorum Canonicorum Præbendatorum conſtituetur pro tempore perpetuus Vicarius nomine Capituli Parochialium Eccleſiarum de utroque Turnhoudt ab invicem dependentium & per unum Rectorem regi conſuetarum, Canonicatum & Præbendam & Curam animarum nomine Capituli à dicto Epiſcopo recepturus; qui erit Plebanus utriuſque populi, & pro ſuâ congruâ portione unam dictarum Præbendarum cum ſuis pertinentiis, & obventionibus univerſis habebit.

Et præterea omnia emolumenta Parochialia percipiet, quæ hactenus etiam recenter ſoli Rectori, & non communiter cum dicta Perſonâ cedere conſueverunt, amplius non petiturus. Legata Plebano (excluſâ fraude) ipſi cedent. Capitulo autem, vel Eccleſiæ Legata, Capitulo cedent: in dubio vero Capitulum præferetur; ſuper his tamen & aliis Capitulo fidelitatem jurabit.

Obligabitur tamen ad executiones Eccleſiaſticorum mandatorum. Et pro hac prima vice Dominus Joannes Martini Sacerdos erit Plebanus, & de cætero Plebanatus hujuſmodi cum ejus acceſſoriis ſuis Canonicatui & Præbendæ remanebit perpetuò annexatus.

Decanus prædictus, qui ſemper erit Canonicus Præbeodatus, ad perpetuam ac perſonalem reſidentiam obligabitur, Curam animarum perſonarum Capituli geſturus. Et earum dumtaxat oblationes, etiam in exequiis earum cum cereo eligendo, duplicemque portionem præſentiarum & anniverſariorum habiturus

In feſtis autem duplicibus Eccleſiæ, & majoribus nunc exiſtentibus, Miſſas faciet cum officio Sacerdotali, & Miſſas in diebus Cinerum, Animarum, Palmarum, & triduo ante Paſcha cum utraque ſumis Benedictione, & in caſu impedimenti poterit Canonicum ſubrogare.

Ex dictis autem XII. Canonicatibus & Præbendis octo erunt Sacerdotales, utpote Plebanatus, dictorum quinque Altarium Præbendæ duæ, & Præbendæ de Oeyen & de reſiduis duæ Diaconales & duæ Subdiaconales.

Canonici harum octo Sacerdotalium Præbendarum ſigillatim per hebdomadas quotidie (feſtis Decani exceptis) in majori Altari ſummam Miſſam, & officium hebdomadarii ad horas Canonicas ſucceſſivè obſervabunt: & diebus quibus ſic Miſſam celebraverint, celebrationi ſuorum Altarium cenſebuntur ſatisfeciſſe, & ſequenti bebdomadâ erunt per dictas horas hebdomadarum coadjutores.

In diebus autem Decani, dicti Diaconi & Subdiaconi per ſe vel alium Canonicum miniſtrabunt: aliis autem diebus (ſi ſit opus) Capitulum de miniſtrantibus providebit.

Collatio quoque ſeu præſentatio dictorum Canonicatuum & Præbendarum ita erit. Dominus Epiſcopus Cameracenſis pro tempore, ad quem ſpectat collatio dicti Perſonatûs, conferet octo ex illis

Videlicet Canonicatus, & Præbenda Plebanatus S. Spiritus, S. Joannis Baptiſtæ & S. Agathæ, & Præterea Diaconales & Subdiaconales.

Nos autem Maria & hæredes noſtri de Brabantia ad Præbendam quam fundamus, & ad Præbendam S. Catherinæ, cujus bona ex noſtris progenitoribus deſcenderunt, & præterea Domini de Oeyen ad Præbendam ex dicta Eccleſia deciſam, & ad Præbendam S. Crucis, dictis Decano & Capitulo perſonas idoneas (cum vacaverint) præſentabimus, per ipſos in hujuſmodi Canonicatibus & Præbendis inſtituendas & admitteodas ad eoſdem.

Miſſam quoque animarum diebus privatis quando tempus poſtulabit & diebus anniverſariorum præſentium & futurorum, exequiarum, funerum memoriarum Parochialium, & cæterorum talium dictus Plebanus in dicto Altari majori legendo, vel cantando, prout res exegerit, celebrabit: & quando officiatio duas requirit, unam cantabit. Et præterea populo ſatisfaciet in celebrationibus in Eccleſia de veteri Turnhoudt conſuetis. Quoties ad plures Miſſarum celebrationes Plebanus tenebitur illarum alteram quam decreverit, Rector Altaris S. Nicolai pro tempore exequetur, idemque Rector Plebano impedito, ſuas vices in Cura Parochiali (ſi ei ſignificatum fuerit) ſupplebit.

Præterea in dictâ Eccleſiâ erit unum perpetuum officium ſimplex ſine curâ, quod uni ex dictis Canonicis per Capitulum quoties vacaverit, aſſignabitur; quem dictis feſtis Decani Chorum in cappâ reget, & alias exercebit in Eccleſia, ea quæ ſpectant de more

& pertinent ad Cantorem ; habebitque pro ſua dote duo ſextaria ſiliginis annuatim. & ratione officii ſui ad Matutinas, ut illas diligenter provideat ſicuti Decanus, duplices diſtributiones.

Regimen quoque Scholarum utriuſque Parochiæ ad diſpoſitionem Decani & Capituli pertinebit, qui annuatim providebunt de idoneo rectore, qui Scholas in Turnhout cum emolumentis liberè habeat & regat. Et idem Rector omnibus diebus Dominicis, & celebribus ad utraſque Veſperas, Maturinas & Miſſam cum Scholaribus ſuis ſuppliciatis chorum frequentare tenebitur, legere, cantare, & miniſtrare, in choro, prout in aliis Eccleſiis Collegiatis eſt conſuetum. Et præterea iiſdem diebus, (niſi duplex fuerit feſtum) in Cappâ chorum regere & cuſtodire, & diebus privatis trium lectionum ad chorum mittet ad ſingulas horas & ad Miſſam ſex Scholares habiles, quos duplicabit, ſi novem non ſint, celebret lectiones, & tunc cum eis interſit ſaltem Matutinis.

Proviſo, ut in Matutinis de Scholaribus mittendis diſcretè habeatur : & ejus negligentia per Decanum & Capitulum puniatur. Et in augmentum ſui ſalarii præſentias & diſtributionis lucrabitur, ſicut præſens Cappellanus, dummodo ſalvis præmiſſis tempore lucrandi fuerit in choro, vel in Scholis.

Matricularius Eccleſiæ, de quo Capitulum ſingulis annis diſponet, tempeſtivè & diſtinctè ad omnes horas pulſabit, luminaria Eccleſiæ accendet, & extinguet, & tam Capitulo ad horas Canonicas, quam Plebano Eccleſiæ in jure Parochiali, & cætera appertinentia exercebit.

Fabrica quoque Eccleſiæ nedum Officio Parochiali, ſed etiam ad Miſſas, & Canonicas Horas Capituli in luminaribus, & in quantum ſuppetunt facultates, in libris & ornamentis & ceteris opportunis providebit. Et duobus Magiſtris Fabricæ conſuetis unus Canonicorum ex parte Capituli adjungetur, qui annuatim etiam præſentibus perſonis conſuetis in Capitulo computabunt ; & in exequiis defunctorum ultra ſolitum una candela ad Eccleſiæ luminaria recipietur ea propter. Aliquo autem Canonicorum decedente fructus ſuæ Præbendæ per Capitulum rationabiliter moderandi pro primo anno ad opus executionis ſui teſtamenti, & pro ſecundo anno dictæ fabricæ cedere debent.

Cæteri Capellani tam infra Eccleſiam, quam extra eandem, infra utramque Parochiam beneficiati, & alii impoſterum creandi ſubeunt juriſdictioni & protectioni ipſorum Decani & Capituli, & ipſam Eccleſiam Horaſque Canonicas cum Canonicis tenebuntur frequentare, & erunt participes præſentiarum anniverſariorum, diſtributionum & aliorum emolumentorum Eccleſiæ communiter obvenientium.

Tam autem Canonici non obſtante Canonicatu, quam Capellani Sacerdotes, ad minus in tribus Miſſis ordinatis in eorum Altaribus juxta onus annexum deſervient in æquali forma. Miſſa quoque matutinalis pro medio tempore dicto S. Catharinæ remanebit, & in alia temporis medietate Capitulum providebit, & illam celebrans nihil perdet in matutinis.

Dictæ vero Præbendæ ſcilicet noſtræ Mariæ & de Oeyen, ſimiliter ad miſſas bebdomadales eis per Capitulum ſtatuendas tenebuntur. Et quidquid ex fructibus ultra deſerviturum abſentium Capellanorum ſuperfuerit, in utilitatem Eccleſiæ convertetur, niſi Capitulum ex cauſa legitimâ eis gratiam fecerit.

Collatio vero Capellaniarum, & cæterorum Officiorum Eccleſiaſticorum ad Decanum & Capitulum pertinebit. Et cum dicti beneficiati, & officiati, & alii chorum frequentantes in eorum ſervitiis fuerint negligentes, aut alias exceſſerint, per Decanum & Capitulum corrigentur. Poterit tamen idem Decanus Capellanum, aut aliam Eccleſiæ perſonam, qui non ſit Canonicus, pro levioribus culpis per diem uotum inclauſtrare, quam diu hæc poteſtas per Capitulum non ſit ſuſpenſa.

Item cum Eccleſia Parochialis de Oeyen Leodienſis Diœceſis (in qua hactenus conſueverunt eſſe unus Rector, & unus perpetuus Vicarius, Curam Parochialem ipſius loci pro tempore exercent, cujuſque Eccleſiæ præſentatio ad Nos Mariam ratione Domini de Oeyen pertinere dignoſcitur) vacet ad præſens : Nos in augmentum cultûs divini dictam Eccleſiam cum pertinentiis ſuis memorato Collegio (ſalvis præſentationibus ante dictis) donamus, volentes ut Curæ animarum dictæ Eccleſiæ nedum per dictum Vicarium perpetuum ſed aliunde quantum opus erit, ſufficienter proviſo, ex fructibus ejuſdem una Præbenda, ut præmittitur in valore dictorum viginti ſextariorum recipiatur. Ita tamen quod exinde omnia & ſingula jura Epiſcopalia, & Archidiaconalia de, & ex dicta Eccleſiâ bujuſque præſtari conſueta eorumque debitis tempore, & borâ occurrentibus legitimè per Capitulum præſtentur, & exſolvantur.

Et reſiduum fructuum (ultra onera excreſſens) in diſtributiones ſervientium matutinales quotidianas convertatur, tam Canonicis quam Capellanis & aliis deputandis æqualiter communicandas, cuilibet ſcilicet intereſſenti diſtribuendo in tribus lectionibus ad minus valorem unius parvi Turonenſis antiqui, qui in novem lectionibus duplicabitur.

Et in nocturno feriali (ſi fieri poteſt) augmentetur, & quando fructus patientur, creſcant & hæ diſtributiones, & earum defectus recipietur de dictis quindecim ſextariis ut dictum eſt. Et in iſtis matutinalibus diſtributionibus portio Decani, & Cantoris quoties corporaliter intererunt erit dupla : timoreque fraudis in nullo caſu hic non expreſſo, cor-

poraliter abſentibus dari poſſint.

In quorum omnium teſtimonium & munimen Nos Maria, Franco Perſona & Joannes Pauli Rector antedicti præſentes Litteras noſtrorum appenſione ſigillorum duximus roborandas.

Datum & actum apud Caſtrum noſtræ Mariæ de Turnhoudt Anno à Nativitate Domini M.CCC. XCVIII. menſe Julio.

CAPUT CLV.

Joannes Bavariæ Dux, Epiſcopus Leodienſis Electus, nec non Epiſcopatûs Cameracenſis (tempore Schiſmatis) Adminiſtrator, confirmat Erectionem, & Incorporationem Perſonatûs Parochiæ de Oeyen Diœceſis Leodienſis Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri Turnhauti, anno 1398.

JOannes de Bavaria, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Leodienſis Electus, & Eccleſiæ Cameracenſis Commendatarius, Illuſtri Dominæ Duciſſæ Mariæ de Brabantia, Duciſſæ Gelriæ Comitiſſæque Zutphaniæ: & dilectis filiis Franconi Perſonæ, & Joanni Pauli Rectori Parochialis Eccleſiæ Sti. Petri in Turnhout Cameracenſis Diœceſis ſalutem & devotionis augmentum; quia ſicut injuſta petentibus nullus eſt dandus aſſenſus, ita pia & religioſa petitio non eſt aliquatenus differenda.

Sane Litteras veſtras publicas, per quas dictam Parochialem Eccleſiam ſub certis modis in Collegiatam erigi affectatis, veſtris Sigillis roboratis, lætanter recepimus, in hæc verba:

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes inſpecturis Maria de Brabantiâ Duciſſæ Gelriæ &c.

In quorum omnium teſtimonium & munimento, has præſentes Litteras Sigillum Archidiaconi Campiniæ in Eccleſiâ noſtrâ Leodienſi, nec non Sigillis Franconis Mareſcalci, & Johannis Pauli prædictorum, qui memoratæ noſtræ Erectioni & Confirmationi cæteriſque ſupra ſcriptis ſuos expreſſos conſenſus adhibuerunt, duximus roborandas.

Datum & actum Leodii in Palatio Noſtro Anno à Nativitate Domini M.CCC.XCVIII. menſis Auguſti die XIII.

ET nos Archidiaconus Campiniæ in Eccleſia Leodienſi, præmiſſis omnibus & ſingulis noſtrum expreſſum conſenſum expreſſè adhibuimus & adhibemus, in quantum Nos, ratione Eccleſiæ de Oeyen prædictæ concernit per præſentes, Sigillum majus dicti noſtri Archidiaconatûs, una cum Sigillo ad cauſas Reverendi in Chriſto Patris & Domini Johannis Electi prædicti; nec non Sigillis Franconis Mareſcalci, & Joannis Pauli prædictorum eiſdem præſentibus appoſuimus, in teſtimonium conſenſûs noſtri & omnium præmiſſorum.

Datum & actum in Curiâ noſtra Archidiaconali Leodii anno, menſe, & die quibus ſupra.

ET nos Franco Mareſcalci & Joannes Pauli præſcripti, quia hujuſmodi Litteræ confirmatoriæ, & ſingulis in eadem contentis noſtros aſſenſus & conſenſus adhibuimus & adhibemus, idcirco eidem Litteræ Reverendi in Chriſto Patris, Domini Electi Leodienſis & Archidiaconi prædictorum Sigillis præ appenſis ſigillatæ, appoſuimus Sigilla noſtra in teſtimonium præmiſſorum.

Datum anno & die ut proximè ſupra.

CAPUT CLVI.

Petrus de Alliaco, Cameracenſis Epiſcopus, dein S. R. E. Cardinalis celeberrimus, fundationem Capituli Turnhautani in Campinia Brabantina, à Maria Duciſſa Gelriæ recens inſtitutam, confirmat anno 1399.

Ex Archivis Capituli Turnhautani.

PEtrus miſeratione Divinâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis & ſingulis præſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Laude dignum arbitramur, quod ea quæ pro Divini cultûs augmento, & animarum ſalute, providè facta ſunt ut illibata conſiſtant, libenter cum à nobis requiritur adjicimus roboris firmitatem.

Sanè petitio pro parte dilectorum in Chriſto filiorum Decani & Capituli Eccleſiæ S. Petri in Turnhaut, noſtræ Cameracenſis Diœceſis, continebat, quod cum nuper bonæ memo-

memoriæ illuſtris Domina Maria de Brabantia, Duciſſa Gelriæ & Comitiſſa Zutphaniæ, ac Franco Mareſcalci, Perſona Perſonatûs, & Joannes Pauli Curatus Eccleſiæ de Turnhout præfatæ, piâ devotione accenſi, ac pro divini cultûs augmento prædictam Eccleſiam, quæ tunc Parochialis erat, in Collegiatam Eccleſiam erexerunt; illamque pro XII. Canonicis, quorum unus eſſet Decanus, inibi ſub titulis modis & formis inſtituendis, qui Capitulum dictæ Eccleſiæ ſufficienter dotarunt, ac certa capitula, modos & ordinationes in dictâ Eccleſiâ perpetuò, obſervanda fecerunt & ordinarunt; prout in Litteris publicis deſuper confectis plenius continetur. Quarum tenor ſequitur, & eſt talis.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis, Maria de Brabantia &c. *Inſerta eſt huic ordinariæ Confirmationi, integra erectio Capituli ſuperius poſita ad verbum, uti in Confirmatione Apoſtolica.*

Vide ſupra pag. 437.

Datum & actum apud Caſtrum noſtræ Mariæ de Turnhout anno à Nativitate Domini M. CCC. XCVIII. menſe Julio.

QUibus Litteris per nos receptis, & diligenter examinatis, veſtram devotionem quam ad Deum & Beatum Petrum Apoſtolorum Principem ſincerè geſſiſtis, in præmiſſis multipliciter in Domino commendantes, ſuper ſtatu & bonis dictæ Eccleſiæ, cæteriſque in dictis Litteris latius contentis legitimè informati, & convocato nobiſcum juriſperitorum conſilio, dictam Parochialem Eccleſiam Authoritate noſtrâ Ordinariâ atque Pontificali in Collegiatam ereximus & erigimus, ſub modo, formâ atque exemptionibus in prænominatis Litteris rite expreſſatis. Et Perſonatum memoratum perpetuo ſupprimentes & extinguentes, ac te Joannem Pauli ab animarum curâ quâ ibidem habebaris aſtrictus, abſolvendo, & te Joannem Martini in Plebanum ipſi populo præficimus & inſtituimus. Singuloſque alios, videlicet Franconem, & Joannem Pauli prædictos, ac Rectores dictorum quinque Altarium: nec non venerabilem virum Dominum Walterum de Ranſt Præpoſitum Nivellenſem, Joannem Heyaert Presbyterum, Joannem Pauli Cantorem Mechlinienſem & Balduinum Mareſcalci Canonicum Hoeyenſem, Leodienſis & Cameracenſis Diœceſis, nobis præſentatos, in Canónicos ipſius Eccleſiæ Collegiatæ Præbendatos inſtituimus & creamus. Fructus Perſonatûs ac Curæ prædictorum, nec non Eccleſiæ Parochialis de Oeyen Leodienſis Diœceſis præfatæ, in quantum nobis licet eidem Eccleſiæ Collegiatæ unientes & incorporantes, ac perpetuò tenore præſentium applicantes.

Inſuper omnia & ſingula in dictis Litteris ſtatuta & ordinata, Auctoritate præfatâ, ex certa noſtrâ ſcientiâ laudamus, approbamus & confirmamus, ac ea perpetui volumus eſſe roboris & effectûs.

Poſtmodum vero, præmiſſis ritè peractis, & præfatâ illuſtriſſimâ Dominâ Mariâ de Brabantia, viam ingreſſâ carnis univerſæ (cujus animæ parcat Altiſſimus) illuſtris Domina Joanna Dei gratiâ Lotharingiæ, Lucenburgenſis, Brabantiæ & Limburgenſis Ducíſſa, Sacrique Imperii Marchio, præfatæ Dominæ bonæ memoriæ germana, inſequendo veſtigia ſuæ germanæ, in divini cultûs augmentum & Collegii prænominati ampliationem & Erectionem, Præbendam unam Sacerdotalem, quæ tertia decima in numero exiſtet, ſub onere & forma aliarum præſcriptarum præbendarum ſufficienter & debitè fundavit atque dotavit, prout per ipſius Litteras lucidiùs conſtare poteſt, atque conſtat; nominans ad eandem pro vice primaria venerabilem Virum Dominum Iwanum Hebſeop Presbyterum. Cujus quidem Præbendæ collatio, proviſio, & quævis alia diſpoſitio impoſterum, quotiens vacatio ipſorum Canonicatûs & Præbendæ imminebit, abſque conſenſu alicujus altetius ſuperioris perpetuo remanebit.

Feſta quoque dicto Decano commiſſa in officiando ſic declaramus. Scilicet: Feſtum Nativitatis Domini, Circumciſionis, Epiphaniæ, & Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Sacramenti, quatuor B. Mariæ & tria B. Petri Patroni, Nativitatis Joannis Baptiſtæ, Dedicationis Eccleſiæ, & cætera duplicia ſecundum Conſtitutionem Boniſacii VIII. inſtituta. Præterea novem lectionum feſta in eâdem Eccleſiâ ſervanda, ſic determinamus, utpote omnia à populo in loco celebranda (niſi ſit tempus Paſchale) dicta duplicia, & Sanctorum Sebaſtiani, Agnetis, Vincentii, Agatæ, Benedicti, Barnabæ, Commemorationis S. Pauli, Octavæ Apoſtolorum, Inventionis S. Stephani, Transfigurationis Domini, Gaugericr, Ægidii, Lamberti, Remigii, Dionyſii, XI millium Virginum, Ceciliæ, Clementis, & ſi quæ ſint alia Auctoritate Diœceſanâ inſtituta. Diebus autem privatis trium lectionum ab Octavis Sacramenti uſque ad Nativitatem Domini, & ab Octavis Epiphaniæ uſque ad Cœnam Domini (ſalvis B. Mariæ & Apoſtolorum Octavis, & diebus quibus Commemoratio B Virginis obſervatur) Miſſas animarum ſecundum prædicta dicimus celebranda. De Vigiliis autem defunctorum ordinariis, ſeptem Pſalmis, & Pſalteriis in quadrageſima & hujuſmodi, in Collegialibus obſervandis, jugum novum non imponimus: ſed obſervantium devotioni commendamus.

Mandantes etiam, ne ſacrum divinum Officium Hiſtoriis Sanctorum novis vel non approbatis, apocriphis, ſeu indiſcretis novitatibus maculetur. Quæcumque autem recta, pia, religioſa & honeſta fuerint, quæ huic novellæ plantationi conveniant, ab aliis Eccleſiis conſulimus recipienda.

Canones ſacros de obſervatione divini Officii, & moribus Eccleſiæ convenientibus lo-

quentes, ſuademus in dictâ Eccleſiâ habendos & obſervandos. In quorum omnium teſtimonium & munimen, has præſentes Litteras Sigillo noſtro majori, una cum ſigillis venerabilis Capituli Eccleſiæ noſtræ Cameracenſis, ac Archidiaconi Antverpienſis in Eccleſiâ noſtrâ præfatâ, qui memoratæ Erectioni & Confirmationi cæteriſque ſupraſcriptis ſuos expreſſos conſenſus pariter & aſſenſus adhibuerunt, duximus roborandas.

Datum & actum Cameraci in Palatio noſtro, anno Incarnationis Dominicæ M. CCC. XCIX. die XXVI. menſis Decembris; ſupplentes per præſentes omnes & ſingulos defectus Auctoritate noſtrâ præfatâ, quantumcumque in nobis eſt, ſi qui forſan intervenerint in præmiſſis.

Datum & actum ut ſupra per Dominum Epiſcopum.

ET Nos Præpoſitus, Decanus & Capitulum Eccleſiæ Cameracenſis memoratæ, præmiſſis omnibus, & ſingulis ſuperiùs latiùs declaratis noſtrum expreſſum conſenſum adhibuimus, & adhibemus per præſentes. Quibus Sigillum majus dicti Capituli unà cum Sigillo præfati Rever. Patris & Domini noſtri Epiſcopi Cameracenſis appoſuimus, in teſtimonium noſtri conſenſûs & omnium præmiſſorum.

Datum & actum in noſtro Capitulari loco anno Domini M. CCC. XCIX. die XXVII. menſis Decembris.

ET Nos Jacobus Manoëry Archidiaconus Antverpienſis in eâdem Eccleſiâ Cameracenſi, præmiſſis omnibus & ſingulis, in quantum ratione dicti noſtri Archidiaconatûs nos concernit, noſtrum adhibuimus conſenſum per præſentes.

In cujus teſtimonium Sigillum dicti noſtri Archidiaconatûs præſentibus una cum ſigillo præfati R. Patris, ac Sigillo Capituli Cameracenſis Eccleſiæ memoratæ duximus apponendum.

Datum & actum Cameraci, anno, die quibus ſupra.

CAPUT CLVII.

Excerptum ex teſtamento Henrici Buck, Canonici Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ Sylvæducis, quo in eadem Urbe inſtituit anno 1401 celebrem Scholam, quæ vulgo Domus Bonorum Infantium dicitur.

Ex Archivis Capituli quondam Sylvæduc.

Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno à Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo primo, Indictione nonâ, die ultimâ menſis Novembris..... In mei Notarii publici & teſtium ſubſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter & rogatorum præſentiâ, perſonaliter conſtitutus honeſtus Vir & diſcretus Henricus Buc, Presbyter, Canonicus Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ de Buſcoducis Leodienſis Diœceſis, ſanus mente ſenſuumque ſuorum per omnia bene compos, exiſtens licet corporis ſui infirmitate detentus; prout pro primâ facie apparebat, conſiderans ſecum deliberatione providâ, verèque perpendens nihil certius morte, ac nihil incertius horâ mortis exiſtere.

Igitur ob ſalutem & remedium animæ ſuæ, ne ſuprema dies eum omnino rapiat improviſum, de bonis ac rebus ſuis omnibus ſibi à Deo conceſſis ſeu collatis, tam mobilibus, ſeu etiam hereditariis, habitis, ac tempore mortis ſuæ habendis & ioveniendis quocumque nomine cenſeantur, ſuum Teſtamentum, ſeu ejus ultimam voluntatem condidit feeit & ordinavit, per modum qui ſequitur infraſcriptum.

Imprimis dictus Teſtator &c. *Et inferiùs habebantur ſequentia.*

Item dictus Teſtator diligenter advertens, quod inter cætera charitatis opera docere indoctos maximum bonum reputatur: nam per acquiſitionem ſcientiæ & prudentiæ ſæpe pauperes ditantur, & ab humilibus ſtatibus ad altos & ſalutiferos Eccleſiaſticos gradus eriguntur, promoveotur & ſublimantur. Et ut ipſe Teſtator, quod per ſe immediatè non poteſt, ſaltem mediatè id faeere, & rectam ſuam intentionem ad hoc inclinare videatur & ſentiatur, voluit ipſe Teſtator domum ſuam lapidem cum ſingulis ſuis attinentiis quam inhabitat de preſenti, ſitam in Buſcoducis in vico Hintamenſi, quam pridem titulo emptionis erga Arnoldum de Beecke acquiſivit, ad pios pauperum uſus, ad laudem & bonorem omnipotentis Dei, qui eſt totius bonitatis & omnium ſcientiarum fons & origo, permutari & converti diſpoſuit de iiſdem domo & attinentiis, per modum & formam ſubſequentes.

Videlieet, quod dicti Executores capiant & eligant decem juvenes pauperes, Clericos ſeu Scholares, ætatem ſuam inter octo & decem annos habentes, illoſque in ipſam domum, cauſâ manendi & morandi in eâdem (quouſque dicti pauperes, videlicet quilibet eorum ætatis ſuæ annum decimum octavum dieatur ſeu

reputetur ac reputentur, ac verisimiliter sciatur & sciantur compleviſſe) collocent, & inibi hujuſmodi Scholares Scholas frequentent, ac ſtudio Litterarum & ſcientiæ inſiſtant.

Ita tamen, quod dum & quando dicti Scholares ſeu eorum quilibet dictæ ætatis annum decimum octavum compleverint ſeu compleverit, aut etiam aliquis vel aliqui eorum male ſe rexerit ſeu rexerint; vel etiam ſtudere noluerit, ſeu noluerint; cujus ſeu quorum examen ſuis Executoribus commiſit explorandom & eis ſtandum, quod ex tunc à dicta Domo & conſortio dictorum aliorum Scholarium amoveatur, deponantur, expellantur & relaxentur; & loco amotorum & relaxatorum alius ſeu alii inter octo & decem annos ætatem habens ſeu habentes reponantur, admittantur & ſubrogentur, aut ſubrogetur & reponatur: prout hoc dictis Executotibus meliùs videbitur expedire.

Pro quorum Scholarium informatione ipſe Teſtator voluit & ordinavit, quod dicti Executores unum habilem Clericum boni nominis & honeſtæ vitæ & cooverſationis quærant (ſi reperiri potuerit) & eiſdem Scholaribus in dicta Domo aſſocient & adjungant. Qui ipſis Scholaribus, quamdiu ſe honeſtè rexerit, & non ultra, præſit, eorum curam regimen & ſollicitudinem gerat; & ad ipſos Scholares diligenter advertat, eos debitè & fideliter diſciplinando, ac in ſcientia & moribus benevolè & diligenter informando & inſtruendo.

Ita etiam, quod dicti Clericus & Scholares, ex deputatione dictorum Executorum, unam ſortem ancillam boni nominis, & cooverſationis laudabilis & honeſtæ habeant, quæ eis in lotione veſtimentorum ſubveniat & præſit; & in aliarum ſuarum rerum ſimili neceſſitate frequens miniſterium exhibeat & præſtet; quamdiu tamen ipſa ſe honeſtè rexerit, & non ultra.

Ad uberiorem verò ſuſtentationem Magiſtri ſeu Clerici Scholarium, & ancillæ prædictorum, ne omnino cogantur mendicare, aſſignavit idem Teſtator, contulit & donavit maſuum ſuum dictum *ter Heze*, ſitum in Rhode beatæ Odæ in Parochia de Eerſchot, cum omnibus & ſingulis ſuis attinentiis. . . .

Hujus autem Teſtamenti, ſeu ultimæ voluntatis, dictus Teſtator elegit ſuos Executores ſeu manufideles, honorabiles Viros & diſcretos DD. Jacobum Groy Canonicum Eccleſiæ Leodienſis, & Tilmannum de Spina, Presbyteros, abſentes tamquam præſentes, Ludolphum filiom Ludolphi de Bommel, & honeſtam & diſcretam mulierem Hywighem ipſius Ludolphi Sororem, uxorem Guilielmi Colveers.

Quod ſi forſitan, quod abſit, dictorum trium Executorum ſuperſtitum remanentium primus decedens tempore vitæ ſuæ aliam perſonam idoneam in Executorem dictæ executionis in locum ſuum nominare, & dictis aliis Executoribus adjungere neglexerit: ſeu ſi quam idoneam perſonam nominavit, & ipſa perſona onus dictæ Executionis una cum dictis duobus Executoribus ſuperſtitibus remanentibus acceptare noluerit, ſeu recuſaverit, ex tunc voluit ipſe Teſtator, quod ipſo facto Prior Conventûs ſeu Monaſterii de * Porta Cœli prope Buſcumducis, qui pro tempore fuerit, in locum dicti decedentis ſuccedat & ſubrogetur. . . . Vulgo Baefeldonck, Ordinis S. Guilielmi.

Et ſimili modo fieri voluit & ordinavit de ſecundo dictorum trium Executorum decedente in caſu prætacto, quod in illius loco Proviſor S. Spiritûs in Buſcoducis ſubintret, & dictam Executionem acceptet. . . .

Et eodem modo ipſe Teſtator diſpoſuit & ordinavit de tertio Executore, videlicet, quod ſi ipſum io caſu prædicto decedere contingat, quod io ipſum locum ſubrogatus exiſtat Canonicus ſcriptor Horarum DD. Decani & Capituli Eccleſiæ S. Joannis de Buſcoducis, quicumque pro tempore fuerit. . . .

Et quia os bovis triturantis alligari, militantique ſtipendia ſubſtrahi non debent, legavit Teſtator dictis ſuis Executoribus tam præſentibus quam futuris unam petiam terræ dictam volgariter *dat Schildeken* ſitam prope Buſcoducis &c.

Acta fuerunt hæc in Buſcoducis in Domo habitationis dicti Teſtatoris, anno Indictione, Menſe & die ſupra ſcriptis.

Floret uſque in hodiernum diem Sylvæducis, tametſi ſub regimine Acatholicorum, Domus illa Bonorum puerorum, qui vulgo *Bonifanten* appellantur. Olim eorum munus erat, divinis Officiis in Eccleſia Cathedrali inſervire.

Similis bonorum infantium ſeu Scholarium Domus etiam olim Bruxellæ fuit, ſita retro Eccleſiam D. Gudulæ verſus portam Schaerebecanam, fundata anno 1377 à Joanne de T'Serclaes d in Epiſcopo Cameracenſi. Litteras vide inter Diplomata Aub. Miræi pag. 783.

CAPUT CLVIII.

Martinus V. Pont. per Bullam datam ad Priores de Windeſem, Emſteyn, Viridis Vallis, Rubeæ Vallis, & Corſſendonc, confirmat & approbat Congregationem inſtitutam Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, ſub titulo Capituli Windeſemenſis, anno 1420.

Ex veteri Codice Privilegiorum, ante annum 1540 evulgato Ultrajecti.

MArtinus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis, filiis Sanctæ Mariæ in (1) Windeſem, & Salvatoris Mundi in (2) Eemſthein, ac Nemorum Beatæ Mariæ prope (3) Noerthoern, nec non Sanctæ Mariæ (4) Viridis-Vallis, ſancti Pauli (5) Rubeæ-Vallis, & S. Mariæ in (6) in Korſendonck, Trajectenſis, Monaſterienſis, ac Cameracenſis Diœceſium, aliorumque veſtro Capitulo generali de Windeſem ſubjectorum, per Priores ſolitorum gubernari, Ordinis ſancti Auguſtini Monaſteriorum Prioribus, Rectoribus, & Conventibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sponſa Chriſti, ſancta Mater Eccleſia nullam maculam neque rugam habens, ſub unitate fidei, Religionum diverſitate, non mediocri venuſtate decoratur. Quæ licèt una dici poſſit & debeat, propter ſuorum civium unitatem: ſuis tamen per orbem domibus diſtributis ſupernæ retinet Civitatis exemplar, quæ cùm ſit unica, multas tamen habet (teſtante Domino) manſiones.

Hæc eſt quidem veteris Teſtamenti arca Noë, miro ſtudio fabricata, manſiunculas habens & cameras. Hæc Joſeph myſtici tunica polymita, hæc ipſius Domini veſtis inconſutilis, ſed deſuper contexta per totum: ut ex his pateat, & ipſius Eccleſiæ unitas, quæ Regularium diſtinctionem profeſſionum non abjicit, & eorum diverſitas, quæ materni corporis nec tollit nec lacerat unitatem.

Ad hanc ſanè mirabilem pulchritudinem, quâ ſplendet & ſplenduit quaſi quâdam varietate circumdata, ipſa mater, retroactis temporibus adjecit plurimum Ordo veſter. Qui ſicut â ſuis primordiis poſt beatos Apoſtolos Chriſti per Regularia ſancti Patris Auguſtini inſtituta, luculenter per orbem efloruiſſe dinoſcitur: ita etiam nunc divinâ propiciante gratiâ, his noviſſimis temporibus eundem Ordinem in Monaſteriis veſtris per diſciplinæ regularis & fraternæ viſitationis obſervantiam, felici pullulatione reflorere, & uberrimam exinde animarum frugem Deo referri læti gratulamur.

Unde nimirum Sedes Apoſtolica non ſolum ſe vobis gratioſam reddere habet, verum etiam largifluas in tantæ rei favorem, manus (veſtram hactenus cauſam tanquam ſibi ſubſervientem promovendo, dirigendo, & confovendo) porrigere deliberat adjutrices.

Hinc eſt, quòd nos ante omnia veſtram Capitularem colligationem, tam ab ipſâ Sede Apoſtolicâ per noſtros Prædeceſſores, vel ejuſdem Sedis Legatos, quam etiam à locorum Ordinariis vobis veſtriſque Monaſteriis, pro regulari diſciplina ſtabilienda, datam & conceſſam, ratam habentes & gratam, eam Auctoritate Apoſtolicâ approbamus, & etiam confirmamus.

Omnes nihilominus, ſi qui fortaſſe in hujuſmodi veſtræ colligationis promordiis vel proceſſibus commiſſi fuerint defectus, utpote ſi conſenſus Ordinariorum, Capitulorum Metropolitanarum, & Cathedralium Eccleſiarum, vel etiam aliquorum Fratrum Conventualium non intervenerit, vel ſi in electionibus ſeu inſtitutionibus Priorum Monaſteriorum veſtrorum, ex jnris ignorantiâ, vel aliàs quomodolibet erratum fuerit, eâdem Auctoritate per hæc ſcripta ſupplemus.

Voſque & veſtra Monaſteria, & Conventus, unum Capitulare corpus efficientes, de novo ad invicem inſeparabiliter conjungimus, & in perpetuum colligamus. Concedentes vobis, de uberioris gratiæ largitate, præſertim pro divini cultûs & ſynceræ Religionis augmento, ut quæcumque alia Monaſteria Ordinis veſtri jam fundata, vel in poſterum fundanda; dummodo duæ partes uniuſcujuſque talis Monaſterii in hoc conſenſerint, & conſenſus Diœceſani acceſſerit, poſſint ſe liberè veſtro generali Capitulo ſubmittere, colligare, & confirmare, ac etiam omnibus & ſingulis gratiis & privilegiis vobis conceſſis & concedendis uti & gaudere.

Hoc pro bono uniformitatis adjecto, quod præſidentes talibus Monaſteriis, quocunque nomine cenſeantur, poſtquam vobis colligati fuerint, deinceps Prioris nomine fungantur, niſi fortè exempti fuerint, vel immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjecti. Igitur pro regulari diſciplinâ ſtabilienda, & pro decore ſanctæ Religionis in Monaſteriis veſtris perpetuò conſervando, ſtatuimus & ordinamus;

In primis ut annis ſingulis, ſicut hactenus conſueviſtis, in Monaſterio beatæ Mariæ in Windeſem, ejuſdem Ordinis Trajectenſis Diœceſis, cui tu fili Joannes Prior ad præſens præeſſe dignoſceris, generale Capitulum

ad

ad inſtar Fratrum Ordinis Carthuſienſis celebrare debeatis.

In quo quidem Capitulo Prior ejuſdem Monaſterii de Windeſem, exiſtens prn tempore, tanquam Superior præſidebit: niſi propter notabilem neceſſitatem & evidentem utilitatem, eorundem Monaſteriorum veſtrorum in duobus Capitulis generalibus & continuis, omnes Diffinitores concorditer eandem ſuperioritatem & locum ejuſdem Capitnli generalis, cum ſuis privilegiis ad aliquod aliud Monaſterium ejuſdem veſtri Ordinis & Capituli duxerint transferendum.

Poteſt tamen idem generale Capitulum propter aliquam neceſſitatem occurrentem in aliquo Monaſterio eidem Capitulo ſubjecto, per Priorem Superiorem, vel vice, ejus gerentem, & per alios Priores Monaſteriorum veſtrorum, qui pro tempore erunt celebrari.

Cui quidem Capitulo generali ejuſdemque definitionibus univerſis, omnes Priores & Conventus, ſingulæque utriuſque ſexûs perſonæ Monaſteriorum, tam virorum quàm mulierum eidem Capitulo pro tempore ſubditorum, firmiter obedire teneamini.

Nec liceat alicui eorundem Monaſteriorum perſonæ quâcunque de cauſâ ſeu occaſione ad aliquem, præterquam ad generale Capitulum, vel ad Priorem ſuperiorem pro tempore (quem eandem auctoritatem & poteſtatem in ſingulas perſonas ipſorum Monaſteriorum quàm etiam proprii Priores in eas habent, habere volumus & decernimus) quomodolibet appellare.

Et inſuper in eodem Capitulo annis ſingulis eligantur definitores, qui una cum Priore Superiore plenariam (auctoritate Apoſtolicâ) poteſtatem habeant, defectus quoſlibet perſonarum prædictarum punicndi & corrigendi, & eaſdem (ſi opportunum fuerit) ad alia Monaſteria ejuſdem Ordinis tranſmittendi, ac etiam prædictos Priores & Prioriſſas Monaſteriorum mulierum, ſic ſubjectorum, deſtituendi, inſtituendi, confirmandi, nec non reformandi, ſtatuendi, interpretandi, ac etiam in melius immutandi, omnia & ſingula quæ ſecundum Regulam B. Auguſtini pro pace & utilitate communi, pro regulari diſciplinâ dictorum Monaſteriorum conſervanda viſa fuerint expedire.

Et quicquid ab eis, vel ſaltem à majori parte ipſorum definitum, ſtatutum, ſeu in melius immutatum & per tria Capitula generalia continua approbatum fuerit, plenam habeat in omnibus Monaſteriis veſtris firmitatem. Hoc proviſo, quòd hujuſmodi & quæcunque Conſtitutiones veſtræ neminem ad culpam obligent, ſed ad pœnam, ſive in ſtatutis veſtris comprehenſam, ſive à Capitulo generali, vel à Viſitatoribus, vel à Prioribus infligendam: niſi (quod abſit) quis eas transgredi præſumpſerit ex contemptu.

Et in qua etiam Capitulo omnes & ſinguli Priores hujuſmodi ſubjectorum Monaſteriorum qui tunc fuerint teneantur per ſe, vel Litteras ſuas ſingulis annis à ſuorum officio ſeu regimine Prioratuum petere ſe abſolvi.

Verùm quia Prioratus veſtri magis officia quam dignitates eſſe videntur, propter facilem ab eiſdem ſine ſtrepitu jurisabſolutionem, cum etiam copia perſonarum utiliter præſidentium frequenter non habetur, & quia nonnunquam illegitimi nati multis virtutibus & magnâ morum probitate decorantur: concedimus vobis de gratiâ ſpeciali, ut Capitulum generale, vel Prior Superior cum talibus illegitimis, quemcunque etiam natalium defectum patientibus, ut eo non obſtante, Prioratus & alias dignitates ac officia Monaſteriorum veſtrorum, nec non curam animarum (ſi ad ea electi & confirmati, ſeu aliàs ritè depurati fuerint) recipere & tenere poſſint, auctoritate noſtrâ valeant diſpenſare.

Præterea in eodem Capitulo per Diffinitores pro ſingulis Monaſteriis viſitandis certi deputentur Viſitatores, qui plenam generalis Capituli in ſingulis Monaſteriis quæ viſitant auctoritatem habeant ordinandi, & diſponendi, ac etiam exceſſus tam in capite quam in membris ſecundum Regulam & Statuta Ordinis corrigendi, & ſi opportunum fuerit, etiam Priores ex certis cauſis in Statutis comprehenſis à Prioratibus abſolvendi, & alios Canonicè electos confirmandi, eiſdemque curam animarum committendi.

In obitu vel ceſſione cujuſcunque Prioris dictorum Monaſteriorum veſtrorum duo Priores vel Viſitatores vocandi ſunt ad intereſſendum electioni, ſine quibus electio celebrata eo ipſo nulla ſit: qui & ipſum electum auctoritate generalis Capituli confirment, eique curam animarum committant.

Et ſi in electione hujuſmodi ex ignorantiâ juris in perſonâ electâ, aut ex ratione eligentium, ſeu in formâ electionis, aut alias quomodolibet erratum fuerit: generale Capitulum, aut Prior Superior, poterit hujuſmodi ſupplere defectum, vel etiam eandem caſſare electionem. Nec aliquis poſtquam in Priorem electus fuerit, electioni de ſe factæ renuntiare debet: niſi de conſenſu Capituli generalis, vel Prioris Superioris, aut Priorum ad electionem vocatorum, quibus etiam ad conſentiendum electioni hujuſmodi obedire omninò teneatur.

Cum verò Conventus aliquis quâcunque de cauſâ jure eligendi privatus fuerit, electio & confirmatio hujuſmodi ad Capitulum generale, vel eo diſſoluto, ad Priorem Superiorem immediatè devolvatur, quam tamen electionem ſeu confirmationem ſic devolutam idem Prior Superior, Viſitatoribus ſive Prioribus ad electionem vocatis, committere poteſt.

Quod ſi hæc omnia in Monaſterio ſuperinre, dum ipſum Priore caruerit, facienda contigerint, Priores ad electionem vocati, interim in his & in aliis occurrentibus, auctoritatem generalis Capituli concernentibus, vi-

cem Prioris Superioris ſupplebunt, donec dicto Monaſterio more per omnia jam dicto, proviſum fuerit de Priore.

Qui quidem Prior Superior plenam habeat ſemper auctoritatem generalis Capituli, in caſuis infra annum emergentibus determinandi quæ ad generale Capitulum commodè differri nequiverint, & in caſuis arduis ſimiliter infra annum occurrentibus, aliquos de Prioribus per generale Capitulum ibi aſſignatis, cum ſibi viſum fuerit ad privatum Capitulum convocandi; qui unà cum ipſo & cum Conventu Monaſterii ſuperioris plenariam æquè generalis Capituli habeat poteſtatem.

Poteſt tamen hæc auctoritas Prioris Superioris per generale Capitulum reſtringi, & iterum relaxari, quando eidem Capitulo viſum fuerit expedire.

Denique volumus & ordinamus, ut in libris & ordinariis divini officii (ubi commodè poterit fieri) poſſitis vos invicem ſecundum Ordinationem hujuſmodi Capituli conformare; ita tamen, ut in ſingulis Monaſteriis Ordinis veſtri eidem Capitulo ſubjectis ad quæ veneritis, ſecundum morem veſtrum inibi conſuetum, horas Canonicas perſolvere valeatis.

Clerici ſive Presbyteri ſæculares, undecunque fuerint, apud vos pro tempore converſantes, ſive Religionem attentantes, ſive etiam apud Monaſteria Monialium generali Capitulo veſtro ſubditarum, pro earum miniſterio reſidentes: ſimiliter in horis Canonicis ſecundum ordinarium veſtrum ſatisfacere poſſint.

De habitu quoque veſtro, ut in omnibus Monaſteriis veſtris Capituli veſtri uniformitas & ſimplicitas obſervetur, ſtatuimus & ordinamus, ut cappæ veſtræ infra & extra Monaſteria deferendæ, de nigro ſint panno, & nullo alio colore admixto, deſuper caputium aptum, & aliquantulum amplum habentes, ſæcularium caputiis non conforme; ut videlicet, ſi quando capiti ſuperponatur, poſterius non erigatur in criſtam, & ut demiſſum ſcapulas decenter operiat.

Tunicæ verò de albo panno, & pellicia, & almucia de pellibus ovinis; pellibus ſylveſtribus ab omni uſu veſtro ſequeſtratis. Superpellicia quoque ſubtilia ſive roqueta, more veſtro conſueto. Converſorum autem cappæ de panno griſeo; tunicæ verò & ſcapularia de panno albo fieri debent.

Deinde attendentes quod decet & expedit, ut juxta doctrinam Apoſtoli, unuſquiſque in eâ quâ vocatus eſt vocatione permaneat, & ne leves & inſtabiles, ſeu correctionis impatientes, evagandi habeant occaſionem, & Fratres ſuos ſcandalizent; ſtatuimus firmiter & prohibemus, ne veſtræ Capitularis colligationis aut Profeſſionis quiſquam, Prior, aut Conventus, ſeu perſona publica vel privata, de obedientiâ veſtrâ, poſtquam profeſſus fuerit, vel eidem Capitulo ſe ſubmiſerit, alicujus vanitatis inſtinctu, vel diſtrictioris Religionis obtentu, ſe ſuumve Conventum, ſeu propriam perſonam, aut alterius ab eodem Capitulo dimembrare audeat, vel quomodolibet ſeparare, ſive diſcedere ſine Capituli generalis, vel Prioris Superioris licentiâ petitâ & obtentâ.

Ac etiam omnibus & ſingulis Prælatis, & aliis præſidentibus, nec non Conventibus, & perſonis, mendicantium & aliorum Ordinum quorumcunque, ne illis quoquo modo abſque conſenſu Capituli veſtri generalis, vel Prioris ſuperioris, aut licentiâ Sedis Apoſtolicæ, eis per ſpeciales ejuſdem Sedis Litteras, plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de prædictis Mentionem facentes, conceſſa, recipere præſumant, diſtrictiùs inhibemus, niſi fortè aliqua perſona ad Ordinem Carthuſienſium ſe transferens, in eo profiteri voluerit. Decernentes ex tunc, ſi ſecus factum fuerit, tranſitum & receptionem talium, irritos & inanes; ſelicis recordationis Innocentii Papæ III. Prædeceſſoris noſtri, & aliis Conſtitutionibus in contrarium editis, non obſtantibus quibuſcunque.

Volumus etiam, & Apoſtolicâ vobis Auctoritate concedimus, quod conſecrationes Eccleſiarum, Altarium, Cimiteriorum, Vaſorum, Ornamentorum, & Ordinum miniſtrationes, ſi Epiſcopi Diœceſani & locorum ſuper hoc rogati aut requiſiti, ea ut debent & tenentur, facere recuſaverint ſeu noluerint; à quibuſcunque aliis Antiſtitibus Catholicis, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentibus, petere & recipere valeatis.

Nec non ut tempore generalis interdicti januis clauſis (excommunicatis & interdictis excluſis) Miſſas & alia divina officia, in præſentiâ hujuſmodi & aliorum dicti Ordinis Fratrum & familiarium celebrare, ſeu celebrari facere, & eis quoties expedierit, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, ac defunctos veſtros ac alios ibidem ſepulturam eligentes, Eccleſiaſticæ ſepulturæ ſine ſolemnitate tradere, dummodo vos vel ipſi cauſam hujuſmodi non dederitis interdicto, nec id vobis vel illis contigerit ſpecialiter interdici.

Quodque etiam vos Altaria habere portatilia ſuper quibus in domibus, & grangiis ac aliis locis veſtris, in quibus fuerint oratoria, capellæ, ſive loca ad hujuſmodi divina celebrandum congruentia, & honeſta, hujuſmodi Miſſas & divina Officia etiam antequam eluceſcat dies, circa tamen diurnam lucem, ſi res exegerit, ſine alieni juris præjudicio ſimiliter celebrare, vel ab aliis ritè celebrari facere liberè & licitè valeatis.

Nec ſitis aſtricti propter excommunicatos, qui forſan ad loca veſtra pro tempore acceſſerint, poſtquam à locis receſſerint eiſdem, ceſſare à divinis, aut vitare excommunicatos, niſi vobis in ſpecie, vel ſecundum formam juris fuerint denunciati.

Quodque de bonis veſtris infra ſepta, vel limites Monaſteriorum veſtrorum conſiſtentibus quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, aut de nutrimentis animalium veſtrorum decimas ſolvere, aut dare minimè teneamini. Liceatque etiam vobis quæcunque bona Monaſteriorum veſtrorum, præſentia, & futura pro utilioribus commutare bonis, ſeu vendere, & precium in majorem Monaſteriorum veſtrorum convertere utilitatem.

Poſtremò, ut præmiſſa omnia & ſingula perpetuam habeant roboris firmitatem, diſtrictiùs prohibemus, ne Ordinarii locorum, vel quicunque alii, cujuſcunque ſtatûs vel potentiæ fuerint, præſumant immutare, vel infringere, ſeu impedire ea quæ per generale Capitulum, vel per Viſitatores ſeu Commiſſarios ejuſdem de electionibus, vel inſtitutionibus, ſeu deſtitutionibus Priorum & Prioriſſarum, vel etiam de correctionibus & diſciplinis ſecundum Regulam & Statuta Ordinis veſtri ordinata fuerint vel diſpoſita.

Volentes equidem & Auctoritate Apoſtolicâ ſtatuentes, ut Capitulum generale, vel Prior Superior, ſeu etiam Viſitatores, omnes & ſingulos in dictis Monaſteriis profeſſos contradictores & rebelles Ordinis, & Statutorum, ac conceſſionum noſtrarum ad omnimodam ſubjectionem & obedientiam, per cenſuram Eccleſiaſticam & alia juris remedia appellatione poſpoſitâ compeſcere valeant, vocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Hæc autem omnia & ſingula quæ pro regulari diſciplinâ in Monaſteriis ſtabilienda, per præſentes concedimus & ſtatuimus; etiam ad omnia & ſingula alia Monaſteria tam virorum quàm mulierum præſentia & futura, quæ dicto Capitulo generali ſubjecta vel colligata ſunt, aut ſubjici, aut colligari contigerit, eorumque Conventus & perſonas extendi volumus, & extendimus, eaque, quibus etiam per aliquam generalem revocationem, aut aliàs per Sedem Apoſtolicam, vel Legatos ejus, ſeu aliàs quovis modo, niſi de ipſis & eorum toto tenore de verbo ad verbum mentio ſpecialis habeatur, derogari nolumus, perpetuò valitura.

Ac quidquid in contrarium per locorum Ordinarios, aut alios quoſcunque, quovis modo attentari contigerit, prædictâ Auctoritate Apoſtolicâ irritum & inane decernimus per præſentes. Interpretationem, verò, ſeu declarationem omnium & ſingulorum dubiorum ſeu obſcuritatum, ſi quæ forſan in præmiſſis, ſeu circa ea, vel ipſorum aliquod, ſeu aliqua exoriri contigerit, Capitulo generali duotaxat reſervantes.

Non obſtantibus tam ſælicis recordationis Benedicti Papæ XII. Prædeceſſoris noſtri, quæ quamvis de Ordine veſtro editæ ſint, non tamen fuerunt in Provincia veſtrâ & in quibuſdam aliis Provinciis (ut aſſeritur) particulariter promulgatæ, ſeu moribus utentium approbatæ, quam aliis quibuſcunque Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non Statutis, conſuetudinibus, & Ordinationibus Ordinariorum, Provincialium, Metropolitanorum, & Cathedralium Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum ejuſdem Ordinis ſeu Religionis, vel etiam per quoſcunque veſtrum priùs forſan factis, vel ordinatis, præſentium ſortaſſis confirmationis, colligationis, conſtitutionum, privilegiorum noſtrorum tenori contrariis, juramentis, pactis, votis, confirmationibus Apoſtolicis, aut quibuſvis firmitatibus aliis roboratis, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, eorum effectus impediri valeat, & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda ſit in litteris noſtris mentio ſpecialis. A quibus nec non juramentis & votis hujuſmodi (in quantum præmiſſis obviant) ac etiam Synodorum viſitationibus (illis exceptis qui in Parochialibus Eccleſiis reſident) vos omnes & ſingulos tenore præſentium abſolvimus, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

Verum etiam quia ſicut aſſeritis, præmiſſam pro majori parte vobis retroactis temporibus, per eos qui tempore ſchiſmatis pro Romanis Pontificibus ſe gerentes, ſeu eorum Legatos, aut locorum Ordinarios ipſo durante ſchiſmate, conceſſa fuerint, volque multa ex ipſis (occaſione conceſſionum hujuſmodi) exercuiſtis uſque nunc, ac timeatis ipſos Legatos ad ſingula talia, poteſtatem ſufficientem non habuiſſe, ſeu Ordinarios de ſuâ ordinariâ poteſtate, ea facere non potuiſſe: nos volentes in hoc veſtras ſerenare conſcientias, omnia & ſingula per vos talium occaſione conceſſorum, aliàs tamen ritè geſta & facta, Auctoritate Apoſtolicâ prædictâ, ratificamus & approbamus.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſuppletionis, conjunctionis, colligationis, conceſſionis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, conſtitutionis, prohibitionis, decreti, inhibitionis, extenſionis, reſervationis, abſolutionis, & ratificationis infringere vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Florentiæ quintodecimo Calend. April. Pontificatûs noſtri anno tertio, ſcilicet anno Domini M. CCCC. XX.

(1) Winossem, primarium hujus Congregationis Cœnobium, à quo & ipſa nomen deſumpſit, ejuſque Prior eo ipſo erat totius Congregationis Windeſemenſis Generalis, donec circa an-

num 1580 per hæreticos devaſtatum annihilatumque fuit Cœnobium. Situm erat prope Swollam in Tranſiſalania, apud Batavos, in Diœceſi Daventrienſi.

(2) EEMSTEYN, Prioratus S. Salvatoris prope Dordracum in Hollandia, ſub Diœceſi Ultrajectina. Profeſſionem Monaſticam hìc olim emiſit celeberrimus Vir Deſiderius Eraſmus, Roterodamenſis.

(3) NOERTHOERN, alìs Prioratus Novæ lucis B. M. V. ſitus prope Hornam in Hollandia, Diœceſis Harlemenſis; anno 1573 ab Iconoclaſtis deſtructus.

(4) VIRIDIS VALLIS, Prioratus in Sylva Soniæ, duobus à Bruxella milliaribus, loco amœniſſimo ſitus. Fuerat in ſuo exordio ab anno 1304 Cella ſeu Cluſa unius Eremitæ; ut patet ex Diplomatibus à Miræo allegatis pag. 779 & 780. Floruerunt illìc viri Sancti, Joannes Ruybrochius ſcriptor extaticus & Joannes de Leeuwis, dictus *Coquus Bonus*; de quibus conſule Miræum & Molanum in Faſtis SS. Belgii.

(5) RUBEA VALLIS, S. Paulo ſacer, Prioratus alter in Sylva Soniæ, primo à Bruxella lapide, amæno ſitu priori non inferior. Litteras fundationis ejus vide pariter apud Miræum pag. 1020 & 1023.

(6) KORSENDONCK, Prioratus in Campinia Brabantina, haud procul à Turnhauto Oppido; de cujus Fundatione itidem conſule Miræi Diplom. pag. 893.

Priores Generales Capituli, ſeu Congregationis Windeſemenſis.

Horum Series exhibetur in Notitia Epiſcopatûs Daventrienſis, editâ per Hugonem Franciſcum Heuſſenium in Hiſtoria Epiſcopatuum Belgii Fœderati, Lugduni Bat. anno 1719 Tomo II. Sed cum ſeries eorumdem Priorum Generalium foret tantum uſque ad annum 1650 producta, eandem hìc accuratiorem deduco, ab excidio Prioratûs Windeſemenſis, ex quo Priores iſti è diverſis aliis Monaſteriis eligi cæperunt, uſque ad hæc noſtra tempora.

I. *Martinus Lentius*, Prior Curiæ Marianæ, ſucceſſit anno 1573 Walthero à Wencheru ultimo Windeſemenſis proto-Cœnobii Priori: deceſſit anno 1603.

II. *Michael de Ridderc*, Rhodienſis, Prior S. Pauli in Rubea Valle juxta Bruxellam, obiit anno 1607.

III. *Michael Caers*, è Canonico profeſſo Rubeæ Vallis, electus Prior Canonicæ SS. Corporis Chriſti Coloniæ, ac dein Generalis. Obiit anno 1613.

IV. *Wernerus Titianus*, Prior B. M. V. Noveſienſis prope Coloniam, devixit anno 1615.

V. *Albertus Luckenius*, Prior SS. Corporis Chriſti Coloniæ, munus Prioris Generalis dimiſit anno 1620.

VI. *Paulus Schoof*, Bruxellenſis, Prior Rubeæ Vallis, obiit anno 1626.

VII. *Joannes Schurzius*, Prior S. Joannis Baptiſtæ Aquiſgrani Diœceſis Leodienſis poſtea, Prior S. Meynulphi in Bodiken Diœceſis Paderbornenſis, electus Generalis anno 1626.

VIII. *Guilielmus ab Herckenrode*, Prior Canonicæ Paſſionis Chriſti & B. Mariæ Tungris in Diœceſi Leodienſi, electus Generalis anno 1632.

IX. *Joannes Smiſman*, Bruxellenſis, Prior Rubeæ Vallis, electus Generalis anno 1634 obiit anno ſequente.

X. *Michael Glaeſer*, S. Theologiæ Doctor Colonienſis, ibique Prior Canonicæ SS. Corporis Chriſti; obiit anno 1642.

XI. *Joannes Bernardi*, è Præſide Collegii Canonicorum Regularium Lovanii, Prior Sylvæ Domini Iſaac juxta Sylvam Soniæ, dein Generalis electus, obiit 30 Junii 1651 ætatis 69. Prioratûs 29 General. 9.

XII. *Adolphus Kuſen*, Prior B. M. V. Noveſienſis, Obiit anno 1654.

XIII. *Petrus Parys*, Bruxellenſis, S. T. L. Prior Viridis Vallis juxta Bruxellam, obiit anno 1656.

XIV. *Petrus à Sancto Trudone*, Lovanienſis, S. T. L. Prior ad Sanctum Martinum Lovanii, obiit anno 1659.

XV. *N. Sekelenius*, Prior S. Petri Daelhemienſis, Diœceſis Paderbornenſis, obiit anno 1677.

XVI. *Auguſtinus Cloſſet*, Leodius, Prior ad S. Leonardum Leodii, vitâ functus anno 1690.

XVII. *Joannes de Zallet*, Prior B. M. Noveſianus juxta Coloniam, obiit anno 1704.

XVIII. *Petrus Joſephus Du Mont*, Bruxellenſis, Prior Rubeæ Vallis mortuus anno 1712, Generalatûs 9 Prioratûs 18.

XIX. *Bernardus Goeken*, Canonicæ Georgio-Montanæ, vulgo *Granus-Hoff*, in Diœceſi Hildeſienſi præpoſitus nec non Epiſcopi Hildeſienſis Theſaurarius ac Conſiliarius, Obiit anno 1726.

XX. *Auguſtinus Schepers*, Tungrenſis, S. T. L. Prior S. Joannis Baptiſtæ Aquiſgrani, electus Generalis Congregationis Windeshemenſis per utramque Germaniam, anno 1727.

CAPUT CLIX.

Philippus Bonus Comes Flandriæ conſtituit anno 1421, quod omnia Officia in Comitatu Namurc. conferri debeant Flandris aut Namuranis.

Ex Archivis Magiſtratus Namurc.

PHilippe Duc de Bourgogne Comte de Flandres, d'Artbois, & de Bourgogne, Palatin Seigneur de Salins, & de Malines, ſçavoir faiſons à tous preſens & à venir, que comme au Traité du Vendage & Tranſport, que notre tres Cher & amé Couſin Meſſire Jehan de Flandres Comte de Namur & Seigneur de Bethunes nous à fait de ſa Comté de Namur & de ſes autres Seigneuries & Terres ait été accordé, que ledit Pays de Namur, les Chatels, Prevoſté, & Terre de Poilvache, & le droit que notredit Couſin de Namur a, ou peut avoir es dixſept Villes, dont queſtion ou debat a aucune fois été entre

de

du Pays de Liege & les Comtés de Namur ſeront & appartiendront heritablement à Nous & à Nos hoirs & Succeſſeurs Comtes ou Comteſſes de Flandres, & non à autres; ſans jamais être ſeparé de notredit Comté de Flandres. Et ne pourrons nous ni noſdits hoirs Comtes ou Comteſſes de Flandres mettre ou inſtituer audit Pays de Namur aucuns Officiers notables, comme Gouverneurs, Capitaines, Chatelins, Bailliſs, Receveurs ou Mayeurs, s'ils ne ſont Namurois ou Flamens natifs dudit pays de Namur ou de Flandre, ou ayans grandes parties de leurs terres & Heritages dans aucuns d'iceux pays de Namur & de Flandres. Et que de ce nous baillerons nos Lettres patentes ſeellées de notre Seel en laz de ſoye & cire verd à chacun deſdits pays de Namur & de Flandre. Pour ce eſt-il, que nous deſirans accomplir les points dudit Traité tenans l'annexion & tout ce qui eſt contenu en la clauſe deſſuſtranſcrite agreable, & icelle voulons, ordonnons & permettons par ces preſentes pour Nous, nos Hoirs & Succeſſeurs Comtes & Comteſſes de Flandres perpetuellement garder, obſerver & entretenir, ſans jamais faire ou aller en aucune maniere au contraire. Et afin que ce ſoit ferme choſe & ſtable à toûjours mais, nous en temoins de ce avons fait mettre notre Seel à ces preſentes, ſauf en autre choſe notre droit & l'autrui en toutes.

Donné en notre Ville de Gand au mois d'Avril l'an de grace mille quatre cent vint & un aprés Paſques.

CAPUT CLX.

Eugenius IV. Pontifex confirmat anno 1435 fundationem Sacelli & Hoſpitalis de Jeruſalem Brugis, per Nobilem Familiam de Adornes; quod Templum quoad dimenſiones omnes atque ſtructuram Sepulchro D. N. J. C. Jeroſolymitano ſimillimum viſitur.

Ex Archivis Epiſcop. Brug.

EUgenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Decano Eccleſiæ ſancti Donatiani Brugenſis Tornacenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad ea libenter intendimus, quæ tam locorum Eccleſiaſticorum & perſonarum in eis degentium, quam illorum, qui ſincerè videntur illis exhibere pietatis effectum utilitatibus, & ad perſonarum earumdem ſalutem atque pacem, fore conſpicimus opportuna.

Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, nobilium virorum Petri & Jacobi Adornes fratrum, habitatorum oppidi Brugenſis Tornacenſis Diœceſis, petitio continebat, quod cupientes terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna fælici commercio commutare, Capellam Sancti Sepulchri Jeruſalem infra metas Parochialis Eccleſiæ ſanctæ Crucis extra muros dicti oppidi, cum uno campanili, de licentiâ Sedis Apoſtolicæ fundaverunt & erigi fecerunt; ac illam cum auxilio nonnullorum aliorum Chriſti fidelium pro duobus Capellanis inibi Miſſas ſingulis diebus celebrantibus ſufficienter dotaverunt, nec non in quodam Hoſpitali per dictos nobiles ibidem conſtructo duodecim pauperes mulieres honeſtas, ibidem perpetuò Domino famulantes, ordinaverunt. Ac pro illarum victu nonnulla bona conſtituerunt, ac quoddam Sepulchrum nonnullaque alia inſignia Paſſionis Domini noſtri J. C. Myſteria fecerunt in dicta Capella figurari.

Et præterea dicti nobiles pacem & ſalutem habitantium in eadem ſingulariter affectantes, pro evitandis ſcandalis & contentionibus, quæ occaſione oblationum in dicta Capella obvenientium inter Rectores dictæ Parochialis Eccleſiæ, quæ per duos Rectores gubernari conſuevit, ac Cappellanos Capellæ hujuſmodi poſſent veriſimiliter oriri, cupiant dictis oblationibus ipſis Capellanis remanentibus, certam pecuniæ quantitatem eiſdem Rectoribus annis ſingulis in certo termino per eos aſſignari; quodque ſupra-dicti nobiles, Capellani & mulieres, ne extra habeant vagandi materiam, in dicta Capella confiteri & Eccleſiaſtica Sacramenta recipere & corporum ibidem poſſent eligere ſepulturam.

Quare pro parte Nobilium præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſa ſibi concedere, & de illis providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui pacem & ſalutem ſingulorum intenſis deſideriis affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Nobilibus & pro tempore ibidem exiſtentibus mulieribus peccata quæ commiſerunt, eiſdem Capellanis, quoties fuerit opportunum, confitendi, & dictis Capellanis illos à peccatis ipſorum, dummodo talia non forent, propter quæ Sedes Apoſtolica merito ſit conſulenda, abſolvendi, & illis pro modo culpæ ſalutarem pœnitentiam injungendi, ac in præfata Capella Sacramenta hujuſmodi recipiendi, & eorum ſepulturam eligendi Authoritate noſtrâ facultatem largiaris.

Et nihilominus ad evitandas contentiones prædictas, eiſdem Rectoribus & eorum Succeſſ

ſoribus pro oblationibus in dicta Capella obvenientibus, pro tempore per eoſdem Capellanos ad eorum ibidem Succeſſores perſolvendam recompenſam; de qua ſicuti coram te inter eoſdem Rectores & Capellanos ſemel conventum extiterit, conſentire & aſſignare, ac dictis Capellanis eaſdem oblationes pro dicta recompenſa recipere ac in eorum uſus applicare, liberè & licitè valeant, concedere eâdem Authoritate procures; jure tamen prædictæ Parochialis Eccleſiæ alias, & in omnibus ſemper ſalvo; non obſtantibus Conſtitutionibus quibuscumque.

Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto, tertio Idus Julii, Pontificatûs noſtri anno quinto

CAPUT CLXI.

Boxtella, Oppidulum Brabantiæ in Diſtrictu, vulgò Majoratu Sylvæducenſi, olim S. R. I. Feudum, annectitur Ducatui Brabantiæ, anno 1439.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter. Amen.

Per hoc præſens publicum Inſtrumentum curctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo tr geſimo nono, Indictione ſecundâ, menſis Februarii die decimâ octavâ, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri Domini Eugenii Papæ IV, anno ſuo nono, in mei Notarii publici & teſtium infra ſcriptorum, ad hoc vocatorum ſpecialiter & rogatorum præſentia perſonaliter conſtituta Nobilis & egregia Domina Eliſabeth de Boxtel Leodienſis D œceſis, Contboralis Nobilis Viri Domini Walteri Bau, Domini temporalis de Vremden juxta Ranſt, Militis, Cameracenſis Diœceſis, aſſeruit quod poſt deceſſum ſeu mortem quondam Domicelli Johannis de Boxtel ſui Fratris legitimi, Domini, dum vixit, temporalis de Boxtel, idem Dominium eum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis ad ipſam, tamquam ad proximiorem hæredem, extitit devolutum, & quod idem Dominium cum ſuis pertinentiis à Sereniſſimo Romanorum Imperatore ſeu Rege in feudum dependeat immediatè, & quòd ob hoc ipſius Feudi Inveſtituram ab ipſo Sereniſſimo Romanorum Imperatore ſeu Rege recipere & eidem juramentum fidelitatis præſtare tenetur.

Sed cum in præſenti, ut ipſa aſſeruit, non ſciatur quis ſit Romanorum Rex vel Imperator, & ut de ea non dicatur quod ſit negligens de hujuſmodi Feudi Inveſtitura, ut non etiam ab aliis præveniatur, ideirco dicta Domina Eliſabeth dixit ſe eſſe & ſore paratam, hujuſmodi Inveſtituram ab Illuſtriſſimo Principe, & Domino Philippo Duce Burgundiæ & Brabantiæ, ſub cujus & Patriæ Brabantiæ territorio idem Dominium ſit ſitum, recipere & fidelitatis juramentum præſtare, in quantum idem Dominus Dux Brabantiæ habeat auctoritatem ipſam Dominam Eliſabeth in dicto Dominio & feudo inveſtiendi, & juramentum fidelitatis præſtandum deſuper recipiendi.

Proteſtata tamen fuit ſolemniter dicta Domina Eliſabeth, quod ſcilicet in quantum dictus Dominus Dux non habuerit hujuſmodi auctoritatem, quod tunc per hujuſmodi Inveſtituram ejuſdem Feudi vero Domino, ſcilicet Romanorum Imperatori ſeu Regi nullum velit facere præjudicium, ſed ſemper cum idem Romanorum Imperator ſeu Rex ad partes propinquas declinaverit, ab eodem dicti feudi & Dominii de Boxtel inveſtituram recipere & eidem fidelitatis juramentum ſolitum præſtare erit parata. Et ſub hujuſmodi proteſtatione, & non aliàs, jam dicta Domina Eliſabeth ab eodem Domino Duce, ſeu ejus locum tenente in hoc, hujuſmodi Dominii & Feudi inveſtituram recepit & fidelitatis præſtitit juramentum.

Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis ſupradicta Domina Eliſabeth ſibi fieri petiit & inſtanter requiſivit per Notarium publicum ſubſcriptum, publicum Inſtrumentum ſub aſtantium teſtimonio perſonarum.

Acta fuerunt hæc Vilvordiæ in Domo inhabitationis Villici Vilvordienſis in Falcone, anno, indictione, menſe, die, & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus tunc ibidem Ægidio de Aſſche, Johanne Colen, & Domicella Margareta de Bobbelim, venerabilis Curiæ Brabantiæ Paribus, teſtibus, Cameracenſis Diœceſis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

BOXTEL. Municipium Brabantiæ, in Tractu ac Diœceſi Sylvæducenſi, de quo, uti & de Capitulo Canonicorum ibidem in honorem S. Petri fundato anno 1493 per Henricum de Ranſt Dominum de Boxtel ejuſque conjugem Henricam de Haeſten, vide Diploma apud Miræum pag. 466 & ſequentibus.

Vide itidem apud Miræum ſeriem antiquorum atque præſentium Baronum ac Dominorum Boxtellæ, qui modo ſunt ex Familia Hornana.

Quod autem Boxtella olim eſſet Feudum S. R. I. patet ex Diplomate Caroli IV. Cæſaris, quo confirmavit anno 1356 idem Dominium Theodorico Merheym Militi, & Mariæ de Boxtel ejus conjugi. Extat apud Miræum pag. 782.

CAPUT CLXII.

Chriſtina de Franckenberghe Abbatiſſa ac Domina illuſtris Collegii Nobilium Canonicarum Nivellenſium, emit à Guilielmo de Aſcha Præpoſito Eccleſiæ Sti. Petri Lovanii omnes hereditates ſpectantes ad Curtim de Roſeto ſub Dominio Joannis de Limellette, ad fundandam Abbatiam de Nizella Religioſorum Ordinis Ciſtercienſis in Gallo-Brabantia, anno 1439.

Ex Archivis Abbatiæ Walteri-Braniæ.

*Sachent tous chils, qui ces preſentes Lettres vieront & oront, que par devant Nous Mayeur & les Tenables de le Court de Jehan de Limellette (1) Eſkuwyr, & les Eskivins de Watibrayſne deſſoubz Madame l'Abbeſſe, nous preſents par ces comme nparſtient, ſe comparut perſonnellemen Noble homme Guillaume d'Aſque (2) Eskuwyr, Prevoſt de Se. Pierre de Louvaing, pour le temps, liquelu cogneuſt de ſen greit & de pure & franche volonté ſans forche & ſans conſtrainte nulle en point, en temps, & en lieu, que bien le pourroit faire, qu'il avoit vendu parmy certain juſte & loyaul prin, de coy il ſe tennet pour ſols, comptens & payez, à haulte & Noble Dame Chreſtienne de de Francqueberghe (3) Dame de Nivelle, & à ſen Mambour, qui livrée ly fut, par loy qui le cogneurent avoir acheteit à eulx * de l'Egliſe de Notre Dame de (4) Nizelle & des Religieux prophez & reſidents en ychelle en temps advenir de l'Ordene de Chiſtiaulx, tous les heritaiges appartenants à la Maiſon du Rouſoit, ſy loing & ſi larghe qu'il ſe contiennent & eſtendent giſſant en le Parroiche de (5) Watibrayſne ſi avant en les tierres de Jehan de Limelettes, n teil Cens, à teil Rentes, que ſy heritaiges, dent ſans maiſe acquiſition, aux uz & Coſteumes dou lieu & aveugneus, & aultres pluſieurs heritaiges & fiefs deſſoubs pluſieurs Seigneurs : de coy Chirographes s'apperrons.*

* Lat. ad uſum.

Deſquels heritaiges deſſus-dits, cy-deſſus-dit Guillaume d'Aſque en fiſt conceſſion, & s'en desheritaſt bien & par loy à l'enjeignement des Tenables & Eſchevins, & en raportant les heritaiges en la main den Mayeur, pour & au nom de l'Egliſe, Religieux & prophez deſſus-dits; & les quittat, werpiſt, & feſtuent, une fié & aultre, & l'che ſy avant, que loyx porte, & ſauf tous droits, & la endroit, en le preſence de nous en fut defiré bauderier. comme loys vieſtit, pour & au nom de l'Egliſe, Religieux prophez deſſus-dits, adheriteis des deſſus-dits heritaiges, bien & par loy, à l'enjeignement des Tenablet & Eskevins, pour tunir, jouyr, & poſſeſſer ychelle dicte Egliſe & Religieux deſſus-dits à toujours heritablement Et de ce fut le Seigneur bien ſervis, & les dreictures bien payées.

A ces ouret & conventions faire & paſſer bien & à loy, furent comme Tenables à Jehan de Limelette, Jehan Mourial, & Jehan Wiſtebor. Et comme Eskevins & Watibrayſne, à Madame l'Abbeſſe deſſus-dicte, Guillaume Loy, & Jehan le Hongre. Et ſy fut comme Mayeur Jehan de Limelettes defiré bauderier : qui tout ce que dict eſt par deſſus miſt en le warde & en le retenanche des Tenables & Eskevins de le Court deſſus dicte.

Che fut fait en l'an de grace, mille quatre cens & trente-neuf, le VIII. jour du mois d'Aouſt.

(1) JOHANNES DE LIMELLETTE. Toparcha hujus loci, qui ſitus eſt in Gallo-Brabantia, juxta Nivellam, ſub Diœceſi Namurcenſi : de quo vide Gallo-Brabantiam Baronis le Roy.

(2) GUILIELMUS DE ASCHA, Vir Nobilis, Præpoſitus Eccleſiæ D. Petri Lovanii, qui & fuit eo titulo primus Cancellarius Univerſitatis Lovanienſis anno 1426 per Martinum V. Pont. ad inſtantiam Joannis IV. Brabantiæ Ducis erectæ.

(3) CHRISTINA DE FRANCKENBERGHE, Abbatiſſa ac Domina Nivellenſis, quod eſt illuſtre XL. Nobilium Canonicarum ſæcularium Collegium in Gallo-Brabantia, ſeptem à Bruxella milliaribus, olim à Sancta Idaberga Pipini Landenſis matre fundatum, quæ filiam ſuam S. Gertrudem primam illic Abbatiſſam præfici curavit.

(4) NIZELLA, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Namurcenſi, ſeſqui-milliari ab Oppido Nivellenſi, primariam ſuam Fundationem debet præfatæ Abbatiſſæ Nivellenſi, quæ primos ejus Religioſos ex Abbatia Molinienſi in Namurceſio evocari curavit.

Alius Nizellenſis Cœnobii benefactor principalis fuit Joannes Toparcha de Huldeberghe, Opphain & Bois-Seigneur Iſaac, qui & fundavit vicinum Monaſterium illius nominis, ac moriens anno 1458 Nizellæ ſepultus fuit : uxor autem ejus Maria de Boulers anno 1460 ſepulta in choro Eccleſiæ Sylvæ Domini Iſaaci.

(5) WAUTIERATNS, Latinè Waltheri-Brania in Gallo-Brabantia, in quo loco ſita eſt Abbatia Monialium Ciſtercienſium; de cujus fundatione vide ſupra pag. 599.

CAPUT CLXIII.

Maria Burgundica, Belgarum Princeps Abbatiam B. M. de Pratis Monialium Ordinis Ciſtercienſis, transfert Duacum anno 1477 eique donat domicilium antiquarum Begginarum Duacenſium.

MAria Dei gratiâ Duciſſa Burgundiæ, Lemburgii, Luxemburgii, & Guelriæ; Comitiſſa Flandriæ, Arteſiæ, Burgondiæ, Palatina Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurciæ, Zutphenniæ, Marchiſſa Sacri Imperii; Heroina Friſiæ, Salinæ, & Mechliniæ, omnibus has Litteras viſuris ſalutem.

Cum ob factiones, & calamitates belli in hac regione graſſantis, ac in Comitatu Arteſiæ, atque in cæteris ditionis noſtræ Provinciis, providendum nobis ſit, ne quid detrimenti capiat Duacena urbs noſtra, & noſtri fidi amici ſubditi, ſi fortaſſe boſtes oppidum illud obſidione cingerent; denique ad majorem totius territorii tuitionem; habito ſuper hac re maturo judicio, in majus commodum ipſius oppidi, vicinorumque locorum utilitatem, Clauſtrum, infirmaria, atque ſepta totius Monaſterii Dominæ noſtræ Pratenſis, Ordinis Ciſtercienſis, ſiti apud Duacum, (quod fundatum, atque humano commercio à noſtris Majoribus Comitibus, & Comitiſſis Flandriæ exemptum fuerat) ſolo æquata fuerint.

Et ſi iſte perſiſtat tumultus bellicus, atque devaſtatio hoſtilis; neceſſe erit, etiam templum dictæ Abbatiæ diruere, præſertim etiam nunc cum eò redactum ſit, ut Sanctimoniales ceterique Eccleſiæ miniſtri ibi non queant commodè habitare, atque horarias preces perſolvere; unde ipſius Monaſterii locus planè deſertus relinquitur: eam ob rem æquum eſt, ac divino honori omnino congruum, quo penſum horariarum precum ab ipſis Sanctimonialibus indies abſolvatur, ut eis de alio loco & habitatione providemus.

Notum itaque ſit omnibus, quod nos, volentes, ac deſiderantes, ut divinum obſequium continuetur, magiſque augeatur, quam ex parte minuatur, ſicque & Nos & noſtri Succeſſores piarum precum & orationum, quæ ibidem ad Deum funduntur, ab ipſis Monialibus, ſimus participes: atque ſuper hac re habito conſilio intimorum ac fideliſſimorum amicorum, Herois Fiennenſis conſanguinei noſtri, atque Petri de la Vacquerie Sub-Præfecti noſtri Gubernatoris Inſularum atque Duacenſis; nos, inquam, proprio motu, ac ſcientiâ atque auctoritate, liberâque poteſtate, ſupradictis Religioſis, earumque deinceps Succeſſoribus concediſſimus, & tradidimus, atque hiſce præſentibus concedimus ac damus locum, ſeu territorium Beghinarum, domumque Hoſpitalem, ædificia, ac denique integrum circuitum, atque territorium totius Beghinaſii; quod ſitum eſt in ambitu, ac ſeptis oppidi noſtri Duaceni, vocantque * campum floridum.

* id eſt. Camp-ſleuri.

Hunc itaque locum ac Hoſpitale Beghinarum, feudum, ac proprietatem omnem, uti nunc extenditur, ac clauditur, ita ut nihil omnino dematur, aut excipiatur ex omnibus chartis, Privilegiis, juribus, reditibus, poſſeſſionibus, annuiſque penſionibus, annuiſque penſionibus ad dictum Xenodochium & Beghinaſium pertinentibus, in quibuſcunque locis conſiſtant, ab omni humano jure libera, vel non libera; hæc, inquam omnia etiam nunc tradimus; atque per traditionem harum præſentium in poſſeſſionem inducimus atque collocamus ſupradictas Abbatiſſam & Moniales, ut ipſæ, earumque Succeſſores ac miniſtri Eccleſiæ ipſarum hæreditariè poſſideant perpetuò, & in æternum; utque ibidem conſiſtant, habitent, ædificent, divinumque peragant ſervitium, ac reliquum vitæ illic peragant cum omni pietate & religione, juxta præſcriptum Ordinis illarum.

Inſuper noſtram agentes gratiam, ad perpetuam rei memoriam, ac in compenſationem ac remunerationem dictæ vaſtationis; volumus, ut nomen Beghinarum & Campi Floridi ipſarum illic omnino abrogetur, ac exſtinguatur, atque in præſentiarum abrogamus; ac volumus, ut in poſterum vocetur locus, Eccleſia & Abbatia noſtræ Dominæ à Pratis, in utilitatem dicti Monaſterii, & ipſarum Abbatiſſæ & Monialium.

Hæc ut conſtitueremus, nos movit ipſius Abbatiæ prioris dejectio. Ad hæc conceſſimus, in favorem dicti obſequii, & ipſarum Monialium, in augmentum nominati loci recens erecti, ut ſuprà dictum eſt, ut omnes earum agri, poſſeſſiones, redditus, uſus, privilegia, jura, aſyla, dominia, libertates, quibus gaudent; & quæ ad eas ſpectabant, ipſo die vaſtationis, ſub titulo prædictæ Abbatiæ ſuæ, aut alias quocunque modo, & cujuſvis reſpectu, aut ad quævis loca ſpectent, aut comprehendantur, cum omnibus juribus & appenditiis, ea, inquam omnia ipſæ Moniales accipiant, atque recipiant; vel per ſuos commiſſarios, vel officiales recipienda procurent, fines, redditus, & penſiones, in commodum

modum & utilitatem ipſarum ac Eccleſiæ novæ earumdem, ac locis, unà cum redditibus ac poſſeſſionibus, fundis, proprietate, aliiſque rebus, quæ ante hanc remunerationem debebantur dicto loco Beghinarum : atque hæc omnia io uno collocamus, liberaque ab omni jure humano etiam nunc reddimus, nunc pro tunc, & tunc pro nunc, ad uſum-fructum & utilitatem ipſius Eccleſiæ, ſupradictarumque Religioſarum, ac eis ſuccedentium.

Volumus itaque, ut hæc omnia ipſis cedant, tanquam in jus Eccleſiæ, utque res Deo dicata, & ipſi Eccleſiæ : atque hoc jus emortui mancipii ex omni parte, & quam commodiſſimè fieri poterit, atque in majorem earum utilitatem ipſius novellæ Eccleſiæ à Pratis, volumus, ac promittimus, ratum habere, & ut ratum firmumque executioni mandare in perpetuum ſine ulla injuria.

Inſuper præter hæc, quæ dicta ſunt, volumus, ac damus facultatem ac licentiam ipſis Abbatiſſæ ac Religioſis, ut veniant in eovam ſuam Abbatiam & Eccleſiam, ſortituræ ibidem ſedem ſuam habitationemque in perpetuum.

Itemque ruderа, ruinæ, macеria, ædificia, ſuppellex, aliæque res ſuperioris Templi ac loci vaſtati, cedant in earum utilitatem, ut convertantur & applicentur & accommodentur loco novello, aliiſque ædificiis ac reſtitutioni, operibuſque neceſſariis & utilibus erigendæ habitationis, atque augendæ novæ Eccleſiæ, & loci.

Attamen ipſis Beghinis, quæ ibidem reſident in præſentiarum, liberum erit illic permanere & conſiſtere, quibus ſuppeditabuntur alimenta more ſolito, quamdiu dumtaxat ſuperſtites erunt.

In poſterum autem nullæ novæ admittentur Beghinæ ; ſed unaquaque moriente, ejus Præbenda ad Monialium Ciſtercienſium utilitatem convertetur. Salvo etiam jure Parochiæ, quali jure cum ratione conjuncto debebatur ; eâ etiam conditione, ut obligentur ſuis expenſis Sanctimoniales Ciſtercienſes proſequi ac obtinere à Sede Apoſtolica, & aliis, ad quos ſpectat, ſuæ Eccleſiæ tranſlationem.

Inſuper infra annum proximè venturum, à Patre Abbate ſuo reformari, includi, conſtringi, atque omoinò à cæterorum hominum contubernio ſeparari, exceptis iis, qui ſunt ſuæ Eccleſiæ, ac Monaſterii, obligentur.

Ipſam verò Abbatiam, Eccleſiam, Abbatiſſam, Sanctimoniales, Officiales, familiares, villicos, domos, agros, poſſeſſiones, ac quæcumque bona ſub noſtra protectione ac tuitione ſpeciali accipimus & collocamus, unà cum eorum perſonis, & conſervatione jurium ipſorum &c.

In quorum omnium teſtimonium juſſimus Sigillum noſtrum his Litteris appendi, datis in Brugenſi noſtra Civitate XII. die Aprilis anno gratiæ milleſimo quadringenteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo poſt diem Paſchæ.

CAPUT CLXIV.

Innocentius VIII. Papa anno 1490 condemnat ſententiam quorumdam Religioſorum, qui Tornaci docuerant Parochianos nunquam teneri Paſtoribus confiteri, neque veniam petere ut aliis confiteantur.

Ex Archivis Epiſcopatûs Tornacenſis.

Dilecto filio Officiali Tornacenſi, Innocentius Papa VIII. Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Fide dignorum relatione, nobis nuper innotuit, quod nonnulli verbi Dei prædicatores, Parochianos Parochialium Eccleſiarum, Civitatis & Diœceſis Tornacenſis, ne ſemel in anno earumdem Eccleſiarum Rectoribus, eorum peccata confiteantur & abſolotionem percipiant, ab iiſdem diverſimodè, in eorum ſermonibus ad populum, perſuadere : & eos ad id non teneri, publicè prædicare, io proximâ præcedenti Quadrageſimâ non formidarint, adeo ut Eccleſiarum earumdem Rectoribus contrarium aſſerentibus ex ejuſmodi eorum prædicationibus ſcandala in mentibus eorum ſint exorta : nonnulli propterea ab aſſumptione Sacramenti Euchariſtiæ duxerint abſtinendum.

Ne igitur ejuſmodi ſcandala propterea invaleſcant, volumus, ut iiſdem & univerſis Dei prædicatoribus qui pro tempore erunt in Civitate & Diœceſi prædictis, Auctoritate noſtrâ inhibeas, ne de cætero, talia prædicare, neve Parochianos à confitendo eorum peccata Rectoribus prædictis abſtrahere & eoſdem ad id non teneri, prædicare præſumant ; ſub pœnarum, de quibus tibi videbitur, comminatione.

Et inhibitioni hujuſmodi poſtmodum non parentes, opportunis remediis inducas : quocumque exceptionis privilegio (quod eis nolumus ſuffragari) non obſtante, & quibuſcumque appellatione remotâ.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die XXVII. Julii M. CCCC. XC. Pontificatûs noſtri anno ſexto.

CAPUT CLXV.

Franciſca Luxemburgica, Uxor Philippi Clivii, Ravenſteinii ac Winendaliæ Domini, fundat ac dotat anno 1499 Monaſtrium Sororum tertiæ Regulæ S. Franciſci in Oppido Ardemburgenſi juxta Brugas, commutato in hoc opus Begginagio. Quæ Moniales hodie Pœnitentes Ardemburgenſes appellantur, ac Brugis habitant. Fundationem confirmat Petrus Quicke Tornacenſis Epiſcopus.

Ex Archivis Epiſcopatûs Brugenſis.

Niverſis præſentes Litteras inſpecturis,(1) Petrus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Toroacenſis, ſalutem in Domino. Paſtoralis officii noſtri debitum tunc exercere credimus, cum talibus intendimus, per quæ ſtatus vigeat Religionis & Regularum obſervantia proſpera ſumat incrementa.

Sane pro parte Illuſtris Dominæ, D. Temporalis de (2) Raveſtain, quæ ad domum ſive locum, dudum & antiquitus Begginagium Parochiæ Sti. Bavonis Ardemburgenſis, noſtræ Diœceſis vulgariter appellatum, (quam domum & locum cum ſuis ſtructuris & ædificiis ab Illuſtriſſimo Domino, Domino Philippo Archiduce Auſtriæ, Duce Burguodiæ &c. Comite Flandriæ &c. ut in eadem ſancta quædam ac devota Religio Sororum tertii Ordinis S. Fraociſci de Pœnitentia nuncupati, inſtitui & ordinari poſſet, ſibi dari atque gracioſè concedi obtinuit) ſingularem gerit devotionis affectum, Nobis exhibita petitio continebat;

Quod cum in eadem Domo ſive loco priſtinis temporibus, & uſque in diem hodiernam nonnullæ mulieres ſive Sorores, *Biguttæ* apud vulgares nuncupatæ, abſque votorum Religionis emiſſione & in commuoi vivendo inſimul refederint, ipſaque Illuſtris Domina Domum hanc, quam Religioni plurimum ydoneam & accommodam videt, in melius reformari cupiens, nec non Domoi St. Katharinæ Sororum Tertii Ordiois Sti. Franciſci de Pœoitentia nuncupati, Oppidi Gandenſis noſtræ Tornacenſis Diœceſis, de quibus laudabilia prohibeutur Religionis teſtimonia, in omnibus couformari deſideret & ſummopere affectet; eadem Domina, ut qoatuor aut quinque ex Sororibus Profeſſis prædictæ Domûs Stæ. Katharinæ ad Domum ſive locum hujuſmod, quondam Begginagium, ſe trausferre poſſint illic moraturæ, & Religionem Sororum tertii Ordinis hujuſmodi, ut præmittitur, adinſtar & ſimilitudinem Domûs Religionis & Ordinis prædictorum de novo erecturæ & ordinaturæ. Quodque dictæ Sorores profeſſæ poſtquam domum hujuſmodi ingreſſæ fuerint, alias ibidem Sorores de ſæculo venientes, cum conſilio Viſitatoris & Mioiſtri earum recipere valerent, quæ unà ſecum inibi Altiſſimo jugiter adhærere & famulari volentes, in communi, ſine proprio, conventualiter cohabitarent, communitatem ſervarent, & ſe omnino regolari vitæ conformarent. Tria quoqoe ſubſtantialia Vota Religionis, obedientiam videlicet, caſtitatem & paupertatem voluotariam, citra tamen mendicitatem publicam, ſolemniter & expreſſè voverent, emitterent & profiterentur; retentis ſibi donationibus & conceſſionibus eis pro tempore à Chriſti fidelibus factis & faciendis: ſi ad hæc cooſenſus noſter, licentia quoque, facultas & authoritas à nobis interveniret.

Super quibus Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eis in hac parte de gratiâ noſtra providere vellemus.

Nos igitur, Petrus Epiſcopus, piis votis & ſupplicationibus hujuſmodi favorabiliter inclinati, de aptitudine & ydoneitate loci ſupradicti, quondam Begginag i prædicti, & quod idem locus ſive domus cum ſuis ſtructuris & ædificiis eiſdem Ordini & Religioni per præfatum Illuſtriſſimum Principem Dominum Philippum Archiducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ &c. Comitem Flandriæ &c. ex ſingulari & liberali dono ejuſdem ſit gracioſè conceſſus, ſufficienter informati, hujuſmodi locum ſive domum cum ſuis ædificiis & ſtructuris, eiſdem Religioni & Ordini deinceps & perpetuo appropriantes, quod ex prædicta Domo Sanctæ Katherinæ prædicti Oppidi Gandenſis noſtræ Diœceſis prædictæ, quatuor aut quinque Sorores Religioſæ profeſſæ ad locum ſive domum hujuſmodi, quondam Begginagium prædicti Oppidi de Ardemburch dictæ Diœceſis ſe transferre illic moraturæ, & Religionem præfati Ordinis erecturæ & ordinaturæ adinſtar prædictæ Domûs ſanctæ Katharinæ liberè poſſint & valeant, concedendum & conſeotiendum duximus, concedimus & conſentimus.

Ipſiſque Sororibus præſentibus & futuris eandem Domum ingrediendi, ac inibi ſub noſtra Succeſſorumque noſtrorum Epiſcoporum

Tornacenſium ſubjectione & Canonica obedientia, communiter & ſine proprio, ac conventualiter vivendi & cohabitandi communitatemque obſervandi, Magiſtram eligendi, ac tria ſubſtantialia Religionis Vota prænotata (citra tamen mendicitatem publicam) retentis ſibi factis & faciendis eis pro tempore a Chriſti fidelibus pïs donationibus & conceſſionibus, emittendi;

Nec non Magiſtræ pro tempore exiſtenti ejuſdem Domûs, quam in ſanctæ Katharinæ nomeo commutare ſtatuerunt, ut in abſentia ac de beneplacito & conſenſu Miniſtri vel Viſitatorum earum, Sorores de ſæculo venientes ipſam Domum ingredi volentes, ad habitum Regularem ſuſcipiat, Scapulare & Cordam tradat, ad Profeſſionem Regularem juxta morem profitentium admittat, exceſſus quoque Sororum inibi degentium oſque ad carceres inclusivè corrigat & puniat; cum conſilio tamen ſemper Viſitatorum & Miniſtri, ut præfertur.

Quodque in Eccleſia ſive Capella hujuſmodi aqua benedicta confici & aſpergi, dictæque Magiſtræ & Sorores Miſſas audire & Eccleſiaſtica Sacramenta præſertim Euchariſtiam aliquoties cauſâ devotionis de manu Sacerdotis honeſti Regularis ſeu Sæcularis recipere, nec non Sæculari ſeu Regulari, qui eiſdem pœnitentiam injungat ſalutarem, quoties opportunum fuerit, confiteri poſſint & valeant, Auctoritate Noſtrâ Ordinariâ harum ſerie conſenſum, licentiam pariter & facultatem concedimus & impertimur; jure tamen Parochiali & quocumque alio, ſeu alterius in omnibus ſemper ſalvo: ſub noſtra protectione Domum iterum & de novo ſuſcipientes.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes Litteras exinde fieri, Sigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri.

Datum Gandavi prædictæ noſtræ Diœceſis ſub Sigillo noſtro, anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono, menſis Januarii die decimâ tertiâ.

(1) Petrus Quiexa, nativitate Gandavenſis, profeſſione Religioſus Ciſtercienſis Monaſterii B. Mariæ de Dunis, primum deſignatus eſt Abbas SS. Petri & Pauli in Honnecourt Ord. S. Bened. Diœceſis Cameracenſis, dein Abbas S. Amandi Elnonenſis ejuſdem Ordinis; demum per reſignationem Cardinalis Pallavicini Epiſcopus Tornacenſis, conſecratus Brugis anno 1497 in Eccleſia S. Salvatoris, quam ipſe poſtmodum Collegiatam fecit, fundato ibidem Capitulo 20 Canonicorum. Vide Diplomata apud Miræum pag. 1271. & ſequent.

(2) Ravestayn, Dominium ſitum in Brabantia haud procul à Sylvâducis & Gravia, olim Duci Cliviæ paruit, ac modò Duci Neoburgico Electori Palatino. In ſpiritualibus ſubjicitur Epiſcopo Leodienſi, tametſi aliquando conſtitutum ſub Epiſcopo Sylvæducenſi: quod tamen nunquam effici potuit.

Dominio Raveſteynienſi potiebantur anno 1499 Philippus Dux Cliviæ, ejuſque Conjux Franciſca Luxemburgica (hoc Diplomate memorata) filia infauſti Comitis S. Pauli, quem Ludovicus XI Galliæ Rex capite truncari juſſit. Eorum, uti & parentum Mauſolæa extiterunt in Eccleſia PP. Dominicanorum Bruxellenſium, anno 1695 per miſſiles Gallorum ignes omnino deformata.

Anno 1727 eorum oſſa in cavea ſepulchrali demùm recognita fuêre, cum adjunctis his duobus Epitaphiis gothico caractere deſcripsi.

„ *A jamais. Hault & puiſſant Prince Monſeigneur Philippe de Cleves, jadis Seigneur de Raveſtain &c. fiſt aire ceſt Chapelle & Sepulture, ol il at vollu ſon corps repoſer, & la dowa largement de biens, rentes & ornements, & tout ce qu'il y appartient, tant pour le Service Divin, qu'il at ordonné, comme pour l'entretenement du preſent Cuer & de la Chapelle, Sepultures, & verrieres, dont les Kerckemeeſtres de Noſtre Dame du Sablon & du Sainct Eſperiſt de S. Eloy ſont Viſiteurs & controlleurs. Lequel trespaſſa l'an de Notre Seigneur XV cent. & XXVII. le XXVIII. de Janvier.*

„ *Cy eſt ſepulturée bien vertueuſe, fort excellente & toute illuſtre Dame Franchoiſe de Luxembourg, Duceſſe de Coyumbre & en Cleves, Dame de Raveſtain, d'Enghien, de Wynendale, Rumſt, Bornem &c. laquelle en ſon temps eult à eſpoux & mary hault & puiſſant Seigneur & Prince Philippe de Cleves & de la Marcke, Duc & Seigneur deſdits lieux &c. & deceda de ce mortel ſiecle le V. jour de Decembre l'an de grace mil. V. cent XX. & trois. & enterrée en Service ſolempnel le XV. de Janvier.*

CAPUT CLXVI.

Guilielmus de Saillant, Dominus Middelburgi in Flandria, fundat ac dotat ibidem anno 1514 Monaſterium Clariſſarum (quæ dein Ipras partim, ac partim Leodium receſſerunt) approbantibus Epiſcopo Tornacenſi, & Abbate S. Bavonis Gandavi.

Ex Archivis Epiſcopar. Brugenſis.

LUdovicus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Electus, Confirmatus & Adminiſtrator Eccleſiæ Tornacenſis, dilecto Nobis & fideli Decano Chriſtianitatis Ardemburgenſis aut ejus Vices-gerenti ſalutem in Domino.

Dilectus nobis in Chriſto Nobilis Vir Guilielmus de Saillant Dominus temporalis de Middelburgo in Flandria noſtræ Diœceſis ſuâ Nobis ſupplicatione monſtravit, quod ipſe zelo devotionis accenſus ad omnipotentis Dei laudem & decorem ac honorem Beatiſſ. & glorioſiſſ. Virginis Mariæ, volens terrena & tranſitoria in perpetua & cæleſtia felici commercio commutare, quamdam domum cum hortis & pomæriis illi adjacentibus in Parochia dicti loci de Middelburg, cujus jam Dominus & poſſeſſor exiſtit, Deo ac Religioni Ordinis Sti. Franciſci gratioſè dare & piè in perpetuum concedere intendit, ut ibidem Conventus Sororum S. Claræ, primi Ordinis ejuſdem Sanctæ ſub obedientia Patris Vicarii Generalis de Obſervantia nuncupati.

Quæ quidem Sorores eo in loco ſub Regula & Ordine prædictis Deo devotè militantes & ſervientes, pro prædicti Guilielmi Fundatoris, ejus Uxoris & utriuſque ſexûs liberorum, ſuorumque Parentum, Amicorum, Benefactorum & univerſorum Chriſti Fidelium animarum ſalute die noctuque ac jugiter Altiſſimo devotas preces fundere teneantur: ductu temporis ædificari & erigi poſſet.

Cum autem, ſicut eadem ſupplicatio ſubjungebat, hæc fieri non poſſint, ſine noſtro & aliorum quorum intereſt expreſſo conſenſu pariter & aſſenſu, quem ſibi impertiri inter cætera ſupplicarunt.

Vobis igitur, de cujus fidelitate, induſtriâ ac diſcretione plurimum confidimus, harum ſerie committimus & mandamus, quatenus accedente quo propter hoc fuerit accedendum, de & ſuper omnibus & ſingulis præmiſſis, præſertim de quantitate valore & competentia dictæ Domûs, pratorum, hortorum ſive pomeriorum, & annexo onere cui ſubjacent, modo quoque & forma erigendi Conventûs & perſonarum qualitate atque numero, & quibus ſub conditionibus illic ſtare & reſidere deberent.

Nec non ſi loci Patronus, Curatus, Prochiani, & alii intereſſe habentes in hoc conſentiant, & ſub quibus modo formâ & conditionibus, ſuiſque circumſtantiis & dependentiis univerſis per teſtes fide dignos bonam & diligentem faciatis informationem, eamque ſub veſtro Signo manuali & Sigillo Officii debitè clauſam nobis quantocyus remittatis. Vobis enim ad præmiſſa omnia & ſingula & alia quæ circa ea neceſſaria erunt, committimus vices noſtras, & harum ſerie concedimus facultatem.

Datum Brugis, dictæ noſtræ Diœceſis ſub Sigillo noſtro, anno milleſimo quingenteſimo decimo quarto, menſis Martii die triceſimâ, ante Paſcha.

CONSENSUS ABBATIS S. BAVONIS.

ÆGidius Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Roſenſis Abbas Monaſterii Sti. Bavonis juxta Gandavum Ordinis S Benedicti Tornacenſis Diœceſis, univerſis & ſingulis, ad quos noſtræ præſentes Litteræ pervenerint, ſalutem in Domino.

Notum facimus, quod Nos ad inſtantes preces Nobilis Viri Guilielmi de Saillant Domini temporalis Oppidi de Middelburg in Flandria dictæ Tornacenſis Diœceſis, qui prout Nobis expoſuit, quamdam ſuam domum cum illius appendiciis in dicto Oppido de Middelburg & infra limites noſtri Patronatûs conſtitutam, pro uſu & habitatione quarumdam Sororum de prima Regula Stæ. Claræ & ſub clauſura perpetua ædificari & conſtrui facere intendit, conſenſimus, & per præſentes tanquam Patronus ratione præfatæ noſtræ Abbatiæ, quantum noſtrâ intereſt, & non amplius, conſentimus eidem Guilielmo, quod dictam Domum cum illius appendiciis pro uſu & habitatione Sororum ſupradictarum, nec non, ubi Oratorium cum campana, humili campanili & aliis officinis ad præmiſſa neceſſariis conſtrui & ædificari poſſit & valeat.

Salvo tamen, & non alias, quod Sorores dictæ erigendæ Domûs pro recognitione noſtri Juris Patronatûs tenebuntur & obligatæ erunt ſingulis annis in die ſolemnitatis Beati Bavonis in ſumma Miſſa in Choro noſtri Monaſterii deſtinare unam candelam ceream ponderis unius libræ, & illam ibidem offerre cum uno

uno denario argenteo, valoris unius ſolidi Pariſieoſis.

Præterea, quod ſi forſan tempore futuro contingat ex devotione fidelium in dicta erigenda Domo, aliquod ſeu aliqua fundari Beneficium vel Beneficia Eccleſiaſtica, intendimus omnino illius ſeu illorum tam Collationis quam Permutationis jura Nobis & Succeſſoribus noſtris Abbatibus tamquam Patronis reſervari debere, prout ex nunc reſervamus.

Volumus etiam, quod Sorores dictæ erigendæ Domûs infra tres menſes poſtquam inibi ſuam manſionem facere inceperint, de præmiſſis omnibus ſuas tam obligatorias quam recognitorias Litteras ſub ſuorum Sigillis effectualiter Nobis tradant. Alioquin dictus noſter conſenſus nullius ſit roboris vel momenti.

In cujus rei teſtimonium præſentibus Litteris Sigillum noſtrum ad cauſas quo utimur, duximus apponendum.

Datum Brugis dictæ Diœceſis anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo quarto, Menſis Septembris die ſecundâ.

(1) MIDDELBURGUM Flandriæ oppidulum à Middelburgo Zelandiæ Metropoli nomen accepit, à Guidone Comite Flandriæ donatum Middelburgenſi Ordinis Norbertini Abbatiæ. Inde anno 1433 ceſſit Colardo le Fevre Civi Brugenſi: poſtea anno 1444 Petro Bladelino, Equiti, Ordinis Aurei Velleris Theſaurario, & Philippi Booi Oeconomo. Qui oppidum primò foſſis, vallis, portiſque inſtruxit, & variè ornavit: ac ſignanter illic Capitulum Canonicorum inſtituit, cujus Fundationis Literas exhibui inter Diplomata Auberti Miræi novæ Editionis Tomo II. pag. 1339

A morte Bladelini acquiſivit Middelburgum Guilielmus Hugonetus, Cancellarius Burgundiæ, cujus filius, Guilielmus Dominus de Saillant, anno 1515 Monaſterium pauperum Clariſſarum, de quibus in hoc Diplomate fit meotio, Middelburgi fundavit.

Porrò hæ Moniales in pace vixerunt ibidem uſque ad annum 1578, quo Monaſterium earum ab hæreticis deſtructum fuit. Hinc primò ſeſe receperunt Brugas, ibique Monialibus Pœnitentibus Ardemburgo profugis adhæſerunt.

Paulò poſt, pars aliqua earumdem Monialium ſeceſſit Ipras, ubi ſedem figere cæperunt anno 1594, faventibus Epiſcopo ac Magiſtratu Iprenſi. Vide plura de his apud Sanderum in Flandria illuſtrata.

Pars altera earum, quæ Brugis remanſerant, inde receſſit Leodium, ubi novus eis Conventus circa anno 1608, ædificatus atque dotatus fuit liberalitate D. Henrici à Berlo militum Imperialium Tribuni, ejuſque Conjugis Joannæ ab Oyenbrugghe de Duras, Dominæ in Graſen &c.

ÆGIDIUS BOELE, Teneramundanus, Monachus Benedictinus & Abbas S. Bavonis Gandavi, conſecratus fuit anno 1507 Epiſcopus Roſſenſis (in partibus) fecitque functiones Suffraganeas in Flandria pro Epiſcopo Tornacenſi. Obiit anno 1517.

CAPUT CLXVII.

Leo X. Pontifex concedit Carolo Archiduci Auſtriæ dein Hiſpaniarum Regi atque Imperatori, Indultum ad nominandum ad quaſcumque Abbatias aut alias Dignitates Sæculares aut Regulares in Belgio, anno 1515, ſublatis unà expectativis ac reſervationibus, & excluſis Perſonis non ſubditis.

Ex Archivis Financiar. Bruxellis.

LEo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Nobili viro Carolo Archiduci Auſtriæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Fervor puræ devotionis & Fidei, quâ Nos & Romanam revereris Eccleſiam, promeretur, ut Te, quem ſpeciali devotione proſequimur & gerimus in viſceribus caritatis, condignis attollamus honoribus & gratioſis favoribus proſequamur.

Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ſi tibi, donec in ſinceritate fidei ac unitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, nec non obedientiâ & devotione noſtrâ ac Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium perſtiteris, concederetur, quod nullus ad dignitates Abbatiales aut quorumcumque Monaſteriorum, etiam per Priores aut Præpoſitos regi aut gubernari ſolitorum, regimina infra diſtrictus Archiducatûs Auſtriæ ac Ducatuum Marchionatuum & Comitaruum Dominiorumque tuorum temporalium, & aliorum, præterquam in Neapolitano & Hiſpaniarum Regnis conſiſtentium, per Nos aut Sedem Apoſtolicam ſeu ejus Legatos vel Nuncios præfici, neque illis de quorumcumque perſonis provideri poſſit, niſi habitis prius per Nos aut Sedem eandem intentione & conſenſu tuis de perſonis idoneis ad hujuſmodi dignitates & regimina promovendis.

De aliis vero Dignitatibus, videlicet ſæcularibus principalibus & Regularibus Conventualibus infra prædictos diſtrictus non niſi de locis tuæ Ditioni ſubjectis exiſtant, & tibi gratis & acceptis de aliis locis oriundis provideri;

Nec non gratiæ expectativæ & ſpeciales reſervationes cum quibuſvis ex illis deſcendentibus Proviſionibus & promovendi mandatis infra eoſdem diſtrictus, perſonis dumtaxat quæ locorum eorumdem diſtrictuum alienigenæ vel extranei non fuerint; niſi forſan tuus alias Perſonis ſuper hujuſmodi gratiis obtinendis ſuffragetur conſenſus, concedi, ac Monaſteria & Dignitates hujuſmodi, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica Sæcularia & Regularia dictorum diſtrictuum, cum vacaverint, nullatenus cui-

quam commendari, ac Mandata Apoſtolica, juxta formam Cap. *Mandatum* & duarum Decretalium immediate ſequentium, pro tempore in partibus Flandriæ & Arthefiæ conceſſa, cum ibidem gratiæ expectativæ locum habeant, de cætero etiam nullatenus recipi, concedi & & admitti debeant nec poſſint, ex hoc profecto ad magis reverendum eandem Romanam Eccleſiam ac noſtra & dictæ Sedis mandata exequendom invitareris, ipſorumque Monaſteriorum & Eccleſiarum ſtatui & indemnitati plurimum conſuleretur.

Quare pro parte tua nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut præmiſſa tibi concedere, aliâſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos ad præclara tua tuorumque Progenitorum geſta ac in Nos & Sedem prædictam devotionis ſinceritatem & eximiam fidei conſtantiam debitum reſpectum habentes, Teque qui etiam Hiſpaniarum Princeps exiſtis, à quibuſvis excommunicationis & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à Jure vel ab homine quâvis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Tibi quod de cætero quamdiu egeris in humanis & in ſinceritate Fidei ac unitate Romanæ Eccleſiæ nec non obedientia & devotione noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium hujuſmodi perſtiteris, ut nullus ad dignitates Abbatiales aut quorumcumque Monaſteriorum etiam per Priores aut Præpoſitos regi aut gubernari ſolitorum regimina infra diſtrictus Archiducatûs Auſtriæ ac Ducatuum Marchionatuum & Comitatuum aliorumque dominiorum tuorum prædictorum præterquam in Neapolitano & Hiſpaniarum Regnis hujuſmodi conſiſtentium, per eos aut Sedem Apoſtolicam ſeu ejus Legatos vel Nuncios præfici, nec illis de quorumcumque perſonis quovis modo provideri poſſit, niſi habitis prius per Nos & eandem Sedem intentione & conſenſu tuis de perſonis idoneis ad hujuſmodi Dignitatibus, videlicet ſæcularibus principalibus & Regularibus Conventualibus infra prædictos diſtrictus non niſi perſonis de locis tuæ ditioni ſubjectis exiſtant, aut Tibi gratis & acceptis de aliis locis oriundis, provideri:

Nec non gratiæ expectativæ, & ſpeciales reſervationes cum quibuſvis ex illis deſcendentibus proviſionibus & providendi mandatis infra coſdem diſtrictus, perſonis dumtaxat quæ locorum eorumdem diſtrictuum alienigenæ non fuerint, niſi forſan tuus conſenſus aliis perſonis ſuper hujuſmodi gratiis obtinendis ſuffragetur, concedi, ac Monaſteria & Dignitates hujuſmodi cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica Sæcularia & Regularia dictorum diſtrictuum cum vacaverint nullatenus cuiquam commendari.

Ac Mandata Apoſtolica juxta formam Cap. *Mandatum* & duarum Decretalium immediate ſequentium pro tempore in partibus Flandriæ & Arthefiæ conceſſa, cum ibidem gratiæ expectativæ locum habeant, de cætero etiam nullatenus recepi concedi & admitti debeant nec poſſint, Auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium concedimus & indulgemus. Et inſuper proviſiones, præfectiones, collationes, commendas & quaſvis alias diſpoſitiones contra præmiſſa etiam per nos & Sedem eamdem etiam Conſiſtorialiter quibuſvis perſonis, etiam ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ pro tempore factas & indè ſecuta quæcumque; nec non Proceſſus inde pro tempore habitos, etiam quaſcumque cenſuras & pœnas in ſe continentes, nullius roboris vel momenti fore;

Ipſiſque Proceſſibus minimè intendendum ſeu parendum eſſe, nec cenſuras nec pœnas hujuſmodi quempiam arcere: ſed illas pro infectis penitus haberi debere, ac per Nos aut Sedem prædictam etiam motu proprio & ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam de Fratrum noſtrorum conſilio, nullo modo derogari neque derogatum cenſeri, niſi id per Nuncium per Litteras Apoſtolicas ſub plumbo trinis vicibus, ita ut ſemper quâlibet vice trimeſtre intercedat, Tibi ſignificatum fuerit, & non alias, aliter neque alio modo; ſicque per quoſcumque Cauſſarum Palatii Apoſtolici Auditores ac judices in Romana Curia & extra eam judicari ſententiari ac diffiniri debere;

Sublatâ eis quavis aliâ judicandi ſententiandi & diffiniendi facultate, irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper hiis â quocumque quâvis Auctoritate ſcienter vel ignoranter etiam per Nos & Sedem prædictam contigerit attentari, eiſdem Auctoritate & tenore decernimus & declaramus.

Quocirca Dilectis filiis Stæ. Gertrudis Lovanienſis & de Eechout-Brugenſis Abbatibus, ac Præpoſito per Præpoſitum gubernari ſoliti S. Jacobi de Frigido Monte Bruxellenſis oppidorum, Leodienſis Tornacenſis & Cameracenſis Diœceſium Monaſteriorum, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe, alium ſeu alios tibi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes ac præſentes Litteras publicantes ſollemniter faciant Auctoritate noſtrâ Te Conceſſione Indulto Decreto & declaratione prædictis pacificè frui & gaudere, non permittentes te per quoſcumque deſuper quomodolibet moleſtari, contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus conditionaliter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum quod interdici ſuſpendi aut excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, Indulti, Decreti declarationis & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem

hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. D. XV. III. Nonas Julii, Pontificatûs nostri anno III..

Extat aliud simile Indultum Carolo V. Cæsari anno 1520 per Clementem VII. Pont. concessum ad nominandum ad quæcumque Beneficia & Dignitates in Belgio, libro III. Edictorum Flandriæ Parte I. pag. 21.

CAPUT CLXVIII.

Leo X. Pontifex concedit Carolo, tunc Archiduci Austriæ, Hispaniarum Principi, postea Regi ac Imperatori, facultatem designandi centum personas Ecclesiasticas in suo servitio constitutas, cum Privilegio omnes Beneficiorum suorum fructus in absentia percipiendi anno 1515,

LEo Episcopus, servus servorum Dei, Dilecto filio, Nobili Viro Carolo Archiduci Austriæ salutem & Apostolicam Benedictionem.

Exigunt sinceræ devotionis affectus & integra fides, quibus Nos & Romanam Ecclesiam revereris, ut Tui consideratione tuis obsequiis insistentes, spiritualibus favoribus & gratiis prosequamur.

Hinc est, quod Nos volentes Te (qui etiam es Hispaniarum Princeps) favore prosequi gratioso, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis & censuris, & pœnis à jure vel ab homine, quàvis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, centum personis, per Te pro tempore eligendis & nominandis, quoad servitus & obsequia tuis institerint, ut omnes & singulos fructus, redditus & proventus omnium & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum curâ & sine curâ, etiam ex fundatione, dotatione, statutis, consuetudinibus, privilegio, aut alias personalem residentiam continuam requirentium;

Quæ etiam ex quibusvis dispensationibus Apostolicis, in quibusvis Ecclesiis sive locis obtinent, & in posterum obtinebunt; etiamsi Canonicatus & Præbendæ, Dignitates, Personatus, administrationes vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, post Pontificales majores, aut Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, & ad illas & hujusmodi Personatus, administrationes & officia consueverint qui per electionem assumi, eisque cura imminet animarum;

Cum eâ integritate (quotidianis dumtaxat distributionibus exceptis) liberè percipere valeant, cum quâ illas percipereot, si in Ecclesiis hujusmodi sive locis personaliter residerent, ac Divinis interessent; & ad residentiam & Divinis interessendum interim in eisdem minimè teneantur, nec ad id à quoquam inviti valeant coarctari, Auctoritate Apostolicâ tenore præsentium indulgemus.

Et nihilominus dilectis filiis Sanctæ Gertrudis Lovaniensis, & de Echout Brugensis Abbatibus, ac Præposito per Præpositum soliti gubernari Sancti Jacobi de Frigido Monte Bruxellensis, Oppidorum, Leodiensis, Tornacensis, & Cameracensis Diœcesis Monasteriorum, per Apostolica Scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se vel alium vel alios faciant Auctoritate nostrâ, personis per Te nominandis præfatis, & cuilibet earum, & ipsarum Procuratoribus, pro eis fructus, redditus & proventus hujusmodi juxta nostræ concessionis tenorem integrè ministrari; non permittendo eas per Locorum Ordinarios, nec non dilectos filios ipsarum Ecclesiarum Capitula, seu quosvis alios ad residentiam in eisdem Ecclesiis sive locis invitos compelli, vel aliàs contra concessionis nostræ tenorem quomodolibet molestari; contradictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo.

Non obstante, si personæ prædictæ in Ecclesiis sive locis hujusmodi primam non fecerint residentiam personalem consuetam, ac fundationoc, dotatione, statutis, consuetudinibus, privilegiis & aliis permissam: Nec non felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi, Prædecessoris nostri, per quam concessiones hujusmodi fieri sine præscriptione temporis prohibentur, & aliis tam Apostolicis, quàm Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus: Nec non Ecclesiarum prædictarum juramento, confirmatione Apostolicâ vel quàvis firmitate aliis roboratis statutis & consuetudinibus, etiam si dictæ personæ de illis observandis & non impetrandis litteris contra ea, ac litteris hujusmodi, etiam ab alio vel aliis impetratis, seu aliàs quovis modo concessis, non utendi per se vel earum Procuratores præstiterint hactenus, vel in posterum præstare contigerit forsitan juramentum.

Seu si locorum Ordinariis ab Apostolicâ

ſit Sede conceſſum, vel in poſterum concedi contigerit, quod Canonicos & perſonas Eccleſiarum ſuarum Civitatum, & Diœceſium, etiam in dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis conſtitutos, per ſubſtractionem ſuorum proventuum, Eccleſiaſticorum beneficiorum, vel aliàs compellere valeant ad reſidendum perſonaliter in eiſdem.

Aut ſi Ordinariis & Capitulis præfatis vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim, ab eâdem ſit Sede indultum, vel in poſterum indulgeri contigerit; quod Canonicos & perſonas Eccleſiarum ipſarum cum Dignitatibus, Perſonatibus, adminiſtrationibus, vel officiis conſtitutis non reſidentibus in eiſdem, aut qui in eis primam non fecerint reſidentiam perſonalem conſuetam, fructus, redditus & proventus Canonicatuum & Præbendarum aut Dignitarum, perſonatuum, adminiſtrationum, vel officiorum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum dictarum Eccleſiarum miniſtrare minimè teneantur, & ad id compelli:

Et quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum mentionem de Indulto hujuſmodi, & quibuſlibet aliis privilegiis, indulgentiis, & Litteris Apoſtolicis generalibus & ſpecialibus, cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel deferri; & de quibus quocumque locis, tenoribus habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis.

Proviſo, quod Beneficia hujuſmodi propterea debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura, motis quibus immineat, nullatenus negligatur; ſed per bonos & ſufficientes Vicarios, quibus de beneficiorum ipſorum proventibus neceſſaria congruè miniſtrentur, cura animarum diligenter exerceatur, deſerviaturque inibi laudabiliter in Divinis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ abſolutionis, Indulti & mandati infringere.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinto-decimo, tertio Nonas Julii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Extat hoc Breve ſeu privilegium Leonis X Pont. in libro, cui titulus: *Aula ſacra Principum Belgii*, ſive Commentarius Hiſtoricus, de Capellæ Regiæ Bruxellis principio, Miniſtris, rebus atque univerſo apparatu. Prodiit Antverpiæ typis Plantinianis anno 1650, authore Clariſſimo Viro, *Julio Chifletio*, Burgundo, Ordinis Aurei Velleris Cancellario.

Porro Sacellum hoc, anno 1525 juſſu Caroli V. Cæſ. inchoatum, anno 1553 ſolemniter dedicatum fuit in honorem S. Philippi, Apoſtoli, per Cardinalem Hieronymum Dandinum Legatum à Latere: præſentibus eodem Carolo V. ejuſque binis Sororibus Hungariæ, ac Galliæ Reginis. Verum anno 1731 nocte iotet 3 & 4 Februarii idem Sacellum, uoà cum tota aula fortuito ac rapidiſſimo igne deſtructum fuit.

Quod autem attioet Privilegium ſupradictum Leonis X. non ſolum illud extenditur ad Capellanos Principum ſeu ſacelli Aulici, verum etiam ad Conſiliarios Regios, Eccleſiaſticas dignitates aut Beneficia obtinentes. Ita deciſum ſæpius. Vide *Arreſta ſuprem. Concilii Mechlin. auth D. du Laury, Num. C. X. pag.* 209.

CAPUT CLXIX.

Convocatio Cleri Provinciæ Flandriæ anno 1544, ad deputandum nomine Tornacenſis Epiſcopi ac ſuo, Doctores Theologos è Belgio ad Concilium Tridentinum, (quod à biennio per Paulum III. Pont. indictum fuerat) & ad contribuendum pro eorum expenſis.

Ex Actis Capituli Cathedralis Brugenſis.

ANno Domini 1544, die 28 Menſis Aprilis, cum Venerabilis Vir, Magiſter Franciſcus le Boy Presbyter, Eccleſiæ Tornacenſis Canonicus, Curiæ Tornacenſis Sigillifer, Procurator & eo nomine Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, D. Caroli de Croy, Dei gratiâ Epiſcopi Tornacenſis, & Reverendus in Chriſto Pater Dominus Lucas Abbas Collegiatæ Eccleſiæ Sti. Bavonis Gandenſis, nec non ſpectabiles etiam & Eximii Viri, Magiſtri Quintinus Charlart Eccleſiæ Tornacenſis Canonicus, Decani & Capituli ejuſdem Eccleſiæ, & Johannes de Maio Decanus antedictæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Bavonis, Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, D. Joannis Dei gratiâ SS. Coſmæ & Damiani Diaconi Cardinalis, Abbatis Commendatarii Monaſterii S. Martini Tornacenſis, Judocus de Meyere Reverendi in Chriſto Patris D. Gerardi Abbatis Monaſterii S. Petri juxta Gandavum Ordinis S. Benedicti, Jacobus Regis & Cornelius Clayſſone Canonici Eccleſiæ Collegiatæ S. Donatiani Oppidi Brugenſis, Decani & Capituli hujuſmodi nomine, Martinus

De

de Raedt RR. DD. Abbatum St. Bartholomæi de Eeckbaute Ordinis Sti. Auguſtini Canonicorum Regularium, & Capellæ Thoſan Ciſtercienſis Ordinum, ac Decanorum & Capitulorum Stæ. Mariæ & S. Salvatoris Oppidi Brugenſis Collegiatarum Eccleſiarum, Joannes Pollet U. J. Licentiatus, Decanorum & Capitulorum Sancti Petri Inſulenſis, & Sancti Piati Seclinienſis Collegiatarum Eccleſiarum, nec non Sancti Chriſtophori de Phalempinio, & B. M. V. de Laude, antedictorum Canonicorum Regularium & Ciſtercienſis Ordinum Abbatum, Johannes Canis Decani & Capituli Eccleſiæ B. M. V. Oppidi Curtracenſis, Joannes Caen Decani & Capituli Eccleſiæ S. Salvatoris Harlebacenſis, ac Jacobus Vander Guchte Decanus, pro ſe, unà cum D. Florentio Van Huffle Canonico Eccleſiæ etiam Collegiatæ Stæ. Pharaildis ſæpe-dicti Oppidi Gandenſis, hujuſmodi Capituli Procuratores, & illorum reſpective nominibus; inſequendo Acta in Congregatione die nonâ Menſis antedicti, comparuerunt Gandavi in loco Capitulari Conventûs FF. Prædicatorum, ad hoc, ut ſuper depotatione & executione Procuratorum, qui antedictorum Reverendiſſimi Domini Epiſcopi, Abbatum, Prælatorum & Capitulorum nominibus Concilio generali Tridenti celebrando intereſſe habeant, concludatur.

Ac per me Notarium infraſcriptum antedicto Reverendo in Chriſto Patri D. Abbati S. Bavonis, ac DD. Procuratoribus expoſitum ſuerit, Sacram Cæſaream Majeſtatem per ſuas Litteras à præfato Reverendiſſimo Domino Epiſcopo poſtulaſſe certiorem fieri; an inſinuatio celebrationis futuri Concilii Prælatis Diœceſis Tornacenſis per ipſum Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum facta ſit; ac ipſi Prælati d&æ Inſinuationi parêre & ſatisfacere, & Concilio hujuſmodi intereſſe decreverint.

Litteris etiam ipſius Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, nec non Actâ geſtorum & determinatorum in priori Congregatione ibidem prælectis, & deinde per ſpectabilem Virum Petrum Pintaflour Utriuſque Juris Licentiatum declarato & expoſito, quod ipſe inſequendo Ordinationem & concluſionem ultimæ Congregationis die IX antedicti Menſis in dicto loco Capitulari habitæ, Lovanium ſe contulit, ibidemque Venerandos Dominos Doctores & Licentiatos in Acta dictæ prioris Congregationis nominatos, quatenus duo ex ipſis onus Procurationis comparendi in Concilio generali nomine Reverendiſſimi Domini Epiſcopi, & Prælatorum, nec non Capitulorum, qui Concilio intereſſe tenentur, acceptare dignentur, inſtanter ſollicitavit.

Quodque ex nominatis & electis in priori Congregatione Doctoribus & Licentiatis, ſpectabilis Vir Magiſter Franciſcus à Zoen Sacræ Theol. Doctor declaraverit ſe eſſe antedicti Reverendiſſimi Domini Epiſcopi alumnum quodque ſummoperè deſideret Reverendiſſimæ Paternitatis ipſius deſiderio poſſe obſequi.

Ac propterea ſeſe ſponte voluntati & mandatis illius ſatisfacturum, ac ipſius & cæterorum Prælatorum, Capitulorum & perſonarum Diœceſis Tornacenſis, Concilio antedicto intereſſe obligatarum nominibus compariturum obtulit.

Quodque difficile admodum foret, alium inter nominatos præfatos, qui etiam dictam provinciam acceptare velit, poſſe conſequi, ex eo quod præſertim fama ſit, Reverendiſſimos Cameracenſem, Leodienſem, & Trajectenſem etiam aliquos Procuratores in dicta Univerſitate decreviſſe eligere & aſſumere.

Quodque eo caſu, cum & illorum Reverendiſſimis Dominationibus Univerſitas Lovanienſis ſatisfacere deſideret, Facultatis Theologicæ hujuſmodi Univerſitatis numerus ad lectiones ordinarias aliaque onera ſupportanda admodum diminueretur: ita ut eiſdem oneribus vix ſatisfacere poſſent.

Si tamen contingat, ipſam Univerſitatem per præfatos Reverendiſſimos Dominos Cameracenſem, Leodienſem & Trajectenſem Epiſcopos deſoper non requiri, Eximius Vir Magiſter Ruardus Tapper Eccleſiæ Collegiatæ & Parochialis S. Petri Lovanienſis Decanus, & Magiſter Petrus Curtius ejuſdem Rector ſeu Curatus, S. Theol. Doctores declararunt ac polliciti ſunt, ſe ſollicitaturos ſpectabiles Viros Magiſtros Joannem de Haffelt Doctorem, ac Jodocum de Tileto Licentiatum S. Theologiæ, ut alter ipſorum, nomine ipſius Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Tornacenſis, ac Prælatorum & Capitulorum Diœceſis Tornacenſis, dictam Provinciam acceptare velit; quodque id ſeſe impetraturos, non diffidant.

Quibus intellectis, requiſiti fuere antedicti Procuratores Capitulorum prædictorum, ut juxta Concluſionem in priori Congregatione habitam, exponere & declarare velint, an in Deputationem Procuratorum, qui locum Concilii celebrandi accedere, ac eidem Concilio intereſſe habeant, nec non pro expenſarum eâ occaſione ſupportandarum contributionenomine hujuſmodi Capitulorum conſentire intendant.

Qui quidem poſt particularem communicationem inter ipſos habitam, poſtquam tamen antedictus Reverendus Dominus Abbas S. Bavonis declaraſſet, quod attentâ aliorum Prælatorum abſentiâ non intendebat ſolus reſponſionem dictorum Dominorum acceptare, aut in negotio præſenti concludere;

Ac etiam, poſtquam præfatus Magiſter Joannes de Mayo dictæ Eccleſiæ Sti. Bavonis Decanus expoſuiſſet, quod in præſenti Congregatione dumtaxat ſe nomine Reverendiſſimi Domini Abbatis S. Martini, & ut aſſiſtentiam præberet præfato Domino Abbati S. Bavonis præſentabat, & non nomine ipſius Capituli S. Bavonis, alio tamen tempore, ſi

neceſſe foret, Procuratorio ſufficienti à dicto Capitulo munitus comparere intendebat;

Per organum antedicti Magiſtri Joannis Pollet reſponderunt, quod cum non comperiat Capitula, præſertim Collegiatarum Eccleſiarum de jure, aut ex juramento, ſeu aliàs ad comparendum in Concilio generali teneri, ſeu aliquatenus adſtrictos fore, quod ex conſequenti eadem Capitula ad contributionem expenſarum occaſione comparitionis hujuſmodi in Concilio Generali, ſeu evocationis & comparitionis in præſenti & præcedenti Congregatione jam factarum, & inpoſterum ſimili occaſione fiendarum, minimè teneantur aut obligentur.

Et deinde antedicto Magiſtro Quintino Charlart Procuratorio nomine Decani & Capituli Eccleſiæ Tornacenſis proponente, quod Decanus & Capitulum hujuſmodi Eccleſiæ, cum ceteris Prælatis in expenſas etiam præfatas non contribuerent; nec Procuratorem ad Concilium antedictum communibus expenſis mittere decreverunt. Attamen propoſuerunt, ſe in hoc negotio geſturos, prout ſui Prædeceſſores in aliis Conciliis fecerunt; præſtando obedientiam humilem, filialem & devotam Sacro-ſanctæ Romanæ & univerſali Eccleſiæ.

His omnibus auditis, propoſitis & declaratis, abſoluta fuit præſens Convocatio & Congregatio.

Actum anno, menſe & die præſcriptis, præſentibus ibidem providis ac diſcretis Viris, Magiſtro Joanne Martini Decano Chriſtianitatis Gandenſis, & Domino Judoco de Meyere Secretario Capituli Eccleſiæ Curtracenſis, teſtibus.

CAPUT CLXX.

Confraternitas inter Eccleſiam Collegiatam S. Salvatoris Ultrajectinam, & Sti. Lebuini Daventrienſem (dein Cathedralem) ſtabilitur anno 1295; hac imprimis ratione, quod Daventrienſis Eccleſia ab ea Sti. Salvatoris fuiſſet derivata.



Moribus præſentes Litteras inſpecturis, Nos Præpoſiti, Decani & Capitula Sancti Salvatoris Trajectenſis & Daventrienſis Traject. Diœceſis Eccleſiarum ſalutem in omnium Salvatore.

Sicut in Annalibus noſtris invenimus & à Seniorum noſtrorum relatu didicimus, Sti. Salvatoris & Daventrienſis Eccleſiæ prædictæ una olim fuerunt Eccleſia, Sed poſtmodum Eccleſia Daventrienſis ex Eccleſia S. Salvatoris fuit extracta, bonis ipſarum diviſis, Fraternitate tamen integrâ permanente: cum igitur bonum ſit & jucundum habitare Fratres in unum, communis voti deſiderio & ſincero cordis affectu priſtinam Fraternitatem utilem licitam & honeſtam, quam vetuſtas Prædeceſſorum noſtrorum venerabilium ſuis temporibus inſtituit & ſervavit, placuit innovare.

Et licet (quod dolentes referimus) ad tempora noſtra ejus notitia nondum perfecta devenerit, memoriam tamen ipſius omnis oblivio non delevit. Quapropter pace & concordiâ & tranquillitate inter nos charitate magiſtrâ, primitus ordinata præmiſſa antiquarum ſcripturarum edocti teſtimoniis & majorum noſtrorum aſſertione ſolicitâ præmittimus. Vifum eſt nobis pro qualitate temporis expedire & noſtris Succeſſoribus poſſe futuro tempore prodeſſe, recuperare neglecta, prout inferius continetur.

Cum igitur ſollicitudo animarum ſollicitudini corporum ſit neceſſariò præponenda, Imprimis ordinamus, ut ſecundum primam obſervantiam Fratrum Canonicorum hinc inde deceſſus intimetur, & fiant exequiæ in Vigiliis & in Miſſis animarum ac viſitatione ſepulcrorum per menſem integrum, prout noſtris Canonicis hinc inde fieri eſt conſuetum. Et quilibet Canonicus tenebitur legere vel legi facere Pſalterium unum pro defuncto Canonico infra primum menſem poſt intimationem obitûs defuncti.

Præterea in perpetuum legatur diebus ac horis ad hoc competentibus inter alias Collectas hæc Collecta: Deus veniæ largitor & humanæ ſalutis amator, quæſumus immenſam clementiam tuam ut noſtrarum Congregationum Fratres & Sorores &c.

Item quolibet anno VI. Idus Julii agatur hinc inde ſolemniter memoria omnium fratrum cum Vigiliis, Miſſâ & commendatione, præter diem animarum.

Pro mutua autem notitia & conſolatione jucundâ, vivis fratribus duximus jojungendum, ut cum Canonicum Eccleſiæ S. Salvatoris Daventriam venire contigerit, in Religione in choro ſe oſtendat, & eodem die, quo ſe oſtenderit, debetur & dabitur ei in recognitionem Frateroitatis unus albus panis & unus ſiligineus & octo denarii ad vinum. Cum etiam Canonicum Daventrienſem ad Eccleſiam S. Salvatoris venire contigerit, ſimiliter ſe in Religione oſtendat, & eo die, quo ſe oſtenderit, debetur & dabitur ei unus albus panis &

unus filigineus, & quatuor ſtopi cereviſiæ & quatuor denarii ad vinum.

Præpoſitis vero & Decanis hinc inde duplum debetur de præmiſſis. Præſentiæ etiam, ſi quas diſtribui eodem die vel horâ diei contigerit, dabuntur ipſis Canonicis & Prælatis hinc inde in choro præſentibus. Et quia hæc non propter avaritiam ſed propter meram chaſitatem ſtatuta ſunt, & quondam à noſtris Prædeceſſoribus obſervata, nemo reputet verecundum ſeu tædioſum ſi modo præmiſſo in noſtris prædictis Eccleſiis præſentare.

Item ſi una Eccleſiarum noſtrarum prædictarum, vel aliquæ ſingulares perſonæ ex Canonicis ipſarum urgente neceſſitate conſilio vel auxilio alterius indiguerit, alia Eccleſia ſuper eo invocata aſtabit eiſdem ipſius neceſſitatis tempore, auxilio, conſilio & favore.

Item ordinamus, quod quantumcunque aliquem ex Canonicis Daventrienſibus apud Trajectum coram univerſali Eccleſia ſe præſentare contigerit, in Religione nobiſcum incedat.

Quæ omnia & ſingula concorditer pro nobis & noſtris Succeſſoribus ex nunc & deinceps ſub juramento in receptis & recipiendis Canonicis Eccleſiarum noſtrarum ſuis temporibus jam præſtito & lo futurum præſtando, ac ſub more Fraternitatis debito perpetuo promiſimus, & per præſentes promittimus obſervare; ſalvâ nobis noſtriſque Succeſſoribus perpetuò plenariâ poteſtate ſuper præmiſſis mutandi, minuendi, corrigendi & addendi, prout pro qualitate temporis videbitur expedire.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras de communi conſenſu & voluntate Præpoſitorum, Decanorum & Capitulorum noſtrorum prædictorum fieri fecimus, & Sigillorum Eccleſiarum prædictarum noſtrarum munimine roborari.

Actum & datum anno Domini M. C. C. XCV. in Vigilia Purificationis B. M. V.

Daventria, Metropolis eſt Tranſiſalaniæ, quæ una è VII. Confœderatiis Belgii Provinciis eſt. Sedem Epiſcopalem ibidem conſtituerat anno 1560 Paulus IV. Pontifex & Pius IV. illius Succeſſor ſpeciali Bullâ dotem ac limites novæ hujus Diœceſeos deſignaverat. Verùm ſimul atque Daventria in poteſtatem Fœderatorum Ordinum devênit, cum Sede Epiſcopali ceſſavit ibidem publicum omne Catholicæ Religionis exercitium.

Vide Bullam hujus Erectionis inter Diplomata Belgica Miræi Tomo I. pag. 790.

Cathedralis ac primaria Daventrienſium Eccleſia S. Lebuino hujus quondam regionis Apoſtolo ſacra eſt. Præter Præpoſituram ac Decanatum erant XX. Præbendæ. Origo Capituli S. Bernulpho Ultrajectino Epiſcopo adſcribitur, qui partem Canonicorum ex Eccleſia S. Salvatoris Ultrajectina tranſmiſit Daventriam, aſſignans ex bonis dictæ Eccleſiæ, quæ admodum opulenta erant, partem ſufficientem.

Hinc exorta Confraternitas inter utramque Eccleſiam, in hoc Diplomate memorata.

Alii tamen, Daventrienſe Capitulum jam ante extitiſſe exiſtimant. Siquidem apud Hedam in Hiſtoria Ultrajectina extat Diploma ejuſdem Bernulphi Epiſcopi, quo Eccleſiam Swollenſem, ad inſtantiam Præpoſiti Daventrieoſis Canonicis iſtis donavit anno 1040.

CAPUT CLXXI.

Epiſtola, ſive Judicium Viglii, Præſidis Concilii Sanctioris, miſſum anno 1550 ad Antonium Granvellanum tunc Epiſcopum Atrebatenſem, dein S. R. E. Cardinalem, &c. ſuper Doctoribus Theologis è Belgio mittendis ad Concilium Tridentinum.

Ex Epiſtolis M.S Viglii in ejus Collegio Lovanii.

Cogitavi ſæpe ac diu de perſonis idoneis ad Concilium mittendis, ac cum pleriſque de eadem re contuli. Verum tanta hominum eſt penuria, ut me hujus penè Provinciæ noſtræ, quæ diu doctis viris abundare ſolebat, ſuppudeat.

Mitto autem Catalogum omnium quos exquirere potui alicujus eſſe nominis ac famæ. Sed in eo grege vix invenio quos Vobis ſuggeram pro Curiæ uſu. Monachos enim vos velle non puto, & ex ſæcularibus Theologis neſcio quos deligam. Judicio autem nonnullorum cui & ego meum calculum ſubmittere audebo, magis idonei videntur Franciſcus Sonius Canonicus Trajectenſis, & Joannes Haſletanus, ambo Sacræ Theologiæ Profeſſores.

Quorum ille reſedit multos menſes in Concilio Tridentino, miſſus eò per Epiſcopum Tornacenſem: alter in Theologia & Linguis feliciter inſtitutus, Lovanii diu Sacram Paginam profeſſus eſt.

Quidam his adjiciunt Hermanum à Gauda Decanum S. Mariæ Trajectenſis: ſed aiunt eum plus ſatis eſſe cerebroſum.

Quod autem pertinet ad perſonas ad Concilium deſtinandas, primum locum in his tenent Epiſcopi, qui tam ſuo, quam Paſtorum eis ſubditorum nomine, ipſi ad Concilium ire tenentur. Qui mihi monendi atque hortandi à Cæſarea Majeſtate videntur, ut dimiſſâ nobilium turbâ, aſſumant ſecum tres aut quatuor viros in Theologia & Canonibus eximiè doctos.

Secundo loco, videretur mihi comprimis

convenire, ut Cæſar juberet ex Univerſitate Lovanienſi mitti quoque duos Theologos cum uno Canoniſta. Inter quos eſſet Ruardus Cancellarius Univerſitatis, qui in Scripturis ſacris Doctoribusque veteribus & novis, omnique materia Fidei hoc noſtro ſæculo controverſa præ cæteris verſatus eſt.

Difficultas autem erit in ſubminiſtrandis ſumptibus, quum Academiæ ærarium ferre eos nequeat. Verum poſſet Cæſar requirere Abbates & Prælatos Brabantiæ, quò ii pro his tam ſanctis ac neceſſariis impendiis aliquid contribuerent.

Tertio loco occurrent Abbates ac Priores Monaſteriorum non mendicantium. Conſtant autem ii ex quatuor Ordinibus, S. Benedicti, S. Bernardi, Præmonſtratenſis, & S. Auguſtini. At cum hic poſtremus cæteris ſit tenuior, poſſent ei adjici Carthuſienſes, Vallis Scholarium, ac Canonici Regulares Reformationis Windeſemenſis.

Quamquam autem omnes Abbates mitrati, ratione juramenti, quod præſtant in ſuſceptione dignitatis Abbatialis, teneantur adire Concilium generale, videretur tamen ſufficere, quod ex ſingulis præfatis Ordinibus unus aut duo Abbates ex doctioribus mitterentur, quodque unuſquiſque Ordo ſecum aſſumeret duos Theologos & unum Canoniſtam, ac ſumptus pro his unuſquiſque Ordo contribueret.

Et ne, ut fieri ſolet, deligant aliquos ad hanc Provinciam ineptos, vel qui veniant dumtaxat ad defendenda Privilegia & exemptiones, expedire videretur, ut Cæſar ab eis peteret delectum talium perſonarum ſibi permitti: vel ut ipſe aliquos eis nominarer, qui Majeſtati ſuæ comprimis idonei viderentur.

Quarto loco ſint quinque Ordines Mendicantium, qui mihi non videntur à tam ſancto negotio excludendi, quum plerique docti viri inter eos ſint. Et hi ob quotidianum docendi ac concionandi munus controverſarum opinionum ſunt peritiores.

His vero maximum præbebit impedimentum paupertas. Quam ob rem ſi Cæſar juberet his præberi ſumptus ab Monaſteriis Monialium, poſſent & inde quoque aliquot inſignes viri aſſumi, qui ad Concilium mitterentur.

Quinto loco occurrunt Præpoſiti & Collegia Canonicorum exempta, quæ Epiſcopis non ſubſunt neque aliquid contribuunt; & quæ ſolent fere in Conciliis exemptiones ſuas mordicus proſequi, nec de Reformatione Eccleſiæ multum curant.

Cum tamen magnam partem bonorum Eccleſiaſticorum poſſideant, æquitas ac ratio poſtulat, ut & ipſi commune onus ferant. Poſſet fortaſſis his injungi, ut Univerſitatis Lovanienſis Deputatis ſumptus præberent: quo Abbates Brabantiæ ab cæteris non ſepararentur, vel ſi ita videretur, Mendicantibus ſuppetias ferre poſſent.

De quibus omnibus Cæſar tempeſtive mandare poſſet quid fieri vellet, & Reginæ aut Concilio Status ſententiam ſuam aperire; quum in tanta capitum multitudine res non caritura ſit difficultate.

Conveniret quoque iis omnibus qui ex Principis authoritate ad Concilium proficiſcentur, caput aliquod dari ab Cæſare, quod eorum actiones dirigat, ac nomine harum Provinciarum hæreditariarum, quæ merito non poſtremum in Conſilio locum tenere debent, Legati munus honoremque ſuſtineat.

Ad quam Pruvinciam Cancellarius Ordinis,* vel Weltwyckius noſter, vel duo ſimul non inidonei mihi viderentur, ſi eorum operâ hîc carêre poſſemus.

Verum de his omnibus Reverendiſſima Dominatio veſtra melius judicabit. Quæ ſi quid amplius de ipſis à me requiret, pru mei ingenii parvitate lubens in omnibus obſequar Deus D. V. R. incolumem conſerver. Ex Bruxella, 8 Februarii 1550 *Viglius Zuichemius.*

* Is erat Philippus Nigri, Decanus S. Gudilæ, dein I. Epiſcopus Antverp. Nominatus

Additio ejuſdem Præſidis Viglii.

I. Forma celebrandi Concilii ex antea celebratis accipienda erit. Et quo minus habeant hæretici quod carpant, optimum erit eam confirmare potius antiquis quam noviſſimis. Hæc eſſe debet Pontificis & Cardinalium ſollicitudo: qui in hoc Prælatis aliis ad Concilium venturis viam commonſtrare debent.

II. Antiquiſſima Concilia ex Epiſcoporum & Eccleſiaſticorum conſtabant congregatione: quibus Imperatores veteres ſuum favorem promotionemque impertiri conſueverunt. Eorumque ante omnes Reges & Principes ſæculares prima fuit authoritas. Ut ſicut Romanus Epiſcopus omnium Eccleſiarum Primas cenſetur, ſic & Rex ſive Imperator Romanorum in ſuo ordine eâdem authoritate præfulgeat.

III. Hæretici conantur authoritatem congregandi Concilii ab Papa ad Imperatorem, & ab Eccleſia ad ſæcularem poteſtatem traducere. Sed nec in jure ſatis fundata eſt eorum intentio, nec de facto ſubſiſtere poterit; cum Imperii authoritas ad duas tantum Nationes reſtricta ſit, Italicam & Germanicam. Nec in hoc Hiſpanica, Gallica, Anglicana, Hungarica, Polonica, ac ſeptemtrionalium Regnorum Nationes Imperatorum ſeſe volent ſubjicere juriſdictioni, & Germanicæ Nationi hujuſmodi concedere prærogativam.

IV. De veterum Conciliorum origine celebratione ac authoritate habetur XV. XVI. XVII. & ſequentibus Diſtinctionibus in Decretis.

V. Memini etiam in Conſiliis Panormitani de Celebratione Concilii amplè tractari. Et ſunt aliquot eadem de re Opuſcula inter Tomos Tractatuum Juris.

VI. Officium Imperatoris eſt, ut exigente neceſſitate, Eccleſiæ unionem promoveat. Id quum

quum veteres Principes piè fecerint, tum noviſſimè ſummum fuit in Conſtantienſis Baſilecenſiſque Concilii Congregatione ſtudium Sigiſmundi Imperatoris.

Ac tum quidem ſumma difficultas ex Pontificum ac Eccleſiaſticorum oriebatur diſſentione. Nunc id conandum videtur, ut contra ſæcularium Principum poteſtatumque, quibus Hæretici adhærent, conatus in opprimenda Eccleſiæ authoritate, per Cæſaream Majeſtatem cæteroſque pios ac ortbodoxos Reges provideatur.

Eſt enim Cæſaris officium, promovere primò Concilium, ut id legitimè oportunoque loco congregetur. In quo ſun jam officio Majeſtas ſua peramplè functa eſt. Deinde ut tutò poſſint ex omnibus locis, qui Concilio intereſſe debent, eòque vocati ſunt, eò pervenire. Item ut tutò ibi manere queant, cum Cæſar ſit Concilii ſupremus Protector.

Quamquam ſoliti ſunt conſtitui etiam de Concilii auctoritate ſpeciales alii Protectores: quibus committi ſolet juriſdictio in cauſibus qui ſolent exoriri ſuper cauſſarum criminalium & civilium cognitione.

Item ut ſuggerat Concilio ea quæ conſultationem Patrum requirere videntur, pro unitate & concordia Reipublicæ Chriſtianæ. Item ut poſtea legitimè Decreta exequatur.

VII. Quod ſi autem Cæſarea Majeſtas ad Concilii initium perſonaliter adeſſe nequeat, poterit tamen eò Legatum mittere, qui ea repetat continuetque, quæ per Reverendiſſimum Epiſcopum * Atrebatenſem anno 1543 9 Januarii eorum Deputatis ab Pontifice Cardinalibus propoſita ſunt.

Excuſabatur ibi Cæſar ac Prælati ſubditi, quod ob belli impedimentum venire non poſſent. Promittebaturque eorum adventus, ſi tempora paterentur. Nunc bello ſedato, ſi non tam tempeſtivè venerint, cauſæ dilationis exponi poterunt, promittique Majeſtatis ſuæ ſtudium, tam in excitandis Prælatis ſuis, eorumque officio & obſequio in Concilii optatum fructum, quam etiam in aliis, quæ Majeſtatis ſuæ partes concernunt.

* Is erat Antonius Perrenot, dein S. R. E. Cardinalis, Archiepiſc. Mechlin.

Notitia Epiſcoporum & Theologorum Belgii, nec non Legatorum Caroli V. Cæſaris, qui interfuerunt Seſſionibus Concilii Tridentini.

Imprimis interverunt primis Seſſionibus Concilii Tridentini, anno 1543 & ſequentibus, Oratores Caroli V. Cæſaris,

Nicolaus de Perrenot, Dominus de Granvella, Burgundus, Conſiliarius ſupremi Rerum Statûs, & Vices-gerens generalis ſuæ Majeſtatis per Germaniam & Italiam: qui dein obiit Auguſtæ Vindelcorum anno 1550, ubi in Comitiis Imperii pro Cæſare Commiſſarius interat.

Joannes Fernandez Mauriquez, Marchio de Aguilar, Hiſpanus, antea Legatus ſuæ Majeſtatis apud ſanctam Sedem.

Antonius de Perrenot, de Granvella, Nicolai prænominati filius, Epiſcopus Atrebatenſis, dein S. R. E. Cardinalis & primus Archiepiſcopus Mechlinienſis. Hic habuit anno 1543 Orationem latinam ad PP Concilii Tridentini, relatam apud plures authores.

Didacus Hurtadus à Mendoza, Hiſpanus, primò Orator Cæſareus apud Rempublicam Venetam, dein ad Concilium Tridentinum.

Acceſſit etiam Tridentum 15 Martii, alter Orator Caroli V. quâ Regis Hiſpaniarum, *Franciſcus à Toleto*, Hiſpanus, in locum Didaci Mendozæ.

Carolus de Croy, Epiſcopus Tornacenſis, anno 1545 profectus eſt ad Synodum Tridentinam, aſſumptis ſecum Franciſco Sonnio, S. T. Doctore Lovanienſi familiari ſuo, & Laurentio Pratano, Cathedralis ſuæ Canonico, qui res in quinque primis Seſſionibus geſtas ſcripto excepit. Vide Bibliothecam Belg. Valerii Andreæ.

Robertus de Croy, Epiſcopus Cameracenſis, interfuit eidem Concilio, & quintæ ejus Seſſioni 17 Junii 1546 ſubſignavit.

Petrus Voorſtius, Belga Antverpienſis, olim in Romana Curia Sacræ Rotæ Auditor, nomine Nationis Germanicæ, Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ Cameracenſis, ac dein Epiſcopus Aquenſis ſub Archiepiſcopatu Mediolanenſi, interfuit ac ſubſignavit die 21 Aprilis 1547 Seſſioni nonæ.

Reſumpto Concilio, ſub Julio III Pont. Seſſioni undecimæ, quæ habita fuit 11 Octobris 1551 intervenerunt tres Legati ſeu Oratores Caroli V. Cæſaris, nempe

Hugo Comes à Montfort & Rotenfels, Germanus.

Franciſcus à Toleto, Prior Reconvalenſis, Hiſpanus, qui Seſſionibus quibuſdam præcedentibus interfuerat.

Guilielmus à Pictavia, Canonicus & Archidiaconus Campiniæ in Eccleſia Leodienſi, ac dein magnus ibidem Præpoſitus; nominatus quoque à Carolo V. Cæſare ad Epiſcopatum Montenlem, eoque ſuppreſſo ad novum Audomarenſem.

Item tres Archiepiſcopi Electores S. R. Imperii.

Sebaſtianus ab Hauſſenſtayn, Moguntinus.

Joannes Comes ab Iſemburg, Trevirenſis.

Adolphus à Schauwenburg, Colonienſis.

Item *Gerardus de Hamericourt*, Abbas S. Bertini Ordinis S. Benedicti Audomaropoli, dein primus Audomarenſium Epiſcopus inauguratus: ſubſcripſit XI. Seſſioni. Adfuerunt quoque octo Theologi Belgæ, à Maria Regina Hungariæ Belgii Gubernatrice, de mandato Caroli V. Cæſaris, item ab Univerſitate Lovanienſi eodem anno 1551 ad Concilium Tridentinum deputati: nimirum

Ruardus Tapperus, ab Enchuſia, Batavus, S. Th. Doctor, Eccleſiæ Collegiatæ D. Petri Lovanii Decanus & Academiæ Vice-Cancellarius, ſummi nominis Theologus, editis contra Lutheranos libris celebris.

Joannes Leonardi, Haſſelius, vulgo *Vander Eycken*, S. Th. Doctor, linguarum ſacrarum cognitione excellens, Tridenti immaturâ morte è vivis ereptus die 5 Januarii 1551 al. 1552.

Franciſcus Somnius, Sylvæducenſis, S. Th. Doctor, tunc Canonicus & Inquiſitor Fidei in Eccleſia Ultrajectina, jam antea primis Seſſionibus interfuerat anno 1545 una cum Carolo de Croy Tornacenſi Epiſcopo; dein veto ſecundò adiit tanquam Deputatus Reginæ Hungariæ & Academiæ Lovanienſis: demum fuit Epiſcopus Silvæducenſis & Antverpienſis.

Jodocus Raveſteyn, Tiletanus Flander, S. T. Doctor Lovanienſis, libris editis clarus, fuit quoque Præpoſitus Eccl. Colleg. Walcurienſis in Diœceſi Namurcenſi; item poſtea interfuit Colloquio Wormacienſi.

Joannes Walthéri, Inſulenſis, S. Th. Doctor Lovanienſis Ordinis FF. Prædicatorum, Hæreticæ Pravitatis Inquiſitor per Diœceſim Tornacenſem. Obiit anno 1564.

Joannes Mahuſius, Aldehardenſis Flander, S. Theol. & SS. Litterarum Profeſſor in Ordine FF. Minorum, dein primus Epiſcopus Daventrienſis nominatus.

Rogerius Juvenis, vulgo *de Jonghe*, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Conventus Brugenſis filius, Provincialis ſui Ordinis in Belgio, Theologus item Epiſcopi Tornacenſis, qui eidem obtulit dignitatem Suffraganei in Diœceſi ſua Tornacenſi. Obiit Brugis anno 1597.

Alexius Candidus, Ordinis FF. Carmelitarum.

Vulmarus Beernaerts, ex Eecke, Caſletanus Flander, J. U. Doctor & SS. Canonum Profeſſor primarius, Eccleſiæ D. Petri Lovanii Canonicus &c. nomine Ordinis Eccleſiaſtici Ditionum Belgicarum cum prænominatis Doctoribus Concilio Tridentino interfuit.

Intervenerunt etiam anno præfato, cum Archiepiſcopo Trevirenſi *Ambroſius Pelargus*, Ordinis FF. Prædicat. & *Joannes Delphius*, Belga, S. T. Doctor, dein Suffraganeus Argentinenſis. Et cum Archiepiſcopo Colonienſi *Joannes Gropperus* Clivius, J. U. Doctor, Præpoſitus Bonnenſis, dein S. R. E. Cardinalis, & *Eberhardus à Bellich*, Ordinis FF. Carmelitarum S. T. Doctor, dein Suffraganeus Colonienſis.

Nomine autem Georgii ab Auſtria Epiſcopi Leodienſis comparuerunt in præfatis Seſſionibus *Guilielmus a Pictavia*, Archidiaconus Campiniæ in Eccleſia Leodienſi, qui ſimul agebat partes Oratoris Cæſarei (de quo ſupra) *Gregorius Silvius*, alias *Sauvage*, Ordinis FF. Prædicat. S. T. Doctor, qui paulò poſt creatus fuit Epiſcopus Tagaſtenſis, ac Suffraganeus Leodienſis: item *Antonius Ghenard*, Viſetenſis, S. T. L. poſtmodum Cathedralis illius Eccleſiæ Canonicus, Vice-Decanus, nec non Hæreticæ Pravitatis Inquiſitor: uti & *Winandus a Wingaerde*, tunc juvenis Canonicus, poſtmodum verò Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis.

Tandem Synodo Tridentinâ ad finem vergente, miſſi ſunt anno 1561 à Philippo II. Hiſpaniarum Rege alii, tum Epiſcopi tum Theologi ex Belgo, nimirum.

Franciſcus Richardot, Burgundus, S. T. Doctor ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, aſſumptus primò Epiſcopus Nicopolitanus, ac Suffraganeus Bſuntinus, inde renunciatus anno 1561 Epiſcopus Atrebatenſis.

Antonius Havet, Atrebas, S. T. Doctor Ordinis FF. Prædicatorum, primus Epiſcopus Namurcenſis inauguratus anno 1561 Ad hunc extat Epiſtola Margaretæ Duciſſæ Parmenſis, data die 3 Martii 1561, quâ ei mandatur, ut indilatè ſe conferat ad Concilium.

Martinus Rithovius, Brabantinus, S. T. Doctor Lovanienſis, Eccleſiæ D. Petri Lovanii Decanus & Pro-Cancellarius Academiæ Lovanienſis, ac dein primus Iprenſium Epiſcopum conſecratus.

Cornelius Janſenius, Hulſtenſis Flander, S. T. Doctor in Academia Lovanienſi renunciatus anno 1562, nec non Eccleſiæ Collegiatæ Divi Jacobi ibidem Decanus; ſtatim ab aſſumpto Magiſterio deſtinatus Tridentum. Hinc reverſus, anno 1568 inauguratus eſt primus Epiſcopus Gandavenſis.

Michael Bayus, Athenſis, S. T. Doctor Lovan. Præſes Collegii Pontificii, ac poſtmodum Decanus Eccleſiæ Divi Petri, ſcriptis ſuis ac variarum Propoſitionum ſuarum damnatione celebris. Obiit ſenex Lovanii anno 1589.

Joannes Heſſelius, Lovanienſis, S. T. Doctor ac primus Præſes Collegii minoris Theologorum, ante diem obiit Lovanii anno 1566 ætatis 44. Hi omnes finem Concilii ſpectârunt.

His annumerari poſſunt duo alii Belgæ, *Eutychius de Corder*, Antverpienſis, Abbas Sancti Fortunati apud Baſſianum, Congregationis Caſſinenſis; & *Joannes Covillonius*, Inſulenſis, è Societate Jeſu, Theologus à Duce Bavariæ deputatus; qui etiam ad finem uſque interfuerunt.

CAPUT CLXXII.

Admiſſio PP. Societatis Jeſu ad docendum in Univerſitate Colonienſi anno 1556 in Gymnaſio vulgo dicto Tricoronato.

Ex Archivis Academiæ Colonienſis.

ANno Domini 1556 die Lunæ XVI. Menſis Novembris, in majore Eccleſia Colonienſi, ante Paſculum congregati Venerabiles Domini Henricus à Tongeris SS. Theologiæ Profeſſor, Rector Univerſitatis Colonienſis, Frater Joannes Coeſſen Ordinis Prædicatorii Decanus Theologiæ, etiam S. Theologiæ Profeſſor, Joannes ab Anholt Decanus Juris, Conradus Betzſtorpius Juris Doctores, Hermannus Noveſianus Medicinæ Doctor, Magiſter Johannes Ruræmundenſis Sacræ Theologiæ Baccalaureus Decanus Artium, Deputati Univerſitatis, die Veneris proximâ præteritâ congregati in Zillis ad Gradus Mariæ Virginis;

Fuit Venerabili Domino Magiſtro Joanni Reidt Filio quondam Domini Joannis à Reidt, dum vixit, Conſulis Colonienſis, Artium Magiſtro Ordinis Jeſuitarum, in præſentia Domini Henrici Dionyſii ſui Confoci concluſio Univerſitatis ſuper Supplicatione retro-ſcripta Senatui Colonienſi porrectâ propoſita.

Videlicet quod ipſe cum conſenſu Univerſitatis poſſet novam Burſam in platea S. Maximini ſitam ad illam inhabitandam, & inibi juventutem inſtruendam, erudiendam & docendam & regendam in bonis moribus & diſciplinis Catholicis aſſumere & acceptare, modò idem Magiſter Joannes velit in vim juramen-

ti Univerſitati præſtiti & ſub fide Sacerdotii ad manus Pedellorum tamquam Notatiorum promittere, ſtipulatione interveniente, quod omnia & ſingula, quæ in Supplicatione pollicita ſunt, velit diligenter ſine fictione obſervare & adimplere, cum ſuis Conſociis & Coadjutoribus.

Præterea quod biennio inhabitationis elapſo, rurſus petet conſenſum Univerſitatis deſuper dandum, & ſic ſingulis bienniis. Inſuper quod debet ſe conformare in regimine hujuſmodi Dominis cum Univerſitate & Facultate Artium ac cæteris Burſis, & in eventum quo aliter ſeſe rexerit & geſſerit, ac contra pollicita retro ſcripta fecerit, quod ex tunc ſine aliqua exceptione & replicatione ad nutum & Decretum Univerſitatis dictam Domum ſeu Burſam cum ſuis conſociis evacuabit & dimittet.

Et cùm nonnulli ex Ordine Jeſuitarum ante tempora & in bonis adhuc fortunis exiſtentes filios bonorum virorum & bominum, præſertim divitum, qui ſunt bonæ ſpei, ad ſe alliciant, ac bonis & blandis inducant verbis, quod in eorum Ordinem eant, & tunc eos ad longinquas regiones aut terras præter ſcitum & conſenſum eorum parentum relegant & tranſmittant, unde cum tempore Burſæ & Studia magnum damnum & incommoda incurrant, ac tandem pariant &c.

Id ipſum idem Magiſter Joannes cum ſuis conſociis non faciet, & ſi compertum fuerit contrarium factum, tenebitur ad repræſentandum taliter regulatum & tranſmiſſum ſine contradictione, & cum hoc evacuabit dictam Domum.

Quæcumque omnia & ſingula præmiſſa dictus Dominus Joannes à Reidt ſe fideliter adimpleturum animo bene deliberato & ſponte in & ad manus Pedellorum prædictæ Univerſitatis in vim juramenti ſui præſtiti & ſub fide Sacerdotii promiſit & addixit.

Acta ſunt hæc uti ſupra, præſentibus prædictis Dominis.

Henricus de Belſchuh Notarius & Pedellus ejuſdem Univerſitatis pro nota præſcripta.

In Univerſitate Colonienſi, teſtantibus Annalibus Facultatis Artium, varia olim fuerunt Studioſorum Collegia. Ex quibus, aliis ſucceſſivè pereuntibus, Montanum, Laurentianum & Cucanum fuerunt celebriora. Horum omnium antiquiſſimum Montanum à ſecundo ejus Regente Gerardo De Monte, Laurentianum à Laurentio Groeningeoſi, Cucanum à Joanne Cuick nomen habent; Montanum & Laurentianum etiamnum in ſuo flore durant, & Deo propitio, quouſque inclyta hæc Univerſitas durabit, jam variis piis Fundationibus dotata duratura creduntur;

Qui autem Cucani Gymnaſii, quod in platea S. Maximini ſitum & modò Collegio S. J. incorporatum eſt, Regens Jacobus Lychius anno 1556 uxorem duxit & factus hæreticus cum eam dimittere nollet, ab Univerſitate dictum Gymnaſium occluſum eſt, Fundationibus ejus partim ad Montanum, partim ad Laurentianum tranſlatis, quæ eas uſque ad hæc tempora poſſident. Quo facto & intellecto, Patres Societatis Jeſu hanc Burſam Cucanam & ſe ad docendum admitti petierunt, & utrumque ſub certa forma & modo ab Univerſitate precibus impetrarunt. Cui ex tunc novum nomen, ſcilicet Tricoronatum ab Inſignibus hujus Urbis indiderunt. Et poſtquam in platea S. Marcelli verſus Eccleſiam, præſentem eorum Burſam ante aliquot annos ædificarunt, nomen ſub eodem titulo Tricoronato in eadem qualitate & Facultate uſque ad hæc tempora retinuerunt, prout ea latius in Annalibus Facultatis Artium Lib. 4 fol. perlegi poſſunt. *Ita habent Acta Academica Colonienſia.*

CAPUT CLXXIII.

*Pius IV. Pontifex anno 1559 Eccleſiam Cathedralem Cameracenſem eximit à juriſdictione Archiepiſcopi Remenſis, eamque ſubjicit immediate ſanctæ Sedi, quæ paulò poſt ab eodem Pio IV. Pont. erecta fuit in * Metropolim.*

* Bulla extat apud Miræum pag. 1530.

Ex Actis Concilii Remenſis.

PIus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit, & convenit honeſtati, ut ea quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu Litteræ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum.

Vide Bullam Pauli IV. Pont. apud Miræum pag. 472.

Dudum ſiquidem felicis recordationis Paulus Papa quartus Prædeceſſor noſter, qui circa ſtatum Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Cathedralium ac perſonarum earumdem ſuæ proviſionis auſpiciis auctore Domino proſperè dirigendum, ſollicitis ſtudiis invigilans, Apoſtolicæ providentiæ partes libenter interponebat, prout in Domino ſalubriter expedire conſpiciebat; ex juſtis & rationabilibus cauſis animum ſuum moventibus, ſub dato videlicet decimo Kalend. Januarii, Pontificatûs ſui anno quarto, Eccleſiam Cameracenſem, cui tunc per obitum bonæ memoriæ Roberti olim Epiſcopi Cameracenſis extra Romanam Curiam defuncti Paſtoris ſolatio deſtitutæ, de perſona dilecti filii Maximiliani de Bergis electi Cameracenſis ſibi & Fratribus ſuis, de quorum numero tunc eramus, ob ſuorum exigentiam meritorum, acceptâ, de Fratrum eorumdem conſilio Apoſtolicâ Auctoritate providerat;

Ipſumque illi in Epiſcopum præfecerat, &

Pastorem; curam & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo; prout in nostris inde confectis Litteris, cum dictus Prædecessor, antequam ejus Litteræ desuper conficerentur, sicut Domino placuit, rebus fuisset humanis exemptus, plenius continetur.

Nec non Civitatem & Diœcesim Cameracensem, omniaque & singula earum, & in illis consistentia, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, dignitates, Personatus, administrationes, & officia, ac Canonicatus & Præbendas, necnon Parochiales & alias Ecclesias, ac Capellas & Hospitalia, ac alia pia loca, ceteraque cum cura & sine cura, sæcularia.

Et quorumvis Ordinum Regularia Beneficia Ecclesiastica, cum omnibus & singulis suis juribus & pertinentiis, ac bonis mobilibus & immobilibus;

Nec non Vicarios, Officiales, & Ministros pro tempore Episcopatûs Episcopi Cameracensis, seu ipsius Ecclesiæ Præsules aut Administratores, ac dilectos filios, Clerum & populum Civitatis ac Diœcesis eorumdem, ab omni jurisdictione, potestate, correctione, superioritate in spiritualibus & temporalibus, Venerabilis Fratris nostri tunc dicti Prædecessoris, tunc moderni, cui metropolitico jure ipsa Ecclesia Cameracensis tunc subjecta existebat, ac pro tempore existentis Archiepiscopi Remensis, illiusque Vicariorum, Officialium, ac ministrorum, & judicum quorumcumque pro tempore existentium, de simili consilio, dictâ Apostolicâ auctoritate perpetuò exemit, ac totaliter liberavit;

Ac quoad omnia & singula, in quibus præfato Archiepiscopo, ejusque Archiepiscopali, & Metropoliticæ jurisdictioni & superioritati eatenus suberant, ac subesse poterant, in jus & proprietatem beati Petri ac dictæ Sedis, & sub eorum ac præfati Prædecessoris, ac pro tempore existentis Romani Pontificis, speciali & immediatâ Protectione suscepit; nec non sibi & eisdem, sed & Pontificii immediatè subjecit.

Ita quod de cetero ipse Archiepiscopus, ejusque Vicarii, Officiales, Ministri & judices tunc præsentes & futuri, aliquam jurisdictionem, superioritatem, vel correctionem, aut dominium in & pro tempore existentem, Episcopum Cameracensem, seu ipsius Ecclesiæ Præsulem, vel Administratorem, ac Ecclesiam, Civitatem, Diœcesim, clerum, populum, Monasteria, Prioratus, Præpositatus, Præposituras, dignitates, Personatus, administrationes, officia, Canonicatus, & Præbendas, ac Parochiales & alias Ecclesias, nec non Capellas, Hospitalia loca, beneficia, res, bona, Vicarios, Officiales & Ministros hujusmodi tamquam prorsus exemptos & exempta, etiam ratione..... delicti seu contractûs, aut rei de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, aut iniretur contractus, seu res ipsa consisteret, exercere; aut excommunicationis, suspensionis, & interdicti, vel alias sententias, censuras, & pœnas, promulgare, seu alias directè vel indirectè quovis quæsito colore vel ingenio, molestare, vexare, aut aliàs quomodolibet impedire nullatenus possent, seu deberent.

Sed Episcopus, seu Præsul & Administrator, Officiales, Vicarii, Ministri, clerus, & populus, ac alii præfati de eis querelantes, quoad ea quæ Metropoliticam jurisdictionem hujusmodi concernebant, coram Prædecessore, vel ejus Successore, aut sedes, & præfatis vel ab eis ad id specialiter delegatis, de justitia respondere tenerentur:

Districtiùs inhibens Archiepiscopo ac ejus Vicariis, Officialibus, Ministris & judicibus, eisdem ac quibusvis aliis personis cujuscumque dignitatis, statûs, gradûs, ordinis, vel conditionis existentibus, ne in Episcopum, seu Præsulem, aut Administratorem, seu Ecclesiam hujusmodi, aut Vicarios, seu Officiales & Ministros eorum; nec non clerum & populum, ac Monasteria, Prioratus, dignitates, personatus, administratores, officia, Canonicatus, & præbendas, Ecclesias, Capellas, Hospitalia loca, ac beneficia hujusmodi, aliquam jurisdictionem, superioritatem, dominium, potestatem, visitationem, correctionem, tam in civilibus, quam criminalibus, causis Metropoliticam jurisdictionem eamdem concernentia exercere, quoquo modo præsumerent ac decernerent.

Omnes & singulos processus, sententias, censuras & pœnas, quos & quas per eos desuper pro tempore haberi & promulgari contingeret, nullos & invalidos, nulliusque roboris vel momenti fore; sicque per quoscumque quâvis auctoritate fungentes, judices, & alias personas, sublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & interpretari: omne irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam gravitatis auctore scienter, vel ignoranter contingeret attentari.

Non obstante Constitutione piæ memoriæ Innocentii Papæ etiam quarti, etiam Prædecessoris nostri, quæ incipit, *Volentes*, & aliis Apostolicis, necnon in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus & ordinationibus, ac dictæ Ecclesiæ Cameracensis juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate roboratis, Statutis, & consuetudinibus:

Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, Archiepiscopo illiusque Vicariis, Officialibus, Ministris, judicibus præfatis, ac quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis.

Quibus omnibus præfatus Paulus Prædecessor,

ceſſor, etiamſi pro illarum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, vel aliqua alia exquiſita forma ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & formâ in illis traditâ obſervatâ, inſerti forent; idem Paulus Prædeceſſor pro ſufficienter expreſſis habens, illis alias in ſuo robore permanſuris, eâ vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogavit, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Ne autem de exemptione, liberatione, ſuſceptione, ſubjectione, inhibitione, decreto, & derogatione præfatis, pro eo quod ſuper illis dicti Pauli Prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu Litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari; ipſique Epiſcopus ſeu Præſul, aut Adminiſtrator, ac Vicarii, Officiales, Miniſtri, clerus, & populus illarum fruſtrentur effectu; volumus, & ſimiliter Apoſtolicâ Auctoritate decernimus, quod exemptio, liberatio, ſuſceptio, ſubjectio, inhibitio, decretum & derogatio Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi, perinde a dicto die decimo Kalendas Januarii ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ejuſdem Pauli Prædeceſſoris Litteræ ſub ejuſdem dieidato confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur: quodque præſentes Litteræ ad probandum plenè Exemptionem, liberationem, ſuſceptionem, ſubjectionem, inhibitionem, decretum & derogationem Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi, ubique ſufficiant, neque ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ voluntatis & decreti, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, octavo Idus Januarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

CAPUT CLXXIV.

Juramentum præſtitum ab Inquiſitoribus Apoſtolicis in Belgio, anno 1560, paulò ante Erectionem novorum Epiſcopatuum.

Ex Archivis Epiſcop. Brugenſis.

ANtonius Perrenot, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Atrebatenſis, omnibus & ſingulis quorum intererit ſeu intereſſe poterit, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam Breve Apoſtolicum SS. Domini noſtri Pii Papæ IV. expeditum ſub Annulo Piſcatoris I. Julii 1560 Pontificatûs ejuſdem anno primo, ſuper officio ſanctæ Inquiſitionis exercendæ per Inferiorem Germaniam, & directum S. Theol. Magiſtris, Franciſco Sonnio, Prothonotario, Eccleſiæ Trajectenſis Canonico, Martino Rythovio, Petro Curtio, Jodoco Raveſtein, & Michaeli Bay ab Ath, continet, ac inter cætera continere vidimus hanc Clauſulam;

„ Volumus autem, quod antequam Vos, „ pro tempore Deputandi Vicarii ſeu Com„ miſſarii in præmiſſis, ad executionem illo„ rum procedere incipiatis, Vos in Venera„ bilium Fratrum noſtrorum Cameracenſis & „ Atrebatenſis Epiſcoporum, ſeu alterius eo„ rum, illi verò in Veſtris ſeu alicujus veſtrum „ manibus de Officio hujuſmodi fideliter exer„ cendo, & de huic Stæ Sedi officioque „ Sanctæ Inquiſitionis generali Urbis, obe„ dientiâ præſtandâ, præſtare teneamini Ju„ ramentum.

Cui clauſulæ Bullæ, ut ſatisfaceret præfatus Dominus Petrus Curtius, Paſtor Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Lovanienſis, Leodienſis Diœceſis, dictum Juramentum in manibus noſtris præſtitit. Ac illud ſecundum tenorem dictæ Bullæ ſolemniter recepimus.

Promiſitque dictus Dominus Curtius, ſe omnem fidem & operam in executione dicti Officii Stæ. Inquiſitionis exhibiturum, omnemque obedientiam Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, ac etiam Generali Inquiſitioni Urbis præſtiturum: dummodo quæ præſcribit eadem Sta. Inquiſitio Urbis, à Domino & Statibus harum Ditionum Inferioris Germaniæ recipiantur, ſeu acceptentur.

Acta fuerunt hæc Bruxellæ in ædibus ſolitæ noſtræ Reſidentiæ, die 6 Novembris anno 1560, præſentibus Venerabilibus DD. & Magiſtris Maximiliano Morillon U. J. Licentiato Præpoſito Eccleſiæ Collegiatæ B. Petri Arienſis, & Renoberto Malpas U. J. Doctore, Cantore & Canonico Eccleſiæ Divi Rumoldi Mechlinienſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis & requiſitis. In quorum teſtimonium præſentes Litteras deſcribi, ac Sigilli noſtri mandavimus appenſione muniri, &c.

CAPUT CLXXV.

Pius IV. Pontifex pro dote provisionali novi Episcopatûs Namurcensis, constituit anno 1560 pensionem notabilem super fructibus Mensæ Episcopalis Giennensis (vulgo Jaen) in Hispania, sub Archiepiscopatu Toletano.

Ex Archivis Episcopat. Namurc.

Ius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. De Romani Pontificis providentia circumspecta provenire dignum est, ut Ecclesiarum quarumliber, præsertim Cathedralium insignium Prælatis in oneribus sibi commissis facilius supportandis, debitæ subventionis auxilia præstentur.

Hinc est, quod nos qui dudum inter alia voluimus & ordinavimus, quod Litteræ reservationis vel assignationis etiam motu proprio cujusvis pensionis annuæ super alicujus beneficii fructibus expediri non possent, nisi de consensu illius qui pensionem prædictam persolvere tunc haberet; ut postmodum pensionem annuam mille & quingentorum Ducatorum auri largorum valoris & qualitatis, prout in Regnis Hispaniarum pro tempore cursum haberent, super Mensæ Episcopalis Ecclesiæ Giconensis, quæ de Jure Patronatûs Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici ratione Castellæ & Leonis Regnorum ex Privilegio Apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, etiam tunc esse dignoscebatur, fructibus, redditibus & proventibus personæ per Nos nominandæ ac eidem Philippo Regi gratæ, sibi quoad interim, vel procuratori suo ad id ab eo speciale mandatum habenti annis singulis integrè persolvendam, Motu simili, Apostolicâ Authoritate, reservari constituit & assignari etiam voluimus.

Quique hodie postquam felicis recordationis Paulus PP. IV. Prædecessor noster ex certis tunc expressis causis Ecclesiam (1) Namurcensem ex Ecclesia Collegiata S. Albani tunc Oppidi Namurcensis, Leodiensis Diœcesis, in Cathedralem Ecclesiam cum Mensa Episcopali, & aliis Cathedralis Ecclesiæ insignis ex Fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus consilio, per suas Litteras perpetuo erexerat & instituerat. Et ad illam etiam eâ vice & quotiescumque eam vacare contingeret, Jus nominandi Romano Pontifici pro tempore existenti personam idoneam certo tunc expressis modo qualificatam ipsi Philippo Regi, cui ea pars inferioris Germaniæ, in qua ipsa Ecclesia Namurcensis consistit, etiam tunc hereditario jure subjecta erat, suisque Successoribus ejusdem partis in temporalibus Dominiis reservaverat, & dictæ Mensæ pro ejus dote unum trium millium ducatorum auri de camera, ex certis decimis & bonis, ac fructibus redditibus & proventibus Ecclesiasticis per Nuncium suum postmodum ab eo illuc mittendum specificandis & repartiendis, ex tunc prout ex ea die & è contra, postquam specificati & repartiti etiam perpetuo; ac interim donec specificatio & repartitio hujusmodi factæ & effectum sortitæ forent & non ultra, alios annuos redditus mille & quingentorum ducatorum auri de camera similium, per dictum Philippum Regem ex redditibus & proventibus, quos ex hujusmodi regione percipiebat, Episcopo Namurcensi pro tempore existenti annis singulis quo-usque specificatio & repartitio, ac pro eâ tantum parte, quæ plenarium suum effectum minus sortita foret, & non ultra, integrè.

Et proportionaliter persolvendum applicaverat & appropriaverat eidem Mensæ Monasterium (2) Floreffiense Præmonstratensis Ordinis, olim Leodiensis, nunc vero Namurcensis Diœcesis, cum primum illud per cessum vel decessum dilecti filii moderni illius Abbatis, etiam apud Sedem Apostolicam aut alio quovis modo, & ex cujuscumque persona vacare contingeret, per quasdam etiam Litteras perpetuo univimus, annexuimus & incorporavimus;

Et illius bona ac fructus redditus & proventus eidem Mensæ pro illius dote constituimus & assignavimus. Ac per alias nostras Litteras eidem Ecclesiæ Namurcensi à primæva ejus erectione hujusmodi tunc vacanti de persona dilecti filii Antonii Electi Namurcensis, quem juxta dictam reservationem qualificatum præfatus Philippus Rex nobis ad id juxta eandem reservationem per suas Litteras nominaverat, de simili consilio dictâ Auctoritate providimus, ipsumque illi in Episcopum præfecimus & Pastorem, curam & administrationem ipsius Ecclesiæ Namurcensis sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo; prout in singulis Litteris prædictis plenius continetur.

Quique accepimus, quod Regio ipsa ob recentes illius clades adeo exhausta reperitur, ut ex dict. illius proventibus dictus Philippus Rex annuum redditum 1500 ducatorum hujusmodi commode persolvere non posset; ne ipse Antonius electus & pro tempore existens Episcopus Namurcensis, donec unio & incorporatio prædictæ plenarium fructus sint effectum, debitâ subventione destituatur: sed ut statum suum juxta Pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeat, de opportunæ subventionis auxilio providere volentes, præfato Antonio Electo, eidem Philip-

po, ut etiam accepimus grato, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Namurcenſi, penſionem annuam 1500 ducatorum auri largorum ſimilium ſuper Menſæ Epiſcopalis(3) Giennenſis fructibus redditibus & proventibus hujuſmodi, etiamſi ſuper illis aliæ penſiones annuæ aliis aſſignatæ exiſtant: (dummodo omnes inſimul eorumdem medietatem non excedant:)

Antonio Electo, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Namurcenſi prædicto, vel ejus Procuratori, ad hoc ab eis ſpeciale Mandatum habenti, per Venerabilem Fratrem noſtrum modernum Epiſcopum Giennenſem, & Succeſſores ſuos dictæ Eccleſiæ Giennenſis Præſules ſeu Adminiſtratores pro tempore exiſtentes, annis ſingulis, pro una videlicet in B. Joannis Baptiſtæ, & altera medietate penſionis mille & quingentorum ducatorum, hujuſmodi in Domini noſtri Jeſu-Chriſti Nativitatum feſtivitatibus, à die tranſlationis de dicto moderno Epiſcopo Giennenſi ad dictam Eccleſiam Giennenſem per nos dictâ Authoritate factæ; ita quod dicta penſio ab ipſa die currere incipiat & ei debeatur pro rata temporis, quouſque Unio Annexio & Incorporatio præmiſſæ ſuum plenarium fortitæ fuerint effectum & non ultra, integre perſolvendæ & per eundem Antonium electum & pro tempore exiſtentem Epiſcopum Namurcenſem, etiam una cum Eccleſia Namurcenſi prædicta percipiendam, exigendam & levandam, ac in ſuos uſus & utilitatem convertendam, de ſimili conſilio dictâ Authoritate reſervamus, conſtituimus & aſſignavimus, decernentes mòdernum Epiſcopum Giennenſem & Succeſſores ſuos prædictos ad integram ſolutionem penſionis mille & quingentorum ducatorum hujuſmodi Antonio electo & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Namurcenſi præſentis faciendam juxta reſervationis, aſſignationis & conſtitutionis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos ac volentes & eadem auctoritate ſtatuentes quod illi ex moderno Epiſcopo Giennenſi & Succeſſoribus eiſdem qui in dictis feſtivitatibus, vel ſaltem infra triginta dies illarum ſingulas immediate ſequentes penſionem per præſentes reſervatam prædictam, per eum tunc debitam non perſolverit cum effectu, lapſis diebus eiſdem ingreſſus in Eccleſiam interdictus exiſtat; illeque donec Antonio electo vel pro tempore exiſtenti Epiſcopo Namurcenſi prædicto de penſione hujuſmodi tunc debita integrè ſatisfactum, aut aliàs eum Antonio electo aut pro tempore exiſtente Epiſcopo Namurcenſi aut Procuratore ſuo hujuſmodi deſuper amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in mortis articulo conſtitutus interdicti hujuſmodi relaxationis beneficium nequeat obtinere.

Si vero per ſex menſes, dictos XXX. dies immediatè ſequentes ſub hujuſmodi interdicto animo, quod abſit, permanſerit induratus, ex tunc effluxis menſibus eiſdem, à regimine & adminiſtratione dictæ Eccleſiæ Giennenſis ſuſpenſus exiſtat eo ipſo. Non obſtantibus priori voluntate & ordinatione noſtris prædictis, ac Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, penſiones annuas ſuper fructibus Menſarum Epiſcopalium, niſi ex ceſſionis aut alia probabili cauſa reſervari prohibentis aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus & Ordinationibus; nec non Eccleſiæ Giennenſis prædictæ juramento, Confirmatione Apoſtolicâ & quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque. Aut ſi moderno Epiſcopo Giennenſi & Succeſſoribus prædictis vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim à dicta ſit Sede indultum, quod ad præſtationem vel ſolutionem penſionis alicujus minimè teneantur, & ad id compelli non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & quâlibet aliâ dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ quomodolibet impediri valeat vel differri, & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in Litteris noſtris mentio ſpecialis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Reſervationis, Conſtitutionis Aſſignationis, decreti, voluntatis & ſtatuti infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1560, ſexto Idus Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

(1) NAMURCENSIS Eccleſia S. Albani erecta fuit in Cathedralem anno 1560 per Pium IV. Pont. factaque eſt Suffraganea Archiepiſcopatûs Cameracenſis.

Ac primum quidem pro dote ei aſſignata fuit Abbatia Floreffienſis Ordinis Præmonſtratenſis in Namurceſio. Bullam hanc exhibui apud Miræum pag. 1085, uti & brevem Catalogum Epiſcoporum Namurcenſium.

Dein S. Pius V. Pontifex Abbatiam Floreffienſem à Prædeceſſore ſuo Pio IV. deſtinatam pro dote Præfati Epiſcopatûs, exemit anno 1566; relicto tamen onere annuæ penſionis; ejuſque loco annexuit Abbatiam S. Gerardi ſive Bronienſem Ordinis S. Benedicti, in eadem Diœceſi. Bullam pariter dedi apud Miræum pag. 1098.

(2) FLORESFIA celebris Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium ad Sabim Fluvium, accepit initium anno 1121 ſub ipſo S. Patriarcha Norberto.

(3) GIENNIUM, vulgo *Jaen*, Urbs Epiſcopalis Hiſpaniæ, ſub Archiepiſcopatu Toletano. Olim Sedes erat Baeza, inde tranſlata Giennium anno 1249, poſtquam Urbs hæc à Maurorum poteſtate erepta fuiſſet.

CAPUT CLXXVI.

Judicium Facultatis Theologicæ Lovanienſis, datum 4 Junii 1562, pro Erectione XIV. novorum Epiſcopatuum in Belgio, proque unione variarum Abbatiarum &c.

Ex Chronico M. S Abbatiæ Affligem.

FAcultas Sacræ Theologiæ Lovanii gratias agit Deo, quod Catholico Regi Philippo hunc zelum Religionis, & fidei conſervandæ ſolicitudinem inſpiraverit, ut ſeriò appulerit animum ad id, quod in his regionibus ſummè neceſſarium eſt Eccleſiis & populis in fide conſervandis, procurandam nempè multorum Epiſcopatuum juxta præcepta Apoſtolica præ populi multitudine Erectionem.

Cum autem ii erigi non poſſent commodè, ſi non neceſſaria ſubſidia eis providerentur, rectè etiam juxta hoc Apoſtolicum exemplum Pauli, qui dicit ſe alias Eccleſias expoliaſſe, acceptis ab iis ſtipendiis in miniſterium Corinthiorum: ea Pontifex ad Regis ſollicitationem ex potentibus Monaſteriis ſumenda ordinavit, nihil derogans Juri communi.

Sicut nec Rex contravenit Juramento felicis inaugurationis ſuæ, aut Privilegiis à ſe & Majoribus conceſſis ipſis Monaſteriis; ſi tamen amplius non derogetur Monaſteriis, quam neceſſitas Epiſcopatuum patitur.

Quod ſanè non rectè fiet, ſi Epiſcopus nec voto pauperpatis afflictus, ſive per ſe, ſive per ſuos velut amanuenſes ad nutum amovendos & conſtituendos, citra Religioſorum conſenſum vel electionem, Regularis Diſcipli æ velit eſſe magiſter, & bonorum Monaſteriorum adminiſtrator & cuſtos.

At poterit his malis hac ratione remedium adferri, ſi eligentibus Religioſis canonicè inſtituatur unus ex Religioſis perpetuus Abbatis Vicarius; non amoveendus, niſi iis de cauſis, quibus & Abbates amoveri poſſunt & debent: qui & Religioſos ſuſcipiat ad profeſſionem, & gubernationem rerum temporalium, & Monaſterii curam habeat, conſtituens receptores bonorum, eorumque computus audiens, & ea prout fundatio Monaſterii requirit expendens; ita ut Abbas Epiſcopus non poſſit in ſui Epiſcopatûs uſum expendere ex bonis Monaſterii ultra certam ſummam ei præſcribendam à Regia Majeſtate, atque Pontifice.

Hac inquam ratione, putat Facultas & benè conſultum Epiſcopatibus novis, & Regiæ Majeſtatis juramentis, & Privilegiis Religioſorum, Jurique communi non contraveniri per Erectionem Abbatiarum in Epiſcopatus.

CAPUT CLXXVII.

Judicium Doctorum Utriuſque Juris in Academia Lovanienſi in favorem erectionis novorum Epiſcopatuum in Belgio 4 Junii 1562.

Ex Archivis Academiæ Lovanienſis.

QUoniam Pontifici maximo, recum ordine Cardinalium deliberatâ, certis de cauſis de quibus mox dicetur, placuit, ut per hanc partem Germaniæ inferioris, quæ Regi Catholico paret, Archiepiſcopatus aliquot conſtituantur, & qui his ſubſint novi aliquot Epiſcopi; viſum ei quoque eſt, ut ad ſumptus ei rei ſuggerendos, quædam novis iſtis Epiſcopatibus adjungantur, ſive uniantur Abbatiæ, quas titolo Abbatiæ, in Præſulatum erecto, Epiſcopi tanquam Præſules regant ac gubernent. Qui non modo bona Monaſteriorum, verum ipſos etiam Conventus (ſalvis tamen inſtitutis Religionis & eleëmoſynarum nec non oneribus contributionum cum reliquis Ordinibus Brabantiæ) adminiſtrent.

In qua quidem re, quoniam nonnulli contendunt Principem pro Religione jurisjurandi quod Brabantis præſtitit, nequaquam id debere permittere, quippe qui inter ceteros felicis Ioroirûs ſui articulos curare promiſit, ne quæ cui mortalium Abbatiæ, aliave Monaſteria in Commendam dentur, aut per alios gubernentur, quam per Religioſos ejuſdem Monaſterii, qui per electionem ad hoc aſſumpti ſuot; quæſitum ac deliberarum eſt, rectène id jureque contendant, & an novum iſtud Inſtitutum in rationem Commendæ cadat, aliſque felicis Introitûs articulis adverſetur, nec ne?

Cui

Cui Quæſtioni ut quoad ficti poteſt breviter ſtrictimque ſecundum ea quæ proponuntur ſatisfiat; primùm illud neminem putamus dubitare non modo exempio novum aut jure controverſum non eſſe, ſed penitus cum omni antiqnitate jureque congruere, ut Pontifex maximus certis de cauſis, novos Archiepiſcopatus ac Præſulatus aliosque Magiſtratus Eccleſiaſticos conſtituat.

Cujus cum in omni memoria plurima extent exempla, tum clara ſunt & illuſtria, quod cum Chriſtus ipſe non alios quam Apoſtolos ac Diſcipulos creaſſet, Apoſtoli deinde tebus Chriſtianorum auctis, his Diaconos, Presbyteroſque & Epiſcopos adjecerunt. Quibus deinde & illud acceſſit, ut qui Epiſcopis præeſſent, Archiepiſcopi, qui Archiepiſcopis Patriarchæ, fuerint conſtituti. Quibus rurſum Patriarchis, cum primùm quatuor eſſent numero, Conſtantinus quintum adjecit Conſtantinopolitanum, qui urbem ſuam Conſtantinopolim, quæ prius Epiſcopo Heraclienſi ſuberat, non modo in Epiſcopalem, ſed & in Archiepiſcopalem, Patriarchalemque Sedem evexit. Quem poſtea Juſtinianum in Juſtinianea nova patria ſua aliquâ ex parte imitatum eſſe conſtat.

Denique & illud quoque ejuidem eſt exempli, quod Joannes XXII. Pontifex maximus Epiſcopatum Toloſanum in quinque diviſit Diœceſes. (1) Quodque pro regula traditum eſt, diviſionem Epiſcopatuum prorę nata jure ordinario per Pontificem Romanum fieri poſſe. (2)

Secundò & hoc quoque certum exploratumque ponimus, nec quemquam eſſe qui de eo ambigat, inſtitutum iſtud Epiſcopale non ſolum ad decus & ornamentum hujus inferioris Germaniæ mirificè pertinere, ut ſane pertinet, ſed & cum ſumma utilitate, neceſſitateque eſſe coojunctum.

Nam ſi novis Archiepiſcopis & Epiſcopis creandis cauſam dare ſolent, multitudo populi, ampl tudo regionum, diverſitas linguarum, locorum propter marc difficultas, graſſatio hæreſium, & ſi quæ ſunt iis ſimilia, ſcilicet ut ſi multa ſit meſſis, multi quoque ſint operarii; dubium non eſt, quin omnes hæ cauſæ planc locum bic habeant. Ex quibus ultima, quæ eſt graſſatio hereſum, ita nos urget, & inſtat hoc tempore, tam intus quam foris, ut niſi celerè ſuccuratur, Catholica Religio in ſummum diſcrimen perventura videatur.

Cui malo non alia res poterit magis eſſe remedio, quam ſi certis regionibus deſcripta hæc inferior Germania, ſuum quæque ſecundum veterem morem Eccleſiæ primitivæ verum Paſtorem habeat; qui gregis ſui ipſe ſecundum ſacros Canones curam gerat. Eſſe autem bas constas juſtas, cur plures fiant Epiſcopatus, diserte traditum eſt. (3) Ut omittamus etiam hoc commodi ex hac re nobis acceſſurum, quod cum Archiepiſcopos ac Epiſcopos noſtros ſumus domi habituri, nihil opus futurum eſt, ut ad exteras Regiones vel pro Ordinibus capiendis, vel pro litibus agendis aliiſve de cauſis quæ ſæpè permultæ occurrunt, proficiſcamur.

Jam tertiò & illud etiam extra omnem dubitationem ponimus, inſtitutum iſtud de quo agitur, ejuſmodi eſſe, tum quidem per ſe, tum vero propter finem ſane pium ac ſacroſanctum, cujus cauſâ ſuſceptum eſt, ut non ſine ſcrupulo conſcientiæ atque diſcrimine Religionis & Reipublicæ quis illi adverſari vel moram facere conetur. Qua de re ſeveriſſima exſtat cenſura Pont. Max. in Extravag. Conſtitutione (4) ubi tamen diviſio Epiſcopatuum multo minore de cauſa fiebat quam hoc loco.

Quin imo cum ſanctiſſimi hujus inſtituti ratio, ad omnes Chriſtiani nominis homines pertineat, ſcilicet ut id omnes pro ſe quiſque juvent ac promoveant, tum maxime pertinet ad eos qui ad vitam Monaſticam ſe contulerunt. Quorum profeſſio ea eſt propria, ut inquit Juſtinianus, ut rebus humanis contemptis ac deſpectis, in nuda rerum divinarum contemplatione ſe collocent. Quibus tuendis & augendis amplificandiſque tantum abeſt, ut ullo modo deeſſe, aut quod magis indignum eſt, adverſari rectè poſſint; ut ſanguinem potius ſuum profundere, opeſque negligere debeant, quam ullâ ratione committere, ut rei tam ſanctæ, quam Pontifex ipſe Max., & cum eo Rex Catholicus optimus Princeps noſter, planè neceſſariam judicavit, non adverſari, ſed ne vel moram facere videantur.

Quod quidem hoc tempore eo magis locum habet, quod ſi vel minimas vires hæretici nanciſcerentur (quod Deus avertat) ipſi primi futuri eſſent, in quos malum iſtud, quo tam graviter laboramus, redundaret. In quo avertendo, quoniam Principem ipſum ſanctiſſimum tantum ſtudii ac laboris, curæque ponere videmus, ut non ſolum commodum ſuum quod ex Monaſteriis ſperare poſſet, hujus rei cauſâ negligat, ſed & de patrimonio ſuo Hiſpanico, ut proponitur, ad eam conferat; turpe ſanè eſſet Ordini Monaſtico, cujus res potiſſimum agitur, prætextu minimi alicujus incommodi (ſi modo incommodum dicendum eſt) idque pauculorum Monaſteriorum, impedire, quominus res tam ſancta procedat, reliquaque Monaſteria omnia unà cum vera Religione conſerventur.

Quartum & ultimum quod hic quoque in conſeſſo eſt, nec à quoquam controvertitur, eſt, quod quoties novi hujuſmodi Epiſcopa-

(1) Capit.. Salvator de Præbendis, in Extravag.
(2) Cap. Illud 27 q. 3. Cap. Sicut & ibi gloſſ., & Archidiac. 21. q. 2. Cap. Majoribus Extravag. de Præbend.
(3) Tex in Extravag Salvator de Præben in Extravag. Capimo 1. 4. 5. c. Eum de eta. & qual. ordinan. Oldrard conſ. 26 & ſeq. C. nulli qq. diſt. Arch. in cap. 1. 10. diſt. c. cum inferior de major. & obed. c. quoniam de off. ord. cum multis ſimilibus.
(4) In cap. *Nuper* 3. de Præb. in Extravag. communibus.

tus ſuſtituerentur, in poteſtate Pont. Max. eaque ordinaria eſſe, ut ad ſumptus ejus rei ſuſtinendos Monaſteria quædam deſumat, quæ Epiſcopatibus ipſis applicet & adjungat.

Exempla ejus extant clara & manifeſta in Extravagantibus (1) ubi apertè narrat Pontifex Max. ſe Abbatias duas, unam Sti. Auguſtini, alteram Sancti Benedicti duabus novis Cathedralibus Eccleſiis *Lumbaricenſi & Albancenſi adjunxiſſe. Nec ad rem pertinet, quod quis præter fundatorum voluntatem id fieri dicat; quoniam nihil eſt frequentius in rebus humanis, ac potiſſimum quidem malis Reipublicæ temporibus, quam ut res Eccleſiæ certis uſibus deſtinatæ ad alios uſus ex cauſa per eum qui iſtius rei authoritatem habet transferantur; ut videre eſt in rebus Deo dicatis, quæ pro redimendis captivis venduntur; item in plurimis minoribus Eccleſiis quæ in unam magnam junguntur, & ſi quæ ſunt iis ſimilia. (2)

* Vulgo Lombez & Montauban in Gallia.

Quorum quidem ratio eſt, quod mens teſtatoris ea fuiſſe creditur, ut ſi ipſe ſupereſſet, temporibus ſeſe accommodaret, & ad eos uſus quos maxime videret neceſſarios, res ſuas transferri optaret.

Hæc igitur cum ita ſe habeant, ad rem ipſam veniamus, & quo jure quâve injuriâ quæſtio hæc de qua agimus, moveatur, diſquiramus.

Ac principio quidem quantum ad jus commune attinet, quoniam demonſtratum eſt etiam integra Monaſteria per Pontificem Maximum ad uſus Epiſcopales rectè tranferri, idque jure ordinario, nihil quidem dubium eſt, quin & pars aliqua eorum, cujuſmodi eſt Abbatia, eodem jure, ac maximè quidem neceſſitate exigente, rectè transferri poſſit. Notum enim eſt ac pervulgatum, cui quod plus eſt licet, non debere quod minus eſt non licere.

Nec vero ad rem pertinet, quod quis dicat, jure communi Monaſteria quæ Regularia ſunt, non debere Præſules habere ſæculares, qui ipſis ſunt extranei, quod hoc caſu fieri videtur. Quoniam ut in aliis hoc aliquo modo ſit verum, in propriis certè Diœceſanis Epiſcopis minimè locum habet. Ratio autem eſt, quoniam omnes Epiſcopi quique in ſua Diœceſi, jure communi ſunt præſides ordinarii, verique paſtores non modo plebis, verum etiam ipſorum Monaſteriorum. Sic ut quemadmodum paſtores ſæculares, jus ſuum ab Epiſcopo recipiunt ad regendam plebem, ita quoque Abbates, Præpoſiti & Priores, Jus & Confirmationem Benedictionemque ſuam ab eodem accipiunt ad regenda Monaſteria. (3)

Et ideo ſi quandoque ex cauſa contingat, aut certe alicui plebi vel Monaſterio non placeat ſpecialem aliquem Paſtorem vel Abbatem dari, alium quam Epiſcopum ipſum, qui tum quidem generalem, tum vero ſpecialem ejus curam gerat; tantum abeſt, ut plebs illa vel Monaſterium ab extraneo aliquo regi videatur, ut tunc demum verum ſuum ac legitimum paſtorem habeat, qui ſolus eſt Epiſcopus, tanquam verus ſponſus Eccleſiæ, cujus reliqui Paſtores, Abbates ac ſimiles (nam exemptio nonnullorum ex aceidenti eſt, & jam re ipſâ tollitur per Pontificem) tanquam Vicarii cenſentur.

Quâ etiam ratione comparatum eſt, ut Monachi ſemel Eccleſiam nacti, poteſtate Abbatis ſui liberentur, ne alii ſubſint, etiamſi curam Parochialis Eccleſiæ depoſuerint, quam Epiſcopo ſuo Diœceſano tanquam ordinario veroque Paſtori. (4) Quod quidem ſi in ſingulis Monachis ordinariè admittitur, quorum Abbates adhuc ſuperſunt, & in quibus nullus verſatur favor communis utilitatis; quæ cauſa eſt, cur non & de integro aliquo Monaſterio ac maxime quidem utilitate communi ſic exigente, ut hic fit, admitti poſſit? Nam quæ ratio partis ad partem eſt, eadem eſt totius ad totum.

Imo quemadmodum ad decus & ornamentum Monaſterii pertinere intelligitur, ſi præfectus Monaſterii, vel ex Priore Præpoſitus, vel ex Præpoſito Abbas efficiatur, quod quotidie contingit; ita ſummum decus eſt, ſi pro Abbate is præficiatur Monaſterio, qui idem & Epiſcopus ſit Diœceſanus, & Præſul Monaſterii in cujus verba Monachi loco Abbatis, Præpoſiti aut Prioris voveant ac jurent. Nam ſi ipſi Abbates pletumque magnis ſumptibus quædam ſibi comparant Epiſcopalia, velut mitras, pedum, conſecrationes, & benedictiones nonnullas; numquid ingentis beneficii loco haberi debet, cum rebus Monaſterii ultro præponi Præſulem, qui non modo quædam inſignia Epiſcopalia habeat, ſed & revera Epiſcopus ſit ejuſque loci Diœceſanus; ac maximè quidem cum antiqua inſtituta omnia, eleëmoſinæ, contributiones cum Statibus, nec non publica privataque onera, in ſuo veteri ſtatu permaneant?

Ergo quantum ad jus commune attinet, nihil dubium eſt, quin inſtituti bujus ratio juſta ſit & legitima & conſentanea Canonibus.

Reſtat igitur ut videamus, ecquid ſupraſcripto jurijurando quod in felici Introitu ſuo Princeps præſtitit adverſetur. Quod hac re unâ tenetur, ut diſpiciatur ecquid hoc inſtitutum in rationem Commendæ cadat, nec ne, & an Præſides iſti de quibus agitur pro Commendatariis Abbatibus haberi debeant; quibus tanquam communiter odioſis, Ordines ſive Status meritò occurrendum cenſuerunt? an vero pru

(1) In Cap. Nuper 3 in Extravag. ad cujuslibet de præb. in Extravag. coibus.

(2) L. Sancimus C. de Sacroſanct. Eccleſiis L. vero conſtet 7. L. Sacris conſtit. 120. L. Emphyteuſitu conſtit. 55. conſtit. 87. & 119. p. totum.

(3) L. cæterum Conſt. novel. 123. Late Phoc. lib 4. tit. 11. C. 4. Panor. in cap. 1. de ſuppl. negligentia Prælatorum.

(4) C. Siquis Monachus C. in Parochia ib. q. 1, c. viſis ib. q. 2.

veris legitimiſque Antiſtitibus, qui per ſe ſunt favorabiles?

In qua quidem re ut paucis dicamus quid ſentiamus, quodque ut nobis videtur ipſa eſt rei veritas; Dicimus inſtituturn iſtud non per modum Commendæ eſſe, nec quicquam cum ea habere commune, ſed verum, juſtum, legitimum, ac canonicum eſſe titulum Præſulatûs dependentem ab Epiſcopali titulo, & cum eo connexum. Nec id quidem generali nomine, quo etiam Commenda ſubinde titulus vocatur, ſed ſpeciali, ac proprio, quod vulgo dicitur, ac pro regula traditur, Commendam, in beneficialibus non facere titulum, aliudque eſſe in Commendam beneficium habere & aliud in titulum.

Ad quod quidem clarè apertèque tradendum, primum hic repetere poſſemus quod ſupra diximus ex Extravag. (1) ubi novis Epiſcopis recens creatis, non modo Abbatiæ ſed integra Monaſteria concedantur, idque ſine ulla commemoratione Commendæ, cujus (cum ſit præter Jus commune & ipſarom Extravagantium) utique mentionem feciſſet Pontifex, ſi cum ea aliquid habere commune exiſtimaſſet.

Sed ut id omittamus, ùſque ſolummodo utamur argumentis, quibus non dicimus probari modo, ſed revera demonſtrari poſſit id quod agimus, paucis deducamus quidnam propriè vereque ſit in Titulum habere, & rurium quid ſit habere in Commendam. Quibus cognitis, nihil erit facilius, quam rem propoſitam intelligere, & cum qno de duobus congruat dijudicare.

Itaque in Titulum habere is dicitur, qui verè & perfectè Clericatum aliquem vel Canonicatum aut Ordinationem Prælaturamve aut dignitatem, ejuſque jus & quæ ab eo dependent, habet in Eccleſia, unde & titulum ſuum ſive cognomen denominationemvè gerit. (2)

In Commendam habere dicitur, qui neque jus ullum habet in ipſum beneficium, aut ejus fructus, neque nomen ex eo gerere poteſt, ſed nihil aliud eſt quam nudus procurator, ſive depoſitarius aut cuſtos, qui fructus colligit ad gubernandum ac providendum ſibi ac Miniſtris, & quod ſupereſt, in utilitatem Eccleſiæ convertendum, quod munus revocari poteſt ad libitum concedentis & ſuorum Succeſſorum. (3)

Sic ut inter Titulum & Commendam hæc inter cetera interſint, nimirum ut titulus jus tribuat in beneficium & ejus proventus, Commenda non tribuat, ſed nihil ſit aliud quam nuda cuſtodia; item ut ex titulo nomen geratur, ex commenda non geratur; ut titulus naturâ ſuâ perpetuus ſit, & immutabilis, commenda contra mutabilis; & denique ut per titulum Eccleſiæ proſpectum videatur, per Commendam autem fere perſonæ, & ſi quæ ſunt iis ſimilia. Quorum is effectus eſt, ut cum duos Eccleſiaſticos titulos jure quis habere non poſſit, titulum tamen & commendam habere poſſit, ut cum per collationem tituli beneficium plane deſinat vacare, per commendam non amplius quam eâ durante vacet, ſic ut Commendâ ceſſante beneficium iterum vacet ex vacatura præcedente. (4)

His ita poſitis, videamus nunc quænam hujus inſtituti de quo agimus, ſit ratio: ſic enim apparebit cuinam de duobus ſupradictis debeat accommodari, Titulone an Commendæ.

Ea igitur ſic habet, Pontificem Maximum pro dote Epiſcopatûs, unionem feciſſe Abbatiæ ad dignitatem Epiſcopalem, ſic ut Epiſcopus perpetuam habeat adminiſtrationem Monaſterii, & omnium bonorum ejus, quemadmodum Abbas habere conſuevit. Ita ut quoties eidem Epiſcopatui proviſum fuerit per ſanctam Sedem Apoſtolicam, ſimul cenſeatur abſque aliis Litteris dictæ Abbatiæ proviſum eſſe, nomine Abbatis deinde in Præſulatum erecto. Salvo tamen, quod Epiſcopus Conventum gubernet per Præpoſitum aut Priorem ejus Ordinis ſecundùm Regulam ipſius.

Novi Epiſcopi non ſunt Commendatarii Abbatiarum.

In quibus verbis quoniam manifeſtè videmus, nullam fieri mentionem Commendæ, quod tamen vulgo fieri ſolet (ut tradit Rebuffus) primum illud conſtat, expreſſam Commendam in iis non contineri.

Quin imo clauſulæ pleræque omnes ſunt ejuſmodi, ut cum natura ipſius Commendæ pugnare videantur, quale eſt quod pro dote non Epiſcopi, ſed ipſius Epiſcopatûs, hæc ſit unio; cum Commendæ contra hæc ſit natura, ut non rei, ſed perſonæ favorem ſpectet; item quod adminiſtratio quæ datur ſit perpetua, cum Commenda per ſe ſit temporalis, aut certè non ultra vitam ejus cui conceditur extendatur.

Ad hæc, quod adminiſtratio datur non modo bonorum, ſed & Conventûs, quemadmodum Abbas habere conſuevit, quod ſecus eſt in Commenda, ubi nuda fructuum competit cuſtodia. Porro quod ubi Epiſcopatui proviſum fuerit, ſimul cenſeatur Abbatiæ proviſio tanquam priore cum perſona deceſſoris penitus extincta. Et denique quod nomen Abbatis in Præſulatum erigitur, cum in Commendis non

(1) C. Dudum Eccleſiæ extra de elect. Bald. in L. ex verbo C. de fideicom. liber Joan. Aud. in C. dilectus de dilat. in 6. novel. Staphyl. deforin. expectat 7. oum. 6.

(2) Extravag. Nuper & Extravag. Ad cujuſlibet de præbend.

(3) Glof. in C. dudum in ver. inſtituta ex. de elect. & ibi Abb. Joan. And. & alii. Joan. Franc. in Tract. de plur. C. ſed vac. par 2. 4 3. n. 7. qui citat. Bald. in C. ſi Epiſcopus & in uſib. & in auct. de Eccleſ. tit. in princ.

(4) Glof. & DD. in d. C. dudum de elect. in C. nemo de elect. C. 6. Aug. Conf. 35. Joan. Franc. in d. tract. Epiſcop. queſt. & n. 80. Rebuff. in prax. benef. tit. de Commen. n. 1. 2. 25. 26. ac ſimilibus.

(5) Jurib. Glof. ac DD. ſupra.

erigatur, ſed maneat; latè Rebuff. (1)

Ex quibus cum ita ſint, clarum ac manifeſtum eſt perque ſe lucet, inſtitutum iſtud in rationem Commendæ nullo modo cadere, nec quicquam cum ea habere commune.

Imo contra quoniam perpetuum jus eſt unionis quod confertur, idque in Monaſterium ipſum & ejus fructus, quemadmodum id Abbas habere ſolebat, ratio ipſa ſecundum ſupradicta demonſtrat, pro vero eſſe titulo ac canonico habendum.

Nec ad rem pertinet, quod quis dicat, ſi pro titulo eſſet, opus fuiſſe diſpenſatione. Quippe quia nemo duos titulos, Epiſcopatûs ſcilicet & Monaſterii ſine diſpenſatione habere poteſt; & ideo quia nulla fit mentio diſpenſationis, videri Abbatiam in Commendam non in titulum dari; ut eſt apud Staphilum loco ſupra alleg.

Quoniam reſpondemus, id ita verum eſſe, quando ſunt duo diverſi tituli & ſeparati. Ceterum quando ſunt duo tituli in unum juncti, res aliter ſe habet. Quippe quia cenſetur unus tantum eſſe titulus, ſic ut minor dependeat de majori, & unà cum majori ſimul etiam minor conferatur. Quod ſanc & hic fieri dubium non eſt, ubi cum Epiſcopatu junctus eſt Præſulatus Monaſterii, eique annexus, & ab eo dependens, ſic ut unius collatione ſimul & alterum cenſeatur eſſe collatum. Quod cum ad majorem obedientiam Monachorum valde idoneum ſit, jure quoque rectè fieri eoque ordinario ac communi nemo eſt qui ambigat. (2)

Quæ quidem cum ita ſe habeant, ſatis jam ut videtur manifeſtum fecimus, quod ſalvo judicio meliori dictum ſit, totam rationem hujus inſtituti cum Commenda nihil habere commune, nec Principem in eo adjuvando, augendoque, jurijurando ſuo, quod de Commendis tantum loquitur, quæ odioſæ ſunt, & nociva Reip. ut inquit Rebuff., non de hoc ſancto inſtituto, vel minima in parte contravenire.

Imo quoniam ad ſummam Reip. utilitatem, ſummumque bonum Eccleſiæ ejuſque ſalutem comparatum eſt, ut demonſtravimus, tantum abeſt, ut ab eo tanquam gravamine populi Princeps debeat deterreri, ut contra omnibus modis exhortandus ſit, ut tanquam ſummum ſublevamen, quemadmodum cæpit, & ipſe in diſceſſu ſuo Conciliis ſuis aliiſque ſummo affectu mandaſſe dicitur, pro viribus id juvare pergat Quem quidem ſi & reliqui boni Catholicique homines, & in his quidem præcipuè Monaſtici ſequantur, potius quam deterreant, vehementer ſperandum ac confidendum eſt, Sacro-ſanctam Catholicam Eccleſiam, perpetuum ejus fructum utilitatemque ſenſuram.

In quo nec illud quoque movere nos debet, quod Princeps antiquos uſus ac privilegia, & in his liberam electionem Monaſteriis ſe-relecturum in ſelici Introitu ſuo promittere videtur. Id enim accipiendum eſt ſecundum rem ſubjectam, & quemadmodum verba ipſa Introitûs loquuntur; quorum ea ſententia eſt, quamdiu Abbates Prioreſque aut Præpoſiti ſunt in Monaſteriis, quos per electionem creari mos eſt, ſe curæ habiturum, ne per Commendas, reſervas, acceſſus, regreſſus, aut alias vias extraordinarias & odioſas, libera illa electio impediatur. Ceterum ut hujus pretextu Pontifici maximo poteſtas adimatur, quominus neceſſitate publicâ ſic exigente, novos Epiſcopos creare, & ut habeant unde vivant eoſdem Præſules Monaſteriorum facere poſſit, quod & ordinarium eſt, & favorabile, neque in Principis promittentis, neque in Ordinum ſtipulantium fuit cogitatione aut etiam poteſtate; amboque ea de re tum temporis interrogati, procul dubio reſpondiſſent ſe ſpeciem illam minimè velle complecti, nec ullo modo impedire, quo minus ex cauſa publica favorabili & ordinaria Pontifex maximus rei Chriſtianæ pro ſuo jure conſulere, & ne quid detrimenti Eccleſia capiat providere poſſit.

Epiſcopatus non ſunt contra lærum Introitum.

Et ideo quoniam per felicem Introitum, neque verbo ullo neque ſententiâ impeditur, quo minus Pontifex max. novos Epiſcopatus ex cauſa inſtituere, iiſque Monaſteria integra applicare poſſit propter bonum publicum, tantum abeſt, ut de preſenti hoc inſtituto, Status, ac multo quidem minus Religioſi, ſub pretextu ſelicis Introitûs jure conqueri poſſint; ut contra gratulari ſibi debeant, rationem inventam eſſe, quâ & utilitati communi conſulatur, & ſimul Monaſteria, ſecundum ea quæ ſupradicta ſunt conſerventur; cum jure tota tolli, Epiſcopatibuſque applicari poſſent.

Cui & hoc porro accedit, quod etiam ceſſante nova hac inſtitutione Epiſcoporum, idipſum quod ſit, nihil cum felici Introitu habet commune. Nam quod per felicem introitum cavetur, ne per alios quam ejuſdem Ordinis Religioſos eoſque electos Monaſteria gubernentur, non aliam ad rem comparatum eſt, quam ut ſupra dictum eſt, ad Commendas, reſervas, acceſſus, receſſus & ſimiles vias extraordinarias dominum exterorum ac ſecularium impediendas, quibus Monaſteria ipſaque Eccleſia plerumque corrumpi ac deteriorari ſolet. Id autem quod hic fit, & viâ fit ordinariâ, & ad bonum Eccleſiæ, meliorationemque Monaſteriorum; viâ quidem ordinariâ, quia is qui ſolus eſt verus præfectus Monaſterii, qui eſt Epiſcopus, ut ſupra demonſtravimus, cujus Abbas, Præpoſitus, aut Prior jure communi Vicarius tantum eſt, ſimul etiam Prælul ejus efficitur, ſic ut Vi-

(1) In d. Tract. prax. benef. tit de commend. per totum.

(2) C. ea quam ex. de ætate & qualitate C. extirpando L. 1. Extravag. de Præb. & dignit. gioſ. in d. C. Dudum Extravag. de elect.

cario

cario non sit opus. Quod consentaneum est juri communi, quo vulgo traditur, adveniente præside cessare Magistratum.

Ad bonum vero Ecclesiæ meliorationemque Monasteriorum, quoniam præterquam quod hac ratione efficitur, ut quæ prius uni Monasterio tantum proderant bona, nunc in utilitatem cedant, non modo Monasterii, verum etiam totius Diœcesis, universæque adeo Ecclesiæ Christianæ, tum etiam mores horum temporum planè postulare videntur, ut ad Monachos in officio retinendos major aliquis Præsulatus quam Abbatis instituatur.

Cui si & hoc adjungas, ad decus Monasteriorum plurimum pertinere, ut per veros suos Episcopos sive Præsules potius gubernentur, qui adeo Præsules eorum sunt secundum Canones, ut & supra Ordinis ipsius Regulam & electionem sint constituti, quam per Abbates, qui jure communi Vicarii sunt Episcoporum, à quibus tanquam veris Præsulibus jus suum accipiunt, nihil equidem amplius superest dubitationis, quin omnibus diligenter perpensis ac consideratis, nihil in toto hoc negotio fiat, quod felici Introitu Principis vel minima in parte adversetur. Sed è contra quoniam ad salutem Ecclesiæ ejusque summam utilitatem à Pont. Max. Principeque sanctissimo institutum est, votum bonorum omnium esse debere, ac maximè quidem Ecclesiasticorum, ut faustum ac felicem successum habere, & ad verum canonicumque effectum deduci possit, secundum nostram sententiam, quam aliorum quorumlibet meliùs sentientium juditio subjicimus.

Et ita conclusum esse per DD. Canonum & Legum Doctores, jura Canonica & Civilia in alma Academia & Universitate Lovaniensi ordinariè legentes & profitentes, Collegiumque Facultatum utriusque juris in eadem Universitate constituentes, attestor ego Theodoricus Pelsen de Loemel, earumdem Facultatum dictique venerandi Collegii Bedellus & Notarius juratus.

In cujus rei testimonium ac majorem fidem, ex mandato prædictorum meorum Dominorum, Sigillum ejusdem Collegii his appendi.

Actum Lovanii quartâ Junii anno 1561.

Ita est; Theodoricus Pelsen de Loemel Bedellus & Notarius præscriptus.

Judicium Doctorum S. Theol.

DEcisionem & Conclusionem hujus Consultationis approbamus; neque existimamus Regiam Majestatem per incorporationem Abbatiarum ad novas Sedes Episcopales contravenire juramento suo Statibus Brabantiæ præstito in sua felici Inauguratione, Confidentes quod eadem sua Catholica & Religiosa Majestas advigilabit & prospiciet, secundum conditiones à sancta Sede Apostolica circa dictam Incorporationem præscriptas & constitutas, ne imposterum occasione dictæ Incorporationis vita Monastica dissolvatur, aut bona Monasteriorum dissipentur.

De Mandato DD. Decani & Facultatis Sacræ Theologiæ almæ Universitatis Lovaniensis; Judocus de Langhenhove ejusdem Theologicæ Facultatis Bedellus & Notarius juratus; *eratque Sigillis utriusque Facultatis Juridicæ, & Facultatis Theologicæ munitum.*

CAPUT CLXXVIII.

Designatio Dotis ac limitum novi Episcopatûs Middelburgensis in Zelandia erigendi, ex Actis Manuscriptis Francisci Sonnii, principalis Commissarii ad Erectionem novorum Episcopatuum Belgii; exhibita summo Pontifici circa annum 1560.

CUm * nuper per Reverendissimum in Christo Patrem, Salvatorem Episcopum Clusinum, Apostolicæ Sedis Nuncium, Nobis Antonio Perrenoto Episcopo Atrebatensi, Viglio Zuichemio Præsidi secreti Consilii suæ Majestatis, Philippo Nigri Cancellario Ordinis Aurei Velleris, Francisco Sonnio Protonotario, Petro Curtio Theologiæ Magistro, commissa esset & subdelegata (accedente insuper Serenissimi ac potentissimi Principis ac Domini D. Philippi, Catholici Hispaniarum Regis &c. nominatione & deputatione) facultas atque potestas distinguendi, limitandique quarumdam Metropolitanarum ac Cathedralium Ecclesiarum à sancta Sede Apostolica

* Episcopatus Middelburgensis, non secus ac cæteri noviter apud Belgas erecti, speciali Bullâ Pii IV. Pontif. anno 1560 fuit constitutus. Sed Bullam hanc post omnem adhibitam diligentiam nullibi hactenus reperire licuit.

Unde ejus loco datur Designatio Dotis ac limitum ejusdem Episcopatûs, fideliter excerpta è Manuscriptis Francisci Sonnii, quondam pro causa novorum Episcopatuum Belgii ad Sedem Apostolicam deputati, ac dein primi Sylvæducensium item Antverpiensium Episcopi.

Quæ quidem Designationes adeo placuerunt Pio IV. Pontifici Maximo & Cardinalibus; ut ferme quoad singula verba insertæ fuerint Bullis paulò post editis quoad singulos novos Episcopatus Belgii.

recens erectarum Provincias ac Diœceſes;

Conſignandi inſuper eiſdem dotem ex certis bonis Eccleſiaſticis, omniaque & ſingula alia gerendi, faciendi, mandandi & exequendi, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, prout in Inſtrumentis Subdelegationis ejuſdem Nuncii & Regiæ Deputationis latiùs continetur; Nos cupientes tam Pontificis Pauli Quarti piæ recordationis, quam Sacræ Catholicæ ſuæ Majeſtatis votis ac mandatis, quantum in nobis eſt ſatisfacere, rem ordine ac formâ præſcriptis peregimus.

Et quidem nominatim quoad Epiſcopatum Middelburgenſem, cujus quidem Cathedra conſtituta eſt per Sanctiſſimum Dominum noſtrum Paulum IV. in præclara Eccleſia Conventuali & Abbatiali S. Mariæ Ordinis Præmonſtratenſis Oppidi Middelburgenſis, quod eſt amplum ac perelegans & primarium Inſularum Zelandiæ, antea Trajectenſis Diœceſis.

Verum ne uporteat Conventum dictæ Abbatiæ in Regularitate viventem ad ſæcularitatem reducere, aut Diœceſanis negotiis in ſua Monaſtica obſervatione inquietare, apparet Nobis melius, ut conſtituatur eadem Sedes Cathedralis in Eccleſia Collegiata vetuſta & præclara S. Petri ejuſdem Oppidi Middelburgenſis proximè adjacente ad dictam Abbatiam: atque ut id fiat, à ſanctiſſimo Domino noſtro inſtantes petimus.

Cum ergo dicta Eccleſia S. Petri optimo loco ſita eſt, non niſi ad unum ac alterum jactum lapidis a prædicta Abbatia, conſignamus Epiſcopo Middelburgenſi pro dote ſua omnia bona ac proventus dictæ Abbatiæ S. Mariæ Middelburgenſis: dignitate Abbatiali Sedi Epiſcopali in perpetuum unitâ. Ita ut quicumque deſignatus fuerit Epiſcopus Middelburgenſis, ſit idem Abbas dictæ Abbatiæ habens ſub ſua poteſtate, quidquid hucuſque ſub adminiſtratione Abbatiæ fuit.

Salvo quod laudabiliter intertineat Conventum in Regula & Diſciplina Monaſtica, ac iis quæ ad uſum vitæ pertinent, ſicut idipſum fieri debet ſecundum Regulam Ordinis Præmonſtratenſis.

Atque ita ex hac parte proſpectum erit Epiſcopo Middelburgenſi de dote trium millium Ducatorum in Bulla Apoſtolica expreſſa: nam bona dictæ Abbatiæ æſtimare licet ultra tria millia Ducatorum deductis omnibus, etiam ipſius Conventûs oneribus. Vacat autem dicta Abbatia, & tamtummodo opus eſt deſignare novum Epiſcopum in locum Abbatis.

Ut autem & iſte Epiſcopus in loco, in quo ſummè neceſſarii ſunt Viri docti, ſecum habeat bonam Eruditorum Virorum copiam, ad majorem Fidei & juriſdictionis Eccleſiaſticæ conſervationem; ex Præbendis quæ in dicta Eccleſia Collegiata S. Petri * ſunt decem & quatuor (quarum novem pertinent ad Præſentationem vel Collationem Domini Inferioris Germaniæ tanquam Patroni, quatuor ad Collationem Capituli, & una ad Jus Patronatûs privatæ cujuſdam Perſonæ) maneant decem, nempe ſex ex iis ad quas præſentat Rex tanquam Dominus Zelandiæ, & quatuor illæ quas confert Capitulum, perpetuo jure addictæ, una Epiſcopo, ratione cujus ſit Capitularis, habens authoritatem & vocem, etiam in Capitulo, ſuper Decanum & Canonicos.

Aliæ vero novem pro novem Doctoribus vel Licentiatis, ut ſæpius dictum eſt in aliis Tractatibus.

Dictis vero novem Præbendis affectis, ut fiant aliquantulum opimiores, quo Viri docti ibidem libenter reſideant, aſſignamus bona & Proventus Monaſterii Cruciferorum in Goes, vacui, diruti ſive combuſti ac deſolati, ita quod non ſuperſit ſpes nulla ejuſdem Monaſterii inſtaurandi: quæ bona æſtimari poſſunt ad 450 Ducatos annuè.

Ac bona aliorum Monaſteriorum ad nihilum redactorum in Dirione Zelandiæ, quæ à laïcis perſonis non juſto titulo poſſidentur. Item ea quæ in Zelandia per alluvionem acreverint, quouſque perveniant dictæ Præbendæ ad 300 Ducatos annuè.

Unus ex dictis Graduatis Viris ſit deſignatione Epiſcopi Archidiaconus, habens per Diœceſim juriſdictionem, quam Archidiaconus de jure habere debet. Alius Archipresbyter Civitatenſis. Tertius Pœnitentiarius Diœceſanus.

Huic Civirati pro Diœceſi ſua conſignamus Inſulas Zelandiæ antiquitus vocatas, in quibus ſunt plus quam decem Oppida, cum innumeris Pagis ſive Villagiis, Monaſteriis Capellis &c.

Omnes denique Collationes, ſuperioritates & Præeminentiæ, quæ fuerunt dicti Abbatis, ſint deinceps Epiſcopi Middelburgenſis: ita tamen, quod quæ per Abbatem conferri Religioſis ſui Monaſterii ſolebant, conferat & ipſe ſimiliter Religioſis: quæ verò Clericis ſæcularibus pro ſuo arbitratu conferre ſolebat Abbas, conferat ſimiliter & Epiſcopus, qui etiam retinebit quaſcumque ſuas Dignitates anteriores, beneficia etiam incompatibilia, fructus, penſiones &c.

* In Prima deſignatione Dotis hujus Epiſcopatûs ſtatutum fuerat, ut tam hæc Eccleſia S. Petri, quam altera Abbatialis B. M. V. forent æqualiter Cathedrales.

MIDDELBURGUM, ſive *Mediolburgum* Comitatûs Zelandiæ Metropolis, emporium celeberrimum, muris foſſiſque egregie munitum, plateis, ædificiis ac templis ſplendidum, atque elegantiſſimo portu florens. Ab anno 1570 ſubeſt Fœderatis Ordinibus Belgii.

Fuit hic imprimis potens Abbatia B. M. V. Canonicorum Præmonſtratenſium, circa annum 1124 à Godebaldo Ultrajectenſi Epiſcopo inſtituta, primis Religioſis ex Abbatia S. Michaelis Antverpiâ

deductis. Fuit Item Eccleſia Canonicorum, anno 1311 per Wilhelmum Hollandiæ Comitem, in honorem S. Petri erecta. Prior Dein ceſſit anno 1560 in dotem novi Epiſcopatûs Middelburgenſis; poſterior unc facta fuit Cathedralis.

Epiſcopi Middelburgenſes.

I. Nicolaus de Castro, vulgo, *Vander Borcht*, Lovanienſis S. T. L. olim Præſes ibidem Collegii Trilinguis, dein Canonicus ad S. Joannem Ultrajecti, conſecratus fuit Mechliniæ in Æde Metropolitana die 26 Decembris 1561 (una cum Petro Curtio Epiſcopo Brugenſi) per Cardinalem Granvelanum, Archiepiſcopum, aſſiſtentibus Martino Cupero, Ord. FF. Carmelit. Epiſcopo Calcedonenſi Suffraganeo Cameracenſi Obiit Middelburgi, tempore obſidionis die 17 Maii 1573 ætatis 70 ann.

II. Joannes a Strayen, Dordracenus Batavus, S. T. L. Vicarius generalis præcedentis Epiſcopi, conſecratus fuit Namurci die 15 Auguſti 1581 per Epiſcopum Francicum à Wallonchapelle. Fuit dein primus Præſes Seminarii Regii Lovanii, item aliquamdiu Adminiſtrator Abbatiæ Vlierbeccanæ. Obiit Lovanii die 8 Julii 1594, ſepultus ibidem ad S. Quintinum.

III. Carolus Philippus a Rodoan, J. U. L. Cathedralis Eccleſiæ Gandavenſis Decanus Præpoſitus ad S. Waldetrudem Montibus Hannoniæ, nec non Abbas ſeu Adminiſtrator Cœnobii Enhamenſis Ord. S. Ben. in Flandria. Conſecratus Epiſcopus Middelburgenſis 8 Octobris 1600 Alotti in Eccleſia S. Martini per Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus Epiſcopis Gandavenſi ac Sylvæducenſi. Tum anno 1604 promotus ad Epiſcopatum Brugenſem, titulum tamen Adminiſtratoris Middelburgenſis non dimiſit. Obiit die 7 Julii 1616.

CAPUT CLXXIX.

Rationes ex quibus impedienda Tranſlatio Capituli Sancti Salvatoris Ultrajectenſis in Civitatem Epiſcopalem Ruremundenſem ſub Ducatu Gelriæ, circa annum 1565.

Ex Regiſtro V. Negotiorum Eccleſiaſticorum aſſervato in Archivis Archiepiſcopatûs Mechlinienſis.

Principio, Eccleſiam Sancti Salvatoris inter alias Trajectenſes eſſe primam (1) & vetuſtiſſimam, & ob id, vel propter ſolam venerationem antiquitatis loco non movendam.

Item ex hac ipſa Eccleſia, olim profligato paganiſmo, veram Chriſti religionem ad vicinas undique ditiones derivaſſe.

Item Canonicos olim valde liberaliter bona ſua erogaſſe, etiam ad medietatem uſque, & hoc pro ſuſtentatione vicinarum Eccleſiarum, utpote Eccleſiâ ſancti Lebuini Daventrienſis; (2) & propterea fatis exhauſtam Eccleſiam ulterius exhauriri & enervari minime debere.

Item quod eadem Eccleſia membrum ſit, & quidem notabile, in Eccleſia Trajectenſi, habens cum ceteris quatuor (3) Collegiis indiſſolubilem connexionem, & vinculum fœderis antiquiſſimi.

Item quinque Collegia unam conſtituere Cathedralem (4) & Metropolitanam Eccleſiam, & ob id, avulſionem hanc, citra graviſſimas querimonias & oppoſitiones Cleri totius nequaquam fieri poſſe.

Item quinque Collegia in Statibus Patriæ & territorii Trajectenſis, uti olim cum Epiſcopis Con-Domicos, primum locum habere, nec convenire, quod caput Statuum ulla ex parte debiliteur.

Item contra rationem, imo & contra decorum futurum, ſi Capitulum non ſolùm extra Diœceſim, verum etiam extra Provinciam trahatur, eſt enim (uti notorium) Ruremundenſis Eccleſia ſub juriſdictione & diſtrictu Primatialis Eccleſiæ Mechlinienſis.

Item nulla ſubſunt demerita, propter quæ Capitulum cultûs divini obſervantiſſimum ex præeminentia Metropolitana in ſimplicem Cathedralem proſterni debeat. Foret enim nimis præceps degradatio, nec ulli Capitulo tolerabilis.

Item Præpoſitus Capituli tamquam Archidiaconus (5) Metropolitanæ Eccleſiæ Trajectenſis, extra civitatem & quidem in parte notabili totius territorii inſignem & præclaram exercet juriſdictionem, etiam Epiſcopalem (6) iis tantum caſibus exceptis, in quibus Ordo Epiſcopalis requiritur.

Item in electione Archiepiſcoporum, Decanus & Canonici habent electionem & ſuffragia, quâ quidem authoritate haud debie privarentur, cum ex Bulla Erectionis certum ſit, jus providendi de Eccleſia Ruremundenſi ſpectare ad Regem, non autem Capitulum. (7)

Item habet Eccleſia ſancti Salvatoris varia eaque & memorabilia Privilegia olim à Pontificibus, Imperatoribus, Regibuſque in communione & conjunctim quinque Collegiis attributa & conceſſa: quorum ſane effectuae fruitione potiſſima ex parte deſtitueretur, ſi (quod abſit) contingeret aliò transferri. Foret enim res incertiſſimi ſucceſſus, eadem ipſa Privilegia alibi quàm ubi populus aſſuerit, in obſervantiam promovere.

Item habet Eccleſia varias & multas Vicarias, magna ex parte olim in ſublevamen Canonicorum ex maſſa Præbendarum fundatas & dotatas, quarum collatio haud dubiè peritura, etiam invitos cogeret Canonicos & Capitulum, in nova ac ſteriliſſima Eccleſia Ruremundenſi novas Capellanias erigere, aut

pro ſuſtentatione cultûs divini aſſiduam ſervaturem continuæ reſidentiæ ſubire.

Item poſſidet Capitulum plurima bona obnoxia periculis & oneribus aggerenſibus, quæ cum fere ſemper remedium poſtulant præſens & promptum, tamen ægrè illud adhiberi poſſet, ſi in remotioribus à conſpectu & bonorum præſentia Canonicos ablegari contingat. Eſt enim vetus dictum: Vicinus damno, procul qui à bonis.

Item habet complura bona cum aliis Capitulis communia: in quorum diviſione haud ſemper æqua juſtaque portio abſentibus obventura; quæ quidem res clarior quàm ut demonſtrato ageat.

Item habet inter alia circa Trajectum bona, etiam non parvi pretii decimas, in quarum collectione quantum jacturæ & diminutionis Eccleſia paſſura, nemo eſt qui non intelligat.

Item quædam bona etiam habentia annexum exercitium juriſdictionis tum altæ tum baſſæ, nec dubium quin juriſdictio (cujus plerumque lubrica conſervatio eſſe ſolet) temporis ſucceſſu evaneſcitura.

Item habet Capitulum multarum vicinarum Parochialium Eccleſiarum inſignes collationes. Nec poſſet circa delectum idoneorum perſonarum muneri & officio ſuo ſatisfacere, ſi ad remotiora ablegetur; frequenter, enim & in rem ipſam præſentes decipimur, aut quod damnoſiſſimum foret, Collatione privandi.

Item habet Capitulum plures domos claustrales, ut commodiſſimas, ita in ſpem fruitionis vitalis à privatis Canonicis magno ſumptu reparatas exædificatas. Quorum quidem ſumptuum haud dubie ſubeunda jactura, ſi contingeret illos ad venditionem, ædiumque antiquarum deſertionem cogi.

Item Reverendiſſimo Archiepiſcopo Trajectenſi in ſolatium antiquæ ſuæ Diœceſis fere intolerabiliter per Erectionem novorum Epiſcopatuum deplumatæ, & quaſi pro neceſſario augmento congruæ dotis, per Sedem Apoſtolicam in ſingulis quinque Eccleſiis aſſignata reperitur una Præbendarum; quarum ſibi eripere unam forſan & præcipuam, nulla ſanè ratio patitur, nec honeſtas.

Item iſta diſmembratio ſive Tranſlatio hujus Eccleſiæ S. Salvatoris, diſpiciatur diligenter, utrum-ne ex diametro pugnet cum Pactis, Tranſlationibus, Concordiis & Capitulationibus olim tempore tranſlati dominii & juriſdictionis temporalis cum auguſtæ memoriæ Carolo Quinto initis.

Item examinetur, utrumne ad Oppoſitionem ſervire queat Bulla Pontificis Clementis Septimi, emanata eo tempore, quo Sedis Apoſtolicæ in Tranſlatione dominii temporalis approbatio petita & impetrata exiſtit.

Item utrumne variæ promiſſiones etiam Regio mandato à Duciſſa Parmenſi Gubernatrice olim emanatæ, iſtiuſmodi conatibus & ſtudiis Epiſcopi Ruremondenſis obſtent.

(1) Non prima, verum inter quinque Eccleſias Ultrajectinas ſecunda; vetuſtiſſima certe, nempe à S. Wilibrordo exſtructa, uti perſpicue ait S. * Bonifacius in Ep. ad Stephanum PP. III. De vetuſtate ſemper certavit cum Eccleſiâ S. Martini: ſed hæc primas tulit, dicta ſemper Eccleſia Major, quod prima eſſet ordine, tempore, ſplendore & dignitate. S. Salvatoris Eccleſia anno 1587. Decreto Magiſtratus Ultrajectini deſtructa eſt.

* Vide hanc Epiſtolam apud Miræum pag. 13.

(2) Bernulphus Ultrajectinus Epiſcopus XX. ſæculo undecimo ineunte medietatem Collegii Sti. Salvatoris Trajectenſis tranſplantavit in Daventriam, ubi pro reverenda Beati Lebuini egregii Confeſſoris Canonicorum extruxit Eccleſiam. Ita Heda in Chron. & poſt cum Hiſtoriei omnes, quibus unus contradixit Lindebornius recentiſſimè refutatus à Gerardo Dumbar Hiſt. Sac. & prof. Davent. Tomo I. lib. III. Cap. I.

(3) Nempe S. Martini, S. Petri, S. Joannis & S. Mariæ.

(4) Quinque Capitula congregata faciebant Capitulum Trajectenſe, etiam Capitulum generale dictum: coram quo omnes de Diœceſi & omnes indiſtinctè, Nobiles etiam, milites, mioſteriales, & ipſe Epiſcopus citabantur, & vocati tenebantur venire. Sede vacante omne jus, omniſque juriſdictio, ſæcularis & Eccleſiaſtica, ad Capitulum generale pertinuit; etiam electio Epiſcopi. Quæ anno 1145. Duobus Capitulis St. Martini & S. Salvatoris tributa, poſtea, quo auctore, incompertum, pertinuit ad quinque Capitula: cujus rei primum veſtigium occurrit ſub Willibrando Epiſcopo XXXV. qui cum juxta Blockenbergii Chronologiam electus fuerit anno 1227. ad hæc fere tempora quinque Capitulorum auctoritas trahenda eſt.

(5) Erat auctor hujus ſummarii. Solus Præpoſitus majoris erat Archidiaconus Trajectenſis, reliqui præpoſiti, etiam Collegiatarum Eccleſiarum extra civitatem, puta Arnhemienſis, Daventrienſis, Aldenzalienſis, Embricenſis erant Archidiaconi in Majori Eccleſia Trajectenſi. Ceterum multum illuſtrata fuit S. Salvatoris Præpoſitura per Gregorium XI. qui eam habuit Cardinalis cum eſſet, & per Adrianum VI. qui eam, etiam poſtquam Papa, tenuit.

(6) Poſt erectionem Sedis Ultrajectinæ in Metropolitanam nulla ſuperfuit Archidiaconis juriſdictio, utpote univerſa Archiepiſcopo tributa. Multum ſed fruſtra tumultuati ſunt, etiam in Concilio Provinciali, ut ſuas ſibi prærogativas ſervarent.

(7) Etiam ex Bulla Pauli IV. jus providendi Eccleſiæ Ultrajectinæ ſpectat ad Regem Hiſpaniarum ejuſque Succeſſores qui pro tempore ipſius regionis (Ultrajectinæ) in temporalibus Domini eſſent.

C A-

CAPUT CLXXX.

Martinus Rithovius primus Epiſcopus Iprenſis deſignat & tranſfert bona Præpoſituræ S. Martini Iprenſis, olim Regularis, in Dotem novi ſui Epiſcopatûs, anno 1567.

Ex Archivis Eccleſiæ Cathedralis Iprenſis.

MArtinus Dei gratiâ Epiſcopus Iprenſis omnibus præſentes Litteras viſuris, lecturis, ſeu auditoris ſalutem in Domino, cum agnitione veritatis.

Cum fuerit & ſit, quod dotatio noſtræ Sedis Epiſcopalis Iprenſis ex variis capitibus congregari & deſumi debeat & etiam pars quædam ex bonis fundis & proventibus Monaſterii ſeu Eccleſiæ Canonicorum Regularium Ordinis divi Auguſtini noſtræ Civitatis Iprenſis, notum facimus, quod die datæ præſentium Venerabiles DD. Joannes Snick Decanus, Petrus de Scheppere, Guillielmus de May, Joannes Cotere, Joannes Zelvere, Martinus de Roy, Guillielmus vander Smeſſe, Gualterus Momſius, Georgius Petit, Franciſcus de Schildere, Joannes Gloris, Joannes Canis, Petrus de Wilde, Franciſcus Lane, & Guillielmus de Zomere, Preshyteri Canonici Regulares coram nobis perſonaliter conſtituti, & intendentes, ſicut dicebant, declarationem pro parte Dotis noſtræ Sedis, unanimi conſenſu Capitulariter aſſignarunt & conſtituerunt & exhibuerunt certas patentes Litteras tenoris infraſcripti; rogantes quatenus fundos, terras, & decimas in iiſdem deſcriptas pro aſſignatione partis Dotis noſtræ Sedis Epiſcopalis, cum conditione & promiſſione in iiſdem contentis acceptare dignaremur. Tenor autem Litterarum de verbo ad verbum ſequitur.

JOannes Snick Præpoſitus & Decanus, Petrus de Scheppere, Guillielmus de May, Joannes Cotre, Joannes Zelvere, Martinus de Roy, Guillielmus vander Smeſſe, Gualterus Montius, Georgius Petit, Franciſcus de Schildere, Joannes Gloris, Joannes Canis, Petrus de Wilde, Franciſcus Lane, & Guillielmus de Zomere Preshyteri Canonici Regulares expreſſè profeſſi Eccleſiæ Sancti Martini nunc in Cathedralem erectæ Civitatis Iprenſis Ordinis divi Auguſtini, totum Conventum ejuſdem Eccleſiæ facientes, & repreſentantes Capitulariter, Capitulo ad hoc ſpecialiter indicto convocati; Univerſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis lecturis ſeu audituris, in Domino ſalutem cum agnitione veritatis.

Cum fuerit & ſit quod dotatio Sedis Epiſcopalis Iprenſis ex variis capitibus congregari & deſumi debeat, & etiam pars quædam ex fundis proventibus & emolumentis prædictæ noſtræ Eccleſiæ; Notum facimus, quod nos cupientes pro parte dotis eidem Sedi de ſumma annua bis mille florenorum, viginti ſtuferorum monetæ Flandriæ, providere; maturâ deſuper deliberatione habitâ Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino D. Martino divinâ providentiâ Epiſcopo Iprenſi in partem Dotis ſuæ Sedis aſſignavimus & aſſignamus per præſentes ex bonis fundis & decimis prædictæ noſtræ Eccleſiæ, decimas terras & bona per præfatum Epiſcopum poſthac tamquam Sedi Iprenſi propria, regenda, gubernanda & moderanda ea quæ ſequuntur.

In primis cenſam ſeu villam dictam *het Noordt-Hof* cum ædificiis & aquis circumcinctis continentem centum & tres menſuras terrarum valentium annuè in locatione 528 ll. gr. Inſuper quadraginta quatuor menſuras terræ jacentes in Parochia de Lockere, quas in cenſam habet Sebaſtianus Ryckewaert pro prætio 264 ll. gr. annuè. Præterea quatuordecim menſuras terrarum ſitas in Parochia ſancti Nicolai hujus noſtræ Civitatis Iprenſis ſub juriſdictione & Comitatu noſtris, quas in arendam habet Guillielmus de Bandt pro ſumma 54 ll. gr. annuè.

Item & alias 57 menſuras terrarum jacentes in Parochia de Boeſynghe, quas in arendam habet Ægidius Milevert pro ſumma 78 ll. gr. annuè.

Item decimas Parochiarum Baliolenſium Meteren & S. Joannis-Capelle valentes annue 492 ſimiles ll. gr.

Item decimas Parochiarum de Leffrinchoucke & Leteghem valentes annuè 552 ll. gr.

Item in Parochia de Watoua decimas valentes annuè 360 ll. gr.

Item decimas vulgo dictas de Swaenebrugghe-thiende, valentes annuè 120 ll. gr.

Item decimas jacentes a parte ſeptemtrionali torrentis in Parochia de Reninghelſt valentes annuè 720 ll. gr. ſimilis monetæ. Et à parte meridionali dicti torrentis in eadem Parochia ſimiles Decimas valentes annuè 448 ll. gr.

Item in Parochia de Suudtſchote decimas valentes annuè 384 ll. gr. Quorum omnium fundorum & decimarum valor annuus 2000 florenorum ſimilium pro præſenti tempore tranſcendit.

Quia tamen pretia rerum in futurum forte minui continget, ac aliquando forte eveniet quod Paſtoribus Parochiarum in quibus ſupra-

d &c. decimæ ſitæ ſunt, in augmentum ipſorum proviſionis aliqua decimarum pars aſſignari contingeret, atque eo modo præfatus Epiſcopus minimè ex ejuſmodi noſtra aſſignatione ſummam 2000 florenorum ſupradictorum annuè conſequeretur;

Nos, nihil magis quam ut bene præfato Reverendiſſimo provideretur in votis habentes, his eaſibus ipſi omoc damnum reſarcire, & uſque ad ſummam bis mille florenorum ſuppleri, nec non quodcumque damnum & onus quod cauſâ ſterilitatis, belli, incurſionis militum, grandinis aut depredationis fructuum præfatorum Dominum Reverendiſſimum pati contingeret, etiamſi ſuper partis alicujus ex fundis aut decimis prædictis poſſeſſione lis ſeu controverſia oriretur ſorte in futurum, plene & integraliter ſimiliter pro ſingulis annis reſtituere & complere promittimus per præſentes. Ita ut ipſe Dominus Reverendiſſimus omnibus & ſingulis annis abſque aliqua diminutione aut deductione occaſione prædictorum & ſimilium onerum, ſummam 2000 florenorum ſicut dictum eſt, conſequi & recipere plenè & integrè poſſit ac debeat, cum effectu;

idque ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum noſtrorum communium, mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, cum renuntiatione omnium privilegiorum noſtrorum, & exceptionum quarumcumque, etiam juris, dicentis generalem renuntiationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis; Nos ipſos & noſtra bona quoad præmiſſa ſubjicientes & ſubmittentes judicio & juriſdictioni Reverendiſſimi in Chriſto Patris ac Domini D. Arebiepiſcopi Mechlinienſis, & Collegiatæ Eccleſiæ ſancti Petri Oppidi Caſletenſis Decani, Conſervatorum Sedis & Eccleſiæ Epiſcopalis Iprenſis, & eorum cuilibet.

Ac pro majore & firmiore præmiſſorum corroboratione, Nos Decanus & Canonici prædicti modo & formâ quibus poſſumus melioribus, fecimus conſtituimus & irrevocabiliter deputavimus, ac facimus, conſtituimus & deputamus per præſentes noſtros veros legitimos & indubitatos Procuratores probos & diſcretos viros Magiſtros Adrianum Prieels & Adrianum Hedermeſſe Mechliniæ nobilem virum, Magiſtros Livinum Meeuwſlone & Cornelium Militis Caſleti reſidentes, & eorum quemlibet in ſolidum, abſentes tamquam præſentes, cum poteſtate ſubſtituendi, ad noſtris nominibus ac pro nobis coram præfatis Conſervatoribus aut eorum altero comparendum, ibidemque iiſdem noſtris nominibus prædictam aſſignationem, obligationem, promiſſionem, renuntiationem & ſubmiſſionem recognoscendum confitendum & revocandum conſentiendumque ſingulis ac aliis circa ea neceſſariis condemnari, ac deſuper Litteras condemnationis & executionis contra nos, & bona noſtra in forma debitâ & efficaci tamquam de re judicata & arreſto decerni, eaſque contra Nos per Cenſuras Eccleſiaſticas vel alias per apprehenſionem & detenſionem quorumcumque bonorum noſtrorum mobilium & immobilium executioni mandari poſſe, & debere;

Abſque ullis aliis proceſſibus aut ſolemnitatibus juris aut facti in hoc obſervandis, omniaque alia & ſingula agendum & faciendum, quæ circa præmiſſa quomodolibet ſunt neceſſaria vel opportuna; etiamſi talia eſſent, quæ mandatum exigant magis ſpeciale quam præſentibus ſit expreſſum. Promittentes de rato grato & ſtabili quidquid per prædictos noſtros Procuratores conſtitutos ſeu ſubſtituendos agi, fieri & procurari contingit in præmiſſis, ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum noſtrorum ut ſupra.

Acta fuerunt hæc Ipris in loco noſtro Capitulari anno Domini M. D. LXVII. Menſis Decembris die XVIII. Quas Litteras per Secretarium noſtrum ſiguari & Sigillis Decani ac noſtri Cœnobii in fidem præmiſſorum communiri fecimus.

QUibus quidem Littetis per nos diligenter examinatis, & attendentes diverſa onera quibus præfati Domini præſentibus temporibus gravantur, Puæinſertas Littetas ac in eis omnia & ſingula bona deſcripta & emolumenta eum conditionibus & promiſſionibus in iiſdem comprehenſis animo & conſilio bene & maturè deliberatis acceptanda duximus & acceptamus per præſentes.

Ita tamen & ſub proteſtatione expreſſa, quod in nullo per hanc noſtram acceptationem noſtris in Sede Epiſcopali Succeſſoribus præjudicare velimus, ſed ipſis omne jus ſalvum maneat & illæſum, quod quoquo modo ad bona, terras, fundos & decimas prædictorum Dominorum cauſâ dotis prætendere poſſint & debeant, ac ſi nulla acceptatio Dotis per nos facta fuiſſet; unde expreſſe proteſtamur.

Datum Ipris ſub noſtræ dignitatis Epiſcopalis Sigillo, anno Domini M. D. LXVII, Menſis Decembris die XIX.

CAPUT CLXXXI.

Philippus II. Hiſpaniarum Rex mandat Duci Albano, Gubernatori Belgii, ut fieri mandet ſervitium funebre pro Filio ſuo primogenito Carolo Hiſpaniarum Principe, anno 1568.

Ex Codice M S Litterarum Regis Philippi II. ad Duciſſam Parmenſem.

MOn Couſin,

Ayant Dieu eſté ſervy de prendre de ſa part le Prince mon tres Chier & tres aimé Fils, pourrez conſiderer en quelle douleur & triſteſſe je m'en treuve. Son treſpas eſt advenu le 24 de ce mois, aprés avoir trois jours auparavant reçeu avecq grande devotion ſes Sacrements, & avoir faict une fin tant Chreſtienne & avecq telle repentence & contrition, que ce m'a eſté beaucoup d'allegreſſe & conſolation en ce traval. Car j'eſpere en la miſericorde de Dieu, qu'il l'aura appellé, affin qu'il joyſſe perpetuellement de luy, & qu'il me donnera ſa faveur & ayde, affin qu'en me conformant avecq ſa divine volonté, je porte & paſſe ceſte triſteſſe avecq le cœur & patience Chreſtienne qu'il convient

Vous me ferez plaiſir de le faire entendre, & faire faire en mes pays de par de-là les ſervices, obſeques & demonſtrations de deuil en choſe de ceſte qualité couſtumieres; eſcrivant auſſi & enchargeant les Prelats & aultres de l'Eſtat Eccleſiaſtique & Religieux, de prier noſtre Seigneur pour ſon Ame, & pour la direction & encommencment de mes affaires & negoces, à ſon ſainct Service, & de dire & celebrer les Meſſes, oraiſons, & aultres choſes au Service Divin appartenants.

En quoi Vous & eulx me ferez plaiſir & ſervice bien agreable.

A tant tres Chier &c. Du 21 de Juillet 1568.

CAROLUS Hiſpaniarum Infans, Philippi II. Regis filius primogenitus è prima Conjuge Maria Joannis III. Luſitaniæ Regis filia; natus eſt anno 1545.

A patre in carcerem conjectus, ob graves rebellionis ſuſpiciones, obiit anno 1568. De ejus interitu diverſimodè, prout quiſque affectus erat, ratiocinati ſunt hiſtorici. Sic habet P. Famianus Strada de Bello Belgico annum 1568. Libro VII.

„ Ex morbo, ob elementa partim obſtinatè „ recuſata partim intemperanter ingeſta, nimiam„que nivium refrigerationem, ſuper animi ægri„tudinem (ſi modo vis abfuit) in Divi Jacobi „ pervigilio extinctus eſt. Quarto ante obitum „ die cum animæ æquè ac corporis curationem ab „ aliquo jam tempore reſpuiſſet, mutatâ divini„tus mente, Confeſſarium ſponte accerſiit, ex„piatiſque magno doloris ſenſu animæ noxis, ac „ miſſo qui erratorum veniam flagitaret à patre, „ ſacrum manu cereum tenens, deceſſit è vita. „ Scio hæc, uti enarrata ſunt à me, non pla„citura iis, qui atrociora quæque avidè arripiunt, „ ſine ullo veri falſique reſpectu. &c. *Ita P. Strada* Interim ſuper morte præfati Principis prodiit hoc ce elegans Chronographum ex Virgilio.

fILIUs ante DIeM patrIos InqUIrIt In annos.

CAPUT CLXXXII.

Acta & ſolemnitates poſſeſſionis Juridicæ, quam in Abbatia Tongerloenſi Ordinis Præmonſtratenſis accepit D. Franciſcus Sonnius primus Sylvæducenſium Epiſcopus, anno 1569, vigore Unionis & Incorporationis Epiſcopatui ſuo factæ.

Ex Archivis Epiſcopatûs Sylvæduc.

IN nomine Domini. Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentom cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Indictione duodecimâ, Menſis Auguſti die penultimâ, Pontificatûs SS. in Chriſto Patris & Domini, Pii, divinâ Providentiâ Papæ Quinti anno quarto, in mea Notarii publici teſtiumque infraſcriptorum præſentiâ, convocato ad petitionem & inſtantiam Magnifici & egregii Viri Domini Nicolai Oudart, Domini temporalis de Raeuſt, Sacræ & Catholicæ Regiæ Majeſtatis in Provinciali ſuo Conſilio Brabantiæ Conſiliarii, & ex parte ejuſdem ſuæ Majeſtatis ad infraſcripta faciendа ſpecialiter deputati Commiſſarii (prout de ſua Commiſſione edocuit, & fidem fecit legitimam) Conventu Monaſterii Beatæ Mariæ Tongerloenſis, Ordinis Præmonſtratenſis Buſcoducenſis Diœceſis, & nominatim DD. ac FF. Jacobo Veltacker, pridem deſignato Abbate, Joanne Cottereau Priore, Gerardo Druenen Suppriore, Lamberto Boot,

Chriſtiano Hoſio, Martino Zundert, Thoma Sgrooteo, Gerardo Creyt, Cornelio Geldolphi, Cornelio Matthæi, Joanne ab Adorp, Lamberto Haſſelt, Jacobo Olmen, Joanne Gheeten, Rodolpho Geffen, Arnoldo à Tongris, Gerardo Oiſterhoudt, Nicolao Mutſaerts, * Joanne de Beecka, Cellario, Georgio Busbecck, Laurentio Straetſen, Joanne Goerle, Henrico Baelen, Henrico ab Haſſelt Camerario, Dionifio Beers Promo, Adriano Herſtelenſi, Guilielmo Linteren, Petro Poppel, Jacobo Deſſchel, Dionyſio Droegen, Henrico Bulck, Adriano Baerlemans, Marcello Loon, Joanne Vorſt, Gerardo Balen, Joanne Ooſterwyck, Matthæo Tilborch, Gualtero Montenacken Presbyteris: Jobanne de Veſſem, Andrea Zundert, Joanne Veerle Diaconis, Sixto Loe, Henrico Ghyſſelen, Johanne Cuerhoff Subdiaconis. Religioſis Profeſſis, Gerardo Olmeo, Johanne Duce Dendermondenſi, eondum Profeſſis dicti Monaſterii, Conventum ejuſdem facientibus & repræſentantibus;

* Dein Abbas ſuit.

Illiſque ſimul in loco Capitulari ejuſdem Monaſterii congregatis, & ordine ab utroque latere ſedentibus, dictus Dominus Commiſſarius Regius, expoſitâ prius pancis canſâ ſui adventûs, dixit ſe habere Litteras ab Illuſtriſſimo Domino Duce Albano Gubernatore Locum-tenente & Capitaneo generali harum Ditionum, Commiſſionem ſuam continentes, quas mihi Notario ſubſcripto prælegendas tradidit.

Quibus per me altâ & intelligibili voce perlectis, mandavit idem Dominus Commiſſarius legi à me Litteras Placeti dictæ Catholicæ Regiæ Majeſtatis, per quas inter cætera Nominatio ſeu deſignatio ad præfatum Monaſterium facta de perſona Domini & Fratris Jacobi Veltacker revocabantur, caſſabantur & annullabantur;

Et deinde Bullam Apoſtolicam expeditam ſuper Unione dicti Monaſterii Epiſcopatui * & Eccleſiæ Buſcoducenſi factam, ac denique Copiam cujuſdam Brevis Apoſtolici per eundem SS. Dominum noſtrum, D. Pium modernum ſummum Pontificem, ſuper Executione prætactæ Unionis ad Illuſtriſſimum Dominum Ducem Albanum tranſmiſſi.

* Vide Mirzi Diplomat. pag. 911.

Quibus omnibus ad finem uſque ordine præmiſſo à me lectis, idem Commiſſarius dictos Conventum & Religioſos debitâ cum inſtantiâ requiſivit, ut juxta tenorem & continentiam Litterarum & Bullarum prætactarum, ac inſequendo piam intentionem & voluntatem, tam SS. Domini noſtri Papæ, quam præfatæ Regiæ Majeſtatis, Reverendiſſimum Dominum D. Franciſcum Sonnium Epiſcopum Buſcoducenſem ibidem præſentem in & ad hujuſmodi Monaſterium admitterent, illumque in corporalem realem & actualem poſſeſſionem ejuſdem, cum ſolemnitatibus ſolitis & conſuetis ponerent & inducerent, ſeu poni & induci facerent & procurarent.

Ad quod egregius Vir Magiſter Gerardus Cafens Advocatus, nomine Jacobi Veltacker pridem electi Abbatis, ac Prioris totiuſque Conventûs, reſpondit inter cætera, dictos DD. & Fratrem Jacobum Veltacker & Priorem totumque Cooventum velle in omnibus & per omnia obtemperare Mandatis & ordinationibus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ & Sacræ Catholicæ Regiæ Majeſtatis, & propterea paratos eſſe omnes ad ipſum Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum Buſcoducenſem in Prælatum ſuum ac dicti Monaſterii ſuſcipiendum & admittendum; prout ſtatim abſque ullâ contradictione dictum Reverendiſſimum Dominum juxta Bullarum prætactarum Apoſtolicarum & Litterarum formam, tenorem ac continentiam benignè ſuſceperunt & admiſerunt.

Ac in ſignum veræ ac legitimæ poſſeſſionis, incepto per Dominum & Fratrem Petrum Poppel Hymno *Te Deum laudamus*, eundem Reverendiſſimum Dominum, omni quâ potuerunt revereotiâ & honore deduxerunt a loco Capitulari ad Eccleſiam & chorum dicti Monaſterii, Domini & Fratres Joannes Cottereaux Prior à dextris & Gerardus Van Drunen Supprior à ſiniſtris incedentes, reliquis Religioſis binis & binis ordine præcedentibus.

In quo choro, provolutis ad genua dicto Reverendiſſimo Domino & duobus Fratribus præfatis & reliquis Religioſis in locis ſeu ſtallis ſuis conſuetis exiſtentibus; finitoque dicto Hymoo, ac pulſatis, ut moris eſt, campanis, fuerunt per ipſum Reverendiſſimum Dominum cantati verſus & collecta de Sto. Spiritu, hujuſmodi actui convenientes.

Ac deinde memorati Prior & Supprior præbatum Reverendiſſimum Dominum (deoſculato prius per eum ſummo Altari) deduxerunt ad ſedile Abbatiale, in quo Abbates dicti Monaſterii Tongerloenſis inſtallari & ſedere conſueverunt, & ipſum in eodem inſtallarunt. In quo ſedili uſque ad finem Miſſæ de S. Spiritu decantatæ permanſit.

Quâ finitâ, reditum eſt ab Eccleſia & choro ad locum capitularem, & ibidem ipſe Reverendiſſimus Dominus, in præſentia Domini Conſiliarii & Commiſſarii Regii excepit à ſingulis Religioſis ordine promiſſionem obedientiæ & reverentiæ, ſibi deinceps tanquam Prælato ſuo præſtandæ & exhibendæ; quas omnes Religioſi lubenter & obviè præſtiterunt, ſub hac ferè verborum forma.

„ Ego N. Religioſus hujus Monaſterii promitto Vobis Prælato meo obedientiam & „ reverentiam, ſecuodum Regulam Divi Auguſtini.

Altero autem die, congregato rurſum ad petitionem & inſtantiam dicti Domini Conſiliarii & Commiſſarii Regii, in loco capitulari Conventu ac Religioſis, & præſente ibidem eodem Commiſſario, Dominus & Frater Jacobus Veltacker, pridem deſignatus Abbas,

bas, eo plane modo, quo pridie reliqui Religioſi fecerant, promiſit dicto Reverendiſſimo Domino obedientiam ac reverentiam.

Ac idem tunc ſucceſſive fecerunt DD. & FF. Chriſtianus Hoſius, Guilielmus Doerne, & Godefridus Dieſt, qui pridie nondum advenerant.

His peractis, idem Dominus Commiſſarius, inſequendo renovatem Commiſſionis ſuæ repetit à præfato Domino & Fratre Jacobo Veltacker, Litteras ſuæ denominationis ſeu deſignationis in Abbatem, ipſi aliàs per Sacram & Catholicam Regiam Majeſtatem conceſſas, & nunc (ut præmiſſum eſt) revocatas & caſſatas. Quas ipſe ſtatim ei tradidit. Deinde ad requiſitionem dicti Domini Commiſſarii tradidit ſuas claves Domino Priori, & ipſe Prior eas tradidit Reverendiſſimo Domino.

Præterea eodem die in cœnaculo habitationis Abbatialis, miniſtri ſeu officiarii dicti Monaſterii, in corroborationem & confirmationem captæ poſſeſſionis prædictæ, præſente ibidem Domino Commiſſario reddiderunt ſingulatim ſuas claves Reverendiſſimo Domino. Qui quidem eaſdem illis ſtatim reſtituit, eos & illorum quemlibet in officiis ſuis per modum proviſionis continuando.

Quo facto, Remigius Veltacker in Oppido Dieſtenſi, Joannes Walteri in Pago de Tongerloe, Henricus de Goidſenoven in Oppido Thenenſi, & Waltherus Dens in Broechem reſpectivè Prætores, ſeu Villici (ut vocant) præſtiterunt in manibus Reverendiſſimi Domini juramentum fidelitatis, ac jus & juſtitiam ſub nomine & authoritate ejuidem Reverendiſſimi Domini ſe unicuique adminiſtraturos ſpoponderunt & ſolemniter jurarunt, duobus prioribus digitis manûs dextræ in cœlum elevatis.

Quod quidem Juramentum fidelitatis, eodem modo quo immediatè præcedentes, præſtiterunt poſtridie, hoc eſt primâ die Septembris, Johannes de Cock Scultetus in Villis de Happaert & Loon, & Paulus Vander Bueken Villicus in Nylen, & ſe jus reddituros unicuique deinceps ſub nomine & authoritate ejuldem Reverendiſſimi Domini ſolemniter promiſerunt & jurarunt.

De & ſuper quibus omnibus & ſingulis tam Reverendiſſimus Epiſcopus Buſcoducenſis ac dicti Prior & Conventus, quam ipſe Dominus Commiſſarius Regius petierunt ſibi à me Notario publico infraſcripto fieri & tradi unum vel plura publicum ſeu publica Inſtrumentum & Inſtrumenta.

Acta fuerunt & ſunt hæc omnia & ſingula præmiſſa ſucceſſivè in Monaſterio Tongerloenſi in loco Capitulari, Eccleſia, choro & cœnaculo prædictis, anno, Indictione, menſibus diebus & Pontificatu quibus ſupra; præſentibus ibidem Venerabilibus & Eximiis Dominis & Magiſtris Laurentio Metſio S. T. Licentiato, Eccleſiæ Collegiatæ Divæ Gudilæ Bruxellenſis, & Henrico Verrept S. Paginæ Baccalaureo, Eccleſiæ Collegiatæ Beeckenſis reſpectivè Decanis, nec non Petro Geſſen & Joanne Typoets Canonicis Buſcoducenſibus & dicti Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Buſcoducenſis reſpectivè Sigillifero & Officiali, & pluribus aliis Teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque requiſitis.

Erat ſubſignatum: Martinus Bardoul Clericus & Notarius Apoſtolicus.

CAPUT CLXXXIII.

Gregorius XIII. Pont. ſeparat ab Abbatia Wormeſellenſi Ord. S. Auguſtini in Diœceſi Iprenſi valorem 1200 ducatorum pro augenda dote novi Epiſcopi Iprenſis anno 1576. Accedit Placetum Regium & Litteræ executoriales.

Ex Archivis Eccleſiæ Cathedr. Iprenſis.

GRegorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam. Ex debito Paſtoralis officii nobis meritis licet imparibus ex alto commiſſi ad ea libenter intendimus, per quæ perſonarum quarumlibet præſertim pontificali & aliâ dignitate præditarum commoditatibus valeat ſalubriter provideri.

Dudum ſiquidem ſclicis recordationis Paulus Paps Quartus Prædeceſſor noſter certis tunc gravibus cauſis adductus, piis quoque ſupplicationibus chariſſimi in Chriſto filii noſtri, tunc ſui, Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici excitatus, poſt habitam cum Fratribus ſuis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus maturam deliberationem, de ipſorum Fratrum conſilio atque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Oppidum Iprenſe Regionis inferioris Germaniæ dicto Philippo Regi hereditario jure etiam tunc ſubjectæ, à ſua Diœceſi perpetuò diviſit & ſeparavit, illudque in Civitatem, & Eccleſiam olim Monaſterii ſancti Martini Iprenſis Ordinis ſancti Auguſtini Canonicorum Regularium, in Cathedralem erexit, illique ſic erectæ certos diſtrictus per Nuncium ſuum poſtea limitandos pro ſua Diœceſi conceſſit, & illam tamquam Suffraganeam Eccleſiæ Mechlinienſis Metropolitanæ ſubjecit.

Et deinde piæ memoriæ Pius Papa Quartus etiam Prædeceſſor noſter Eccleſiam Morinenſem certo tunc eapreſſo modo Paſtoris ſolatio deſtitutam, ac Sedem illius Epiſcopalem, & in eis omnia & ſingula Epiſcopalia jura &

Cathedralis Eccleſiæ inſignia penitus ſuppreſſit & extinxit.

Et Diœceſim Morinenſem in duas partes, quarum una Franciæ altera vero inferioris Germaniæ eſſet, & ulterius illam Diœceſis Morinenſis partem in inferiori Germania hujuſmodi exiſtentem; cum bonis cenſibus fundis decimis aliiſque proventibus ſub ea comprehenſis in duas alias partes æquales, & duas alias Diœceſes diviſit & ſeparavit: ac Iprenſi nuam, Audomarenſi vero Eccleſiis ac Menſis Epiſcopalibus reliquam, partes, & Diœceſes ſubdiviſas hujuſmodi, pro ſua Diœceſi & parte dotis perpetuo applicavit, & in præfato Monaſterio Sti. Martini nomen titulum & denominationem Abbatis ſeu Præpoſiti, ac dignitatem Abbatialem ſeu Præpoſituralem, ac omnes ac ſingulas Canonicales portiones ejuſdem, ſtatumque, eſſentiam, & Ordinem Regulares, nec non Monaſterium ſeu Præpoſituram hujuſmodi in certos tunc expreſſos eventus ſuppreſſit & extinxi.

Ac Eccleſiæ Furnenſis olim Morioenſis Diœceſis Præpoſituram, etiam principalem poſt Pontificalem dignitatem; nec non quinque Canonicatus & quinque Præbendas ex pluribus aliis dictæ Eccleſiæ Morinenſis, qui pro parte dicti Philippi Regis juxta conditiones Pacis alias inter ipſum Philippum Regem & claræ memoriæ Henricum ſecundum Francorum Regem firmatæ, inter alia penitus ſuppreſſit & extinxit.

Ac ex dicta Eccleſia Morinenſi Archidiaconatum Flandriæ, Dignitatem inibi, non tamen poſt Pontificalem majorem, ad dictam Eccleſiam Iprenſem pro uno Archidiacono & totidem Canonicis tranſtulit.

Et inſuper eidem Menſæ Epiſcopali Iprenſi ultra medietatem præfatorum bonorum ſubdiviſorum ſuppreſſæ Eccleſiæ Morinenſis, eidem Menſæ Iprenſi ut præfertur applicatorum, quorum annuum valorem mille ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem conſtituebant, unum & unam ex decem Canonicatibus & decem Præbendis ex ipſa Eccleſia Morinenſi ad Eccleſiam Iprenſem ut præfertur tranſlatis, Menſæ Iprenſi hujuſmodi perpetuò ſimiliter univit, annexuit & incorporavit.

Ac ſimiliter bona ac proventus trium ex quinque ſuppreſſis Canonicatibus & Præbendis Eccleſiæ Morinenſis hujuſmodi, ac jus præbendæ Inſulenſis nuncupatum, ad Epiſcopum Morinenſem pro tempore exiſtentem pertinens ſub dictis conditionibus cumprehenſum, quorum in ſimul ſeptingentorum & quinquaginta; ac ſimiliter omnia bona ſuppreſſæ Præpoſituræ Eccleſiæ Furnenſis;

Ac tot ex bonis & proprietatibus Monaſterii, ſeu Præpoſituræ ſancti Martini hujuſmodi, quæ una cum bonis ſuppreſſæ Præpoſituræ Eccleſiæ Furnenſis hujuſmodi valorem annuum mille Ducatorum conſtituerent, prn Menſæ Epiſcopalis Ipreoſis dotis ſupplementn perpetuo applicavit & appropriavit; & ſic valoré annnnm trium millium ducatorum ſimilium pro deſignata Dote Menſæ Epiſcopalis Iprenſis hujuſmodi in ſimul conſtituere aſſertum fuit.

Ac Atcbidiaconatûs Flandriæ bujuſmodi medietatem bonorum & proventuum reliquorum duorum Canonicatunm & Præbendarum ex quinque Canonicatibus & Præbendis Eccleſiæ Morinenſis ſnppreſſis præfatis, ſimiliter ex tunc prout in illa die & contra, Dotis nnmine perpetuo applicavit; prout in ſingulis dictorum prædeceſſorum deſuper confectis Litteris pleoiùs cnntinetur.

Cum autem ſicut exponi nobis nuper fecit dictus Philippus Rex, ex præordinata & conſtituta dictæ Menſæ Epiſcopalis Iprenſis Dote bujuſmodi trium millium ducatorum Venerabilis Frater Martinus Epiſcopus Iprenſis duobus millibus tantum potitus fuerit, & tertia portio mille Ducatorum ſimilium adbuc deſideretur; idque ex en pntiſſimum evenerit, quod ab initio Erectionis præfatæ de beneficiis præfatæ Eccleſiæ Iprenſis applicatis major fuerit pruventuum & redditnum opinio & eſtimatin, quam re verâ poſtea deprebenſum ſit:

Nee non Archidiacono Flandriæ in dicta Eccleſia Iprenſi gravia & diſpendioſa onera viſitationis per totam Diœceſim incumbant, tenuitas vero dotationis anguſtior ſit, quam ut ſuo muneri congruenter fatisfacere valeat, potiſſimum conſuetis extraordinariis ac juriſdictionalibus emolnments jam per Decreta Concilii Tridentini præcipua ex parte abolitis;

Quod ſi à Præpoſitura Vormizellenſi Ordiuis ſancti Auguſtini Canonicorum Regularium, quæ ad nominationem ejuſdem Philippi Regis ex Privilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, quæque vix dimidio milliari ab ipſa Civitate Iprenſi diſtat, bona fructus, redditus, & proventus ad valorem annuum mille & ducentorum Ducatorum aſcendentes, perpetnò diſmembrarentur & ſeparārentur, illaque ſic diſmembrata & ſeparata eidem Menſæ Epiſcopali Iprenſi applicarentur; ex hoc commoditatibus ipſius Eccleſiæ & Epiſcopi Iprenſis conſuleretur, ac neceſſitatibus ipſius Archidiaconi ſubveniretur.

Quare pro parte dicti Philippi Regis nobis ſuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis de aliquo opportuno ſubventionis auxilio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos præfatarum Litterarum tenores ac nmnia & ſingula in eis contenta, periude ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, nec non dictæ Menſæ Epiſcopalis Iprenſis fructuum redditnum & proventuum verum annnum valorem præſentibus pro expreſſis habere volentes, ejuſmodi ſupplicationibus inclinati, à dicta Præpoſitura, quæ Conventnalis exiſtit, ac cujus fructus redditus & proventus ad duorum millium & quingentorum auri de camera ſecundum communem extimationem valorem annuum aſcendunt, bona fructus redditus proventus jura nbventiones & emolumenta ad valorem annuum mille & ducentorum ſimilium ducato-

rum aſcendentia, Apoſtolicâ Authoritate tenore præſentium, ex nunc pro nt ex tunc, & econtra, cum primum illa per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel diſceſſum, vel quamvis aliam dimiſſionem vel amiſſionem dilecti filii moderni illius Præpoſiti, vel poſtquam illi aliunde proviſum fuerit ſeu alias quoviſmodo, & ex cujuſcumque perſona, etiam apud Sedem præfatam vacare contigerit, etiam ſi actu nunc ut præfertur aut alias quovis modo & ex cujuſcumque perſona ſen per liberam cujuſcumque ceſſionem de illius regimine & adminiſtratione in Romana Curia vel extra eam etiam coram Notario publico & teſtibus ſponte factam, vacet, & tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii, aut alias Sanctiones Canonicas ad eamdem Sedem legitimè devolvta, illaque ex quavis cauſa ad Sedem præfatam ſpecialiter pertineat, & ad illam conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura jnriſdictionalis immineat animarum, & de illa Conſiſtorialiter diſponi conſueverit, ſeu debeat s

Super ea quoque inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, perpetuò ſeparamus, & diſmembramus, illaque ſic ſeparata & diſmembrata dictæ Menſæ Iprenſi eiſdem Authoritate & tenore perpetuo applicamus, annectimus & incorporamus.

Ita quod vacatione ejuſmodi occurrente, aut poſtquam nt præfertur moderno Præpoſito prædicto aliunde proviſum fuerit, ex tunc deinceps liceat eidem Martino, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Iprenſi per ſe vel alium, ſeu alios realem & actualem poſſeſſionem fructuum, reddituum, proventuum, bonorum, jurium, obventionum & emolumentorum præfatorum poſt diſmembrationem & ſeparationem per infraſcriptos Judices factam propriâ authoritate liberè apprehendere & retinere:

Ipſeque Epiſcopus moderno & pro tempore exiſtenti Archidiacono Flandriæ in dicta Eccleſia Iprenſi ex fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis bonorum ſic diſmembratorum & ſeparatorum in perpetuum ducentos ducatos auri de Camera duobus in terminis pro augmento dotis illius realiter & cum effectu abſque ulla diminutione ſolvere teneatur.

De reſiduis vero fructibus, redditibus, & proventibus, bonis, juribus, obventionibus & emolumentis diſmembratis & ſeparatis diſponere, & ordinare, illoſque in ſuos ac Menſæ Epiſcopalis prædictæ uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentiâ minimè deſuper requiſitâ, nec non diſmembrationes & ſeparationes applicationes annexiones & incorporationes aliaque præmiſſa, ſub quibuſcumque revocationibus, ſuſpenſionibus vel derogationibus ſimilium gratiarum per nos, & Sedem Apoſtolicam quomodolibet faciendis non comprehendi, ſed ab illis ſemper exceptas.

Et quoties illas ſuſpendi revocari aut illis derogari contigerit, eas de novo conceſſas in priſtinum ſtatum & valorem reſtitutas exiſtere, & fore, & ad hoc ut ſub revocationibus ſuſpenſionibus & derogationibus ejuſmodi minimè comprehendantur, ex nunc vere & non ficte ſuum plenarium & integrum effectum ſortitas, & eaſdem diſmembrationes, ſeparationes, annectiones & incorporationes, conceſſiones non de vacatura ſed de vacante Præpoſitura hujuſmodi vere & non ficte ex nunc Menſæ Epiſcopali & Epiſcopo Iprenſi præd &to jus in re quæſitum exiſtere.

Ipſumque Epiſcopum beneficio Regularum de non tollendo jus quæſitum ae de annali & triennali poſſeſſione gaudere debere, decernimus & declaramus.

Inhibentes inſuper Conventui & Regularibus Canonicis Præpoſituræ prædictæ aliiſque quibuſvis perſonis in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, nec non privationis omnium dignitatum, officiorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos & eorum ſingulos pro tempore obtentorum, inhabilitatiſque ad illa & alia per contrafacientes impoſterum obtinenda eo ipſo incurrendis pœnis, ne Epiſcopum ipſum in præmiſſis vel eorum aliquo impedire quovis modo, ſeu quidquam in præmiſſis attentare aut illis refragari præſumant. Sicque per quoſcumque Judices & Commiſſarios quâvis authoritate fulgentes etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & authoritate judicari & definiri debere: & ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Mechlinienſi, ac Antverpienſi & Brugenſi Epiſcopis, ſeu eorum Officialibus mandamus, quatenus ipſi vel duo vel unus eorum per ſe vel alium ſeu alios, nulloque alio deſuper à nobis expectato Mandato, ſeparationes applicationes annectiones & incorporationes aliaque præmiſſa poſt vacationem prædictam, ſeu poſtquam prædicto Præpoſito aliunde proviſum fuerit, debitæ executioni demandent, præſentes Litteras, & in eis contenta quotieſcumque ubi & quando quis fuerit, ac quoties pro parte dicti Philippi Regis, ſen Martini & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Iprenſis fuerint requiſiti, ſolemniter publicent, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Authoritate noſtrâ ipſum Martinum & pro tempore exiſtentem Epiſcopum hujuſmodi præmiſſis omnibus & ſingulis juxta præſentium continentiam & tenorem pacificè frui & gaudere, non permittentes eum deſuper per Conventum ſen Canonicos prædictos aut alios quoſlibet quomodolibet indebitè moleſtari.

Contradictores quoſlibet & rebelles ac præ-

miſſis non parentes per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna juris & facti remedia appellatione poſtpoſitâ compeſcendo.

Invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, non obſtantibus recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. Predeceſſoris etiam noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dictis, dummodo quis vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, ac noſtra de Unionibus committendis ad partes ac exprimendo vero valore nec non vocatis quorum intereſſet. ac Lateranenſis noviſſime celebrati Concilii Uniones perpetuas niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohibentis, aliiſque Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, Cancellariæque Apoſtolicæ Regulis editis & edendis, nec non Præpoſituræ & Ordinis prædictorum juramento confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis & Litteris Apoſtolicis Præpoſituræ & Ordini præfatis eorumque Superioribus Capitulis & Congregationibus ac perſonis cum quibuſvis clauſulis & derogationibus etiam irritantibus quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus etiamſi de illis eorumque tenoribus pro expreſſis habendis, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſé derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi Conventui & Canonicis prædictis vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XIV. Martii M. D. LXXVI. Pontificatûs noſtri anno IV. Subſcriptum : C. D. Gloriernus.

Tenor autem Litterum ſuæ Majeſtatis eſt iſte.

Placitum Regium ſuper eâdem Bulla.

PHilippe par la grace de Dieu Roy de Caſtille de Leon, d'Arragon, de Navarre, de Naples, de Sicille, de Maillorques, de Sardaine, des Iles, Inde & Terre ferme, de la mer Occeane, Archiduc d'Autriche, Duc de Beurgeingne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, de Luxembourg, de Geldre, & de Milan, Comte de Habsbourg, de Flandres, d'Artbois, de Beurgeigne, Palatin d'Haynault, de Hollande, de Zeelande, de Namur. & de Znutphen, Prince de Zwave, Marquis de St Empire, Seigneur de Frize, de Salins, de Malines, des Cité Villes, & Pays d'Utrecht, Overyſſelle & Groningbe, & Dominateur en Aſie & en Afrique.

A Nes aimés & feaulx les Cheif Preſidents & Gens de notre Privé & Grand Conſeils, Preſident & Gens de noſtre Conſeil en Flandres & tous aultres nes Juſticiers & Officiers cui ce regardera, ſalut en dilection. De la part de Reverend Pere en Dieu noſtre trés-chier & bien aimé l'Eveſque d'Ipre nous a eſté expoſé, que notre Très-Saint Pere le Pape Gregoire moderne, à noſtre requiſition a diſmembré & ſeparé du Menaſtere & Prevoſté de Formizelle près d'Ipre pluſieurs biens revenuz & emcluments juſques à la valeur de mille & deux cens ducats par an, auſſi toſt qu'icelle Prevoſté ſera vacante & iceulx bieus revenuz & emolumens diſmembrés & ſeparés à incorporé & appliqué au preſſit du Siege Epiſcopale d'Ipre.

Commandans aux Archeveſque de Malines & les Eveſques d'Anvers & Bruges ou à leurs Officiaulx, que iceulx, ou deux ou ung d'iceulx par eulx ou aultres ſans attendre aultre Maudement de Sa Sainteté quand ils ſeront requis de notre part, ou de l'Eveſque d'Ipre, ils ayent à mettre ceſte ſeparatieu & incorporation à execution, comme il s'appert par les Lettres de Sadite Sainteté, expediées in forma Brevis ſoubs anneau de Piſcateur en date du quatorzieſme de Mars M. D. ſeptante-ſix, dont la Copie nous a eſté par ledict Suppliant exhibée, requerans pour ce qu'il nous plaiſe, de requerir leſdiss Executeurs & chacun d'eulx, que venant la vacation de laditte Prevoſté, ils precedent à l'execution deſdictes Lettres, & authoriſer auſſy le Suppliant pour auſſy de ſa part par eulx faire mettre leſdictes Lettres en deue exeention

Pour ce eſt il, que nous ce que deſſus conſideré audit Eveſque inclinant favorablement à ſaditte requeſte & ſupplication avons au cas ſuſdict permis, conſenty & accordé, permettons conſentons & accordons eu donnant congé & licence de grace eſpeciale par ces preſentes, qu'il puiſt & porra mettre a execution deue leſdictes Lettres Apoſtoliques ſelon leur forme & teneur, & en vertu d'icelles prendre, & apprehendre la poſſeſſion & joniſſance des biens, revenuz & emoluments ſuſdits, ſans pour ce aulcunement meſprendre ny encourir envers nous.

Peurveu toutes fois, que leſdicts biens, revenuz & emolumens ne ſoient de noſtre Patronage ou de nos vaſſaulx, & que la proviſion d'iceulx ne concerne aulcunement nos Hauteurs & Droits.

Auſſy que ſi pour raiſon d'iceulx biens revenuz & emoluments ſe mouvoit proces ou debat, ledit Suppliant ſera tenu de faire ſes pourſuittes, aſſavoir en matiere poſſeſſoire par devant nous en nos juges, auxquels la cognoiſſance en debvra appartenir & non ailleurs, & en petitoire par devant les juges ordinaires ou aultres juges delegez reſidens en nos Pays & Seigneuries.

Et ſi la cauſe par appellation ou aultrement eſtoit devolvé en Cour de Rome, que en ce cas ledict Suppliant la fera deleguer en noſdicts Pays & Seigneuries, ſelon & ſuivant la forme de Nes Ordinances ſur ce faictes. Si vous mandons & à chacun de vous en droict ſoy & ſi comme à luy appartiendra, que de noſtre preſente grace, con-

gie & licence selon & par la maniere dicte vous faittes iceſſez & iouffrez ledit Suppliant plainement & peſiblement joyr & uſer, ceſſans tous contredicts & empeſchements au contraire.

Car ainſy Nous plaiſt-il.

Donné en noſtre ville de Tournay le XIV jour de May l'an M D Octante deux, de nos Regnes aſſçavoir des Eſpaignes & Secille le XXVII. & de Naples le XXIX.

CAPUT CLXXXIV.

Status Eccleſiæ Collegiatæ B. M. V. Bredæ in Diœceſi Antverpienſi, expreſſus anno 1582 in Epiſtola D. Guilielmi Pamelii Præſidis Conſilii Privati ad D. Joannem à Streyen Epiſcopum Middelburgenſem.

Reverendiſſime in Chriſto Pater. (1) Retuli ad ſuam (2) Celſitudinem per occaſionem ea quæ Litteris tuis XIII. Februarii propoſuiſti: ſcilicet imprimis quod rogas de Canonicatibus & Præbendis quas (3) Auriacus contulit, expulſis illis qui Collationem Regiæ Majeſtatis prius obtinuerant, habetur hîc extra omnem controverſiam, quod Beneficia ſic ab Auriaco obtenta in præjudicium juris quæſiti ex Collatione Regia prioribus, ſi petierint, reſtituenda ſint.

De diviſione Eccleſiarum Parochialium intra Bredam (4) placuit ſuæ Celſitudini magis, quod in duas tantum Parochias fiat partitio; quod ut fiat, requirit ut primâ occaſione ad illam æquitas rationem & formam quâ illa commodiſſimè fieri poſſit; quibus limitibus utraque diſtinguenda; quæ Eccleſia ſecundæ applicanda & quæ dos ſingulis attribuenda ſit. Quia in re rationem habere vult ejus, quod à Reverendiſſimo Ruræmundenſi (5) propoſitum eſt, de ſeparanda à curâ Hagenſi (6) illa parte quæ moenibus oppidi Bredani concluditur, & decimis Curæ de Steenbergh (7) pro parte in dotem aſſignandis.

De Epiſcopatu novo non erigendo in eam ſententiam itum eſt.

Juriſdictionem Epiſcoporum adverſus hæreticos, etiam eos qui domi produnt falſam Religionem, & nullum illius faciunt exercitium, non cenſet ſua Celſitudo aliquo tractatu interdictam; quin potius diſcretè & prudenter illam exerceri poſſe.

Quod quæris, an præter publicam & generalem gratiam, ſinguli etiam particulari veniâ indigeant, non habet dubitationem, quin quoad ſorum fori bene & ſufficienter illis proviſum ſit, qui generali gratiâ comprehenduntur. Sed quod ad forum poli ſeu conſcientiam attinet, veſtri officii eſt, omnes & ſingulos monêre, ut à ſententiâ Excommunicationis, quam gravîſſimam incurrerunt, curent ſe abſolvi, & per Exomologeſim & rel qua pœnitentiæ officia, errores & Reipublicæ Chriſtianæ ſeu factis ſeu conſiliis aut nimiâ conniventiâ inflictum vulnus expiare. Suam quippe tantum remittunt injuriam & publicam vindictam Principes.

Quod attinet ad manu-tenentiam impetratam per Archidiaconum Vander Noot in Conſilio Brabantiæ contra ſententiam privationis latam per Reverendiſſimum Ruræmundenſem, ſpero per illum jam tibi communicatum exemplum Litterarum, quibus ſua Celſitudo mandavit Conſilio Brabantiæ à cæpto deſiſterent, ſalvo Archidiacono ſuo jure, quod integrum illi ſit perſequi apud Judicem Eccleſiaſticum, cujus ea res eſt. Litteræ autographæ ſunt hîc datæ ipſi Cancellario. Si Conſilium contradicat, ſaltem hoc effecerimus, quod dum de eorum reſcriptione cognoſcitur, cauſæ progreſſus ſiſtetur.

Super eo quod ſcribis, te ab aliquibus tam politici quam Eccleſiaſtici Ordinis privatim requiſitum, ut Bulcoducis Epiſcopale munus in conſecratione & reconciliatione Eccleſiarum cæmiteriorum & altarium, & Confirmatione ſuſciperes: videris mihi conſulto ſtatuiſſe, quod non niſi publicâ Cathedralis Capituli & Magiſtratûs auctoritate evocatus, illuc profecturus ſis, qui ſi tuam operam poſtulare velint, de itinerum obſervatione & ſalvoconductu tibi provideri curabunt.

Tractatum fuit apud ſuam Celſitudinem de promovendis ad præbendas vacantes in Eccleſia Bredana viris, qui doctrinâ & exemplo poſſint ibi reſtaurare Religionem. Et cum Ruræmundenſis ſuper eo rogatos, indicâſſet quatuor vacare, viris aliquot exquiſitis (inter quos & tu eras) nominatis, ad eas ſelegerat ſua Celſitudo aliquos ex nominatis. Sed cum jam proviſum eſt de tribus, collatis filiis Cancellarii Brabantiæ, Conſiliariorum Criep, & Nicolai Brant, adhuc pueris, elapſa eſt illa occaſio. Niſi forte probari poſſit, (quod ſcripſit Ruræmundanus) quatuor illas quæ vacaſſe dicuntur, Sacerdotales eſſe, & ex fundatione non niſi Sacerdotibus conferri poſſe. Feceris pro officio, ſi rem cores examinari, perveſtigatis Fundationibus & Eccleſiæ Statutis, ut aliquid certi hac de re poſſit ſtatui.

Et cum nos ſatis bene proſpectum ſit illi Oppido de Paſtore, qui officium ibi faciat quale res ipſa poſtulat, ſtatuerat ſua Celſitudo

promovere ad Paſtoratum Dominum (8) Mathiam Hovium Canonicum Eccleſiæ Metropolitanæ Mechlinienſis, diu ibi cum ſummâ laude functum officio Paſtoris apud Divum Petrum. Sed cum nunc illum exerceat Cornelius . . . . , (quamvis neurri veſtrûm ſatis idoneus viſus ſit) verendum, ne ille ſe oppouat.

Quare conſulit Ruræmundenſis, ut per P. V. tentetur illius animus, an induci queat, ut ad Joanois cedat, injecto illi metu quod Præbenda ſua D. Lantmetere ſpoliaro erit reſtituenda; quod eura in diverſas portiones ſit partienda; quod defectu inſtitutioois, & ob rebellionem & hæreſim Aurisci, à quo habuit præſeotarionem, jus illi noo ſatis ſit firmum; datâ inſuper illi ſpe quod de alio aliquo Beneficio iu Craendoncq illi provideri poſſit: quorum aliqua ſcribit Ruræmundeoſis vacare per abſentiam aliqhorum adoleſcentium in Leyda. Tu eogita, quâ optimè ratione Hovius illuc pertrahi poſſit, quem ſcio utiliſſimum ibi fore, ob varias dotes quas in illo obſervavi; & quid videatur reſcribe.

Ioterim ſervet Deus R. P. V. Reipublicæ ſuæ diu ioeolomem. Toroaci Calendis Maii M. D. LXXXII. R. P. V. addictiſſimus (9) Guilhelmus à Pamele.

Quod parergiou tuis Litteris ſcribis de Religioſo veſtræ Diœceſis, qui cupit Lovanium ad ſtudia mitti, tuo arbitrio hæc relinquo. Ego interim quod tibi Montibus promiſi Deo dante ſatisfaciam, miſſurus aut immutaturus ceorum florenos pro ſecundo anno, ubi requires.

Superſcriptio erat: Reverendiſſimo in Chriſto Patri, Domino Joanni Streyen Epiſcopo Middelburgeoſi digoiſſimo, Bredæ.

(1) Joannes a Streyen, cui hæc Epiſtola inſcribitur, erat tunc Epiſcopus Middelburgenſium ſecundus. Vide ſupra pag. 476.

(2) Suam Celsitudinem, Alexander Farneſius, Parmæ ac Placentiæ Dux, Gubernator Belgii pro Rege Catholico ab anno 1578, uſque ad annum 1592, quo obiit Atrebàti in Arthelia.

(3) Auriacus, Guilielmus Naſſovius, Princeps Orangiæ, Belgarum contra Regem Catholicum rebellanoum caput, ac Fœderatæ VII. Provinciarum Reipublicæ author. Delphis in Hollandia occiſus fuit, die 10 Julii 1584.

(4) Breda elegans Brabantiæ Oppidum, ſub Diœceſi Antverpienſi, verſus limites Hollandiæ, jam dudum paruit Confœderatis Ordinibus. Erectum hic fuit Capitulum Canonicorum, in honorem B. M. V. anno 1303 per Raſonem Bredæ Dominum. Diploma extat apud Miræum pag. 444.

(5) Ruræmundensis Episcopus. Is erat Wilhelmus Lindanus, è primo Ruræmundenſium Epiſcopo, creatus ſecundus Gandavenſium; Præſul vigilantiſſimus, multa pro fide Catholica perpeſſus. Obiit Gandavi anno 1588.

(6) Haghensis Eccleſia Parochialis, vulgo dicta *in't Haeghsken*, propè Bredam, de Jure Patronatûs Abbatiſſæ ſeu Principiſſæ Capituli Thorenſis in Diœceſi Leodienſi.

(7) Steenberghe, Oppidum Diœceſis Antverpienſis, ſub Marchionatu Berghzomenſi. Fertur illic olim reſediſſe Collegium quindecim Beneficiatorum ſub invocatione S. Gummari, cui Eccleſia Parochialis dicata erat.

(8) Mathias Hovius, Mechlinienſis, S. T. L. olim Paſtor SS. Petri & Pauli Mechliniæ, dein Canonicus Graduatus, Archidiaconus ac Vicarius generalis, ac demum Mechlinienſium Archiepiſcopus digniſſimus.

(9) Guilielmus a Pamela, Brugenſis, è Conſiliario ſupremi Senatûs Mechlinienſis, conſtitutus anno 1581. Præſes Conſilii Sanctioris Bruxellis; vita functus anno 1592.

Cæterum lubet huic Epiſtolæ, de ſtatu Eccleſiæ Bredanæ potiſſimum agenti, adjungere Seriem Decanorum ejus, quam ex Necrologio vetuſto ac MSS. ejuſdem Eccleſiæ mihi benignè communicavit Ampliſſimus D. Cornelius Paulus Hoynck Van Papenbrecht, Eccleſiæ Metropolitanæ Mechliniensis Canonicus Graduatus & Archipresbyter.

Decani Eccleſiæ Collegiatæ Bredanæ.

I. *Henricus de Gruſere*, primus Decanus à fundatore conſtitutus anno 1303; antea Decanus Bekenſis, & Inveſtitus de Ghilſen.

Bonifacius.
Hugo.
Guilielmus.
Raſo Voccht.
Joannes Van den Venne
} Decani anno incerto.

Zegebertus de Beke, obiit anno 1340.

In Hiſtoria Prioratûs Viridis Vallis juxta Bruxellam (apud Sanderum editâ) memoratur *Reynerus de Valle*, olim Eccleſiæ Bredanæ Canonicus & Decanus; qui circa annum 1350, relictâ dignitate, aſſumpto regulatem habitum inter Canonicos Viridis Vallis, quos per annos 27 tanquam Præpoſitus rexit, & in provecta ætate deceſſit anno 1401.

Ægidius de Rivo, obiit 1398.

Wilhelmus Fortis, aliàs *Starck*, obiit 1401.

Henricus de Bye, obiit 1461.

Carolus Oudart, præerat anno 1499. Vivere deſiit 17 Januarii 1522.

Guilielmus de Gaellen, obiit anno 1539.

Hieronymus de Blyoul, J. V. Doctor & Profeſſor in Academia Lovanieoſi, vir doctrinâ ac nobilitate clariſſimus, vivere deſiit anno 1556.

Balthazar Maſſchereel, filius Seneſcalli Territorii Bredani, obiit Decanus anno 1559.

Antonius Vaillant, circa ann. 1570.

Gerardus Vlemincx, Burſarum aliquot in Academia Lovanienſi fundator. Obiit anno 1591.

Cornelius Wortzal, S. T. L. anno 1607 ab hæreticis è ſuo Bredano Decanatu expulſus, ac dein Plebanus ad D. Gudulam Bruxellis.

David à Mauden, Antverpienſis. J. U. L. olim Canonicus Graduatus Daventriensis, vir doctus ac ſcriptis elarus. Ejus tempore prorſus extinctum ſuppreſſumque fuit Capitulum Bredanum. Ipſe vero Paſtor Bruxellis ad D. Virginem de Capella obiit 1641.

CAPUT CLXXXV.

Clemens VIII. Pontifex Maximus Abbatiam Monialium Anglarum Ordinis Sti. Benedicti Bruxellis erigi mandat anno 1599, per Breve directum ad Octavium Frangipani Episcopum Tricaricensem Nuncium Apostolicum in Belgio, & ad Matthiam Hovium Archiepiscopum Mechlinien sem.

VEnerabiles Fratres salutem & Apostolicam benedictioocm. Cum sicut accepimus, nonnullæ virgines Catholicæ Angliæ, quæ á Regoo Angliæ in oppidum Bruxellas Mechlioieosis Diœcesis se receperunt, religionis zelo ductæ, & ut alias Virgines Catholicas dicti Regni earum exemplo trahant, unum Monasterium Mooialium sub Regula sancti Beoedicti io eodem oppido erigere, seque in eodem Monasterio sub Regulari habitu Dei obsequiis dicare proposuerint, & eæ Virgines quæ jam io dicto oppido sunt, summam circiter decem millium scutorum promptam habeaot, & aliæ virgioes quæ ex Anglia expectantur, alias summas, ut confidunt, allaturæ sint, ex quibus omnibus Monasterium extrui, & aliqui reditus annui pro earum sustentatione constitui poterunt;

Nos earum pio desiderio beoigne annuere ac illas ad Catholicæ fidei & Religioois propagationem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, Fraternitatibus vestris aut alteri vestrûm Monasterium præfatum in loco commodo & decenti clausura muoiendo erigendi, ac in illud virgines Anglas Deo se dicare volentes usque ad oumerum arbitrio vestro constituendum, quæ ex reditibus pro eodem Monasterio comparandis congruè sustentari valeant, ad habitum Monachalem sub Regula sancti Benedicti recipiendi & admittendi, eisdemqun sic pro tempore receptis Monialibus, nt omnibus gratiis, privilegiis & indultis atque indulgentiis quibus aliæ præfati Ordinis Moniales utuntur, fruuntur & gaudent, uti, frui & gaudere possint & valeant, dummodo sub Ordinarii obedientia permaoeant, concedendi & indulgendi, ac pecunias per dictas virgines erogandas, quæ ex expensis fabricæ Monasterii supereriot in censuum aut aliorum redituum perpetuorum emptiooem coovertendi, eidemque Monasterio perpetuo applicandi, necnoo pro ejusdem Monasterii illiusque futurarum Mooialium prospero regimine, quæcumque Statuta, licita tamen & honesta ac sacris Canonibus & Concilii Trideotioi Decretis necooo Cooostitutionibus Apostolicis, Regularibusque dicti Ordinis ioostitutis conformia edendi ac observari præcipiendi, ac alia quæcumque io præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna faciendi, gerendi & exequendi plenam & liberam Auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium facultatem concedimus & impartimur, noo obstaotibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXXI. Martii M. D. XCIX. Pont ficatûs nostri anno VIII.

Sic erat subscriptum M. VESTRIUS BARBIANUS

A tergo sic subscriptum erat.

Venerabilibus Fratribus Octavio Episcopo Tricaricensi, nostro & Apostolicæ Sedis in partibus Germaoiæ inferioris Nuncio, & Archiepiscopo Mechlinienſi; cum Annulo Piscatoris a tergo impresso ceræ rubeæ.

CAPUT CLXXXVI.

Breve Gregorii XIII. Pont. ad Catholicos Hiberniæ, pro conservanda Catholica fide pugnantes, quo eis largitur anno 1580 easdem Indulgentias plenarias, quæ militantibus olim pro expugnatione Terræ Sanctæ, aut contra Turcas & Sarracenos concedebantur. Accedit simile Breve Clementis VIII. Pont. anno 1600.

Communicarunt PP. Minoritæ Hiberoi, Lovanii.

GRegorius Papa XIII. oniversis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Prælatis, nec non Principibus, Comitibus, Baronibus, Clero, Nobilibus & populis Regni Hiberniæ, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum proximis superioribus annis per nostras Litteras Vos hortati fuerimus, ut ad vestram libertatem recuperandam, eamque adversus hæreticos tuendam ac conservandam, bonæ memoriæ Jacobo Geraldino, qui durum servitutis jugum, Vobis ab Anglis S. R. E. desertoribus impositum depellere, summo ani-

mi ardore cogitabat; pro virili veſtra omnes præſto adeſſe, eumque contra Dei & veſtros hoſtes ire parantem, promptè ac ſtrenuè adjuvare velitis;

Et quò id alacriùs effeceritis, omnibus contritis & confeſſis, qui ipſum Jacobum Ducem ejuſque exercitum Catholicæ Fidei aſſertorem & propugnatorem ſecuti fuiſſent, & ſe illi adjunxiſſent, aut conſilio, favore, commeatibus, armis aliiſque bellicis rebus, ſeu quâcumque ratione, ei in hac expeditione opem dediſſent, plenariam omnium peccatorum ſuorum veniam & remiſſionem, & eandem quæ profeciſcentibus ad bellum impertiri ſolita eſt, conceſſimus.

Nuper autem, non ſine gravi animi noſtri dolore per vos acceptо, ipſum Jacobum fortiter cum hoſtibus dimicando (ſicut Domino placuit) occubuiſſe; Dilectum vero Filium Joannem Geraldinum ejus conſobrinum in expeditione ejuſmodi eximiâ pietate & animi magnitudine (auctore Deo, cujus cauſa agitur) ſucceſſiſſe, compluraque egregia facinora de Catholica Fide bene merendo jam edidiſſe.

Id circo Vos omnes & ſingulos majori quo poſſumus affectu, hortamur, requirimus & urgemus in Domino, ut eundem Joannem Ducem, ejuſque exercitum omni ope, quemadmodum dictum Jacobum viventem, ut faceretis Vos admonuimus, contra dictos hæreticos adjuvare ſtudeatis.

Nos enim vobis omnibus confeſſis & communicatis, & veſtris ſingulis in dictis Litteris contenta pro ipſo Johanne & ejus exercitu facientibus; & poſt ejus obitum, ſi forte contigerit (quod Deus avertere dignetur) Jacobo ejus Fratri adhærentibus atque faventibus, eandem plenariam omnium peccatorum veſtrorum Indulgentiam & remiſſionem, quam adverſus Turcas & pro recuperanda Terra Sancta conſequuntur bellantes, de omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, tribuimus & elargimur; præſentibus, quoad dicti Joannes & Jacobus Fratres vixerint, & bellum contra hæreticos ipſos gefferint, duraturis.

Nota.

Quoniam autem difficile eſſet, has noſtras Litteras ad omnium quorum intereſt, notitiam pervenire; volumus, ut & earum exemplis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, ſigilloque perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſubſignatis, plena & certa fides ubique habeatur, ac ſi præſentes eſſent exhibitæ & oſteſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 13 Maii M. D. LXXX. Pontificatûs noſtri anno octavo.

Aliud Breve Clementis VIII. Pont.

CLemens Papa VIII. Univerſis & ſingulis Venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis & Prælatis, nec non dilectis filiis, Principibus, Comitibus, Baronibus ac populis Regni Hiberniæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum jam diu, ſicut accepimus, Vos Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac noſtris & Apoſtolicæ Sedis cohortationibus adducti, ad veſtram libertatem recuperandam, eamque adverſus hæreticos tuendam & conſervandam, bonæ memoriæ Jacobo Geraldino primùm, qui durum ſervitutis jugum vobis ab Anglis S. R. E. deſertoribus impoſitum, ſummo animi ardore depellere, dum vixit, pro viribus procuravit: deinde Joanni Geraldino ejuſdem Jacobi Conſobrino, & noviſſimè dilecto Filio, nobili Viro Hugoni Principi O-Neillo dicto Comiti Tyronenſi, Baroni Dungennaniæ & Capitaneo Generali exercitûs Catholici in Hybernia, conjunctis animis ac viribus præſto fueritis, ac opem & auxilium præſtiteritis; ipſique Duces & eorum milites, manu Domini exercituum illis aſſiſtente, proceſſu temporis plurima egregia facinora contra hoſtes viriliter pugnando præſtiterint, & impoſterum pugnando præſtare parati ſint;

Nos, ut vos & milites præfati alacrius in expeditionem contra dictos hæreticos opem & operam impoſterum etiam præſtare ſtudeatis, ſpiritualibus gratiis & favoribus Vos proſequi volentes, eorumdem Prædeceſſorum noſtrorum exemplo adducti, ac de omnipotentis Dei miſericordiâ, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, vobis omnibus & ſingulis, qui præfatum Hugonem Dneem, ejuſque exercitum, Catholicæ Fidei aſſertores & propugnatores ſequimini, ac illis vos adjunxeritis, aut auxilio, favore, commeatibus, armis, aliiſque bellicis rebus, ſeu quâcumque ratione eis in hac expeditione operam dederitis, ipſique Hugoni Duci, ejuſque exercitûs militibus; univerſis & ſingulis, ſi verè pœnitentes & confeſſi, ac etiam (ſi fieri poterit) ſacrâ communione refecti fueritis, plenariam omnium peccatorum ſuorum veniam & remiſſionem, & eandem quæ proficiſcentibus ad bellum contra Turcas, & ad recuperationem Terræ Sanctæ, per Romanos Pontifices concedi ſolita eſt, miſericorditer in Deo concedimus;

Non obſtantibus, ſi opus ſit, noſtrâ de non concedendis Indulgentiis adinſtar, ac ſuſpenſionis Indulgentiarum occaſione anni Jubilæi, aliiſque Ordinationibus & Conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Verum quia difficile foret præſentes noſtras ad omnium, quorum intereſt, notitiam pervenire, volumus, ut earum exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ munitis, eadem fides ubique habeatur, quæ iiſdem præſentibus haberetur.

Datum Romæ apud S. Petrum, die XVI. Aprilis M. D. C. Pontificatûs noſtri anno nono.

Copiam

Copiam horum Brevium Apoſtolicorum nobis fecerunt PP. Minoritæ Hiberni Lovanii; ut ex his pateat, quâ juſtitiâ olim Catholici Hiberni contra Eliſabetham Angliæ Reginam arma ſumpſerint; tum pro vindicanda ſua contra Anglos libertate, tum etiam pro conſervanda avitâ Fide Catholica, quæ crudeliter per hæreticos impetebatur.

Unde etiam ſub ea tempora, ſive ſub finem ſæculi XVI., Archiepiſcopi Armachanus & Tuamenſis, Epiſcopi Alladienſis & Roſſenſis, aliique quamplurimi Sacerdotes & Religioſi, glorioſo ibidem martyrio occubuêre.

In magno Bullario Romano extant duæ aliæ famoſiores Bullæ, una Pauli III. Pont. anno 1535 Henricum VIII. Angliæ Regem à fide Romano Catholica Apoſtatam, damnantis & excommunicantis; altera conſimilis S. Pii V. Pont. anno 1570 Eliſabetham Henrici Filiam Angliæ Reginam excommunicantis, ac Regno dignitatibuſque privantis.

CAPUT CLXXXVII.

Breve SS. D. Pauli V. Pont. ad Jacobum Blaſæum Epiſcopum Audomarenſem, anno 1607; quem hortatur, ut PP. Societatis Jeſu, Provinciæ Anglicanæ, in Præpoſituram Watanenſem (olim Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſt. dein unitam Epiſcopatui Audomarenſi) intromitti curet.

PAulus PP. Quintus, Venerabili Fratri Jacobo Epiſcopo Audomarenſi.

Venerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quæ nobis ſignificavit Fraternitas tua de virtute, conſtantia, & animi alacritate dilectorum filiorum Sacerdotum Societatis Jeſu in fovendis confirmandiſque filiis noſtris Catholicis Regni Angliæ, magnâ nos conſolatione affecerunt. Reſpondent ſanè deſiderio noſtro & opinioni quam de Religioſa illa Familia præclaram ſemper habuimus.

Conſilium vero Fraternitatis tuæ de operariis iſtis tam utilibus oportuno loco conſtituendis, ad opem ferendam operantibus in vinea quam adverſarius devaſtavit, ſummopere laudamus. Propterea mandavimus Venerabili Fratri Archiepiſcopo Damaſceno, Nuncio noſtro Apoſtolico in Belgio, ut eum dilecto filio Nobili viro Alberto Archiduce diligenter agat de Præpoſitura Watenenſi Sacerdotibus Societatis Jeſu tradenda, quemadmodum ad nos ſcripſiſti; detque operam omni ſtudio atque diligentiâ, ut res ad exitum perducatur. Itaque poterit Fraternitas tua Nuncio noſtro ſubjicere ea quæ pro faciliori tranſactione ejuſmodi negotii magis opportuna tibi eſſe videntur.

Nos ex altera parte quantum in Domino poterimus, labores & conatus filiorum noſtrorum ad Dei gloriam, Catholicæ Religionis reparationem, atque ſalutem animarum ſemper adjuvabimus. Interim zelum pietatis & charitatis quo ſolicitus es de divino honore, & de fidelium afflictorum ſolatio ſalutari laudamus, & prudentiam quâ hocipſum curas, probamus.

Quibus omnibus ut vetè Apoſtolicum Epiſcopum te exhibes, ita noſtram cantatem tibi mirificè obſtringis.

Perge igitur in nomine Domini, & Nos, ut hoc commodè præſtare poſſis, Tibi & gregi tuo ſicut poſtulaſti, Apoſtolicam benedictionem noſtram peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris. XIV. Cal. Martii M.D.C. VII. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Litteræ Audomarenſis Epiſcopi ad Paulum V. Pont. anno 1608.

SAnctiſſimo & Beatiſſimo Patri Domino noſtro Paulo Quinto Pontifici Maximo. Ingentes Regni Angliæ neceſſitates quæ identidem ad Nos velut è vicino litore, eum planctu perferuntur, magnam nobis pridem commiſerationem commoverunt. Ac tametſi indies gliſcat perſecutio, Edictiſque ac juramentis conetur inimicus filiorum Eccleſiæ val animas tollere vel facultates; non tamen genuinos hos Eccleſiæ filios iſta dejiciunt. Stant alacres & erecti, quamdiu ſunt qui eos in hoc agone fulciant; quorum defectu aut paucitate infiniti, prochdolor! in cœno jacent. Proinde reductionis tota ſpes in operariis.

Quos inter cùm emineant Patres Societatis Jeſu, pro veritate & fratrum ſalute ad ſudorem ſanguinemque agonizantes, & in ipſo Angliæ Regno domicilium habere nequeant, privatis tantum ædium receſſibus, vel publicis carceribus pro Catholica Religione contenti, quæritur optimis operariis jam pridem, extra quidem, ſed propè Angliam aliquod domicilium.

Quod cum in Epiſcopatu meo divinitus ſe offerat locus tam opportunus, ut ſereno die eminus intueri liceat Angliam, multum ſudavimus, ut beneplacito Sereniſſimi noſtri Principis Societati cederet. Verum res pervinci non potuit, donec divino inſtinctu Veſtra Sanctitas, tametſi tot laborantis Eccleſiæ curis impedita, Litteris ad Illuſtriſſimum ſuum Nuncium ac ad me datis eam nobis portam aperuit, quâ optimus noſter Princeps ſe ad divi-

num hoc Sanctitatis Veſtræ deſiderium piiſſimè inclinans, placidiſſime induxus eſt.

Reliquum jam eſt, ut hanc Watenenſis Præpoſituræ incorporationem pro Patribus Societatis Jeſu in Anglia laborantibus ac deinceps laboraturis laudare ac confirmare dignetur Veſtra Sanctitas; ut primum Societatis Jeſu pro Anglia Domicilium, ſeu Novitiatus, multos, quales hîc in Seminario Anglicano ſunt non pauci, juvenes pietate, ingenio, ac genere ſanè illuſtres Tyrones in eam vineam nutriat, ac veteranos longis laboribus vetuſtate exhauſtos reſtauret.

Ad quod omni ope concurſurum confido Reverendiſſimum Patrem Generalem, qui Anglæ hactenus mirificè favit, & Provinciæ huic Belgicæ Reverendum Patrem Florentinum virum præſtantem opportunè Provin-

Præpoſitura Watenenſis unico ab Audomaropoli milliari ſita eſt, in monte excelſo.

Primò fuit Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, olim etiam titulo Abbatiæ inſignita.

Robertus Friſius Comes Flandriæ eam fundavit & in protectionem ſuam ſuſcepit anno 1072, cujus Diploma exhibui in nova Editione Diplomatum Miræi pag. 1311.

Dein Comes Robertus Jeroſolimitanus, Roberti Friſii filius & heres eam dotavit ampliùs, juxta Tabulas editas in eodem Opere Miræi pag. 1141 ubi vide Notas appoſitas.

Poſtmodum anno 1560 per Bullam erectionis novi Epiſcopatûs Audomarenſis per Pium IV. Pont. (quam vide in Miræo pag 1298) eadem præpoſitura illi in Dotem aſſignatur: poſteaquam ultimis temporibus diverſi ex aliis Monaſteriis adſciti fuiſſent Præpoſiti.

cialem dedit. Ut proinde ſperem, hac unanimi Patrum Societatis operâ nobile hoc Regnum Eccleſiæ Catholicæ poſtliminiò magno omnium applauſu reddendum. Quam ad rem incredibiliter conferunt libri Reverendi Patris Perſonii, qui in Regnum ſecretò inferuntur, pietate, eruditione, prudentiâ, ut à magnis viris accipio, referti.

Chriſtus Dominus Veſtram Sanctitatem Eccleſiæ ſuæ militanti diutiſſimè conſervet, ac mihi & gregi huic benedicat anima tua Pater Beatiſſime, quos ad ultimum vitæ ſpiritum inveniet obſequentiſſimos. Audomaropoli, ex ædibus noſtris Epiſcopalibus, ipſo Cinerum M. D. C. VIII.

Sanctitatis Tuæ Humillimus & obedientiſſimus ſervus & Filius, Frater Jacobus Epiſcopus Audomarenſis.

Tandem res eò devenerat, ut tantùm ſuper aſſeni octo Religioſi, iique non multum in Religioſa diſciplina exercitati; qui inter turbas Belgicas Præpoſitum è gremio ſuo nacti ſunt. Sed is ſacrâ ſupellectili atque vaſis argenteis quæ ſpoliationem hæreticorum evaſerant, divenditis, abiit in Hollandiam, & peſtilentiâ correptus meritas ſacrilegii dedit pœnas. *Ita refert Hiſtoria Provincia Anglicana Societatis Jeſu, per P. Morum pag.* 294.

Demum Watenenſis Præpoſitura, cum Eccleſia, ædificiis, urbano ac ſuburbano, monte toto Watenenſi, titulíſque omnibus ac dote 3000 florenorum in fundis, paſcuis, redditibus &c. ceſſit Societati Jeſu Anglicanæ, favore Sereniſſimorum Belgii Principum Alberti & Iſabellæ.

CAPUT CLXXXVIII.

Breve Gregorii XV. Pontificis datum anno 1623 ad Principem Walliæ, dein dictum Carolum I. infortunatum Anglorum Regem, dum cum Infante Hiſpaniarum nuptias meditaretur.

Ex Codice M. S.

Regorius Papa XV. Nobiliſſimo Walliæ Principi, Britanniæ Regis Filio. Nobiliſſime Princeps, ſalutem & lumen divinæ gratiæ.

Britannia illuſtrium virorum ferax, cum utrumque terrarum orbem nominis ſui gloriâ impleat, Pontificias etiam cogitationes ſæpiſſimè ad ſuarum laudem ſpectaculum evocat.

Illam enim in ipſis naſcentis Eccleſiæ cunabulis tanto ſtudio Rex Regum ſeligere voluit hereditatem ſibi, ut illuc non fere prius Romanorum Aquilæ, quam Crucis Vexilla penetraſſe dicantur.

Porro autem non pauci ejus Reges ſcientiam ſalutis edocti, exteriſque nationibus ac conſequentibus ætatibus præbentes Chriſtianæ pietatis exempla, Crucem Sceptro, & Religionis diſciplinam Dominationis cupiditati prætulerunt.

Itaque cum in cœlo promeruerint principatum beatitudinis ſempiternæ, conſecuti ſunt in terris triumphalia ſanctitatis ornamenta. Hoc autem tempore, quo Anglicanæ Eccleſiæ ſtatus immutatus eſt, humanis tamen virtutibus Anglicanam Regiam ornari atque commuuiri perſpicimus, quæ charitatis noſtræ ſolatia & Chriſtiani nominis decora forent, ſi ea haberi poſſent Ortodoxæ veritatis præſidia.

Quare quo Nos Sereniſſimi parentis gloria & Regii ingenii tui indoles magis oblectat, eò ardentius cupimus vobis cœleſtis Regni fores patefieri, atque univerſæ Eccleſiæ amorem conciliari. Quin cum ſanctiſſimæ memoriæ Pontifex Gregorius Magnus Angliæ populis Regibuſque Evangelicas leges & Apoſtolicæ authoritatis cultum intulerit, Nos ut ſanctimoniâ ac virtute longe inferiores, ita nominis

ſimilitudine atque dignitatis faſtigio pares, beatiſſima ejus veſtigia ſequi par eſt in iſtarum Provinciarum ſaluto curanda, præſertim cum hoc tempore ad alicujus non vulgaris felicitatis ſpem Nos erigat conſilium tuum, Nobiliſſime Princeps. Quare cum in Hiſpanias ad Catholicum Regem te contuleris Auſtriaci conjugii cupidum, deſiderium hoc tuum laudare apprime volumus, tum etiam luculenter in præſenti rerum opportunitate teſtari, Te ad præcipuas Pontificatûs noſtri curas pertinere.

Cum enim Catholicam Virginem matrimonio tibi ſtudeas jungere, facile conjicere poſſumus veteris, illa Chriſtianæ pietatis ſemina quæ in Regum Britanniæ animis adeo feliciter floruerunt, in viſceribus tuis Deo incrementum dante revireſcere poſſe.

Neque enim ejuſmodi nuptias amaret, quem teneret Catholicæ Religionis odium, & Romanæ Sedis oppreſſio delectaret. Proinde, Nos accuratiſſimis precibus aſſiduè orari juſſimus Patrem luminum, ut te Chriſtiani orbis florem & magnæ Britanniæ ſpem, in ejus hæreditatis poſſeſſionem ducat, quam tibi clariſſimi Majores tui pepererunt Pontificiâ Authoritate tuendâ & hæreſum portentis profligandis.

Memento dierum antiquorum; interroga Patres tuos & dicent tibi, quâ petatur cœlum viâ, quod iter mortales Principes inſiſtentes ad ſempiterna regna progrediantur.

Intuere patefactis cœli foribus ſanctiſſimos illos Angliæ Reges, qui Romam angelis comitantibus profecti Dominantium Dominum & Apoſtolorum Principem in Apoſtolica Sede coluerunt. Horum facta atque exempla Dei loquentis voces ſunt, quæ te hortantur ut eorum inſtituta ſecteris, in quorum imperium pervenies. Fierine potest, ut tu ab hæreticis eos patiaris impietatis condemnari & in ſempiterni horroris carcerem detrudi, quos in cœlo cum Chriſto regnare conſtatque terrarum Principatibus præeſſe Catholicæ Eccleſiæ fides teſtatur?

Ii nunc è beata illa Patria tibi manum porrigunt, qui ſopitem te ad Catholici Regis aulam duxerunt, atque ad Romanæ Eccleſiæ gremium reducere cupiunt.

Ea vero gemitibus inenarrabilibus Deum clementiæ pro tua ſalute venerans brachia Pontificiæ charitatis protendit, Te deſideratiſſimum illum amantiſſimè complexura, tibique beatam cœleſtis Regni ſpem oſtentans. Certe Chriſtianæ Reipublicæ nationibus nullum tribuere ſolatium majus potes, quam ſi Principem Apoſtolorum, cujus authoritas Regnorum propugnaculum & divinitatis oraculum in Britannia Regia tamdiu habita eſt, in tuæ nobiliſſimæ Inſulæ poſſeſſionem reduxeris. Quod quidem haud difficulter continget, ſi cor tuum quo regni illius proſperitas continetur pulſanti Domino patefacies.

Tantâ charitate regalis nominis laudibus favemus, ut te in orbe terrarum unâ cum Sereniſſimo Parente Britanniæ liberatorem reſtitutoremque ſanctæ Religionis nuncupari cupiamus.

Quod certè deſperare nolumus, freti Deo, in cujus manu corda Regum ſunt, & qui ſanabiles fecit nationes orbis terrarum; quem tibi omni quâ poſſumus induſtriâ conciliare ſemper conabimur.

Tu vero in hiis Litteris Pontificiæ charitatis ſolicitudinem agnoſce, felicitatem tuam curantis, quas numquam Nos exaraſſe pœnitebit, ſi earum lectio aliquos ſaltem Catholicæ Religionis igniculos excitabit in curde tanti Principis, quem diuturnâ lætitiâ perfrui & virtutum omnium gloriâ florere cupimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die XX. Aprilis M. D. C. XXIII. Pontificatûs noſtri anno tertio.

CAPUT CLXXXIX.

Urbanus VIII. Pont. confirmat anno 1643 Erectionem Monaſteriorum ſimplicium in Ordine S. Birgittæ, factam ſub altero tantùm ſexu per quoſdam Epiſcopos Belgii; cum ante ſemper fuiſſent Monaſteria duplicia.

Non extat in magno Bullario Romano.

URbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Ordinis S. Salvatoris, vulgò S. Birgittæ nuncupati, in Belgio, quod primitiva Regula & Capitula generalia Ordinis, vel Inſtituti S. Birgittæ aliàs diſponebant, ut Monaſteria dicti Ordinis vel Inſtituti deberent eſſe duplicia; virorum ſcilicet & mulierum ſub clauſura infra eadem ſepta cohabitantium.

Verùm quia cohabitatio hujuſmodi virorum cum mulieribus præbère poterat maximam pravæ ſuſpicionis & ſcandali occaſionem, propterea primum in Italia à locorum Ordinariis virorum hujuſmodi Monaſteria, à Monaſteriis Monialium authoritate Apoſtolicâ ſeparata fuerunt.

Subinde verò ad preces tunc in humanis agentis Iſabellæ Infantis Hiſpaniarum & Principiſſæ Belgii fælic. recordat. Clemens PP. VIII. Prædeceſſor noſter per ſuas in ſimili forma Brevis Litteras de anno 1603 emanatas tunc & pro tempore exiſtenti ſuo & Sedis

Apoſtolicæ Nuntio, & Ordinatils locorum in Belgio præfato, ut Statutis & Regulis dicti Ordinis vel inſtituti priùs per eos examinatis, ac aliàs ſub certis modo & forma tunc expreſſis, nova Monaſteria tam virorum, quàm mulierum ſervatis ſervandis fundare & erigere, ac quæcunque neceſſaria eſſe judicaſſent, pro eorumdem Monaſteriorum proſpero regimine, & gubernio ad Dei laudem, & ejuſdem Inſtituti propagationem ſtatuere & ordinare, facere & exequi liberè & licitè poſſent, licentiam & facultatem conceſſit, non tamen præfata Monaſteria duplicia unquam conſtrui poſſe probavit.

Cujus licentiæ vigore præfati Nuntius & locorum Ordinarii in eodem Belgio diverſa utriuſque ſexûs Ordinis vel Inſtituti hujuſmodi Monaſteria ſimplicia, videlicet à ſe invicem ſeparata erexerunt.

S. Sixti prope Poperingam.

Ipſorumque Ordinariorum tunc exiſtens Epiſcopus Ipreoſis, primum ſimplex hujuſmodi Monaſterium virorum dicti Ordinis vel inſtituti in ſua Diœceſi fundavit, & ſolus tanquam ſuperior aliquos ad dicti Ordinis vel Inſtituti habitum & probationem admiſit, eorumque ſubſtantialia vota excepit, non vocatis veteris Inſtituti Religioſis, qui cum Monialibus cohabitant, ut præfertur, eorum ad id vocatione neceſſariâ nullatenus judicatâ.

Et inſuper nonnullas Conſtitutiones præſcripſit, quibus Religioſi hujuſmodi è Monaſterio dumtaxat egredi poſſent cum reſtrictione ſeu cautela in Cap. VI. earumdem Conſtitutionum appoſita, & à ſimilis memoriæ Gregorio Papa XV. etiam Prædeceſſore noſtro approbata, qui etiam reliqua Religioſorum hujuſmodi ſtatuta per ſuas in eadem forma Brevis Litteras de anno M. D. C. C. XXII. expeditas confirmavit.

Interea verò tunc exiſtens in eodem Belgio Sedis Apoſtolicæ Nuntius bonæ memoriæ Franciſcus ex Comitibus Guidiis à Balneo, (qui poſtea S. R. E. Cardinalis fuit) ac Archiepiſcopus Cameracenſis, nec non Tornacenſis, Atrebatenſis, & Ambianenſis Epiſcopi, multa Monaſteria ſimplicia pro viris, ſeu pro monialibus tantum dicti Ordinis, vel Inſtituti erexerunt, & nos etiam in Civitate Vallioletana de anno M. D. C. C. XXVIII. unum ſimplex Monaſterium Monialium dicti Ordinis vel Inſtituti, ad preces & inſtantiam chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Regis Catholici fundavimus.

Nihilominus, quia ut dicti Fratres aſſerunt, nonnulli multa Monaſteria ſimplicia, ut præfertur Ordinis vel Inſtituti hujuſmodi hactenus fundaverint, & fundare cupiant, timeant autem ne quandoque dubitari poſſet, an illa Monaſteria ſint vera Monaſteria dicti Ordinis vel Inſtituti, eum juxta illius antiqua ſtatuta deberent eſſe duplicia, virorum ſcilicet & mulierum, ut præmittitur; Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus negotiis & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſitis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus declararent Monaſteria ſimplicia etiam à prædictis locorum Ordinariis, in vim præfatarum dicti Clementis Prædeceſſoris Litterarum erecta, aut in poſterum erigenda, ut ſunt Monaſteria S. Sixti, Armenterienſis, Peruenſis, Occicaſtrenſis, & alia tam virorum quàm monialium, ſeparata tamen, ejuſdem Ordinis vel Inſtituti authoritate Apoſtolicâ in Belgio, in Italia & in Hiſpania fundata, ſeu fundanda, verè fuiſſe & alibi eſſe, & fore de Ordine vel Inſtituto S. Salvatoris, vulgo S. Birgittæ, ac ſi eſſent duplicia, aliaſque ut infra proviſerent.

Qui præfati Cardinales, Monaſteria, ſicut proponitur legitimè erecta, vel in poſterum erigenda, ad præſcriptum dicti Clementis Prædeceſſoris Litterarum, verè fuiſſe & eſſe ac fore membra præfati Ordinis S. Salvatoris, vulgo dicti S. Birgittæ, non ſecus ac ſi religioſi unà cum Monialibus, vel è converſo Moniales cum Religioſis cohabitarent, juxta primævam ejuſdem Ordinis inſtitutionem;

Ac proinde omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, conceſſionibus, indultis, exemptioonibus, immunitatibus & indulgentiis, quibus Religioſi dicti primi Inſtituti, fruuntur, potiuntur & gaudent, pariformiter frui, potiri & gaudere poſſe & valere, abſque ulla prorſus differentia, dummodo ſint in uſu & non revocata, vel ſub aliqua generali aut ſpeciali revocatione non comprehenſa vel ſacrorum Canonum aut Concilii Tridentini Decretis non contraria, decreverunt.

Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti Fratres, præmiſſa, quo firmiùs ſubſiſtant, Apoſtolicæ noſtræ Confirmationis Patrocinio communiri ſummopere deſiderent; Nos eoſdem Fratres ſpecialibus favoribus & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à jure, vel ab homine quâvis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præfatum Apoſtolicâ Authoritate, tenore præſentium ut infra, confirmamus & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Decernimus tamen, nullum cujuſcumque conditionis, ſtatûs, ac dignitatis, etiam vigore præfatarum Litterarum Clementis VIII. & Gregorii XV. potuiſſe, nec de cætero unquam poſſe conſtrui, & erigi ſeu ædificari facere Monaſteria duplicia nuncupata, ſcilicet Fratrum & Monialium inſimul conjuncta, ſub pœna nullitatis Erectionis; præſentesque validas, firmas & efficaces exiſtere,

&

& fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, & ab omnibus & ſingulis, quos illæ concernunt, & concernent in futurum, inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi quid ſecus ſuper his, à quoquam quâvis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis vel Inſtituti hujuſmodi, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel aliâ quavis firmitate aliàs roboratis, Statutis & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis.

Quibus omnibus & ſingulis, illorum tenore præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad effectum præmiſſorum ſpecialiter & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IX. Octobris M. D. C. XLIII. Pontificatûs noſtri anno XXI.

Signatum erat: M. A. Maraldus.

Monaſteria tam Religioſorum quam Monialium Ordinis Stæ. Birgittæ in Belgio noſtro hodie ſunt illa quæ ſequuntur.

Bruxellis, Abbatia Monialium, erecta anno 1619 per Sereniſſimas Principes Albertum & Iſabellam.

Tenramundæ in Flandria, Abbatia Monialium, anno 1465 inſtituta per Iſabellam Luſitanicam Philippi Boni Burgundiæ Ducis conjugem. Nomen habet *Throni Mariam*.

Stæ. Crucis in Hoboken, Prioratus Birgittinorum, inſtitutus circa annum 1630 per Conradum Comitem d'Urſel, pro Religioſis Sylvâducis per Batavos expulſis.

Aquæ B. Mariæ vulgo *Canwater*, prope Sylvamducis in Brabantia, olim utriuſque ſexûs Cœnobium, fundatum anno 1434. Moniales tandem, non ultra valentes reſiſtere perſecutionibus Acatholicorum, anno 1712 receſſerunt in pagum de Uden Territorii Raveſteynienſis.

Inaulensis Abbatia Birgittinarum, circa annum 1604 pietate Principum Belgii Alberti & Iſabellæ extructa.

Atrabatensis, itidem Monialium Abbatia, iiſdem fundatoribus inſtituta, eâ majori ratione, quod Ulpho B. Birgittæ maritus olim Atrebati miraculosè convaluiſſet anno 1432, ibidemque votum de inſtituendo hoc Ordine religioſo primùm fuerit emiſſum.

In Diœceſi Iprenſi, Conventus Birgittinorum B. Mariæ de Fide, prope Poperingam anno 1618 inſtauratus; dictus etiam S. Sixti. Fuerat olim Congregatio Eremitarum.

Duaci, Abbatia Birgittinarum ab anno 1627.

Armentariæ prope Inſulas, Conventus Birgittinorum, dictus B. Mariæ de ſancta Spe; ab anno 1626 Fuerat antea eremus.

Aleiaet in Artheſia, vulgo *Auxi le Chateau*, Conventus Birgittinorum ab anno 1630.

Paruaci in Hannonia, Cooventus Birgittinorum, dictus B. Mariæ ad fontes, erectus anno 1630, per Ludovicum Comitem Egmondanum: fuerat olim Noſocomium.

Borchlonii, in Campinia Leodienſi, Conventus Birgittinorum.

Olim quoque fuerunt Birgittinæ in vico de Mishaeghen juxta Antverpiam, quod Monaſterium vulgo Sti. Adriani in Syon dicebatur. Circa annum 1580 tranſlatum fuit in Luſitaniam. Vide Hiſtoriam Epiſcopatûs Antverpienſis pag. 192.

Similiter olim in Hollandia fuerunt plura illius Inſtituti Cœnobia; prout retulit Aub. Miræus in libro de Originibus Monaſticis, lib. I. Cap. 24.

Mariæ Aosr, in Zuyt-Bevelandia apud Zelandos.

Campus B. Mariæ, in oppido Campenſi, apud Tranſiſalanos.

Mariæ-Burgum, in pago Zoeſt, apud Amersfordiam, in Ditione Ultrajectina.

Stella B. M. V. Gaudæ in Hollandia.

Mariæ-Vitis, Ultrajecti.

Brialense Monaſterium in Hollandia.

In Diœceſi autem Colonienſi, primum Coloniæ, dictum *Speculum B. M. V. in Syon*, fundatum anno 1221 pro Monialibus Ciſtercienſibus; quibus ſub initio præcedentis ſæculi Birgittinæ ſucceſſerunt.

Marian-vorst, propè Bonnam.

Marian-boom. id eſt, *Arbor B. M. V.* in Clivia, primo lapide ab Oppido Xanthenſi.

CAPUT CXC.

Status ac viſitatio Eccleſiarum Collegiatarum Sti. Gorgonii Hougardienſis & S. Joannis Hoxemienſis, Diœceſis Leodienſis, anno 1684.

Ex Archivis Capitularibus.

Franciſcus Adolphus Comes Friſiæ Orientalis & Ritbergæ, Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis Canonicus & Scholaſticus, eaque in qualitate Collegiatarum Sti. Gorgonii Hougardienſis & S. Joannis Evangeliſtæ Hoxemienſis Eccleſiarum Præpoſitus & Archidiaconus, ad infraſcripta etiam ultro & ex abundanti ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Hercule Vicecomite Archiepiſcopo Damiatenſi, ac Sanctiſſimi Domini noſtri Innocentii divinâ providentiâ Papæ undecimi Prælato domeſtico & Aſſiſtente, ejuſdemque ac ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ad Tractum Rheni & alias inferioris Germaniæ partes cum poteſtate Legati de Latere Nuncio, dotus & deputatus Commiſſarius.

Expediebat, ut abuſibus & ſcandalis quæ in Eccleſia noſtra ſancti Gorgonii Hougardienſis jam dudum irrepſerant, & quorum ratione diverſæ ad nos delatæ fuerant querimoniæ, tandem remedium adhiberetur oportunum, diſciplinaque Eccleſiæ non ſolum collapſa ſed & pœnitus extincta ad debitum ſtatum reduceretur. Quem in finem in Auguſto menſe præterito Reverendum admodum Dominum Petrum Alexandrum Romer de Dums J. V. D. Prothonotarium Apoſtolicum & inſignis ſæcularis, ac Collegiatæ Eccleſiæ B. M. V. Oppidi Tongrenſis Canonicum, tam auctoritate noſtrâ Præpoſitali & Archidiaconali quam Apoſtolicâ nobis commiſſâ deputavimus & reſpectivè ſubdelegavimus; qui dictam Eccleſiam ſingulosque illius Canonicos & ſuppoſitos ſuper reſidentia, Eccleſiæ Statutis, regimine, abuſibus, exceſſibus, ſcandalis, & omiſſionibus aliiſque tam in capite, quam in membris inveſtigaret & comperta nobis referret.

Qui quidem Commiſſarius & Subdelegatus noſter, adimpletâ ipſi demandatâ commiſſione nobis retulit, non ſolum in dicta Eccleſia non obſervari reſidentiam, ſed & diſciplinam Eccleſiaſticam in ea penitus extinctam, ſcandalaque exinde & propter diverſos alios graves exceſſus in loco Hougardienſi ac locis circumvicinis maximo ſalutis animarum periculo & Ordinis Eccleſiaſtici dedecore nata, promptumque eatenus requiri remedium.

Quocirca cupientes etiam de præmiſſis perſonaliter informari, ad dictum locum Hougardienſem nos tranſtulimus, ubi Eccleſiâ per nos viſitatâ, Canoniciſque ſpecialiter convocatis & auditis, prout & accepto graviſſimorum virorum ſuper exceſſibus, ſcandalis, abuſibus, & omiſſionibus prædictis teſtimonio, compertâ relatorum veritate, Auctoritate noſtra Præpoſitali & Archidiaconali, ac ſuperabundanter Apoſtolicâ nobis commiſſâ, inſequendo commiſſionis noſtræ & Statutorum ac Ordinationum Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Petri Aloyſii Caraffæ Epiſcopi Tricaricenſis Sanctiſſimi Domini Urbani Papæ VIII. per Tractum Rheni & alias inferioris Germaniæ partes cum poteſtate Legati de Latere Nuncii Apoſtolici, octavâ Septembris anni M. D. C. XXVIII. conditorum & reſpectivè ſanctorum tenorem, decernimus & mandamus per omnes & ſingulos Canonicos & ſubditos Eccleſiæ Hougardienſis antedictæ ad amuſſim ſequentia obſervanda.

I. Cum ex Viſitatione per præfatum Commiſſarium noſtrum facta comperiamus pro majori temporis parte deficere lumen ante Venerabile, ſtatuimus ponendam lampadem quæ diu noctuque ante tabernaculum ardeat inceſſanter, ſecundum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Canones & Sanctiones Apoſtolicas.

II. Juxta quos Canones & Sanctiones, altaria ſingula tribus lineis mappis mundis ac nitidis ſupernè inſtruantur & ſit ſemper in eis inter candelabra (non numerum) ſimulachrum aliquod Crucifixi, neque deſint pariter tabellæ geminæ, altera Secretorum Miſſæ, altera Evangelii Sti. Joannis.

III. Feneſtræ Eccleſiæ, tecta, murorumque fulcra quæ extremam minantur ruinam ſine mora & intermiſſione Canonici reparent, ſeu ab iis quibus reparationis onus incumbit reparari curent.

IV. Non permittatur impoſterum porcos, vaccas aut quævis alia animalia effodientia & deturpantia cæmiterium illuc introire nec paſcere, & ita concludatur & cuſtodiatur, ut eis ingreſſus non pateat.

V. Ad ſingulas Horas majores Officii divini ita ſignum diſtinctum campanæ detur, ut idem Officium divinum inchoari non debeat niſi ceſſante ultimo pulſu & ſigno campanæ. Inter vero ipſa campanæ ſigna mora ſemper aliqua intercedat, ut hoc modo Canonici commodè ſe præparare & cum ornamentis ad Eccleſiam venire valeant. De quo latiùs in Ordinatione directionis chori à nobis facienda ſtatuetur.

VI. Et memiuerint dicti Canonici dum in choro Pſalmodiant & divinas laudes canunt, ſe tunc immolare Deo Sacrificium laudis, & gerere ſe modeſte conentur, dictoſque pſalmos & Hymnos diſtinctè, articulatim, tractimque ac pie modulentur.

VII. Cum vero comperiamus aliàs per præfatum Illuſtriſſimum Dominum Petrum Aloyſium Caraffa, necnon Illuſtriſſimum & Rev. Dominum Anthonium Albergatum Epiſcopum Vigiliarum ejus Prædeceſſorem Nuntium Apoſtolicum, ac præterea per Rev. admodum Dominum Adolphum Schulkenium S. T. D. Commiſſatinm Illuſtriſſimi Domini Erici Comitis de Stirumb, etiam dictæ Eccleſiæ Præpoſiti, prout & admodum Reverendum Dominum Theodoricum de Grace Illuſtriſſimi Domini Bartholdi Comitis in Konnickſegg & Rotenfels, pariter hujus Eccleſiæ Præpoſiti Commiſſarium, Canonicis perſonalem demandatam reſidentiam ab iis authoritate privatâ derelictam, licet tamen in ea juxta Sacros Canones & veterem Eccleſiæ inſtitutionem præcipuum Canonicorum onus conſiſtat, ut ipſi perſonaliter reſideant ac tempore requiſito divinis interſint officiis, volumus ut ſinguli teneantur ad novem menſes quotannis ipſimet perſonaliter reſidere & ſingulis diebus Officio divino intervenire. Alioquin declaramus ipſos pro foraneis à Capitulo habendos eſſe ſi reſidentiæ tempus præſcriptum non expleverint quam reſidentiam ex nunc reaſſumi mandamus.

In hunc finem punctator unus à Capitulo conſtituatur qui dies notet in quibus Canonici non reſederint. Prohibemus autem Capitulo, ne cum Canonicis ullâ ratione tranſigat pro abſentia earum annua. Ipſi vero Canonici non gaudeant fructibus ullis, niſi tempus reſidentiæ præfixum perfectè adimpleverint. Ad cujus reſidentiæ effectum & ut magis aſſidua ſit chori per Canonicos frequentatio, cum mandatum & conventum ſit per Canonicos

bona Capituli in maſſam redigi debere, quarta pars maſſæ proventuum totius Capituli pro diſtributionibus quotidianis applicabitur. Quæ diſtributiones, uti & perditiones abſentium in ſolemnioribus feſtis aliiſque deſignandis fient juxta ſtatuta & ordinationes chori poſtea publicandas.

VIII. Et quia nobis conſtitit, contra conſtitutiones & ordinationes ſupra memoratas quemlibet Canonicorum habere regiſtrum ſeparatum & ſibi particulare proventuum ſuarum Præbendarum, & fructus ſuæ Præbendæ adminiſtrare, exindeque fieri ut fructus & bona temporalia in maximum Eccleſiæ detrimentum diſperdantur: ideo jubemus ut à Capitulo ſemper prout ex nunc incœptum eſt, unus Receptor laicus ex Parochia Hougardienſi fide & facultatibus pro ſecuritate Capituli idoneus conſtituatur, qui proventus Præbendarum in unam maſſam communem redigat eoſque exigat; ac ſicut ſingulorum Canonicorum onerum ita proventuum & fructuum debet ſervari æqualitas, ſic & quotannis ſuo tempore unicuique eorum ut ſit in aliis Eccleſiis Collegiatis portionem æqualem ſolvat.

Quemin finem & ut regiſtrum ſtipale in forma probante renovetur volumus duos ex Capitulo deputari qui hujus negotii curam geraut.

Porro volumus intra menſem unum ab hujus noſtræ ordinationis promulgatione dictam maſſam completam eſſe; & hoc præcipimus Capitulo ſub pœna ſuſpenſionis à diviuis, aliiſque pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis, ſinguloſque Canonicos fideliter ſub ſolemni expurgatiouis juramento quoad illos qui illud coram nobis nou præſtiterunt præſtando, & quo ad eos qui præſtiterunt iu vim illius, couſignare debere omuia regiſtra, chartas, jura, documenta, & munimenta tam bonorum quæ ipſi antehac adminiſtraveruut, quam Eccleſiæ, fabricæ, & Præpoſituræ, ut Receptor bonorum, ad Capitulum ſpectantium regiſtrum cum dictis doobus deputandis commuue faciat, ac etiam regiſtra Eccleſiæ, Fabricæ, & Præpoſituræ fieri valeant, ut impoſterum non ignoretur quid Receptor exigere debeat & quænam jura, & bona ad Eccleſiam, fabricam & Præpoſituram pertineant.

IX. Quoniam etiam ad uotitiam noſtram pervenit, unionem & incorporationem ſex Altarium per ſæpe uominatum Illuſtriſſimum Dominum Petrum Aloyſium Caraffa factas, iu contemptum Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, uou obſervatas fuiſſe nec modo à Canonicis obſervari, eademque à Capitulo in præjudicium ejuſmodi uuionis & incorporatiouis realiter factarum collata fuiſſe, declaramus ejuſmodi Collationes nullas & irritas, dictis uuione & incorporatione obſtantibus, fructuſque dictorum Altarium ut magis diviuus cultus iudies augeatur, pro aſſumendis chori miniſtris cedere debere; ita tamen ut Capitulum eorundem Altarium oneribus curet ſatisfieri, & eidem Capitulo prohibemus ſub pœna ſuſpenſionis à divinis, ne iu alios uſus couvertat.

X. Intelleximus quoque, partim injuriâ temporum, partim incuriâ & ſocordia Canonicorum, chartas, Litteras, regiſtras, & munimenta iſtius Eccleſiæ ita diſperſa & diſſipata eſſe, ut ipſi Canonici ne quidem de Statutis ſuis aliquid ſciant aut ea unquam viderint. Præcipimus itaque, ut ſinguli Canonici omnia regiſtra, & ſcripturas quas habeut io poteſtate ſuam Eccleſiam coucernentes, referant inunum comune Archivium & intra ſpatium uuius menſis fiat index omnium ſcripturarum quæ ad illud Capitulum ſpectant.

Mandamus etiam omnibus tam Ecolcſiaſticis quam ſæcularibus quibuſcumque, ut ſtatim atque hujus Decreti notitia ad eos pervenerit, ſcripturas omnes & munimenta ad præfatam Eccleſiam ſpectantia referant, & ad manus Reverendi admodum Domini Joannis Daems Decani Theuenſis Vice-Præpoſiti noſtri referant & reſtituant alioquin qui id facere neglexerint, ſuppreſſerint aut alios quos habere ſciverint vel audiverint, non revelaverint aut denunciaverint, deceruimus contra illos omnes & ſingulos Canonicos, videlicet per arreſta in fructibus eorum impouenda, eſſe procedendum. Alios vero ac etiam dictos Canonicos ſi opus fuerit iu pœnam excommunicatiouis ipſo facto incidiſſe declaramus. Cujus Archivii claves tres ſint, quarum una penes pro tempore Præpoſitum vel Vice-Præpoſitum, altera penes Scholaſticum & tertia penes Canonicum ſeniorem manebit.

XI. Iunotuit nobis etiam, Canouicos necdum recuperaſſe pratum ad Capitulum ſpectans antehac non requiſito ſanctæ Sedis Apoſtolicæ couſenſu alienatum, nec obtinuiſſe abſolutionem ab excommunicatione eatenus iucurſa, contra expreſſum dicti Illuſtriſſimi D. Caraffæ mandatum: ſed illud detineri à Domino Joanne Franciſco Collard hujus Eccleſiæ Cauonico nomiue particulari. Quiu è contra cognovimus, alios reditus Capituli oppiguoratos nullo etiam obteuto ejuſdem Sedis Apoſtolicæ conſenſu, ſcilicet reditum unum triginta halſtariorum ſiliginis ac alium duodecim halſtariorum frumeuti, & quod magis eſt, alienaſſe partem Cæmiterii. Declaramus dictam detentionem injuſtam & invalidam ac jure uotoriè reprobatam, prout & dictorum redituum oppignorationes ac Cœmiterii alienatiouem, aliiſque ſimiles contractus forſan factos aut qui pariter abſque Sedis Apoſtolicæ conſenſu ſieut in ejuſmodi caſibus. Mandantes Capitulo quatenus dictam detentionem impediat, Receptorique ut regiſtro proventuum & bonorum Capituli dictum pratum tanquam eorum proprium, auteactoſque reditus inferibat, ac inhibeat eorum debitoribus ne alteri quam ſibi ſolvant, prohibeaturque detentori dictæ partis Cæmiterii ne amplius illam occupare præſumat; exhortantes etiam authores præmiſſorum indebite factorum, ut abſolutionem petant à prætacta excommuuicatione iucurſa.

XII. Quia non mores ſolum ſed etiam habitus decens in Clero ad ornamentum Eccleſiæ plurimùm conducit, ut impoſterum ſacrati homines ſuæ Tonſuræ atque indumentorum inſignibus extra templum quoque à Laïcis & profanis diſcriminentur, Canonici omnes Coronam Clericalem omni tempore habeant & ſemper tunicâ talari vel ſaltem uſque ad genua, mediaſve tibias demiſſâ extra Eccleſiam utantur, ad Eccleſiam verò non niſi talari & ſuperpelliceo, almutio & bireto ornati compareant, ſub pœna decem ſtupherorum in ſingulas vices, qui fabricæ erunt applicandi.

XIII. Quoniam exemplum temperantiæ debent eſſe Eccleſiaſtici, abſtineant omnes ab exceſſu præſertim in potu, ne ſi qui forte inebriarint ſe porrò ſint Laïcis nocumento & Cleri ſtatum indigniſſimè profanent, cujus eſt ad aras potius pane Angelorum veſci & recreari vino Calicis Salvatoris quod germinat virgines & pudicas cogitationes animo ſubmittit. Qui vero aut in tabernis aut alibi ita cum exceſſu biberint aut ebrii fuiſſe deprehendentur pœnâ unius floreni à Capitulo mulctentur, qui fabricæ erit applicandus.

XIV. Quando Canonici in prima ſui admiſſione juramentum conſuetum præſtare debent prius Statuta perlegant ad quæ jurejurando interpoſito ſe obſtringere meditantur, eaque univerſa & ſingula mature conſiderent, ut non cæcum ſed rationabile ſit obſequium eorum.

Et ut meminerint quibus in rebus ſuam fidem obligent & obligaverint Superis ac Deo, hinc eſt quod ſtatuimus & ordinamus quod Statuta hæc noſtra præſenteſque Ordinationes ſingulis Capitulis generalibus perlegantur; eorumque quatuor quotannis celebrari mandamus, quorum primum erit poſtridie Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ, quo die reſidentiæ annus ineipiet, ſecundum poſtridie non impeditâ poſt feſtum ſancti Matthæi Apoſtoli, tertium die eriam non impeditâ poſt Feſtum Sti. Thomæ Apoſtoli, ac quartum ſimiliter die non impeditâ poſt feſtum ſancti Joſephi. Ad quæ Capitula generalia omnes Canoniei comparere tenebuntur, niſi obveniente aliquâ neceſſitate à Nobis vel Vice-Præpoſito noſtro abſentiæ licentiam obtinuerint; & ſi duobus Capitulis generalibus conſecutivis non ſe præſentarint, quartam partem fructuum ſuorum amittent.

XV. Cum Sacris Canonibus & pluribus Summorum Pontificum Conſtitutionibus ſancitum ſit, ne Canonici, aut Capitulum quidquam exigant ab iis quos recipiunt, ſed ſi quid ex antiqua & laudabili conſuetudine ſolvi ſolet illud totum in continenti cedat in uſum fabricæ Eccleſiæ vel pro illius ornamentis; hinc eſt quod diſtrictè probibemus, ne deinceps Canonici ullam omnino partem jurium quæ in receptione ſolvi ſunt ſolita ſibi attribuant, ſed totaliter & integraliter ea ut ſupra applicentur.

XVI. Conſtituantur à Capitulo duo Mamburni, ex quibus alter Clericus ſit, alter vero Laïcus, & iis onus aſſiſtendi fabricæ incumbat; cui fabricæ totaliter cedant quæ pro ſepultura in Eccleſia Hougardienſi ſolvi conſueverunt, nec quicquam ex eis Canonici in ſuos proprios uſus convertere præſumant. Neque etiam permittatur terræ apertura, niſi de licentia pro tempore exiſtentis Præpoſiti vel Vice-Præpoſiti, & prævia jurium ſolutione, exceptis tamen Canonicis & Eccleſiæ ſubditis.

XVII. Hortamur autem Canonicos, ut vel agrum emant vel recuperent terras adjacentes oppido, pro ædificandis domibus clauſtralibus ipſorum; cum indecens ſit plane ſuam ipſos honeſtam manſionem iſtic non habere ubi reſideant.

XVIII. Quia menſa pauperum hujus oppidi Hougardienſis non optimâ fide adminiſtratur, & ut fiant juſtæ taxationes ſextariorum ſiliginis, Capitulum videat ut ſextaria ſingula quotannis æſtimentur tanti quanti pretium eorum communiter valet. Et ſi in oppido ſint veri pauperes, quinque ſtupheri pro quolibet ſextario quemadmodum ante-hac fieri conſuevit, in eos diſtribuantur, ſumma vero tota quæ ſuperfuerit, ad uſum fabricæ convertatur & impendatur.

XIX. Cum vero comperiamus nonnullos ex Canonicis noſtris in Canonicorum numerum ſine prævio juramento admiſſos, alios vero non juxta antiquum tenorem illud præſtitiſſe: hinc eſt quod omnibus & ſingulis ſaltem iis qui ſe illud non præſtitiſſe eâdem fide aſſerere audent, iojungimus, quatenus Juramentum conſuetum præſtent.....

XX. Denique ne oblivionis nulla eorundem decretorum ſubrepat, exempla eorundem duo habeantur, quorum unum in Arebivio ſit, alterum Paſtor penes ſe retineat.

Datum Hougardiæ anno Domini milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo quarto, menſis Octobris die trigeſimâ.

(1) HOUGARDIA, municipium eſt Diœceſis ac Ditionis Leodienſis, Brabantiæ intercluſum, haud procul ab Oppido Thenenſi, à cereviſiæ ſuæ bonitate celebratum.

Eſt illic Collegium paucorum Canonicorum, S. Gorgonio Martyri Sacrum, quod ſua initia ac dotem debere creditur Alpaidi ſecundæ conjugi Pipini Craſſi, cui genuit filium Carolum Martellum Francorum ac Belgarum Principem, Quæ Alpaïs poſtmodum ad meliorem frugem converſa, non ſolum hoc Hougardienſe Capitulum, ſed etiam Monaſterium Monialium in pago dicto *Orp-le-grand* in Gallo-Brabantia condidit; quod à Normannis poſtmodum everſum putatur. Vide plura apud Miræum, Molanum, Wighmans alioſque authores Belgicos.

(2) HOXEM, alterum paucorum Canonicorum Collegium, Sto. Joanni Evangeliſtæ ſacrum, haud procul ab Oppido Tungrenſi.

Utriuſque hujus Capituli Præpoſitus cum jure Archidiaconali eſt Scholaſticus Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis.

Cum autem eorum Fundationes monumentaque Capitularia bellorum tumultibus diſperiiſſe dignoſcantur, hinc eorum loco adjunximus præſentem Viſitationem Statutaque utriuſque Eccleſiæ.

C A-

CAPUT CXCI.

Ludovicus XIV. Galliæ Rex, confirmat tranſlationem Abbatiæ B. M. V. de Dunis Religioſorum Ciſtercienſis Ordinis in Urbem Brugenſem 21 Julii 1683, ſimulque annullat prætenſam ac recentem erectionem novæ Abbatiæ ejuſdem Ordinis in loco dicto Bogaerde, juxta Furnas.

In Archivis Abbatiæ.

VEu au Conſeil d'Etat du Roi, Sa Majeſté y étant, l'Arreſt rendu au Conſeil d'Etat auſſi Sa Majeſté y étant, le premier Fevrier M. D. C. LXXXIII. ſur ce qui fut repreſenté par l'Abbé de l'Abbaye de Nôtre-Dame des Dunes de l'Ordre de Ciſteaux, établie dans la ville de Bruges au Comté de Flandres, que quoique ladite Abbaye ait eſté une des plus riches dudit pays de Flandres, elle eſt neanmoins reduite dans une tres-grande neceſſité, non ſeulement parce que ladite Abbaye & les Religieux d'icelle ne jouiſſent pas d'une grande partie de leurs biens ſituez dans les Terres & pays qui ſont preſentement de la domination des Etat Generaux, mais encore parce que bien que cette Abbaye ait eſté transferée dés l'année M. D. C. XXVI audit Bruges, avec toutes les formalitez neceſſaires, il étoit arrivé qu'un Religieux de ladite Abbaye ayant propoſé à Sa Majeſté, que ladite Abbaye devoit eſtre dans une Ferme dependante de ladite Abbaye en la Châtellenie de Furnes, Sa Majeſté auroit ſur cela accordé un Brevet de Nomination de ladite Abbaye, en vertu duquel ledit Religieux joüit depuis quatre ans de ce qui reſtoit des biens de ladite Abbaye; Requerant pour ces cauſes ledit Sr. Abbé, qu'il plaſt à Sa Majeſté lui vouloir ſur ce pourvoir.

Par lequel Arreſt Sa Majeſté auroit évoqué à Soi & à ſondit Conſeil, l'affaire dont eſt queſtion, pour au raport du Sieur du Gué Maiſtre des Requeſtes, après en avoir communiqué avec les Sieurs Boucherat, Puſſort, Courtin & le Pelletier Conſeillers d'Etat, y eſtre pourvû ainſi qu'il appartiendra par raiſon.

Au bas duquel eſt l'Exploit de ſignification d'icelui du 5 dudit mois de Fevrier M. D. C. LXXXIII. au Sieur Abbé de Clairvaux, & à Dom Arnoul Terraſſe Religieux Profez de ladite Abbaye & ſoi diſant Abbé d'icelle.

Requeſte preſentée au Conſeil par les Religieux Abbé & Couvent de Nôtre-Dame des Dunes établie dans la ville de Bruges au Comté de Flandres, tendante à ce qu'il pluſt à Sa Majeſté ordonner que les Lettres & Brevet donnez audit Terraſſe le 25 Mai M. D. C. LXXVIII. ſeront rapportées.

Et ſans s'y arreſter, ni à tout ce qui s'en eſt enſuivi, faiſant droit ſur leur Appel, caſſer, revoquer & annuler les Sentences & Ordonnances du Sieur Abbé de Clairvaux, des premiers Aouſt M. D. C. LXXVIII. & 16 Mars M. D. C. LXXXI. mainteair & garder leſdits Abbé & Religieux de Dunes établis à Bruges, en la poſſeſſion & jouiſſance de ladite Abbaye de Nôtre-Dame des Dunes, de ſes appartenances & dependences, laquelle ſubſiſtera en la ville de Bruges, où elle a eſté transferée dés l'an M. D. C. XXVII. faire deffenſes à toutes perſonnes de les plus troubler, & condamner ledit Dom Terraſſe de leur rendre & reſtituer tous les biens & revenus qu'il a perçus & qu'il leur retient, provenant de la Cenſe de Bogard & autres, depuis qu'il en a eſté commis l'Oeconome, même devant l'année M. D. C. LXXVIII avec dommages, intereſts & depens.

Ladite Requeſte ſignée F. Martin Collé Abbé des Dunes, tant pour lui que pour ſa Communauté, & de Falentin Avocat au Conſeil: au bas eſt l'Ordonnance du Conſeil du 15 Mars M. D. C. LXXXIII. portant, ſoit ſignifié à Partie; enſuite eſt l'Exploit de ſignification dudit jour audit Dom Terraſſe.

Requeſte preſentée au Conſeil par les Religieux Abbé, Prieur & Couvent de l'Abbaye de Nôtre-Dame des Dunes ſituées au lieu de Bogaerd en la Paroiſſe de ſainte Walburge en la Chaſtellenie de Furnes, au Dioceſe d'Ipres, tendante à ce qu'il pluſt à Sa Majeſté leur donner Acte, de ce qu'ils acceptent l'intimation faite par les Religieux & Abbé de Doeſt, de l'Appel par eux interjetté de l'Ordonnance du Sieur Abbé de Clairvaux du premier Aouſt M. D. C. LXXVIII. faiſant droit ſur ledit Appel & Intimation, declarer leſdits Abbé & Religieux non recevables en leur Appel.

Ce faiſant, ordonner que ce dont eſt Appel ſortira ſon plein & entier effet, & condamner leſdits Abbé & Religieux de Doeſt à Bruges, en l'amende & aux dépens; donner Acte auſdits, Abbé & Religieux établis à Begard, de ce qu'ils prennent l'Appel interjetté par leſdits Abbé & Religieux de Doeſt, de l'Ordonnance dudit Sieur Abbé de Clairvaux, pour trouble à leurs droits & poſſeſſions, ferment complainte à leur égard pour raiſon du poſſeſſoire de ladite Abbaye des Dunes, que faiſant droit ſur les complaintes reſpectives pour raiſon du poſſeſſoire de ladite Abbaye, il pluſt à Sa Majeſté, maintenir & garder leſdits Abbé & Religieux établis à Bogard en la poſſeſſion & jouiſſance de ladite Abbaye, fruits, profits & revenus d'icelle à l'avenir, & reſtitution de ceux perçus par leſdits Abbé & Religieux de Doeſt, ou qu'ils ont dû ou pû percevoir du jour qu'ils ont uſurpé le titre & les fruits de ladite Abbaye, par application aux profits, avantage & utilité de ladite Abbaye, condamner ledit Collé & ſes Religieux adherans, à rendre & reſtituer

les Reliques, Corps du Bien-heureux Pere Idesbalde, argenterie, joyaux, ornemens Pontificaux de ladite Abbaye des Dunes, Meubles, Bibliotheque, Bois, Terres, Prairies, Maiſons, & generalement tout ce qu'ils ont uſurpé & emporté furtivement dudit Monaſtere, au prejudice de Sa Majeſté, & deſdits Abbé & Religieux de Bogard, & qu'ils retiennent contre toute ſorte de juſtice, & les condamner en tous les dépens de l'Inſtance pour l'induë vexation & la temeraire conteſtation & uſurpation.

Ladite Requeſte ſignée Arnoul Abbé des Dunes, Frere Claude Fauvelle ayant charge des Religieux, & le Clerc de la Marie Avocat au Conſeil.

Au bas eſt l'Ordonnance du Conſeil du 9 Avril M. D. C. LXXXIII. portant, ait Acte, au ſurplus en jugeant, ſignifiée ledit jour.

Procez verbal du 10 Mai M. D. LXXXIV. dreſſé par le Notaire Apoſtolique, de l'inſtallation faite par l'Abbé de Lez en Flandres comme Commiſſaire du Vicaire General de l'Ordre de Ciſteaux, & de la priſe de poſſeſſion de ladite Abbaye des Dunes en faveur de Dom Laurens Vandeberghe, en conſequence de l'election faite par les Religieux d'icelle, & de la nomination du Roy Catholique, de l'authorité de l'Abbé General dudit Ordre de Ciſteaux : dans lequel Procez verbal il eſt porté, que ladite inſtallation ſe fait dans ladite Abbaye de Lez comme Monaſtere emprunté, où demeuroient leſdits Vandeberghe & Religieux des Dunes, à cauſe de la ruine de leur Abbaye.

Patentes en Latin données par l'Abbé de Cambron Vicaire General dudit Ordre en Flandres, pour en conſequence de l'élection des Religieux de ladite Abbaye des Dunes & de la nomination d'Eſpagne faite en faveur de Dom Bernard Campmans, l'inſtaller & mettre en poſſeſſion de ladite Abbaye des Dunes. Initallandi Domi vel foris, *du 28 Juin M. D. C. XXIII.*

Copie collationnée de Lettres Patentes du Roy d'Eſpagne du 24 Novembre M. D. C. XXVI. par leſquelles il permet au Couvent des Dunes de pouvoir reunir leur Monaſtere avec celui de Doeſt, & retenant le nom de Notre-Dame des Dunes, le retablir en la Maiſon, ou bien au Refuge dudit Doeſt en la ville de Bruges, pour y vivre & ſervir Dieu ſelon leurs Regles & Inſtitutions.

Extrait de la Bulle du Pape Pie V. du 8 Mars M. D. LXX. imprimée dans le livre des Privileges de l'Ordre de Ciſteaux, par laquelle Sa Sainteté auroit ordonné que les Monaſteres ſituez dans les lieux expoſez aux incurſions des Turcs, des Voleurs & des Heretiques, ſeront transferez dans les villes voiſines.

Enſuite eſt un Extrait d'une autre Bulle du Pape Gregoire XIII. du 12 Juin M. D. LXXIV. par laquelle confirmant la precedente, il ordonne la même choſe.

Extrait d'un Decret du Chapitre General dudit Ordre, du 30 Avril M. D. LXXXIV. par lequel ſur la remonſtrance de l'Abbé de Cambren Vicaire General de l'Abbé de Ciſteaux en Flandres, que pluſieurs Monaſteres de ladite Province avoient eſté ruinez par les guerres, afin de ſavoir de quelle maniere il faudroit ſe comporter pour les retablir ; le Chapitre General ordonne, que ceux dont les revenus ſeront ſuffiſans pour les faire ſubſiſter, ſeront retablis, & que ceux dont les revenus ne ſeront pas ſuffiſans, ils ſeront unis à d'autres pour en faire un de deux ou de trois, mais que rien ne ſe fera ſans avoir prealablement conſulté le Roi d'Eſpagne & pris ſes ordres.

Arreſt du Conſeil Privé du Roy d'Eſpagne en Flandres du 24 Novembre M. D. C. XXVI. rendu contradictoirement entre les Religieux Abbé & Couvent de Nôtre-Dame des Dunes d'une part, & les Bourguemeſtres, Lanthouders, Eſchevins & Cuerbers des Ville & Châtelenie de Furnes d'autre part, par lequel leſdits Bourguemeſtres & Eſchevins ſont declarez non recevables en leur oppoſition, accordant auſdits Religieux Abbé & Couvent des Dunes, la permiſſion par eux requiſe de pouvoir reunir leur Monaſtere à celui de Doeſt, & l'établir en la Maiſon ou Refuge dudit Doeſt en la ville de Bruges, dont Lettres ſeroient expediées.

Copie collationnée de Patente donnée par Dom Claude Largentier lors Abbé de Clairvaux & Pere immediat de ladite Abbaye de Dunes, du 14 Mai M. D. C. XXVII. par laquelle en cette qualité, il approuve le nouvel établiſſement de ladite Abbaye des Dunes dans la ville de Bruges, à la requiſition de l'Abbé & de la Communauté : à condition ſeulement que ladite Abbaye lui demeurera immediatement ſoûmiſe ; il approuve auſſi l'union faite dudit Monaſtere de Doeſt à celui de Dunes.

Certificat des Bourguemeſtres, Eſchevins & Conſeil de la ville de Bruges, du 26 Fevrier M. D. C. LXXXIII. par lequel ils atteſtent, qu'aiant vû & viſité un grand Regiſtre de ladite Abbaye des Dunes, enſemble pluſieurs Lettres originales d'achats & d'adheritances faites & paſſées ez années 1625, 1626, & 1627. & autres ſuivantes, ils ont reconnu que le feu Sr. Campmans pour lors Abbé de ladite Abbaye, a acheté pour des ſommes conſiderables, juſqu'à vingt-cinq maiſons, ces places & jardins y attenans pour employer dans les bâtimens de ladite Abbaye ; à quoi ils ont auſſi joint quelques petites ruës par la permiſſion des Magiſtrats de ladite ville.

Lettres Patentes du Roy d'Eſpagne du 21 Novembre M. D. C. XLIII. adreſſées aux Religieux Prieur & Couvent de l'Abbaye des Dunes en la ville de Bruges, par leſquelles Sa Majeſté auroit nommé pour Abbé de ladite Abbaye, Dom Joſſe de Coron Prieur de Waerſchoot, au lieu de Dom Bernard Campmans dernier Abbé de ladite Abbaye, conſentant & requerant leſdits Religieux Prieur & Couvent, de l'élire & accepter à ladite dignité.

Patente en original donnée par l'Abbé de Cambren Vicaire General dudit Ordre en Flandres, du 20 Mars M. D. C. XLV. par laquelle il auroit confirmé & approuvé l'election Canonique faite par leſdits Religieux, & à laquelle il avoit-

preſidé, de la perſonne de Dom Jeſſe de Coron en qualité d'Abbé de l'Abbaye des Dunes dans la dite ville de Bruges, & il lui donne pouvoir de gouverner ladite Abbaye au ſpirituel & au temporel.

Procez verbal du premier Avril audit an M. D. C. XLV. dreſſé par un Notaire Apoſtolique, de l'Inſtallation & de la priſe de poſſeſſion dudit Dom Jeſſe de Coron en qualité d'Abbé des Dunes, ladite Inſtallation faite par l'Abbé de Baudeloo Commiſſaire à ce deputé.

Patente donnée par Frere Claude Largentier Abbé de Clairvaux du XXIX. Juin M. D. C. XLV. par laquelle il confirme l'Election dudit Dom Jeſſe de Coron faite en la ville de Bruges, & le reconnoit l'unique & legitime Abbé de l'Abbaye des Dunes qui y eſt établi.

Procez verbal de XXI. Mars M. D. C. XLIX. dreſſé par un Notaire Apoſtolique, de l'Inſtallation & priſe de poſſeſſion de Dom Bernard Bottin en qualité d'Abbé de ladite Abbaye des Dunes, comme Succeſſeur immediat dudit Dom Jeſſe de Coron, en conſequence d'une election faite en ſa faveur par leſdits Religieux, & de la nomination du Roi Catholique par ſes Lettres Patentes du 27 Fevrier de la même année, & en vertu de la confirmation à lui donnée par l'Abbé de Cambron Vicaire General dudit Ordre en Flandres.

Patente donnée par ledit Sieur Abbé de Clairvaux le 4 Decembre M. D. C. XLIX portant confirmation de l'Election faite en faveur dudit Dom Bernard Bottin pour ſucceder audit Dom Jeſſe de Coron.

Autre Patente du 7 Avril M. D. C. LIV. donnée par l'Abbé General de l'Ordre de Ciſteaux, portant confirmation de l'election faite en faveur de Dom Gerard de Barre en qualité d'Abbé de ladite Abbaye des Dunes vacante par le decez dudit Dom Bernard Bottin, ſur la nomination du Roy Catholique.

Procez verbal du 30 Mai audit an M. D. C. LIV. dreſſé par le Sieur Abbé de Baudeloo Vicaire General de l'Abbé de Clairvaux en Flandres, de l'Inſtallation & de la priſe de poſſeſſion dudit Dom Gerard de Barre, de ladite Abbaye des Dunes dans la ville de Bruges, en conſequence des Lettres de nomination de Sa Majeſté Catholique dattée du 18 Fevrier de la même année, & de la confirmation de ſon election.

Autre Patente du Sieur Abbé de Baudeloo du 16 Septembre M. D. C. LXVII. portant confirmation de l'election faite en faveur de Dom Michel Bultink en qualité d'Abbé de ladite Abbaye des Dunes, qui avoit vacqué par la mort dudit Dom Gerard de Barre, & en conſequence de la nomination du Roy Catholique du premier deſdits mois & an.

Patente dudit Abbé de Clairvaux du 29 Octobre M. D. C. LXVII. portant confirmation de l'election & Inſtallation dudit Dom Michel Bultink.

Copie ſignée par ledit Sieur Abbé General de l'Ordre de Ciſteaux d'apreſent, de l'ordination & diſpoſition dudit Chapitre General dudit Ordre tenu l'année M. D. C XXVIII. dans laquelle l'Abbé des Dunes eſt inſtitué Definiteur dudit Chapitre General, immediatement après l'Abbé de Clairvaux.

Patente en original dudit Abbé de Clairvaux du 27 Juin M. D. C. XXXV. adreſſée à Dom Bernard Campmans, en ces termes, noſtri de Dunis Monaſterii in Urbe Brugenſi Coabbati, *par laquelle il l'établit ſon Vicaire ſur tous les Monaſteres de ſa dependance aux Pays-bas, même avec pouvoir d'en confirmer les Abbez & Abbeſſes.*

Copie d'un Bref du Pape Urbain VIII. du 8 Juillet M. D. C. XXXIX. adreſſé audit Dom Bernard Campmans en ces termes, Abbati Monaſterii des Dunes nuncupati Brugenſis, Monachorum Ordinis Ciſtercienſis, *par lequel à cauſe de la guerre, il l'établit Viſiteur des Monaſteres ſituez dans le Duché de Luxembourg.*

Patente en original de l'Abbé de Clairvaux du 3 Decembre M. D. C. XLIX. adreſſée à Dom Bernard Bottin Abbé du Monaſtere de Notre-Dame des Dunes en la ville & Dioceſe de Bruges, par laquelle il l'établit ſon Vicaire & Commiſſaire, pour de ſon autorité gouverner au ſpirituel & temporel tous les Monaſteres de la dépendance de l'Abbaye de Clairvaux dans les Pays-bas.

Patente en Original du 8 Mai M. D. C. LI. par laquelle le Chapitre General dudit Ordre tenu ladite année, établit ledit Dom Bernard Bottin Abbé des Dunes, Vicaire General dudit Ordre aux Pays-bas, pour en gouverner les Monaſteres.

Patente en Original de Sr. Abbé de Ciſteaux du II. Janvier M. D. C. LX. par laquelle il établit Dom Gerard de Barre Succeſſeur immediat dudit Dom Bottin, ſon Vicaire General dudit Ordre, pour gouverner tous les Monaſteres des Pays-bas.

Patente en Original du Sieur Abbé de Clairvaux du 10 Fevrier M. D. C. LX par laquelle il donne pouvoir ſpecial audit Dom Gerard Abbé des Dunes, de prendre ſoin de tous les Monaſteres ſituez eſdites Provinces & qui ſont dans la dependance immediate de Clairvaux.

Lettres Patentes en original du Roi d'Eſpagne du 8 Avril M. D. C. LX. par leſquelles il permet audit Abbé des Dunes à Bruges, de mettre les commiſſions à lui données par leſdits Abbez de Ciſteaux & de Clairvaux à execution, & de prendre poſſeſſion deſdites charges de Viſiteur.

Patente en original du 26 Mai M. D. C. LXXII. par laquelle le Chapitre General dudit Ordre tenu ladite année, auroit établi Vicaire General d'icelui dans leſdites Provinces, ledit Dom Michel Baltink Abbé des Dunes.

Placet preſenté au Roy l'année M. D. C. LXVIII. par leſdits Religieux Abbé & Couvent de l'Abbaye des Dunes, au nombre de 58 Religieux, par lequel après avoir remontré, qu'alors il y avoit plus de 45 ans que leur Abbaye avoit eſté tranſferée en la ville de Bruges, que par les guerres leurs métairies, & entre autres celles de Bogard près de Furnes, avoient eſté ruinées, & que ſa

Majeſté leur avoit accordé le 5 Juillet M D. C. LXVII une exemption des gens de guerre & les avoit mis ſous ſa protection & ſauvegarde, & que neanmoins les Officiers de Sa Majeſté avoient fait arrêter ce que leurs Fermiers leur devoient de ladite année M. D. C. LXVII. Ils auroient ſupplié Sa Majeſté de leur donner main-levée dudit Arreſt & qu'ils ſeroient declarez eux & ladite Métairie de Bogard exempts de logement de gens de guerre; au haut duquel Placet eſt écrit, le Roy a renvoyé ce Placet au Sr Robert pour avoir ſon avis, ſigné du Sr. de Louvois Miniſtre & Secretaire d'Etat.

Sauvegarde accordée par Sa Majeſté le 22 Avril M. D. C LXXI aux Abbé & Religieux de l'Abbaye des Dunes transferée à Bruges en Flandres, par laquelle Sa Majeſté deſirant les gratifier & favorablement traiter, les auroit mis ſous ſa protection & ſauvegarde, avec deffenſes à tous ſes Officiers de faire loger des gens de guerre dans ladite Abbaye, ni ez villages & lieux qui en dependent.

Copie imprimée de l'Arreſt du Conſeil du 2 Novembre M D. C LXXVII. par lequel Sa Majeſté deſirant gratifier & traiter favorablement le Chapitre de Tournay, & l'indemniſer en quelque façon des pertes qu'il faiſoit au ſujet des confiſcations ſur lui faites par le Roy Catholique, Elle leur auroit accordé les revenus des biens qui ſe trouveroient appartenir à l'Abbaye des Dunes, dans les Châtelenies de Bergues & de Furnes: dans lequel Arreſt eſt fait mention que l'Abbé des Dunes fait ſa demeure à Bruges: au bas eſt la ſignification d'icelui aux Preſident & Religieux de l'Abbaye des Dunes à Bruges, du 29 dudit mois.

Copie Collationnée d'autre Arreſt du Conſeil d'Etat du 5 Janvier M D C. LXXVIII. par lequel Sa Majeſté en interpretant le precedent, auroit ordonné que le Sr. le Boiſtel de Châtinonville Intendant des villes & places de Flandres du côté de la mer, mettroit ledit Chapitre de Tournay en poſſeſſion de tous les biens, rentes & revenus appartenants à ladite Abbaye des Dunes, ſituez dans l'étenduë de ſon departement.

Copie d'ordre du Sr. de Villahermoſa Lieutenant, Gouverneur & Capitaine General des Païs-bas pour le Roy Catholique, du 27 Mars M. D C. LXXVIII aux Srs. Abbé de ſaint André lez Bruges & Vandergothe Preſident en la Chambre des Comptes audit Bruges, pour ſe tranſporter audit Monaſtere des Dunes & y colliger les voix des Religieux & principaux Officiers de ladite Abbaye, ſur le choix d'un nouveau & futur Abbé, au lieu de Dom Michel Bultink

Copie de Lettre écrite le 7 Avril M. D. C. LXXVIII par leſdits Srs. Abbe de ſaint André & Gothe audit Sr. Duc de Villahermoſa, contenant leur procez verbal & avis ſur ladite election, dans lequel il eſt fait mention qu'il y avoit 16 Religieux preſens, pour proceder à laditte election & que ledit Dom Terraſſe Profez de trente-ſept ans, n'a eu que deux voix, & que leur avis étoit pour pluſieurs raiſons y exprimées, que Dom Vandevelde fuſt nommé Abbé.

Copie collationnée de Lettres Patentes du Roy d'Eſpagn du 14 dudit mois d'Avril M. D. C. LXXVIII. portant nomination dudit Dom Eugene Vandevelde à ladite Abbaye de Dunes, vacante par le decez dudit Dom Bultink.

Procez verbal du 23 deſdits mois & an, dreſſé par deux Notaires Apoſtoliques, de l'Inſtallation & priſe de poſſeſſion de ladite Abbaye des Dunes en la ville de Bruges, par ledit Dom Vandevelde, en conſequence deſdites Lettres Patentes du Roy d'Eſpagne & de la confirmation de ſon election à lui donnée le 21 du même mois, par le Sr. Abbé de Bandeloo Vicaire general & Commiſſaire du Sr. Abbé de Clairvaux dans les Pays-bas.

Lettres en original du Sr. Eveque de Bruges du 24 Avril M. D. C. LXXVIII. par leſquelles il atteſte qu'il a ſolemnellement beni ledit Dom Vandevelde pour Abbé de ladite Abbaye des Dunes, & que la ceremonie s'eſt faite à Bruges dans le chœur du Monaſtere de Notre-Dame des Dunes.

Lettre miſſive écrite le 3 Avril M D. C. LXXVIII par ledit Dom Terraſſe audit Dom Martin Collé, par laquelle il lui mande que par l'Extrait des recommandations qu'il envoyoit aux Srs Commiſſaires, il pouroit juger des mauvais deſſeins qu'il avoit pour l'Abbaye des Dunes, & du peu d'amitié qu'il avoit pour lui, à laquelle eſt attaché un écrit dudit Dom Terraſſe & par lui envoyé auſdits Commiſſaires, par lequel il marque ſes bons ſentimens d'eſtime pour ledit Dom Martin Collé, afin que le Roy Catholique vouluſt le conſiderer dez ce tems-là, pour l'election à la dignité d'Abbé.

Lettre miſſive écrite par ledit Dom Terraſſe audit Dom Vandevelde qu'il qualifie Abbé déſormmé des Dunes, le 17 Avril M D C. LXXVIII par laquelle il le congratule de l'accompliſſement de ſes ſouhaits & deſirs, qu'il prie lui être ſalutaires pour une éternité, & profitables à une Maiſon bien ébranlée.

Autre lettre miſſive écrite par ledit Dom Terraſſe au Pere Willaert Confeſſeur de l'Abbaye de Groeninghe, le 26 Avril M. D. C. LXXVIII. par laquelle il lui mande par l'ordre du Sr. le Boiſtel Intendant, de ſe trouver au Bogard lez Furnes le Dimanche premier Mai lors prochain, pour choiſir trois perſonnes capables qui demeurent ſur les domaines du Roy de France, pour gouverner ledis Bogard en telle qualité qu'il plaira à Sa Majeſté

Lettre miſſive écrite par le Sr Abbé de Clairmarais audit Vandevelde du 5 Mai M. D. C. LXXVIII par laquelle il lui témoigne le chagrin qu'il a eu d'eſtre obligé par un ſpecial ordre de Sa Majeſté, d'aſſiſter à une affaire qui ſemble tendre à une totale ruine de ſa Maiſon, & lui marque qu'il a fait tout ſon poſſible pour detourner ledit Sr. Boiſtel, d'executer ſes intentions, avec pluſieurs autres choſes pour le conſeler.

Copie collationnée de Lettres Patentes de Sa Majeſté du 25 Mai M. D. C. LXXVIII.

por-

portant nomination & preſentation dudit Dom Terraſſe pour Abbé de l'Abbaye Reguliere des Dunes ſituée originairement proche de Furnes au lieu dit Bogard, au Dioceſe d'Ipres, vacante par le decez de Dom Michel Bultink dernier Titulaire d'icelle.

Lettre miſſive écrite le 6 dudit mois de Mai 1678 par le Sieur Bonchu Abbé de Clairvaux audit feu Vandevelde Abbé de Bruges, par laquelle il lui promet toutes faveurs & tout ſecours, l'aſſurant d'ailleurs qu'il lui ſeroit plus utile, ne lui envoyant pas alors ſa Confirmation, parce que celle du Sieur Abbé de Bandeloo ſon Vicaire & Commiſſaire eſtoit ſuffiſante, lui donnant l'exercice de la Juriſdiction ſpirituelle ſur la Communauté à Bruges.

Sentence rendue par le Sieur Abbé de Clairvaux le premier Aouſt 1678 qui declare nulle l'Union de l'Abbaye des Dunes avec celle de Doeſt, declare que ce ſont deux titres d'Abbaye ſeparez, qui doivent eſtre donnez à deux differens Abbez, & confirme la nomination de Dom Terraſſe pour l'Abbaye des Dunes dans la Chaſtelenie de Furnes.

Acte de proteſtation faite le 2 Aouſt 1678 par Dom Martin Collé Procureur de Dom Vandevelde, contre ladite Sentence, & de ſe pourvoir pardevant l'Abbé de Ciſteaux General de l'Ordre. Au bas eſt la ſignification audit Dom Terraſſe, du 9 dudit mois.

Acte par lequel deux Notaires de la ville de Furnes declarent s'eſtre tranſportez dans le lieu nommé Bogard lez Furnes, à la Requeſte du Sr. Vandevelde Abbé des Dunes, & avoir declaré aux Notaires qui vouloient inſtaller ledit Dom Terraſſe, qu'ils proteſtoient de nullité de l'Inſtallation d'Abbé par lui priſe, ledit Acte du 10 Aouſt 1678.

Deux Pouvoirs donnez le 8 & 9 Janvier 1679 par ledit Dom Vandevelde à trois Religieux de ladite Abbaye pour s'oppoſer aux innovations que ledit Dom Terraſſe vouloit faire, contre les deffenſes portées même par ſon Brevet, d'y rien changer au ſpirituel & au temporel, en recevant des Novices pour icelle; comme auſſi de prendre au nom dudit Dom Vandevelde poſſeſſion reelle & actuelle de ladite Cenſe de Bogaerd & des biens & revenus en dependans, en vertu & en execution du Traité de Paix fait à Nimegue entre les deux Couronnes le 17 Septembre 1678. Au bas de chacun deſquels Pouvoirs ſont les ſignifications audit Dom Terraſſe.

Reponſe dudit Dom Terraſſe aux ſuſdits Pouvoirs du 11 Janvier 1679 par laquelle il declare entre autres choſes, que ledit Dom Vandevelde eſt mal fondé en ſa pretention ſur le XXV. Article du Traité de Paix de Nimegue & autres d'icelui, & que lui Dom Terraſſe tient ladite Abbaye à titre Canonique de Sa Majeſté, confirmé par le Sr. Abbé de Clairvaux ſon Superieur immediat, après diſcuſſion des titres & raiſons alleguées par ledit Dom Eugene Vandevelde.

Traité de Paix conclu à Nimegue entre la France & l'Eſpagne le 17 Septembre 1678 par lequel Article XXV. il eſt porté que tous Prelats, Abbez, Prieurs & autres Eccleſiaſtiques qui ont eſté nommez à leurs Benefices, ou pourvus d'iceux par les Seigneurs Rois, avant la guerre ou pendant icelle, & auſquels leurs Majeſtez eſtoient en droit de pourvoir ou nommer avant la rupture entre les deux Couronnes, ſeront maintenus en la poſſeſſion & jouiſſance de tous les biens qui ſe trouveront en avoir dependu d'ancienneté, & aux droits de conferer les Benefices qui en dependent, en quelque lieu que leſdits biens & benefices ſe trouvent ſituez, pourvû toutefois que leſdits benefices ſoient remplis de perſonnes capables qui ayent les qualitez requiſes, ſuivant les reglemens qui eſtoient obſervez avant la guerre, ſans qu'on puiſſe à l'avenir de part ni d'autre envoyer des Adminiſtrateurs. Pour regir leſdits benefices & jouir des fruits, leſquels ne pourront eſtre perçus que par les Titulaires qui en auront eſté legitimement pourvus. Comme auſſi tous lieux qui ont ci-devant reconnu la Juriſdiction deſdits Prelats, Abbez & Prieurs en quelques parts qu'ils ſoient ſituez, la devront auſſi reconnoiſtre à l'avenir, pourvû qu'il apparoiſſe que leur droit eſt établi d'ancienneté, encore que leſdits lieux ſe trouvaſſent dans l'etenduë de la domination du Parti contraire, ou dependans de quelque Chaſtellenie du Bailliage appartenant audit Parti contraire.

Copie collationnée de Lettres Patentes du Roy d'Eſpagne du 15 Decembre 1680 portant nomination dudit Dom Martin Collé à ladite Abbaye des Dunes vacante par le decez du dit Dom Eugene Vandevelde.

Patente du Sieur Abbé de Bandeloo Vicaire & Commiſſaire du Sieur Abbé de Clairvaux, du 19 dudit mois, par laquelle il auroit confirmé l'election & nomination dudit Dom Martin Collé à ladite Abbaye, avec pouvoir de la regir & gouverner au ſpirituel & au temporel.

Procez verbal dreſſé le 19 dudit mois de Decembre 1680 par deux Notaires Apoſtoliques; de l'Inſtallation & de la priſe de poſſeſſion dudit Dom Martin Collé de ladite Abbaye des Dunes à Bruges, en conſequence deſdites election, nomination & confirmation.

Certificat du Sieur Evêque de Bruges du 22 deſdits mois & an, par lequel il atteſte qu'il a conferé audit Dom Martin Collé ſolemnellement la benediction Abbatiale en qualité d'Abbé en ladite Abbaye des Dunes en la ville de Bruges.

Original de confirmation faite le 17 Mars 1681 par le Sieur Abbé de Clairvaux, de l'election dudit Dom Martin Collé en qualité d'Abbé de Doeſt dans Bruges; au bas eſt la ſignification faite d'icelle le 17 dudit mois par deux Notaires Apoſtoliques audit Dom Martin Collé dans ſon Hôtellerie à Paris, lequel auroit refuſé de la prendre.

Acte ſignifié le 20 Mars 1681 à la requeſte dudit Dom Martin Collé audit Sieur Abbé de Clairvaux, par lequel il lui declare qu'il a deja pluſieurs fois refuſé ladite pretenduë confirmation nouvelle, qu'il la refuſe encore, &

qu'il ne l'acceptera jamais, comme eſtant préjudiciable aux Lettres du Roy Catholique & à ſon droit, & contraire à toutes les confirmations de ſes Predeceſſeurs avec ; proteſtation de chercher le moyen de ſe pourvoir contre où beſoin ſera.

Copie imprimée d'Arreſt du Conſeil d'Etat du 17 Septembre 1681 rendu contradictoirement entre le Sieur Abbé de Ciſteaux d'une part, & ledit Sieur Abbé de Clairvaux & autres d'autre part ; par lequel entre autres choſes, ledit Sieur Abbé de Ciſteaux eſt maintenu & gardé au droit & poſſeſſion de juger dans toute l'étendue dudit Ordre, les appellations des Peres immediats, conformement aux Statuts d'icelui.

Requeſte preſentée audit Sieur Abbé de Ciſteaux par leſdits Religieux Abbé & Convent de Notre-Dame des Dunes, afin d'être reçus Appellans du Jugement rendu par ledit Sieur Abbé de Clairvaux le premier d'Aouſt 1678 & de tout ce qui s'en eſt enſuivi, qu'il leur fuſt permis de faire intimer ledit Dom Terraſſe, & faiſant droit ſur ledit Appel, caſſer & revoquer ledit Jugement, ordonner que ladite Abbaye des Dunes ſubſiſtera, comme elle a fait dans la ville de Bruges, où elle a eſté transferée en 1617.

Et condamner ledit Dom Arnoul Terraſſe de leur rendre & reſtituer tous les biens & revenus qu'il leur retient, provenant de ladite Cenſe de Bogard & autres ; depuis qu'il les reçoit & qu'il en a eſté commis l'OEconome, même devant l'année 1678 avec dommages, interêts & depens. Au bas eſt l'Ordonnance dudit Sieur Abbé de Ciſteaux du 16 Septembre 1682 qui reçoit leſdits Religieux, Abbé & Couvent des Dunes Appellans dudit Jugement, leur permet de faire intimer ſur ledit Appel pardevant lui, tant ledit Dom Terraſſe qu'autres que bon leur ſemblera ; pour les Parties ouyes leur eſtre fait droit, ainſi qu'il appartiendra ; au bas eſt l'Exploit d'aſſignation donnée audit Dom Terraſſe devant ledit Sieur Abbé de Ciſteaux du 22 Septembre 1682.

Acte de comparition faite le 22 Decembre ſur ladite Aſſignation par Dom Claude Fauvelle Religieux Soûprieur de ladite Abbaye des Dunes en Flandres, Dioceſe d'Ipre, comme Procureur dudit Dom Arnoul Terraſſe Abbé de ladite Abbaye, devant ledit Sieur Abbé de Ciſteaux.

Acte ſignifié à la Requeſte de Dom Martin Collé & Religieux de ladite Abbaye des Dunes à Bruges, le dernier deſdits mois & an, qu'il avoit remis ſa production & les Pieces juſtificatives au Greffe dudit Sieur Abbé de Ciſteaux.

Acte ſignifié le 2 Janvier 1683 à la Requeſte dudit Dom Claude Fauvelle audit nom, par lequel il auroit declaré s'oppoſer à la qualité priſe par ledit Dom Collé d'Abbé des Dunes, comme injurieuſe un Brevet de Sa Majeſté, & qu'il proteſtoit de nullité de tout ce qui pourroit eſtre fait par ledit Dom Collé au prejudice deſdits Actes de comparition.

Requeſte non dattée preſentée à Sa Majeſté par un grand nombre d'Abbez de differens Ordres du Comté de Flandres, par laquelle ils la ſupplient tres-humblement par un zele de Religion, de vouloir terminer le different de l'Abbaye des Dunes.

Copie collationnée de Bulle du Pape Pie V. du 6 Mars 1566 portant union du Monaſtere de Doeſt à l'Evêché de Bruges, lors de ſa fondation, avec ſuppreſſion du titre Abbatial. Vide ſupra pag. 298.

Certificat des Bourguemeſtres, Eſchevins & Conſeil de la ville de Bruges du 12 Fevrier 1683 portant, que devant la Tranſlation de l'Abbaye des Dunes dans ladite ville, il n'y a eſté fondé aucun Monaſtere ou Abbaye de Religieux de l'Ordre de Ciſteaux, non plus celui de Doeſt qu'aucun autre, comme auſſi depuis ladite Tranſlation & à preſent, il n'y a autre Abbaye de Religieux dudit Ordre que celui de Dunes.

Livre imprimé intitulé Compendium Chronologicum Abbatiæ Beatæ Mariæ de Dunis, *par lequel il paroiſt, que Dom Laurent Vandeberghe en l'année 1601 eſtablit l'Abbaye & Convent des Dunes ; au lieu de Bogard, & que Dom Bernard Campmans XL. Abbé des Dunes, qui avoit ſon Siege Abbatial à Bogard l'année 1624 faiſant fouiller les anciennes demolitions de l'Abbaye des Dunes, & y ayant decouvert le Corps du Bien heureux Pere Edeſbalde III. Abbé des Dunes, il le fit tranſporter ſolemnellement en l'Abbaye de Bogard, & fut reçû par l'Evêque d'Ipre comme Ordinaire & Dioceſain du lieu, dont Procez verbal de la découverte & de la tranſlation du Corps, faite de l'autorité dudit Evêque, eſt rapporté tout au long dans le même Livre.*

Copie de Bulle du Pape Urbain VIII contenant la ſeparation de la Menſe Abbatiale de Doeſt d'avec la Menſe Epiſcopale de Bruges, ſous les conditions y mentionées de preſtation & de penſion annuelle audit Evêque, du 31 Aouſt M. D. C. XXV.

Extrait des Articles accordez par le Sieur Marechal de Turenne Commandant l'Armée du Roy en Flandres, le 6 Aouſt 1658 aux Eccleſiaſtiques, Nobles, Bourgeois & Habitans de la ville de Furnes, par lequel il les maintient dans tous leurs Privileges, Exemptions & Libertez, Collations, Offices, Adminiſtrations, & tous uſages, tant en la Ville que Châtellenie, ſans exemption aucune, & ſelon qu'ils en ont joüy auparavant, y compriſe l'Abbaye des Dunes ; au bas eſt la confirmation deſdits Articles par le Sieur Maréchal d'Aumont le 12 Juin 1667.

Copie collationnée d'Arreſt du Conſeil d'Etat du 19 Octobre 1678 portant, que les Abbez & Prieurs tant Reguliers que Seculiers des Abbayes de nomination Royale ſituées ez pays de Flandres & autres y mentionnées, payeront les ſommes y exprimées pour employer à la ſubſiſtance des ſoldats invalides eſtant dans l'Hôtel Royal de Paris.

Au bas eſt l'Ordonnance du Sieur de Madrit Intendant en Flandres du côté de la Mer, du 3 Fevrier 1683 portant que ledit Arreſt ſeroit executé. Enſuite eſt la ſignification audit Sieur

Abbé des Dunes près Furnes, du 8 dudit mois.

Procez verbal d'Inſtallation & priſe de poſſeſſion dudit Dom Terraſſe de ladite Abbaye des Dunes près Furnes, par le Prieur de l'Abbaye de Clairmarais en preſence de pluſieurs témoins & aſſiſtans; dans lequel Procez verbal eſt inſerée l'oppoſition à ladite priſe de poſſeſſion faite par trois Religieux dudit Ordre du 10 Août 1678.

Lettres de benediction données & concedées audit Dom Arnoul Terraſſe Abbé, par le Sieur Evêque de Tarbes deſigné & nommé Evêque de Saint Omer, & Grand Vicaire du Chapitre, du 4 Septembre audit an.

Copie collationnée de Procuration paſſée pardevant Notaires le 14 Fevrier M. D. C. LXXXIII. par les Religieux & Prieur de ladite Abbaye des Dunes près Furnes, au nombre de quatorze, par laquelle ils donnent pouvoir de pourſuivre & deffendre par tous où il appartiendra, contre tous, les cauſes, noms & droits de ladite Abbaye, & de ſoûtenir tous les droits dudit Dom Arnoul Terraſſe Abbé d'icelle, ſous l'obeiſſance duquel ils veulent vivre & mourir, & de ceux qui ſuccederont à ſa place après ſon decez.

Productions deſdites Parties, Requeſte préſentée au Conſeil par leſdits Religieux, Abbé & Convent de Notre Dame des Dunes eſtablis à Bruges, employée pour Contredits contre la Production dudit Dom Arnoul Terraſſe & de ſes adherans, & à ce qu'il pleût à Sa Majeſté debouter leſdits Dom Terraſſe & adherans de leurs Concluſions, & les condamner aux depens. Au bas de laquelle Requeſte eſt l'ordonnance du Conſeil du 17 Avril 1683, qui donne acte de l'emploi au ſurplus en jugeant, ſignifiée ledit jour.

Requeſte preſentée au Conſeil par leſdits Religieux, Abbé, Prieur & Convent de Notre-Dame des Dunes ſituée au lieu dit Bogard, à ce qu'il pluſt à Sa Majeſté leur donner Acte, de ce que pour ſatisfaire à l'Arreſt d'Evocation & de Reglement ſur les appellations, pour réponſe aux pretendus moyens d'appel & de nullité fournis & ſignifiez de la part deſdits Abbé & Religieux de Doeſt, de la Sentence & Ordonnance de confirmation & inſtitution du Sieur Abbé de Clairvaux, du premier Août 1678 & 16 Mars 1681.

Ils employent le contenu en ladite Requeſte; & pour moyens de droit & avertiſſement ſur les complaintes reſpectives pour raiſon du poſſeſſoire de ladite Abbaye des Dunes à Bogard, ils employent parillement les moyens contenus en ladite Requeſte, & dans leurs precedentes Requeſtes de production; ce faiſant qu'il pleuſt à Sa Majeſté debouter & declarer leſdits Abbé & Religieux de Doeſt non-recevables en leurs oppoſitions, ordonner que ce dont eſt appel ſortira ſon plein & entier effet, & condamner leſdits appellans en l'amende du fol appel & aux dépens; donner Acte auſdits Abbé & Religieux des Dunes à Bogard, de ce que pour addition de production nouvelle, ils produiſent les pieces cy-après, ſuivant les moyens expliquez dans ladite Requeſte, & de ce que pour réponſes & contredits aux pieces produites & induites de la part deſdits Abbé & Religieux de Doeſt, ils employent les expliqués dans ladite Requeſte.

Et à ce que ſans avoir égard auſdites Pieces produites par leſdits Abbé & Religieux de Doeſt, moyens, raiſons & inductions d'icelles, les fins & concluſions priſes par leſdits Abbé & Religieux des Dunes à Bogard, par les precedentes Requeſtes & productions, leurs ſoient adjugées tant en principal, reſtitution de fruits, & reſtabliſſement des lieux en l'état qu'ils eſtoient lors de l'uſurpation & tranſmigration furtive & clandeſtine des lieux, raport de tous les Meubles precieux, Ornemens & Argenterie, Reliques & nommément du Corps du Bien-heureux Idesbalde Abbé de ladite Abbaye des Dunes, tranſporté furtivement & clandeſtinement de l'Abbaye des Dunes à Bogard, en celle de Doeſt à Bruges, tous les Fruits de ladite Abbaye perceus & à percevoir, qu'ont pû ou deub eſtre perceus, en nature s'ils ſont encore exiſtans & non conſommez, ſinon la juſte valleur d'iceux, ſuivant l'eſtimation au dire d'experts & gens à ce connoiſſans dont les Parties conviendront, ſinon nommez par Sa Majeſté, & en tous les depens de l'Inſtance; au bas de laquelle Requeſte eſt l'Ordonnance du Conſeil du 21 Avril 1683 qui reçoit les Pieces, donne Acte de l'employ, au ſurplus en jugeant, ſignifiée le 23 dudit mois.

Copie collationnée du Procez verbal des 13 & 21 Janvier 1623 de meſurage & arpentage fait à la Requeſte des Bourguemeſtres & Eſchevins de ladite Ville & Chaſtellenie de Furnes, des terres y mentionnées ſcituées en la Paroiſſe de S. Denis de ladite Ville, qu'ils vouloient donner au Reverend Prelat des Dunes pour s'y établir.

Ordonnance du Conſeil Souverain de Bruxelles, du 5 Août 1625, portant, que leſdits Abbé & Convent des Dunes ſeroient tenus de repliquer dans quinze jours, dans l'Inſtance pendante entr'eux & les Bourguemeſtre & Eſchevins de la ville & Chaſtellenie de Furnes.

Copie collationnée & tirée des Archives de ladite Ville & Chaſtellenie de Furnes le 7 Mars 1683 d'un Ecrit non datté, fourny par les Bailly, Viſcomte, Eſchevins & Courbers du Territoire de Bergues, contenant leurs remonſtrances pour l'intereſt qu'ils avoient d'empêcher la Tranſlation de ladite Abbaye des Dunes à Bruges.

Copie collationnée & tirée des Archives le 7 Mars 1683 d'un dire non datté, fourni par leſdits Bourguemeſtres & Eſchevins de la ville de Furnes, au Conſeil Privé du Roy Catholique, pour reponſe à la Requeſte preſentée à Sa Majeſté par les Abbé & Convent de Noſtre Dame des Dunes, enſuite de l'Ordonnance du 23 Decembre 1624 contenant les moyens deſdits Bourguemeſtres & Eſchevins pour empêcher la tranſlation de ladite Abbaye, où ils marquent qu'en l'année 1561 leſdits Abbé & Religieux ayant voulu faire ladite Tranſlation en ladite Ville de Bruges, & y ayant eu des oppoſitions, ils furent contraints de ſe deſiſter de leur pretention.

Copie collationnée & tirée deſdites Archives

dudit jour 7 Mars 1683 des dupliques non dattées, fournies par leſdits Bourguemeſtres & Eſchevins de Furnes contre leſdits Abbé & Religieux des Dunet, audit Conſeil Provincial de Flandres, contenant auſſi leurs moyens d'oppoſition à ladite tranſlation.

Copie collationée & tirée des Archives ledit jour 7 Mars 1683 d'une Requeſte ſans datte, preſentée au Roy Catholique par les Bourguemeſtres & Eſchevins de la Ville & Chaſtellenie de Furnes, contenant leur Remonſtrances ſur ce qu'ils avoient apris que leſdits Abbé & Religieux des Dunes meditoient de faire la tranſlation de leur Abbaye & Monaſtere, premierement en la ville de Bruges, & enſuite en l'Egliſe Collegiale de ſainte Valburge, & le tranſport des Chanoines de ladite Egliſe, en l'Egliſe Cathedrale d'Ypres, auſquelles tranſlations ils s'oppoſoient formellement.

L'Extrait deſdits Articles accordés par le Sieur Marechal de Turenne à ladite Ville & Chaſtellenie de Furnes, le 5 Aouſt 1658.

Atteſtation faite le 9 Mars 1683 devant le Bourguemeſtres & Eſchevins de ladite ville de Furnes, par le Sieur Jacques de Laſtre ancien Eſchevin de ladite Ville âgé de 77 ans, portant qu'és années 1624 & 1625 il a eſté pluſieurs fois dans l'Abbaye des Dunes, & avoir veu que les Abbé & Religieux de ladite Abbaye ont tenu le Chœur comme en toutes Abbayes de Flandre, au lieu où eſt preſentement le Cloiſtre de Bogard, lequel pour lors fut nommé l'Abbaye des Dunes, declarant y avoir veu repoſer au meſme temps dans l'Egliſe, le Corps de S. Idesbalde, & qu'il n'y avoit aucun peril & crainte pour ledit Cloiſtre, non plus par les eaux de la Mer que par le Sable, & qu'entre ladite Abbaye & les Dunes, il y a un Bois & une diſtance.

Autre atteſtation faite le 15 Mars 1683 devant leſdits Bourgemeſtres & Eſchevins, par André Labaeuſt âgé de 74 ans, portant la meſme choſe que deſſus, & qu'en l'année 1624 & 1625 il fut avec ſa Sœur à ladite Abbaye, pour faire ſes prieres devant le Corps du Bienheureux Idesbalde.

Copie collationnée d'Arreſt du Conſeil Souverain de Tournay du 19 Aouſt 1682 rendu ſur les Concluſions du Procureur General de Sa Majeſté, qui requeroit qu'en execution des Ordres de Sa Majeſté, il fut ordonné à tous les Abbez du reſſort dudit Conſeil, de donner un Eſtat des debtes & des revenus de leurs Abbayes, & qu'il leur fut fait deffenſes de continuer aucuns nouveaux bâtimens: par lequel auroit eſté ordonné que leſdites Concluſions ſeroient communiquées aux Abbez du reſſort dudit Conſeil.

Lettres écrites par ledit Procureur General le 18 Aouſt 1682 audit Dom Arnoul Terraſſe, par laquelle il lui mande qu'il luy envoye ledit Arreſt afin qu'il y ſatisfaſſe.

Copie des Lettres du Sieur Bouchu Abbé de Clairvaux accordées au Sieur Abbé de Baudeloo le 25 Jain 1677 par leſquelles il le commet pour ſon Vicaire General de l'Ordre de Ciſteaux en Flandre, avec pouvoir de confirmer proviſionellement.

Certificat des Bourgeamestres & Eſchevins de la Ville & Chaſtellenie de Furnes du 17 Mars 1683 portant, qu'ils ont delivré pluſieurs copies de pieces audit Dom Terraſſe, tirées des Archives de ladite Ville, & qu'ils ſouhaiteroient pour la gloire de Dieu & l'avantage de ladite Ville & Chaſtellenie, comme auſſi pour le ſoulagement du Peuple, que ſuivant le deſir du Roy & les intentions des Fondateurs & Bienfaicteurs, ladite Abbaye des Dunes aujourd'huy retablie d'Egliſe, Edifices Reguliers & de Religieux au nombre de ſeize, par les ſoins dadit Dom Terraſſe, fut maintenuë au lieu de Bogard.

Deux Extraits tirez, le premier du Livre intitulé Nomaſticon Ciſtercienſe, *imprimé à Paris en 1664 par lequel fol. 275 Chap. premier, confirmé par la Regle 13 de la Chancellerie Apoſtolique, il eſt dit que nul Ordre ny Convent ne ſe tranſportera & changera totalement de lieu, ſans avoir obtenu la permiſſion ſpeciale du S. Siege.*

Extrait tiré du Livre des Privileges de l'Ordre de Ciſteaux accordés par les Papes & les Roys Très-Chrétiens, qui ſe trouve fol. 76 dans la Bulle du Pape Pie IV. donné 1563 le 2 Octobre, par laquelle il eſt deffendu d'unir, ſupprimer, eſteindre & transferer les Monaſteres, meſmes à la ſollicitation des Roys & des Princes, ſans le conſentement de l'Abbé General de Ciſteaux.

Copie collationnée de Contract de vente faite au mois de May 1259 à l'Abbaye de Doeſt, de toutes les terres appartenantes à Jean Ubaerde & ſes conſorts, dans la Chaſtellenie de Hulſt.

Copie collationnée de Lettres de Marguerite Comteſſe de Flandres, de l'année 1213 portant confirmation d'une acquiſition faite par l'Abbaye de Doeſt de 1300 bonniers de terre. Vide Miraeum pag. 1322.

Copie collationnée de Contract de vente faite en l'année 1293 par Guy Comte de Flandres, au profit de l'Abbaye de Doeſt, de 25 bonniers de terre ſituez en Chaſtellenie de Hulſt.

Copie collationnée de Contract de vente faite par le Receveur du Comte de Flandres, au profit de ladite Abbaye de Doeſt, de 75 bonniers de terre, de l'année 1296.

Memoire de la quantité des biens appartenans à ladite Abbaye de Doeſt.

Requeſte preſentée au Conſeil par leſdits Religieux Abbé & Convent de Noſtre-Dame des Dunes eſtablis à Bruges, employée pour reponſe aux contredits dudit Dom Terraſſe & de ſes adherans, & pour contredits contre ladite production nouvelle, au bas eſt l'Ordonnance du Conſeil du 24 Avril 1683 qui donne Acte de l'employ, au ſurplus en jugeant, ſignifiée le 27 deſdits mois & an.

Autre Requeſte preſentée au Conſeil par leſdits Religieux, Abbé, Prieur & Convens des Dunes eſtablis à Bogard, employée pour réponſes & ſalvations à la Requeſte de contredits deſdits Ab-

bé

bé & Religieux de Doeſt, du 17 Avril ; au bas eſt l'Ordonnance du Conſeil du 26 dudit mois d'Avril 1683 ſignée le 27 deſdits mois & an. Et tout ce que par les Parties a eſté mis, écrit & produit pardevers le Sieur Dugué de Bagnols Conſeiller du Roy en ſes Conſeils, Maiſtre des Requêtes Ordinaire de ſon Hôtel, Commiſſaire à ce deputé, Oüi ſon Rapport, après en avoir communiqué aux Sieurs Boucherat, Puſſort, Courtin & le Pelletier Conſeillers d'Eſtat Ordinaires, auſſi Commiſſaires à ce deputez, & tout conſideré.

Le Roy eſtant en ſon Conſeil, faiſant droit ſur leſdites Requeſtes reſpectives, a Ordonné & Ordonne, que ledit Brevet du 25 May 1678 ſera rapporté ; & en conſequence, ſans s'arreſter audit Brevet, à tout ce qui s'en eſt enſuivi, ny aux Sentences dudit Sieur Abbé de Clairvaux, des premier Aouſt 1678 & 16 Mars 1681.

Fait Sa Majeſté tres-expreſſes inhibitions & deffenſes audit Dom Terraſſe, de ſe dire ny qualifier Abbé des Dunes, ny de troubler leſdits Abbé & Religieux de Bruges, en la jouiſſance de ladite Abbaye de Noſtre-Dame des Dunes transferée en ladite Ville de Bruges : condamne Sa Majeſté ledit Dom Terraſſe à la reſtitution des Fruits & revenus provenant de ladite Cenſe de Bogard, deſquels il ſera tenu de rendre compte, ſçavoir audit Sieur Abbé, pour ceux par luy perceus avant ledit Brevet du 25 May 1678 & pour ceux perceus depuis, ledit Dom Terraſſe en rendra pareillement compte audit Sieur Abbé, pardevant le Sieur le Pelletier Intendant à l'Iſle, que Sa Majeſté a commis à cet effet. Lequel en cas de conteſtation, en dreſſera ſon Procez verbal, pour iceluy enveyé au Conſeil avec ſon advis, y eſtre fait droit auſſi qu'il appartiendra.

Ordonne en outre Sa Majeſté, que les Religieux admis à la Profeſſion, ou au Noviciat par ledit Dom Terraſſe, depuis ledit Brevet du 25 May 1678 ſe retireront par devant ledit Sieur Abbé de Clairvaux, pour leur eſtre pourvû ainſi que de raiſon, dépens compenſez.

Fait au Conſeil d'Etat du Roy, Sa Majeſté y eſtant, tenu à Verſailles le vingt-uniéme jour de Juillet mil ſix cens quatre-vingt-trois

Signé, LE TELLIER.

LOuis par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, au premier Huiſſier ou Sergent ſur ce requis :

Nous te Mandons & commandons par ces preſentes ſignées de nôtre main, que l'Arreſt cy-deſſus attaché ſous le Contreſeel de notre Chancellerie ce jourd'huy donné en noſtre Conſeil d'Etat, Nous y eſtant, tu ſignifie à tous qu'il appartiendra, à ce qu'aucun n'en pretende cauſe d'ignorance, & faſſe au ſurplus pour l'entiere execution d'iceluy, tous Exploits, Significations & autres Actes requis & neceſſaires, ſans pour ce demander d'autre congé ny permiſſion, car tel eſt Noſtre plaiſir.

Donné à Verſailles le vingt-uniéme jour du mois de Juillet, l'an de grace mil ſix cens quatre-vingt trois, & de Noſtre Regne le quarante-uniéme.

Signé, LOUIS, & plus bas, par le Roy, LE TELLIER, & Scellé du grand Sceau de cire jaune & Contreſcellé.

CAPUT CXCII.

Brevia Clementis XI. Pontificis ad Renatum Franciſcum de Beauveau Tornacenſem Epiſcopum, & ad Capitulum Cathedrale Tornacenſe anno 1711, quibus hunc hortatur ad reſidentiam, iſtis vero mandat ut non recipiant Nominatos ab Acatholicis ad Præbendas ſuæ Eccleſiæ.

Venerabili Fratri Epiſcopo Tornacenſi Clemens Papa XI.

VEnerabilis Frater, ſalutem &c. Convertentes identidem pro muneris noſtri debito ſollicitudinis noſtræ oculos ad Diœceſim Tornacenſem, zelo ac vigilantiæ Fraternitatis tuæ dudum commiſſam, dum eam modo conſpicimus hinc tanti Paſtoris præſentiâ deſtitutam, inde vero expoſitam, ac quodammodo relictam, atque permiſſam poteſtati atque arbitrio eorum, qui à Catholica veritate diſſentiunt, cogimur timere tum Gregi illi, tum Tibi ipſi, tum demum Nobis, ſi vocem diutius contineamus.

Gregi quidem, quem in magno amittendæ rectæ diſciplinæ, imo ſanæ doctrinæ & Catholicæ veritatis periculo conſtitutum eſſe advertimus; Tibi vero, nedum ob ſummam tuæ authoritatis omniſque Eccleſiaſticæ Juriſdictionis perturbationem, quam in eas partes audivimus induci in præſens ab Acatholicis, ſed quia ut moleſtum, ita ſane parum tibi tutum credimus abeſſe, hoc potiſſimum tempore, à conſpectu atque cuſtodia tuarum Ovium, quarum rationem à Te exquirendam, optimè omnium intelligis;

Nobis demum, qui cum jubeamur à Chriſto Domino confirmare Fratres noſtros, immunes non diceremur à culpa, ſi negligeremus Officium noſtrum, aut ſi quid ſcientes omitteremus, quod ad promovendam ſpiritualem fidelium illorum ſalutem pertineret.

Etſi autem perſuaſum Nobis ſit, non leves eſſe cauſas, quæ te cæteroquin paratum atque cupientem Eccleſiam tuam adire, iſthic detinent, cum præſertim id ſine multo tuæ Dignitatis & Eccleſiaſticarum rationum diſpendio fieri non poſſit; pro tua tamen præſtanti prudentiâ facile expendes, utrum hæc hujuſmodi ſint, quæ, ſi conferantur cum irrefragabili præcepto paſcendi oves, ac pro illis animam ponendi divinitus Paſtoribus injuncto, Te ab hac ſollicitudine abſolvere poſſint.

Nos ſane, quemadmodum de alacritate tuæ voluntatis in perficiendis tui muneris partibus nullo modo ambigimus, ita de eximia Chriſtianiſſimi Regis pietate præclarè ſemper ſentimus, ac confidimus ejus authoritate nullâ morâ remotum iri quidquid obieis atque difficultatis interponitur, quominus Fideles quibus præes, opportunâ & præſenti ope ſolari valeas, prout fuſius à Venerabili Fratre Auguſtino Archiepiſcopo Amaſiæ Nuncio Noſtro percipiet Fraternitas Tua, cui Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ &c. die XXVIII. Februarii M. D. C. C. XI.

Dilectis filiis Capitulo & Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis. Clemens PP. XI. Brevi II.

DIlecti filii Salutem &c. Conſili, nullum unquam caſum nullamque temporum ac rerum vicem reſtinxiſſe in cordibus veſtris fervorem illius zeli, quo vos in ſortem Domini vocatos intimè incendi decet ac oportet, pro tutela divini honoris ac pro indemnitate Eccleſiaſticæ Juriſdictionis ac dignitatis, hortamur vos vehementer, ac pro munere & Jure noſtro nec non paternæ quâ in vos fumus, Charitatis noſtræ magnitudine, monemus, ut pro virili curetis ac ſedulo caveatis, ne ullum iſthic detrimentum Catholicæ Religionis Cultus & Eccleſiaſticæ diſciplinæ obſervantia patiatur, neque de ſacris diviniſque rebus atque de Eccleſiaſticis Præbendis quidquam Laicâ Authoritate conſtituatur.

Quoniam enim audivimus, nonnullos ad conſovendum ſunm ambitum, his mediis plane incompetentibus adhibitis enraſſe Eccleſiam non per oſtium, hoc eſt per Canonicam Inſtitutionem, ingredi, ſed in eam per vim irrumpere, ac Præbendis iſtius Eccleſiæ potiri, atque inter vos conſidere; Nos inhærentes Authoritati Generalium Conciliorum, Sacrorum Canonum & Apoſtolicarum Conſtitutionum facere non poſſumus, quin pro debito officii noſtri vos admoneamus, nulliter ac perperam id attentari, eoſque qui Laicæ poteſtatis præſidio ſimilia obtinere ſive potius occupare cootendunt, nullum prorſus jus in Præbendis neque in eorum fructibus acquirere: quinimo ipſos Canonicis pœnis atque Cenſuris utpote invaſores bonorum ac Jurium Eccleſiæ irretitos eſſe.

Veſtrum itaque erit, ab omni actu atque aſſenſu, qui ad eorum receptionem pertineat abſtinere, ne eos confovendo atque juvando in ejuſdem crimiuis ac pœnæ conſortium in-

eidatis. Quod à virtute ac filiali veſtra in nos & in Apoſtolicam Sedem devotione metuendum eſſe non videtur, dilecti filii, quibus Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die vigeſimâ octavâ Februarii M. D. C. C. XI. Pontificatûs noſtri anno undecimo.

III. Brevi. *Dilectis Filiis, Vicariis Generalibus in Civitate & Diœceſi Tornacenſi. Clemens Papa XI.*

Dilecti filii ſalutem &c.

Sine multa ſolicitudine eſſe non poſſumus de regimine iſtius Eccleſiæ, quæ etſi à Vobis ad gerendas abſentis Epiſcopi partes delectis, impigrè & eâ quâ par eſt ſedulitate ac zelo obiri arbitremur, quia tamen à Fœderati Belgii Statibus, qui iſthic in temporalibus publicâ autoritate præſunt, attentari res ſacras, apponique manus ad ſacerdotia etiam præcipuas iſtius Eccleſiæ audivimus, quaſi ipſi in ea Jura ſucceſſerint, quæ ab Apoſtolicâ Authoritate Regiis Perſonis ſub certis legibus, ac potiſſimum quamdiu in obedientia hujus Stæ. Sedis permanſiſſent, indulta ſuiſſe noſcuntur, aut quaſi Eccleſia iſta habenda ſit tanquam Paſtore deſtituta; facere non poſſumus, quin Vos magnopere hortemur & admoneamus, ut ſerio advertatis, ne præjudicium ullum ipſi Eccleſiæ inferatur, ac ut, quantum in Vobis erit, obſiſtatis, aut ſaltem nullo modo conſentiatis, ut qui Laïcorum hujuſmodi præſidio Præbendas ac Dignitates iſtius Eccleſiæ occupare conantur, deteſtabilis ambitûs, ac pravi ſui voti compotes efficiantur.

Etſi autem Vobis ſatis perſpectum eſſe exiſtimemus, nullo fundamento niti, quæ de tranſlato cum temporalibus Epiſcopi bonis, fiſco, ut præfertur adjudicatis, Jure conferendi beneficia, aut quæ de extenſione Apoſtolici Indulti circumferuntur, indubiis tamen Juribus deſignari, comprobarique Vobis curabimus, quantum hæc omnia nedum à Canonicis Sanctionibus, ſed à quocumque jure omnique æquitate abhorreant.

Quamobrem veſtrum eſt, libertatem ac jura iſtius Eccleſiæ conſtanter tueri: quo nomine nec meritum apud Deum, nec peculiaria Paternæ charitatis argumenta Vobis decrunt, Dilecti filii; quibus Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ &c. die 28 Februarii M. D. C. C. XI.

Venerabili Fratri Epiſcopo Tonacenſi. IV. Brevi. *Clemens PP. XI.*

Venerabilis Frater, ſalutem &c.

Juſtum fuiſſe timorem noſtrum, quo vehementer urgente paulò ante ſcripſimus ad Fraternitatem tuam, valde metuendum eſſe, ne Te abſente hoc potiſſimum tempore à Tua Diœceſi, grex tibi commiſſus magnum ſpiritualis ſalutis periculum incurreret, heu nimium probavit eventus.

Vix enim id tibi denunciavimus, cum Nobis innotuit, nonnullos Civitatis Inſularum, perplures vero finitimarum eidem Civitati partium impegiſſe ſuo malo in laqueos iniquitatis, & relictâ Catholica Religione ad execrabilem Calviniſtarum ſectam tranſiiſſe.

Sine intimo dolore, & noſtri cordis amaritudine, ac ſine lacrimis excogitari à Nobis non poteſt accidiſſe, quod verebamur. Ecquis modo raptas abductaſque oves à faucibus luporum eripiet? Quis reliquarum ſecuritati atque indemnitati proſpiciet, vigentibus ibi adhuc eiſdem inſidiis, extantibus eiſdem pravitatis exemplis, ac proſequente, ut credere eſt, inimico homine in ſtudio diſſeminandi in illis partibus errorum zizania?

Non eſt interim, cur Te probè conſcium, quæ ſint tui muneris partes, multis modò moneamus, quid in tanto tui gregis diſcrimine Te Paſtorem facere oporteat. Confidimus enim nihil omnino obfuturum, quominus debito zelo & Paſtoralis ſervore charitatis incenſus illuc convoles, ut repetas ea, quorum Tibi Paſtorum Paſtori ratio eſt reddenda.

Plura de ſollicitudine, in qua propteres, & quidem meritò verſamur, à Venerabili Fratre Auguſtino Archiepiſcopo Amaſiæ Nuncio noſtro percipiet Fraternitas tua, cui Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XIV. Martii M. D. C. C. XI. Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Urbs Tornacenſis, quæ à 42 reſtro annis Ludovico XIV Galliæ Regi paruerat, anno 1709 victricibus Fœderatorum Principum armis fuit expugnata. Epiſcopus tunc præerat Illuſtriſſimus Dominus Renatus Franciſcus de Beauveau, antea Bajonenſium in Vaſconia, dein ab anno 1708 Tornacenſium Præſul. Qui tandem anno 1715 Epiſcopatum hunc in manus ſummi Pontificis reposuit, in favorem Illuſtriſſimi D. Joannis Ernesti à Bavaria Comitis de Leeuweſteyn. Ipſe vero à Rege Galliæ deſignatus fuit Archiepiſcopus Tholoſanus, ac dein Narbonenſis.

Interea varii per Status Hollandiæ Collationem Præbendarum in Cathedrali Tornacenſi obtinuerunt; contra quos per hæc Brevia ſeſe oppoſuit Clemens XI. Pont. max. atque imprimis contra Erneſtum Ruthdans, Presbyterum Vervienſem, Canonicum Eccleſiæ Stæ. Gudilæ Bruxellis, qui pari viâ per Acatholicam poteſtatem dignitatem Decanalem in Eccleſia Tornacenſi obtinuerat.

V. Bzovi. *Dilectis Filiis, Capitulo & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Tornacensis. Clemens PP. XI.*

Dilecti filii, salutem &c.

Præcipuo animi nostri gaudio ex ipso rumore huc allato percepimus, Vos singulari zelo, & eâ quâ decuit, & oportuit constantiâ, jurisdictionem ac libertatem Ecclesiæ adversus eos asseruisse, qui incompetenti prorsus, hoc est, Laicâ, imò etiam (quod iniquius est) Acatholicâ potestate freti, Jus ac facultatem nominandi, seu conferendi, etiam Sede Episcopali plenâ, in Præbendis, Beneficiis ac Dignitatibus istius Ecclesiæ usurpare nitebantur, quorum conatus exclusos repulsosque à Vobis fuisse per actus Capitulares diebus 23 Februarii & 5 Martii isthic habitos audivimus.

Cum vero pro debito filialis Vestræ in nos observantiæ & devotionis, sensum atque oraculum eâ in re nostrum exquirendum esse eâdem occasione per Vos pariter, ut fertur, constitutum fuerit: Nos etsi satis superque omnibus compertum sit, quid justitia, quid æquitas ipsa, nedum Ecclesiasticæ leges, in tam manifesta Catholicæ disciplinæ, ac proinde Religionis perturbatione reposcant; desiderio tamen ac petitioni Vestræ annuentes, declaramus Jus legitimæ collationis, provisionis seu nominationis ad quæcumque Beneficia, Canonicatus, Præbendas, Dignitates & ad quoscumque Ecclesiasticos titulos nemini competere unquam posse, præterquam Ordinario Collatori, sive hoic S. Sedi, aut iis, quibus ab eadem Sede specialiter fuerit indultum, juxta SS. Canonum, Conciliorum, Summorumque Pontificum Prædecessorum nostrorum Decreta, atque Constitutiones, ita ut nulli prorsus ipso jure, irriti & inanes, nulliusque roboris & effectûs fiat quicumque actus provisionis ab alia quacumque potestate initi, qui spoliativi & intrusivi esse dignoscuntur, ac ut tales perpetuò censeri debent.

Confidimus autem, neminem ex Vobis fore, qui sui debiti suæque salutis tam immemor sit, ut hujusmodi attentata confovere atque promovere audeat. Si qui tamen privatis studiis abrepti, aut quovis modo decepti atque obcæcati invadentibus sacra Ecclesiæ jura adhæserint, eisque obsecundare atque favere præsumpserint, sciant se in pœnas per SS. Canones & Apostolicas Constitutiones adversus perturbatores Ecclesiasticæ Jurisdictionis inflictas incidisse. Quibus etiam irretitos se esse noverint omnes & singuli, qui a præfatis Laicis, præfatis titulis sibi provideri, atque io eos intrudi curaverint, sive etiam consenserint.

Quamobrem vestrum est, in eodem proposito repellendæ vis illatæ rebus sacris persistere: ut pro merito amplam à Deo mercedem assequamini, & respondentem Vestræ in Nos & in Apostolicam Sedem devotioni gratiam apud Nos ineatis, Dilecti Filii, quibus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 21 Aprilis 1711 Pontificatûs nostri anno undecimo.

CAPUT CXCIII.

Breve Benedicti XIII. Pont. Maximi ad universos Catholicos in Fœderato Belgio commorantes, quo electionem Cornelii Steenhovii Pseudo-Archiepiscopi Ultrajectini, à Clero Jansseniano ibidem attentatam, irritam, ejusque consecrationem execrandam declarat; anno 1725.

Dilectis Filiis Universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus. Benedictus PP. XIII. Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Qua sollicitudine ad animarum vestrarum salutem hæc Sancta Sedes advigilet, quove studio curet & nitatur, ut adversùs insidias diaboli nulla vobis desint sanæ doctrinæ, salutaris disciplinæ & vigilantiæ pastoralis præsidia, jam assiduis hactenus argumentis exploratum Vobis esse non dubitamus.

Hæc ipsa tamen doloris acerbitas, quâ gemitus nostros ad Vos deferre, mœroris causas iteratis questibus replicare, & recentibus scandalis obviam ire compellimur, novum Vobis, nec obscurum esse debet paternæ nostræ caritatis testimonium.

Nostis autem dilecti Filii, quibus artibus pravæ doctrinæ semina spargere molientes dissensionis Filii, non solùm catholico nomine, sed pastoralium etiam munerum inductâ larvâ, & confictis Ecclesiastici Ministerii titulis abutentes, ad animarum curam, & Sacramenta administranda obrepere aut irrumpere tentaverint. Sed superbia eorum, quæ ascendit semper, eò demum temeritatis evasit, ut postquàm à septem Clericis, qui Canonicorum nomen jactabant Ultrajectini Capituli, quod jam ante annos abhinc plures supra centum intercidit, perperàm ac temerè facta esset die XXVII. mensis Aprilis anno anno M. D. C. C.

C. XXIII. Electio Cornelii Steenhoven turbulentæ factionis antesignani, & Ecclesiasticis censuris obstricti in Archiepiscopum Ultrajectinum, quamquàm ab hac Sancta Sede rejectam ejusmodi Electionem certò & palàm resciviſſent, curarunt tamen atque effecerunt, ut eidem Cornelio die XV. mensis Octobris anno M. D C. C. XXIV. Apostolicâ Auctoritate, & Sacrorum Canonum contemptis regulis, per detestabilem, ac sacrilegam manuum impositionem Episcopalis consecrationis munus traderetur. Nc autem factiosorum conatus ullâ pravitate vacarent, Consecratio peracta est à Dominico Maria Varlet Episcopo Babylonensi jam ab exercitio Episcopalis Ordinis suspenso, ejus suspensione per Litteras Sacri Cardinalium Collegii apud Vos typis impressas publicè denuntiatâ. Sed ad hæc inde etiam cumulus perversitatis acceſſit, quod memoratus Episcopus Babylonensis, minimè assistentibus ex præscripto Sacrorum Canonum duobus aliis Episcopis, nullâque Apostolicâ dispensatione suffultus, solus antedictum Cornelium consecrare ausus fuerit.

Ut igitur pro nostræ servitutis officio opportuna remedia tantis scandalis adhibeamus, Auctoritate Apostolicâ tenore præsentium decernimus & declaramus, tam electionem ejusdem Cornelii in Archiepiscopum Ultrajectinum fuiſſe irritam, ac prorsus nullam, quam ejus Consecrationem fuiſſe omninò illicitam & execrandam, ac proinde ipsum temerè, nulloque jure electum Cornelium omni Ecclesiasticâ & Spirituali Jurisdictione pro animarum regimine carere, atque illicitè consecratum ab omni exercitio Episcopalis Ordinis esse suspensum.

Mandamus propterea, districtèque interdicimus memorato Cornelio sub pœna Excommunicationis, ipso facto sine aliâ declaratione incurrendæ, ne audeat Pastores, Missionarios, Ministros, aut alios quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem quovis etiam necessitatis prætextu constituere ac deputare.

Simul etiam palàm edicimus & declaramus, omnes & singulas prædictorum officiorum deputationes pro animarum regimine quocumque nomine factas, aut forsan faciendas, cum omnibus inde secutis, prorsus irritas esse, ac nullius roboris & momenti. Rursus eidem Cornelio præcipimus & inhibemus, ne sub simili Excommunicationis pœnâ audeat illicitè Sacramentum Confirmationis, aut Ordines conferre, aut quoquo pacto Ordinem Episcopalem, à quo suspensus est, exercere.

Vobis autem, dilecti Filii, graviter injungimus ac vetamus, ne antedictum Cornelium pro vero Archiepiscopo Ultrajectino habeatis & agnoscatis, neve cum eodem ullo pacto, præsertim in divinis, communicetis, aut ab ipso, vel ab aliis per ipsum perperam & inaniter deputatis, Sacramenta aut Ordines accipiatis.

Noverit enim qui Ordinibus initiatus ab ipso fuerit, suspensionis se vinculo constrictum, atque irregularitati præterea obnoxium, si susceptos Ordines exercuerit. Reliquum est, ut paternis curis nostris filialis obedientiæ, fideique vestræ officia respondeant. Nullum enim jucundius dolori nostro solatium afferri potest, quam ut intelligamus, Vos cautè ambulantes, non vocem alienorum audire, sed Pastorem sequi, & domum ædificare supra firmam Petram. Ac Vobis, dilecti Filii, Apostolicam benedictionem, quam cœlestis præsidii pignus, atque adversus potestates tenebrarum arma & scutum esse optamus, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXI. Februarii M. D. C. C. XXV. Pontificatûs nostri anno primo.

Sig. Carolus Archiepiscopus Emisſenus.

CAPUT CXCIV.

Breve Benedicti XIII. Pont. maximi ad universos Catholicos in Fœderato Belgio commorantes, quo electionem Cornelii Joannis Barchman in Archiepiscopum Ultrajectinum, à Clero Jansseniano attentatam, irritam, ejusque consecrationem sacrilegam declarat, anno 1726.

Dilectis Filiis Universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus Benedictus PP. XIII. Dilecti filii, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ut animarum vestrarum saluti & tranquillitati consuleret, atque Ecclesiasticam apud Vos concordiam unitatemque per paucos Ultrajectinos Clericos, nec Apostolicæ auctoritati, nec veritati acquiescentes, perturbatam atque difficilem restitueret ac refarciret hæc Sancta Sedes, fusis ad Deum precibus & lacrymis, cunctisque benignitatis, patientiæ, & doctrinæ experimentis, quod confractum erat alligare semper curavit, quod perierat quærere nunquam omisit. Sed dissensionis Filii sollicitudinem amantissimæ Matris suâ pervicaciâ repellentes, omnia medicinæ salutaris providæque curationis remedia in suum ipsorum perniciem converterunt, & inde graviora edide-

runt perverſitatis exempla, unde à viis ſuis peſſimis recedentes, emendare per pœnitentiam, quæ peccaverant, debuiſſent.

Paternis ſiquidem vocibus fel. record. Clementis Papæ XI. Prædeceſſoris noſtri obtemperantes aures ſuas, nullo jure tituloque ſuffulti, non ſolum animarum curam temerè arripere ac demandare perrexerunt, ſed eo etiam progreſſi ſunt, ut Cornelium Steenoven eligerent Ultrajectinum falſi nominis Archiepiſcopum. Deinde vero cum fel. itidem record. Prædeceſſor noſter Innocentius Papa XIII. eorum audaciam averſatus præpoſteram electionem promulgatâ ſententiâ rejicere paraſſet; Sacrum autem Cardinalium Collegium, vacante ob intervenientem ejus obitum hac Sancta Sede, per Litteras ad Bruxellenſem Internuntium datas, quæ idem Prædeceſſor noſter conſtituerat, pro ſuii miniſterii Officio præfeciſſet, eoſque à nefariis cœptis revocatum iri ſperaſſet; nullo ſalutari metu coerceri potuerunt, quo minus Pſeudo-Epiſcopo per execrabilem Sacrorum Canonum comtemptum ſacrilegas manus imponi curarent, & ſuſcepto ſacinori cumulum temeritatis adjicerent.

Novis rurſus biſce malis idonea Apoſtolicæ Auctoritatis remedia non defuerunt. Litteras enim ad Vos dedimus die XXI. menſis Februarii vergentis anni, quibus electionem omnino nullam, eamque Conſecrationem ſacrilegam declaravimus, ac deteſtati ſumus, Chriſtique fidelium ſcandala, Eccleſiæ detrimenta, divinamque indignationem ob oculos ipſis ponere non prætermiſimus; eo majorem in ſpem mox ingreſſi, quod brevi antedictum Cornelium, noſtra judicia palam parvi-pendentem Deus ultionum Dominus perditarum ovium rationem repetiturus morte multaſſet.

Sed illos pœnali cæcitate de malis in mala ruentes, ad novam deveniſſe reſcivimus electionem, prorſus nullam & irritam, ac ſubinde ad ſacrilegam itidem conſecrationem Cornelii Joannis Barchman ſuarum partium Presbyteri, cui inanem Arebiepiſcopi Ultrajectini larvam impoſuerunt.

Pacis itaque conſilia reſpuentes, & ſuâ pravitate præſidia ſalutis in venena vertentes, quibus ultra caritatis argumentis alliciamus, aut animadverſionibus exeitemus, Infamabilem planè eſſe fracturam eorum ingemiſcentes agnoſcimus, atque id demûm Nobis ſupereſſe, ut Catholicæ Matris ſinum dilacerare molientes, Apoſtolica judicia ſuperbè oppugnantes, atque huic Sanctæ Sedi contumaci inobedientiâ apertâque defectione rebelles, cum ipſos ad ſanam mentem reducere non poſſimus, ſaltem à lædendis aliis repellamus.

In dolore igitur cordis noſtri, quod Apoſtolicæ ſervitutis & canonicæ providentiæ ratio â Nobis poſtulat, non ſolum electionem memorati Cornelii Joannis Barchman inanem & omnino nullam, ejuſque conſecrationem ſacrilegam declaramus, rejicimus, ac deteſtamur; ſed & ipſum Cornelium Joannem, & qui eum ementito Canonicorum Ultrajectenſium nomine elegerunt Clerici, & qui ſacrilegæ conſecrationi operam commodarunt, & quicumque iiſdem adhæſerint, eorumque partes ſecuti, opem, favorem, auxilium aut conſenſum præbuerint, auctoritate omnipotentis Dei excommunicamus & anathematizamus, atque ab Eccleſiæ Communione ſegregatos & prorſus Sebiſmaticos habendos & vitandos eſſe declaramus, edicimus, & mandamus.

Hæc quidem Vobis, Dilecti Filii, & Apoſtolatûs quidem officio, ſed in amaritudine animæ tam ſollicitè graviterque denunciamus atque præſcribimus, quam anxiè paternèque ſalutem veſtram quærimus & curamus. Quæ Vos ea conſtantiâ ſtudioque ſervaturos confidimus, quo debetis ad vitanda æternæ mortis pericula vigilare, Diabolo inſidianti reſiſtere fortes in fide, atque in Carbedra unitatis, doctrinaque veritatis conſiſtere. Ac Vobis, Dilecti Filii, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die VI. Decembris M. C. D. CCXXV. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sig. CAROLUS Archiepiſcopus Emiſſenus.

Erectionem Archiepiſcopatûs Ultrajectenſis anno 1560, primorumque Archiepiſcoporum ſeriem, exhibui apud Miræum pag. 618 & ſequentibus, uti & Vicarios Generales & Apoſtolicos Provinciarum Belgii Fœderati; qui poſt interdictum Catholicæ Religionis exercitium, Pontificiâ authoritate & non contradicentibus Fœderatis Belgii Ordinibus, ſucceſſerunt.

Vide Miræum pag. 624.

Horum ultimus fuit JOANNES VAN BEYLEVELT, anno 1717 deſignatus; qui obiit Arnhemii in Gelria die 21 Januarii 1727.

Interim Janſenianæ ac Queſnellianæ factionis Presbyteri, propriâ authoritate ſibi conſtituerunt duos ſucceſſivè Archiepiſcopos.

I. CORNELIUS STEENHOVEN, Amſteloda- menſis &c. à prætenſis Capitularibus Ultrajectinis electus, abſque ulla Confirmatione Apoſtolicâ obtentâ, conſecratus fuit 15 Octobris 1724 per Dominicum Mariam Varlet, Gallum, Epiſcopum Babyſonienſem, excommunicatum, apud Batavos commorantem, aſſiſtentibus duobus Presbyteris, Joanne Chriſtiano Van Erckel, & Guilielmo Frederico Van Dalenoort, prætenſi Ultrajectenſis Capituli reſpectivè Decano & Officiali. Obiit Steenhovius Lugduni Batavorum die 5 Aprilis 1725 ætat. 64 ann.

II. CORNELIUS JOANNES BARCHMAN, Ultrajectinus, J. U. L. eodem modo electus, ac conſecratus per ſupra memoratos, die Maii 17 1725.

DIPLOMATUM
BELGICORUM COLLECTIONIS NOVÆ,
PARS TERTIA.

Acta Romæ in cauſa Erectionis novorum Epiſcopatuum in Belgio, per Reverendum D. Franciſcum Sonnium, S. Theologiæ Doctorem Lovanienſem, Philippi II. Hiſpaniarum Regis Deputatum, dein primum Epiſcopum Sylvæducenſem ac Antverpienſem, è Codice ejus Manuſcripto fideliter edita

CAPUT PRIMUM.

Proœmium, exhibens Statum Eccleſiaſticum Belgii ante annum 1559, ſive ante Erectionem novorum Epiſcopatuum.

BElgium, inter cæteras Europæ Regiones non infima, ſeu numerum Incolarum ac multitudinem Urbium (numerat enim Urbes facile 200, Municipia Urbibus ſimilia 150, & Pagos ultra 6300 diviſos per XVII. Provincias) ſeu ſitûs amœnitatem, gerendiſque commerciis opportunitatem conſideres, antiquitùs non niſi quinque Epiſcopatus, Cameracenſem, Tornacenſem, Atrebatenſem, Ultrajectenſem ac Morinenſem, nullum verò Archiepiſcopatum complectebatur.

Cumque hæc paucitas Epiſcoporum ſplendori harum Provinciarum non parum detraheret, multique alii Præſules extranei, Colonienſis, Trevirenſis, Leodienſis, Monaſterienſis, &c. non parvam Belgii portionem ſuæ juriſdictioni ſubjectam poſſiderent, nec tamen unquam viſitarent (unde non modici abuſus ſenſim invebebantur) ſeriò ſæpius egerunt Principes Belgii, ut per Apoſtolicam Authoritatem novi aliquot Epiſcopatus erigerentur.

Sic anno 1332, dum ſederet Avenione Joannes XXII. Pont., Joannes III. Brabantiæ Dux, exacerbatus in Adolphum à Marka Leodienſem Epiſcopum, quocum in continuis fuerat bellorum diſſidiis, Legatos ad ſanctam Sedem miſit, petens, ut factâ ſeparatione ab Epiſcopatibus Leodienſi & Cameracenſi, de ſuis terris omnibus nova Diœceſis, cum novo Epiſcopo conſtitueretur. Vide Narrationem hujus facti in Hiſt. Epiſcoparus Leod. apud Chapeaville Tom. II. pag. 409 & 410.

Sed nihil à Papa obtinere potuit: obſtabat ſiquidem Carolus cognomento *Pulcher* Rex Galliæ, cujus Protectioni vel Advocatiæ ſuberat Cameracum. Quin & Epiſcopus Leodienſis eidem Regi fœdere junctus, Legatos ſuos miſit ad Pontificem, qui omnes conatus Ducis Brabantini everterunt: eò magis, quod plerique Cardinales & Prælati Curiæ, dignitates pinguiores in ambabus Eccleſiis, Leodienſi ſcilicet ac Cameracenſi obtinerent.

Poſtmodum Philippus Bonus Burgundiæ Dux, qui omnium primus Belgii Provincias antea ſub variorum Principum Imperio diviſas, partim jure hæreditario, partim jure emptionis, partim quoque titulo protectionis ſibi ſubjecit, conſilium iniiſſe dicitur, de erigendis novis in Belgio Epiſcopatibus.

Quippe ſolum habebat ſibi in tot Provin-

ciis ſubjectum Epiſcopum Atrebatenſem, Ultrajectenſis enim gaudebat adhuc ſupremo dominio, eratque Princeps Imperii. Epiſcopi verò Cameracenſis, Tornacenſis ac Morinenſis erant ſub Advocatia, Protectione & quaſi dominio Regis Galliæ.

Verùm perficere rem eam Dux Philippus, morte præventus anno M. CCCC. LXVII. haud potuit; multò minùs ejus filius Carolus, cognomento *Audax*, bellis nimiùm intentus. Intendebat ille primò Provincias Belgicas unà cum Burgundia in Regnum erigere, Regiſque titulum atque Inveſtituram ſibi à Frederico IV. Cæſare conferri ardenter poſtulabat. Quæ res ubi in moras trahitur, Princeps iſte augendarum ditionum avidus, Helvetos ac Lotharingos bello aggreditur, ac tandem in prælio ad Morathum cæſus occubuit anno 1477.

Carolus V. Cæſar ac Belgarum Princeps neceſſitatem conſtituendi novos in Belgio Epiſcopos, eò magis agnovit, quod in locis plurimis jam modò invaluiſſet virus hæreſeon Lutheri atque Calvini, pluresque illarum lectarum fautores ac Prædicutii ex Galliâ ac Germaniâ clanculum in Belgium irrepſiſſent, ut plebem ad nova audienda prurientem corrumperent.

Conſtituti quidem erant Authoritate Pontificiâ ac Cæſareâ in qualibet antiqua Diœceſi Ioquiſitores in hæreticam pravitatem, iique paſſim S. Theol. Doctores ex Univerſitate Lovanienſi, vel S. Theol. Magiſtri ex Ordine FF. Prædicatorum. Illi verò ſuum ſtrenuè peragentes officium, plures Bruxellis, Antverpiæ, Valencenis, & in Hollandia hæreticos ad graviſſimas pœnas condemnarunt: ita ut etiam multi in hæreſi pertinaciores utriuſque ſexûs, flammis publicè traderentur; ſed non ſatis magna erat eorum authoritas, ut ingraveſcentibus malis validum repagulum opponerent.

Unde qui rem penitiùs introſpiciebant, ſignanter Viglius Zuichemius Sanctioris Concilii Præſes, & Ruardus Tapperus celeberrimus S. Theol. Doctor in Academia Lovanienſi, Carolum Cæſarem hortari non deſinebant, ut novorum Epiſcopatuum Erectionem à ſancta Sede quantociùs expoſtularet.

Verum Princeps ille, cæteroquin avitæ Religionis tuendæ zeloſiſſimus, bellis continuis tum contra Regem Galliæ, tum contra Proteſtantes Imperii Principes agitabatur. Quin etiam modò Cardinalis à Marca, modò Georgii ab Auſtria Patrui Nothi, Epiſcoporum Lendienſium gratiâ atque authoritate impeditus, poſtremò multis laboribus & ærumnis fatigatus, & morbo articulari, qui corpus ejus ſenſim conſumebat, graviter afflictus, coacto Bruxellis omnium Belgii Ordinum Conventu, die 15 Octobris M. D. LV. Belgium Burgundiamque in Filium ſuum Philippum tranſtulit; ac dein reliqua quæ in Europa Induſque tenebat Regna, ſubſequenti die XVII. Januarii M. D. LVI. in eundem omnia, excepto Imperiali diademate tranſcripſit.

In hiſce celeberrimis Comitiis, Imperator graviſſimam ad omnes edixit Orationem, quâ nihil æquè commendabat, atque conſtantiam in fide Catholica, ſi quiete ac feliciter vivere, nec omnia perturbari, ac ſurſum deorſumque moveri, neque ad extremas calamitates redigi vellent. Conqueſtus interim graviter, quod æmulatio Gallorum aliorumque effeciſſet, cur inſtitutum ſuum pacificandæ turbatæ paſſim per ſectarios Chriſtianæ Reipublicæ, tenere ac proſequi, atque ad optatum finem perducere non potuiſſet. Haveus. de Erect. novorum Epiſcopat. in Belgio.

Rebus igitur ſic conſtitutis anno M. D. LVI. circa Kalendas Septembres in Zelandiam Imperator proficiſcitur, & faventem navigationi ventum nactus, filio Philippo valedicit: verbiſque poſtremis ei conſervationem Religionis Catholicæ in Belgio & negotium novorum Epiſcopatuum inſtituendorum ſeriò iterùm commendat: præcipiens, ne novarum Religionum ullam in ſuis Regnis nidificare radiceſque agere permittat, ni rerum omnium ac fortunarum ſuarum turpiſſimam jacturam facere patique, ac potentiſſimæ Monarchiæ tanto cum ſudore à ſe ſuiſque Prædeceſſoribus partæ ruinam, ſummo cum dedecore & ignominia cernere velit.

Tum dato cum lacrymis oſculo, & valedicens Ordinum Proceribus, Oratoribuſque Principum, die XV. Octobris navem conſcendit, ac ſublatis velis, ſecundo vento in Hiſpaniam navigavit, receſſurus ad Hieronymitanum Cœnobium Sti. Juſti, in finibus Luſitaniæ ac Caſtellæ, ubi reliquos vitæ dies dulci meditatione ſanctiſque exercitiis privatus tranſegit, atque exacto pœnè biennio, die XXI. Septembris M. D. LVIII. beato fine complevit, annos natus quinquaginta octo.

Poſt hæc Philippus Rex, ultimam Parentis ſui voluntatem executurus, Sanctioris ſui Concilii Senatores quoſdam nominavit (inter quos Præſes Viglius, Philippus Nigrius, & Antonius Perrenottus Epiſcopus Atrebatenſis præcipui erant) qui negotio novorum Epiſcopatuum diligenter incumberent, ac Belgium in certas Diœceſes diſtribuerent, oppidaque Eccleſiis Cathedralibus convenientia, & ipſis dotes ſufficientes attribuerent.

Miſſi ſunt ad eum finem per ſingulas Provincias Viri prudentes ac docti, qui de Statu Eccleſiaſtico uniuscujuſque regionis, ſingulatim, de privilegiis atque exemptionibus Eccleſiaſticorum, de numero ac dignitatibus Canonicorum in Capitulis, de valore Abbatiarum ac Præbendarum, de diſtantiis Urbium, multitudine ac nominibus pagorum exactè perſcrutarentur, omniaque ſcripto ad Aulam referrent.

At ſimul mandabatur illis ſcrutatoribus, ut non minùs occultè quam diligenter hoc negotium pertractarent: clàm Archiepiſcopis

Co-

Colonienſi ac Trevirenſi, atque Ultrajectenſi ac Leodienſi Epiſcopis, aliiſque nonnullis; ipſis etiam Statibus Provincialibus inſciis, ne aliàs totum turbaretur.

Vide Acta hujus ſuppreſſionis ſupra pag. 232 & ſequentibus.

Concurrebant plures aliæ pro dictâ erectione opportunitates: ſiquidem ab anno 1553 extinctus fuerat Epiſcopatus Morinenſis, expugnatâ per Cæſarem ac ſolo æquatâ Urbe ejus principali Teruanâ, factâque dein inter Commiſſarios Hiſpaniæ ac Franciæ Regum partitione bonorum Eccleſiaſticorum hujus antiquæ Diœceſios: & uti paulò poſt ex parte quæ Regi Galliæ obtigerat, erectus fuit Epiſcopatus Bononienſis in Gallia, ita viciſſim Regi Hiſpaniæ relinquebantur proventus ſufficientes, ut in ſuis terris unus vel alter Epiſcopatus erigeretur.

Vacavit quoque Epiſcopatus Cameracenſis ab anno 1556 per obitum Roberti de Croy, & brevi vacaturi erant Epiſcopatus Ultrajectenſis ac Tornacenſis, quorum Præſules Georgius Egmondanus & Carolus de Croy erant provectæ admodùm ætatis. Atrebatenſis vero Epiſcopus Antonius Perenottus ad ampliores dignitates propediem erat evehendus. Ita ſimul & ſemel in toto Belgio futuri erant novi Epiſcopi.

Facto demum Bruxellis maturo Statûs Eccleſiaſtici per præfatos Commiſſarios examine, conceptâque novarum Diœceſion deſcriptione per chartas geographicas, cum deſignationibus qualitatum, diviſionis, extenſionis, tam quoad ſpiritualia, quam temporalia uniuscujuſque Provinciæ, electus fuit anno 1558 Vir ſummæ capacitatis Franciſcus Sonnius, Buſcoducenſis, S. Theol. Doctor in Academia Lovanienſi, Cathedralis Eccleſiæ Ultrajectenſis Canonicus, ibique Inquiſitor Fidei Apoſtolicus ac Regius: ot concepium in Belgio efformatum, Pontifici ac Cardinalibus examinandum traderet, & Regio nomine Erectionem novorum Epiſcopatuum Romæ poſtularet.

Expenſas ad hoc iter neceſſarias, liberaliter ſuppeditavit Rex Catholicus, fecitque pro Sonnio expediri Litteras credentiales ac commendatitias, aliaque quæ pro re tam arduâ exequendâ requirebantur. Hæc omnia clariùs eluceſcent, ex Capitibus ſequentibus, ubi Iter Sonnii, ejus Commiſſiones, Epiſtolæ, Reſolutiones Cardinalium &c. ex ejus Manuſcriptis fideliter tranſcripſimus.

CAPUT II.

Inſtructio pro venerabili, nobis dilecto Domino Franciſco Sonnio Sacrarum Litterarum Profeſſore, & Canonico Eccleſiæ majoris Trajectenſis, de iis quæ in Curia Romana (ad quam eum mittimus) tam apud Sanctiſſimum Dominum Paulum ejus nominis Papam quartum, quam apud Eminentiſſimos & Illuſtriſſimos Dominos Cardinales & Commiſſarios ejuſdem Curiæ ſollicitare debeat vi Commiſſionis ſuæ.

Verba Decreti Regii.

I. PRæfatus Dominus Franciſcus Sonnius, poſtpoſitis aliis quibuſcumque negotiis, quam primum ſe huic itineri accinget, & ubi ad Urbem pervenerit, adibit noſtrum Oratorem, nec non Dominum Petrum Verſebe Præpoſitum Atrebatenſem, noſtrum ibidem Agentem.

Ac utrumque requiret, ut etiam Commiſſioni ſuæ cooperentur (quod ipſis etiam per noſtras Litteras mandatur) & aſſiſtant.

Ac deinde quoque Reverendiſſimo Domino Cardinali de Pacheco Ditionis noſtræ inferioris Germaniæ Protectori (ei item Litteras ad ipſum ſcriptas tradendo) ſummam ſuæ Legationis exponet. Et eorum conſilio & auxilio in negotiis hac Inſtructione contentis ad felicem finem dirigendis, & in aliis eorum favorem & authoritatem requirentibus, uti per omnia ſtudebit.

Cum autem (uti coram intellexit) potiſſima cauſa hujus Legationis ſit, pro obtinenda Epiſcopatuum diviſione, ac plurium Epiſcoporum ordinatione, Arebiepiſcoporumque quibus illi ſubjiciantur inſtitutione; exponet dictus D. Sonnius Sanctiſſimo Domino noſtro aliiſque quibus convenire videbitur, quod multâ opus ſit curâ ac ſollicitudine his difficillimis temporibus, ut populus in hiſce noſtris Regionibus Germaniæ, quæ ad ſectas deflexit, conterminis, & ad quas mercimoniorum cauſâ plurimi infecti quotidie confluunt, in fide & Religione Cathobca & Apoſtolica contineri poſſit.

Nec ignotum eſſe Sedi Apoſtolicæ, ſtudium in hoc hactenus tam per Cæſaream Majeſtatem Dominum & Genitorem noſtrum cariſſimum, quam per nos navatum.

Porrò cum præſentiſſimum contra hæreſes ſit remedium Paſtorum cura ac vigilantia, eorum præſertim qui Eccleſiaſticâ & Epiſcopali funguntur juriſdictione, accidere, tam propter latè diffuſas Epiſcoporum Diœceſes, quam quod major pars Belgicæ hujus noſtræ exteris

Archiepiſcopis & Epiſcopis ſubjecta eſt, ut ex eorum officio non magnum hæ Provinciæ fructum Epiſcopalis vigilantiæ recipiant, quam præſentium temporum pericula poſtulant: neceſſeque fuerit pro extirpandâ reprimendâque hæreſum zizaniâ Edictorum ſeveritate populum in officio continêre, & per Inquiſitores Apoſtolicos Epiſcoporum partes ſupplere

Verùm cum nomen Inquiſitoris à pleriſque in odium trahatur; nec in omnibus adeſſe locis poſſint, & magno ſumptu à nobis ſuſtineantur, exponet, à multis piis ac doctis Viris nobis ſuggeſtum eſſe conſilium, de augendo Epiſcoporum numero, dividendiſque Diœceſibus nimiùm amplis; eo tamen pacto, ut ſingulis Epiſcopis adjungatur Collegium eruditorum Virorum, quatuor aut quinque Theologorum & quatuor Juris-peritorum, quorum conſilio & auxilio utatur Epiſcopus in gubernanda Diœceſi ſuâ: ut Ditiones noſtræ inferioris Germaniæ ubique & Paſtores, & eruditorum Virorum copiam habeant præſentes, ad majorem Fidei & Religionis profectum.

Cui conſilio, tamquam congruo contra hæreſes remedio, nos haud illibenter aures præbuimus, atque in eo exequendo operam noſtram adhibêre parati eſſemus, quatenus Sedes Apoſtolica, de cujus poteſtate ea res pendet, ſuam authoritatem deſuper interponere non gravaretur.

Poterit autem præfatus D. Sonnius in explicando hoc conſilio declarare cauſſas aut rationes, quas priùs in ſcripto nobis exhibito latiùs complexus eſt. Et quoniam circa ipſam diviſionem, aliaque inde dependentia plurimæ occurrere poterunt difficultates, opus erit (obtento Sedis Apoſtolicæ aſſenſu) deputari Commiſſarios, qui novas Diœceſes diſtinguant, redditus atque proventus cuilibet Sedi deſignent, & cum iis quorum intereſſe poterit, quo Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni obtemperent, agant, poteſtatemque habeant reſecandi impedimenta, quæ quovis colore per refractarios quoidam fortaſſis objicientur.

Et quò idem D. Sonnius in re tam ſancta, piâ, ac neceſſariâ plures habeat adjutores, dabuntur quoque eidem Litteræ ad S. D. N & ad Cardinalem Caraffa, ac nonnullos alios Cardinales & Romanæ Curiæ Proceres. Et ſi Romæ agens compererit aliquorum favores novis litteris poſſe excitari vel comparari, de eo nos certiores facere poterit.

II. Ante omnia autem deſolatæ Eccleſiæ Morinenſi proſpiciendum eſt, quæ jam quatuor penè annis Epiſcopo & Sede caruit. De cujus diviſione proviſioneque jam dudum ac ſæpe apud Sedem Apoſtolicam actum fuit: ſed obtineri ea hactenus ob bellorum contradictionem non potuit. Ratio autem commodiſſima concordiæ foret, ſi ſua Sanctitas Comitatui Bononienſi, eique regioni quam Rex Francorum poſſidet, ſuam Sedem attribueret.

Vide Bullam in Miræo pag. 1102.

Et cum eadem Morinenſis Diœceſis latè ſe per Artheſiæ ac Flandriæ Comitatus nobis ſubjectos extendat, utrique proprium daret Epiſcopum: ita ut unus Flandrenſium Epiſcopus Ipris, Artheſienſium alter apud ſanctum Audomarum Epiſcopalem ac Cathedralem Sedem obtineret. Electione tamen relictâ Archidiacono Leodienſi D. Guilhelmo à Pictavia (qui per Cæſaream Majeſtatem ad Eccleſiam Morinenſem jam pridem fuit nominatus) quam ipſe Eccleſiam amplecti velit, ſive maluerit. Vide ſupra pag. 235.

III. Item cum ſub felicis recordationis Julio III. Pont. Max. impetrata fuerit Bulla viſitationis per Prælatos harum Ditionum nobis ſubjectarum, cum generali abrogatione authoritatis quorumcumque Superiorum ſub noſtra Ditione non habitantium, quæ tamen omnia Monaſteria non complectebatur, nec diſponebat de Monaſteriis Reformatis, ſupplicet nomine noſtro ſanctiſſimo Domino noſtro, ut Monaſteria ſita in terris noſtris hæreditariis inferioris Germaniæ, ab omni exterorum Prælatorum viſitatione, juriſdictione, & quâvis aliâ ſuperioritate eximat, eorumdemque Prælatis concedat, ut Prælatos Viſitatores in iiſdem Terris reſidentes eligere poſſint, ſecundum formam Litteris Julii deſcriptam, & cum eâdem poteſtate, quam eorum Superiores habere ſolent.

Æquum quippè eſt, ut hæ Provinciæ, quæ præ cæteris conſtantiſſimè hactenùs in Religionis Catholicæ cultu ac obſervatione perſtiterunt, & Monaſteriis omnis Ordinis abundant, ſuum in unoquoque Ordine habeant Superiorem, qui Monaſteriorum ejuſdem Ordinis directioni intendat: ne dum Germanica Monaſteria ab hæreticis occupantur, pleraque quæ fuerunt ſub eorum Viſitatione, in his Provinciis Viſitatoribus omninò careant; vel ne ſiqui adhuc ibidem ſuperſunt, cum Viſitationis fortaſſis officium exequi volnerint, plus vitiorum, quam correctionis adferant.

Et ne ab Gallorum quoque fraudibus timendum ſit ampliùs, qui harum Provinciarum ſecreta ſub Viſitationis prætextu exploratum ſæpè veniunt. Attento etiam, quod Gallica Monaſteria legitima Ordinum Capita ampliùs non habeant, primariæque nunc omnes Abbatiæ ejus Regni à Commendatariis occupatæ ſint.

IV. Inſuper ſupplicabit, ut per eandem Sedem Apoſtolicam nobis detur & concedatur facultas, nominandi certas perſonas Eccleſiaſticas in ſingulis Provinciis ſeu Diœceſibus, quæ authoritate Apoſtolicâ viſitent omnia exempta Collegia ſæcularia, tam in membris quam in capite, tam circa ſpiritualia quam temporalia.

Et etiam, prout Canones docent, ſtatuant & ordinent, quæ videbuntur pro Eccleſiæ dignitate, fundatione, & divinorum officiorum celebratione neceſſaria: & ea obſervari præcipiant ſub pœna ſuſpenſionis a fructuum perceptione ad tempus ſuo arbitrio declarandum: vel aliâ pœnâ, quæ ad emendationem delinquentium expedire judicabitur.

Et ſi hæc pœna non ſufficerit, transgreſ-

fores absque omni personarum acceptione beneficius privent, si infra tempus præfigendum non paruerint, nec se emendaverint. Et Collatori indicent ejusmodi privationem, ut taliter vacans Beneficium alteri conferat.

Idem petatur statui de illis qui dignitatem aliquam obtinent in aliqua Ecclesia sæculari, qui Visitatorum ejusmodi Statutis & Ordinationibus non paruerint.

Salvo tamen, quod dum putaverint ad privandum aliquem primâ & suprema dignitate in aliquâ Ecclesia Collegiata sæcularí esse procedendum, tunc antequam poterunt procedere ad privationem, teneantur causas communicare Nobis, aut aliis sublimibus personis solum Deum & justitiam præ oculis habentibus per nos deputandis, & cum illorum consilio & assensu procedere, prout causis & circumstantiis bene consideratis compererint expedire.

Et ut moneantur Ordinarii, ut in Ecclesias sibi subjectas & non subjectas idem Visitationis officium exerceant modo præscripto. Et si infra tempus præscriptum id vel non fecerunt, vel fecerunt negligenter, & defectum non emendaverunt, quod tunc dicti Sedis Apostolicæ Commissarii hoc quod illi facere neglexerunt faciant, & illorum suppleant negligentiam.

Et omnes qui in suis dignitatibus, vel Ecclesiis Parochialibus, vel Præbendis in Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis non residunt (exceptis his qui causâ studii vel aliâ legitima ex causâ à Sacrosanctis Canonibus approbatâ absunt ab iisdem) moneant peremptorie ut resideant, sub pœnâ suspensionis à fructibus, vel privationis.

Et deinceps qui aliquid grevius commiserint, puniantur prout Canones docent, pœnâ illâ quam magis timent (nullam enim delinquens pertimescit pœnam, quam nummis se redimere posse sperat) & non per compositiones, quæ etiam ex radice cupiditatis & avaritiæ profiscisci videntur, per quas magis in suis delictis foventur, & veluti annuo censu pœnam redimunt suorum excessuum, nec emendantur, quod graviter multos offendit.

V. Et quoniam summoperè refert, ut de idoneis Pastoribus Ecclesiis Parochialibus provideatur, magnus in eo defectus comperitur, quod in sex vel octo mensibus (qui Apostolici vocantur) ex Curia Romana Provisiones Curarum Ecclesiasticarum petendæ sint, ad quas cum pii & docti aspirare nequeant, & Romæ absentium personarum (quæ Ecclesiis aptæ sint, & quas sponte ad eas invitari conveniret) notitia nulla habeatur, fit ut à Curtisanis quibusdam ejusmodi beneficia curata fere omnia impetrentur, & sub pensionibus, vel aliàs postea indoctis vel discolis cedantur.

Quam ob rem magnum beneficium hisce Provinciis Sanctissimus Dominus noster præstaret, si hanc Provisionem vel Ordinariis Collatoribus relinqueret, vel alicui Vicario in partibus committeret: ita tamen, quod ab eis provisi antea per aliquos ad hoc Deputandos examinarentur, & idonei judicarentur, personaliterque eidem secundum sacros Canones deservire promitterent.

Et cum idem sit defectus in iis quibus per Ordinarios Collatores providetur, qui ut plurimùm ad gratiam & favores promoventur, Pastoralisque officii, & aliquando etiam linguæ seu idiomatis loci ignari sunt, multùm conveniret huic rei plerumque remedium adhiberi; & à Sanctissimo Domino nostro peti, ut generaliter statuat, quod nullus omnino, quacumque authoritate provisus, possit in hisce Provinciis nostris admitti ad beneficium curatum, nisi antea examinatus & idoneus judicatus per eos, qui à nobis ad hoc deputabuntur, idemque juraverit, quod personaliter in loco Pastoratûs sui residebit.

VI. Et cum multa beneficia tam curata quam non curata ad Gallicorum Prælatorum collationem pertineant, qui non solum indoctos, sed etiam nonnullos, quorum fides erga nos non satis perspecta est, ad ea promovent, conveniret quoque super eo Apostolicum impetrari Privilegium, quo statuatur, quod Patroni extra nostras Ditiones residentes, sive Ecclesiastici sive sæculares, neminem ad quodcumque Beneficium promovêre deinceps poterunt, nisi nobis gratum, & antea examinatum, & ut idoneum admissum.

VII. Bonum etiam esset statui, quod deinceps Curæ pensionibus non gravarentur, & quamquam aliquæ justæ videntur causæ eas admittendi, attamen cum tot interveniant fraudes, & facilè color aliquis inveniatur ab Curtisanis, præstat sine exceptione in universum prohiberi pensiones super beneficiis curatis, quo deinceps ad eorum ministerium Viri docti lubentiùs accedant.

VIII. Ad hæc, cum ut primum masculi in dictis nostris Provinciis in juventute recipiant simplicem tonsuram, propter quod Episcopi & judices Ecclesiastici, eos, licet divertant ad negotiationes sæculares, prætendunt esse exemptos in civilibus & criminalibus, à jurisdictione sæculari, in totalem ejusdem jurisdictionis sæcularis enervationem, & totius Reipublicæ jacturam & læsionem: cum per hoc omnia crimina maneant impunita, vel saltem non condignè correcta; est summopere necessarium desuper providere, statuere & declarare, quod Clerici simplicis tonsuræ, conjugati vel non conjugati, exercentes publica officia vel ministeria laicalia, artificia mechanica, negotiationes, profana & sæcularia, seu profanas & sæculares, vel aliàs se pro laicis gerentes, non gaudeant aliquo privilegio Clericorum, neque in civilibus, neque in criminalibus: sed sint eò ipso exuti & privati, absque aliquâ declaratione, omni privilegio, sintque ipso facto de foro sæculari.

Sic quod solummodò Clerici simplicis tonsuræ, incedentes continuò in habitu qui dis-

cerbit Clericum à laico'; & tonſurâ Clericali, & dantes ſe divinis Officiis, gaudeant Privilegio clericali.

Qui tamen, ſi reperiantur in flagranti crimine, vel frequentaſſe bellum, vel quod deferaot veſtes hipartitas aut varii coloris, vel plumas, vel ſe immiſeuerint fævis & eoormibus, (ſimillter in omnibus aliis Caſibus de Jure expreſſis) ſint privati abſque aliquâ Declaratione Privilegio elcricali: ſintque ipſo facto de foro ſæculari.

IX. Ut ſtatuatur aliquid durius adverſus Eccleſiaſticos, qui inveniuntur habere libros hæretieos, & doccre prava & hæretica dogmata, aut ioterfuiſſe conventieulis hæreticorum, aut aliis caſibus offendiſſe in fidem Catholieam, propter quos laïci rapiuntur ad ultimum ſupplicium.

X. Etiam ſtatuatur, ut perpetuò rejiciantur ab offieio paſtorali & eooeionandi, qui inveniuntur toto anno nequidem ſemel informaſſe populum de iis doctrinis, quæ ab hæreticis inter populares controverluntur; ut ſic placeant hæreticis, & hujuſmodi doctrioæ Catholicæ prorſus veniaot in oblivionem.

Quæ omnia & ſingula præfatus D. Sonnius, quâ majori diligentiâ ad optatum & felicem finem dirigere ſtudebit, prout etiam eundem pro ſoâ erga nos fide & obſervantiâ omnioò facturum confidimus.

Datum in Oppido noſtro Bruxellæ die Martii VIII. anno Domini M. D. LVII. ſtylo Brabantiæ.

Subſcriptum: PHILIPPUS. ac de mandato Sacræ Catholicæ Regiæ Majeſtatis, Vander Aa Secret.

CAPUT III.

Iter Romanum Sonnii. Alloquium ejus ad Pontificem. Deſignatio Commiſſariorum.

Litteris Commiſſionis Regiæ, aliiſque Commendatitiis expeditis, ac præfato D. Sonnio traditis, ipſe Bruxellis Ultrajectum ad domum habitationis ſuæ rediit, ut rebus propriis diſponeret, quæque itineri Romano neceſſaria erant, compararet. Tum aſſumptis equis quatuor ac quinque miniſtris, Ultrajecto diſceſſit die 25 Martii 1558, ac per Germaniam profectus eſt: neque in itinere hæſit, niſi religionis cauſâ, puta die Paſſchatis, & poſteriorihus diebus hebdommadæ Sanctæ, vel cauſâ quietis; quippe uno per hebdommadam die equos requieſcere decebat.

Die 13 Maii advênit Romam, & in hoſpitio magnifico *Urſi* exceptus eſt: primumque ei alloquium fuit eum Domino Theophylo ab Herheena Friſio, ſummt Pontificis Cubiculario, eum Cardinali Pachecn Rerum Hiſpanicarum in Curia Protectore, cum Domino Vergas Regis Hiſpaniarum Oratore, Aloyſio Lippomano Epiſcopo Veronenſi, quondam Bergomenſi & Nuncio Apoſtolieo ad Carolum V. Cæſarem*, & Henrico Ziherio à Dungen † Belga S. T. D. Pœnitentiario Apoſtolieo; quorum conſilio & auxilio particulares ædes, novumque habitum more italico ſibi comparavit: dando pro ædibus tredecim aureos coronatos per menſem.

* Obiit Romæ anno 1559 die 15 Aug.

† Qui dein fuit Canonicus & Pœnitent. Antverpiæ.

Mox Sonnius exhibuit Litteras Regias commiſſum ſibi negotium exponentes Cardioali Carolo Caraffæ Pauli IV. Pont. Nepoti ac Miniſtro primario. Die ultimâ Maii Sanctiſſimo Domino præſentatus, & ad oſcula pedum admiſſus', Litteras Philippi II. Hiſpaniæ Regis exhibuit, cauſamque ſuæ miſſionis expoſuit, his verbis, ut ipſe-met Sonnius annotavit, & ſcripto tradidit Pontifici.

PRIMUM MEMORIALE

Exhibitum Sanctiſſimo Domino noſtro Paulo IV. per Franciſcum Sonnium Procuratorem Philippi II. Hiſpaniarum Regis pro Erectione novorum Epiſcopatuum in Belgio anno 1558.

Beatiſſime Pater,

Sereniſſimus Hiſpaniarum & Angliæ Rex, filius dilectionis Veſtræ, & Dominus noſtræ Inferioris Germaniæ elementiſſimus, precatur ex animo Beatitudini Veſtræ felicitatem & omne bonum, ſeque illi & Apoſtolicæ Sedi ſubmittit ad oſcula uſque pedum, haud minori devotione ac promptitudine animi, quam ulli unquam fecerunt Catholici Reges: mittens eidem Beatitudini Veſtræ has ſuæ Majeſtatis Litteras.

Et ego, Beatiſſime Pater, ſervorum Sanctitatis Veſtræ minimus, precor eidem quidquid

quid boni à ſummo Deo & Chriſto Jeſu expectari poteſt. Orans obnixè, ut Beatitudo Veſtra dignetur me ſervulum ſuum exponentem quæ in mandatis à Rege Catholico accepit, benignè audire, & illius benignæ ſuæ auditionis ſignum aliquod oſtendere.

Duo ſunt, Beatiſſime Pater, quæ potiſſimum impulerunt Sereniſſimam ſuam Majeſtatem Catholicam, ut hûc Sanctitati ſuæ ſupplicatum mitteret: nempe præcellens illa actoti Orbi latè prædicata Sanctitatis Veſtræ ſapientia, cum admirando quodam pietatis zelo juvandi Eccleſiam Chriſti, nunc temporis valdè afflictam.

Deinde magna & prope extrema, quâ laborat Germania noſtra inferior, neceſſitas: partim propter ſectarium populum, quo ferè omni ex parte cingitur & infeſtatur: partim quod ſenſus & cogitatio noſtratium ingeniorum admodum eſt prochivis ad moliendum aliquid novi in fide Catholicâ, nunc magis quam aliàs: quo facto, aut quo potiùs peccatorum ſnorum demerito, neſcimus.

Perpendens itaque Sereniſſima ſua Majeſtas ſe non poſſe ſufficienter occurrere his malis, niſi plures conſtituantur apud nos idonei Paſtores, hoc eſt, Epiſcopi, ad eam functionem bene qualificati, plura item Eruditorum Virorum Collegia: ſupplicat quâ debet veneratione, ut Beatitudo Veſtra dignetur eâ quâ pollet authoritate dividere Epiſcopatus qui apud nos ſunt, pauci quidem, ſed nimium ampli, nimiumque diſperſi: quo modò olim diviſa fuit Eccleſia Tololana in Francia, uti habetur in Extravagantibus Can. *Salvator de Præbendis & Dignitatibus.* Quo modo etiam his temporibus noſtris diviſus fuit unus ac alter Epiſcopatus in Portugallia in duos ac tres Epiſcopatus.

Ne vero fiat hæc poſtulata diviſio præter decorem & majeſtatem Eccleſiæ, petit eadem ſua Majeſtas, ut non conſtituantur Sedes Epiſcopales, niſi in præclaris Oppidis, Civitatis nomine dignioſſimis, habeantque Diœceſim ſufficienter amplam circumjacentem.

Habeant præterea ſinguli Epiſcopi ſecum doctum Eruditorum Virorum Collegium; in quo ſint ad minus novem aut decem Doctores in Theologia aut Jure Canonico promoti, ad juriſdictionem conſultò adminiſtrandam, & hæreſes ab Eccleſia fortiter propulſandas. Quo fic tandem apud nos probè ſtabilitur rectæ ac Catholicæ fidei ortbodoxæ traditio.

Ut autem non protraham longiùs, Beatitudini Veſtræ offero hunc Libellum, in quo fuſè ac diſtinctè digeſta ſunt univerſa quæ Majeſtas ſua circa diviſionem Epiſcopatuum expoſtulanda putavit. Quem ut dignetur Beatitudo Veſtra legere, orat & obſecrat iterum atque iterum Sua Majeſtas; & ſi quid dubium aut obſcurum inter legendum occurrat, id ego ſervus Sanctitatis Veſtræ, dilucidè per Dei gratiam explicabo.

Habeo præterea mecum Beatiſſime Pater chartas topographicas ſingularum Diœceſion inferioris Germaniæ, in quibus chordulis diverſi coloris diſtinxi ab invicem, erigendos Epiſcopatus adeò dilucidè, ut in momento ſimul omnia clarè intueri liceat. Et eas offeram Sanctitati Veſtræ, ſi ſic placeat.

Hîce auditis, cæpit Sanctiſſimus Dominus multa in laudem Belgii enarrare, quod dicebat ſe luſtraſſe ante annos quadraginta tres, nullamque vidiſſe ſe regionem adeò populoſam ac tam præclaris Urbibus refertam: adeo ut miraretur tunc temporis non fuiſſe factum, quod nunc Rex Catholicus fieri expetebat.

Multa ſubjecit Pontifex in laudem Regis Philippi II. *quem filium ſuum chariſſimum*; *& in intimo cordis, ut ſcriptum* dictitabat.

Ad Somnium verò converſus, ait: *Fili ſis bono animo, quia faciam hujus negotii brevem expeditionem, Regi tuo etiam gratam, & te cum honore remittam. Legam autem hoc Scriptum diligenter, & in proximâ Congregatione ſanctæ Inquiſitionis* (quæ ſit ſingulis diebus Jovis, quacumque occurrat feſtum, & ſemper in præſentiâ ſuæ Sanctitatis) *aperiam Cardinalibus, atque ex numero illorum certos deputabo, qui hoc negotium diligenter examinent, & pertractent, ne quid indignum Sedi Apoſtolicæ committatur.*

Fecit poſtridie Pontifex quod promiſerat: & à prædicta Congregatione Sanctæ Inquiſitionis commiſſum fuit negotium Erectionis novorum Epiſcopatuum in Belgio ſex Cardinalibus Juris-peritiſſimis, adjuncto Nepote ſuo Cardinali Caraffa. Horum Cardinalium hæc ſunt nomina.

Petrus Cardinalis de Pacheco y Montalvan, Cardinalis Tit. Stæ. Balbinæ, Epiſcopus Seguntinus, ac poſtremò Albanenſis. (1)

Joannes Michael Saracenus, Neapolitanus, Card. T. Aræ-Cœli, Archiepiſcopus Acheruntinus, ac tandem Epiſcopus Sabinenſis. (2)

Jacobus à Puteo, Nicienſis Sabaudus, Cardinalis Presbyter Tit. Stæ Mariæ in Via Lata, Archiepiſcopus Barrenſis, & S. R. E. Vice-Cancellarius. (3)

Joannes Suavis Cardinalis Reumanus. Presbyter Card. T. S. Joannis ante Portam Latinam. (4)

Joannes Antonius Capizuccus, Romanus, Presbyter Cardinalis Tit. Stî. Pancratii, dein Sti. Clementis. (5)

Virgilius Roſarius, Spoletanus, J. U D. Presbyter Cardinalis Tit. Sti. Simeonis, Vicarius Pontificius in Urbe. (6)

Carolus Caraffa, Neapolitanus, Diaconus Tit. SS. Viti & Modeſti, SS. Domini Noſtri Pauli IV. Pont. ex fratre Nepos, ac primarius Miniſter. (7)

(1) Obiit Romæ anno 1560. (2) mortuus an. 1568.
(3) Obiit anno 1563. (4) mortuus anno 1566.
(5) Obiit anno 1569. (6) Obiit anno 1559.

(7) Infeliciſſimus fuit exitus hujus Cardinalis; nam anno 1561 accuſatus de variis criminibus, per ſententiam Pii IV. Pont. ſtrangulatus fuit.

CAPUT IV.

Congregationes ſeptem Cardinalium Deputatorum; Reſolutiones eorum, ſcripto Pontifici traditæ. Scriptum Sonnii, ad obtinendum pro Rege ſuo jus nominandi ad omnes Epiſcopatus Belgii. Tabulæ continentes diviſionem Epiſcopatuum.

PRopter varia, quæ ſupervenerunt impedimenta, nunc per electionem novi Imperatoris Ferdinandi, quo negotio plurimi Cardinales occupabantur, nunc per infirmitatem Cardinalium de Pacheco & Sarraceni, nunc per calores exceſſivos dierum canicularium, menſibus Julio & Auguſto non fuêre habitæ niſi Congregationes quatuor, pleræque in ædibus Cardinalis Pacheco Senioris.

In primâ Congregatione habitâ die 5 Auguſti, agitatum fuit I. An liceret facere diviſionem Epiſcopatuum à Rege Catholico? II. An expediret tot erigere novos Epiſcopatus? III. An citari debeant, qui per diviſionem paſſuri ſunt intereſſe?

Et ad primum quidem, ſtatim reſolutum fuit, id ex Sacris Canonibus eſſe certiſſimum. Ad ſecundum, etiam Patres conſenſêre, auditâ demonſtratione Sonnii, aſſerentis diſtincta eſſe dominia habentia ſua peculiaria & antiqua privilegia, propter quæ non poſſint evocari ad alienum territorium. Uti Friſones nollent evocari ad Groeningenſes, nec Groeningenſes ad Tranſiſalanos, neque e contra. Et quamquam ſimul & ſemel illi omnes novi Epiſcopatus erigerentur, tamen unumquemque fore duplo majorem inſigni illo Epiſcopatu Tridentino, in quo tum temporis Concilium OEcumenicum habebatur.

Ad tertium verò repoſuit idem Sonnius; quod ſi deberet præcedere citatio eorum, quibus per diviſionem aliquid auferretur, jam turbandum totum negotium, nihilque boni ſecuturum. Probavit item, plenam in ſimilibus authoritatem eſſe penes Pontificem & Regem, maximè dum de ingenti Eccleſiæ bono agitur: quod ipſum plurimis exemplis & Erectionibus aliorum Epiſcopatuum in Gallia præſertim, confirmavit. Ac tandem placuit conſilium ejus præfatis Dominis Cardinalibus.

In ſecundâ Congregatione habitâ die 9 Auguſti, diſputatum fuit de eo, quod Trajectenſis Eccleſia fieret Metropolitana, in præjudicium Colonienſis, à cujus antiqua juriſdictione eam eximi indignabantur & Pontifex & Cardinales.

Sed reponebat Sonnius, mentem Regis ſui eſſe, ut populus Belgicus ab omni juriſdictione extraneorum, ſive Eccleſiaſticâ ſeu ſæculari, eximeretur: adjunctis rationibus, tum ex politicâ, tum etiam ex Sacris Canonibus deductis; eâque præcipuè, quod Colonienſis Metropolis nimiùm diſtaret ab extremis iſtis Eccleſiis recens erigendis, in Friſiâ, Groeningâ, Zelandiâ &c. nempe ſeptem vel octo dierum itinere.

Deinde diverſum eſſe idioma, Patriam Colonienſem corruptam hæreſibus, & in omnibus fermè hoſpitiis verſari Prædicantes, qui homilias Lutheri & Calvini ſuper Evangelia exponerent, continuò diſputationes contra Catholicos commoventes, non ſine magno horum periculo.

Poſtremò, quod Archiepiſcopus Colonienſis, à memoria hominum, & ſæculis, ne ſemel quidem viſitaverit Eccleſiam Trajectenſem ſibi Suffraganeam: imò quod ſubinde eam turbaret, rehabilitando Apoſtatas, per Epiſcopos Trajectenſes juſtis de cauſis ab officio paſtorali ejectos.

In eâdem Congregatione probatum fuit conſilium Sonnii de ſtatuendis in qualibet Epiſcopali Eccleſia Viris in Theologia & Jure graduatis. Volebant autem, ut præcaveretur, ne Epiſcopus conſilio aut ſententiæ Canonicorum ſuorum adſtringeretur, eò quod hoc diminutionem authoritatis Epiſcopalis innuere videretur.

Tertia Congregatio habita fuit die 19 Auguſti, ubi præſertim diſcuſſum eſt negotium ſuper Dote Epiſcopatuum erigendorum, & diviſione Eccleſiæ Trajectenſis, quod utrumque placuit Cardinalibus.

Quarta denique Congregatio habita fuit die 27 Auguſti, ubi admiſſa fuit diviſio Eccleſiæ Morinenſis in Bolonienſem, Audomarenſem & Iprenſem; Eccleſiæ item Cameracenſis in Mechlinienſem & Antverpienſem; denique Tornacenſis Eccleſiæ in Brugenſem & Gandavenſem: propter diverſitates idiomatum & dominiorum, quæ ſub antiquis illis Epiſcopatibus concurrebant, & non parum impediebant doctrinam, & diſciplinam per Dioceſem exercendam.

Placuit etiam Erectio Archiepiſcopatûs Mechlinienſis in Primatiam; item quod Rex Catholicus ad Archiepiſcopatus haberet jus nominandi perſonas idoneas, Confirmatione penes Sedem Apoſtolicam manente.

Commiſſum eodem die fuit Cardinali de Puteo, & Franciſco Sonnio, ut quæ inter Deputatos acta fuerant, in unum colligerent, fideliterque annotarent. Hæc Scripta dein

miſſa ſunt ad Regem Catholicum, ut proba-rentur, ſimulque tradita ſunt Cardinali Caraffæ Pauli IV. Pont. Nepoti; qui ea demum obtulit Pontifici approbanda, die 5 Octobris 1558. Atque ex iiſdem Scriptis collectæ fuerunt Bullæ, tum Pauli IV, tum Succeſſoris ejus Pii IV. circa Erectionem Epiſcopatuum Belgicorum; de quibus infra ſuis locis agetur.

Cum autem in præfatis Cardinalium Scriptis, tota ratio omneſque circumſtantiæ erigendorum novorum Epiſcopatuum continean-tur, viſum fuit eadem hîc annectere, ſimul cum Scripto quod Somnius confecit, ut de-monſtraret, Regi ſub tribuendam eſſe Nomi-nationem ad omnes Belgii Archiepiſcopatus & Epiſcopatus; & ſimul cum Tabulis con-tinentibus diſtantiam locorum, & diviſionem faciendam, circa haſce novas Eccleſias.

RELATIO

Ac ſententiâ ſeptem Cardinalium à ſua Sanctitate ſuper Diviſione & Erectione Epiſcopatuum Belgii Deputatorum.

I. CUm Sanctitas Veſtra man-daſſet ſuperioribus diebus nobis ſeptem Cardinalibus, ut Catholici Regis negotium ſuper diviſione Epiſ-copatuum Inferioris Ger-maniæ, quam magnopere poſtulat, diligenter exammaremus; poſtea-quam domi ſinguli nobiſcum, ac deinde ſæ-pius cuncti ſimul convenientes de eâ re matu-rè deliberaverimus, ſententiæ noſtræ capita ad Sanctitatem Veſtram referre curavimus.

II. Primum igitur, an liceat diviſionem à Catholico Rege poſtulatam concedere? Cum nihil in hac diviſione deſideretur earum ratio-num, quæ in Extravaganti: *Salvator noſter*, de Præbendis inter Com. expreſſæ ſunt; quin potius aliæ etiam cauſæ maximi momenti ac-cedant, v. g. multitudo hæreſium, quibus paſſim Inferior Germania inquinatur, & diver-ſitas Dominiorum, quæ tamquam neceſſaria ad pacem & concordiam tuendam, eam divi-ſionem ſuo jure poſtulare videtur, in ea ſen-tentia ſumus, ut ex prædictis cauſis maximè concedere liceat quod poſtulatur.

III. Secundo an expediat eam diviſionem fieri? Ex omni fere parte conſiderantibus, apparet expedire. Nam Dominiorum diver-ſitas non patitur ſuorum evocationem aliò fieri. Præterea idiomatis ratio eum ſit diver-ſiſſima, per interpretem inter eos agere compellit. Magnitudo autem partium, ſi diviſio fiat, tanta erit, ut ad amplam Diœceſim ſatis ſibi ſingulæ Epiſcopales Sedes habere aſſignatum ſoli, atque Provinciæ fateantur.

IV. Demum Eruditorum Virorum copia ita ſingulis ſuppeditabit, ut inde maximus ſperari poſſit animarum ſalutis fructus, cum Eccleſiaſticæ ac Catholicæ diſciplinæ obſer-vatione atque incremento. Eam igitur divi-ſionem fieri maximè expedire exiſtimamus.

V. Tertiò, an citari debeant illi, quorum forſan intereſt eam diviſionem non fieri? Cum non modo juſtam eam eſſe ex prædictis cauſis cenſeamus, ſed etiam plane neceſſariam, ar-bitramur Sanctitati Veſtræ licere in re tam ju-ſtâ ac neceſſariâ, etiam non requiſitis, imo invitis & reluctantibus illis, diviſionem po-ſtulatam concedere, ut Canones etiam teſtan-tur.

VI. Cum ex prædictis appareat, ea in par-tes dividi oportere, quæ commodè adminiſ-trari, ac regi integra non poſſunt, Epiſcopa-tus Trajectenſis ampliſſimâ Provinciæ latitudi-ne vaſtus, ac diverſis multorum dominiorum Statutis Imperiiſque ſubditus, in quinque no-vos Epiſcopatus commodiſſimè dividendus eſ-ſe videtur. Ita ut primus in Tranſiſalaniâ cum eam bonâ parte Geldriæ in Oppido Daven-triæ ſtatuatur.

Secundus Harlemi in Hollandiâ.

Tertius Leuwardiæ in Friſia.

Quartus Middelburgi in Zelandiâ.

Quintus Groningæ in Groeningenſi Tra-ctu, cum parte Trentiæ vicina.

VII. Horum Epiſcopatuum confinia & ter-mini exactiùs explicabuntur in Tabulis, in qui-bus ſingula oculis ſubjicientur. Inde autem manifeſtè apparebit, ſingulos quoſque Epiſ-copatus prædictos duplo majorem Diœceſim habere quam habeat Tridentum: atque ea Op-pida ubi Sedes Epiſcopales conſtituentur, cùm magnitudine loci, tùm frequentiâ ci-vium Tridentinam Civitatem longè ſuperare.

VIII. In hac igitur diviſione, manebit ve-tus Eccleſia Trajectenſis adeo ampla & refer-ta populoſiſſimis Oppidis, ut nullâ Archie-piſcopali Eccleſiâ quantumvis magnâ in Ita-liâ inferior cenſeri debeat, habens in ipſâ Ur-be quinque inſignes Eccleſias Collegiatas, ut in Scripto per Oratorem allato latiùs explica-tur.

IX. Quare meritò Eccleſia Trajectenſis vi-deatur decoranda honore Metropolis, ut abini-tio ipſius Erectionis dignam judicatam fuiſſe legimus, quamquam poſtea Colonienſi Me-tropolitanæ ſubdita fuit, ut adhuc eſt.

X. A cujus ſubjectione ut eximatur, Ca-tholicus Rex inſtanter petit, utque Epiſcopus Trajectenſis Archiepiſcopus declaretur & Me-tropolitanus, habens quinque prædictas Ec-cleſias earumque Epiſcopos ſibi Suffraganeos

ſubditos, ipſe in medio omnium reſidens. Ita ut undique commodiſſimè ab omnibus adiri poſſit, atque eo modo ſingulorum neceſſitatibus providere, cùm in ſtatis viſitationibus peragendis, tum etiam in Eccleſiaſtica diſciplina quotidie conſtituenda & reparanda, ac juriſdictione exercenda.

XI. Ut autem explicatiùs cauſas referamus, quibus adducimur, ut Colonienſi Archiepiſcopo eximendam Eccleſiam Trajectenſem, cum quinque prædictis Suffraganeis cenſeamus;

XII. Primò movemur ex ea cauſâ, quod Coloniæ adeo diverſus eſt ſermo, ab eorum ſermone de quibus agitur, ut evocati ad eam Metropolim per appellationem, neque intelligant Colonienſes, neque ab eis omnino intelligantur.

XIII. Deinde quia Colonienſis Civitas ab extremis bis Eccleſiis quæ poſtulantur erigi, non minore, quam ſeptem vel octo dierum itineris intervallo diſtat.

XIV. Præterea, quia populi vicique interjacentes, per quos neceſſariò Coloniam proficiſcentibus tranſeundum eſt, ita variis hæreſibus corrupti ſunt, ut palam in omnibus ferè diverſotiis Homilias Lutheri, Calvini atque aliorum hæreſiarcharum proponant hoſpitibus legendas: Coloniæ vero per ſingula hoſpitia diſcurrant publicè ex ſuperiore Germania homines corruptiſſimi, qui mirâ improbitate hoſpitum animos, cùm pravis ſuggeſtionibus, tùm obſtruſis hæreticorum libris inficiant, ita ut Catholicæ Majeſtatis ſubditi deteriores ſempet redeant deteſtenturque vehementer Regem, Epiſcopos, & omnem diſciplinam Catholicæ Religionis, cum vident animadverti in eos qui cum hæreticis ſentiunt, quos ipſi pios homines appellant, & Evangelicæ libertatis aſſertores.

XV. Poſtremò quia Colonienſis Archiepiſcopus ab hominum memoria ne ſemel quidem Eccleſiam Trajectenſem viſitaſſe dicitur; ita ut nihilo magis illi ejuſdem Eccleſiæ cura ſit, quam ſi omninò inter ſuas Suffraganeas Eccleſiam Trajectenſem non haberet. Imò verò ejus Eccleſiæ commodis & quieti interdum obeſt, cum quos ab officio Sacerdotali fungendo Trajectenſis Epiſcopus juſtiſſimis de cauſis dejicit, ille ut Superiorem ſe eſſe oſtendat, ſemper reſtituat.

XVI. Hæ autem cauſæ, Beatiſſime Pater, ita juſtæ validæque videntur, ut publicæ utilitatis cauſâ, etiamſi maximè Archiepiſcopus Colonienſis repugnaret, ab ejus juriſdictione eximendus Trajectenſis Epiſcopatus eſſet; id quod nunc commodiſſimè fieri poteſt, cum Eccleſia Metropolitana Colonienſis Paſtore deſtituta ſit.

XVII. Ut autem ex prædicta diviſione & conſtitutione Epiſcopatuum univerſæ Provinciæ optimè provideatur adverſus hæreſes & abuſus, neceſſarium eſſe cenſemus, ut in ſingulis Eccleſiis Cathedralibus ſint inter reliquas novem Præbendæ affectæ, ſeu proprio jure addictæ tribus hominum generibus, v. g. primæ tres pro tribus Doctoribus Theologis, alteræ tres tribus Doctoribus Juris Canonici, poſtremæ verò tres tribus Nobilibus illius Ditionis in quâ Eccleſia Cathedralis erigitur, qui tamen promoti ſint ad Magiſterium Theologiæ, vel ad Licentiæ (ut vocant) gradum. Requirit enim borum temporum corruptela, ut Theologorum magis quam Canoniſtarum præſidio Eccleſiarum cauſa ſuſtentetur, contra hæreſes longè latèque in his Provinciis diſſeminatas.

XVIII. Quam etiam ob cauſam optimum noſtro judicio foret, quod ſtatim ab ipſo exordio Erectionis dictarum Sedium Cathedralium, ſingulis Epiſcopis adeſſent dicti novem Doctores & Licentiati. Verum quoniam nec ſimul vacabunt Præbendæ affectæ, nec citò inveniri poterunt tot Eximii Viri gradu promotionis inſigniti, ordinandum nobis videtur, quod ad minus tres Doctores, duo Theologi & unus Canoniſta ſtatim ſingulis adjungantur, atque eidem tres ſemper in examine tam promovendorum ad Sacros Ordines, quam eorum qui admittendi erunt ad prædicandum Verbum Dei, atque difficilibus Fidei & Religionis quæſtionibus, ab Epiſcopo adhibeantur, ſtipendio competenti ipſis à Rege Catholico aſſignato, donec prædictas Præbendas affectas contigerit vacare. Quod confidimus eundem Regem pro zelo pietatis quo afficitur, nequaquam denegaturum eſſe.

XIX. Operæ pretium autem erit, eâ conditione & lege prædictas Præbendas tribui, ut Doctores & Licentiati ratione ipſius Præbendæ ſint obligati adeſſe & adjuvare Epiſcopum in officio Inquiſitionis, & omnibus difficultatibus emergentibus, quoties requiſiti fuerint omnes & ſinguli, etiam non Capitulares. Epiſcopus verò non teneatur illorum conſilio ſeu operâ uti, niſi in his quæ Fidei ac Religionis plurimum intereſſe videbuntur, atque ad totius Diœceſis ſtatum pertinere.

XX. Præterea ex prædictis Doctoribus duo Seniores, alter Theologus, alter vero Canoniſta conſtituendi erunt Inquiſitores per Diœceſim, Sanctitatis Veſtræ & Sedis Apoſtolicæ nomine, quibus duobus reliqui Doctores & Licentiati, quoties requiſiti fuerint, opem, operam & conſilium afferre teneantur.

XXI. Præmia autem dictorum Doctorum pro ſuſceptis ejuſmodi oneribus cenſemus eſſe proponenda, ut primum ipſi poſt Decanum, defunctis tamen antiquioribus Canonicis, locum & vocem habeant, ante alios Canonicos Conſtratres ſuos, ſtipendiumque annuum quinquaginta Coronatorum, ultra communem omnium portionem.

XXII. Sit præterea in qualibet Eccleſia Cathedrali Archidiaconus unus, cum Juriſdictione ipſi à jure conceſſa, tantùm & non ſecundum conſuetudinem ſive abuſum potius locorom: & tot Archipresbyteri, quot eſſe in Diœceſi conveniet, arbitrio eorum qui Commiſſarii

miſſarii conſtituentur à Sanctitate Veſtrâ. Qui tamen Archidiaconi & Archipresbyteri, ſi vel Theologi vel Canoniſtæ eſſent, procul dubio magis expediret. Hoc autem ut ita conſtituatur, magnopere probamus. His autem Archidiaconis tunc demum locus erit: cum antiquis deficientibus, novi ſubſtitui poterunt.

XXIII. De dote aſſignanda prædictis Epiſcopatibus & Collegiis, non putamus eſſe inquum vel indicens, ut bona Monaſteriorum, quæ bodie, non Chriſto, ſed privatorum commodis & vitæ voluptatibus ſerviunt, eo quod in ipſis non admodum regulariter vivatur, bona item quarumdam Eccleſiarum Collegiatarum, ubi plurimi ſunt Canonici; & pauciores divinis peragendis ſufficiunt, in meliorem uſum Authoritate Sanctitatis Veſtræ convertantur, & maximo plurimorum commodo prædictis novis Eccleſiis Cathedralibus applicanda, Sanctitas Veſtra decernat.

Epiſcopatus Daventrienſis.

XXIV. Erit itaque Epiſcopatui Daventrienſi in Tranſiſellaniâ proſpectum, citra Canonum vel æquitatis læſionem, ſi Sanctitas Veſtra illi uniat bona Præpoſituræ Eccleſiæ S. Lebuini Daventrienſis, quæ deinceps Cathedralis erit, & tantum ex decimis quas habent in Geldria Abbatia S. Pauli in Trajecto & Collegia Canonicorum ejuſdem Civitatis, quo uſque habeat in annuis redditibus tria millia ducatorum. Ita tamen, ut prædictæ Abbatiæ abundè relinquatur ad ſufficientiam, & in dictis Collegiis liqueſcant Præbendæ pro rata bonorum quæ eis ex decimis ſuis decedent, ne reliqui Canonici ſolitò minus habeant. Et nihilominus manebit idem numerus Canonicorum ad deſerviendum Eccleſiæ.

XXV. Ex Præbendis autem ejuſdem Eccleſiæ Daventrienſis maneant novem ex his quas proximè vacare continget, Auctoritate Sanctitatis veſtræ proprio jure addictæ in perpetuum Doctoribus & Licentiatis, de quibus dictum eſt ſupra.

Epiſcopatus Harlemenſis.

XXVI. Epiſcopatui vero Harlemenſi in Hollandiâ, in primaria Eccleſia Harlemenſi, erit proviſum, ſi Sanctitas Veſtra, illi uniat, uti unire poteſt, tertiam partem bonorum Abbatiæ Egmondanæ vicinæ, valde opulentæ, cui per duas partes teſiduas abundè proſpectum manebit, ut D. Orator aſſerit.

XXVII. Ut autem iſte Epiſcopus habeat ſecum doctum Collegium eruditorum Virorum, poterit Sanctitas Veſtra Monaſterium de Hayloe Ordinis Regularium vicinum, jam bis à ſuis Religioſis converſis in Apoſtaſiam combuſtum & necdum inſtauratum, commutare in Cathedrale Collegium Canonicorum dictæ Eccleſiæ primariæ Harlemenſis, pro antedictis novem Doctoribus & Licentiatis.

XXVIII. Quibus etiam adjunget Sanctitas Veſtra opulentiores Capellanias ejuſdem Eccleſiæ primariæ Harlemenſis, convertendas in Præbendas, & earum poſſeſſores in Canonicos: ut ſimul ſint ad minus decem & octo Canonici in dicta Cathedrali Eccleſiâ.

Epiſcopatus Leowardienſis.

XXIX. Adhæc Friſia valde multas habet Abbatias, quarum quædam, potiſſimum quæ ſunt Præmonſtratenſis Ordinis, admodum irregulariter vivunt. Bene igitur faciet Sanctitas Veſtra, ſi commutet duas prædicti Ordinis, alteram Marigart, alteram dictam Lidſum, in Eccleſiam Cathedralem Leuwardienſem, ſic ut ex bonis utriuſque uniantur tria millia ducatorum Menſæ Epiſcopali, reliqua vero dividantur in Præbendas pro Monachis utriuſque Abbatiæ, quibus ſuccedant præfati Doctores & Licentiati, & alii honeſti Sacerdotes vel Clerici, pro numero erectarum Præbendarum.

Groeningenſis.

XXX. Groeningenſi Epiſcopatui & doctis Viris eis adjungendis ſimiliter proſpectum erit, ſi Sanctitas Veſtra commutet Abbatiam de Groot-Anwert Ordinis S. Bernardi in Epiſcopatum & Collegium Cathedrale Groeningenſis Eccleſiæ primariæ, ſicut meritò commutare poteſt, & debet, eò quod in dictâ Abbatiâ nimium irregulariter & ſcandaloſè vivatur.

XXXI. Dignabitur ergo Sanctitas Veſtra ſic dividere bona ejuſdem Abbatiæ, quæ computantur ad octo millia ducatorum, ut Epiſcopus habeat tria millia ducatorum annui redditûs. Ex reliqua vero parte erigantur tot Præbendæ Cathedrales, quot erigi poterunt pro Religioſis commutatis in Canonicos; quibus ſuccedant dicti Doctores & Licentiati ac alii honeſti Sacerdotes, pro erectarum Præbendarum numero.

Middelburgenſis.

XXXII. Quia autem Middelburgenſis Epiſcopatus in Zelandia nullo meliori poteſt collocari loco, quam in ipſa Abbatia Middelburgenſi Ordinis Præmonſtratenſis optimo loco ſitâ, poterit rationabiliter Sanctitas Veſtra commutare eam Abbatiam in Eccleſiam Cathedralem, ſic ut Abbas, qui dicitur Vir bonus, ſit primus Epiſcopus; Prior verò primus Archidiaconus, Monachi autem primi Canonici, quibus ſuccedant antedicti Doctores & Licentiati, ac alii honeſti Sacerdotes vel Clerici, ut ſupra.

XXXIII. Media autem pars bonorum Abbatiæ uniatur Epiſcopo. Reliqua verò medietas dividatur in Præbendas tot, quot ex ea commodè fieri poterunt. Et in his omnibus videtur nobis Sanctitas Veſtra nihil factura præter æquum & bonum, neque quicquam ex hujuſmodi mutationibus decedet Sedi Apoſtolicæ, eò quod pleriqne dicti Abbates ſubſint immediatè Ordinario, nec accipiant Confirmationem niſi ab illo, prout à ſæculis factum ſuiſſe conſtat.

XXXIV. Nec fiet cuiquam præjudicium, quia decernet Sanctitas Veſtra quod commutatio hæc & unio ſortiatur effectum, tum primum cùm Sedes Abbatum vacaverit, niſi ipſi antea conſentiant, aut idonei inveniantur, qui primi Epiſcopi conſtituantur.

XXXV. Quoniam vero Brabantia, Flan-

dria, Hannonia, Artesia & Comitatus Namurcensis ampliſſimam Provinciam conſtituunt, multis ac magnis Oppidis, caſtris ac pagis frequentem, in qua non modo diverſa idiomata ſunt, ſed etiam Dominia, quæ ſuos aliò evocari non patiuntur; ideo ex præmiſſis cauſis conſentaneum utiliſſimumque arbitramur, ut Epiſcopatus Morinenſis, Tornacenſis & Cameracenſis in plures Eccleſias dividantur, in hunc modum.

XXXVI. Epiſcopatûs Morinenſis diviſio hæc commodiſſima videtur, ut in Artheſia in Sto. Audomaro, in Flandria Iprensi, in Francia vero Bononiæ novæ Sedes Epiſcopales conſtituantur.

XXXVII. Tornacenſis vero, ſi altera Brugis, altera Gandavi, novæ Sedes Epiſcopales erigantur, quæ ambæ in Flandria ſunt.

XXXVIII. Cameracenſis autem, ſi partem Mechliniæ, partem Antverpiæ in Brabantia aſſignemus novis Sedibus futuris Quæ diviſio, ut ex primo Oratoris Scripto plenius explicatur, Tabuliſque etiam oculis ſubjicitur, commodiſſima planè videtur.

XXXIX. Præterea in Comitatu Namurcenſi, in ipſo Namurci Oppido, Ruremundæ autem in ſuperiore parte Ducatûs Geldriæ, ut novæ Epiſcopales conſtituantur Sedes, & locorum amplitudo, & idiomatum ac dominiorum diverſitas maximè poſtulare videntur. Quemadmodum in extrema parte Brabantiæ utiliſſimum eſſe cenſemus, ut Buſciducis nova Epiſcopalis Sedes erigatur. Eiſque quædam partes Epiſcopatûs Leodienſis applicentur; cum alioquin tamen ex eâ diviſione Eccleſia Leodienſis multò amplior latiorque remaneat quam ullus Archiepiſcopatus Italiæ quantumvis magnus atque diffuſus, ut ex tabulis demonſtratur.

XL. Prædictorum omnium Epiſcopatuum poſt diviſionem nullus erit, qui non æquet magnitudinem Epiſcopatûs Atrebatenſis, ſuperetque Tridentinum. Oppida verò in quibus novæ Sedes conſtituentur cum ſint ampliſſima ac ſplendiſſima, meritò Civitatum nomine digna eſſe cenſemus.

XLI. Quemadmodum autem in diviſione Trajectenſis Eccleſiæ maximè expedire, imò neceſſarium eſſe duximus, ut in ſingulis Eccleſiis Cathedralibus novem Præbendæ eſſent proprio jure addictæ novem Doctoribus & Licentiatis, cum ſuis muneribus, emolumentis, privilegiis ibidem expreſſis, ita in omnibus prædictis Eccleſiis providendum eſſe exiſtimamus.

XLII. Idemque ſentimus de uno Archidiacono in ſingulis novis Eccleſiis ordinando, totque Archipresbyteris, quot neceſſarii per Diœceſim judicabuntur à Commiſſariis, per Sanctitatem Veſtram deputandis, ut in diviſione Trajectenſis Eccleſiæ ſupra explicatiùs dictum eſt.

XLIII. De dote vero ſingulis Eccleſiis aſſignandâ, Oratoris ſententiam amplectendam exiſtimamus: v. g. ut ſinguli antiqui Epiſcopatus retineant quidquid antea habuerunt in ſuodis, decimis, cenſibus, aliiſque annuis redditibus, per quæ eis tam erit proſpectum poſt Diviſionem, quam antea fuerat, excepto Epiſcopatu Morinenſi, cujus proventus ſimul cum Epiſcopatu dividi debent, eò quod antiqua Sedes Morinenſis funditus everſa eſt.

XLIV. Trajectenſi autem Eccleſiæ, quia poſthæc Metropolitana erit, Sanctitas Veſtra adjunget proventus Præpoſituræ & Archiaconatûs S. Salvatoris Trajectenſis, meritò extinguendi, quia nimium turbat Diœceſim diverſitate Idiomatum. Deinde etiam emolumenta Chori-Epiſcopatûs Majoris Eccleſiæ, quia à conſuetudine ipſâ & jure eſt abolitus. Præterea regionculam in quâ Archidiaconus ejuſdem Majoris Eccleſiæ hactenus exercuit juriſdictionem Epiſcopalem.

XLV. Novarum vero Sedium Epiſcopalium cuique aſſignetur dos trium millium ducatorum partim ex decimis, partim aliunde: ut infra latius particulatim exprimitur. Quæ dos ut ſingulis neceſſaria, ita etiam ſufficiens viſa eſt. Nec improbare debemus, ut decimæ antea unitæ opulentis Monaſteriis, rurſus revocentur ad primævam naturam, nempe ut alant Paſtores Eccleſiarum, ſintque propterea Menſis Epiſcoporum addictæ. Nihilo enim minus juris nunc habet Sedes Apoſtolica in transferendis decimis à Monaſteriis opulentioribus ad Eccleſias, quam olim habuit in iiſdem decimis ab Eccleſiis paſtoralibus ad Monaſteria transferendis. Præſertim ſi Monaſteriis ipſis tantum ex aliis bonis relinquatur, quantum abundè ſatis eſt ad Conventum ſuſtinendum, & Abbatis dignitatem honeſtè retinendam.

XLVI. Iprenſi igitur Eccleſiæ in Comitatu Flandriæ dotem ita conſtitui commodè poſſe judicamus, ſi Sanctitas Veſtra primò uniat ei Eccleſiæ proventus, quos hactenus habuit Epiſcopus Morinenſis in Comitatu Flandriæ. Deinde tantum de decimis Abbatiarum Flandriæ dictæ Eccleſiæ vicinarum, quantum ſatis eſſe videatur ad ſummam trium millium ducatorum in ſingulos annos perficiendam. Epiſcopatus Iprenſis.

XLVII. Eſt autem in ipſa Iprenſi Urbe in majori Eccleſia S. Martini (quæ poſt-hac Cathedralis erit) Conventus cum Præpoſitura ſatis uberes proventus habens. Bene igitur aget Sanctitas Veſtra, ſi convertat eundem Conventum cum Præpoſitura in Eccleſiam Cathedralem, cujus Præpoſitus fiet Archidiaconus, cæteri autem Religioſi conſtituantur Canonici. Quibus demortuis ſuccedant novem Doctores ac Licentiati. Poterit etiam Sanctitas Veſtra eidem Eccleſiæ adjungere Præbendas Eccleſiæ Morinenſis, quarum proventus ſunt intra ditionem Catholicæ Majeſtatis.

XLVIII. Sedi Epiſcopali in S. Audomaro in Artheſia erigendæ erit ſimiliter commodè proviſum, ſi illi Sanctitas Veſtra uniat Præ- Epiſcopatus Audomarenſis.

posituram Ecclesiæ S. Audomari, quæ Cathedralis fiet, & proventus quos in Artheſia hactenus habuit Epiſcopus Morinenſis. Quæ ſi minus ſufficiant, uniatur ei tantum de decimis Abbatiæ S. Bertini ejuſdem oppidi opulentiſſimæ, quouſque habeat ſummam trium millium Ducatorum. Ex Præbendis vero Eccleſiæ S. Audomari, quæ multæ ſunt & bene dotatæ, maneant novem perpetuo jure addictæ novem Doctoribus & Licentiatis, ut ſupra ſæpius explicatum eſt.

Epiſcopatus Bononienſis.

XLIX. Bononienſi quoque Eccleſiæ eodem modo Sanctitas Veſtra providere poterit, nempe de his bonis quæ habet Morinenſis Eccleſia in Francia, adjiciendo ex ditioribus Abbatiis ejuſdem ditionis, quantum deerit ad ſummam trium millium Ducatorum faciendam.

Brugenſis.

L. Brugenſi autem Epiſcopatui exiſtimamus optimè conſultum, ſi Sanctitas Veſtra illi uniat Præpoſituram Eccleſiæ Sti. Donatiani, quæ poſthac Cathedralis erit, & tantùm de decimis proximarum Abbatiarum, quæ ſunt opulentiſſimæ, quantùm ad annuum trium millium ducatorum redditum opus erit. Ex Præbendis autem ejuſdem Eccleſiæ, Sanctitas Veſtra novem proprio jure addicet novem Doctoribus ac Licentiatis, ut ſupra.

Gandavenſis.

LI. Quoniam verò Abbatia S. Bavonis Gandavenſis antea converſa eſt Authoritate Sedis Apoſtolicæ in Eccleſiam Collegiatam ac Præpoſituram S. Joannis, commodiſſimo loco Cathedrali Eccleſiæ erigendæ Gandavi ſitam, poterit Sanctitas Veſtra emolumenta ejuſdem Præpoſituræ (quæ habet ultra tria millia ducatorum in annuis redditibus) unire menſæ Epiſcopali. Et ex præbendis ejuſdem Eccleſiæ, quæ poſthac Cathedralis erit, proprio jure addicere novem Doctoribus ac Licentiatis, ut ſupra.

LII. Epiſcopatibus præterea Mechlinienſi, Antverpienſi, Buſcoducenſi in Ducatu Brabantiæ, & Namurcenſi in Comitatu Namurcenſi optimè proviſum iri putamus, ſi Sanctitas Veſtra ſingulis uniat tantùm de decimis Abbatiarum ac Monaſteriorum Brabantiæ & Comitatûs Namurcenſis, quantum oportet, quouſque perveniatur ad ſummam trium millium ducatorum, Antverpienſi, Buſeiducenſi, & Namurcenſi Eccleſiis aſſignandam: Mechlinienſi verò quinque millium, propterea quod Metropolitana conſtituetur.

LIII. Et quia in his locis Brabantiæ cariſſimè vivitur, uniat ſimul Sanctitas Veſtra Mechlinienſi Eccleſiæ Præpoſituram S. Rumoldi; Antverpienſi vero & Buſciducenſi reſpectivè emolumenta Archidiaconatuum, Antverpienſis & Kempenienſis, per hanc diviſionem liqueſcentium.

LIV. Providendum tamen in hac parte erit, ut Commiſſarii Sanctitatis Veſtræ pro modo ac quantitate fructuum cujuſque Monaſterii æqualitatem ſervent, id eſt, ut ab opulentioribus Monaſteriis plus, à tenuioribus minùs detrahant, proportione ſemper ſervatâ.

LV. Quod ſi Monaſteria Brabantiæ & Namurcenſis Comitatûs pro Epiſcopatibus earum Provinciarum ad dotem conſtituendam paria eſſe non poterunt, adjungenda erunt Monaſteria vicinora ex Flandria, Hannoniâ, Artheſia & Hollandia; prout Commiſſariis magis convenire videbitur, quouſque ad ſummam trium millium ducatorum perveniatur, pro annua dote ſingulorum Epiſcopatuum, quinque vero millium pro Archiepiſcopatu Mechlinienſi.

Epiſcopatus Ruræmundenſis.

LVI. Epiſcopatui denique Ruræmundenſi in Ducatu Geldriæ, poterit Sanctitas Veſtra unire proventus ac bona Monaſterii Regularium in eodem Oppido combuſti, & nondum reparati, & tantum de decimis quas habent in Geldria, Abbas Inſulæ S. Mariæ, Abbas item Everbodienſis, ac alia Monaſteria, quantum ſatis ſit ad tria millia ducatorum ſingulis annis,

LVII. Quoniam autem in ſingulis antedictis locis ſunt ſplendidæ atque opulentæ Eccleſiæ Collegiatæ Canonicorum, in quibus Cathedræ collocabuntur, conſentaneum videtur, ut in ſingulis maneant novem Præbendæ perpetuo jure affectæ novem Doctoribus ac Licentiatis, ut & iſti quoque Præſules habeant ſufficientem eruditorum Virorum copiam: niſi quod in Buſcoducis & Ruremunda Præbendæ tenuiores ſunt, quam conveniat Cathedralii Eccleſiæ.

LVIII. Poſſet itaque optimâ ratione Sanctitas Veſtra commutare Conventum de Baſeldonek (eſt enim minimus, ſed opulentus) combuſtum ante aliquot annos, necdum reſtauratum, in novem Canonicos Cathedralis Eccleſiæ Buſcoducenſis, quibus demortuis ſuccedant novem Doctores ac Liceotiati, perpetuo novem Præbendis ipſis jure proprio addictis, ac conſtitutis.

LIX. Poſſet etiam à Sanctitate Veſtra dari poteſtas eiſdem Commiſſariis adjiciendi aliquid præbendis Ruræmundenſibus ac aliis ubi tenuiores eſſe videbuntur, pro doctoribus & Eximiis Viris.

LX. Conſentaneum autem maximè ratioui videtur, quo magis in officio Epiſcopi omnes contineantur, ut Archiepiſcopi in medio ſuorum Suffraganeorum Sedem habeant. Sic enim undique facilius minoreque ſumptu omnes convenire in Cauſis Appellationis poterunt, & viſitatio multò commodius perficietur. Quapropter congruum nobis videtur, ut Authoritate Sanctitatis Veſtræ Eccleſia Cameracenſis convertatur in Metropolitanam: Mechlinienſis vero in Eccleſiam Archiepiſcopalem erigatur.

LXI. Atque id ſic convenire arbitramur, ſicuti etiam Rex Catholicus poſtulat, ut nemo Archiepiſcoporum præſit, niſi tantum iis Eccleſiis, quæ eodem utuntur ſermone, videlicet, quæ Eccleſiæ Gallica Lingua utun-

tur, Archiepiſcopo Cameracenſi : ejuſque ſub ditione poſthac ſint, Atrebatenſis, Tornacenſis, Audomarenſis, Namurcenſis Eccleſiæ vicinæ, ejuſdem gallicæ linguæ conſortio conjunctæ.

LXII. Eccleſiæ vero Flandrico Sermone utentes ſubjiciantur Merropolitanæ ejuſdem ſermonis, nempe Mechlinienſi; ita ut Mechlinienſis Archiepiſcopus ſibi poſthac ſubditas habeat, Antverpienſem, Gandavenſem Brugenſem, Buſcoducenſem, Iprenſem, Ruræmundenſem Eccleſias, omnes Flandricæ linguæ. Quas tamen prius Sanctitas Veſtra ab Archiepiſcopi Remenſis & Colonienſis juriſdictione, quibus ſubſunt, ut eximat, Catholicus Rex magnoperè poſtulat. Cur autem Rex Catholicus eam exemptionem à Remenſi (nam de Colonienſi antea dictum fuit) tam vehementer fieri poſtulet, hæ præſertim cauſæ ſunt.

LXIII. Primùm quia Remenſis Eccleſia ſita eſt in alieno territorio, eoque ut plurimum hoſtili: ita ut continuis penè inter Francos Flandroſque bellis vigentibus, nullum poſſit eis eſſe tutum commercium, nullus ſecurus ad Metropolitanum aditus.

LXIV. Deinde,quia ab hominum memoria ne ſemel quidem Remenſes Archiepiſcopi viſitarunt Eccleſias inferioris Germaniæ ſibi Suffraganeas; quas etiamſi aliquo induciarum tempore viſitari curarent, nihil aut certe parum utilitatis afferret ea Viſitatio. Mutuis enim odiis ita ſunt eorum animi ob maxima incommoda ex diuturnis bellis accepta exaſperati, ut vix ſe mutuo aſpicere poſſint aut velint.

LXV. Poſtremò quia diverſitas idiomatum eſt inter Remenſem & pleraſque Eccleſias per Flandriam erigendas, atque tanta diſtantia, ut novem dierum itinere opus ſit, priuſquam Remenſis Eccleſia adeatur. Et licet decedant Remenſi præfatæ Eccleſiæ, retinebit nihilominus octo alias Eccleſias Suffraganeas in ditione Franciæ.

LXVI. Quas rationes, quod magni certe momenti eſſe videntur, non potuimus non probare. Liceret tamen Sanctitati Veſtræ per Sacros Canones, his etiam cauſis ceſſantibus, ipſoque repugnante Metropolitano, aliquas Eccleſias eximere, quoties ex eâ exemptione major utilitas ſequeretur, aut ſperaretur.

Primatia Belgii.

LXVII. Conſentaneum etiam videtur, ut Mechlinienſis Eccleſia ordinetur Primas inferioris Germaniæ, habens locum, jus, & authoritatem ſuper alios Archiepiſcopos & Epiſcopos. Nam ejus Sedes locata eſt in mediterraneo Inferioris Germaniæ, prope Bruxellas, ubi reſidet ejuſdem Provinciæ Dominus. Ita ut quoties Princeps velit, ex uſuque Provinciæ totius eſſe judicabit, poſſit ipſe reliquos Archiepiſcopos, ac totum Clerum, vel ejus partem facilè convocare, & quæ præcepta fuerint à Sede Apoſtolica circa reformationem, abuſum, ac morum emendationem, ſtatim commodiſſimè omnibus præſcribere.

LXVIII. Quod autem Catholica Majeſtas petit, ut idem Archiepiſcopus Mechlinienſis ſit Legatus natus, nos eam rem integram Sanctitatis Veſtræ arbitrio relinquendam cenſuimus.

NB. Duo præcedentes Articuli in Scripto Pontifici tradito ſubtus emiſſi, judicio DD. Commiſſariorum.

LXIX. Præterea quod eadem Majeſtas valde inſtanter poſtulat, (ut aſſerit Doctor Sonnius ad Sanctitatem Veſtram ab eodem Rege Orator miſſus) ſcilicet ut penes ſe & Succeſſores ſuos ſit jus nominandi perſonas idoneas ad dictos novos Epiſcopatus & Archiepiſcopatus, Jus vero providendi penes Sanctitatem Veſtram, idque perpetuis futuris temporibus, ſub modis & conditionibus ab ipſo Oratore in primo Scripto latiùs expreſſis: Nos quamquam tanti Regis pium ſtudium maximè commendamus, atque eas cauſas (quas nobis Orator Scripto exhibuit) non omnino rejiciendas eſſe fatemur; Tamen cum eas cauſas diligentiùs ponderandas, tum etiam de totâ re maturius deliberandum eſſe judicamus, piumque Regis Catholici ſtudium, quoad fieri poſſit, adjuvandum dicimus, eam rem prudentiſſimo judicio Sanctitatis Veſtræ relinquimus.

Electio Graduatorum.

LXX. Probamus vero vehementer, ut Præbendæ novem affectæ, ſive proprio jure addictæ Doctoribus & Licentiatis, conferantur per electionem, communibus ſuffragiis eorumdem Doctorum, Licentiatorum & Epiſcopi, ut plenius in primo Oratoris Scripto traditur. Ita enim fiet, ut ſemper habeant Epiſcopi apud ſe Viros optimos eximiæque eruditionis, quorum ope atque conſilio Religionis fideique cauſam facilius tueantur.

Collatio Paſtoratuum.

LXXI. Nec præter rationem cenſendum putamus, ut Curæ omnes Paſtorales, ſeu Parochiales Eccleſiæ in ſingulis Diœceſibus, conferantur ſemper per Epiſcopum cujuſque loci vel Diœceſis; ſub hac tamen moderatione, ut non liceat Epiſcopis cuiquam conferre ejuſmodi Parochiales Eccleſias, niſi prius fuerit ille examinatus atque inventus idoneus ad regendam Curam paſtoralem, per duos ſeniores Doctores Theologiæ, & unum Canoniſtam Canonicos Cathedralis Eccleſiæ. Cum præſertim Catholica Majeſtas parata ſit cedere ſuo Juri Patronatûs quoad omnes Parochiales Eccleſias, quas eo jure plurimas confert, ſi reliqui Collatores, ac etiam Sanctitas Veſtra, ſuo juri cedant.

LXXII. Si vero durius videatur fortaſſis, Collationis jus aliis ſubſtrahere, ſaltem ad Eccleſiæ utilitatem, ſeu verius neceſſitatem ſtatuatur, ne quis omnino, quâcumque authoritate proviſus, poſſit in Provinciis inferioris Germaniæ admitti ad Beneficium Curatum, niſi antea examinatus & idoneus judicatus ſit per prædictos duos Theologos & Canoniſtam, niſique prius ſanctiſſime promiſerit, ſe in loco Parochialis ſuæ Eccleſiæ permanſuram.

LXXIII. Po-

Conditio locorum bello occupandorum.

LXXIII. Poſtremò quod petit Catholicus Rex, ut expugnata per ſe adjiciantur Diœceſi viciniori ſuæ Ditionis, viciſſimque ut eodem jure & conditione ſint, quæ per Galliæ Regem expugnari contingeret, ut par ſit utriuſque conditio, de eâ re integrâ ad Sanctitatem Veſtram referendum eſſe cenſuimus. *Articulus omiſſus judicio DD. Commiſſariorum.*

LXXIV. Quoniam autem Beneficia omnia propter officium inſtituta ſunt, & Apoſtolus inquit, *qui non laborat non manducet*, ideo Evangelicæ doctrinæ & Canonibus conveniens eſſe videtur, ut ſi Epiſcopus ſupra ſex menſes (non evocatus vel à ſummo Pontifice, vel ab inferioris Germaniæ Domino) ab Eccleſia ſua abfuerit, totius temporis quo abſens fuit, univerſos Epiſcopatûs fructus amittat, qui Capitulo Cathedralis Eccleſiæ cedant.

LXXV. Hoc autem ita ſtatui neceſſarium eſt, ob multiplices indies magis pullulantes in Inferiori Germania hæreſes, quarum cauſâ ſingulis pene momentis præſentia Epiſcoporum requiritur. Idem etiam ſtatuendum videtur in univerſos Paſtores Parochialium Eccleſiarum per inferiorem Germaniam.

LXXVI. Doctores vero ac Licentiati, ſi ultra duos menſes abfuerint ab Eccleſia ubi ordinati ſunt, integros Præbendæ ſuæ fructus amittant, qui Capitulo cedent, niſi ab Eccleſia vel ab Epiſcopo miſſi fuerint.

LXXVII. Præbendæ autem (ut à Catholico Rege poſtulatum ſapienter eſt) ita ubique inſtituendæ videntur, ut in duas æquales partes earum fructibus diviſis, altera pars pro quotidianis diſtributionibus, his qui divinis officiis in choro deſerviunt, aſſignetur. Ita ut à principio uſque ad finem interſint officiis, niſi aliquando neceſſitas exire aut abeſſe coegerit. Atque hoc Apoſtolico Decreto ita confirmetur, ut nullo modo liceat unquam Capitulo aliter ordinare aut mutare, quo minus omnes adeſſe aut jugiter ſervire teneantur.

LXXVIII. Expedit etiam (ut eadem Majeſtas optat) hanc Ordinationem ſive Statutum extendi ad univerſas Eccleſias Collegiatas ſecundarias per univerſam Germaniam Inferiorem: quia præbendæ nihil aliud ſunt, quam publica ſtipendia divinis Officiis ſervientibus in Eccleſia propoſita, quare non ſunt niſi militantibus ſolvenda.

LXXIX. Et quoniam (ut docet veritas) quod gratis eſt acceptum, gratis etiam eſt impertiendum, exiſtimamus nihil eſſe compenſatinnis more tribuendum iis, quibus per poſtulatam diviſionem aliqua pars juriſdictionis exercendæ vel Diœceſis adempta erit, cum ea juriſdictio ejus naturæ ſit, ut ſub pretium aut certam fructuum æſtimationem cadere omnino non poſſit, niſi quis ſimoniam agere velit: eam autem occaſionem penitus adimi oportere cenſemus. Quibus vero Epiſcopatibus vel Archidiaconatibus per eam diviſionem fundi, redditus, cenſus, vel aliqua alia emolumenta detrahentur, his æquum exiſtimamus detrimenta compenſari.

LXXXX. Prædictæ autem Erectioni novarum Sedium Cathedralium valde nobis obſiſtere videbatur, quod dos ſingulis aſſignata non ſtatim, ſed lentè ac paulatim accreſceret. Siquidem unio quam nunc faciet Sanctitas Veſtra non ſortietur effectum, niſi poſt mortem ejus, qui uniendam poſſidet. Verum cum Rex Catholicus ſit proviſurus cuique novorum Epiſcopatuum de mille quingentis Ducatis annuæ penſionis, donec acreſcat quod unitum fuerit, nihil videmus in re tam pia tamque neceſſaria poſſe amplius deſiderari.

Hæc ſunt, Pater Beatiſſime, quæ ex Oratoris Scriptis ita collegimus, ut partim (communicatis prius inter nos conſilio) ad Juris Canonumque præſcriptum (quoad fieri potuit) emendaverimus, partim prudentiſſimo Sanctitatis Veſtræ judicio, utpote quæ majorem deliberationem diſquiſitionemque requirerent, integra omnino reliquerimus.

Qua in re ſi non ſatisfactum fuerit omni ex parte animo Sanctitatis Veſtræ, ideoque velit eadem longiore ſermone coram cognoſcere, quid de ſingulis quibuſque rebus cenſeamus, nulla erit in nobis mora, quin cum primum adeſſe nos illa jubeat, advolemus, imperata Sanctitatis Veſtræ facturi, quam feliciſſimè diutiſſimèque Deus ſervet incolumem.

Sic concceptum & concluſum 19 Septembris à ſeptem Cardinalibus Deputatis, & ab iiſdem ſuis nominibus ac manibus ſubſcriptum his verbis. *Humillimi ſervi Sanctitatis Veſtræ, Pacheco Cardin. Epiſc. Albanenſis, P. M. Cardin. Saracenus, Jac. Cardin. Puteus, Jo. Cardin Reomanus, Jo. Antonius Cardin. S. Pancratii, Virg. Cardin. de Spoleto, Carolus Cardin. Caraffa.*

Cui ſcripto Orator Sonnius adjecit ſequens de conſilio prædictorum Cardinalium, quia ad illud fit relatio Articulo 69. Illudque dein cum præcedenti porrectum fuit Sanctiſſimo Domino die 5. Octobris 1558.

RATIONES

ab Oratore Regis Catholici nobis commiſſis Cardinalibus exhibitæ, perſuadendi cauſâ, eidem Regi & Succeſſoribus ejus Dominis Inferioris Germaniæ relinquendum eſſe jus nominandi ad ſupra narratas Sedes Epiſcopales, quotieſcumque vacaverint; ad quas nos ſupra retulimus Articulo LXIX.

Us Patronatûs acquiritur Dote, Ædificatione, & Fundo, uti Canones dicunt, & verſiculus iſte teſtatur: Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Rex autem Catholicus dat fundum novis Sedibus Epiſcopalibus erigendis, quia dat Urbem ipſam in quâ Cathedra erit, & totum territorium, quouſque ſe extendit Diœceſis; conſentiendo ut perpetuò ibi ſit Cathedra Epiſcopalis, cum Clero ſuo & guhernatione Eccleſiaſtica qualem Epiſcopus habere debet, impenſurus Epiſcopo & Claro ejus auxilium manûs ſæcularis, ſi qui ſuorum contumaces adverſus illum inveniantur.

Curabit præterea ſuis ſumptibus harum Sedium Epiſcopalium plenam Erectionem fieri, ſubminiſtrando quæ neceſſaria erunt, quod ipſum in effectu eſt ædificare. Sed & dotem ad tempus de ſuo ſubminiſtrabit, nempe donec acereſcant quæ per Sedem Apoſtolicam unita fuerunt: quæ omnia conſtabunt ſuæ Majeſtati pluſquam centenis millibus Ducatorum. Certe ſi Patronus Eccleſiæ effieitur qui ædificat eam, aut in parte dotat, merito comparatione dictarum Sedium Epiſcopalium Patronus dici debet, qui in eiſdem erigendis atque dotandis tantum tamque liberaliter impendit.

Nec tacendum eſt, quod ſingularum dos præcipua aſſignatur ex bonis ditionis ſuæ, quæ licet ſint Eccleſiaſtica, tamen ad ſuum territorium pertinere noſcuntur, quodque in his nihil ſpectat ſua Majeſtas, quam ut adjuvetur Eccleſia Dei, nunc in magnis angnſtiis conſtituta.

Præterea & hoc addi debet, quod tam ipſe Rex Catholicus, quam Pater ejus Carolus V. in defeodendâ Germania inferiori ab hæreſibus, impenderunt ſingulis annis, & adhuc impendit ſua Majeſtas ultra duodecim millia ducatorum de ſuo ærario ad peragendum Officium Inquiſitionis Apoſtolicæ, debitamque ultionem capiendam ab eis qui contumaces permanent, aut ſuos errores in ſeditionem vertere ſtudent.

Et revera nunc eſſet Inferior Germania, qualis à quadraginta annis fuit Saxonia, hoc eſt, prorſus ab Orthodoxa Traditione rectæ Fidei, & ab obedientia Sedis Apoſtolicæ aliena, niſi pietate ac diligentiâ eſſemus præſervati, prius per Carolum V. Patrem ſuæ Majeſtatis, nunc autem per ipſam ſuam Majeſtatem, non minùs imò magis huic rei intendentem, quam antea Pater fecerat. Veritatem dico.

Merito igitur deberet remanere penes ſuam Majeſtatem tanquam Dominum Inferioris Germaniæ jus præſentandi ad dictas novas Eccleſias Epiſcopales, quale Patronis Eccleſiarum proprium eſt. Verùm ſua Majeſtas contenta erit, ſi detur ipſi jus nominandi ad eaſdem, ſub hac tamen moderatione, quod non poterit nominare, niſi perſonas graves & eximias in Theologia aut Jure Canonico, rigore examinis ad Doctoratûs aut Licentiæ gradum promotas, & in trigeſimo ætatis ſuæ anno ad minus conſtitutas, & aliàs juxta Canonum diſpoſitiones idoneas (ut in primo Scripto latius exprimitur) de quibus ipſa ſua Sanctitas deberet meritò eiſdem Eccleſiis providêre.

Si vero Sanctiſſimus Dominus noſter velit nni Sedi Apoſtolicæ reſervatam Proviſionem harum Eccleſiarum, abſque hoc ut penes alium vel alios ſit Nominatio vel Electio ad eaſdem, poterit certe Pontifex pro tempore exiſtens ſæpius falli hac in re: cum non habeat probè, uti oportet, exterarum regionum & perſonarum in eiſdem degentium qualitates ac conditiones perſpectas. Atque ita minus bene providebitur eiſdem Eccleſiis, quam ſi apud Principem eſſet Nominatio.

Et ut contingat, Sanctiſſimum Dominum Noſtrum bene providere Eccleſiæ vacanti, juxta Canones de perſona idonea, reſtat nihilominus, ut eadem perſona ſit Principi ſive Regi grata, qui cogi non debet ad ſuſcipiendum in ſua Civitate Epiſcopum ſibi ſuſpectum aut odioſum.

Intereſt enim Principis, ne præficiatur is, qui revelare poſſit ſecreta regni ſui, aut ſeditiones in regno vel proditiones moliri. Aſſerunt enim communiter Doctores Juris, quod Princeps ex prædicta cauſa ſuſpicionis poſſet electum & inſtitutum à Papa non admittere.

Quod ne unquam fiat, & ut omnino nulla detur diſtenſionis occaſio inter Regem Catholicum & Sedem Apoſtolicam, optimè faciet SS. Dominus noſter, ſi relinquat jus nominandi ad dictas novas Eccleſias (ſub moderatione tamen prædictâ) Regi tam Catholico, tamque ſollicité patrocinanti Reipublicæ Chriſtianæ, nec minus bene merenti de eâdem, quam alii quibus ſimilia, & multò majora conceſſa fuerunt. Potiſſimùm cum per eam Nominationem nihil juris acquiratur Nominato (ut paſſim Canoniſtæ dicunt) & Papæ nihil decedat. Nam poteſt nominatum

rejicere, ſi inidoneus aut non ita qualificatus, ut præfertur, inventus fuerit. Si autem idoneus eſt, ſatisfactum erit menti Papæ, deſiderioque ac paſtorali ejus curæ; nempe ut Eccleſia vacans talem conſequatur Paſtorem, qualem juxta Canones oportet. Petit igitur ac ſupplicat Orator Sonnius, ne Regi ſuo denegetur, quod rationi ac Canonibus conſentaneum eſt, quodque tam inſtanter, & quidem Scripto manûs propriæ poſtulat ipſius Majeſtas, Eccleſiæ juvandæ addictiſſima.

TABULÆ

Continentes diviſionem Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum.

METropolitana Ultrajectenſis diſtabit à ſuis Suffraganeis 1 à Daventrienſi 40 milliaribus Italicis: ab Harlemienſi 36, à Leuwardienſi 69, à Groeningenſi 84, Midelburgenſi 60.

Diſtabit autem quælibet harum ab alia pluſquam 52 milliaribus; niſi quod Groeningenſis à Leuwardienſi non longius diſtet quam 30 milliaribus.

Metropolitana Mechlinienſis diſtabit à Suffraganeis, ab Antverpienſi 15, à Gandavenſi 33, à Brugenſi 55, à Buſeoducenſi 57, ab Iprenſi 73, à Ruræmondenſi 72 milliaribus Italicis.

Diſtabit quælibet harum ab aliis ut minimum 24 milliaribus Italicis, à quibuſdam etiam duplo longiùs.

Metropolitana Cameracenſis diſtabit à Suffraganeis; ab Atrebatenſi 21; à Tornacenſi 31: ab Audomarenſi 61; à Namurcenſi 75 milliaribus Italicis.

Atque hæ inter ſe ut minimùm 36 milliaribus, multò ſanè longius, quam ab invicem diſtent antiquæ Eccleſiæ Cameracenſis & Atrebatenſis.

Amplitudo Epiſcopatuum poſt diviſionem erit, ut ſequitur.

Metropolitana Ultrajectenſis poſt diviſionem retinebit in longitudine 90 milliaria Italica, in latitudine 40 & Oppida 30.

Cui ſuberunt: Daventrienſis, in longitudine habens 84 milliaria italica, in latitudine 24; & Oppida 25.

Harlemienſis, habens in longitudine 90, & in latitudine 30 milliaria Italica, & Oppida 12.

Leowardienſis, in longitudine habens 62 milliaria Italica, in latitudine 46 & Oppida 10.

Groeningenſis in longitudine continens 72 milliaria Italica, in latitudine 40, & Oppida pauca.

Middelburgenſis, in longitudine 56, in latitudine 34 & Oppida 10.

Metropolitana Mechlinienſis poſt diviſionem habebit in longitudine 69 milliaria Italica, in latitudine 30; & Oppida 17.

Cui ſuberunt: Antverpienſis, longitudine 58 latitudine 36 cum ſex Oppidis.

Gandavenſis, longitudine 48, latitudine 24 & Oppida 4.

Brugenſis, longitudine 54 latitudine 25, Oppida 9.

Buſeoducenſis, longitudine 60 latitudine 34, Oppida 10.

Iprenſis, longitudine 42 latitudine 33, Oppida 10.

Ruræmondenſis, longitudine 50 latitudine 30, Oppida 9.

Metropolitana Cameracenſis poſt diviſionem habebit in longitudine 72 milliaria Italica, in latitudine 60, & Oppida 28.

Cui ſuberunt Atrebatenſis, longitudine 57 latitudine 45, Oppida 7.

Tornacenſis, longitudine 42 latitudine 36, Oppida 6.

Audomarenſis, longitudine 42 latitudine 37, Oppida 10.

Præter innumeros pagos, caſtra, ac utriuſque ſexûs Monaſteria.

CAPUT V.

Reſcruntur varia Memorialia Summo Pontifici per Sonnium exhibita: variaque obſtacula circa Erectionem novorum Epiſcopatuum.

INterea dum ſummus Pontifex negotio novorum Epiſcopatuum Belgii tardabat ultimam manum apponere, tradidit Orator Sonnius Libellum ſupplicem die 3 Novembris 1558, hoc modo conceptum, quem Pontifici in manus tradidit Joannes Sarracenus Cardinalis Neapolitanus.

II. MEMORIALE
PONTIFICI EXHIBITUM.

BEatiſſime Pater.

Amor juvandæ Patriæ adverſus hæreſes impellit, ut quemadmodùm ad Deum Prophetа, ità & ego exclamem ad Sanctitatem Veſtram. *Memor eſto verbi tui ſervo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.* Siquidem dixit mihi ſervo ſuo Sanctitas Veſtra: *Confide fili, faciam tibi hujus tam ſancti tamque neceſſarii negotii, nempe diviſionis Epiſcopatuum per Inferiorem Germaniam brevem & Regi Catholico Filio meo Cariſſimo, bene gratam expeditionem.* Quâ ſpe à ſummo Pontifice dâtâ nihil profectò certius, nihil unquam gratius, cùm mihi, tùm Regi meo accidere potuit. Teſtes habeo Majeſtatis ſuæ Litteras, quas intellectâ hac Beatitudinis Veſtræ reſponſione, crebrius etiam ex ipſis caſtris ad me miſit, nuſquam non anxiè ſollicitus pro Eccleſia Chriſti graviter apud nos afflictâ.

Obſecro igitur, Beatiſſime Pater, memor eſto verbi tui, potiſſimùm nunc, poſtquam omnia, quæ poſtulatam diviſionem concernunt, accuratè ad juris formam examinata ſunt, atque diſcuſſa. Si vero metuat Sanctitas Veſtra, ne non ſatis firma ſit proviſio, quam ſingulis Epiſcopis pollicetur Rex Catholicus, aut alius quiſpiam ſcrupulus occurrat, ſupplico humillimè, ut me ſervum ſuum audire dignetur. Confido enim, quod circumſpectioni Sanctitatis Veſtræ per omnia, Deo adjuvante, ſatisfaciam. Apud quem in meis precibus nuſquam pro ſalute ejuſdem Sanctitatis Veſtræ aut immemor fui, aut ero.

Beatitudinis Veſtræ, ſervus mioimus. Erat ſubſignatum FRANCISCUS SONNIUS.

POrrò quàm gratæ fuerint hæ Litteræ, vel ex eo patuit, quod Pontifex die IV. Novembris in Conſiſtorio, poſt factam Propoſitionem de proviſione Eccleſiæ Cameracenſis, & electo Epiſcopo confirmando, mox retulerit cauſſas Erectionis novorum Epiſcopatuum in Belgio, ſeque eam propediem terminaturum. Non tamen velle ſe confirmare Electum Cameracenſem, niſi dum eum ſimul Archiepiſcopum declararet.

Poſtridie, die V. Novembris, Pontifex vocavit ad ſe Sonnium, cui eadem retulit; addens tamen, ſibi difficultatem ſupereſſe quoad incertitudinem dotis quorumdam Epiſcopatuum, in quibus, quia nondum vacabant Abbatiæ vel Præpoſituræ novis Epiſcopis aſſignatæ, Rex Catholicus penſiones quaſdam pro quibuſdam Epiſcopis conſtituerat: puta pro Epiſcopo Antverpienſi 1500 patacones ſuper vectigalibus regiis Antverpiæ, totidem Epiſcopis Gandavenſi, Brugenſi &c. Quæ penſiones, an quotannis ſolverentur, meritò erat dubitandum.

Dedit Sonnius Pontifici plenam ſuper hac re ſecuritatem, rogans ut ob graſſantes hæreſes, ſummumque fidei periculum, Pontifex quantoeius negotium memoratum terminaret, ideo maximè quod Diœceſes Cameracenſis & Morinenſis jam diu ſine Epiſcopis forent, & quod ſolus Trajectenſis Epiſcopus non ſufficeret, ut Friſiam, Hollandiam, Zelandiam, Groeningam, Trantiſalaniam, & Geldriam contra hæreticorum machinationes tueretur.

Adjecit Sonnius hæc verba. Expertus loquor, Sanctiſſime Pater, quia egi jam loquiſitorem ſexdecim aut ſeptemdecim annis per alias ac alias regiones noſtras: etſi gladios, rogos, undas adhibeat Rex, etſi magnis ſuis ſumptibus curet Inquiſitores Apoſtolicos fieri, tamen creſcit malum de die in diem, potiſſimùm eam ob cauſam, quia populi ſunt tamquam oves abſque paſtore, tamquam grex puerorum abſque magiſtro &c.

Promiſit denuò Pontifex, ſeſe huic negotio ultimam manum impoſiturum, deſignavitque pro Conſiſtorio diem VIII. Novembris. Sed die VI. cœpit Sanctitas ſua male valere, duraveruntque impedimenta aut remoræ uſque ad finem menſis Decembris. Tum declaravit Pontifex ſe ante Natalem Domini velle in Conſiſtorio providere de Epiſcopatu Cameracenſi, ejuſque facere diviſionem, cæterorum verò Epiſcopatuum diviſiones, anno novo inchoate.

Die XXIII. Decembris, deſignavit Pontifex in Conſiſtorio Cardinalium Epiſcopum Cameracenſem Maximilianum de Bergis, caſſatâ ejus per Capitulum electione, caſſatâ quoque Coadjutoriâ, ad quam vi cujuſdam electionis ſe jus habere prætendebat Robertus de Bredetode. Eccleſiam quoque Cameracenſem à ſuâ Metropolitana Remenſi exemit, Sedique Apoſtolicæ immediatè, tam in temporalibus quam in ſpiritualibus ſubjecit. Verumtamen de diviſione Epiſcopatuum nulla facta eſt mentio, non obſtantibus iteratis Litteris Commendatitiis à Philippo II. Hiſpaniæ Rege ad Pontificem & Cardinales tranſmiſſis.

Tum dixit Pontifex Domino Sarraceno Cardinali Neapolitano, Commiſſario ad negotia de Erectione Epiſcopatuum in Belgio, ſe quidem erecturum propediem Eccleſiam Came-

Gameracenſem in Metropolim, cæterarum Eccleſiarum Belgii, apud quas uſus eſt gallici idiomatis: ſed rem debere differri ob cauſas ſibi notas, neque omnibus exponendas.

Deinde de Franciſco Sonnio, Joanne Groppero Canonico Colonienſi dein S. R. E. Cardinali, & de Staniſlao Hoſio Epiſcopo Warmienſi in Polonia, honorificè locutus, vocavit eos tres Angelos Dei, miſſos ex tribus angulis regionis infectæ, ad reſtaurandam illic avitam Religionem.

Addidit Papa, ſe velle vocare Sonnium, ad audienda ejus conſilia ſuper graviſſimo quodam negotio Germaniam concernente: ſed Sonnius nunquam propterea vocatus fuit.

Petit quoque Pontifex copiam eorum, quæ acta fuerant inter Catholicos & Lutheranos anno 1557 in celebri Colloquio Wormatienſi, cui Sonnius cum aliis Doctoribus interfuerat. Hæc Acta Sonnius propriâ manu deſcripta Papæ tradidit die 2 Decembris, cum hâc Epiſtolâ.

III. MEMORIALE
PONTIFICI EXHIBITUM.

Beatiſſime Pater;

Collegi fideliter hæc Acta Colloquii Wormatienſis, ac mecum attuli per Germaniam, non ſine periculo; ut Sanctitati Veſtræ, cui omnia quæ circa fidem geruntur, nota eſſe debent, rem gratam facerem. Characterem ſcripturæ non eſſe elegantiorem doleo: ſed id factum eſt, quia non audebam deſcribenda committere ulli mortalium quam proprio ſervitori: tum ob religionem juramenti, à quo non abſolvit me Sanctitas Veſtra, niſi quoad ſervitorem qui deſcriberet; & Dominum Theophylum Camerarium, qui germanica latinè verteret: tum ob metum adverſariorum, qui ſi perciperent Acta hujuſmodi à Sonnio hinc eſſe tranſlata, reditus noſter per Germaniam gravi diſcrimine laboraret. Quam etiam ob cauſſam, Sanctitatis Veſtræ circumſpectio id-ipſum celandum, uti confido, curabit.

Utinam, Beatiſſime Pater, ſervus veſter Sonnius invenire poſſet gratiam in oculis Sanctitatis Veſtræ quoad negotium Regis Catholici ſuper diviſione Epiſcopatuum! Ferè menſis eſt, cum ultimò diceret mihi admodum benignè, ſe omnino velle proximo die illi negotio manum ultimam imponere. Quod expecto quidem de die in diem, ſed non ſine magnâ afflictione animi, cum ſciam antidotum hoc noſtratibus adverſus venenoſa hæreticorum ſpiracula imprimis eſſe neceſſarium.

Beatiſſime Pater, Deus noſter conſervet Sanctitatem Veſtram Eccleſiæ ſuæ multo tempore incolumem. Beatitudinis Veſtræ ſervus minimus,

Erat ſubſignatum; FRANCISCUS SONNIUS, *Orator Regius.*

PEtiit etiam à Sonnio Dominus Michael Giſſerius Cardinalis Alexandrinus, ſupremus Fidei Inquiſitor (dein S. Pius V. Pontifex) ſibi exhiberi articulos concernentes Inquiſitionem in Belgio, & modum quo in Lutheranos & Calviniſtas advertebatur; quos Sonnius officio Inquiſitoris per Diœceſim Ultrajectinam anois pluribus perfunctus, fideliter ac ſecundum deſiderium præfati Cardinalis, tradidit Congregationi ſanctæ Inquiſitionis, exclamante Cardinale iſto Sanctiſſimo; *Utinam haberemus multos Sonnios!*

Succedentibus dein feſtis Nativitatis ac Circumciſionis Domini, nihil in negotiis Sonnii actum fuit uſque ad Epiphaniam. Lubet interim annotare ea quæ Dominus Sonnius tunc obſervavit Romæ.

Paraphrenarii Cardinalium nimis liberè & licentiosè videntur mihi agere, curſitantes ad omnes exteros, qui vel ſemel ſalutarunt ſuum Dominum, aut ullâ operâ illius uſi ſunt. Quibus niſi dederis magnificè, pro dignitate perſonæ à quâ miſſus es, poſtea cum redieris, clauſa ſunt tibi oſtia. Dormit, inquiunt, Cardinalis, ſcribit literas, aliis diſtentus ſibi vacare non poteſt. Quod ne mihi contingeret in tanto negotio, Regiſque mei honorem conſervarem, dedi Paraphrenariis poſtulantibus in ſtrenulam, quæ ſequuntur. Paraphrenariis Cardinalis Pacheco duos coronatos, Cardinalis Sarraceni unum coronatum, Cardinalis Putei unum coronatum, Cardinalis Caraffæ unum coronatum, Cardinalis Spoletani unum coronatum, Cardinalis Neapolitani unum coronatum, Paraphrenariis Papæ unum coronatum, Cardinalis Tranenſis unum coronatum, Cardinalis Reomani unum coronatum, Matris Caraffæ unum coronatum, Cardinalis de Piſis tres coronatos, Cardinalis Aræ-Cœli tres coronatos, Cardinalis Capizucci unum coronatum, Epiſcopi Terracinenſis tres coronatos, miniſtris Magiſtri Poſtarum tres coronatos. Verba Sonnii, ex ejus M. S.

Initio anni 1559 adeo graves delatæ ſunt ad Pontificem querelæ de variis exceſſibus ſuorum Nepotum, nempe Cardinalis Caraffæ, & Ducis Palliani, ac Marchionis Montis-helli, ut habito Conſiſtorio die 27 VII. Januarii, eoſdem palam privaverit omnibus officiis ac prærogativis, quibus eos Sedes Apoſtolica hucuſque honoraverat. Car-

dinalis Caraffa monitus eſt, ne ullis amplius præeſſet judiciis aut negotiis Eccleſiæ, nec etiam ultrà fungeretur officio Gubernatoris Bononienſis; Dux Pallianus, ne eſſet ultrà Capitaneus Eccleſiæ; Marchio Montis Belli, ne eſſet Præfectus Burgi.

Quin imò coegit eos Papa intra biduum Româ diſcedere, ſub pœnis graviſſimis, unà cum Matre, cum ſuis reſpectivè uxoribus ac prolibus, totâque familiâ. Deſignavitque Cardinali pro exilio certum Oppidulum, monens, ne ab eo receederet, ſub pœnâ privationis à Cardinalatu.

Addidit in eodem Conſiſtorio Pontifex: *ſe huc uſque non fuiſſe aut ſatis egiſſe Pontificem, ſed deceptum fuiſſe, etiam in bellis quæ geſſerat, calliditate & impoſturis ſuorum Nepotum: verum nunc deinceps velle intendere negotiis Eccleſiæ, & agere Pontificem, ac Paſtorem Eccleſiæ, poſtquam peſtem iſtam ac fœtorem abjeciſſet.* Paulò pòſt, Pontifex, convocatis ad ſe Conſervatoribus Urbis Romæ, declaravit, ſe omnibus ſuis ſubditis in tertio Eccleſiæ remittere gabellas novas, ab anno vel biennio impoſitas.

Hæc negotia, Pontificem graviſſimè commoventia, impedierunt expeditionem negotiorum. Acceſſerunt itaque ad Paulum IV. Dominus Vergas Legatus Hiſpanicus, & Cardinalis Pacheco Hiſpanicarum rerum Protector, nomine Regis ſui Pontificem rogantes, ut Belgicæ per hæreſes afflictæ, per novos Epiſcopatus quam primùm ſuccurreret.

Repoſuit Pontifex, velle ſe aliquem è Cardinalibus mittere in Hiſpaniam, cum ipſis Rege deſuper acturum, ſeque dein in Conſiſtorio omnia expediturum, ſimulque nominaturum perſonas, ad quemcumque ò novis Epiſcopatibus à Rege Catholico deſtinatas.

Diſplicuit hæc reſponſio Legatis memoratis, ipſique Sonnio, metuentibus omnibus, ne per hanc diuturniorem moram tota res evaneſceret. Hinc Sonnius extemplò porrexit Sanctiſſimo Domino ſequentem Libellum ſupplicem, die 10 Martii 1559.

IV. MEMORIALE

PONTIFICI EXHIBITUM.

Beatiſſime Pater,

Juſſit Rex Catholicus negotium poſtulatæ diviſionis Epiſcopatuum, priuſquam me hùc deſtinaret, diligenter examinari, ac diſcuti à multis ſapientiſſimis perſonis Conſiliariis ſuis, partim Eccleſiaſticis, partim ſæcularibus.

Juſſit inſuper & Beatitudo Veſtra idem negotium hîc rurſum examinari atque diſcuti ad formam Canonum, à ſeptem Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus, qui ſinguli ſeorſim domi, ac deinde ſimul convenientes quinque vicibus, id quam diligentiſſimè fecerunt, ſuamque Reſolutionem ſcriptam ac propriis nominibus ſubſcriptam, Sanctitati Veſtræ exhibuerunt circa finem Septembris.

Præterea oſtendi ex Tabulis Topographicis, Sanctitati Veſtræ, ac etiam Reverendiſſimis Cardinalibus Deputatis, ſingularum Diœceſion erigendarum magnitudinem, cum numero Oppidorum, quæ in ſe comprehendent, ac finibus ſeu terminis, quibus à ſe invicem diſtinguendæ erunt; tam certò ac diſtinctè, quam poſſet ibi in loco ulli Legato aut Nuncio Apoſtolico oſtendi. Eamque ob cauſam voluit Sereniſſimus Rex noſter, ut dictas Tabulas mecum ad Sanctitatem veſtram deferrem, quo poſſet hîc quoties luberet, & totius Regionis noſtræ, & ſingularum Diœceſion, quæ poſtulantur erigi, inſpectio fieri.

Sed & Legatus ad nos mittendus, aliunde melius informari non poterit, quam ex his Tabulis Topographicis; niſi fortè velit circumire & ocularem capere inſpectionem eorum Oppidorum, quæ Cathedrali Sede decoranda ſunt. Quod tamen facto opus eſſe non putamus: nam Beatitudo Veſtra partim vidit ea Oppida; fuit enim Mechliniæ, Antverpiæ, Gandavi, Brugis; & tunc mirabatur tanta Oppida non eſſe Civitatis honore inſignita; partim hîc legitimis noſtratium teſtimoniis probare poſſum, eſſe longè ampliora & magnitudine loci, & Civium frequentiâ, quam ſit inſignis illa Civitas Tridentina, omnibus bene nota.

Dos quoque trium millium Ducatorum ſingulis Epiſcopatibus, quinque verò millium Archiepiſcopatibus aſſignanda, ut judicio prudentûm eſt ſufficiens, ita aſſignatio ejus rationabilis videtur atque ſecura. Siquidem unionem decimarum, pancarumque Abbatiarum in Eccleſias Cathedrales commutationem invenerunt Reverendiſſimi Cardinales Deputati poſſe ſic fieri ſecundùm Canones, ſicuti poſtulatum eſt, ſæpiuſque ob alias cauſas haud quaquam tam ardnas factam eſſe.

Neque fiet per eam ulli perſonæ præjudicium, eò quod Unio nunc facta non ſortietur effectum, niſi poſt mortem ejus qui unienda poſſidet. Et ut planè ſecura ſit, inſeretur ipſi Erectionis Epiſcopatuum Bullæ, cum dictâ moderatione, ejuſque Executio per Commiſſarium ſuo tempore fiet: & quidem citra difficultatem, potiſſimum quod Regia

Majeſtas adeò ſit prè affecta ad hanc tam ſanctam tamque neceſſariam Epiſcopatuum erectionem.

De illis autem 1500 corouatis annui redditûs, quos Sereniſſimus Rex noſter promittit ſingulis Epiſcopis, donec eis accreſcant prædicta bona unita, dabit ſua Majeſtas unicuique Epiſcopo in ſua Diœceſi debitam certam, ac legitimam aſſignationem, Veſtræ Sanctitati aut Legato Apoſtolico omninò ſufficientem, priuſquam fiet ullius perſonæ in ullam dictarum Sedium Epiſcopalium inſtitutio aut confirmatio.

Quod ſi Legatus aut Nuncius mittendus ſit ad Ditiones noſtras, antequam per Sanctitatem Veſtram fuerit in negotio Conſiſtorialiter definitum, non ſolùm interponetur mora nimium diuturna, cum magno fidei ac animarum diſpendio, idque præter neceſſitatem, quia omnem informationem, quam ibi accipiet Legatus, poſſum Ego ſervus Sanctitatis Veſtræ hic facere: verùm etiam (quia malignis ſpes aliqua reſtabit perturbandi negotii) tot ſurgent querelæ & obmurmurationes ab iis, qui tantummodo ſua quærunt, non quæ ſunt Jeſu-Chriſti, tantiſque opplebunt ſuaſionibus in contrarium, tum Legati, tum Auditorum ejus aures; Immo in quibuſdam locis ad hæreſes propenſis adeo violenter contradicent, ne cogantur apud ſe habere Epiſcopum & doctos Viros, à quibus officium Inquiſitionis ſtrenuè exerceatur, ut ſit metuendum omnino nihil ſubſecuturum.

Quod ſane graviſſimè affligeret Regis noſtri animum, omniumque bonorum pias affectiones; tum quod Sedes Apoſtolica detrectare videretur his afflictiſſimis temporibus præſidium adverſus hæreſes, quo non poſſet aliud cogitari aut expeditius ad revocandum ab erroribus ſeductos ac vacillantes, aut efficacius ad orthodoxam fidem debitè ſtabiliendam, populumque continendum in ſanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientia: tum quod ſe fruſtratum cerneret Rex tam crebris circa hoc negotium ac paternis Sanctitatis veſtræ promiſſionibus, quibus nihil potius certius addici, nihilque gratius à ſua Majeſtate audiri.

Omnia enim quæ audivi hic à Beatitudine Veſtra, fideliter Majeſtati Suæ tranſcripſi, fueruntque, uti ſæpius reſcripſit, gratiſſima: omniaque quæ huc uſque facta ſunt, ex animi ejus ſententiâ procedunt, & me hortatur inſtanter, ut curem ad optatum finem perducenda.

Scripſit etiam Reverendiſſimo Cardinali Pacheco maturandum eſſe in negotio, ne ſi forte ſe debeat recipere in Hiſpanias, impediatur per hoc debita executio, quæ poſt diſceſſum ejus commodè fieri non poſſet, quod res ardua ſit, ſuæque Majeſtatis præſentiam poſtulare videatur.

Neque dubium eſſe poteſt, quin Sanctitas Veſtra pro innata ſibi pietate, ſi haberet exploratam miſeriam quæ eſt apud nos circa fidem & Religionem propter hæreſes omni ex parte ingruentes; Cleri inſuper inſcitiam & inhoneſtatem, propter diſciplinæ Eccleſiaſticæ ceſſationem, ſicut Sonnius ſervus veſter eadem explorata habet per longum exercitium ſanctæ Inquiſitionis, non poſſet non ducere omnem noctem inſomnem, donec tam ſalutare remedium ad optatum finem perduxiſſet.

Supplicat igitur Orator Sonnius, nomine ſui Sereniſſimi Regis Catholici, ut dignetur Sanctitas Veſtra nunc facera poſtulatam diviſionem veterum Epiſcopatuum, novorumque erectionem: ac deinde; quæ ad executionem pertinebunt, committere Legato, vel Nuncio Apoſtolico, qui ibidem præſens emergentibus difficultatibus finem, & malevolis contradictoribus ſilentium auctoritate Sanctitatis Veſtræ imponat, uti olim circa diviſionem Tholoſanæ Eccleſiæ factum fuiſſe legitur in Extravaganti Cap. *Salvator*. Quod faciendo, &c.

CAPUT VI.

Erectio novorum Epiſcopatuum approbatur in Conſiſtorio die 12 Maii 1559 Concipitur Bulla Erectionis.

POſt hæc, advenerunt die 18 Martii Litteræ Regiæ ad ſummum Pontificem & Cardinales, idem planè quod Sonnius ante petierat, expoſtulantes. Nihil tamen factum eſt, uſque ad 12 Aprilis, quo die vocavit ad ſe Sanctiſſimus Dominus Cardinales Deputatos. Ac primò agitavit præcipuas difficultates, tum ſuper numero Eccleſiarum, tum ſuper dote ſingulis aſſignandâ.

Poſtridiè verò, inſtante Cardinale Pacheco, Pontifex vocavit Sonnium ad intimum cubiculum ſuum, aſſerens ſeſe mox expediturum negotia Eccleſiæ Belgicæ, pro voto Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis.

Addidit hæc verba. Volo facere quod petit Chariſſimus filius meus Rex Philippus, cujus amor quotidie fit in me auctior, propter ejus pietatem, & ſingularem prudentiam, quam in ipſo experior de die in diem magis ac magis. Itaque dabis mihi Schedulam memorialem totius negotii, & cum eâ cras eâdem hac horâ redibis ad me, ut impona-

mus negotio finem. Poteris etiam tecum adducere Cardinalem Pacheco, qui etſi non fuerit integrum venire, venias nihilominus Tu.

Tum Sonnius petitum Memoriale jam ante à ſe præparatum, Sanctiſſimo Domino exhibuit, cui illud à ſe lectum, poſtridie die 24 Aprilis, Sonnio reddidit, ut examini Cardinalium Deputatorum ſubjiceretur. Adjecit Pontifex, ſe die Veneris proximo, Conſiſtorium ſunm ſuper eodem negotio convocaturum, cauſamque (ſi Cardinalibus ita videatur) terminaturum. Interim ſuccedente ſtatuto die Veneris, nihil actum fuit, excuſante Pontifice, id per inadvertentiam contigiſſe; ſed proximè rem reſumendam.

Die 10 Maii acceſſit denuò Sonnius Paulum IV. Pont. unà cum Cardinale Pacheco, afferens novas Litteras Philippi Hiſpaniæ Regis, quæ multis ac prægnantibus rationibus Erectionem Epiſcopatuum Belgii expoſtulabant. Repoſuit Pontifex, velle ſe expedire negotium in proximo Conſiſtorio, ac Regi relinquere Nominationem ad omnes Epiſcopatus, exceptâ Eccleſiâ Cameracenſi, ac duabus quæ per diſmembrationem ejus erigerentur, Mecblinienſi ſcilicet, & Antverpienſi.

Itaque die 12 Maii, convocato Cardinalium Conſiſtorio, ipſoque Sanctiſſimo Domino longis ſermonibus differente in favorem negotiorum Belgicorum, intromiſſus quoque fuit Orator Sonnius ante pedes Pontificis. Comque eo die febri laboraret, diſpenſatum fuit, ut vel ſtando, vel etiam ſedendo (ſi opus eſſet) pro re ſibi commiſſa peroraret, cauſamque Erectionis novorum Epiſcopatuum proponeret: dicentibus pleriſque Cardinalibus, id magnæ, eſſe gratiæ, cum omnis propoſitio Conſiſtorialis ſoleat fieri per aliquem ex Reverendiſſimis Cardinalibus.

Stans igitur Sonnius in medio Cardinalium, breviter expoſuit cauſas, ob quas Rex Catholicus peteret veterum Epiſcopatuum in Belgio diſmembrationem & novorum Erectionem; atque relegit ſequens Scriptum valde ſuccinctum à ſe antea Pontifici & Cardinalibus Deputatis tradirum, in quo ratio, modus, ordo, diviſiones, longitudo, ac latitudo novorum Epiſcopatuum continebantur.

V. MEMORIALE

PRÆLECTUM IN CONSISTORIO.

Beatiſſime Pater.

Petit Rex Catholicus, ut à Sanctitate Veſtra per diſmembrationem Epiſcopatûs & Diœceſis Ultrajectenſis circa Oſtia Rheni, conſtituantur quinque novæ Sedes Epiſcopales, prima Harlemi in Eccleſia Parochiali Sti. Bavonis, quæ pulcherrima eſt, & primaria hujus Oppidi, pro parte Hollandiæ, & habebit ſub ſe Oppida duodecim præter innumeros pagos, caſtra & Monaſteria, in longitudine 90, in latitudine 30 milliarium Italicorum; ſecundum fines ei conſignandos, quæ particulæ in ſingulis repetendæ intelligantur.

Secunda Daventriæ in Eccleſia Collegiata Sti. Lebuini pro Tranſiſalania, accedente portiunculâ Diœceſis Monaſterienſis quæ ſita eſt in territorio ejuſdem Sereniſſimi Regis Catholici: & habebit ſub ſe vigintiquinque Oppida, præter pagos &c. longitudine 84 latitudine 24 milliarium Italicorum.

Tertia Leuwardiæ in Eccleſia Sti. Viti pro Friſia, accedente portinocula ſeptem pagorum ex Diœceſi Mindenſi: & continebit ſub ſe Oppida decem, & 400 Eccleſias Parochiales &c. in longitudine 62 in latitudine 46 milliarium Italicorum.

Quarta Groeningæ in Eccleſia primaria ejuſdem Oppidi pro territorio Groeningenſi & Drentiâ; in quibus habent ſuas portiunculas Diœceſis Mindenſis & Monaſterienſis, quæ ab illis ſubſtractæ, huic novæ Sedi ſubjicientur, & habebit ſub ſe pauciora quidem Oppida, ſed plurimos & ampliſſimos pagos, cum multis Monaſteriis ac Caſtris, in longitudine 72 latitudine 40 milliarium Italicorum.

Quinta Middelburgi in Eccleſia pulcherrima Abbatiæ Ordinis Præmonſtratenſis ejuſdem Oppidi, pro Inſulis Zelandiæ, & habebit ſub ſe Oppida decem, præter pagos &c. in longitudine 56, in latitudine 34 milliarium Italicorum.

Antiqua vero Epiſcopalis Ultrajectenſis convertatur in Metropolitanam, habens antedictas Eccleſias ſub ſe, tamquam ſibi Suffraganeas. Retinebit autem poſt diviſionem pro ſuâ Metropolitanâ Diœceſi Oppida 30, præter Pagos &c. in longitudinem 90 in latitudinem 40 milliarium Italicorum.

Per diſmembrationem Eccleſiæ Cameracenſis conſtituantur duæ novæ Sedes Epiſcopales.

Una Mechliniæ in Brabantia, in Eccleſia Collegiata Sti. Rumoldi, parte Diœceſis Leodienſis quæ eſt in Brabantia accedente; & habebit ſub ſe decem & ſeptem Oppida, præter Pagos &c. in longitudinem 69, in latitudinem 30 milliarium Italicorum. Hæc autem Mecblinienſis Eccleſia conſtituenda erit Metropolitana, cui ſubjicientur ſex Eccleſiæ Suffraganeæ, ut infra dicetur.

Altera Antverpiæ in Eccleſia Collegiata Stæ.

Stæ. Mariæ; & habebit ſub ſe Oppida ſeptem, præter Pagos &c. in longitudinem 58, in latitudinem 36 milliarium Italicorum.

Antiqua vero Eccleſia Cameracenſis retinebit ſub ſe, etiam poſt hanc diſmembrationem 28 Oppida, præter pagos &c. in longitudinem 72, in latitudinem 60 milliarium Italicorum.

Per diſmembrationem ab Eccleſia Leodienſi conſtituantur tres novæ Sedes Epiſcopales.

Prima in Buſcoducis inſigni Oppido Brabantiæ in Eccleſia Collegiata Sti. Joannis Evangeliſtæ, quæ etiam eſt pulcherrima in tota Germania inferiore: cui accedet pars quædam Diœceſis Ultrajectenſis; & habebit ſub ſe decem Oppida, præter Pagos &c. in longitudinem 60, latitudinem 24 milliarium Italicorum.

Secunda Ruræmundæ in Eccleſia Collegiata ejuſdem Oppidi, pro Ducatu Geldriæ, accedente modicâ portiuncula Diœceſis Colonienſis, quam habet in eodem Ducatu; & habebit ſub ſe Oppida novem, præter Pagos &c. in longitudinem 50, in latitudinem 30 milliarium Italicorum.

Tertia Namurci in primaria Eccleſia Collegiata ejus loci, pro Comitatu Namurcenſi, & Gallica Brabantia; & habebit ſub ſe Oppida decem, præter Pagos &c. in longitudinem 49 in latitudinem 37 milliarium Italicorum.

Retinebit autem Eccleſia Leodienſis, etiam poſt hanc diſmembrationem, Diœceſim adeò vaſtam, quam ſit ulla Eccleſia Metropolitana Italiæ; & partem duplo majorem, quam retinebunt Eccleſiæ Metropolitanæ, Mechlinienſis & Cameracenſis.

Per diſmembrationem Eccleſiæ Morinenſis, quæ vacavit in ſeptimum uſque annum & adhuc vacat, quòd Morinum ſit ſolo æquatum, conſtituantur duæ novæ Sedes Epiſcopales.

Prima in ſplendidiſſimo Oppido Audomarenſi, in Eccleſia Collegiata Sti. Audomari, pro parte Diœceſis Morinenſis quæ eſt in Arthefia; & habebit ſub ſe decem Oppida, præter Pagos &c. in longitudinem 42 in latitudinem 39 milliarium Italicorum.

Secunda Ipris in Eccleſia Sti. Martini ejuſdem Oppidi primariâ, pro parte Diœceſis Morinenſis, quæ eſt in Flandria, & habebit ſub ſe Oppida decem, præter Pagos &c. in longitudinem 42, in latitudinem 33 milliarium Italicorum.

Tertia Sedes poterit conſtitui in Boſonia, pro parte Diœceſis Morinenſis, quæ eſt in Francia; & habebit plura Oppida ſub ſe, quam præcedentes Sedes Epiſcopales.

Per diſmembrationem Eccleſiæ Tornacenſis conſtituantur duæ Sedes Epiſcopales.

Una Gandavi in Flandria, quod Oppidum comparari poteſt cum Mediolano, in Eccleſia Collegiata Sti. Joannis; & habebit ſub ſe Oppida quatuor, præter Pagos &c. in longitudinem 48 in latitudinem 24 milliarium Italicorum.

Altera Brugis in Eccleſia Collegiata Sti. Donatiani; & habebit ſub ſe Oppida novem, præter Pagos &c. in longitudinem 54 in latitudinem 25 milliarium Italicorum.

Retinebit autem Tornacenſis Eccleſia, hac diſmembratione factâ, majorem Diœceſim, quam ſit ulla duarum præcedentium.

Inter prædictas autem ſint tres Eccleſiæ Metropolitanæ.

Mechlinienſis, habens ſub ſe Eccleſias Flandricas ſequentes: nempe Antverpienſem, Gandavenſem, Brugenſem, Buſeoducenſem, Iprenſem, Ruræmundenſem.

Cameracenſis, habens ſub ſe omnes Eccleſias Gallicas ſequentes: nempe Atrebatenſem, Tornacenſem, Audomarenſem, Namurcanam.

Trajectenſis: nempe Harlemenſem, Daventrienſem, Leuwardienſem, Groeningenſem, Middelburgenſem.

Omnium autem prædictarum Eccleſiarum fiat exemptio ab antiquis Metropolitanis, Colonienſi & Remenſi, quibus hactenus ſubjectæ fuerunt.

Etiam portiunculæ quas habent in territorio Inferioris Germaniæ exteri Epiſcopi Mindenſis, Monaſterienſis, Colonienſis, diſmembrentur ab eorum Sedibus, & prædictis novis reſpectivè ſubjiciantur.

Aſſignentur novis Sedibus decimæ, antea Monaſteriis incorporatæ; ita ut ſingulæ habeant 3000 Ducatorum in annuis redditibus.

Et commutentur Abbatiæ, Middelburgenſis, item de Lidlum, Mariegaert, & Groot-Auwert in Eccleſias Cathedrales: prout omnia latius in Relatione Reverendiſſimorum Cardinalium Deputatorum expreſſa ſunt.

His prælectis atque propoſitis, juſſus eſt Sonnius modicùm ſecedere in cubiculum Vaticani, donec Cardinales deliberarent. In quâ deliberatione, cum incideret quædam difficultas, rurſum revocatus eſt, & nodum ortæ difficultatis reſolvit. Deinde iterum receſſit, ac tertiò vocatus, Decreto Erectionis interfuit, quod duravit ad ſpatium mediæ horæ, Sonnio prælegente & adjuvante Sanctitatem Suam in pronunciandis barbaris illis vocabulis locorum regionis Belgicæ.

Itaque Pontifex Inſtitutionem quatuordecim novorum Epiſcopatuum planè approbavit; quin & Jus Nominationis Philippo II. Regi ejuſque Succeſſoribus conceſſit, excepto tamen jure ad Eccleſias Mechlinienſem atque Antverpienſem, eo quod erectæ eſſent in territorio Eccleſiæ Cameracenſis, quæ ſemper (uti prætendebat Pontifex) ad liberam proviſionem Sedis Apoſtolicæ pertinuit.

Verumtamen Rex Hiſpaniarum actis poſtmodum gratiis Sanctiſſimo Domino pro de-

derati negotii expeditione, Jus etiam Nominationis ad quaſcumque tam veteres quam novas Eccleſias Metropolitanas aut Cathedrales, nullâ reſervatâ, à Papa petiit & impetravit.

Poſtremò dum Sonnius finito Conſiſtorio exoſculatus eſſet pedes Pauli IV., ait ei Papa vultu valde hilari; *Vade fili, & perſcribe Regi tuo filio meo chariſſimo, quæ hodie contigerunt in gratiam & amorem Sereniſſimæ Majeſtatis ſuæ.*

Mox acceſſit Orator Sonnius Vice-Cancellarium Romanæ Eccleſiæ Reverendiſſimum Cardinalem Puteum, cujus eſt regiſtrare Acta Conſiſtorialia; fuitque cum illo per octiduum occupatus ad digerenda ac regiſtranda Acta ejuſdem Conſiſtorii. Tum adiit Secretarium Baringum, cui triginta aureos coronatos numeravit. Sed is paulo poſt in morbum incidit, ac circa initium Junii è vivis abiit.

Idem dein munus commiſſum fuit Secretario Franciſco de Arragonia, quem Sonnius de omnibus informavit.

Eodem tempore cœpit Sanctiſſimus Dominus graviter infirmari, ex nimiâ (ut fertur) fatigatione, quâ per duodecim dies quotidie laboraverat cùm novem Cardinalibus in examinando proceſſu Inquiſitionis adverſus Cardinalem Josnnem Moronum Epiſcopum Novarienſem, de hæreſi accuſatum (ſed inſundatè, uti dein viſum fuit, cum Pius IV. Pont. Pauli IV. Succeſſor Moronum Legatum à Latere ad Tridentinam Synodum deſtinavit.) Ob hanc infirmitatem, neque Cardinalis Pacheco, neque Orator Sonnius, ullum potuerunt obtinere ad Pontificem acceſſum, à die 20 Junii, uſque ad 4 Julii.

Tunc Sonnius exhibuit Pontifici Supplicam, poſtulans, ut Bullam ab Arragonio confectam ſubſignaret, & Commiſſarios Apoſtolicos ad exequenda in Belgio Pontificia mandata deſignaret, ac tandem ſervum ſuum Sonnium, cum gratiâ & felici rerum ſuarum expeditione in Belginm dimitteret.

Annuit Pontifex: & petitis nominibus eorum, qui ad munus Commiſſarii Apoſtolici in Belgio exequendum aptiores magiſque qualificati eſſent, propoſiti à Sonnio fuêre ſequentes.

Antonius Perrenot de Granvellâ, Epiſcopus Atrebatenſis, Juris Utriuſque Doctor.

Philippus Nigrius, Decanus Stæ. Gudilæ Bruxellis, & Cancellarius Aurei Velleris, J. U. Doctor.

Viglius Zuichemius Præpoſitus Sti. Bavonis Gandavi, & Sanctioris Conſilii Præſes, & ipſe J. U. Doctor.

Michael Driutius, Decanus Sti. Petri Lovanii, & Officialis Leodienſis in ea parte Diœceſis quæ eſt in Brabantia, celebris Juris Canonici Profeſſor.

Sed huic ultimo panlò poſt defuncto ſubſtitutus fuit *Petrus Curtius*, Magiſter Theologiæ Regens apud Lovanienſes.

Eoſdem verò Summus Pontifex die 9 Julii admiſit, ac per ſpeciale Breve deſignari ac ſubdelegari voluit. Bullam autem Erectionis novorum Epiſcopatuum à Secretario Arragonio conceptam, & à Dictatore ſno Antonio Floribello Epiſcopo Lavellino paucis immutatis reviſam, ſibi prælegi curavit 19 Julii.

Tum eandem quoad omnia approbavit, niſi quod non eſſet inſertum de Dote, quam Rex Catholicus promiſerat ſe daturum ſingulis novis Epiſcopatibus mille quingentorum ducatorum. Ad quæ Reſpoſuit Sonnius, ideo fuiſſe omiſſum, quia nulla de iſta dote fuerat facta mentio in Conſiſtorio.

Tum Pontifex ait, *Inſeratur etiam hoc, quod tria millia ducatorum ſingulis novis Epiſcopatibus, quinque verò millia Archiepiſcopatui Mechlinienſi, applicanda ex decimis & bonis Monaſteriorum per Commiſſarios noſtros ex nunc prout tunc, eiſdem unimus. Non enim decet nos erigere novas Sedes Epiſcopales abſque dote. Et ſi quid aliud judicaverit Doctor Sonnius inſerendum, etiam id inſeratur: cupimus enim facere in gratiam filii noſtri Regis Catholici, quidquid non excedit poteſtatem noſtram Apoſtolicam.*

Urgente rurſus Sonnio, ut citò dimitteretur, eò quod Rex Philippus II. è Belgio in Hiſpanias diſceſſum meditaretur, tandem die 21 Julii Secretarius Arragonia Bullam in mundo charactere deſcriptam ad Pontificem detulit, qui & ſubſcripſit, & annulum Piſcatoris eidem impreſſit.

Ita Doctor Sonnius, commiſſis ſibi negotiis ad votum expeditis, actis gratiis Pontifici & Cardinalibus Commiſſariis altiſque Protectoribus, ab iiſdem viciſſim ſummis laudibus exaltatus, & Protonotarii Apoſtolici titulo inſignitus, celerrimo equorum veredariorum curſu per Germaniam redit in Belgium menſe Auguſto, ac Bullam Regi Philippo II. in manus tradidit.

Pontifex verò deſtinavit ad Belgas Nuncium Apoſtolicum & Extraordinarium, Salvatorem Pacinium Epiſcopum Cluſinum, qui unà cum Commiſſariis ſupra nominatis, regulandis limitibus uniuſcujuſque Diœceſis in particulari allaboraret.

CAPUT VII.

Rex Philippus II. nominat ad novos Epiſcopatus Belgii. Diſcedit in Hiſpaniam. Commiſſarii Apoſtolici & Regii conſtituunt dotem, fines, Capitula Cathedralia, &c. in novis Epiſcopatibus.

REbus adeo felicitèr & ad votum Regium à Sonnio Romæ compoſitis, voluit Rex Philippus II. priuſquam è Belgio in Hiſpaniam proficiſceretur, novos Præſules, exquiſitiſſimo delectu, pro ſingulis novis Epiſcopatibus in Bulla pontificia deſignatis, nominare.

Et quidem ad Archiepiſcopatum Mechlinienſem ac Primatiam Belgii promotus fuit Antonius Perrenot de Granvella, Burgundio, Conſiliarius Statûs, antea Epiſcopus Atrebatenſis.

Ad Epiſcopatum Antverpienſem, Philippus Nigri, Morino Bolonienſis, Decanus Sitæ. Gndilæ Bruxellis, Archidiaconus Morinenſis, & Cancellarius Aurei Velleris, ac Conſiliarius Statûs.

Ad Gandavenſem, Cornelius Janſenius, Hulſtenſis, S. T. Doctor ac S. Scripturæ Profeſſor Lovanienſis.

Ad Brugenſem, Petrus Curtius, Brugenſis, S. T. Doctor ac Plebanus Lovanienſis.

Ad Iprenſem, Martinus Balduini, Rithovius, S. T. Doctor, Decanus ad S. Petrum Lovanii.

Ad Buſcoducenſem, Franciſcus Sonnius, Buſcoducenſis, S. T. Doctor Lovanienſis, Inquiſitor Fidei, & Canonicus Ultrajectinus.

Et ad Ruræmundenſem, Guilielmus Damaſi Lindanus, Dordracenſis, S. T. Doctor Lovanienſis.

Ad Archiepiſcopatum Cameracenſem recenter à Paulo IV. admiſſus fuerat Maximilianus à Bergis.

Antiqua autem Sedes Tornacenſis ſuum jam din habebat Epiſcopum Carolum de Croy.

Ad Atrebatenſem verò Epiſcopatum eodem tempore nominavit Rex Catholicus Fr. Franciſcum Richardot, Burgundionem, S. Theologiæ Doctorem Ordinis Sti. Auguſtini, antea Epiſcopum Nicopolitanum, ac Suffraganeum Bizuntinum.

Ad Audomarenſem, Guilielmum à Pictavia, Archidiaconum Campiniæ in Eccleſia Leodienſi, Præpoſitum Furnenſem, qui jam ante nominatus fuerat à Carolo V. Cæſare ad Epiſcopatum Morinenſem.

Ad Namurcenſem, Fr. Antonium Havet, Atrebatenſem, S. T. Doctorem Ordinis FF. Prædicatorum, qui erat à Confeſſionibus Mariæ Reginæ Hungariæ Sorori Caroli V. Cæſaris.

Ad Archiepiſcopatum Ultrajectenſem nominatus fuit Fredericus Schenck de Tautenbourg, Præpoſitus ad S. Petrum Ultrajecti, & Præſes Cameræ Imperialis Spirenſis Ad eumdem Archiepiſcopatum prævie deſtinatus fuerat Adrianus de Reneſſe, Decanus Major Eccleſiæ Ultrajectinæ, ſed is præmaturè obierat eodem anno 1559.

Ad Epiſcopatum Harlemenſem, Nicolaus à Nieuwlant, antea Epiſcopus Hebronenſis, ac Suffraganeus Ultrajectinus.

Ad Epiſcopatum Daventrienſem, Fr. Ægidius de Monte, à Parweſio, Provincialis Minoritarum in Brabantia.

Ad Leowardienſem, Remigius Driutius, Caſletanus, J. U. L. Conſiliarius Eccleſiaſticus in Senatu Mechlinienſi.

Ad Groeningenſem, Fr. Joannes Knyff, Minorita Ultrajectinus.

Ad Middelburgenſem denique, Nicolaus à Caſtro, Lovanienſis, S. T. L. & Canonicus Ultrajectious

Tum Sorori ſuæ Mariæ Auſtriacæ Ducifſæ Parmenſi, univerſi Belgii curam Philippus Rex impoſuit, Provinciarumque Præfecturas optimatibus Belgii diſtribuit. Tandem omnibus ritè (uti putabatur) diſpoſitis, ſub finem Auguſti 1559 Rex è portu Viſſingenſi in Zelandia ſolvens, proſperis velis in Hiſpanias navigavit, unde nunquam in Belgium rediit, magno ſanè Reipublicæ detrimento.

Paucis ante diebus, ex Italia advenit in Belgium, Salvator Pacinius, Epiſcopus Cluſinus in Etruria, ſub Archiepiſcopatu Senenſi, à Paulo IV. deſtinatus Nuncius Extraordinarius pro famoſo negotio Erectionis novorum Epiſcopatuum, ſive pro Executione Bullæ Apoſtolicæ.

Hic cœpit mox allaborare cum Viris clariſſimis Antonio Perrenotto, primo Archiepiſcopo Mechlinienſi nominato, Viglio Zwichemio Sanctioris Conſilii Præſide, Philippo Nigrio Cancellario Aurei Velleris & Antverpienſi Epiſcopo nominato, Franciſco Sonnio nominato Buſcoducenſi; qui eum equis veredariis celerrimè Româ redierat, & Petro Curtio nominato Brugenſi; quos Commiſſarios Pontifex, omnimodam ipſis impertiendo authoritatem, ſubdelegaverat.

Illi conformiter ad informationes antea captas, juxta diviſiones Diœceſion jam à Sonnio Romæ exhibitas, cœperunt ſingulis novis Epiſcopis ſuas dotes aſſignare, unendo & incorporando Abbatias, Præpoſituras &c.

Similiter ſtatuerunt Eccleſias Cathedrales, in quibuſdam nihil immutando, niſi quoad Canonicos Graduatos, alibi augendo numerum Canonicorum ex aliis Capitulis, alibi erigendo Capitula plane nova.

De his infra ſpecialiter, & latius agemus. Additur hic Scriptum Sonnii Commiſſarii principalis, magiſque de negotio Epiſcopatuum informati, quod miſſum fuit ad Regem prius, quam Romam mitteretur.

SCRIPTUM

A Doctore Sonnio, cæteriſque Commiſſariis Apoſtolicis exhibitum Regi Catholico, ſuper Dote Epiſcoporum & Incorporatione Abbatiarum.

DEputati nuper à Reverendiſſimo Epiſcopo Ciuſino Salvatore, Nuncio Apoſtolico, & Sereniſſimo Hiſpaniarum Rege Catholico, ad conſignandum dotem ac fines Metropolitanis ac Cathedralibus Eccleſiis à Sede Apoſtolica recens per Inferiorem Germaniam erectis, expenſis diligenter ſingulis quæ in hac materia expendenda videbantur, quoad duas Metropolitanas, videlicet Mechlinienſem & Trajectenſem, & novem Eccleſias Cathedrales nempe Audomarenſem, Ipreníem, Brugenſem, Gandavenſem, Harlemenſem, Antverpienſem, Buſcoducenſem, Middelburgenſem, & Namurcenſem, fecerunt eam deſignationem dotis ac finium, prout in his particularibus ac diſtinctis Tractatibus de unaquaque Eccleſia deſcriptum videre licet.

Idem ac ſimili modo facturi quoad reliquas quatuor Sedes Epiſcopales, videlicet Leowardienſem, Groeniogenſem, Daventrienſem, Ruræmundenſem: mox ubi ſufficientem acceperint informationem de bonis Eccleſiaſticis iis in locis ſitis, unde dos aſſignari poterit.

Quo facto mittent & illam conceptam formam aſſignationis dotis quatuor illarum reſtantium Eccleſiarum: ſupplicantes ſuæ Majeſtati, ut mox reſpondere dignetur, utrum ea forma placeat: ne res tam ſancta & neceſſaria longius protrahatur: ſed Romam mitti poſſint, ſi modo eam rationem probabit Majeſtas ſua, quam ſecuti ſunt.

Neceſſe autem erit Litteris ſuæ Majeſtatis ad Pontificem, Cardinalem Pacbecum, & Abbatem Borromæum qui Nepos eſt ſuæ Sanctitatis, negotium iſtud diligentiſſimè commendari, miſſis ſimul ad Oratorem ſuæ Majeſtatis Litteris, ut & ipſe apud omnes illud commendet ac promoveat.

Quamvis autem quoad dotis conſignationem non ſit eiſdem Deputatis data niſi poteſtas eam reparciendi ex decimis & bonis, fructibus, redditibus ac proventibus Eccleſiaſticis, uti Bulla Apoſtolica habet: diſmembrandi verò à Præpoſituris & Monaſteriis, ſicut inſtrumentum Subdelegationis Nuncii continet; ipſi tamen ut negotium ſuavi quodam modo, & citra omnem perturbationem ſortiretur effectum, variis & quidem prægnantibus de cauſis, paulò fuſius ni ſunt poteſtate ſibi commiſſâ, confidentes ſtudium ſuum Sanctæ Sedi Apoſtolicæ probatum iri, cui nihil magis eſt curæ, quam ut hæreſibus abuſibuſque propulſatis, orthodoxa fides quam optime ſtabiliatur.

Ubi itaque vetuſta quædam unio ſive confœderatio eſt trium Statuum, nempe Abbatum, Nobilium & Oppidorum, inter ſe à ſæculis uſitata, in communibus oneribus Patriæ ferendis, potiſſimùm cum pro defenſione communis Patriæ agitur, ibi nullam putarunt faciendam repartitionem aut diſtractionem bonorum à Monaſteriis: ne reliqui Status Patriæ Nobilium & Oppidorum, ſentientes tertium membrum, nempe Abbatum ſolitò impotentius effectum ad contribuendum, exaſperati, pium hoc inſtitutum impugnare aut calumniari præſumant.

Sed magis viſum eſt, illic Epiſcopum conſtituere in locum Abbatum, bonaque Abbatiarum deductis oneribus Conventûs & debitis eleemoſynis, Sedi Epiſcopali loco dotis conſignanda eſſe. Nullâ aliâ mutatione factâ, quam quod, ubi ſolet eſſe Abbas, ibi nunc ſit Epiſcopus, habens perpetuam adminiſtrationem Abbatiæ ſimul cum gubernatione Diœceſis ſuæ.

Quemadmodum id commodiſſimè fieri poterit, & citra præjudicium viventium Abbatum, quia illi in dignitate ſua & fuoctione permanebunt, donec per mortem de medio tollantur; & citra offenſionem Statuum Patriæ, quia Epiſcopus ingreſſus locum Abbatis, feret onera Patriæ, ſicut Abbas ferre conſuevit.

Denique & citra immutationem cultûs divini formæque Monaſticæ: ſiquidem Epiſcopus gubernabit Conventum per Priorem vel Præpoſitum ejuſdem Ordinis, juxta Regulam Religionis quam profeſſi ſunt, ſubminiſtrans tam quæ ad uſum vitæ Religioſorum, quam quæ ad debitas Monaſterii eleemoſynas neceſſaria ſunt, haud ſecus atque Abbas facere ſolebat.

Neque Religioſi habebunt quod conquerantur, de dignitate Monaſticâ eſſe aliquid detractum, cum potius eadem ſit Epiſcopali Authoritate & juriſdictione, nonnullorumque emolumentorum acceſſione aucta & condecorata. Ad qualem gubernationem Abbatiæ

tiæ haud facilè poterit cenſeri inidoneus is, qui tamquam idoneus ad gubernandam totam Diœceſim ſuſcipitur.

Nec vero diſſimile eſt, quin temporibus his infeſtiſſimis retinebitur majus frænum diſciplinæ Monaſticæ à tantâ Authoritate, nempe Epiſcopali, quam ab Abbatiali retineri poſſet: cum comperiatur exemplo, obſervantiam Regulæ Sti. Benedicti in Abbatiis Affligemienſi & Sti. Amandi multò magis viguiſſe jam annis plurimis, ſub diverſis Epiſcopis reſidentibus ut plurimùm in dictis Abbatiis, quam antea ſub propriis Abbatibus, aut quam vigeat in aliis Monaſteriis ejuſdem Ordinis, ſub Conventuali Abbate de gremio Monaſterii aſſumpto.

Præterea ut ſunt Epiſcopi in iis quæ ſunt adminiſtrationis magis verſati, atque in rebus politicis exercitatiores, quam qui tantùm in Monaſteriis verſantur, poterunt in negotiis Provinciæ dum cum Statibus agitur plus officii præſtare, quam Abbates, ſi deinceps ratione Abbatiarum annexarum tractationibus intererunt loco Abbatum, qui duriores & difficiliores eſſe ſolent, nihil amplius attendentes, quam quæ ad commoditatem ſuarum Abbatiarum pertinent, neglectâ curâ earum rerum quæ univerſalem Provinciæ ſalutem concernunt.

Adhæc bona temporalia quæ antea ſerviebant uni Monaſterio, nunc quoque invenient integræ Diœceſi ad ſublevandam neceſſitatem Eccleſiæ, in quam bæreticorum ſtudio & machinationibus devênit. Siquidem conſtat bona Abbatiarum, quibus Epiſcopi loco Abbatum præficientur, poſſe abundè ſufficere & Monaſterio cum omnibus oneribus ſuis, & doti Epiſcopali ſecundum Bullam Apoſtolicam conſignatæ.

Nec metuendum eſt, quod per hunc modum fiet diſtractio bonorum Monaſticorum: nam faciet Epiſcopus juramentum non ſolum Conventui de bonis Monaſterii non alienandis, ſed & Eccleſiæ ſuæ de bonis dotis ſuæ debitè conſervandis.

Et licet nonnullæ harum ditionum Abbatiæ commutentur in dignitates Epiſcopales, manent nihilominus in iſdem quam plurimæ aliæ Abbatiæ integræ, adeoque multa Monaſteria, ut pro numero Monaſteriorum non ſufficiant perſonæ volentium monaſticè vivere, ob malitiam hujus temporis.

Hoc inſuper boni ex modo quem ſecuti ſunt Deputati eveniet, quod Epiſcopus habebit Monaſterium ſuæ Abbatiæ, loco religioſi cujuſdam receſſûs, quò ſe ſubducere poterit à tumultibus civicis, vel devotionis vel quietis cauſâ, quoties opportunum erit, manens nihilominus in loco, unde tam licebit intendere gregi dominico, quam ſi in Eccleſia ſua Cathedrali adeſſet.

Quales receſſus ſibi olim ſancti Epiſcopi magno ardore animi conquirebant, ut S. Martinus extra Turonem in Majori Monaſterio, Sanctus Willibrordus primus Epiſcopus Trajectenſis extra Civitatem ſuam Trajectenſem in Monaſterio Echternacenſi longè diſſito, Sanctus Luthgerus primus Epiſcopus Monaſterienſis in Conventu Werdenenſi procul quoque diſtante, & inter montes pœnè abſconditus.

Quam etiam ob cauſam in quibuſdam aliis locis, ubi alioqui Epiſcopus non haberet quieti receſſûs opportunitatem, conſignata eſt ei vel Præpoſitura, vel modica aliqua Abbatia in ſupplementum dotis ſuæ, quò ſe ſubducere poterit aliquando, aut turbæ vitandæ, aut devotionis exercendæ cauſâ; ut Audomarenſi Præſuli Præpoſitura Watinenſis, Iprenſi verò Præpoſitura Furnenſis utraque in ipſorum Diœceſibus ſita, ſed verſus interiora tutioraque loca Flandriæ magis ſemota à finibus Franciæ, quam ſunt eorum Sedes Epiſcopales. Brugenſi quoque Epiſcopo Abbatia de Doeſt, ad quatuor aut quinque millia paſſuum diſtans à Civitate, in medio tamen Diœceſis illius.

Quasdam præterea Præpoſituras admodum opulentas ipſarum Eccleſiarum in quibus Cathedræ eriguntur, viſum fuit debere commutari in dignitatem Epiſcopalem, cum omnibus proventibus & collationibus ſuis, ut eo magis Epiſcopi reddantur in populo amabiles & venerabiles, Sacerdotiorum proviſionibus: & non erigat ſe Præpoſitus adverſus Epiſcopum propter opulentiam ſuam.

Has autem uniones ſperamus minus difficultatis habituras Romæ, quia nihil deceder Cancellariæ juribus; creantur enim novæ dignitates Epiſcopales, quæ ſuccedunt in locum Abbatiarum & Præpoſiturarum quæ uniuntur. Neque dubitatur, quin ſua Sanctitas, cum illi diſertè per ſuæ Majeſtatis Oratorem omnia explicabuntur, pro ſua pietate, & erga orthodoxam Religionem zelo ſit facilè conceſſura, & Prædeceſſoris exemplum ſecutura, pro majori ſno erga Regiam Majeſtatem affectu.

Qui Deputati perpendentes, quam parum profuerit erexiſſe novas Sedes Epiſcopales, niſi iiſdem adjungantur Dignitates & Officia Eccleſiaſtica & bona eruditorum Virorum copia, velut organa quædam poteſtatis Epiſcopalis debitè exequendæ, idque potiſſimum hoc tempore, & in iſtis ſuæ Majeſtatis regionibus, ob cauſas ſæpius dictas; conſultum judicarunt in ſingulis Diœceſibus Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario Diœceſano, & novem Graduatis Viris qui Epiſcopo velut auxiliarii & conſiliarii erunt, ſimul conſignare ſuas dotes honeſtas ac ſufficientes, ne poſtquam Sanctiſſimus Dominus Noſter comprobaverit aſſignationem dotis ac finium Epiſcopatuum, rurſus oporteat mittere Romam, pro reliquorum approbatione, cum magna tanti tamque neceſſarii negotii protelatione.

Quoniam autem quorumdam Epiſcopatuum dos conſignata à Commiſſariis jam cecidit, ſecundum eam rationem quam ſecuti ſunt

Commiſſarii, ut Trajectenſis Archiepiſcopatûs, & Epiſcopatuum Audomarenſis, Iprenſis, Antverpienſis, Harlemenſis, Middelburgenſis: quorumdam autem non niſi quando beneficia quæ annecti debent vacaverint, neceſſe erit, ut Majeſtas ſua Epiſcopatibus quorum nondum dos aſſignanda vacat, ut ſunt Archiepiſcopatus Mechlinienſis, Epiſcopatus Gandavenſis, Brugenſis, Buſcoducenſis, Namurcenſis, ſuper Eccleſiis opimis in Hiſpania jam vacantibus, penſiones aſſignet, quibus Prælati nominati ſeſe alere honeſtè, & neceſſarios ſumptus ferre poſſint, & ne populi ab initio aſſueſcaot illos contemnere, cum neceſſe ſit in magna eos veneratione eſſe.

Antea ſic erat poſitum, ſed poſtmodum mutatum.

Quantum autem de præſenti Statu Inferioris Germaniæ intelligi potuit, habetur Patrimonium Dominium ſuæ Majeſtatis ita extenuatum, atque ære alieno gravatum, ut nulla ſpes videatur, ex eo penſionum prædictarum ſolutionem ullam obtineri poſſe; proinde neceſſarium videtur, pro maturiori negotii adimpletione, ut eadem Majeſtas ſua conſignet illis in regnis ſuis penſionem Eccleſiaſticam, aut ſingulis ſuam, aut omnibus ſimul unam, decem millium Ducatorum inter prædictos quatuor Epiſcopos, & unum Archiepiſcopum diſtribuendam, pro rata quæ unicuique competit, juxta tenorem Bullæ.

Quæ quidem penſiones pro rata ceſſare debeant, quoties de conſignata dote Sedibus Epiſcopalibus tantùm accedet, decedentibus poſſeſſoribus, quantùm ad æquaodam penſionem ſufficiet, & ob id breviſſimo tempore ab hoc onere Hiſpaniarum Eccleſiæ quæ gravatæ fuerint liberabuntur.

Quod neutiquam alienum baberi debet: nam quid æquè rationi conſonum, atque ut Eccleſia abundans ſubveniat penuriæ aliarum Eccleſiarum indigentium, idque in communem protectionem Religionis adverſus hæreſes, ſectas, abuſus, aliaque mala quibus Regio inferioris Germaniæ pœne opprimitur, & fiat quod Paulus ſcribit Corinthiis, *ut veſtra abundantia aliorum inopiam ſuppleat?*

Si rectè fit conſignatio penſionum Eccleſiaſticarum ad ſubveniendum perſonis bene meritis de Republicâ Chriſtianâ, ut fit non infrequenter, quare non poſſet fieri in ſubventionem neceſſariam unius integræ Regionis, idque ad tempus, & quidem modicum tempus? Quia plerique Abbates & Prælati quorum bona expectantur, jam ſenio confecti ſunt, oec multò tempore vivere poterunt.

Eccleſia Chriſti unum corpus eſt, & ideo debent membra ejus ſecundum Apoſtolum invicem ſollicita eſſe, & alterum alterius onera portare. Quare ſi placet ſuæ Majeſtati hoc modo ſubvenire dictis Epiſcopatibus, ſperandum & Sedem Apoſtolicam non refragaturam. Nec Prælatos Hiſpaniarum id poſſe ægrius ferre, modò habeant, uti haud dubiè habent ſpiritum Chriſti & Eccleſiæ ejus.

Eſt quoque operæ pretium, Regiam Majeſtatem ſuis Litteris agere apud modernum Pontificem, quatenus dignetur Sanctitas ſua ratam & gratam habere Subdelegationem in Deputatos factam à Reverendiſſimo Epiſcopo Cluſino Nuncio Apoſtolico, conſignandi eauſſâ dictis Epiſcopatibus dotem ac fines. Nam priuſquam idem Epiſcopus Cluſinus faceret ejuſmodi Subdelegationem in vim poteſtatis ſibi tributæ à Paulo IV. piæ recordationis, jam defunctus erat Paulus Quartus.

Atque ideo fortaſſis periculum erit, ne non ſint omnino pro legitimis habendæ, ipſius Subdelegatio, & Deputatorum deinde facta executio, niſi per interceſſionem ſuæ Majeſtatis Sanctiſſimus noſter Pius IV. eaſdem comprobaverit & ratificaverit.

Quod non creditur Sanctitatem ſuam negaturam, ſi quo ducitur erga Religionem zelo, banc collabentem ubique, volet in hac Regione ſuæ Majeſtatis operam (quæ tota huic curæ incumbit) ſublevare. Si autem (quod ſperatur) ratum habere volet, quod à ſuo Prædeceſſore eſt factum, procul dubio & ea quoque conçedet, quibus tam ſanctum opus incœptum poſſit ad optatum & neceſſarium finem perduci.

Etiam expedit, ut ſacra ſua Majeſtas nominet ad dictos Archiepiſcopatus & Epiſcopatus perſonas eximias, & ſecundum formam Bullæ qualificatas, quæ ſimul præſententur Sanctitati Suæ, quò negotium tandem cum fructu expectato ad effectum deducatur.

Finis eorum quæ D. Commiſſarius ac Doctor Sonnius in Scripto ſuo ſuper Erectione ac Dotatione novorum Epiſcopatuum, Philippo II. Hiſpaniarum Regi expoſuit. In ejus Manuſcriptis etiam addebantur ſequentia; verum maturiore conſilio viſum fuit illa in Scripto originali ad Regem miſſo prætermittere. Adjunximus tameo in gratiam curioſi lectoris.

Præterea animadverſum eſt, Status Brabantiæ nullâ ratione admiſſuros, ut Brabantini citentur aut evocentur Mechliniam ad Sedem Metropolitanam ibidem collocatam, eò quod Mechlinia non pertineat ad Brabantiam, ſed ſit patria per ſe. Vetuſtiſſima autem Privilegia Brabantiæ habent, ne incolæ Brabantiæ evocentur extra fines Ducatûs ſui.

At Mechlinienſes patiuntur ſe evocari in Brabantiam: ſicuti hactenus evocati fuerunt ad Curiam Eccleſiaſticam Brunellenſem Cameracenſis Eccleſiæ.

Cum igitur futurum ſit admodum incommodum & diſpendioſum, Metropolitanam Eccleſiam Mechliniæ collocatam perpetuò debere foris, nempe uſpiam in aliquo celebri loco Brabantiæ, ubi eſt copia Eruditorum Virorum, continuum habere Conſiſtorium, nec facile fueris ex Brabantiâ transferre Mechliniam redditus Eccleſiaſticos pro novem graduatis Viris, quos ſecum habeat Archiepiſcopus ſecundum tenorem Bullæ Apoſtolicæ,

videtur Majeſtati ſuæ cogitandum, num Eccleſia Metropolitana quæ foret Mechliniæ, ſit potius conſtituenda Bruxellæ, vel Lovanii, quod magis foret conveniens.

Nam Lovanii eſt ſufficientiſſima copia eruditorum Virorum in Theologia & Jure Canonico, nec ibi inveniuntur ſtrepitus illi aulici, qui plerumque ſunt Bruxellæ. Eſtque Lovanium in mediterraneo Diœceſis, quo libenter comparebunt omnes tam ad Diœceſim pertinentes, quam ad Provinciam Metropolitanam.

Suffraganeæ enim Eccleſiæ, quæ huic ſubjiciuntur, lubentius appellabunt Lovanium ad ſuum Metropolitanum, quam Rhemos ad Archiepiſcopum Rhemenſem.

Et hoc erit beneficium Lovanienſibus, in recompenſam ejus quod ſua Univerſitas diminuetur per Erectionem novæ Univerſitatis in Duaco. Qualis commutatio ſi placuerit Sereniſſimæ ſuæ Majeſtati, nihil oportebit in Tractatu hujus Archiepiſcopatûs immutare, quam ut loco Eccleſiæ Sti. Rumoldi Mechlinienſis ſubſtituatur Eccleſia Sti. Petri Lovanienſis, ſitque Præpoſitus Sti. Petri Lovanienſis Archiepiſcopus hujus Metropolitanæ Eccleſiæ, ſicuti fuiſſet Præpoſitus Sti. Rumoldi Mechlinienſis, ſi Cathedra manſiſſet Mechliniæ.

Atque ut petas Majeſtas ſua, quod Sanctiſſimus Dominus ob præditas cauſas velit in hanc commutationem conſentire, quod veriſimile eſt Sanctitatem ſuam libenter facturam, quia manet Diœceſis eadem, ac tantummodò Cathedra alio, & quidem commodiore in loco conſtituenda eſt.

Si tamen Majeſtati ſuæ placeat ob eas cauſas propter quas potiſſimum Mechliniam elegit, nihil hîc immutare, ſuccurretur incolis Brabantiæ, dato eis Bruxellæ vel Lovanii Tribunali, in quo Brabantica negotia pertractentur, ad exemplum ejus quod hactenus Cameracenſes & Leodienſes fecêre, qui Bruxellæ pro Diœceſi Cameracenſi, & Lovanii pro Leodienſi ſuos Officiales habuêre.

Quoniam autem animadvertunt Commiſſarii graves querelas exorituras Epiſcoporum, maximè verò Leodienſis, Colonienſis, Cameracenſis & Monaſterienſis, qui Principes ſunt Imperii, ob id quod novâ hâc Erectione multùm illis decedat, ſi tenorem Bullæ Pauli IV. ſequimur, quæ nullâ illis attributâ recompenſâ voluit ſecundùm Bullæ ſuæ præſcriptum fieri, ſupplicant ſuæ Majeſtati, ut dignetur expendere, num ex re eſſet in aliis Beneficiis aut penſionibus pro modernis Epiſcopis aliquid recompenſæ illis dare, ne præter querelas quas inſtituent apud Imperium coloro contributionum, & Romæ quoque ſub hoc Pontifice, negotium impediri procurent, & ut dignetur Majeſtas ſua beneplacitum ſuum Commiſſariis ſignificare.

SCRIPTUM

Continens cauſas Diviſionis & Erectionis Epiſcopatuum per inferiorem Germaniam, à Commiſſariis è Belgio Romam tranſmiſſum.

I. QUia licet eadem Regio inferioris Germaniæ olim tempore Erectionis veterum ſuarum Sedium eſſet parum culta, & non niſi ſparſim habitata, tamen nunc eſt quaqua-verſum cultiſſima populoſiſſimaque, & ex omni parte florentiſſimis Oppidis, Pagis, Caſtris & Monaſteriis magis quam ulla alia Europæ pars referta, habens longè pauciores Epiſcopos, quam pro Oppidorum & populorum multitudine ſufficiat; ut ſit de ea veriſſimum; *Meſſis quidem multa, operarii vero pauci; rogate ergo Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.*

II. Quia ſub cujuſque veterum Epiſcoporum gubernatione concurrunt diverſa idiomata, inſuper & diverſa Dominia, antiquitus ne ad Sedem Epiſcopalem evocentur privilegiata, quorum illud impedit neceſſariam inſtitutionem, quam Epiſcopus facere debet; adeo ut Canonibus rectè conſtitutum ſit, ne quis Epiſcopus aut Paſtor fiat populi, cujus idioma ignorat. Iſtud vero diſciplinæ Eccleſiaſticæ debitum uſum excludit: propterea quod minimum difficile ſit & ſumptuoſum, ubique habere Conſiſtoria & fideles juſtitiæ diſciplinæque adminiſtrandæ Officiales Miniſtros. Quo fit, ut inundantibus ſcandalis, Clerus & gubernatio ejus incipiat fœtere coram laïcis, & comtemptibilis eſſe.

III. Et ea maximè urgens, quia Regio iſta inferioris Germaniæ undequaque fere cingitur populo hæretico ac ſchiſmatico, adeoque infeſtatur ſubdolis & perfidis errorum magiſtris, ut prorſus certum, nedum veriſimile fiat, incolas ejus Regionis non poſſe diutius in fide Catholica & unione Eccleſiæ ſanctæ ac Sedis Apoſtolicæ obedientia retineri, niſi ibidem plures Sedes Epiſcopales & aliquæ Archiepiſcopales, cum præfectione Præſulum vitâ & doctrinâ inſignium conſtituantur, adjunctâ ſingulis Eruditorum Virorum in ſacris Litteris & jure Canonico bonâ copiâ.

Quam etiam ob cauſam petitum & obtentum fuit, ut parvæ portiunculæ, quas exteræ Eccleſiæ ſuperioris Germaniæ habent in Ditionibus Regis Philippi, dividerentur ab iiſdem exteris Eccleſiis, eò quod in illis receptum habeant hæretici & apoſtatæ, atque illine ſua venena in reliquam Ditionem ſuæ Majeſtatis evomant, ac velut de latibulis ſuis

excurſiones facientes, infinitas hujus Regionis deprædantur animas, nec prohibentur ibidem permanere, quantumcumque Rex noſter dictis exteris Epiſcopis ob hoc ſupplex ſiat.

Ut autem Archiepiſcopalis cura & ſollicitudo meliùs contineat ſuos Suffraganeos in officio, viſitando, corripiendo &c. illique & eorum ſubditi commodiorem habeant recurſum ad Matricem ſeu Archiepiſcopalem Eccleſiam, ideo petitum eſt & obtentum, ut conſtituantur in eadem Regione, id eſt, in medio ipſarum Suffraganearum Eccleſiarum novæ Sedes Metropolitanæ, factâ exemptione à veteribus Metropolitanis, propter defectum viſitationis, quam à memoria hominum non magis exercuerunt in Eccleſiis inferioris Germaniæ, quam ſi eis nullâ ratione ſubjectæ fuiſſent. Deinde propter nimiam diſtantiam, etiam propter bella & hæreſes, aliaque multa & ingentia incommoda, quæ hactenus eadem Regio inferioris Germaniæ non ſine magna jactura Religionis & animarum clade experitur.

Ne autem eveniret, quod per impetratam hanc diviſionem, aut veteres Epiſcopatus fierent in ſuis proventibus debiliores, aut novi eſſent vel paupertate vel territorii exiguitate contemptibiles, voluit Sacra ſua Majeſtas, & adhuc vult, eâque conditione impetratio facta eſt, quod antiqui Epiſcopi retineant ſibi univerſos ſuos fundos, cenſus, decimas, annuoſque redditus, quos ante diviſionem habuerunt: tantummodo pars Diœceſis & oneris eis decedat.

Quodque novi Epiſcopatus habeant ſinguli in annuis redditibus tria millia Ducatorum, Archiepiſcopatus vero 5000, qualis dos omnino honeſta eſt, & omnium judicio ſufficiens, potiſſimum in hac Regione, ubi multò minoris vivitur quam in Italia.

Singuliſque jam conſignarunt tantam dotem ii, qui ad hoc tam à Sede Apoſtolica, quam à Sacra Majeſtate ſua deputati ſunt, idque eâ diſcretione, ut nemini poſſidentium pro tempore dum vivet, fiat præjudicium. Suæque Conſignationis Inſtrumenta propediem ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum mitteutur, Auctoritate Apoſtolicâ comprobanda.

Præterea voluit ſua Majeſtas, quod ſingulæ novæ Sedes haberent juſtam Diœceſis magnitudinem, prout habebunt juxta Decretum Erectionis: ſicut videre eſt in his Tabulis, quas ſimul tranſmittimus: quò lo eis queat unicâ inſpectione citra faſtidium vel fatigationem totius rei ſeries clarè videri.

Et ne iſta novarum Sedium Erectio non adferret ſecum uberem aliquem fructum in Republica Chriſtiana, admodum circumſpectè à Sereniſſima ſua Majeſtate cogitatum eſt, ut ſinguli Archiepiſcopi habeant ſecum in ſua Eccleſia Cathedrali novem doctos Viros partim in Theologia, partim in Jure Canonico promotos, velut conſiliarios & auxiliarios adjutores, tum ad juriſdictionem conſuli ò adminiſtrandam, tum ad hæreſes fortiter repellendas: novem Præbendis ad hoc perpetuo jure adjectis: quarum Præbeodarum expectatiooe infiniti dabunt ſe apud Nos ſanis ac ſeriis ſtudiis Theologiæ & Juris Canonici. Quod ſane cedet in ſingulare præſidium veteris & ortbodoxæ Religionis adverſus impios hæreticorum conatus.

Præterea ne ulli ſuſpicio fiat, Regiam Majeſtatem quærere in iſto ſuam, & non potius Eccleſiæ utilitatem, promiſit, repromittit, certoque daturus eſt ſingulis novis Epiſcopis 1500 Ducatos, Archiepiſcopis verò 3000 in ſingulos annos, donec accreſcant eis quæ per Sedem Apoſtolicam ex conſignatione Deputatorum unita fuerint: ut res tam ſancta tamque neceſſaria ſtatim ſortiatur effectum, malens de ſuo multum impendere, quam ſubditos ſuos hac commoditate rectæ gubernationis Eccleſiaſticæ diutiùs carêre.

SCRIPTUM

ALTERUM EJUSDEM ARGUMENTI AC PRÆCEDENS.

HÆ ſunt cauſæ, ob quas duxit Sacra Catholica Majeſtas ditionem ſuam inferioris Germaniæ novis Sedibus Epiſcopalibus locupletandam ac muniendam, ad confirmationem Orthodoxæ fidei & divini cultûs incrementum.

Prima; quod Regio illa, quæ licet olim tempore Erectionis veterum ſuarum Sedium Epiſcopalium parum eſſet culta, ac non niſi ſparſim habitata, ac ita pauci facilè tunc ſuffecerint Epiſcopi, nunc tamen quàquà verſum eſt cultiſſima populoſiſſimaque, & omni ex parte florentiſſimis & permagnis Oppidis Pagis ac Caſtris, magis quam ulla alia Europæ pars referta; habens longè pauciores Epiſcopos, quam pro Oppidorum frequentia ac populorum multitudine ſufficiat; uti vel iſtinc fit manifeſtum.

Nam poſt veterum Epiſcopatuum diviſionem, retinebunt adhuc novæ Diœceſes ſub ſe, alia 30, alia 25, alia 14, alia 11, Oppida, præter plurimos & eoſdem ſubinde ampliſſimos Pagos ſive Villagia; adeo ut ſi de ulla Orbis Chriſtiani parte umquam verum fuerit, de hâc ſit veriſſimum, *Meſſis quidem multa, operarii vero pauci; rogate ergo Dominum meſſis,*

Meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.

Hæc una vel ſola ſufficiens ſunt cauſa poſtulatæ diviſionis, juxta illud Apoſtoli ad Titum; *Hujus rei cauſâ reliqui te Cretæ, ut ea quæ deerunt corrigas, & conſtituas per Civitates Presbyteros:* hoc eſt, *Epiſcopos*, omnium Interpretum judicio: uam aliaqui dicendum fuiſſet *per ſingula loca*, Oppida ſcilicet & Pagos ſive villagia.

Præterea in eadem Regione ſub cujuſque veterum Epiſcoporum gubernatione concurrebant diverſa idiomata, diverſa quoque Dominia antiquitus, ac ne extra ſuum territorium in jus traherentur privilegiata. Quorum illud quidem doctrinam, quam Epiſcopus facere debet, iſtud vero uſum Juriſdictionis, quâ diſciplina Eccleſiaſtica in Clero ac populo conſervanda eſt, impediebat. Atque ita divini cultûs majeſtate puráque Religione decreſcentibus, abuſibus vero ac ſcandalis accreſcentibus, Status Eccleſiæ in inferiori Germania quotidie in pejus collabebatur. Ac proinde neceſſe apparebat, ut ſingulis Provinciis & idiomatibus ſinguli præficerentur Epiſcopi.

Adhæc, quod vel maximè urget, dicta Regio inferioris Germaniæ undequaque cingitur populo hæretico ac ſchiſmatico, adeoque inſeſtatur ſubdolis ac perfidis errorum magiſtris, propter continuum cum adjacentibus populis commercium: ut inciperet certum eſſe, nedum veroſimile, incolas ejus Regionis non poſſe diutius in ſincera fide & unione Catholicæ Eccleſiæ contineri, niſi ibidem plures Sedes Epiſcopales & aliquæ Metropolitanæ conſtituerentur, cum præfectione Præſulum vitâ ac doctrinâ inſignium, adjunctâ ſingulis Eruditorum Virorum in ſacris Litteris & Jure Canonico bonâ copiâ, ad juriſdictionem conſultò adminiſtrandam, ac hæreſes fortiter propulſandas.

Videbatur inſuper non magnifore præjudicii quoad exteros & in Germania reſidentes Epiſcopos, ſi ab eorum Diœceſibus fieret ea ſeparatio, quæ neceſſaria eſſet.

Primò: quia Oſnabrugenſis & Monaſterienſis Epiſcopi, & Archiepiſcopus Colonienſis non habent niſi minimas portiunculas ſuarum Diœceſium in ſuæ Majeſtatis Regionibus, quas certè in comparatione publici boni quod inde eveniet, vix æſtimare licet.

Leodienſi vero paulò plus de Territorio ſuo decedit: non tamen tantùm, quin maximam ampliſſimamque Diœceſim retineat, cui vix, etiamſi totus intendat, pro malitia temporum ſufficere poterit.

Secundò, quia tametſi eis de Territorio & de cura ſive de onere ac ſollicitudine aliquid decedat, idque in illorum ſublevationem, nihil tamen illis de certis proventibus aufertur: ſed manent illis fundi, cenſus, decimæ, & univerſi anni redditus, ubicumque locorum poſiti fuerint, integri & intacti.

Tantummodo perdunt in diſmembratis portiunculis incerta illa emolumenta, quæ actualem Epiſcopalis Officii adminiſtrationem ſequuntur, & meritò ſequi non deberent: quod Paſtorale officium ſit gratis & citra Simoniæ ſpeciem adminiſtrandum.

Pro quibus tamen, ſi qua merito recompenſa fieri debet (uti judicio Pauli IV. piæ memoriæ, & Venerabilium Cardinalium fieri non debet) liberaliter pro ipſis, quod judicio conſonum fuerit, ſua Majeſtas refundet. Ita quod dicti Epiſcopi nullâ ratione poterunt in Imperio aliquam impotentiam ad contribuendum ex hac diviſione prætexere.

Sed & hoc verum eſt, quod in portiunculis Diœceſium Monaſterienſis, Oſnabrugenſis ac Colonienſis quæ extenduntur in territorio ſuæ Majeſtatis, plerumque receptaculum habent errorum doctores & apoſtatæ, atque illinc in reliquam inferioris Germaniæ Ditionem ſua venena evomunt, ac velut de latibulis quibuſdam varias ac furtivas excurſiones faciunt, nec prohibentur per ſuos Epiſcopos, vigilantiâ eorum quoad extremas illas ſuarum Diœceſium partes parum intentâ.

Neque à ſua Majeſtate prohiberi poſſunt, quia Eccleſiaſtica ſunt: ne videatur velle falcem mittere in meſſem alienam. Cui malo aliquâ ſtabili ac perpetuâ ratione occurrendum erat, nempe quod Epiſcopus ibidem reſidens & Dominus temporalis manu conjunctâ, ejuſmodi locis expurgandis ſimul intenderent.

CAPUT VIII.

Dos ſingulorum Epiſcoporum in Belgio. Erectio Eccleſiarum Cathedralium. Unio Abbatiarum ac Præpoſiturarum. Tranſlatio Capitulorum &c. facta per Commiſſarios Apoſtolicos & Regios, anno 1560.

PRæter Scriptum à Sonnio aliiſque Deputatis pro Erectione novorum Epiſcopatuum in Belgio concinnatum atque ad Regem Catholicum tranſmiſſum, aliud ab eodem Sonnio confectum atque ad Pium IV. Papam miſſum fuit 4 Maii 1560, in quo ſingularum novarum Diœceſium, Capitulorumque Cathedralium Status ac perſonarum nominatarum qualitates recenſentur; quod hic exhibemus.

SCRIPTUM

A DD. COMMISSARIIS ROMAM MISSUM.

CUm aliàs piæ memoriæ Paulus PP. IV. animadverteret, eam partem Inferioris Germaniæ, cui Sereniſſimus Rex Catholicus imperat, paucos habere Epiſcopos nullumque Metropolitanum, qui eam regerent, uti illius amplitudo & frequentiſſimorum Oppidorum celebritas, ac longè latèque diffitorum caſtrorum & pagorum ſuorum copia, animarumque multitudo, varium item idioma & vitæ inſtitutum, ac denique temporis deplorata ob hæreticos conditio expoſtulabant, iis aliiſque gravibus cauſis eum impellentibus, volens periclitanti in iis partibus Fidei ſuccurrere, piâ etiam dicti Regis inſtantiâ,

Diviſit Eccleſias Cameracenſem, Trajectenſem, Atrebatenſem & Tornacenſem à Provinciis Remenſi & Colonienſi:

Diviſit eriam qnatuordecim inſignia Oppida, videlicet Mechlinienſe, Antverpienſe, Harlemenſe, Daventrienſe, Leovardienſe, Gruningenſe, Middelburgenſe, Buſcoducenſe, Ruremondenſe Namurcenſe, Audomarenſe, Iprenſe, Gandavenſe, & Brugenſe, à ſuis Diœceſibus, videlicet Cameracenſi, Trajectenſi, Leodienſi, Morinenſi & Tornacenſi, & illa erexit in Civitates.

Diviſit ab Eccleſiis Cameracenſi, Leodienſi, Tornacenſi & Morinenſi certas partes ſuarum Diœceſium ac juriſdictionum.

Diviſit à Provincia Colonienſi & ejus Suffraganeis Otnabrugenſi ac Monaſterienſi Eccleſiis eas partes Diœceſium ſuarum, quæ ſunt intra Ditiones Philippi Regis.

Erexit Eccleſiam Cameracenſem, priùs per eum exemptam, à Remenſi Metropolitano, nec non Trajectenſem, & Eccleſiam S. Rumoldi Mechlinienſis, in Metropolitanas pro totidem Archiepiſcopis, qui Pallio ac Cruce uterentur, ſtatuens ſingulis Provinciam.

Erexit Eccleſias dictarum novarum Civitatum in Cathedrales, & unicuique conſtituit certum numerum Oppidorum, cum pagis interjacentibus per diſtincta ſpatia.

Aſſignavit Eccleſiæ Cameracenſi pro ſua Provincia Civitates & Diœceſes, Atrebatenſem, Namurcenſem, Tornacenſem, & Audomarenſem.

Aſſignavit Eccleſiæ Mechlinienſi Civitates & Diœceſes, Antverpienſem, Gandavenſem, Buſcoducenſem, Brugenſem, Iprenſem: & Ruremondenſem.

Item Eccleſiæ Trajectenſi Civitates & Diœceſes, Harlemenſem, Daventrienſem, Leovardienſem, Gruningenſem & Middelburgenſem.

Applicavit Menſæ Archiepiſcopali Mechlinienſi annuum redditum quinque millium Ducatorum, & ſingulis Menſis Cathedralibus alium trium millium ex proventibus Monaſteriorum & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum vacarent, per Nuncium ſuum poſtea ſtatuendis & diſtribuendis.

Volens quod interim futuro Archiepiſcopo Mechlinienſi proſpiceretur de tribus millibus Ducatorum annuatim, unicuique ex Epiſcopis de mille & quingentis, ex vectigali Regis in iſta Regione.

Poſtremò reſervavit ipſi Philippo Regi & futuris Dominis dictæ Provinciæ Jus præſentandi Viros gradu inſignitos ad ſingulas Eccleſias Metropolitanas & Cathedrales ſic erectas.

Et deinde mandavit Reverendo Patri Salvatori Epiſcopo Cluſino Nuncio ſuo, ut perſonas idoneas deputaret, qui dictas Provincias & Diœceſes diſtinguerent & limitarent à Monaſteriis & Præpoſituris ſub illis conſiſtentibus, cum poteſtate omnia in his neceſſaria faciendi.

Subſequenter dictus Nuncius, defuncto dicto Paulo PP. ſubſtituit Reverendum Patrem Dominum Antonium Epiſcopum Atrebatenſem & quatuor alios peritiâ & probitate inſignes, qui hactenus ſtatuerunt limites ſingulis Provinciis & majori parti Diœceſium & Eccleſiarum, prout in unaquaque viſum fuit eis honeſtius commodiuſque expedire, dotes aſſignando, & numerum dignitatum, præbendarum & beneficiorum per modum unionum, diſmembrationum, applicationum, tranſlationum, ſuppreſſionum, & novarum inſtitutionum ſuper his faciendarum, accommodis rationibus quæ pleniſſimè deducuntur in Proceſſibus ſuper his habitis, & à me * poſtmodum juſſu Sanctitatis Veſtræ examinatis: ſecundùm quos præfatus Philippus Rex hæc quæ ſequuntur, humiliter à Sanctitate Veſtra poſtulat.

* Id eſt Franciſco Sonnio.

Pro Eccleſia Mechlinienſi.

QUoniam Eccleſia Mechlinienſis ſituatur in meditullio dictæ Regionis; idcirco ut cum res ipſa attulerit, vel Religionis Reipublicæ cauſâ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates & alii Prælati dictæ Ditionis in loco commodiore convenire poſſint, dignetur illam erigere in Eccleſiam Primatialem totius Provinciæ præfatæ ſupra Camera-

cenſem & Trajectenſem Archiepiſcopos, eorumque Suffraganeos, Abbates & Clerum univerſum dictæ Provinciæ : ita ut ad Archiepiſcopum Mechlinienſem tanquam ad Primatem Appellationum Cauſæ à ſois ipſorum Metropolitanorum deferantur.

Et quod in ſeſſionibus aliiſque Congregationibus Archiepiſcopus Cameracenſis omnium primus poſt Primatem, deinde Trajectenſis locum, vocem & præeminentiam habeant ; ac ſimilis ordo inter eorum Suffraganeos ſervetur.

Cum facultate convocandi Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos & Clerum univerſum, tam conjunctim quam diviſim, & cum omnibus & ſingulis aliis Privilegiis, prærogativis & conceſſionibus conſuetis.

Ut autem Menſæ ſuæ Archiepiſcopali de dote quinque millium Ducatorum juxta dictas Litteras provideatur, ac ſimul Archiepiſcopus pro tempore exiſtens locum habeat, quò ipſe devotionis vel quietis cauſâ interdum ſecedere poſſit ; etiam ſupplicat humillimè dictus Philippus Rex, ut dignetur onire perpetuò ipſi Menſæ Monaſterium SS. Petri & Pauli Haſſligemenſe Ordinis S. Benedicti, antea Cameracenſis, nunc vero Mechlinienſis Diœceſis, cum vacaverit : adeo quod Archiepiſcopus curam gerat Conventûs ſuppreſſo nomine ac dignitate Abbatis. Conventus vero, promiſſâ ipſi Archiepiſcopo obedientiâ illi ſubſit, ſicuti Abbati ſubeſſe tenebatur.

Fructus illius taxantur ad florenos 90 mille, & valent communi æſtimatione 90000 Ducatorum.

Et ſupprimere Præpoſitorum Eccleſiæ Mechlinienſis cum vacabit, & erigere Archidiaconatum loco illius (cum tali immineat juriſdictio) poſt ceſſum vel deceſſum eorum qui nunc ſunt Archidiaconi, in illa parte Diœceſios Mechlinienſis qoalem habuit Archidiacoous Bruxellenſis ; ut ſcilicet Archiepiſcopo ſua conſtet authoritas, ſerveturque per totam Diœceſim uniformis uſus juriſdictionis.

Et ſtatuere, quod decem Canonicatus & Præbendæ Mechlinienſis Eccleſiæ ex Majoribus, cum primo vacabunt, etiam apud Sedem Apoſtolicam, ſint perpetuo affecti Archiepiſcopo, qoi ſit Capitularis ſuper omnibus, & tribus Magiſtris vel Licentiatis in Theologia, ac tribus aliis Doctoribus ſeu Licentiatis in Decretis, & tribus Nobilibus Diœceſanis, etiam Graduatis, ſaltem Licentiâ in Theologia vel Decretis in famoſa Univerſitate & cum rigore examinis.

Atque omnes obſtricti ſint Archiepiſcopo ad dandum conſilium & operam in negotio Eccleſiæ & Religionis cæteriſque difficultatibus, quotieſcumque requiſiti fuerint vel omnes vel ſinguli, etiam Capitulariter.

Horum verò Canonicatuum & Præbendarum diſpoſitio fiat electione Archiepiſcopi & ſuperſtitum Canonicorum Graduatorum : ſuffragio tamen Archiepiſcopi pro uno computato, niſi votis paribus : ac tum eo reiterato paritatem dirimat.

Ipſi vero novem Canonicatus & Præbendæ etiamſi apud Sedem Apoſtolicam vacantes, impetrari non poſſint ; & hâc primâ vice de illis diſponat Archiepiſcopus Viris ut dictum eſt qualificatis.

Et quia dictæ Præbendæ tenuiores ſunt, quam conveniat perſonis gravibus, pro augmento dotis earum diſmembrare Decimas majores à Parochia de Willebringhen centum modiorum tritici, & eaſdem applicare dictis Præbendis affectis : remanentibus ſexdecim modis Rectori, qui ſufficient illi cum aliis emolumentis Eccleſiæ ſuæ. Ceſſat modo.

Et etiam aſſignare illis annuum redditum centum Ducatorum ex boois Perſonatûs de Hali Mechlinienſis Diœceſis, cum valor non aſcendat ultra centum Ducatos. Ceſſat. Vide Mirzi Diplom. pag. 1120.

Et erigere Archipresbyteratum Civitatenſem & Pœnitentiariam Diœceſanam, quæ Dignitates ſint in Eccleſia Mechlinienſi, conferendos nominatione Archiepiſcopi ex duobus ſupradictis Graduatis.

Et ſtatuere, quod Magiſter ſive Licentiatus Theologiæ, & Doctor ſive Licentiatus Decretorum Seniores Canonici ex dictis novem, tanquam à Sede Apoſtolicâ Delegati habeant curam inquirendi contra hæreticos per Diœceſim, & cæteri Graduati canonicè requiſiti illis aſſiſtere debeant.

Et quod duo Theologi & unus Juriſperitus etiam Seniores Canonici cum Archidiacono habeant curam examinandi promovendos ad Ordines & curas Paſtorales, etiam ex Proviſionibus Apoſtolicis, neminemque admittant niſi idoneum & promittentem ſe facturum perſonalem reſidentiam.

Et etiam ſtatuere, quod Magiſtri Doctores & Licentiati abſentes ultra bimeſtre ab Eccleſia ubi ordinati ſunt, amittant fructus integros ſuæ Præbendæ, niſi ſint ab Eccleſia vel Epiſcopo miſſi.

Et quod fructus Præbendarum Eccleſiæ Mechlinienſis in duas partes dividentur, quarum altera ſit pro quotidianis diſtributionibus permanentium in Choro : nec ullum Privilegium abſentiæ, etiam Apoſtolicum, qualecumque ſit, ſuffragetur.

Et aſſignare decem & novem Oppida (quorum quinque muris quidem carent, attamen habent jura & Privilegia Oppidorum, & admodum populoſa exiſtunt) pro Diœceſi Mechlioienſi, quæ ſtatuerunt dicti Subdelegati, cum ſuis Pagis, Parochiis, Monaſteriis, Collegiis, Conventibus, Hoſpitalibus, cæteriſque Beneficiis & Officus, quæ maxima ſunt.

Et concedere Archiepiſcopo Mechlinienſi Collationem Beneficiorum Præpoſiti Mechlinienſis, & Abbatis Haſſligemienſis, poſt mortem ejus ac aliorum in Diœceſi ſua conſiſtentium ; & quam habebant Epiſcopi Ca-

meracenſes Ordinarii Collatores ante hanc diviſionem.

Poſtremò ſtatuere, quod Parochiales Eccleſiæ Civitatis ſint ſub curâ Archipresbyteri Civitatenſis: extra verò maneant ſub Decanatibus ſuis, prout hactenus diſtributi ſunt: vel denuò partiantur arbitrio Archiepiſcopi. Decani vero percipiant ſua emolumenta conſueta, ſalvâ moderatione Archiepiſcopi.

Cum inhibitionibus, Decretis, Derogationibus Lateranenſis & aliorum Concilliorum & Regularum Cancellariæ, præſertim de conſenſu præſtando & fructibus exprimendis, & unionibus committendis, aliarumque Conſtitutionum & Ordinationum Apoſtolicarum, nec non Statutorum, Privilegiorum & Indultorum: adeoque contraria quæcumque prorſus tol antur, eiſque pro hac vice etiam in ſpecie der getur.

Pro Eccleſia Trajectenſi.

CUm autem Eccleſia Trajectenſis in Metropolitanam facta, in Diœceſi ſua ſatis extenuetur propter dictas diſmembrationes, & fructus illius à multis annis vix ad bis mille & ſexcentos Ducatos annuè aſcendant;

Denuò ſupplicat humillimè Sanctitatem Veſtram dictus Philippus Rex, ut dignetur diſmembrare de Decimis quas habet Monaſterium S. Pauli Trajectenſis in Ducatu Geldriæ ad valorem annuum quingentorum Ducatorum, atque illas applicare dictæ Menſæ.

Ac ſimul illi unire Præceptorias ſive Commendatorias de Oudewaeter & Werder ſub Bajulivatu Sanctæ Catherinæ Trajectenſis Hoſpitalis S Joannis Hierosolymitani, cum vacabunt; quarum valor æſtimari poteſt ad quingentos Ducatos. Item Præceptorias ſive Commendatorias Militiæ Teutonicorum ſub Provinciali & Conventu Stæ. Eliſabeth Trajectenſis, ad valorem quingentorum Ducatorum, ex iis quæ (contra Fundationem) ex longo tempore vacant. Hæc lege, quod Archiepiſcopus tam ex iſtis quam ex illis ſupportabit onera, & contribuat, prout illi Commendatarii contribuere ſolebant.

Et unire dictæ Menſæ Canonicatum & Præbendam ſingularum Eccleſiarum Trajectenſium, videlicet Majoris, & S. Salvatoris, S. Petri & S. Joannis, & S. Mariæ, quæ primò vacabunt, cum omnibus emolumentis, etiam ratione reſidentiæ; adeo quod Archiepiſcopus in omnibus illis ſit Capitularis, habens vocem & authoritatem ſupra illarum Decanos & Capitula, percipiatque dicta emolumenta perinde tanquam præſens. Et Præbendæ hujuſmodi tanquam Archiepiſcopales non ſint obnoxiæ annis exrectantiæ ſive carentiæ, ſicut nec olim erat Epiſcopalis, quæ ab annis multis Decanatui unita eſt. Per has autem applicationes proſpectum erit Menſæ uſque ad complementum quinque millium Ducatorum.

Et ſtatuere, quod novem Canonicatus & Præbendæ Eccleſiæ Trajectenſis primò vacaturæ, ſint novem Graduatorum & Nobilium: & conferantur per electionem, ut ſupra dictum. Alii vero Canonici Capitulares habeant collationem aliarum Præbendarum in ſuo turno ordinario, & reliquorum Beneficiorum collationes ſint communes, prout hactenus.

Et quod Archidiacono Eccleſiæ Trajectenſis talem habeant Juriſdictionem in ſua Provincia, qualem Archidiaconus Mechlinienſis habiturus eſt, ut uniformis uſus Juriſdictionis ſervetur.

Similiter jus & facultas inquirendi & examinandi, nec non diviſio fructuum Præbendarum & reſidentia habeantur, prout in Mechlinienſi dictum eſt.

Et cum conceſſione unius & triginta Oppidorum per Diœceſim Trajectenſem, cum Pagis & cæteris, juxta deſignationem Subdelegatorum.

Cum inhibitionibus, Decretis, ſuſpenſionibus, Derogationibus, ut ſupra.

Pro Eccleſia Iprenſi.

CUmque aliàs per Conditiones Pacis inter duos ſummos Reges decretum eſſet, quod Morinum non reſtitueretur, ſed illius Eccleſia, Diœceſis, Beneficia, Beneficiorum collationes & proventus in duas partes dividerentur, quarum altera eſſet Franciæ, altera vero inferioris Germaniæ; Subdelegati etiam eam partem Regis Catholici in duas alias æquales partes pro Diœceſibus Iprenſi & Audomarenſi ulterius dividendam cenſuerunt.

Proinde dictus Philippus Rex ſupplicat Sanctitati Veſtræ, ut dignetur ſupprimere Eccleſiam Cathedralem Morinenſem, ad præſens vacantem morte Franciſci de Crequy extra Romanam Curiam defuncti, ac ſingula præfata dividere, & applicare Eccleſiæ & Menſæ Iprenſi medietatem ſubdiviſam, quæ eſt nunc Diœceſis Iprenſis, valoris annui mille Ducatorum.

Et transferre ad Eccleſiam Iprenſem Canonicatus & Præbendas Eccleſiæ Morinenſis primò vacaturos, ex relictis pro parte Flandriæ per dictas conditiones Pacis: ac eoſdem unire Menſæ præfatæ pro Epiſcopo, qui ob id ſit Capitularis &c.

Communis, valor iſtius Præbendæ, ſicut & aliarum Morinenſium, eſt centum & viginti Ducatorum, aut circiter.

Et ſupprimere Præpoſituram Monaſterii S. Martini, in cujus Eccleſia eſt erecta Cathedralis Iprenſis: & Præpoſituram Eccleſiæ Furnenſis, Iprenſis Diœceſis, ac tres ex pluribus aliis Canonicatibus & Præbendis dictæ Eccleſiæ Morinenſis relictis pro parte Flandriæ, ut dictum eſt, cum primùm vacabunt: applicando dictæ Menſæ bona dictarum trium Præbendarum, & jus Præbendæ

Inſu-

Inſulenſis, quæ erat Epiſcopi Morinenſis: quæ omnia conſtituunt annuè quingentos ducatos. Nam Jus Præbendæ Inſulenſis non eſt niſi viginti-quatuor duecatorum, & valor præbendarum Morinenſium ſuperiùs expreſſus eſt.

In tractatu verò Iprenſi, ſub deſignatione Subdelegati, ſcriptor erravit, ſcribendo quantum ad ſummam mille ducatorum complendam: ubi ſcribere debuiſſet, ad ſummam trium millium ducatorum complendam.

Item bona Præpoſituræ Eccleſiæ Furnenſis, & tantum ex bonis Præpoſituræ S. Martini Iprenſis, quantum opus ſit ad complendam ſummam quinque millium ducatorum, cum proventibus dictæ Præpoſituræ Furnenſis. Itaque erit perfecta dos quinque millium ducatorum.

Et concedere ipſi Epiſcopo domum dictæ Præpoſituræ S. Martini, cum hortis &c. pro perpetua habitatione. Et collationem Beneficiorum illius, & etiam Præpoſituræ Furnenſis, nec non eandem quam olim habebat Epiſcopus Morinenſis in Diœceſi Iprenſi.

Et etiam transferre ad Eccleſiam Iprenſem Archidiaconatum Flandriæ & alios novem Canonicatus & Præbendas dictæ Eccleſiæ Morinenſis relictos pro parte Regis Catholici, cum poſt ſupradictos quatuor vacabunt. Et hujuſmodi novem Præbendæ ſint perpetuo juris addictæ novem Graduatis Viris & Nobilibus, & conferantur per ſuffragia, ut ſupra dictum eſt. Ipſe vero Archidiaconus eam habeat iſtic juriſdictionem, quam hactenus habuerunt præteriti Archidiaconi.

Et erigere in Eccleſia Iprenſi Archipresbyteratum Civitatenſem, & Pœnitentiariam Diœceſanam, nec non Cantoriam, Scholaſteriam & Theſaurariam, conferendas nominatione Epiſcopi dictis novem Graduatis Canonicis. Ita ut Archidiaconus primò niſi ſit Archidiaconatui annexa præbenda, deinde Archipresbyter, Pœnitentiarius, Cantor, Scholaſticus & Theſaurarius, per ſeriem Præbendas hujuſmodi conſequantur.

Et erigere in dicta Eccleſia Iprenſi unum Decanatum, qui ſit dignitas major poſt Pontificalem, ad ſuffragia omnium Canonicorum electivus, loco ſuppreſſi Præpoſiti Iprenſis Regularis S. Martini. Et habeat pro dote Præbendam & domum, quas Decanus dicti Monaſterii S. Martini habere conſuevit; & præterea medietatem proventuum Decanatûs Eccleſiæ Morinenſis relictam pro parte Flandriæ, ad duplicem diſtributionem in choro, ſuppreſſo dicto Decanatu Morinenſi.

Et ſupprimere Cantoriam & Theſaurariam Eccleſiæ Morinenſis, quæ etiam, ut præfertur, relictæ fuerunt; applicando medietatem illorum proventuum Archipresbyteratui, Cantoriæ, Scholaſteriæ & Theſaurariæ noviter erectis æqualiter.

Et ſupprimere alios duos Canonicatus & Præbendas dictæ Eccleſiæ Morinenſis relictas ut ſupra, & applicare medietatem illorum proventuum Decanatui & Archidiaconatui, reliquam verò dictis Archipresbyteratui, Cantoriæ, Scholaſteriæ & Theſaurariæ, ac reliquis novem affectis Præbendis Eccleſiæ Morinenſis.

Ut autem dicta Eccleſia Iprenſis juſtum habeat numerum Canonicorum, etiam transferre ad illam tertiam partem Canonicatuum & Præbendarum Eccleſiæ Furnenſis, qui omnes numerum triginta conſtituunt; & erigere alios duodecim ex bonis Conventualibus dicti Monaſterii S. Martini poſt obitum Religioſorum, aut poſtquam fuerit eis aliunde proſpectum: qui tamen interim maneant ſub cura Decani Iprenſis.

Et etiam transferre ad Eccleſiam Iprenſem octo ex quindecim Capellaniis Eccleſiæ Morinenſis, ſpecificatis in proceſſu Subdelegatorum, cum ſuis oneribus & emolumentis.

Et quod facultas inquirendi, examinandi, diviſio fructuum, præbendarum, & reſidentia, nec non diſtributio Parochiarum habeantur ut ſupra dictum eſt. Et concedere novem Oppida, quæ Subdelegati nuncuparunt, cum Pagis &c. pro Diœceſi Iprenſi.

Et cum inhibitionibus ac derogationibus &c. nullis prorſus obſiſtentibus; ut ſupra.

Pro Eccleſia Audomarenſi.

ET pro Eccleſia Andomarenſi, quæ reliquam partem ſubdiviſam pro Diœceſi ſua ſortiretur, adhuc dictus Philippus Rex humillimè ſupplicat Sanctitatem Veſtram, ut dignetur iſtam applicare Eccleſiæ & Menſæ Audomarenſi, ut ſupra dictum eſt.

Valor illius annuatim aſcendit ad mille ducatos, ultra ea quæ ſunt incerta, & pendent à miniſterio Paſtorali Epiſcopi.

Et unire perpetuò dictæ Menſæ Monaſterium ſeu Præpoſituram Watanenſem, Ordinis Regularium Canonicorum S. Auguſtini, quondam Morinenſis, nunc vero Audomarenſis Diœceſis, cum vacabit: ſuppreſſo nomine Præpoſiti, adeo quod deinceps Epiſcopus curam gerat Conventûs, qui idem Epiſcopo obedientiâ promiſſâ ſubſit, ſicut antea Præpoſito ſubeſſe tenebatur.

Et ſimiliter ſupprimere Præpoſituram Eccleſiæ Audomarenſis, & applicare illius bona dictæ Menſæ, ac ſimul unire illi Canonicatum & Præbendam Eccleſiæ Audomarenſis, quos hactenus habuit Epiſcopus Morinenſis ratione ſuæ Eccleſiæ Morinenſis, quorum ratione Epiſcopus ſit Capitularis.

Fructus dictorum Monaſterii & Præpoſituræ cum Præbenda ſibi annexa, inſimul aſcendunt ad bis mille ducatos.

Et transferre ad Eccleſiam Andomarenſem Archidiaconatum Arthefiæ Eccleſiæ Morinenſis ſuppreſſæ, & eidem applicare fructus dimidiæ Præbendæ dictæ Eccleſiæ Morinenſis relictæ pro parte Flandriæ, cujus valor ſuperius exprimitur.

Et ſtatuere, quod ex viginti octo Præbendis Eccleſiæ Audomarenſis ſatis opimis, nec non proximè vacaturis ſint novem perpetuo addictæ pro Graduatis & Nobilibus, ut ſupra dicitur.

Et erigere Archipresbyteratum Civitatenſem & Pœnitentiariam Diœceſanam, applicando ipſi Pœnitentiariæ medietatem bonorum Pœnitentiariæ Eccleſiæ Morinenſis ſuppreſſæ.

Et ſtatuere, quod Archidiaconus, Archipresbyter & Pœnitentiarius fiat ex novem dictis Graduatis Canonicis, nominatione Epiſcopi. Ac in Diœceſi Audomarenſi ſint Archipresbyteri ſeu Decani Rurales, juxta deſignationem Subdelegatorum diſtributi, cum ſuis emolumentis ordinariis, ſalvâ Epiſcopi moderatione.

Et transferre ad dictam Eccleſiam ſeptem reliquas Capellanias Eccleſiæ Morinenſis, relictas ut ſupra.

Et concedere Epiſcopo Audomarenſi collationem &c. Beneficiorum, quam habuit Epiſcopus Morinenſis inibi, & ſimiliter Præpoſiti Sti. Audomari & Watinenſis Monaſterii, exceptis dictis novem Præbendis, de quibus diſponendum erit per ſuffragia, ut ſupra dictum eſt: exceptâ primâ vice, quâ Epiſcopus nominabit ad primos vacaturos Archidiaconum, niſi habeat Præbendam Morinenſem, & deinde Archipresbyterum, Pœnitentiarium, & reliquos novem Graduatos & Nobiles.

Et pariter ſtatuere de facultate inquirendi, examinandi, reſideotiâ, & diviſione fructuum Præbendarum, prout ſupra dictum eſt.

Et concedere Eccleſiæ Audomarenſi pro Diœceſi quinque Oppida cum Pagis &c. juxta deſcriptionem Subdelegatorum.

Cum inhibitionibus, Decretis, Declarationibus, ſuſpenſionibus &c.

Pro Eccleſia Brugenſi.

ET pro Eccleſia Brugenſi etiam præfatus Rex Philippus humiliter ſupplicat Sanctitatem Veſtram, ut dignetur ſupprimere Præpoſituram, cum vacabit, Eccleſiæ Sti. Donatiani Brugenſis, quæ nunc eſt Cathedralis, & applicare bona illius Menſæ Epiſcopali, cum Præbenda, ratione cujus ſit Capitularis, &c.

Et unire illi Monaſterium de Doeſt Ciſtercienſis Ordinis, etiam Tornacenſis, nunc verò Brugenſis Diœceſis, cum vacabit.

Et diſmembrare bona quæ poſſidet Abbas S. Bertini Audomarenſis in diſtrictu Brugenſi, eaque poſt mortem moderni Abbatis pariter applicare ipſius Epiſcopi Menſæ pro dote ſua.

Fructus Præpoſituræ ſunt valoris mille Ducatorum.

Fructus Monaſterii non reperiuntur taxati, & cum dictis bonis diſmembratis complent reſiduum dotis trium millium ducatorum, ſupportatis oneribus Cooventûs, cujus curam habeat Epiſcopus, ſuppreſſo nomine & dignitate Abbatis. Conventus vero teneatur Epiſcopo ſubeſſe & obedientiam illi promittere, ſicut antea Abbati.

Et transferre ad Eccleſiam Brugenſem Archidiaconatum Brugenſem in Eccleſia Tornacenſi; & quod Archidiaconus habeat poſt mortem moderni Archidiaconi juriſdictionem per univerſam Diœceſim, qualem Archidiaconi hactenus habuerunt, & loco Præbendæ ſuæ Tornacenſis unam habeat ex dictis novem affectis.

Et erigere Archipresbyteratum Civitatenſem & Pœnitentiariam Diœceſanam pro dictis Graduatis, nominatione Epiſcopi, ut præfertur.

Et coocedere Epiſcopo collationem Beneficiorum, quam haberet Epiſcopus Tornacenſis in ea Diœceſi, & ſimiliter Abbas & Præpoſitus, poſt mortem eorumdem. Et ſtatuere ſimiliter prout ſuperius de jure inquirendi &c.

Et ſtatuere novem Oppida cum Pagis &c. pro Diœceſi Brugenſi, juxta præfatam diſtributionem.

Cum inhibitionibus & clauſulis opportunis &c.

Pro Eccleſia Antverpienſi.

ET pro Eccleſia Antverpienſi, in cujus Civitate propter frequentiam populi & negotiationes magno vivitur, ac eo loci coovenit Epiſcopum hoſpitalem eſſe, adhuc ſupplicat dictus Philippus Rex Sanctitatem Veſtram, ut dignetur unire perpetuò Menſæ Antverpienſi Monaſterium Sti. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis, olim Cameracenſis, nunc Aotverpienſis Diœceſis, ad preſens vacans per mortem Jacobi Vander Meiren extra Romanam Curiam defuncti.

Fructus illius noo reperiuntur taxati in libris Cameræ. Valent communi æſtimatione duo millia & quingentos ducatos, deductis oneribus Conventûs, cujus curam habebit Epiſcopus, ſuppreſſo nomine Abbatis.

Conventus vero teneatur Epiſcopo ſubeſſe, & obedientiam ei promittere, ſicut antea Abbati.

Et ulteriùs aſſignare ipſi Menſæ proventum annuum quingeotorum ducatorum auri de Camera ex decimis & fundis Monaſterii Villarienſis, olim Leodienſis, nunc Namurcenſis Diœceſis, ſed Antverpiæ vicinioribus. Et alios quingentos ex bonis Abbatiæ S. Michaelis Antverpienſis, poſt eorumdem Abbatum mortem.

Et etiam aſſignare Epiſcopo Antverpienſi Canonicatum & Præbendam Eccleſiæ Antverpienſis primò vacaturos, quorum ratione ſit Capitularis, &c. illos pariter uniendo perpetuò dictæ Menſæ.

Et ſtatuere, quod novem ex Canonicatibus & Præbendis dictæ Eccleſiæ primò poſt dictam Præbendam Epiſcopalem vacaturi ſint Graduatorum & Nobilium, ut ſupra; & conferantur per ſuffragia, ut ſupra. Reliquæ tamen Præbendæ conferantur per reliquos Canonicos in turno ſuo ordinario, uti ſolitum.

Et transferre Archidiaconatum Antverpienſem in Eccleſia Cameracenſi ad Eccleſiam Antverpienſem, cedente vel decedente &c. & loco Præbendæ quam habet in Eccleſia Cameracenſi, una illi applicetur ex dictis novem primò vacaturis.

Et erigere in eadem Eccleſia Archipresbyteratum Civitatenſem & Pœnitentiariam Diœceſanam pro dictis Graduatis, nominatione tamen Epiſcopi; qui primam, Archidiaconus ſecundam, Archipresbyter tertiam, Pœnitentiarius quartam Præbendas primò vacaturas ſortiantur.

Et ſimiliter ſtatuere ſuper jure inquirendi, examinandi, reſidentiâ & diviſione fructuum & Præbendarum, prout ſupra dictum eſt. Et aſſignare pro Diœceſi Antverpienſi ſeptem Oppida cum Pagis &c. juxta præmiſſam deſcriptionem.

Cum inhibitionibus &c. & clauſulis conſuetis &c.

Pro Eccleſia Middelburgenſi.

CUm autem per Erectionem Eccleſiæ Middelburgenſis in Eccleſia Conventuali Sanctæ Mariæ Ordinis Præmonſtratenſis factam, Status Monaſticus eo loci ſupprimatur; ideò ne fiat, prædictus Philippus Rex humillimè ſupplicat Sanctitatem Veſtram, ut dignetur transferre dictam Eccleſiam Cathedralem ad Eccleſiam Collegiatam Sancti Petri Middelburgenſis vetuſtam & percelebrem ac longè commodiorem.

Ac Menſæ Epiſcopali unire dictum Monaſterium, cujus fructus taxantur ad florenos quindecim mille, qui communi æſtimatione ſufficiunt pro dote integra Eccleſiæ Middelburgenſis, ſupportatis oneribus Conventûs, cujus curam gerat Epiſcopus, ſuppreſſo nomine Abbatis. Conventus verò Epiſcopo ſubſit, illique obedientiam promittat & ſervet, ſicut antea Abbati.

Et ſtatuere, quod ex quatuordecim Canonicatibus & Præbendis dictæ Eccleſiæ Sti. Petri, quæ partim ad Præſentationem Regis, partim ad Collationem Capituli ſunt, decem primò vacaturi cedant Epiſcopo, Graduatis & Nobilibus, ut præmiſſum eſt.

Et aſſignare dictis Præbendis, quæ tenuiſſimæ ſunt, bona Prioratûs ſeu Monaſterii Crucificorum Goeſenſium ad præſens vacui ac deſolati: cujus fructus aſcendunt communiter ad 430 ducatos annuè; & ſimiliter bona aliorum Monaſteriorum Zelandiæ ad nihilum redactorum, quæ à laicis injuſtè occupantur.

Et erigere Archidiaconatum, Archipreſbyteratum & Pœnitentiariam dignitates pro dictis Graduatis, nominatione Epiſcopi; & ſtatuere ſuper jure inquirendi, examinandi, reſidentiâ & diviſione, prout ſupra.

Et aſſignare decem & ſeptem Oppida conſcripta per Subdelegatos, cum ſuis Pagis &c.

Cum inhibitionibus &c. & clauſulis opportunis &c.

Pro Eccleſia Buſcoducenſi.

ET pro Eccleſia Buſcoducenſi adhuc ſupplicat dictus Philippus Rex Sanctitatem Veſtram, quatenus dignetur unire perpetuò Menſæ ſuæ Epiſcopali Monaſterium Tongerloenſe Ordinis Præmonſtratenſis, olim Cameracenſis, nunc verò Buſcoducenſis Diœceſis, ad præſens vacans per mortem Arnoldi Stryters de Dieſt, extra Romanam Curiam defuncti: cujus fructus taxati ſunt ad 30000 florenos, licet per ambitionem cujuſdam adjecti fuerint 10000. Et ſufficiunt pro dote dictæ Menſæ, ſupportatis oneribus Conventûs, cujus curam ſuſtinent Epiſcopus, ſuppreſſo titulo Abbatis. Conventus verò promiſſâ Epiſcopo obedientiâ illi ſubſit & obediat, ſicuti antea Abbati obedire debebat.

Et erigere in eadem Eccleſia Archidiaconatum, qui ſe extendat per omnem Diœceſim, poſt ceſſum vel deceſſum eorum, qui nunc Archidiaconi ſunt; & ſit deſignatione Epiſcopi unus ex Graduatis Viris.

Et ſtatuere, quod ex triginta Canonicatibus & Præbendis dictæ Eccleſiæ Buſcoducenſis, decem primò vacaturi, etiam in Turno Regio, ſive Romani Pontificis aut Capituli, ſint Epiſcopi & novem Graduatorum & Nobilium, ut ſupra; & conferantur per ſuffragia, ut ſupra.

Et erigere Archipresbyteratum ac Pœnitentiariam pro dictis Graduatis, nominatione Epiſcopi: qui primò vacaturam Præbendam habebit, Archidiaconus ſecundam, Archipresbyter tertiam, Pœnitentiarius quartam, ut ſupra.

Et quia dictæ Præbendæ affectæ tenuiores ſunt, quam conveniat Viris litteratis, ut ad reſidentiam & alia officia prædicta conſtringantur; etiam diſmembrare pro auctario dotis illarum Decimas Parochialium Eccleſiarum de Ghilſen & Marters, alias *in den Haegben*, Antverpienſis Diœceſis, & decimas Parochialis de Gerwen, poſt ceſſum &c. detractis ex ſingulis 20 modiis ſiliginis, quibus poterit quilibet Rector ſe commodè ſuſtentare cum aliis Parochialibus emolumentis. Decimæ vero cujuſque Eccleſiæ poſſunt aſcendere ad 70 modios ſiliginis aut circiter, modio ad ducatum vel circiter computato.

Et ſtatuere, ut præmiſſum eſt, de facultate inquirendi, examinandi, reſidentiâ, & diviſione fructuum Præbendarum.

Et aſſignare decem Oppida cum Pagis &c.

pro Diœceſi Buſcoducenſi, juxta Deſcriptionem Subdelegatorum.

Cum inhibitionibus &c. & clauſulis opportunis &c.

Pro Eccleſia Harlemenſi.

ET pro Eccleſia Harlemenſi adhuc dictus Philippus Rex ſupplicat Sanctitatem Veſtram : ut dignetur unire Menſæ Epiſcopali Monaſterium Hegmundenſe Ordinis S. Benedicti, olim Trajectenſis, nunc verò Harlemenſis Diœceſis, taxatum ad florenos 30000 & valoris competentis pro dote dictæ Menſæ, etiam ſupportatis oneribus Conventûs, cujus curam habeat Epiſcopus, ſuppreſſo nomine & dignitate Abbatis. Conventus vero teneatur promiſſâ Epiſcopo obedientiâ illi ſubeſſe, ſicut antea Abbati ſubeſſe debebat.

Et ſtatuere, quod idem Epiſcopus ex bonis Eccleſiæ ſuæ perpetuò ſolvat annuam penſionem 3000 ducatorum Capitulo Metropolitanæ Eccleſiæ Trajectenſis pro Præpoſitura Weſtfriſiæ 60 Eccleſiarum Parochialium aut circiter eidem Capitulo ademptâ & ſuæ Diœceſi adjectâ : ut patet in fine Tractatûs Eccleſiæ Harlemenſis per Subdelegatos tranſmiſſi.

Et ut dicta Eccleſia dignitatibus officiis & Viris eruditis decenter inſtruatur, transferre ad illam Eccleſiam Collegiatam Geervlitenſem in Hollandia, quæ dicitur Capella Regia, remanente Curâ Parochiali cum Capellaniis, Vicariis & ornamentis ac ſuppellectile ad omnia peragenda neceſſariis.

Et ſtatuere, quod Decanus Geervlitenſis ſit deinceps Decanus Harlemenſis, & ſic Canonici, & alii dignitates & officia habentes in eadem Eccleſia, ſinguli videlicet in ſua dignitate & ordine.

Et erigere pinguiores Capellanias Eccleſiæ Harlemenſis in Canonicatus & Præbendas, cum ſuis emolumentis & oneribus, ſalvâ Patronorum & Collatorum facultate.

Et ſupprimere Monaſterium de Heylo, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, antea Trajectenſis, nunc Harlemenſis Diœceſis, quod bis combuſtum fuit, nec plenè reparatum : & cedentibus vel decedentibus illius Religioſis erigere tot Canonicatus & Præbendas in Eccleſia Harlemenſi, quot pro quantitate bonorum dicti Monaſterii fieri poterunt, ad rationem aliarum Præbendarum Eccleſiæ Geervlitenſis.

Et ſtatuere, quod ex omnibus Canonicatibus & Præbendis decem primò vacaturi ſint Epiſcopi & Graduatorum.

Cum erectione Archidiaconatûs & Archipresbyteratûs & Pœnitentiariæ, & aſſignatione cuilibet ex dictis Præbendis ultra dotem ſuam, 50 Ducatos, ex Proventibus dicti Monaſterii de Heylo.

Et ſimiliter ſtatuere prout ſuperius de jure inquirendi, examinandi &c.

Et aſſignare undecim Oppida cum Pagis pro Diœceſi Harlemenſi, juxta deſignationem Subdelegatorum.

Cum inhibitionibus & cæteris clauſulis opportunis &c.

Pro Eccleſia Namurcenſi.

ET pro Eccleſia Namurcenſi adhuc dictus Philippus Rex humillimè ſupplicat, uniri Menſæ Epiſcopali Monaſterium Floreffienſe Præmonſtratenſis Ordinis, antea Leodienſis, nunc vero Namurcenſis Diœceſis, cum per ceſſum &c. vacabit. Ita quod Epiſcopus illius onera gerat, ſuppreſſo nomine Abbatis. Conventus verò promiſſâ Epiſcopo obedientiâ illi ſubſit, ſicut antea Abbati.

Fructus illius taxati ſunt ad florenos.....

Et quia bona dicti Monaſterii bellorum ſævitiâ non mediocriter vaſtata ſunt, ad ſupplementum dictæ dotis etiam unire dictæ Menſæ Prioratum Regularem Scholarium de Nameſch in ripa Moſæ extra Namurcum, cum vacabit. Ipſe enim Prioratus ab unica perſona regitur ſine Conventu & Monachis.

Fructus illius æſtimantur trecentis ducatis.

Et ſupprimere Decanatum & alias dignitates & officia, nec non tredecim Canonicatus & Præbendas Eccleſiæ S. Petri in Arce Namurci, quorum ſingulorum fructus æſtimantur annuè octoginta ducatis ; & applicare proventus trium Præbendarum dictæ Menſæ pro ſumma ducentorum quadraginta Ducatorum ; permanentibus in ipſa Eccleſia S. Petri obſequiis ordinariis Miſſarum, quantum ſatis ſit pro cuſtodibus & aliis dictæ Arcis, quibus eſt ingratus aliorum aditus propter illius cuſtodiam.

Cæterum cum expediat Epiſcopale Conſiſtorium ſtatui in ea parte Diœceſis Namurcenſis, quæ Gallicam Brabantiam complectitur, ut eo loci dicatur jus Brabantinis, qui metas Ducatûs non egrediuntur ; ut Epiſcopus Namurcenſis hâc de cauſâ ſubventionem condignam recipiat ; etiam unire dictæ Menſæ Prioratum Berterienſem pròpe Hannutum, Ciſtercienſis Ordinis, antea Leodienſis, nunc vero Namurcenſis Diœceſis, cujus fructus ſunt annui valoris quadringentorum ducatorum, & in quo ceſſant omnia divina officia & forma vitæ Monaſticæ, ac ædificia ſunt diruta, & ſolus Religioſus bona recipiens vivit otioſe ; hac tamen lege, quod Epiſcopus Namurcenſis habebit dictum Conſiſtorium in Brabantia, & ibidem celebrabit Ordines toties, quoties in Namurco.

Et ſtatuere, quod decem ex Canonicatibus & Præbendis Eccleſiæ S. Albani Namurcenſis primò vacaturi ſint Epiſcopi & Graduarorum, &c. applicando illis bona reliquarum decem Præbendarum, quæ ſuppreſſæ ſunt.

Et

Et erigere Archidiaconatum, Archipreſbyteratum, Pœnitentiariam, ut ſupra dictum eſt, & applicare bona Decanatûs ſuppreſſi Decanatui Eccleſiæ S. Albani Namurcenſis, & ſimiliter bona aliorum effectuum Archidiaconatui.

Et ut præmiſſum eſt, ſtatuere de facultate inquirendi &c.

Et aſſignare quinque Oppida cum Pagis &c. juxta diſcretionem Subdelegatorum.

Cum inhibitionibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, cæteriſque clauſulis opportunis & neceſſariis, latiſſimè extendendis pro omnibus, ut ſupra.

Pro Eccleſia Cameracenſi.

ET ne Eccleſia Cameracenſis per diviſionem ſuæ Diœceſios per diviſionem hujuſmodi gravaretur, etiam dignetur Sanctitas Veſtra unire Menſæ ſuæ, poſt mortem moderni Abbatis, Monaſterium Vauchellenſe Ordinis Ciſtercienſis, Cameracenſis Diœceſis, cujus fructus in Urbe taxati inveniuntur; ita quod ſuppreſſo nomine Abbatis, Archiepiſcopus illud regere & adminiſtrare poſſit, ut ſupra. Conventus vero ſubſit Archiepiſcopo, ut ſupra.

NB. In actis Manuſcriptis Franciſci Sonnii, Commiſſarii principalis pro Erectione novorum Epiſcopatuum Belgii, dein Epiſcopi Sylvæducenſis atque Antverpienſis, deſiderantur Deſignationes particulares dotis pro novis quinque Epiſcopatibus; Gandavenſi, Ruræmundenſi, Daventrienſi, Leovardienſi, ac Groeningenſi. Colligi tamen poſſunt ex Bullis Pii IV. Pont. datis anno 1560 quæ extant tum in nova Editione Operum Miræi, tum in Hiſtoria Eccleſiaſtica Belgii Foderati.

Proviſio Eccleſiæ Mechlinienſis.

UT autem dictæ Eccleſiæ Mechlinienſi, adhuc à primæva ſua Erectione vacanti de perſona verbo & opere potente conſulatur, idem Philippus Rex nominat Sanctitati Veſtræ Reverendum Patrem Dominum Antonium Epiſcopum Atrebatenſem, ſupplicans ut transferat ad illam de Eccleſia ſua Atrebatenſi.

Ipſa Eccleſia Mechlinienſis, ſub invocatione S. Rumoldi, habet Decanatum, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Pœnitentiariam, & plures alias Dignitates: item magnum numerum Canonicorum & aliorum Beneficiatorum.

Conſtat illius Diœceſis ſecundum novam diſtributionem novem & decem Oppidis, cum pagis & Caſtellis circumjacentibus ſupra 400. Cæterum quia Archiepiſcopus nihil percipiet de dote trium millium ducatorum aſſignatâ Menſæ ſuæ, niſi defuncto Abbate Monaſterii Affligemienſis, per cujus ceſſum vel deceſſum dictum Monaſterium unitur præfatæ Menſæ, & dictus Philippus Rex per dictas Litteras tenetur interim præſtare Archiepiſcopo annuum redditum trium millium ducatorum ex proventibus ſuis in d.cta Regione, quæ ob recentes clades exhauſta reperitur; denuo ſupplicat Sanctitatem Veſtram, ut interim conſtituatur penſio annua trium millium ducatorum præfato Antonio, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Mechlinienſi, ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis Salmantinæ pridem reſervatis per Sanctitatem Veſtram pro perſonis nominandis.

Cum retentione quorumcumque Monaſteriorum, Dignitatum, & aliorum Beneficiorum etiam incompatibilium, ac fructuum & penſionum.

Proviſio Eccleſiæ Trajectenſis.

VAcat etiam Trajectenſis Eccleſia per obitum bonæ memoriæ Georgii ab Egmonda, extra Romanam Curiam defuncti.

Dictus Philippus Rex etiam nomiuat Sanctitati Veſtræ ad illam diſcretum Virum Fredericum Schenek Clericum Trajectenſis Diœceſis, legitimæ ætatis, Utriuſque Juris Doctorem, nobili genere & legitimo matrimonio natum, vitæ integritate, optimiſque moribus ornatum.

Dicta Eccleſia, olim Suffraganea Eccleſiæ Colonienſis, eſt Dignitatibus, Præbendis & aliis Beneficiis copioſiſſima & ornatiſſima, habens Civitatem nobiliſſimam. Et quamvis magna pars ſuæ Diœceſis per diviſiones pro Erectione novarum Eccleſiarum diſmembrata ſit, nihilominus adhuc ei ſuperſunt, vel de novo conſtituuntur 30 Oppida inſignia, & pluſquam trecenti pagi circumjacentes, cum ſuis Parochiis, Monaſteriis & Beneficiis.

Fructus illius taxantur in libris Cameræ ad florenos quindecim mille & quadringentos: ſed hodie vix excedunt bis mille & quingentos ducatos annuè. Quare per novam diviſionem aſſignati fuerunt Menſæ ſuæ proventus in decimis & aliis bonis Monaſteriorum, Præceptoriarum vel Præbendarum, vacatnrorum per ceſſum &c. uſque ad complementum quinque millium ducatorum, ut ſupra.

Com tetentione quorumcumque Monaſteriorum, dignitatum, & aliorum Beneficiorum etiam incompatibilium, ac fructuum & penſionum.

Proviſio Eccleſiæ Iprenſis.

ECcleſia Iprenſis etiam vacat à primæva ſua Erectione; & dictus Philippus Rex ad illam nominat Venerabilem Virum Martinum Rithovium Decanum Eccleſiæ S. Petri Lovanienſis, Clericum Diœceſis Leodienſis.

Dicta Eccleſia Iprenſis erecta in Cathedralem in Eccleſia Conventuali Monaſterii S. Martis

ni ornatur competentibus Dignitatibus & Præbendis in eam tranſlatis & honeſtè dotatis, pro conditione Cathedralis Eccleſiæ.

Civitas ſua Iprenſis eſt præclara in Comitatu Flandriæ. Adjiciuntur pro Diœceſi dictæ Eccleſiæ novem Oppida, & Pagi cum ſuis Parochiis, ſub novem Decanatibus diſtinctis.

Fructus Menſæ Epiſcopalis Iprenſis conſtituuntur in medietate illius partis Diœceſis Morinenſis, quæ obtingit dicto Philippo Regi per conditiones Pacis, & aliis proprietatibus certarum Præbendarum & Præpoſiturarum, de quibus Epiſcopus Iprenſis ex nunc habet ultra mille & quingentos ducatos.

Eſt dicta Eccleſia Suffraganea Archiepiſcopi Mechlinienſis.

Dictus Martinus eſt Magiſter in Theologia, ætatis legitimæ, honeſtis parentibus & legitimo matrimonio natus, vitâ & moribus commendabilis.

Cum retentione omnium Monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam incompatibilium, ac fructuum & penſionum &c.

Proviſio Audomarenſis Eccleſiæ.

ADhuc dictus Philippus Rex nominat Sanctitati Veſtræ Reverendum Dominum Guilielmum de Pictavia Archidiaconum Eccleſiæ Leodienſis per Campiniam, ad Eccleſiam Audomarenſem noviter erectam ex Collegiata S. Audomari.

Dicta Eccleſia Audomarenſis etiam ornatur multis Dignitatibus & Præbendis & Beneficiis, tam antiquis, quam noviter erectis.

Conſcripta ſunt ſnæ Diœceſi ſolum quinque Oppida per Tractatum Pacis, ſed illa omnia inſignia, cum multis Pagis & Parochiis, ſub Archipresbyteratu Civitatenſi, & octo Decanatibus Ruralibus diſtributis.

Fructus Menſæ Epiſcopalis Audomarenſis conſtituuntur in reliqua medietate partis Diœceſis Morinenſis, quæ obtigit Philippo Regi per dictas conditiones Pacis, & aliis proprietatibus Præpoſiturarum & Præbendarum, de quibus Epiſcopus Audomarenſis ſtatim ab initio ferè percipiet duo millia ducatorum.

Eſt dicta Eccleſia Audomarenſis Suffraganea Archiepiſcopi Cameracenſis.

Dictus vero Guilielmus eſt ætatis legitimæ, & legitimo matrimonio ex nobilibus parentibus natus, optimis litteris præditus, vitâ & moribus commendabilis: quem dictus Philippus Rex jam pridem nominaverat ad Eccleſiam Morinenſem ante conditiones Pacis Cum retentione quorumcumque Monaſteriorum, Dignitatum, & aliorum Beneficiorum etiam incompatibilium, ac fructuum & penſionum &c.

Proviſio Brugenſis Eccleſiæ.

ADhuc Philippus Rex nominat Venerabilem Virum Dominum Petrum Curtium, Clericum & Sacerdotem Tornacenſis Diœceſis, Magiſtrum in Theologia, ad Eccleſiam Brugenſem.

Dicta Eccleſia ex Collegiata S. Donatiani in Cathedralem erecta, etiam ornata eſt ex ſe multis Dignitatibus & Præbendis aliiſque Beneficiis pinguibus.

Civitas ſua celebris & populoſa in Comitatu Flandriæ: pro cujus Diœceſi conſtituuntur duodecim non vulgaria Oppida, cum multis villis & caſtellis circumjacentibus.

Eſt dicta Eccleſia Brugenſis Suffraganea Archiepiſcopi Mechlinienſis.

Dictus vero Petrus eſt legitimorum natalium & ætatis, vitâ moribuſque honeſtis, in ſua profeſſione Theologiæ inſignis, & ad regendam dictam Eccleſiam idoneus.

Cæterum cum Epiſcopus nihil percipiat de dote trium millium ducatorum aſſignata Menſæ ſuæ, niſi defunctis Abbate de Doeſt & aliis, pott quorum ceſſum &c. Monaſteria & alia illorum bona unientur dictæ Menſæ, & dictus Philippus Rex teneatur interim præſtare Epiſcopo annuum redditum mille & quingentorum ducatorum ex vectigali ſuo in dicta Ditione, quæ nunc exhauſta reperitur, ideo ſupplicat Sanctitati Veſtræ, ut interim aſſignetur annua penſio mille ducatorum ſuper fructibus Menſæ Giennenſis pridem reſervatis per Sanctitatem Veſtram pro perſonis nominandis, tam pro dicto Petro quam pro tempore Epiſcopo Brugenſi, quouſque unionis ſupra-dictæ habeant effectum: ita ut quantum de illis accreverit, tantum de penſione detrahatur.

Cum retentione quorumcumque Monaſteriorum, Dignitatum, & aliorum Beneficiorum etiam incompatibilium, ac fructuum & penſionum.

Proviſio Eccleſiæ Antverpienſis.

ADhuc dictus Philippus Rex nominat Sanctitati Veſtræ ad Eccleſiam Antverpienſem Venerabilem Virum Dominum Philippum Nigri, Archidiaconum Morinenſem. Quæ quidem Eccleſia ex Collegiata B. Mariæ in Cathedralem erecta, in ſua primæva inſtitutione dotata invenitur multis Dignitatibus, Præbendis & aliis Sacerdotiis.

Civitas ſua eſt famoſiſſima, & emporium totius Germaniæ inferioris. Conſtituuntur ei pro Diœceſi ſeptem Oppida, cum magno numero pagorum, parochiarum & caſtrorum interjacentium.

Fructus Menſæ Epiſcopalis Antverpienſis conſtituuntur in bonis & proprietatibus Mo-

naſterii S. Bernardi Ciſtercienſis Ordiois, Anverpienſis Diœceſis, ac certis Decimis & aliis rebus, ad valorem annuum trium millium ducatorum, quæ ſtatim recipier Epiſcopus.

Eccleſia ipſa eſt Suffraganea Archiepiſcopi Mechlinienſis.

Dictus vero Philippus eſt otriuſque Juris Doctor, prædictus optimis moribus, legitimo matrimonio & honeſtis parentibus natus, dignuſque qui Eccleſiam probè regat.

Cum retentione Archidiaconatûs & aliorum Beneficiorum etiam incompatibilium, ac fructuum & peoſionum &c.

Proviſio Eccleſiæ Middelburgenſis.

ADhuc prædictus Pbilippus Rex nominat Sanctitati Veſtræ Domioum Nicolaum de Caſtro Clericum Leodienſis Diœceſis ad Eccleſiam Middelburgenſem.

Dicta Eccleſia per Litteras Pauli IV. erecta io Eccleſia Conventuali Sancti Mariæ Præmonſtratenſis Ordinis: deinde (ot ſupra) tranſlata ſuit ad Eccleſiam S. Petri Middelburgenſis.

Civitas illius eſt primaria omoium Inſularum Zelandiæ, opibus & populi multitudine pollens, habetque pro Diœceſi decem Oppida msgnifica, & multos pagos circumjacenres.

Fructus Menſæ Middelburgenſis conſtituuntur io bonis & proprietatibus dicti Monaſterii Sanctæ Mariæ, quod eſt unitum dictæ Menſæ, & ſufficiunt pro dote trium millium ducatorum, juxta Litteras Pauli IV.

Dicta Eccleſia eſt Suffraganea Arcbiepiſcopi Trajecteoſis.

Dictus vero Nicolaus eſt Licentiatus io Theologia, litteris & moribus & vitâ probatiſſimus, ætatis legitimæ, & legitimo thoro natus: ideo &c.

Cum retentiooc quorumcumque Monaſteriorum, Dignitatum & aliorum Beneficiorum etiam incompatibilium ac fructuum & penſionum &c.

Proviſio Eccleſiæ Buſcoducenſis.

ADhuc dictus Philippus Rex nominat ad Eccleſiam Buſcoducenſem Venerabilem Virum Dominum Franciſcum Soonium Clericum Leodienſis Diœceſis, Magiſtrum in Theologia, Virum in litteris, experientiâ & probitate integrum, ex legitimo thoro natum, & legitimæ ætatis.

Dicta Eccleſia Buſcoduceoſis fuit ex Collegiata Sti Joannis Evangeliſtæ io Cathedralem erecta cum ſuis antiquis digoitatibus & Præbendis, ac aliis noviter adjectis & dotatis, ad convenientem & honeſtum numerum Carbedralis Eccleſiæ.

Civitas illius in Ducatu Brabantiæ celebris eſt. Cooſtituuntur illi pro Diœceſi ſua decem nobilia Oppida, cum moltis caſtris & villis & parocbiis circumjacentibus.

Dicta Eccleſia eſt Suffraganea Archiepiſcopi Mecblinienſis.

Fructus vero Menſæ ſuæ conſtituuntur in proprietatibus Monaſterii Tongerloenſis, valoris trium millium ducatorum, quos percipiet Epiſcopus ſtatim ab illius Proviſione.

Cum retentione quorumcumque Monaſteriorum, Dignitatum & aliorum Beneficiorum etiam incompatibilium, & fructuum & penſionum.

Proviſio Eccleſiæ Harlemenſis.

ADbuc dictus Philippus Rex nominat Sanctitati Veſtræ Reverendum Patrem Epiſcopum Hebronenſem ad Eccleſiam Harlemenſem, ut ipſe ad illam transferatur.

Dicta Eccleſia Harlemenſis ex Parochiali Eccleſia Sancti Bavoois in Cathedralem erecta, pollet competeoti numero Dignitarum, Præbendarum, & aliorum Beneficiorum, partim erectorum, partim ad illam tranſlstorum.

Civitas illius io Comitatu Hollandiæ celebris, cui adjiciuntur pro Diœceſi undecim Oppida & multa Caſtra, cum Pagis & Parochiis circumjacentibus.

Eadem Eccleſia eſt Suffraganea Arcbiepiſcopi Trajectenſis.

Fructus Menſæ Epiſcopalis Harlemenſis cooſtituuotur in proprietaribus Mooaſterii Egmondenſis, quod eſt illi unitum, valoris annui trium millium ducatorum, deductis oneribus ratione Conveotûs.

Proviſio Eccleſiæ Namurcenſis.

ADbuc dictus Pbilippus Rex oominat Religioſum Virum Aotonium Havet Ordiois Fratrum Prædicatorum, & Theologiæ Profeſſorem, ad Epiſcopatum Namurcenſem.

Io dicta Eccleſia Namurceoſi, ex Collegiata Sancti Albani in Cathedralem erectâ, præter antiquas Dignitates & Præbendas ſuperadditæ fuerunt novem, dotatæ quantum expedit pro Eccleſia Cathedrali inſigoi.

Civitas illius eſt omoium ptima in Comitatu Namurcenſi. Cooſtituuotur quioque Oppida pulcherrima, cum Pagis & Caſtellis 300.

Eſt dicta Eccleſia Suffraganea Arcbiepiſcopi Cameracenſis.

Fructus Mentæ Epiſcopalis Namurcenſis conſtituuntur in proptietatibus Monaſteru

Floreffienſis & aliis bonis Eccleſiaſticis, per ceſſum vel deceſſum modernorum poſſeſſorum dictæ Menſæ unitis.

Ea-propter ſupplicat dictus Philippus Rex, ut loco penſionis annuæ mille & quingentorum ducatorum interim ex ſuo vectigali conficiendæ, reſervetur aliqua penſio ſimilis ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis Giennenſis (vulgo *Jaen* in Hiſpania) pridem à Sanctitate Veſtra reſervata pro perſonis nominandis, pro dicto Antonio & Succeſſoribus ſuis, quouſque Unio præfata habeat effectum; ita ut quantum Menſæ accreverit, tantum detrahatur de penſione.

Cum retentione &c. ut ſupra.

Proviſio Eccleſiæ Atrebatenſis.

ECcleſia Atrebatenſis vacat per tranſlationem Reverendi Patris Domini Antonii Archiepiſcopi Mechlinienſis. Ideo præfatus Philippus Rex nominat Sanctitati Veſtræ Reverendum Patrem Dominum Franciſcum Epiſcopum Nicopolitanum, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, ut ad illam etiam transferatur

Dicta Eccleſia Atrebatenſis per Erectiones novarum Cathedralium in Inferiori Germania fuit diviſa à Metropolitana Remenſi, & facta Suffraganea Archiepiſcopi Cameracenſis.

Civitas illius in Ducatu Arthefiæ ſituata eſt, quæ inter alias partium iſtarum eſt celeberrima, ampliſſimam habens Dioeceſim, cum multis Oppidis, Pagis, Caſtris & Monaſteriis, Parochiis & Collegiatis Eccleſiis.

Fructus illius taxati ſunt in Libris Cameræ ad florenos quadraginta mille; reductâ communi æſtimatione aſcendunt ad..... ducatos.

Cum retentione quorumcumque Monaſteriorum, Dignitatum & aliorum Beneficiorum, etiam incompatibilium, ac fructuum & penſionum.

NB. Proviſiones cæterarum Eccleſiarum deſunt in MS. Epiſcopi Somnii.



DIPLOMATUM

BELGICORUM COLLECTIONIS NOVÆ

PARS QUARTA.

CAPUT PRIMUM.

Teſtamentum B. Aldegundis Fundatricis Capituli XL. Nobilium Canonicarum, atque XVIII. Canonicorum, Malbodii in Hannonia, circa annum 646.

Ex Archivis Capituli Malbodienſis.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen Quod prudentius conſilium, quam ut homo terrenus de terrenis rebus aut de caducâ ſubſtantiâ debeat ſibi præparare præmia ſempiterna?

Igitur Ego Aldegundis (1) admonita divinâ vocatione, & roborata Evangelicâ voce ad præmia æterna nos ſic invitante; *quicumque reliquerit Patrem aut Matrem, aut uxorem, aut filios aut agros propter Nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam poſſidebit:* hanc promiſſionem deſiderans adipiſci, deſpecto penitus conjugio maritali poſſeſſiones meas quas ex parte patris aut matris hæreditario jure obtinebam, tradidi aſſenſu Domini Hildrici (2) inclyti Imperatoris, quin & Dagoberti & Principum ejus, ſub teſtificatione & & confirmatione ſubſcriptorum Venerabilium Epiſcoporum, & Abbatum Religioſorum, & Nobilium virorum & ſanctarum mulierum in miniſterium Ancillarum Dei ad illud ſacrum Monaſterium, quod vocatur Malbodium (3) ubi Venerabiles Epiſcopi Autbertus, Amandus, Audoinus, Urſmarus, Altare Domini in honore ſanctæ Dei Genetricis ſemperque Virginis Mariæ & Sanctorum Apoſtolorum dedicaverunt quarto Idus Junii, ad opus Sororum ibidem Deo nocte & die militantium.

Prædia vero mea & poſſeſſiones non modicas ad opus inibi Chriſto famulantium donatione publicâ ad ſupradictum Altare tribui. Hoc eſt, in primis Villam ipſam, in qua Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus ad ſe pertinentibus, quæ nuncupatur Malbodium, ſitaque eſt in pago Hainoënſi.

Quaſdam etiam Villas, quarum ſubjecta ſunt nomina, ad uſus & ſtipendia Ancillarum Dei delegatas, habere inſtitui; ut abſque indigentiâ & penuriâ aliquâ Chriſto famulari & Ordinis Sanctimonialis vitæ competenter deſerviret.

. . . . . *Multa hic deſunt in Copiâ, per quæ deſignabantur Villæ, ceteraque bona huic Eccleſiæ donata.*

Dono igitur Ego Aldegundis, & ſpecialiter ad uſus ancillarum & famulorum in prædicto Monaſterio degentium, & donatum in perpetuum eſſe volo; in eâ verò ratione, ut Sorores & Fratres in prædicto Monaſterio degentes, jam dictas Villas cum omnibus ad illas pertinentibus ad ſuos ſpeciales uſus habere debeant, vel quidquid exinde facere voluerint, liberam in omnibus habeant poteſtatem faciendi. Ut neque aliquis, neque ex Abbatiſſis, neque ex Rectricibus ejuſdem Monaſterii ullo aliquo tempore quippiam immutare & convellere, atque à præſenti Ordinatione quam pro amore Chriſti feci, alienare præſumat: ſed ita omni tempore firmum inviolatumque permaneat.

Et ſi fuerit aliquis, qui contra hanc Traditionem venire, aut eam auſu temerario violare tentaverit, ſi ſe exinde non correxerit, in primis iram Dei incurrat offenſi, & ante tribunal Chriſti excommunicatus appareat, & ſic marceſcat in flore, ut numquam germinet fructum, & inſuper inultum per diſtrictum judicium componat, hoc eſt auri libras centum, argenti pondera.... coactus exolvat, & quod repetit evendicare non valeat: ſed præſens Donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat.

Actum Malbodio Monaſterio, ante Altare ſanctæ Mariæ, & Sanctorum duodecim Apoſtolorum.

Datum anno vigeſimo Regni Dagoberti inclyti Regis, ſub præſentia Virorum & Ancillarum Dei, quorum Nomina & Signacula ſubtus tenentur inſerta.

Ego Aldegundis hanc Donationem feci & firmare rogavi.

Sign. Autbertus (4) Epiſcopus.
Sign. Amandus (5) Epiſcopus.
Sign. Audoënus (6) Epiſcopus.
Sign. Urſmarus (7) Epiſcopus.
Sign. Vincentius (8) Abbas.
Sign. Humbertus (9) Abbas.
Sign. Eloquius (10) Abbas.
Sign. Ermenius vir Sanctus & Abbas.
Sign. Etto (11) Abbas.
Sign. Gualdetrudis (12) Abbatiſſa.
Sign. Gertrudis (13) Abbatiſſa.
Sigo. Aldetrudis (14) Abbatiſſa.
Sign. Maldeberta (15) Abbatiſſa.
Sign Gervida, Amita beatæ Aldegundis, quæ eam de ſacro fonte ſuſcepit.
Sign. Gunilandus.
Sign. Landricus. (16)
Sign. Charibertus, Comes, &c.

(1) ALDEGUNDIS. Stemma ejus Genealogicum ſupra pag. 200 tum in Diplomate Philippi Boni Burgundiæ Ducis, tum in Notis annexis, exhibui. Obiit circa annum 690. Quieſcit Malbodii. Colitur feſtum ejus in Eccleſia die 30 Januarii.

(2) HILDERICUS, aliàs *Childericus* II. Rex Francorum.

(3) MALBODIUM, Hannoniæ Oppidum munitum, ad Sabim fluvium, à Montenſi Metropoli milliaribus quatuor, ac ſeptem à Valencenis diſſitum. Ab anno 1649 vi armorum à Gallis occupatum, eis dein per Tractatus Pacis acceſſit. Dominium hujus Oppidi eſt penes Abbatiſſam Capituli Nobilium Canonicarum, quod dum olim vocaretur Monaſterium Ancillarum Chriſti, anno 965 per Brunonem Archiepiſcopum Colonienſem, Legatum Apoſtolicum, ad ſtatum ſæcularem redactum fuit.

(4) S. AUTBERTUS, Epiſcopus Cameracenſis & Atrebatenſis; obiit circa ann 668.

(5) S. AMANDUS, Epiſcopus Trajectenſis ad Moſam, Belgarum Apoſtolus, obiit in Monaſterio Elnonenſi à ſe exſtructo, circa ann. 662.

(6) S. AUDOENUS, Epiſcopus Rothomagenſis, obiit 677.

(7) S. URSMARUS, Epiſcopus & Abbas Monaſterii Lobbienſis, Ordinis S. Benedicti, ad Sabim fluvium.

(8) S. VINCENTIUS, maritus quondam S. Waldetrudis, dein Fundator & Abbas Monaſterii Altimontenſis, & Collegii Sonegienſis.

(9) S. HUMBERTUS, Fundator & Abbas Monaſterii Maricolenſis, Ordinis S. Benedicti in Hannonia.

(10) S. ELOQUIUS, gente Hibernus, Abbas Monaſterii Walciodorenſis Ordinis S. Benedicti in Comitatu Namurcenſi.

(11) S. ETTO, gente Hibernus ſeu Scotus, Epiſcopus & Confeſſor, quieſcit in Abbatia Lætienſi Ordinis S Benedicti in Hannonia. In ejus honorem fundatus eſt Prioratus Benedictinorum juxta Avenas; de cujus exordio vide Diplomata ſupra pag. 342 & 346.

(12) S. GUALDETRUDIS, Soror Stæ. Aldegundis, Fundatrix & Patrona Canonicarum Nobilium Mootenſium. Colitur ejus feſtum 9 Aprilis.

(13) S. GERTRUDIS, Dubitari hic poteſt, an fuerit illa quæ erat filia Pipini Landenſis, quæque fundavit Capitulum utriuſque ſexûs Nivellis, & obiit anno 664. Ao vero S. Gertrudis, filia Adalbaldi Ducis Duacenſis, & Fundatrix Cœnobii Hamaticenſis in Hannonia. Obiit hæc anno 655.

(14) S. ALDETRUDIS, filia S. Waldetrudis, ſucceſſit Matertera ſuæ S. Aldegundi in regimine Monaſterii Malbodienſis. Colitur feſtum ejus 25 Februarii.

(15) S. MALDEBERTA, ſive *Madelberta*, ſoror germana S. Aldetrudis, eidem in regimine ſucceſſit.

(16) S. LANDRICUS, filius B. Waldetrudis, dein Epiſcopus Meldenſis in Gallia. Sacræ ejus reliquiæ quieſcunt in Eccleſia Collegiata Sonegienſi apud Hannones.

CAPUT II.

Pars altera Teſtamenti, ſive Fundationis inſtitutæ à Sancta Aldegunde Abbatiſſâ & Patronâ Malbodienſium, quæ hîc eſt ſpecialiter in favorem Canonicorum in Eccleſia S. Quintini Malbodii degentium. Quas Litteras ſeſe vidiſſe teſtatus eſt anno 1518. D. Ægidius Gippus Abbas Lætienſis Ordinis S. Benedicti in Hannonia.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii & Spiritûs Sancti Amen.

Noverint univerſi & ſinguli præſentes Litteras, ſive præſens hoc publicum Tranſſumptum inſpecturi, lecturi pariter & audituri, quod Nos Ægidius permiſſione divinâ humilis Abbas Monaſterii ſancti Lamberti Lieſſienſis Ordinis ſancti Benedicti Cameracenſis Diœceſis, ad inſtantiam providi viri Nicolai Broneau, nobilium & circumſpectarum mulierum Dominæ Abbatiſſæ, Canonicarum & Capituli Sœcularis & Collegiatæ Eccleſiæ Beatæ Aldegundis Oppidi Melbodienſis dictæ Diœceſis, Procuratoris & ipſius Eccleſiæ generalis Receptoris, prout de

ſuo procurationis mandato nobis extitit legitimè facta fides, quaſdam Litteras ſive Scriptum in pergameno, Teſtamentum ſcu & inſtitutionem aut dotationem primariam dictæ Eccleſiæ beatæ Aldegundis in ſe continentes ſeu contineotis, manibus & ſubſcriptionibus quondam Jobannis Viviani & Nicolai Cameracenſium Notariorum Apoſtolicorum ſignatas ſive ſignata ac Sigillo Capituli ſancti Quintitini Melbodienſis ac cauda pergamenea cum cera viridi & ejuſdem ſancti Quintini Martyris Imaginis ſculptura munitas ſive munita, ad manus noſtras recepimus & per eumdem Nicolaum Bruneau Procuratorem & Receptorem, nomine quo ſupra Procuratorio, ut prænarratas Litteras tranſſumi & exemplari ac in publicam Tranſſumpti formam redigi, nec non ſubſcribi & publicari mandari, Sigilliique noſtri munimine roborare ac noſtrum Decretum interponere dignaremur & vellemus, debitacum inſtantia fuimus requiſiti.

Nos tunc Ægidius Abbas præfatus, cum ne inpoſterum piorum operum & ſignanter Inſtitutionis ac Dotationis Eccleſiarum effectus ob Litterarum vel aliorum documentorum ſeu ſcriptorum legitimorum & authenticorum carentiam propter veteſtatem, aut viarum diſcrimina alioſve caſus fortuitos quovis modo probandi facultas, oblivionis defectui ſubjaceret, vel inpoſterum deperiret, jurium conditores ſuper hoc de remedio providerint oportuno, ut videlicet eis exemplatis, copiatis, vel tranſſumptis, Exemplo, Copiæ vel Tranſſumpto bujuſmodi ſic authenticatis plena fides tamquam ſuis Otiginalibus adhibeatur & adhiberi debeat; Attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam & conſonam rationi: quia prætactas Litteras vidimus, tenuimus, legimus & diligenter inſpeximus, eaſque ſanas, integras & illæſas ac omni prorſus vitio & ſuſpectione carentes invenimus.

Idcirco ad dicti Nicolai Bruneau Procuratoris, nomine quo ſupra procuratorio, inſtantiam, Litteras prædictas per Notarios publicos infra-ſcriptos tranſſumi & exemplari, ac in hanc publicam tranſſumpti formam redigi mandavimus & fecimus; volentes ac decernentes, quod huic noſtro tranſſumpto de cætero ubique locorum tam in judicio quam extra ſtetur, ac tali & tanta fides illi adhibeatur, qualis & quanta prætactis autenticis Litteris inferius inſertis & cum præſenti tranſſumpto auſcultatis & collocatis data ſint & adbibita, dareturque & adhiberetur, ſi in medium producereutur.

Tenor vero dictarum Litterarum ſeu Scriptorum hujuſmodi ſequitur de verbo ad verbum & eſt talis.

In nomine Sanctæ & individuæ Trluitatis amen. Quod prudentius conſilium, quam ut homo terrenis de terrenis rebus aut de cadnca ſubſtantia debeat ſibi præparare præmia ſempiterna? Igitur Ego Aldeguudis, admonita divinâ vocatione &c.

. . . . *Reliqua ut ſuperiori Cap. I. uſque ad hæc verba:* nocte & die militantium.

QUia vero femineus ſexus non poterat per ſe explere divina Sacramenta, prædicto Imperatore confirmante & conſilio prædictorum Epiſcoporum & aliarum religioſarum perſonarum inſtitui duodecim Fratres in Eccleſia ſancti Quintini Martyris à ſupra dictis Epiſcopis conſecrata, quæ in Villa Melbodienſi erat ſita; Tali conditione, ut illi jam dicti Fratres ſupra nominatæ Eccleſiæ Sanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ cum reverentiâ & bonore deſervirent, ſicut ipſi omnes pariter in ſolemnibus diebus, Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Dedicationis ipſius Eccleſiæ, omniumque ſolemnitatum ſanctæ Dei genitricis Mariæ interſint, in celebrationibus Miſſarum & Veſperarum &c.

Ut autem illi jam dicti Fratres abſque indigentia & penuria aliqua Chriſto famulari & Ordinis ſanctorum Canonicorum vitæ competenter deſervirent, ad ſtipendia & uſus eorum donatione propriâ tribui eodem die quo prædicti Venerabiles Epiſcopi Autbertus, Amandus, Audnenus, Urſmarus dedicaverunt Eccleſiam in bonore beati Quintini Martyris, decimam partem quæ exit de poteſtate Melbodii; exceptâ indominicata Curti, quam in uſus hoſpitum & pauperum Chriſti ſtatui, de laborato, de pratis, de ſilvis, de moneta, de ponte; & manſos ſervorum quinque & fidelia triginta, pratos duos & ſilvam, unam quæ dicitur *Faresbus*, molinos duos ſupra flumen Melbodii, cambas tres unam ſupra ripam *Zambre* duas ſupra flumen Melbodii, & quaſdam villas Ittoiaen & Hanaen cum Eccleſia & appendentiis & mancipiis, & aliam Villam in Villa Ruvo quæ dicitur Lamereias & aliam villam quæ dicitur Villeras, & aliam Villam Waldrecias cum Eccleſia & appenditiis & mancipiis &c.

Et ſi fuerit aliquis qui contra hanc Traditionem venire aut eam auſu temeratio violare tentaverit, ſi ſe exinde non correxerit, in primis iram Dei incurrat offenſi, & ante tribunal Chriſti excommunicatus appareat, & ſic marceſcat in flore, ut numquam germinet fructum, & inſuper inultum per diſtrictum judicis componat, hoc eſt auri libras ceutum, argenti pondera L. C. C. coactus exſolvat & quod repetit vindicare non valeat, ſed præſens Donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat.

Actum Melbodio Monaſterio ante Altare Sanctæ Mariæ & Sanctorum duodecim Apoſtolorum. Data anno vigeſimo * regni Dagoberti incliti Regis, ſub præſentia Virorum & Ancillarum Dei quorum nomina & ſignacula ſubtertinentur inſerta.

* Ita habet Diploma; ſed tamen Dagobertus tantùm 16 annis regnavit.

Ego Aldegundis &c.

Aliorum Signa & Nomina è ſuperiore Diplomate repetenda ſunt. Interim notet Lector, il-

lud apud Eruditos admodum ſuſpectum eſſe de falſitate.

Quibus omnibus & ſingulis præmiſſis tamquam ritè & legitimè factis, Decretum noſtrum pariter & Authoritatem noſtram duximus interponendam & interpoſuimus, prout interponimus præſentium per tenorem

Inquorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes Litteras ſive præſens publicum tranſſumpti Inſtrumentum exinde fieri & per Notarios publicos infraſcriptos ſubſcribi & publicari mandavimus ſigillique noſtri juſſimus & feeimus appenſione communiri.

Datum & actum in ſæpedicto Oppido Melbodienſe Cameracenſis Diœceſis ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo decimo octavo, Indictione ſextâ, die vero vigeſimâ menſis Auguſti &c.

Inferiùs habebantur ſequentia.

Cette copie a eſté collationnée par Mre Guillaume de Glarges & Mre. François Gaultier à ſon original en parchemin, ainſi ſcellée & atteſtée que deſſus eſt repris & trouvée concordante ce 17. jour d'Octobre 1569 ayant leſdites Lettres originelles rendus à Nicolas Anſſeau Procureur des Dames plaidantes, comme les ayant produit & exhibés; étoit ſigné de Glarges & Gaultier.

CAPUT III.

Ebroinus Comes B. Willibrordo primo Ultrajectenſium Epiſcopo donat varia prædia in Hollandia, circa annum 720.

IN Dei nomine, amen. Ego Ebroïnus (1) Comes filius Odo (2) quondam donator, aliquid de rebus meis ad loca Sanctorum pro remedio animæ meæ, ſeu dilectiſſimæ conjugis meæ Theodolindæ dare diſpoſui.

Hoc eſt, ad Baſilicam SS. Petri Apoſtolorum Principis, ſeu Joannis Baptiſtæ, vel cæterorum Sanctorum, quæ conſtructa eſt in loco Reynaren (3) in pago Dublen, Fluvio Rheno, ubi nunc Dominus Pater & Pontifex Willebortius Epiſcopus Cuſtos eſſe videtur, dono in loco Nitre Villâ noſtrâ Caſatos tres cum uxoribus & infantibus, terras eum ſala cum curtile meo vel adjacentia & eundem locum pertinentia, & portionem meam loco Haemmi Sylvam juris mei totam & integram dono.

Sed & hoc quod mihi legibus in Doenſbrug medietatem Sylvæ ad eundem locum pertinentem jure meo, & in villa noſtra Meri Caſatum cum Uxore & infantibus, cum terris & peculiari eorum, & portiones de Sylva & in Villa noſtra Millingen Baſilicam Dominæ noſtræ Mariæ cum omni integritate, quam ibidem ordinavimus ad eundem S. Petrum ſubrogari volumus & decrevimus, & ſervum noſtrum Folfarium ibidem ſervientem cum uxore & infantibus, Godefridum cum uxore & infantibus, & in loco Megrim Walamnum eum uxore & infantibus eum terris, duas ſoburnas, & in villa Dagerbergh Odo cum uxore & infantibus & peculiari ſuo.

Hæc omnia cum integritate, id eſt, cum caſis quam curtilis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarum decurſibus, re mobili & immobili, reexquiſita & inexquiſita, vel reliquâ opportunitate ibidem aſpiciente, ad ſupradictum Locum ſanctum dono, datumque perennis temporibus volo, pro orationum lucro vel Miſſarum ſolemniùs celebrandi perpetualiter pro me vel meis.

Et locus ipſe ſanctus & cuſtodes ejus hoc habeant, teneant & poſſideant, & quidquid exinde ſaecre potuerint, liberam & firmiſſimam in omnibus poteſtatem habeant.

Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, Nos ipſi, quod abſit, aut aliquis ex heredibus aut proheredibus noſtris contra hanc Donationis Cartulam venire tentaverit, & eam infringere voluerit, & dictis rebus aliquid quaſi hereditario jure auferre conaverit, penitus iram omnipotentis Dei iocurrat & ſanctorum Angelorum, & à liminibus Eccleſiæ Dei vel coronâ Sanctorum extraneus efficiatur & lepram Giezi vel percuſſionem Ananiæ & Saphyræ conſequatur, partemque habeat cum Juda Iſcariota, qui Dominum tradidit, poſt maledictionem & excommunicationem auri libras X., argentique pondo XX. una cum ſacratiſſimo Fiſco exſolvat.

Actum publicè Reinbaros anno I. Regni Theodorici Domini noſtri glorioſiſſimi Regis, Indictione VII.

Ego Ebroinus hoc Teſtamentum coram me factum reliqui & propriâ manu firmavi.

Ego Virgilius indignus Presbyter, rogante Ebroïno Comite, in Dei nomine ſcripſi & ſubſcripſi.

Cunebreehtus.
Poiikbertus.
Godebrectus.
Raedbeifus, Redualdo heri filio.

Diploma hoc, quod de Hollandiæ Comitibus eſt vetuſtiſſimum, è Membrana tranſcripſit, ac benignè mihi communicavit Vir Clariſſimus *Gerardus van Loon*, Author Hiſtoriæ Numiſmatum Batavicorum.

(1) EBROÏNUS. De eo agit Wilhelmus Heda in

in Hiſtoria ſua Ultrajectenſi fol. 28, hiſce verbis: *Ebroinus Comes præclara prædia in Villa Rivera* (lege potiùs Reynaren, ut in hoc Diplomate) *& Baſilicam cum omni integritate in Millinga donavit.*

Porrò Ebroïnus iſte planè diverſus videtur ab eo, qui extitit Magiſter Palatii Regum Galliæ, ſuprema ibidem poteſtate, imò & tyrannide functus.

(2) Ono, Comes, forte idem, qui hinis Caroli Martelli Diplomatibus, apud Miræum pag. 491 & 492, in favorem Ultrajectenſis Eccleſiæ ſubſignavit.

(3) Reynaren, hodie pagus dictus *ter Kinderen*, ut notavit idem Clariſſ. Van Loon.

CAPUT IV.

Abbatia Werdinenſis Ordinis S. Benedicti in Weſtphalia, à Luitgero Monaſterienſi Epiſcopo fundata, à Folkero mirificè amplificatur anno 855, adjectis ampliſſimis per Hollandiæ Friſiæque Provincias poſſeſſionibus.

Ex antiquo Cartulario eenſium Monaſterii Werdinenſis.

IN nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ego Folkerius incertum unicuique hujus miſerabilis vitæ finem & horam pertimeſcens, varioſque ac omnimodis ſiniſtros inſtantis temporis eventus conſiderans, & Salvatoris dicti recordans, quod dicit: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni ſequere me.

Omnem hujus vitæ delectationem, quantum humana fragilitas ſinit, pro Dei omnipotentis amore, pro nihilo ducens, in Cœnobio (1) Werdinenſi ad Beati Luitgeri Confeſſoris Chriſti memoriam Monachicam elegi ducere vitam.

Quapropter quia unicuique neceſſarium eſt, ut quamdiu in hoc ſæculo vivere licet, de temporalibus rebus ſibi æternæ beatitudinis præmia adquirere ſtudeat;

* Amelant. * Betuwe. Ego quaſdam proprietatis meæ res, quæ mihi jure hereditario in pago * Hamulande, in Comitatu Wigmanni, nec non & in * Betuve, in Comitatu Ansridi, cum ædificiis omnibus, & cunctis adjacentibus ſilvarum, & aquarum, & paſquarum commodis, cultam & incultam terram, cum mancipiis utriuſque ſexûs, coram teſtibus & nobilium virorum præſentiâ, ſecundum Legem Ripuariam & Salicam, nec non ſecundum * Euna Freſonum de jure & poteſtate mea in jus & proprietatem prædicti Monaſterii, in quo & Laïcalem habitum & ſæcularem converſationem Domino miſerante dimiſi, pro remedio animæ meæ & parentum meorum perpetuo poſſidendas tradidi, & ſecundum prædictas leges veſtituram feci: eâ videlicet ratione, ut omnes res ſupradictæ ab hac die Fratribus ibidem Deo ſervientibus ſervient, & de his illud præfatum Cœnobium conſtruatur & inluminetur, & memoria Progenitorum meorum ſive mea in eorum ſacris orationibus perpetualiter habeatur.

* Euwna ka.

Si vero ob merita peccatorum qualicumque caſu neglectum fuerit vel deſtructum ſæpedictum Cœnobium, aut ptæfatæ proprietatis meæ res ſine conſenſu Fratrum alicui in beneficium præſtitæ fuerint, aut eas præfati Monaſterii heredes inter ſe quaſi jure hereditario dividere voluerint, ſi hæc, inquam, me vivente evenerint: tunc annuente Domino poteſtatem habeam cum omnibus rebus ad ſupradictum Monaſterium traditis ad aliud Cœnobium tranſmigrandi.

Sin autem poſt obitum meum hæc evenerint, tunc propinqui & heredes mei eaſdem res & mancipia ſine ullius contradictione recipiant, & illas præfato tenore ad Monaſterium Fuldenſe ſancti Bonifacii perpetualiter tradant. Subſtituitur Abbatia Fuldenſis.

Peractâ vero traditione, media pars totius hereditatis inferius nominatæ in poteſtate Fratrum ejuſdem Monaſterii deinceps jugiter habeatur. Aliam vero partem, hoc eſt medietatem totius hereditatis, illum qui hanc poſteriorem traditionem fecerit, ad tempus vitæ ſuæ retinere deſidero, & poſt illius obitum nullus alius de progenie ejus ſine voluntate Monachorum ſancti Bonifacii vel attingere præſumat, ſed omni deinceps occaſione ſublatâ, omnis ſubſcripta hereditas in præfata poteſtate ob recordationem noſtri ſtabili firmitate permaneat.

* Vulgo Velua. * Putten.

Hæc ſunt nomina locorum præfatæ hereditatis. In pago qui dicitur * Felva, in vico qui dicitur * Puthem, & in alio vico qui dicitur Horſeri manſos dominicales tres.... itus noſter nomine Vuiduco habet manſum unum, Hroding & Vulgrim & Berahtuuini & Anſlech, & Godoleſ manſos IV. Frithubald unum, Hardrad unum, Marhaluuini & Ove

(1) Werdinenss ſeu *Werthinenſe* Monaſterium auctorem ſeu conditorem habuit ſanctum Liudgerum, qui primus fuit Monaſterienſis Epiſcopus. Verum adeo inſignem hic Donationem Werthinæ facit ad conſtruendum Monaſterium Folckerus, ut præ cipuus forte illius fundator haberi non immerito potuerit.

Hactenus Werthinæ viſuntur duæ Eccleſiæ, una minor, non tamen inelegans, à qua tranſitus fit ad majorem, & minor quidem forte Liudgerum, major Folckerum habuit conditores.

unum, Terlef & Silef unum, Vuilrad & Alarad & Evorold duas.

Frumari unum, Hrodlef & Benno unum, & illam comprehenſionem quæ pertinet ad villam quæ dicitur Rentilo.

Athulef & Ledrad manſum unum, & illas comprehenſiones quas habent in ſaltu qui dicitur * Uunnilo.

* Veenloo.

Uunnilef manſum unum, & comprehenſiones quas habet in ſaltu prænominato.

Odbald & Euurgrim unum, Liafger dimidium, Thiatlef dimidium, Thiedbold unum, Hildirad in villa quæ dicitur Niutlo unum, Ansbrath dimidium.

In ſylva quæ dicitur Hornlo, in Urthunſula Sigot & Tiatger manſum unum & dimidium cum iliorum comprehenſione.

In villa quæ dicitur Thri, Geldolf dimidium cum ipſa comprehenſione quæ pertinet ad ipſam villam.

*Putten ſilva. In ſilva quæ dicitur * Puthem ſcaras vigiuti octo, in villa * Irmenlo, in illa ſilva ſcaras ſexaginta, in villa Thri paſtus porcorum triginta quinque, in ſaltu qui dicitur * Uunnilo quicquid habuit Herrad & Baldric, & illas comprehenſiones quas habeo in Vunnilo, & in illis ſilvis quæ dicuntur Burlo, Dalbolo, Vuarlo, Orclo, Legurlo, & in Ottarloun & in Langlo ſextam partem dedi.

* Ermelerm.

* Veenloo.

In Archi quicquid illic habeo, tam in pratis, quam in comprehenſionibus.

In pago qui dicitur Flethetti, in villa Brara manſos dominicales duos, Frithuric unum, Athalgot dimidium, Alfgot unum, & illam comprehenſionem quam poſſidet Frithuhodo.

* Renen. In villa * Hreni manſum unum, Meginbrath dimidium, Aſgrim dimidium, Aio & Thiatgif unum & dimidium, Athaliuni unum.

In villa quæ dicitur Rimbrahti, Boſo duas partes unius manſi.

* Thyrle civitas, quondam villa. In villa * Tiuli Reginhelm ſimiliter, Athalbald ſimiliter, Landgrim ſimiliter. In Hnodi quicquid illic habeo.

* Reynſem. In ſilva * Hrenhem paſtus porcorum triginta.

* Betaules. Item in inſula * Batue manſos dominicales, Gerlec dimidium, in Andaſſale Godolec manſum unum, in * Euuic Silec..... unius manſi, in Elti & in Hrineshem quarum termini communes ſunt, Odrad & Uueringer duos, Ingetuurd, Reginbald & Thiadmar unum & dimidium, in Linteruuic duos, & unam inſulam ſuperiorem, quæ contra illam villam jacet communem cum heredibus meis, ſuperiorem vero propriam poſſideo.

* Ewich.

Item commentariolum de hereditate Folkeri, quam habet in Friſia.

In pago Kinhem, in villa Obbinghem ſortes XXX.

In Kinleſuo terra V. animalium, in Odigmore terra V. animalium, in Nordmora Odlef dimidium manſum, Tiaduuold unum, Geldis dimidium, Uulfnoth dimidium, Hardbrath dimidium, Enurhard dimidium, Aldolf dimidium.

Item in pago Uueſtrachi, in villa Sceddanuurchi terra triginta animalium, in * Coluuidum XX. animalium, in Aſpan mora terra IV. animalium, in Monicesloe quadraginta octo animalium, in Kiddingrip Radnath terram tredecim animalium, Vuilrad ſimiliter, Ivi terram X. animalium, Oſnath viginti animalium, in Hem terram XXX. animalium, in Haſlum Folkard terram XX. animalium, Ceiſolf XXX. animalium, Marclef VIII. animalium, item Folkhard XX. animalium, Thaddag ſimiliter, Huſilef ſimiliter.

* Colduin.

In * Sedlingi terram novem animalium, in Deddingiuuerhe XV. animalium, in Imiſuualde terram LXX. animalium, in Midningi duodecimam partem totius villæ.

*Siplingen.

Item in pago * Homerki, in villa Andleda terram XLVIII. animalium, in Craſtlingi terram XXXII. animalium, in * Wirem terram LXXV. animalium, in Emiugi XXXII. animalium, in Hruſſingi animalium IV. in Thruſtlingi animalium XII. in Geveſuurdi animalium VI. in Buxingi animalium XXIV. in Seltnon animalium X. in Vederuurdi animalium XLVI.

* Hoemanck.

* Wirum in Friſia.

Igitur Traditio facta eſt coram pluribus & & idoneis teſtibus in pago cui vocabolum eſt Flethetti, in villa quæ vocatur * Hlara ſub die ſeptima Idus Novembris, & in pago vocato Batue, in villa quæ vocatur Hligo, ſub die IV. Idus Novembris, anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti D. C. C. C. LV. Indictione III. regnante Domno noſtro Hludowico Imperatore juniore Auguſto XV.

* Laer-etudia.

Ego Hildricus Subdiaconus hujus Traditionis Cartam rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.

Hæc ſunt nomina teſtium, qui hanc Traditionem ſecundum legem Ripuariorum fieri viderunt & audierunt.

Signum Folkeri, qui hanc traditionem coram teſtibus ſubterius nominatis manu propriâ perfecit & roboravit.

Nomina teſtium, qui in Orientali ripa Hreni fluminis conſtituti eſſe noſcuntur.

Signum Hildrick.
Signum Odo.
Signum Hrodger.
Signum Engilrad.
Signum Odaccar.
Signum Thiatric.
Signum Vulfhelm.
Signum Athaluuard.
Signum Vulthrahan.
Signum Thiadrad.
Signum Abbo.
Signum Egilbraht,
Signum Vuiger.
Signum Sahiger.

Fuit olim ab hac Abbatia Werdinenſi dependens celebris in Belgio noſtro Præpoſitura; nem-

pe in pago de Zele, ſub Territorio Teneramundano ac Diœceſi Gandavenſi. Eccleſia illius S. Ludgero Monaſterienſi Epiſcopo ſacra eſt, & Jus Patronatûs tam in *Zele*, quam in vicina Parochia *Grimbergben op't Sandt*, ad hunc hodie manet penes Abbatem Werdinenſem, qui eſt S. R. I. Princeps in Germania.

De hac Præpoſitura ejuſque origine à tempore Caroli Magni Cæſaris, & interitu ad annum 1450, dilucidè egit Lindanus in Teneramunda Lib. 3. Cap. 2.

CAPUT V.

Gregorius V. Pont. in Baſilica B. M. V. Aquiſgrani ordinat VII. Cardinales Presbyteros, qui ſoli poſſint in majori Ara (exceptis tamen Archiepiſcopo Colonienſi & Leodienſi Epiſcopo) SS. Miſſæ Sacrificium celebrare; anno 997.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo filio Ottboni Romanorum Imperatori Auguſto....

Aequum igitur & dignum judicamus Imperialis honorem regiminis & poteſtatem Apoſtolicâ authoritate paternè, firmari & de omni bona voluntate & beneficiis cunctis ab Imperatoria poteſtate ſacro huic loco conceſſis dignas Deo gratias dare. Atque ideo quia poſtulat à nobis qualiter locum & Eccleſiam Aquiſgrani Palatio bonis ex veſtra devotione inchoatum principiis, noſtrâ Apoſtolicâ munificentiâ confirmaremus & authoritate.

Et ut etiam bene inchoata principia, eo meliore fine uterentur, ſupradictæ Eccleſiæ concedimus Clericorum Congregationem Catholicorum ſublimiter.... & ut regulariter vivant commendamus....

Inſuper etiam ſtatuimus ac per noſtri Præcepti Paginam & inconvulſum, decrevimus in ſæpe-dictâ Eccleſia ſeptem Cardinales Diaconos & Presbyteros Cardinales ſeptem hujus Eccleſiæ in eorum miniſterio deſervire, eâ videlicet ratione, ut nullius dignitatis perſona ſuper ſacrum Altare Dei Genitricis Mariæ ibidem conſtitutum Miſſam celebret, præter prædictos ſeptem Cardinales Presbyteros & Archiepiſcopum hujus loci & Epiſcopum Leodienſi qui Diœceſi præſidet. Et hoc ſub anathemate firmiter corroboramus, &c.

Datum D C.C.C.C. XC. VII. menſe Februarii, Indictione decimâ, ſexto Idus Februarii, per manum Joannis Epiſcopi Eccleſiæ ſanctæ Albanenſis & Bibliothecarii ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, anno Pontificatûs Gregorii V. Papæ primo, Regni tertio Ottonis Imperatoris.

Simile eſt Privilegium in Eccleſia Metropolitana Colonienſi, in qua nemo præter ſeptem (ita dictos) Cardinales Presbyteros poſſit divinis myſteriis operari. Ita conſtituit Leo IX. Pont. max. anno 1052. Bullam ejus vide apud Miræum pag. 1131.

Vide apud Miræum Codice Donat. piarum Cap. II. primam ejus Baſilicæ Originem, Carolo Magno Cæſare eam fundante, & Leone III. Pont. eandem conſecrante.

Teſtimonium Capituli Beatæ Mariæ Aquiſgranenſis, ſuper Canonizatione Sti. Caroli Magni Cæſaris; datum anno 1166.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes Literas inſpecturis, Decanus & Capitulum Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis glorioſæ Urbis Aquenſis Leodienſis Diœceſis ſalutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere.

Ad veſtram & cujuſlibet veſtrûm notitiam deducimus, quod veneranda S. Karoli Magni Imperatoris glorioſiſſimi Confeſſoris Domini Patroni & fundatoris Eccleſiæ noſtræ Canoñizatio ſolemnis extitit anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, quarto Kalen. Januarii, tempore divæ memoriæ Sereniſſimi Principis ac Domini Domini Friderici primi Romanorum Imperatoris, de licentia fœlicis recordationis Domini Papæ Paſchalis, & ex conſilio univerſalis Cleri debitè & canonicè celebrata; quam cum alma matre noſtra Catholicâ Romanâ Eccleſiâ firmam ſanctamque tenemus.

Ipſum ſanctum Karolum tanquam Confeſſorem verum ſanctum noſtrum Patronum Canonizatum venerantes in terris, qui cum electis Dei procul dubio collocatur in cœlis.

Harum teſtimonio litterarum ſigillo Eccleſiæ noſtræ ad cauſas ſigillatarum & datarum ſub anno à Nativitate Domini &c.

CAPUT VI.

Henricus IV. Imperator Eccleſiam Collegiatam S. Petri Ultrajecti incendio conſumptam, munificè reſtaurat anno 1077.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Henricus divinâ favente clementiâ Rex.

Libere & perfectè regere, regnare eſt: illum per quem Reges regnant, Chriſtum, in Sanctis ſuis honorare, inter quos cœli Janitorem, integræ Fidei Confeſſorem, Regni vel Imperii defenſorem Apoſtolum, in reparanda Trajectenſi Eccleſia ſua, placando honorare, neceſſarium duximus: quam incendio conſumptam, noſtris peccatis imputando, ingemuimus.

Unde in reparatione ejuſdem Eccleſiæ prædium quoddam, nomine Bruoche *, cum univerſis appendiciis, hoc eſt, utriuſque ſexûs mancipiis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, viis & inviis, venationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, ac cum omni utilitate, quæ vel excogitari, nominari, vel ſcribi poterit, ſancto Petro (1) in præfata Eccleſia combuſta firmando tradidimus, tradendo firmavimus, ſubmonentibus ac rogantibus

Bertha & Regni & Thori ſociâ,
Sigefrido Moguntino,
Hiltolfo Colonienſi, Archiepiſcopis.
Ruperto Babenbergenſi,
Ebbone * Numburgenſi, Epiſcopis,

* Alias Broeckerhove.

* Alias Naumburgenſi, in Saxonia.

Trajectenſi vero Epiſcopo Cunrado; eò obnixius, quò rectiùs cæteris ſuccinente; cujus prædii ſitus eſt in Pago Velue, in Comitatu Diederici. *

* Alias Theoderici Comitis Holland.

Dedimus autem eâ lege, ut eadem Eccleſia ſancti Petri perenniter abſque omni contradictione obtineat; & interdicimus, ne alicujus violentia inde auferat, vel aliò tranſponat.

Cujus firmæ Traditionis teſtem Chartam præſentem ſcribi juſſimus; quam, ut infra videri poteſt, propriâ manu corroboratam, & Sigilli noſtri impreſſione inſignitam, omnis generationis tam futuræ quam præſentis notitiæ relinquimus.

✠ Signum Domini Henrici quarti Regis invictiſſimi.

Adalbero, Cancellarius, vice Sigefridi Archicancellarii recognovi.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Indictione XV. V. Kalendas Junias data; anno vero Ordinationis Domini Henrici quarti Regis XXIII. Regni vero XXI.

Actum Wormaciæ feliciter, in nomine Domini Jeſu Chriſti, Amen.

Ultrajecti eſt Eccleſia, olim Cathedralis, dein Metropolitana ab anno 1559, S. Martino ſacra.

Fuerunt & quinque Collegia Canonicorum, de quibus egimus ſupra in Notis pag. 431.

Eccleſia S. Petri Ultrajecti, ſæculo XI. extructa fuit per B. Bernulphum XX. Trajectenſium Epiſcopum, & Canonicorum Collegio decorata, quorum dein numerus fuit XXX, ac totidem Vicariorum; cum Præpoſito, Decano, Theſaurario &c.

Fundator Bernulphus in eadem Eccleſia ſepultus fuit, cujus tumba, cum anno 1675 ob reparationes ibidem faciendas aperiretur, repertus eſt calix argenteus, annulus aureus, pedum & cætera pontificalia, velut totidem aviæ Religionis certa documenta.

Cæterùm cum hæc D. Petri Eccleſia incuriâ aulicorum Henrici IV. conflagraſſet, Imperator hunc caſum dolens, dedit ad reſtaurationem amplas poſſeſſiones, ſecundum Diploma hic memoratum; quod etiam referunt Wilh. Heda in Hiſtoria Ultraject. & Anton Matthæus in fatis Eccleſiar. cum parvâ tamen variatione.

CAPUT VII.

Conrardus Epiſcopus Ultrajectinus confirmat anno 1088 Privilegia ſtatutaque ſuæ Eccleſiæ Cathedralis B. Martini.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, & ſancti Martini Confeſſoris, glorioſi Patroni mei.

Ego Conrardus ſanctæ Trajectenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus, notum eſſe volo poſteritati univerſæ, quod à venerabilibus viris in Chriſto dilectis, Præpoſito, Decano, & Capitulo majoris Eccleſiæ Trajectenſis prædictæ vocatus veni ad Capitulum, ut Privilegia & Statuta ab Anteceſſoribus meis Epiſcopis conceſſa edita perſcrutarer.

Viſis igitur & examinatis pluribus eorum

pri-

privilegiis à Prædeceſſoribus meis conceſſis & editis, videlicet à Dominis Frederico, Radbodo, Baldrico & Adelboldo, Eccleſiæ ipſorum à Danis deſtructæ reparatore & Fundatore glorioſo, & pluribus aliis Epiſcopis Anteceſſoribus meis, inter cætera reperi Statutum ſub his verbis:

Ne ea, quæ ſancti Patres & antiquitas veneranda Spiritu Sancto inſpirante ſtatuerunt, à memoriâ poſteritatis elabantur, decet & convenit ſcripturarum memoriis perſonare & nota facere tam præſentibus quam futuris.

Sciant igitur univerſi, quod in fundatione primæ Majoris Eccleſiæ Trajectenſis certus numerus eſt ſtatutus (1) Canonicorum, ſcilicet quadraginta, cum Præpoſito & Decano.

Proceſſu verò temporis multiplicatis fidelium populis, pluribuſque Eccleſiis Collegiatis ex inſpiratione divinâ & conſenſu (2) Majoris Eccleſiæ prædictæ fundatis & conſtructis tam in Civitate Trajectenſi, quam in Diœceſi Trajectenſi;

Deinde per Epiſcopos & Majorem Eccleſiam earum Fundatores decretum extitit & ſtatutum, ut omnes Eccleſiæ prædictæ Matrici Eccleſiæ ſive Majori prædictæ perpetuis temporibus ſint ſubjectæ, & in memoriale ſubjectionis, cum Præpoſituram earundem aliquam vacare contigerit, Capitulum, ad quod ejuſdem (3) collatio pertinet, unum de Canonicis dictæ Majoris Eccleſiæ in Præpoſitum eligat, & nullum alimodè aſſumat, cum Archidiaconi eſſe debeant, niſi tantummodò in Eccleſia Cathedrali.

(4) Item cum Epiſcopus Præpoſituram Thielenſem, Theſaurariam, Scholaſtriam, (5) Chori-Epiſcopum & quædam alia officia, ſcilicet de Elſt, & Delenberghe, Præpoſitura nuncupata, quæ etiam Clauſtrales obedientiæ appellantur, ſuæ collationi reſervaverit, nulli eam conferre niſi Canonico Majoris Eccleſiæ poterit aut debebit.

(6) Eccleſia verò S. Salvatoris, quæ cum Majori ſimul eſt fundata & dotata, ipſique annexa fraternitate ſpeciali, ſuum Præpoſitum conferre cuicunque voluerit, eſt conſueta.

(7) Decretum eſt & ſtatutum, quod de ſingulis Eccleſiis trium Congregationum civitatis in ſolemnitatibus Paſchæ, Pentecoſtes, Nativitatis Domini, S. Martini glorioſi Trajectenſis Patroni, & in aliis omnibus Matricis Eccleſiæ prædictæ legitimis ſtationibus intererunt, & cum Diaconis & Subdiaconis comminiſtrant, & tantùm Epiſcopali Sedi debitum reddant.

Item ſtatutum eſt, ut, cum Decano Majori expedire videbitur, & neceſſitas requirat, quod Epiſcopum & Archidiaconos & Eccleſias tam Civitatis quam Diœceſis Trajectenſis pro tempore exiſtentes, ad Capitulum vocare poterit, & vocati venire tenebuntur; Decani Majoris dignitas.

(8) Item Abbates de Civitate. Et non ſtabunt inter Canonicos, nec in ſtallo Canonicorum, ſed in alio loco, induti albis & cappis ſericis; & Epiſcopum, quocunque iturus eſt, in choro vel Eccleſiâ duo ducent.

Hoc igitur quia ſancti Patres & veneranda antiquitas tam laudabiliter ſtatuerunt & teneri decreverunt, nulla poſteritas cujuſcunque conditionis infringat: ſed perpetuis temporibus obſervet. Et qui aliqua ex eis infringet, anathema ſit. Amen.

Quibus viſis, idem Præpoſitus, Decanus & Capitulum humiliter ſupplicaverunt, ut Privilegia bujus & Statuta dignarer confirmare.

Quapropter eorum humilibus petitionibus inclinatus; conſiderans etiam apud Deum peccatrici animæ meæ profuturum, ſi honorem Eccleſiæ &.... cui præſum, ampliarem, præmiſſis Privilegiis & Statutis addo de gratiâ ſpeciali, & ſtatuo (9) ut Eccleſia glorioſiſſimæ Virginis Mariæ per me noviter dotata & fundata, etiam per me & ipſam Eccleſiam Majorem in omnibus tam conferendo Præpoſituram ſuam uni de Canonicis Majoris Eccleſiæ, quam in ſuis ſtationibus comminiſtrando, ut præmittitur, ipſi Matrici Eccleſiæ ſit ſubjecta. Fundatio Eccleſiæ B. M. V. Ultrajecti.

Præmiſſa omnia & ſingula privilegia & ſtatuta rationabiliter edita à Venerabilibus viris meis Prædeceſſoribus Epiſcopis jam cum Chriſto viventibus, duximus confirmanda in Dei nomine, & præſentibus confirmo, præcipiens omnibus poſteris ſub anathematis vinculo immobiliter obſervare.

Acta ſunt in Capitulo Majoris Eccleſiæ, præſentibus Domino meo (10) Henrico IV. Imperatore, ac venerabilibus Viris
Anonone Colonienſi,
Evrardo Treverenſi, Archiepiſcopis,
Burgardo Halberſtadienſi,
Frederico Monaſterienſi, Epiſcopis,
Godefrido,
Frederico,
Gerardo Ducibus, & pluribus aliis Regni & Epiſcopatûs fidelibus.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octuageſimo ſeptimo, Domini Henrici Regni 33 Imperii verò 5, Mei verò 13; Kalendis Novembris.

(1) Canonici 40 tantùm Collegii D. Martini in principio conſtituti.

(2) Eminentia Majoris Eccleſiæ, cui omnes aliæ parent.

(3) Et ex cujus Collegio eligendi aliarum Eccleſiarum Præpoſiti, non aliundè aſſumendi.

(4) Item alii aliis dignitatibus ornandi; inter cæteros Præpoſitura Thielenſis, Elſt, & Delenberghe.

(5) Chori-Episcopus, officium in hac Eccleſia, minus Epiſcopatu. Vide de hoc Molanum de Canonicis lib. II. cap. 32.

(6) Eccleſia S. Salvatoris ſimul cum Majori fundata.

(7) Sacerdotes trium Eccleſiarum Civitatis adſtricti ad ſtationes Eccleſiæ Matricis.

(8) Abbates Diœceſis Trajectenſis adſtricti ad omnes ſtationes Eccleſiæ Matricis.

(9) Eccleſia D. Mariæ à Conrado fundata, Matrici ut aliæ, ſubjecta.

(10) Henricus Imperator præſens in Capitulo Trajectenſi.

CAPUT VIII.

Robertus Hieroſolymitanus, Comes Flandriæ, Præpoſitum Eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis, anno 1089 creat perpetuum Flandriæ Cancellarium. Quam dignitatem nunc poſſidet Epiſcopus Brugenſis, Epiſcopatui ſuo unitam.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Rodbertus, Dei miſericordiâ Flandrenſis Marchio, Comitis Rodberti agnomine Freſonis filius, Dei primùm gratiâ prævenitus, Majorumque exemplo meorum, & Sanctæ Matris noſtræ Eccleſiæ Doctorum ſalubri admonitione inſtructus (ut Beatiſſimi Apoſtoli, ſic nos ad cæleſtia invitantis, *Fratres. non habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus, quia heredes ſumus quidem Dei, coheredes autem Chriſti*) ſtatui tanum mihi conſilium, quatenus Chriſtum facerem heredem, qui nos perditos ſuo Sanguine redimendo ſibi coheredes fecit ſuperna vocationis, & participes ſuæ remunerationis.

Eccleſiam igitur in Caſtello Brugenſi, ſub honore Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ Sanctique Patris noſtri Archi-Pontificis Donatiani conſtructam, in libertate ab omni publica exactione donavi, cum omnibus appendentibus, ædificiis, Eccleſiis, terriſque & decimis, ad præbendas Fratrum, ſive ad Præpoſituram pertinentibus, à Prædeceſſoribus meis, vel ab aliis fidelibus ibidem donatisſive donandis, ſolùm, poſt Canonicam & liberam electionem Canonicorum, de Præpoſito aſſentum mihi meiſque poſteris reſervans.

Redecimationis verò nummorum de cunctis ovilibus meis, quæ ſimiliter ab Anteceſſoribus meis in ædificia Eccleſiæ data eſt, talem mihi meiſque Succeſſoribus retineo poteſtatem, ut ſi Præpoſitus vel aliquis Canonicorum, cujus fidei ad ornatum loci commiſſa fuerit, eam malè diſpoſnerit, vel ſine Fratrum ſuorum teſtimonio expenderit, per me conſilio & judicio Canonicorum ad emendationem & dignam compellatur correctionem. Hanc tamen ipſam decimationem ſic liberam Eccleſiæ confirmo, ut nunquam vel à me, vel à poſteris meis ab uſu ipſius poſſit extorqueri, vel vi, vel aſtutiâ fraudulentâ.

Præpoſitum ſanè ejuſdem Eccleſiæ, quicumque ſit, Cancellarium noſtrum & omnium Succeſſorum noſtrorum, ſuſceptorem etiam & exactorem de omnibus reditibus Principatûs Flandriæ perpetuò conſtituimus; eique magiſterium meorum Notariorum meorum & Capellanorum & omnium Clericorum in Curia Comitis ſervientium, poteſtativè concedimus.

Canonici verò, quandocumque ad Curiam meam venerint, jus Capellanorum obtineant, & in omnibus quidem bonis, ad Præbendas eorum pertinentibus, eamdem habeant libertatem, quam Canonici Inſulanæ Eccleſiæ in beneficiis Præbendarum ſuarum habent.

Scilicet ut quæ inferiùs continentur, libera ab omni dominatione ſeu poteſtate cujuſque & abſoluta ſint; exceptâ ejus quidem, quem Præpoſitus & Canonici ejuſdem Eccleſiæ communi elegerint voluntate: qui & ipſe tam diu & non ulteriùs eorum rebus præſit, quamdiu eis placuerit.

Hæc igitur bona Præbendis Fratrum attitulantur. * Eccleſia S. Michaelis, in Villa Weinebrigga, cum omnibus appendiciis, decimis, pratis, agris, mancipiis, veſtigalibus, excepto Regio Fiſco. * Vide Notas in Miræo ad pag. 44.

Capella Stæ. Crucis, in Villa quæ dicitur Gera, cum omnibus Decimis & terris adjacentibus.

Capella de Wara; & que dicitur Ridevorda, cum omnibus Decimis & terris attinentibus.

Capella Sti. Chriſtophori juxta forum.

Eccleſia de Widigatis, & Eccleſia de Kemlis, cùm omnibus Decimis & terris ſibi attinentibus.

Bodium de Thicabuſca; Bodium de Formoſela; Bodium de Ypris.

Eccleſia de Eſna, cum Capellis ſibi attinentibus, Dicaſmutba & Clarc.

In Parochia Ooſtkercka, apud Budanflit unum aratrum, & tertia pars aratri & grex unus ovium cum terra tota.

In Parochia Rodemburg terra tota LI. menſarum diurnalium. Item in eadem Parochia Ooſtkercka octo piſæ caſeorum, & II. de terra Medal. De terra Roberti Hanris 4 piſæ caſeorum & XIII. denarii de vitulis.

De terra Harradi filii Wulbrgis IV. piſæ caſeorum & XIII. denarii de vitulis. De terra Oſtet VII. piſæ caſeorum & XXI. denarii de vitulis. De terra Wulfras VII. piſæ caſeorum & XV. arietes, & XXX. vellera agnarum, & XV. vellera arietum & XXX. vellera agnarum.

De terra Frobine III. piſæ caſeorum & IX. denarii de vitulis.

De terra Warenbaldi II. piſæ caſeorum & V. arietes & X. vellera agnarum & V. velle-

ra unius agni & X. agoorum.

De terra Herradi V. piſæ caſeorum & XII. arietes & XXIV. vellera agnorum.

De terra Tanchradi filii Vereoburgis I. piſa caſei.

De Terra Everbaldi & Vulfildis duæ piſæ caſei.

In Parochia Holtawe terra Niwegha XXX. menſuræ diurn.

In Parochia Uutkereke de terra Bludaze X. piſæ caſ.

In Parochia Ooſtkercka terra Tanchradi filii Godeberti L. diurnalia meoſurarum.

In Parochia S. Mariæ, terra prat. XXXII. menſuræ diurn.

In Parochia Madkerka, terra quæ dicitur Haddiggaland.

In Rodeburg duo aratra. In Ooſtkerka octo aratra. In Liſwegha octo aratra. In Fliſſinghe tres partes diurn.

Io Wulpis, terra qoæ dicitur Idaſliſe nota de cenſu Grut in Brugis I. libra. De Terra in Cleyberga cenſus trium ſolidorum. In Zedelgheem cenſus quatuor ſolidorum.

Hæc autem ſunt bona Præpoſituræ.

Eccleſia de Oriſcamp, cum omnibus decimis & terra adjacente.

Bodium in Villa Sarra, cum XIV. bonariis, & 17 menſuris diurnalibus terræ.

In Liſwegha LXII. menſur. diurn.

In Uutkerka LXVIII. menſuræ diurn.

In Dudazela LV. menſuræ diurnæ.

In Michem XIII. menſuræ diurn.

In Parochia S. Crucis XLVI. menſuræ diurn. & unum curtile.

In Wulpis menſuræ diurn.

Io Ooſtkercka, C. XXX. oves cum terra.

Apud Dicaſmutha CC. oves cum terra.

In Artricka unum curtile.

In Parochia Lo, decem menſur. diurn.

Apud Buſarnica C. XX menſur. diurn.

In Jabbeka XXX menſur. diurn.

In Sarkenghem decem menſuræ.

In Liſwegha XVI. menſuræ.

In Riedſcia IX. menſuræ.

In Parochia Stæ. Mariæ Brugis quatuor curtilia & unum pratum.

In Parochia Sti, Salvatoris in Caſtello forinſeco, duo curtilia.

Si quis autem his in aliquo contraire vel contradicere voluerit, centum libras auri perſolvat. Pridie Kalendas Novembris.

Actum Brugis anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octogeſimo nono, Indictione duodecimâ, Epactâ VI.... cyclo IV. aſtantibus quam plurimis Nobilibus & idoneis teſtibus, Clericis atque Laïcis, quorum quorumdam nomina hic ſunt ſignata.

Signum Rameri Præpoſiti,

S. Ingarici, S. Folperti, Albadi, Ledelmi, Bertulfi, Ledberti, Reineri, Radulfi, Dodioi, Tancradi, } Canonicorum,

S. Cononis de Emis,
S. Radulfi Camerarii,
S. Rodberti Pincernæ,
S. Gerardi Præſtabularii,
S. Galteri Dapiferi,
S. Athelardi filii Cononis,
S. Erembaldi Caſtellani Brugenſis,
S. Rodberti filii ejus,
S. Athelardi de Stratis,
S. Abdonis de Rodanburg,
S. Heggardi filii Gutharii.

Præpoſitura S. Donatiani Brugenſis eſt annexa Epiſcopatui Brugenſi per Pium IV. Papam: ideoque Epiſcopus Brugenſis hodie nuncupatur perpetuus & hereditarius Flandriæ Cancellarius. Codicem Dominationum piarum cap. 16 & 34 conſule apud Miræum.

Diploma hoc, antehac extabat apud Miræum in Donation. Belg. Lib. I. cap. 26 novæ Editionis, ſed plus quam dimidiâ ſui parte truncatum. Hinc illud ex Archivis Præpoſituræ deſcriptum, & in quibuſdam locis correctum, ſuæ integritati reſtituo.

CAPUT IX.

Epiſtola Capituli Cathedralis Eccleſiæ Ultrajectenſis., ad Metropolitanum ſuum Fridericum Colonienſem Archiepiſcopum, circa annum 1112, de erroribus Tanchelmi, ſive Tanchelini, celebris Hæreſiarchæ; cujus impia dogmata paulò poſt eradicavit Antverpiæ S. Norbertus, Præmonſtratenſis Ordinis Inſtitutor.

DOmino ſuo & venerabili Patri Friderico, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, humilis Trajectenſis Eccleſia, ex ſincero affectu devotiſſimas orationes, cum debito ſubjectionis obſequio.

Gratias, Reverende Pater, Sanctitati veſtræ agimus, quia paternâ miſeratione vicem noſtram doluiſtis, & Antichriſti noſtri, perturbatoris & blaſphematoris Eccleſiæ Chriſti, curſum & impetum retardaſtis. Qui aperuit in cœlum os ſuum, & contra Sacramenta Ec-

cleſiæ hæreſim ſuſcitare auſus eſt, jam olim Sanctorum Patrum ſententiis jugulatam.

Hic enim ſpiritu ſuperbiæ (quæ radix eſt omnis hæreſeos & apoſtaſiæ) intumeſcens, nihil Papam, nihil Epiſcopos, nihil Archiepiſcopos, nihil Presbyteros aut Clericos eſſe aſſeruit, columnaſque Eccleſiæ Dei concutiens, etiam fidei noſtræ petram, id eſt, Chriſtum, dividere auſus eſt. Penes ſe & ſuos tantùm Eccleſiam eſſe contendebat. Eccleſiam, quam Chriſtus à Patre accepit, gentes in hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ, hic ad ſolos Tanchelmiſtas contrahere conatus eſt.

Jam verò, Sancte Pater, afflictionis noſtræ querelas ſuſcipite, & præcurſorem Antichriſti, eodem ſchemate, eiſdem veſtigiis, quibus ille ſecuturus eſt præcurrentem, advertite. In maritimis primùm locis rudi populo & infirmioris fidei, venenum perfidiæ ſuæ miſcuit, & per matronas & mulierculas (quarum familiaritatibus, & ſecretâ collocutione, & privato accubitu libentiſſimè utebatur) errores ſuos paulatim ſpargere cœpit: deinde per has, conjuges etiam ipſos perfidiæ ſuæ laqueis irretivit.

Nec jam in tenebris vel cubiculis, ſed ſuper tecta prædicare incipiens, in patentibus campis latè circumfuſæ multitudini ſermocinabatur, & veluti Rex concionaturus ad populum, ſtipatus ſatellitibus, vexillum & gladium præferentibus, velut cum inſignibus regalibus, ſermonem facturus, procedere ſolebat. Audiebat illum populus ſeductus, ſicut Angelum Dei.

Imò verè ipſe Angelus Sathanæ declamabat, Eccleſias Dei lupanaria eſſe reputanda; nihil eſſe quod Sacerdotum officio in menſa Dominica conficeretur; pollutiones, non Sacramenta nominanda; ex meritis & ſanctitate miniſtrorum virtutem Sacramentis accedere, cùm ex verbis S. Auguſtini (in Pſ. 10) Dominus Chriſtus traditorem ſuum, quem diabolum nominavit (qui ante traditionem Domini nec loculis Dominicis fidem potuit exhibere) cum cæteris Apoſtolis ad prædicandum regnum cœlorum miſerit, ut demonſtraret dona Dei pervenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiamſi talis ſit, per quem accipiunt, qualis Judas fuit.

Item Auguſtinus (&c. in eodem Commentario) Contra has & hujuſmodi ſententias ſacrilegus ille declamans, dehortabatur populum à perceptione Sacramenti Corporis & Sanguinis Domini, prohibens etiam decimas miniſtris Eccleſiæ exhiberi: quod facilè volentibus perſuaſit; quia ea tantùm prædicabat, quæ vel novitate ſui, vel magnâ voluptate populo placitura ſciebat.

Talibus nequitiæ ſucceſſibus miſero homini tanta ſceleris acceſſit audacia, ut etiam ſe Deum diceret, aſſerens, quia ſi Chriſtus ideo Deus eſt, quia Spiritum Sanctum habuiſſet, ſe non inferiùs nec diſſimiliùs Deum, quia plenitudinem Spiritûs Sancti accepiſſet.

In qua præſumptione adeo illuſit, in tantum, ut balnei ſui aquam potandam ſtultiſſimo populo pro benedictione divideret, velut ſacratius & efficacius Sacramentum profuturum ſaluti corporis & animæ.

Quodam etiam tempore, dum novum genus quæſtûs novâ adinventione machinaretur, quamdam imaginem S. Mariæ (ſtupet animus dicere) in medium multitudinis juſſit afferri, & accidens, manumque imaginis manu contingens, ſub typo illius, San-Mariam ſibi deſponſavit, Sacramentum, & ſolemnia illa deſponſationis verba, ut vulgò fieri ſolet, univerſa ſacrilego ore proferens: En, inquit, dilectiſſimi, Virginem Mariam mihi deſponſavi: vos ſponſalia & ſumptus ad nuptias exhibete. Exponens duos loculos, unum à dextris, alium à ſiniſtris imaginis: huc, inquit, offerant viri, illuc mulieres. Viderim nunc, utriûs ſexûs major circa me & ſponſam meam ferveat caritas. Et ecce cum muneribus & oblationibus certatim ruit inſaniſſimus populus. Mulieres inaures & monilia jaciebant, & ſic non ſine immaniſſimo ſacrilegio infinitam contraxit pecuniam.

Sed & faber ferrarius quidam, nomine Manaſſes, quem cum ſcelerato homine etiam à vobis detentum audivimus, exemplo nequiſſimi Magiſtri, Fraternitatem quamdam, quam Gilda, vulgò appellant, inſtituerat, in qua duodecim viros, in figura duodecim Apoſtolorum, & unam tantum fœminam, in figura B. Mariæ, conſtituit: quæ, ut ferunt, per ſingulos illorum duodecim circumducebatur; & ad injuriam ſacroſanctæ Virginis, nefandâ turpitudine, quaſi ad confirmationem Fraternitatis, ſinguli miſcebantur.

Preſbyter etiam quidam Everwacherus nomine, à Sacerdotali dignitate apoſtatans, nefandi hominis magiſterio adhæſit: qui & illum Romam proſecutus, maritima loca, quartam ſcilicet partem Epiſcopatûs noſtri, Teruanenſi Epiſcopio Regni Franciæ, Auctoritate Domini Papæ, atterminare conatus eſt. Quem etiam à Sanctitate veſtra detentum audivimus, & gaviſi ſumus.

Idem Presbyter per omnia Tanchelmi aſſertor, decimas Fratrum Eccleſiæ S. Petri invaſit, Presbyterum ipſorum armatâ manu ab altari & Eccleſia ejecit. Infinita ſunt, Domine, illorum ſcelera, quorum plurima pro Epiſtolari brevitate ſuppreſſimus. Hoc ad ſummam diciſſe ſufficiat, res divinas in tantum veniſſe contemptum, ut reputetur ſanctior, cuicumque fuerit Eccleſia deſpectior.

Quia igitur, Sancte Pater, divina miſericordia Eccleſiam ſuam diutius periclitari non ſuſtinens, illos in manus veſtras tradidit, rogamus & obſecramus in Domino, ne quâ ratione de manibus veſtris elabantur. Qui ſi elapſi fuerint, denuntiamus vobis & ſine omni ambiguitate atteſtamur, futuram irrecupe-

rabi-

rabilem Eccleſiæ noſtræ jacturam & infinitarum perniciem animarum.

Verè, Domine, graviſſimum caſum Eccleſia noſtra ſuſtinebit, ſi quo modo evadere illos contigerit, quorum ſermo, juxta Apoſtolum, ut cancer ſerpit, & ſimplicium animos blandiendo perimit.

Nunc quoque ob hoc ipſum Antichriſtus noſter, Monachum mentitus, exemplo capitis Illius, cujus membrum factus eſt, in Angelum lucis ſe tranſiguravit, ut eo ſecuriùs illuderet, quo verſutiùs ſpeciem ſanctitatis ſimulatæ ſumpſiſſet.

Rogamus, Domine, ut juſtâ indignatione moveamini adversùs deteſtandos diſſipatores Eccleſiæ.

Auguſtinus (Tract. 2 in Joan.) Quando vult Deus concitare poteſtates adversùs ſchiſmaticos, adverſùs hæreticos, adversùs diſſipatores Eccleſiæ, adversùs exſufflatores Chriſti, non miremur, quia Deus concitat, ut à Sara verberetur Agar, &c.... Hæc Auguſtinus.

Proinde obſecramus in Domino, quatenus de his Sanctitas Veſtra faciat, ut Eccleſiæ noſtræ jam diu periclitanti ſubveniendo conſulatis.

Has Litteras Sebaſtianus Tegnaghel Cæſareus Viennæ Bibliothecarius inter Vetera Monumenta contra Schiſmaticos anno 1612 Ingolſtadii edidit. Unde inter Acta SS. Antverpiæ edita Tomo I. Junii pag. 845 relata ſunt.

De Tanchelmo, ſive Tanchelino ejuſque hæreſi agit vir Illuſtriſſimus ac doctiſſimus Carolus du Pleſſis-d'Argentré, Epiſcopus Tutelenſis in Gallia, in Collectione Judiciorum de novis erroribus Tomo I. pag. 11.

Erat autem Tanchelinus (teſte Miræo) homo totus impius ac petulans, qui Sacramentarium, Adamiticam & alias hæreſes Ultrajecti, Brugis, Antverpiæ, in Zelandia & alibi per Germaniam inferiorem diſſeminavit. Anno 1113 urbe Brugenſi expulſus, demum apud Antverpiam à viro zeloſo percuſſus, anno 1116 occubuit.

Ejus hæreſes Antverpiæ pullulantes, S. Norbertus, candidi Ordinis Præmonſtratenſis conditor, à Canonicorum B. M. V. Collegio in ſubſidium evocatus, cùm per ſe, tùm per ſuos jugulavit.

Unde gratitudinis ergò Antverpiana S. Michaëlis Abbatia, Ordinis Præmonſtratenſis, anno 1124 fundata fuit atque dotata per Hildolphum Præpoſitum: & Canonici Antverpienſes (S. Norberti ejuſque ſodalibus Eccleſiam S. Michaelis cedentes) ad Baſilicam Marianam, nunc Cathedralem, ſeſe tranſtulerunt. Vide Diploma hoc apud Miræum Codice Donat. piarum Cap. 76 & 77. novæ editionis.

CAPUT X.

Abbatia Montis Sti Martini in Diœceſi Cameracenſi, verſus partes Galliæ erigitur anno 1117 à Burchardo Cameracenſi Epiſcopo, pro Religioſis Ordinis Præmonſtratenſis.

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Ego Burchardus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, tam futuris, quam præſentibus in perpetuum.

Sollicitudini noſtræ incumbit, & debitæ charitatis cogit affectus, ut ſi quos in areâ Dei ſervantes invenerimus, bunæ exhortationis fundamento in melius promoveamus. Proinde conſilio Clericorum noſtrorum petitioni Fratris (1) Garemberti, & ſociorum ejus, qui in Boeni ſolitariam vitam ſub Beati Auguſtini Regula elegerunt, condeſcendentes, Eccleſiam in honorem Beatæ Mariæ Virginis fieri permiſimus, eamque ſervatâ Epiſcopali obedientiâ, à noſtrorumque miniſtrorum debitis, ſeu ab omni exactione emancipavimus.

Verumtamen quia locus idem ad Eccleſiam de Goy, quæ eſt in manu Abbatis & Capituli Sancti Auberti ex decima pertinebat, decretum eſt, ut Fratres de Boeni ſubjectionem Abbati, & præfato Capitulo exhiberent, & ſolutis quotannis Capitulo pro cultu, & labore ſuo inſtâ ſylvam colendis tertis in feſtivitate S. Lucæ Cameracenſis monetæ duobus ſolidis, de cætero liberi permanerent.

Si autem decedente Garemberto in altetius electionem Fratres loci conſenſerint, in Capitulo S. Auberti confirmandus præſentabitur, & ſi controverſia inter eos de electione orta fuerit, hæc, & cætera, quæ inter eos oriri poterunt, ejuſdem Capituli conſilio ſedabuntur.

Conceſſum eſt etiam inter Capitulum, & eoſdem Fratres, ut mutuâ charitatis viciſſitudine Canonicis ſuis, ac Laïcis converſis in morte agenda ſolvantur. Si verò, quod abſit, charitatis igne extincto, in nihilum, cohabitatio eorum reverſa fuerit, in poteſtate Abbatis, & Capituli S. Auberti locus idem manebit.

Ut autem hæc in perpetuum conſerventur, prævaricatores, quoad reſipuerint, gladio Sancti Spiritûs tranſverberamus, datâ quoque conſervatoribus benedictione, ſubnotato autenticarum perſonarum teſtimonio, appoſito etiam Sigillo noſtro, conceſſionis hujus Paginam confirmamus.

Signum Burchardi Epiſcopi.

Signum Joannis Archidiaconi,
Signum Radulphi Archidiaconi,
Signum Galteri S. Auberti Cameracenſis Abbatis, cujus tempore res iſta acta eſt,
Signum Erleboldi Præpoſiti,
Signum Erbodi Decani,
Signum Roberti Cantoris,
Signum Balduini, Geraldi, Ercalmundi Canonicorum.

Actum eſt hoc anno Incarnati Verbi milleſimo centeſimo decimo ſeptimo, Indictione ſeptimâ, Præſulatûs Domini Burchardi primo.

Ego Gueriboldus Cancellarius, ſcripſi & ſubſcripſi.

(1) GAREMBERTUS, aliàs *Walimbertus*, natus eſt in Wulpen pago Flandriæ juxta Furnas; ubi primùm habitavit cum ejuſdem Oppidi Canonicis; dein in oppido S. Quintini ſervivit nobili viro Oglardo. Poſtremò ſeceſſit in ſylvam Boëni ſibi ab Oglardo traditam; ubi diſcipulos congregans, tantâ vixit ſanctitate, ut à Liedardo Epiſcopo Cameracenſi primus creatus ſit Abbas Boëncnſis, quod Monaſterium quoque S. Martini Ordinis Præmonſtratenſis dicitur.

De eodem vide quædam Diplomata ac Notas ſupra pag. 336 & 337.

Diploma alterum Nicolai Cameracenſis Epiſcopi, ſuper Tranſlatione Abbatiæ Montis S. Martini, datum anno 1127.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Ego Nicolaus Dei gratiâ Sanctæ Cameracenſis Eccleſiæ indignus Epiſcopus, notum eſſe volumus tam futuris, quam præſentibus, quod cum Garembertus Frater locum Boenenſem conſtruxiſſet, & fideles qui ibidem in ejus diſciplina, Deo famulaturi quotidie confluunt, multa incommoda ob loci illius aſperitatem patiantur, Allodium Montis S. Martini coëmerunt. In quo ædificato Monaſterio, petierunt à Domino Gualtero, S. Martini Laudunenſis Abbate, viro ſpectabilis religionis, ut aliquos è ſuis Religioſis illuc mittere dignaretur.

Ille petitionibus eorum benignè acquieſcens, Fratres aliquot è ſuo Monaſterio S. Martini eodem adduxit, & diſciplinam Præmonſtratenſem, cæteraque eo pertinentia conſtituit.

Qui quidem de die in diem, adjutrice divinâ gratiâ, in melius pro ſuâ paupertate, & propoſito proficientes, à nobis bonorum omnium confirmationem humiliter poſtularunt.

Nos igitur, qui Pontificali Cathedræ Deo authore licet indigni, præſidemus, etſi omnibus Diœceſis noſtræ fidelibus, prout facultas ſuppetit, in communi prodeſſe debeamus, circa illos tamen, qui abjectâ mundi ſarcinâ felici naufragio ad placidum & tranquillum portum contemplationis enatarunt, præcipuè vigilare decrevimus, quatenus piâ viciſſitudine eorum orationibus aliquod noſtræ imperfectioni ſubſidium comparemus.

Juſtis ergò eorum poſtulationibus annuentes, locum illum, qui Mons S. Martini dicitur, cum terris, aquis, paſcuis, ſylvis, & omnibus ad eundem locum pertinentibus, quem ipſe Frater Garembertus Abbas, & Fratres ejus, Prædeceſſoris noſtri aſſenſu acquiſierunt, approbamus, & noſtro munimine confirmamus.

Hoc interpoſito, quod ille Garembertus Abbas cum ſubjectis ſibi Fratribus ſecundum Regulam Beati Auguſtini ad tenorem Laudunenſis Cœnobii vivant.

Quod ſi Abbas S. Martini Montis ab ordine, & conſuetudine Laudunenſis Cœnobii deviarit, Abbas S. Martini ſuper correctione ſua bis tertiòve eum commonebit.

Quod ſi incorrigibilis apparuerit, atque permanſerit, Epiſcopus Cameracenſis ſub præſentia, & teſtificatione Abbatis S. Martini, & duorum ejuſdem Ordinis Co-Abbatum ſine omni dilatione, & reclamatione majoris audientiæ, tanquam Ordinis ſui tranſgreſſorem deponet.

Depoſitum autem illum Epiſcopus Cameracenſis ad Eccleſiam Beati Martini emittet, & alium idoneum Canonicâ Fratrum electione, & Abbatis Laudunenſis conſilio, è veſtigio ſubrogabit.

Abbas vero S. Martini, de quo prædictus Mons S. Martini religionis hujus ſumpſit exordium, ab omni illum temporalis commodi exactione tam in præſenti, quam in futuro abſolvet. Ut autem ordo ibi teneatur, Abbas S. Martini vigilabit, & laboris ſui mercedem vigiles ibidem orationes habebit.

Fratres vero ut ſoli Deo vacare poſſint, ab omni exactione tam noſtra, quam noſtrorum miniſtrorum abſolvimus. Canonicum tamen Abbatum profeſſionem, & filialem obedientiam, & in Synodo noſtra illorum præſentiam, & aſſiduas orationes tam nobis, quam Succeſſoribus noſtris in eodem loco retinemus.

Præterea bona, & poſſeſſiones, quas juſtè & legitimè Eccleſia Montis S. Martini poſſidet, ad uſus Fratrum ibidem Deo ſervientium præſentis Scripti Paginâ confirmamus. Quæcumque præterea in futuro conceſſione Eccleſiaſticâ, largitione Principum, vel oblatione fidelium juſtè, & canonicè adiſpiſci poterit, firma illi, & illibata permaneant.

Ut autem hæc rata & inconcuſſa perdurent, hoc Scriptum fieri juſſimus, & Sigilli noſtri impreſſione, noſtrâ & teſtium ſubſcrip-

tione roborari præcepimus, & ne quis aliquid horum infringere præſumat, anathematis ſententiam interpoſuimus.

Signum Nicolai Cameracenſis Epiſcopi,
Signa Joannis,
Theodorici,
Gerardi,
Widonis, Archidiaconorum,
Erlebaldi Præpoſiti,
Hugonis Decani,
Roberti Cantoris,
Stephani,
Petri, Adæ Canonicorum.

Actum Cameraci anno Incarnationis Dominicæ milleſimo trigeſimo ſexto, Indictione decimâ tertiâ, Epactâ vigeſimâ tertiâ, concurrente ſeptimo.

CAPUT XI.

Theodoricus Alſatius Comes Flandriæ Abbatiam S. Nicolai de Pratis Canonicorum Regularium, quæ modo eſt intra muros Tornacenſes, in protectionem ſuſcipit anno 1146, ejuſque bona recenſet.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Theodoricus Dei gratiâ Comes Flandriæ, tam futuris quam præſentibus chriſtianæ Religionis cultoribus in perpetuum. Quicumque principatum terrenæ obtinent dignitatis, ex poteſtate ſibi cælitus conceſſa debent unicuique ſua jura ſervare, & maximè Eccleſiarum atque in eis Deo famulantium quietem & tranquillitatem providere : non enim ſine cauſa gladium portamus.

Cujus conſiderationis intuitu, Eccleſiam ſancti Nicholai Canonicorum Regularium ſitam in ſuburbio Tornacenſi, fidelium meorum devotâ petitione ſub noſtra Succeſſorumque noſtrorum tutela protegendam, ad honorem Dei omnipotentis ſuſcepi; quatinus terras & allodia cum pratis & aquis, agris cultis & incultis, cæteriſque Beneficiis ad eandem ſanctam Dei Eccleſiam pertinentibus nullo contradicente vel injuriam faciente, ad uſus Fratrum ſuorum ſecum in prædicta Eccleſia degentium Abbas liberè & quiete poſſideat. Nemini ſit facultas Eccleſiam ipſam perturbare aut quecumque ejus ſunt vel fuerint quibuſlibet occaſionibus auferre vel temerariis vexationibus fatigare.

Quod ut noſtris ac futuris temporibus firmum illibatumque ſervetur, Cartam iſtam Sigilli mei corroboravi impreſſione, meiſque fidelibus, aſcriptis eorum nominibus hujus Conſtitutionis atque mandati mei teſtimonium juſſi perhibere.

De poſſeſſionibus itaque præfatæ Eccleſiæ hæc nominatim decrevimus exprimenda. Terras arabiles circa Tornacum inter circum & Citam tres carrucatas. Terram circa vivum fontem. Terram & decimam apud Landaſt. Allodium & terram cenſualem apud Caſtrecin apud Rosbais. Terram duos modios frumenti perſolventem apud Waterlos; redditus novem raſeriarum frumenti apud Torcoing, ſex raſerias avenæ apud Senghin in Melantois. Allodium continens ſex bonarios terræ.

Hæc igitur & quæcumque alia ſepedicta Eccleſia poſſidet, aut in futurum largitione fidelium ſeu aliis rationabilibus modis poterit adipiſci, integra ſerventur ſub noſtra tutela, eorum pro quorum ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura.

Huic legitimæ libertati faciendæ hii legitimi teſtes interfuerunt.

Balduinus filius Comitis, qui hanc Cartam præcepto patris ſcriptam & ſignatam, Gerardo præfatæ Eccleſiæ Abbati manu ſuâ tradidit.

Rogerius Præpoſitus Brugenſis & Cancellarius.
Radulphus Caſtellanus Brugenſis,
Raſo de Gavera.
Balduinus de Cominis.
Balduinus de Vinchenbrue.
Vivianus Caſtellanus Gandenſis.

Actum Brugis anno ab Incarnatione Domini M. C. quadrageſimo ſexto.

Huic Cartæ ſi quis contradixerit, Comiti decem Libras auri perſolvat, & poſtea ejus calumpnia irrita maneat.

CAPUT XII.

Philippus Alſatius Flandriæ ac Veromandiæ Comes, benefacit anno 1166 Abbatiis S. Nicolai Furnenſis Ordinis Præmonſtratenſis & B. M. Dunenſis, Ordinis Ciſtercienſis, olim juxta Furnas, nunc Brugis.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Ego Philippus Dei gratiâ Flandriæ & Veromandiæ Comes, pro ſalute animæ meæ meorumque, concedo duabus Eccleſiis, videlicet Furnenſi ſancti Nicolai atque Duoenſi, in ſolitudine illa, quæ vocatur *Vermut*, centum octoginta circiter menſuras, ad auſtrum habentes terminum, ductum qui vocatur Hanekinſleed, ad aquilonem arenam dunarum, in hereditatem perpetuam.

Hanc ſolitudinem dono eis, atque Sigilli mei impreſſione confirmo; ut in pace abſque ulla perturbatione illam habeant, nec aliquis hanc eleëmoſinam meam impedire aut diſturbare præſumat. Unde pacti ſunt michi Abbates utriuſque Domûs Miſſas duas, alter eorum de Spiritu Sancto, alter de ſancta Maria, & omnium Beneficiorum eorum participem me fieri uſque ad mortem, & poſt mortem Miſſam pro defunctis uſque in perpetuum.

Actum hoc..... Furnenſi, anno Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, Menſe Novembri, Indictione quindecima.

Præſentibus teſtibus,
Roberto Præpoſito Arienſi & Caſletenſi,
Evrardo Decano,
Raimbaldo Notario,
Riguardo Blauvoet,
Radulpho Caſtellano.
Waltero de Locra,
Willelmo Moran,
Waltero, Chriſtiano & Willelmo filiis Euſtatii,
Willelmo, Raymelo filiis Ydesbaldi,
Enerolpho Fenis,
Lamberto Luſco,
Gnilberto de Nivelles,
Willelmo de Fromeſelle Juniore,
Bernardo de Koynghem,
Henrico de Moorſelede Juniore.

Lambelkino de Bingha, aliiſque quam plurimis tam Clericis quam Laïcis,

Affuerunt etiam Walterus, Leonius, & Nicolaus Canonicus ſuus.

CAPUT XIII.

Wichardus de Thorembaix cum conſortibus ſuis donat anno 1172 Abbati Bonæ Spei Ordinis Præmonſtratenſis in Hannonia, Jus Patronatûs Eccleſiæ de Thorembaix-Saint-Tron, in Diœceſi olim Leodienſi, nunc Mamurcenſi.

Ex Cartulario Bonæ-Spei.

IN nomine Domini. Ego Ingorannus de Orhais tum futuris quam præſentibus in perpetuum. Quia nuoc temporis multas Eccleſiis violentias ſuper jure ſuo inferri videmus, quæ in præſentiâ noſtrâ ipſis in eleëmoſinam collata ſunt, recognoſcere, & aliis non incognita relinquere debemus.

Noverint igitur omnes tam futuri quam præſentes, quod Wichardus de Thorembaix, Gozuinus de Turninis, Mathildis de Lerinis, omnes hi cum liberis ſuis Eccleſiam de (1) Thorembaix ſancti Trudonis, cum omnibus quæ de jure Perſonæ & Inveſtiti ſunt vel eſſe debent, venerabili Eccleſiæ in Bona Spe multum nobis dilectæ, ob ſalutem ſuam ſuorumque, in eleëmoſinam perpetuo poſſidendam, reſpectu quidem viginti nummorum Namurcenſis monetæ annuatim in Aſcenſione Domini ſolvendorum, contulerunt.

Domini vero ſui, de quibus Villam in feodum tenebant, ipſe vero de me, Goſſuinus videlicet de Haverec, Lambertus de Notengien, me concedente & eis laudante, omnes unanimiter cum liberis ſuis aſſenſum præbuerunt. Cujuſmodi re in Concilio delata & coram Archidiacono & toto Clericorum ſuorum Capitulo in notitiam adductâ, aſſenſu tam meo quam ſuo id factum fuiſſe recognoverunt.

Qui quoniam Sigilli munimine carebant, præfatæ Eccleſiæ ſuper hac re Litteras Sigilli mei impreſſione munitas ipſorum rogatu præbui, ſed & teſtes legitimos quorum ſubſcripta ſunt nomina fideliter adhiberi volui.

Mathæus & Ernulfus de Perveiz Fratres.
Gerardus de Ruez.
Gualterus de Glimenes.
Ernulphus de Bouſſut.

Godefridus & Faſtredus de Caluomonte Fratres, omnes Milites & liberi homines.

Item

Item Lambertus Rufus.
Ernulfus de Perviez.
Franco Burine.
Et alter Franco de Roſieres.
Johannes de Corroit.
Goſſuinus de Thorembaix.
Godinus de Orbaix.
Lambertus de Tornines, omnes Milites.
Et alii quam-plures.

Actum anno verbi Incarnati milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſecundo.

(1) THOREMBAIX. In Diœceſi Namurcenſi, ſub Decanatu Geldonienſi, duæ ſunt hujus nominis Paroeciæ; una quæ à ſuo Patrono, Sti. Trudonis cognominatur. Jus Patronatûs ibidem poſſidet Abbas Bonæ Spei in Hannonia, qui & quondam è Religioſis ſuis ibidem deſignat Paſtorem; & inſuper poſſidet tertiam partem Decimarum. Duæ reliquæ pertinent ad Prioriſſam & Conventum Monialium de Auderghem, apud Bruxellam, Ordinis S. Dominici. Eſt & Decima laicalis ſpectans ad Ducem Lotharingiæ.

Altera Parochia dicitur *Thorembaix-les-Beguinel*; in quâ Jus Patronatûs obtinet Abbas Villarienſis Ord. Ciſt. Ita nominatur ex eo, quod olim hic ſteterit Conventus Begginarum ſeu Monialium; inter quas anno 1220 vixit B. Oda matrona ſanctitate conſpicua. De hac vide Arn. Raiſſium in Auctario ad Natales SS. Molani, item Baronem le Roy in Topographia Gallo-Brabantiæ.

CAPUT XIV.

Richildis Aldenardæ Domina ejuſque filius Arnulphus concedunt Abbatiæ Sti. Petri in Monte Blandinio Ordinis Sti. Benedicti Gandavi, exemptionem à telonio & vinagio, in terris ſuis, circa annum 1181.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen. Quæ aguntur in tempore, omni tempore dilabuntur & tranſeunt, actus oblivio innata demolitur; ſola vero negotia Literis ſignata & eorum mancipata cuſtodiæ ſubſiſtunt, & à ſua ſtabilitate inconcuſſa non recedunt.

Ea-propter Ego (1) Riquildis Domina de Aldenarda & dilectus filius meus Arnulphus tam poſteris quam præſentibus norum fieri volumus, quod pro remedio & ſalute animæ mariti mei Ghilberti de Aldenarda & meæ, Prædeceſſorumque meorum, Eccleſiæ Sancti Petri in Gandavo conceſſimus, & firmiter tenere volumus, quod omnia ad prætaxatam Eccleſiam & ad uſus Fratrum in ea degentium pertinentia qualicumque modo, ſive per terram ſive navigio in terra noſtra vehantur abſque teloneo & wienagio & omni exactione liberè tranſire permittantur. Nec igitur quæ bono zelo ordinata ſunt quorumdam malignitas in poſterum diſſolvat, Donationem prædictæ Eccleſiæ, intuitu illius conceſſam, apud quem nullum bonum manens immeritum, nullum malum permanens impunitum, Sigilli noſtri appenſione in teſtium ſubſcriptione roboravimus.

S. Lamberti Abbatis * Eyamenſis.
S. Gerardi de Waudripont.
S. Gerardi de Sottinghien.
S. Bernardi de Longo pratu.
S. Theodorici Magiſtri de Cocuina.
S. Lamberti Kegel.
S. Willelmi Sned.
S. Roberti Anglici.
S. Henrici de Maltha.
S. Jani Coci.
& Gerardi Fratris ejus.
S. Gogerici Coci.
S. Sigeri de Molendino & aliorum multorum.

* Vernacule Eenhaeme prope Aldenardam.

Actum Gandavi anno * M. C. XI. Incarnationis Dominicæ, Philippo regnante in Francia, Philippo in Flandria & Viromandia Comite exiſtente.

* Erratum, debet eſſe annus 1181 aut circiter.

In cujus rei teſtimonium præſentibus Literis noſtrum Sigillum duximus apponendum.

Idem Arnulphus, ſeu Arnoldus ex Aleydc Roſeti Domina, genuit Joannem Aldenardæ Dominum, qui uxorem duxit Mathildem Dominam de Pecquigny, Vice-Comitiſſam Ambianenſem; de quibus ſupra egimus pag. 136.

Caſtellani ſeu D.D. Aldenardenſes

(1) RICHILDIS. Sanderus in Flandria Illuſtrata agens de Caſtellanis Aldenardenſibus, vocat hanc Richildem, Everardi Mortaniæ Comitis ex Richilde Hannonica filiam: nupſit Giſleberto de Aldenarda, è quo genuit Arnulphum, fundatorem Abbatiæ Vallis Virginum Aldenardæ.

CAPUT XV.

Robertus de Bethunia Advocatus Atrebatenſis, concedit Abbatiæ S. Joannis Baptiſtæ de Chocques, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in Diœceſi Audomarenſi, Altare de Steenwercke in Flandria anno 1182.

Ex Cartulario Abbatiæ.

ROBertus de Betunia Dei gratiâ Atrebatenſis Advocatus, omnibus tam futuris quàm præſentibus in perpetuum.

Sicut ex Patrum traditione, virorum Religioſorum eruditione cognovimus, perſona Laïcalis graviter peccat, cùm bona Eccleſiaſtica, decimas, & primitias, cæteraſque fidelium oblationes in uſus proprios vendicari præſumit, quas ſolis Eccleſiaſticis perſonis Dominus creator omnium diſtribuendas inſtituit, & in ſortem perpetuam eis provenire æternæ legis ſanctione firmavit.

Indè eſt quod ſacri Canones eos qui taliter agunt, & à ſacratiſſima participatione Corporis & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſuſpendunt, & de omni Eccleſia & conſortio fidelium datâ ſententiâ excommunicationis eliminari decernunt.

Quod ego Robertus Advocatus Attrebatenſis perpendens, & animo ſæpiùs revolvens nitorem ſæculi in ſeipſum deficere, & ſine moleſto concludi, Altare de (1) Eſtenwerk; quod cum ſuis appenditiis de Epiſcopo Morinenſi jure feodali tenebam, quodque ipſum duo Vavaſſores de me in feodum tenebant, acquirendo ad me revocare curavi, & ipſum cum ſuis appendiciis, & cum decima de nova terra, quietum, & ab omni exactione ſæculari liberrimum, filiis meis Joanne Præpoſito Duacenſi, Roberto, Willermo, Balduino, Conone, concedentibus, Domino meo Deſiderio venerabili Epiſcopo Morinorum reddidi.

Ipſe verò Dominus Deſiderius Epiſcopus ſecundùm petitionem meam & deſiderium meum, ipſum Altare de Eſtenwerk cum ſuis appendiciis, cum integro Perſonatu, Domino Manaſſæ Abbati & Eccleſiæ Conventuali de Chokes donavit.

Et ut ratum & inconvulſum in futuras generationes permaneat, Privilegii ſui auctoritate confirmavit.

Dominus verò Manaſſes Abbas & Fratres ipſius Eccleſiæ concefferunt mihi unam lampadem die ac nocte in prædicta Eccleſia perpetuò ante Altare ardentem, & quod unus pauper tam in victu quàm in veſtitu ibidem perpetuò ſuſtentabitur.

Pauper unus alendus.

Quem pauperem Abbas pro voluntate ſua amovere poterit, & alium ſubrogare. Et poſt deceſſum meum in ſæpedicta Eccleſia ſingulis diebus pro anima mea Miſſa celebrabitur, & Anniverſarium meum cum novem lectionibus & Miſſa in Conventu ſolemniter celebrabitur, & eodem die refectio vini & piſcium Fratribus providebitur. Quod ne quâ futurorum ſive præſentium fraudulentiâ poſſit perturbari, Sigilli mei impreſſione, & teſtium ſubſcriptorum adſtipulatione roboravi.

SS. Walteri Archidiaconi,
Hugonis Theſaurarii,
Arnulfi Capellani,
Reneri Presbyteri.
Willermi Prioris.
Walteri, Roberti, Willermi,
Franciſci, Willonis.
S. Hugonis, Canonicorum Presbyterorum.
SS. Amati, Simonis,
S Guidonis,
Franciſci, ſæcularium Presbyterorum.
SS. Gunfridi.
Bouis.
Bernardi,
Simonis,
Nicolai, Clericorum.
SS. Sigeri.
Joannis de Aneſin.
Roberti le Bret de Eſtenwere, Militum.
SS. Radulfi Canaſe,
Gunteri,
Fulchonis, Laïcorum.

Actum eſt hoc anno Domini M. CLXXXII.

Notum ſit omnibus tam futuris, quàm præſentibus, quòd Ego Robertus de Bethunia Dei permiſſione Advocatus Attrebattenſis, de mera voluntatis meæ liberalitate conceſſi Eccleſiæ S Johannis Baptiſtæ de Ceokes, conſenſu & aſſenſu filiorum meorum, Roberti videlicet, Willermi, Baldevini, Cononis, pro anima mea, & pro animabus Patris & Matris & Uxoris meæ, & Sororis meæ, & Filiorum meorum, libertatem & quitantiam per totam terram meam: ut ſcilicet prædicta Eccleſia cum omnibus ſervientibus ſuis apud Betuniam, & per totam terram meam à teloneo & ab omni conſuetudine libera ſit & quieta.

Et ut hoc ratum ſit & firmum, præſentem Paginam Sigilli mei impreſſione ſignavi.

(1) Steenwercke, elegans eſt Parochia Flandriæ ſub Diœceſi Iprenſi ac Decanatu Bailiolano. Jus Patronatûs hodiedum pertinet ad Abbatem de Chocques.

CAPUT XVI.

Abbatia S. Dionisii in Brocqueroya Ordinis S. Benedicti juxta Montes Hannoniæ eligit Balduinum Hannoniæ Comitem in Advocatum, eique cedit servos aliquot & ancillas, anno 1183.

Ex Archivis Cameræ Rationum Insulis.

IN nomine Domini. Nec ea quæ ex hominum institutionibus componuntur, vetustatis obnubilatione contaminentur; necessarium est ut ea quæ fuerunt in tempore, scripto commendentur, testium subscriptionibus roborentur.

Ea-propter Ego Gervasius Ecclesiæ Sancti Dyonisii in Brokeroia Abbas & totum ejusdem Ecclesiæ Capitulum, notum facimus & præsentibus & futuris, quod Principi nostro Balduino Comiti Haynoniensi concessimus & dedimus Advocatiam in omnibus servis & ancillis ad Altarium de Hojus pertinentibus; ita quod Comes Haynoniæ illorum servorum & ancillarum viventium habeat servicium corporum & pecuniarum; io mortuis manibus, sicut & in licentia matrimoniorum servorum illorum & ancillarum Comes Haynoniæ habeat medietatem, Ecclesia vero nostra aliam medietatem. Census autem servorum illorum & ancillarum sine participatione nobis retinuimus.

Hæc itaque per prædicta principi nostro concessimus, ut ipse bona nostra conservet & protegat, & contra adversarios tuetur ineursus.

Ut autem hæc compositio rata & inviolata permaneat, Scripto cyrographisato eam commendavimus & sigillo Beati Dyonisii & Sigillo Comitis Haynoniæ confirmamus.

Scripti vero medietatem Sigillo Beati Dyonisii signatam Comiti Haynoniæ habendum dedimus; aliam vero medietatem Sigillo Comitis Haynoniæ signatam nobis retinuimus, subscriptis quoque testibus, Monachis scilicet sancti Dionisii & Comitis Haynoniæ nominibus hæc nominata roboravimus.

Subscriptio Bartholomei Prioris.
S. Alardi,
Itemque Alardi,
Itemque Balduini,
Walteri,
Isaac, Gerardi,
Henrici,
Warneri,
Arnulphi Sacerdotum.
S. Joannis Diaconi.
Marcelli Subdiaconorum,
S. Theoderici. Subscriptio Eustatii de Rues,
S. Almanni De Prouvi,
S. Willelmi Fratris Comitis.
S. Johannis Cornuti.

Actum per manum Gilleberti secundi Notarii Comitis Haynoniæ, Mense Novembris Dominicæ Incarnationis M. C. LXXXIII. Dominationis verò sepè-dicti Comitis Haynoniæ anno XIII.

CAPUT XVII.

*Philippus Alsatius * Comes Flandriæ confirmat Fundationem Abbatiæ de Blendecka, Monialium Ordinis Cistercienſis, propè Audomaropolim in Artheſia, anno 1186.*

* Vide item Fundationem approbatam apud Episcopo Morinensi, apud Miræum pag. 1199.

Ex Archivis Cameræ Rationum Insulis.

EGo Philippus Flandriæ & Viromandiæ Comes. Notum fieri volo tam præsentibus quam futuris, quod Gerardus de Piennes & omnes partieipes ejus resignaverint in manum meam quidquid tenebant de me in feodo in Parochiâ de Blandeca, tam in nummis, quam in aliis rebus; Ego autem in remedium animæ meæ & Antecessorum meorum omnia hæc contuli Ecclesiæ de Blandeca perpetuò possidenda.

Addidi etiam & dedi Ecclesiæ, Comitatum totius Terræ illius & reddituum prædictorum. Hæc autem omnia Balduinus ejusdem Ecclesiæ Sacerdos omni vitæ suæ tempore possidebit; post mortem autem ejus ad Ecclesiam revertentur.

Ut autem hoc ratum perpetuo permaneat, tam præsenti Scripto quam subscriptarum testimonio personarum munire decrevi.

S. Fratris & Cancellarii mei, G. Brugensis & Sti. Audomari Præpositi.
S. G. de Mese Præpositi Insulensis.
S. W. Castellani Sti. Audomari.
S. Gisleberti de Aria.
S. M. Constahularii nostri.

Actum anno Domini M. C. LXXXVI.

CAPUT XVIII.

Wilhelmus Archiepiſcopus Remenſis, S. R. E. Cardinalis & Legatus Apoſtolicus confirmat Erectionem Parochiarum, in Oppidis de Eſtaires & Gorgue, in Artheſia anno 1190.

WIllelmus Dei gratiâ Rhemenſis Archiepiſcopus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Titulo Sanctæ Sabinæ Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus omnibus tam futuris quam præſentibus ad quos Litteræ iſtæ pervenerint in Domino ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod inter venerabilem Fratrem noſtrum D. Morinenſem Epiſcopum & Nobilem Virum Robertum Advocatum Attrebatenſem de conſenſu & voluntate Capituli Morinenſis, ita convenit; quod poſt deceſſum Richardi Gomer Sacerdotis d'Eſtaires, de Eccleſia & Parochia d'Eſtaires duæ Baptiſmales & Parochiales Eccleſiæ conſtruantur; ut illa videlicet quæ d'Eſtaires eſt una ſit cum tota Parochia illius partis aquæ quæ dicitur Lis, & aqua illa ſit diviſio duarum Parochiarum. Ex altera vero parte illius aquæ, videlicet verſus Gorgue alia Eccleſia Baptiſmalis conſtruetur cum tota Parochia illius partis. Appoſuit etiam præfatus Robertus Eccleſiæ quæ verſus Gorgue eſt, decimam partem omnium tam piſcium quam molturæ, quæ molendina ſunt de Gorgue lucrabuntur.

Sciendum autem quod in eis duabus Eccleſiis, duo inſtituentur Presbyteri, qui ſi idonei fuerint & ſuffi cientes, cum perſæpe-nominatum Robertum vel per heredes ſuos Epiſcopo Morinenſi fuerint præſentati, tenetur eis Curam committere Parochiarum. Utraque vero Eccleſia idem jus quod una prius fecit, Epiſcopo tenebitur exhibere.

Notandum etiam, quod Eccleſia de Gorgue ſolvet Eccleſiæ d'Eſtaires quia Mater Eccleſia eſt, duodecim denarios annuatim in ejus Dedicatione. Hæc igitur omnia ſicut in Scripto prænominati Morinenſis Epiſcopi affirmata ſunt auctentico, rata habentes & illibata conſervari volentes, præſentis Scripti patrocinio & Sigilli noſtri impreſſione confirmamus. Statuentes & ſub interminatione anathematis firmiter inhibentes, nequis hanc noſtræ Confirmationis Paginam audeat infringere aut ei temerè contraire; ſalvâ in omnibus Apoſtolicæ Sedis Auctoritate.

Datum per manum Lambini Cancellarii noſtri, anno verbi Incarnati milleſimo centeſimo nonageſimo.

(1) GUILLELMUS, filius Theobaldi V. Comitis Campaniæ & Bleſenſis & Mathildis filiæ Baldvini Comitis Flandriæ, Archiepiſcopus Remenſis ab anno 1176, creatus fuit S. R. E. Cardinalis à Papa Alexandro III., qui eum Legatum Apoſtolicæ Sedis conſtituit per Galliam atque inferiorem Germaniam. Mortuus eſt anno 1202.

ESTAIRES, vulgò *Stegers*, Flandriæ occidentalis Oppidulum, quod Marchantius, Sanderus aliique dicunt eſſe *Menariacum* in Itinerariis antiquorum notiſſimum. Situm eſt ad fines Caſtellaniæ Caſletanæ, olim ſub Diœceſi Morinenſi, modo ſub Audomarenſi, in Deçanatu Minoris-villæ.

Eccleſia S. Vedaſto Epiſcopo ſacra eſt. Jus Patronatûs habet Comes Artheſiæ, tam in Steghers, quam in Gorgue; ut patet ex hoc Diplomate.

Fuit item Eſterra Comitatûs titulo inſignita per Sereniſſ. Principes noſtros Albertum & Iſabellam anno 1611 in favorem N. Comitis de Montmorenci.

(2) GORGUA, item eſt Oppidulum ad Liſam fluvium, in famoſa ac frugifera ditione, vulgò *Pais de la Leuve*; eſt etiam hodie ſub Diœceſi Audomarenſi ejuſdem Decanatûs ac Patronatûs, uti Eſterra.

DIPLOMA II. *Erectio ejuſdem Capellæ in Eccleſiam Parochialem & Baptiſmalem, cum ſeparatione ab Eccleſia d'Eſtaires per Epiſcopum Morinenſem.*

EGo D. Dei gratiâ Morinenſis Epiſcopus omnibus tam futuris quam præſentibus notificandum duxi, quod inter me & Robertum de Betonia Advocatum Atrebatenſem per conſilium Domini Rhemenſis Archiepiſcopi W. & conſenſum, & aſſenſum Teruanenſis Capituli taliter convênit, quod poſt diſceſſum Richardi Gomer Sacerdotis d'Eſtaires de Eccleſia & Parochia d'Eſtaires duæ Baptiſmales & Parochiales Eccleſiæ conſtruentur, videlicet quod ea d'Eſtaires ſit una cum tota Parochia illius partis aquæ; ut aqua illa quæ dicitur Liſa ſit duarum Parochiarum diviſio.

Et ex altera parte illius aquæ, videlicet verſus Gorgue, alia Eccleſia baptiſmalis conſtruetur cum tota Parochia illius partis. Appoſuitque præfatus Robertus Advocatus Eccleſiæ quæ verſus Gorgue eſt, decimam partem omnium

omnium tam piſcium quam molcturæ, quæ molendini ſui de Gorgue lucrabuntur.

In eis duabus Eccleſiis duo inſtituentur Presbyteri quorum Præſentationem præfato Roberto Advocato conceſſi per conſilium Domini Rhemenſis Archiepiſcopi & aſſenſum Teruanenſis Capituli, ſibi & heredibus ſuis tenendam de me & Succeſſoribus meis in feudum in perpetuum.

Itaque ſi præfatus Robertus vel heredes ſui mihi vel Succeſſoribus meis honeſtas & idoneas perſonas præſentaverint, tenemur eis Curam Parochiarum committere. Et utraque Eccleſia Epiſcopo Teruanenſi omnem ſubjectionem & Synodalia & Cathedrationem, ſicut una prius fecit, tenebitur ſolvere. Quia vero Eccleſia d'Eſtaires mater Eccleſia eſt, Parochia Eccleſia de Gorgue illi d'Eſtaires ſolvet annuatim duodecim denarios, & hoc in Dedicatione ejuſdem Eccleſiæ.

Et ut hoc pro rato teneatur, Sigilli noſtri impreſſione & ſubſcriptarum perſonarum atteſtatione confirmavimus.

SS. Lambini Archidiaconi, & Domni Rhemenſis Cancellarii,

Hugonis de Robais Teruanenſis Theſaurarii,

Magiſtri Balduini ejuſdem Eccleſiæ Canonici,

Magiſtri Joannis Cantoris.

(1) Desiosarus Epiſcopus Morineoſis, quondam Præpoſitus Sancti Petri Inſulenſis, & Archidiaconus Tornacenſis filius Caſtellani Cortracenſis mortuus anno 1191.

DIPLOMA III. *Donatio Decimæ proventuum molendinorum de Gorgua per Robertum de Bethunia.*

NOtum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus quod Ego Robertus de Betunia Advocatus Atrebatenſis conſenſu & aſſenſu filiorum meorum Roberti, Willelmi, Balduini, Cononis, divinæ remunerationis intuitu dedi & conceſſi Capellano de Gorgue pro animabus Anteceſſorum meorum & Mei & Sororis meæ & Filiorum meorum decimam partem omnium quæ Molendini mei de Gorgue lucrabuntur, tam in moltura quam in piſcibus. De piſcibus vero qui per inſtrumenta molendini capientur, quæ inſtrumenta dicuntur Terſthiers, & ſi plures molendinos ibidem conſtruere contigerit, decimationem omnium plenariam ſicut de aliis præfatus Capellanus habebit.

Itaque nullatenus ab eo aliquis expenſa molendinorum exigatur, & hujus decimationis Clericus qui Capellano miniſtrabit, quartam portionem habebit, & ſimiliter de oblationibus.

Quia vero Ego & Filii mei hoc ratum & inconcuſſum permanere volumus, Sigilli mei impreſſione & ſubſcriptorum virorum atteſtatione confirmamus.

SS. Manaſſæ Abbatis de Choëtes,

Willelmi ejuſdem Eccleſiæ Prioris,

Roberti Capellani de Buperra,

Joannis Clerici & Bethuniæ Canonici,

Roberti Eſquarat ejuſdem Canonici & multorum aliorum.

(1) Roasatus V. cognomento Ruſus, Dominus Betuniæ, Richebourg, Warneton & Choques, Advocatus Atrebatenſis. Adelaidem de St. Pol Uxorem habuit; mortuus anno 1191.

CAPUT XIX.

Godefridus de Chaumont, de conſenſu Alberti Leodienſis Epiſcopi, donat anno 1196 *Abbati Bonæ Spei in Hannonia Ordinis Præmonſtratenſis, Jus Patronatûs Eccleſiæ de Chaumont, hodie Diœceſis Namurcenſis; cujus dein etiam Dominium titulo Baronatûs acquiſivit eadem Abbatia.*

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Albertus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, tam futuris quam præſentibus in perpetuum. Quoniam ea quæ fiunt ab hominibus diuturnitate temporis plerumque memoriam humanam ſubterfugiunt, niſi beneficio ſcripturæ in lucem revocentur;

Inde eſt, quod memoriæ tam futurorum quam præſentium, præſentis Scripti teſtimonio duximus imprimendum, nobilem virum Godefridum de Calmoot unà cum filio ſuo Jacobo in ſuorum levamen peccaminum; Eccleſiam de (1) Calmont cum ſuis appenditiis, cui de feodo noſtro jus donationis competebat, libere & abſolutè in manus noſtras reſignaſſe.

Nos quoque Divinæ miſerationis intuitu ad noſtræ ſalutem animæ præfatam Eccleſiam cum omni integritate ſui juris ad devotam petitionem ipſius Godefridi, & filii ſui Jacobi, Monaſterio Bonæ Spei liberaliter contuliſſe; eo tenore, ut Conventus dicti Monaſterii unum de ſuis in Eccleſia de Calmont faciat inveſtiri, qui curam ejuſdem Eccleſiæ gerat, & debi-

tum officium in ea administret, salvo jure Episcopi & Archidiaconi in Cathedratico & obsonio.

Hanc autem Ecclesiam de manu nostra suscepit Leodii in Synodo nostra generali, Joannes tunc temporis Abbas Bonæ Spei, ut ipsa Ecclesia Bonæ Spei tam de cultis quam incultis, dote, decimis, & omni proventu, cum omni integritate fructus percipiat.

Ut autem hæc nostra Donatio stabilis maneat & illibata, & ne quis scrupulus quæstionis in posterum possit emergere, præsentem Paginam auctoritate nostri Sigilli in facie & testimonio majoris Ecclesiæ Leodiensis quæ hæc vidit & audivit, fecimus communiri.

Si quis autem contra hanc nostram legitimam Donationem aliquid attemptare præsumpserit, auctoritate Dei omnipotentis & nostrâ usque ad condignam satisfactionem vinculo anathematis se noverit innodatum.

Actum est Leodii in Ecclesia beati Petri Apostoli, in nostrâ Synodo generali, anno Incarnationis Domini millesimo centesimo nonagesimo sexto, Indictione decimâ tertiâ, anno Pontificatûs nostri primo.

Testes sunt Otho,
Radulphus, Archidiaconi.
Conradus major Decanus.
Herbertus Cellerarius, & Ecclesiæ sancti Pauli Præpositus.
Henricus de Marembais Fossensis Præpositus.
Lambertus de Wahart.
Radulphus de Comblen.
Rogerus de Rivonge.
Mainerus de Werde, & alii plures majoris Ecclesiæ Canonici.
Garnerus Abbas Prumiensis.
Wibertus Abbas Bronensis.
Albertus Abbas Helencinensis.
Gozuinus Abbas Montis Cornelii.
Sebastianus Abbas Parcensis.
De Nobilibus viris testes sunt,
Walterus Advocatus de Bar.
Winandus Dozen.
Fastradus de Calmont.
Radulphus Bosins.
Maneserus de Preele.
De Familia majoris Ecclesiæ,
Bodo de Hozenmont.
Reinerus de Lewege
& Arnulphus Frater ejus.
Warnerus de Nivellâ,
Wedericus de Prato, & alii multi.

(1) CALMONT; nunc vulgo Chaumont, Ecclesia S. Bavoni Gandensium Patrono sacra. Sita olim in Diœcesi Leodiensi, nunc vero in Namurcensi. Jus Patronatûs hoc Diplomate obtinuit Abbas Bonæ Spei, pro Pastore è religiosis suis assumendo. Licet undequaque situs sit hic locus in Brabantia, Feudalitio tamen nexu dependet ab Episcopo Leodiensi. Possidetur jam olim Dominium hoc titulo Baronatûs per Abbatem Bonæ Spei. Vide Gallo-Brabantiam Baronis le Roy pag. 155.

CAPUT XX.

*Balduinus IX. Comes Flandriæ atque Hannoniæ, dein à Christianis Principibus in Expeditione Terræ Sanctæ, electus Imperator Constantinopolitanus, ante discessum è Belgio, benefacit Abbatiæ Fontis-Ebraldi * Virginum Benedictinarum nobilium, in Diœcesi Pictavensi apud Gallos, anno* 1201.

* Vulgo Fontevrault.

Ex Archivis Cameræ Rationum Insulis.

EGo Balduinus Dei gratiâ Comes Flandrensis & Hannoniæ notum fieri volo tam præsentibus quam futuris, me pro amore Dei & salute animæ meæ & * M. Comitissæ Uxoris meæ & omnium Antecessorum meorum dedisse Deo & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Fontis-Ebrardi & Monialibus ibidem Deo servientibus, decem libras apud Brugas de officio Notarii mei singulis annis in media quadragesima liberè & quietè sine omni oppositione & delatione accipiendas & habendas & in perpetuum possidendas.

* Maria filia Comitis Campaniæ Uxor Balduini.

Hujus autem Donationis & caritatis intuitu prædictæ Ecclesiæ, cum me & Uxorem meam Deo vocante in fata concessisse contigerit, annuatim diem Anniversarii mei & Uxoris meæ celebrabit in Conventu ejusdem Ecclesiæ, & eodem die de prædictis decem libris pitantiam habebit.

Præterea divinæ pietatis intuitu commonitus, annuo, dono & benigne confirmo omnes donationes, libertates, eleemosinas, & liberas consuetudines quas felicis memoriæ Theodoricus avus meus Comes Flandriæ, dilectus Avunculus meus Philippus illustris Comes Flandriæ & Viromandiæ, Deo & supradictæ Ecclesiæ Fontis-Ebrardi pro salute animarum suarum contulerunt in cunctis locis & cunctis terminis, prout in scriptis eorum continetur, & devoto animo affignaverunt. Videlicet ex dono Avi mei Theodoriei Comitis duodecim libras Furnis assignatas, & ex dono jam dicti Avunculi mei Philippi Comitis viginti libras Furnis & apud Brugas de Officio Lambini Notarii viginti libras assignatas.

Qua-propter volo & firmiter præcipio, quod

homines & Fratres & Converſi & Moniales ſæpedictæ Eccleſiæ tam per totam Terram meam, quam per aquam liberi ſint & quieti cum omnibus rebus ſuis ab omni exactione & conſuetudine & teloneo & paſſagio, & quod prædictæ eleemoſinæ meæ & Anteceſſorum meorum integre & plenariè, liberè & quiete annuatim reddantur in aſſignatis terminis ſine . . . . . & dilatione aliqua.

Ut autem hæc mea & Uxoris meæ & Anteceſſorum meorum Donatio rata habeatur impoſterum & ab omnibus inconvulſa teneatur & perpetuâ firmitate gaudeat, præſentem Paginam Sigilli mei impreſſione communivi.

Hujus Donationis & Confirmationis Teſtes ſubſcripti ſunt,

Maria Illuſtris Comitiſſa Flandriæ & Hannoniæ.

Sibilla Domina de Wavering Seneſcallis Flandriæ.

Willelmus Advocatus de Bethunia.

N. Canonicus de Bethunia.

Bernardus de Robertis.

Gerardus Præpoſitus Brugenſis, Cancellarius Flandriæ.

Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. C. I. Menſe Novembri.

Principes noſtros non ſolùm erga ſubjectas ſibi Eccleſias, ſed etiam erga exteras largâ pietate fuiſſe beneficos, patet imprimis ex hoc Diplomate, quod in Archivis Regiis Inſulis aſſervatur: tum etiam è pluribus aliis apud Miræum.

(1) Fontis-Ebraldi Abbatia, vulgo *Fontevraud*, nobile eſt Virginum Archi-Cœnobium ſecundum B. Benedicti Regulam militantium. Situm eſt in Diœceſi Pictavienſi in Gallia. Fundator fuit B. Robertus de Arbriſello, qui particulari prorſus inſtitutione, totius hujus Congregationis, ſub qua plura ſunt tam virorum quam virginum Monaſteria, caput conſtituit Abbatiſſam Fontis-Ebraldi.

CAPUT XXI.

Stephanus Epiſcopus Tornacenſis confirmat anno 1203 fundationem Abbatiæ Bodeloenſis, Religioſorum Ordinis Ciſtercienſis, olim ſitæ in Waſia, nunc Gandavi.

STephanus Dei permiſſione Tornacenſis Eccleſiæ humilis Miniſter, univerſis ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, in Domino ſalutem.

Si eam ad quam tenemur ex noſtræ adminiſtrationis officio diligenter attendere velimus ſollicitudinem, illa præcipuè promovere debemus, quæ ad honorem Dei & Religionis augmentum credimus inchoata, & quæ ſecundum laudabilem ſui æſtimationem principii, quam plurimum Domino cooperante proficiant in futurum.

Eapropter Nos attendentes ſtrenuitatem cujuſdam viri Balduini nomine, quondam Mochi S. Petri Gandenſis, qui ab Abbate ſuo abſolutus, ſicut per ejuſdem Abbatis Litteras innoteſcit, in quodam ſilveſtri loco vaſtæ ſolitudinis, in Waſia videlicet Diœceſis noſtræ, qui Bodelo nuncupatur, tandiu commendabiliter apud Deum & apud homines ſolitariè noſcitur converſatus, quod fideles aliquot zelo imitandæ Religionis convenire ad ipſum volueriot, conſimilem vitam cum eo & ſub eo agere cupientes, & vir nobilis * Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes divino tantum, ut credimus, inſtinctu motus, Religiotâ ejus converſatione auditâ, quaſdam poſſeſſiones contulerit in agris, pratis, in nemoribus & quibuſdam aliis conſtitutis, ſicut in ejuſdem Comitis reſcripto inde confecto plenius continetur

* Vide ejus Diploma ſupra pag. 263.

Tam adeo commendabilis initium converſationis ejus, in futurum ſicut ſperamus adjuvante Domino plurimum profecturæ, quam etiam memoratam dicti Comitis Donationem, ſicut rationabiliter & canonicè facta eſt, laudamus, approbamus, & præſentis Scripti patrocinio confirmamus, eorum qui huic Confirmationi interfuerunt nomina ſubnotantes.

Signum Goſſuini Archidiaconi,

S. Dionyſii Magiſtri Scholarum,

S. Magiſtri Terrici, Canonicorum Tornacenſium.

Datum Tornaci per manum Magiſtri Giſleni Cancellarii noſtri, anno Dominicæ Incarnationis M. C. C. III. Menſe Maio.

CAPUT XXII.

Goſwinus Stephani Succeſſor in Epiſcopatu Tornacenſi, anno 1204 novellam Abbatiam Baudeloenſem (modo Gandavi) confirmat, & ordinat illic XII. Monachos inſtitui.

GOſwinus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, dilecto filio Balduino Monacho de Bodelo & confratribus ſuis in Domino ſalutem & perſeverantiam in bono.

Audientes, locum & Religionem veſtram plurimum multiplicari in Domino, tam facultate rerum quam numero perſonarum, gratias ei agimus, qui vocat ea quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt, ſpem habentes in ipſo, magnam ibi per eum futuram eſſe famulantium ſibi devotè Congregationem ſervorum, & ipſe qui cœpit perficiet, conſummabit, ſolidabitque.

Unde ut in ipſo conſtructa ædificatio veſtra melius proficere poſſit per gratiam Conditoris ejuſdem, mandamus tibi Balduine & Fratribus tuis atque in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, ut quam cito ſufficientes vobis Deus dederit facultates, unde duodecim literati Monachi congrue valeant ſuſtentari, ſine dilatione pro poſſe veſtro detis operam, ut locus veſter fiat Abbatia, & ſit membrum Eccleſiæ Tornacenſis. Sciatis enim, quod quidquid poterimus conſilii & auxilii vobis ad promotionem veſtram, adjuvante Domino nos promittimus impenſuros.

Datum Tornaci per manum Magiſtri Ghiſelini Cancellarii noſtri. Anno gratiæ M. C. C. IV. II. Kalendas Octobris.

CAPUT XXIII.

Abbatiſſa Cortembergenſis Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Mechlinienſi, benefacit Eccleſiæ Parochiali de Erps, anno 1208.

Ex Archivis Paſtoratus de Erps.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Benedicta Cortenbergenſis Cœnobii dicta Abbatiſſa, totuſque ejuſdem loci Conventus & moderni & poſteris imperpetuum. Mortualium opera cum ipſis mortalibus in oblivionis labuntur interitum; niſi per litterarum apices eorum memoria perpetuetur.

Propterea præſentibus litteris duximus imprimendum, quod fideles in Parochiâ de Herpſa, quæ ad noſtrum ſpectat Perſonarum degentes, nec non & aliũ in adjunctis villis commorantes, divinitus inſpirati in Eccleſia memoratæ villæ, ad ſuam, ſuorumque ſalutem, divinum cultum amplificare deſiderantes, de bonis ſibi à Deo collatis, communicato cum Viris prudentibus, & nobiſcum conſilio, eidem Eccleſiæ Beneficium contulerunt, ut præter Sacerdotem Parochialem habeat & alium Capellanum dictis eleëmoſynis ſuſtentatum, ad ibidem ſingulis diebus quibus licitum eſt Miſſam pro defunctis, feſtivis vero diebus, quibus defunctorum ſolemnia celebrare non conceditur, Miſſam quæ ſolemnitati congruit celebrandam.

Quod officium tali providentiâ illic inſtitutum eſt, ut per illud ipſa Eccleſia nullum prorſus patiatur ſui juris detrimentum; ut etiam Sacerdos Parochialis ejuſdem ſtipendia huic miniſterio aſſignata quaſi ei deſerviturus nullatenus ſibi vindicare præſumat: ſed nec alterius Eccleſiæ miniſter, eidem quaſi bipartitus aut deſerviat, aut recipiat, ne & locum in eo videatur habere animarum ſupplantatrix avaritia, & Eccleſiarum alterutra à ſui officii integritate mutiletur.

Placuit itaque Capellanum memorato miniſterio deputatum, ad peragendum officium tam nocturnum quam diurnum in eâdem Eccleſiâ cum reliquo Sacerdote obligari.

Noſtrâ autem interereit ad ſuperius dictum officium Sacerdotem idoneum, caſtum, bonæ converſationis teſtimonium habentem providere & inſtituere, & ſi à viâ rectitudinis exorbitaverit, & admonitus corrigi contempſerit, amovere.

Ut autem hujus Inſtitutionis veritas inconcuſſa permaneat, Scriptum præſens Sigilli noſtri appenſione munivimus.

Actum â verbi Incarnati anno milleſimo ducenteſimo octavo, Menſe Julio.

(1) CORTEMBERGEN Abbatia Monialium Ordinis S. Benedicti, viâ quaſi mediâ, Bruxellas inter

inter & Lovanium. De qua extant Diplomata plurima apud Miræum.

(2) Erps, Parochia Diœceſis Mechlioienſis, vicina Abbatiæ Cortembergenſi, cujus Abbatiſſa habet ibidem Jus Patronatûs ad Paſtoratum & ad aliqua beneficia. Erps eſt hodie Comitatus, pertinens nuper ad Familiam de Boſtichot, ac modo Jure uxoris ad Comitem de Kinnigegg.

CAPUT XXIV.

Abbatia de Nonnenboſche, Monialium Ordinis Ciſtercienſis, olim in Waſia, modo Gandavi, inchoatur anno 1215; anno 1220 à Walthero Tornacenſi Epiſcopo dotatur; Et circa annum 1229 inde oritur Abbatia Bilocæ.

Ex Archivis Abbatiæ.

Erater A. dictus Abbas Ciſtercienſis, omnibus præſentem Paginam inſpecturis, æternam in Domino gratiam & ſalutem. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod Nos Sorores conſtitutas in loco, qui dicitur Locus ſanctæ Mariæ, de auctoritate Capituli generalis Ordini noſtro incorporavimus, & Abbati Claræ-vallis eam Domum in filiam conceſſimus.

Actum anno Domini M. C. C. XV.

Walterus divinâ miſeratione Epiſcopus Tornacenſis, omnibus Chriſti fidelibus Litteras has inſpecturis, ſalutem in Domino.

Cum Religioſam Domum de Boſco à venerabili Prædeceſſore noſtro G. bonæ memoriæ quondam Epiſcopo Tornacenſi, in honore gloriosæ Virginis inchoatam, tanquam novellam plantationem fovere modis omnibus debeamus, concedimus, ut Moniales ibidem exiſtentes terras hactenus incultas, quas habent ſub jure Patronatûs noſtri in Parochia de * Lokerne, uſque ad centum & quinquaginta bonaria de cætero faciant excoli per colonos extraneos, & ſomptibus alienis, ita quod earumdem terrarum decimæ ſalvæ remaneant Monialibus memoratis.

* Lokeren Parochia Waſiæ.

Ut hæc autem noſtra conceſſio in perpetuum rata permaneat, & poſteris innoteſcat, præſens Scriptum Sigillo fecimus roborari.

Actum apud. . . . anno Domini M. C. C. XX. feriâ VI. ante Purificationem beatæ Mariæ Virginis.

Fundatio Abbatiæ de Bylocke.

Soror C. dicta Abbatiſſa de loco B. Mariæ in Boſco, omnibus præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Ut inter Domum noſtram & inter Monaſterium Ordinis & Hoſpitale B. Virginis de Gandavo, Familiaritas ſpecialis & caritatis mutuæ devotus affectus in poſterum firmius perſeverent, tam præſentibus quam futuris nota fore volumus quæ inferius continentur.

Hoſpitale de Bylocke Gandavi.

Noverint igitur univerſi, quod Domus noſtra ſumpſit initium de præfato Hoſpitali. Perſonæ namque manentes in Hoſpitali, quæ de ſuis facultatibus ipſum conſtruxerant Hoſpitale, ob conſervationem & regimen Hoſpitalis tandem noſtrum Monaſterium de propriis facultatibus incboare cœperunt, pro negotiis Domûs noſtræ diu fideliter & efficaciter laborantes. Unde fatemur merito, quod nos & quæ nobis ſuccedent, ſpeciali devotione debemus ipſum Hoſpitale diligere & ad commodum & utilitates ipſius attentius laborare.

Tandem vero videbatur merito formidandum, quod propter periculum aliquod, quod ex hoc poſſet Ordini lapſu temporis provenire, diu durare non poſſet, quod Abbatiſſa de Boſco regeret Hoſpitale Gandenſe & quod Viſitatores noſtri diu nullatenus ſuſtinerent, quod Abbatiſſa Domûs noſtræ Sorores ſuas & perſonas Ordinis apud Gandavum propter regimen Hoſpitalis mitteret, ad morandum in tumultu & in medio mundi extra elauſtrum & extra Ordinis Diſciplinam: quod ſi forſan eveniret, periclitaretur plurimum vel deſtrueretur penitus Hoſpitale.

Quapropter ad ampliandum cultum Domini, ad perpetuam firmitatem Hoſpitalis prædicti, perſonæ Hoſpitalis ſtuduerunt efficaciter laborare, quatenus extra Gandavum juxta idem Hoſpitale Monaſterium quoque noſtri Ordinis de noſtris Monialibus fundaretur.

Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Bylocke.

Ita quod ipſum Hoſpitale cum omnibus pertinentiis ſuis ſemper eſſet membrum de corpore ejuſdem Monaſterii Gandavenſis; & bona Hoſpitalis in perpetuum proviſione ac miniſterio ipſius Monaſterii regerentur & diſtribuerentur in neceſſitates infirmorum & pauperum, quorum uſibus deputata noſcuntur.

Notum ſit etiam univerſis, quod memoratæ perſonæ quæ conſtruxerunt Hoſpitale, poſſeſſiones quoque pro majori parte, quas ipſum Hoſpitale nunc habet, eidem in eleemoſynam diſtribuendam juxta proborum virorum conſilium contulerunt, & nunc tandem conſtruere inceperunt præfatum Monaſterium Gandavenſe pro conſervatione ſpecialitet & regimine Hoſpitalis: ſcilicet ut ipſum Hoſpitale de cætero ſit in eodem Monaſterio infirmitorium pauperum, & bona quæ fuerint hactenus Hoſpitalis, ſemper de cætero in eodem infirmitorio in uſus infirmorum pauperum converteotur.

Verum perſonæ quæ inchoaverant loca prædicta, præcipuum & ſummum habebant

deſiderium, quod nobis reliquerunt quaſi perpetuum & firmiſſimum teſtamentum. Super quo frequenter ab eis facta eſt ad nos ſtudioſa monitio & affectuoſa ſupplicatio, quatenus inter nos & præfatum Monaſterium Gandavenſe ſemper vigeat devotus amor & ſpecialis affectio, officioſa caritas, & omnimoda ſecundum Deum familiaritas. Ita quod cum omni affectu & devotione ſtudeamus nos invicem mutuis ſemper obſequiis prævenire, & ſicut eoſdem inchoatores habuimus & quaſi unum principium: ita ſummopere ſatagamus in una ſemper manere concordia & habere cor unum ad conſervationem & promotionem Hoſpitalis, ſtudium & omnem diligentiam adhibendo.

Confidimus enim in Domino, quod melius ſe habebit utrumque Monaſterium, ſi Hoſpitale ſecundum Deum fuerit procuratum.

Ut hæc autem firma permaneant & ab hominum memoria non recedant, præſentes Litteras ſcribi fecimus & Sigilli noſtri appenſione fignari.

Abbas Bodelocenſis Pater utriuſque Abbatiæ.

Venerabilis quoque Pater Domnus Abbas de Bodelo tam noſtri quam Gandenſis Monaſterii Viſitator præſentibus Litteris Sigillum ſuum appoſuit, in memoriam prædictorum. Sæpefatum inſuper Monaſterium Gandavenſe eiſdem Litteris ſigillum ſuum tenebitur apponere, cum ipſum contigerit habere Abbatiſſam.

Datum anno Domini M. C. C. XXIX.

Confirmatio pro Abbatiis de Nonnenboſſche & Byloca, Ord. Ciſterc.

JOhanna Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem. Ad ampliandum cultum Domini & glorioſæ Virginis Matris Dei, Monaſterium de Loco B. Mariæ in Boſco, ac Monaſterium de Portu B. Mariæ Gandavenſis in fundo noſtro fecimus inchoari, & in ſubſidium egenorum Dominus Comes F. felicis memoriæ quondam Maritus noſter cariſſimus, & Nos Hoſpitale quoddam pauperum noſtris manibus inchoavimus infra ambitum ejuſdem Monaſterii Gandavenſis. Loca vero prædicta eoſdem procuratores ac proviſores diutius habuerunt, & poſſeſſiones etiam plures eorundem locorum communes aliquanto tempore & permixtæ fuerunt.

Ne vero ſuper hiis inter poſteros ambiguitas oriatur, nos à prædictis Monaſteriis requiſitæ, præſenti Scripto decrevimus declarare, ad quæ loca earundem poſſeſſionum proprietas debeat pertinere.

Bona Abbatiæ de Nonnenboſſche.

Noverint igitur univerſi, quod ſicut ab eiſdem Monaſteriis intelleximus & in eorum patentibus Litteris vidimus contineri, poſſeſſiones quæ hîc proximo exprimuntur, ſunt Monaſterii præfati de Boſco. Videlicet locus in quo idem Monaſterium ſitum eſt, cum waſtinis adjacentibus collatis in eleëmoſynam ſive comparatis; curtis quoque quæ eſt in territorio quod dicitur Scara, & octoginta circiter bonaria terrarum in quatuor Officiis jacentium; decimæ quoque in Officio da Haſnede, quæ fuerunt Domini Bernardi de Weneberchies Militis & Fratrum ſuorum, ac decimæ quædam acquiſitæ in Officio de Bochoute, quæ fuerunt Simonis Harop & Hugonis filii Henrici militis. Sicut autem in eiſdem Litteris vidimus contineri, hæ poſſeſſiones quæ ſequuntur inferiùs, ſunt præfati Monaſterii Gandavenſis & prædicti Hoſpitalis Gandavenſis: decima ſcilicet de Baſſevelde, quæ fuit Domini Gilberti de Sottenghem; & decimæ quædam parvæ jacentes in Parochiis de Raſenghem, Lewerghem & in confinibus Parochiis, ac curtis de Eka cum waſtinis ad eandem curtim pertinentibus ſunt totaliter ejuſdem Monaſterii Gandavenſis. Excepto quod in acquiſitione earumdem waſtinarum centum libræ erant poſitæ de pecunia Hoſpitalis.

* Aſſenede Vide ſupra. pag. 91.

Bona Abbatiæ de Byloche.

Baſſevelde. ſupra pag. 91.

Habet inſuper idem Monaſterium decimam quandam apud Wevelſwale, quæ fuit Willelmi filii & circiter ſeptuaginta bonaria terrarum in quatuor Officiis jacentia, cujus decimæ & quarum terrarum medietas ſpecialiter ad uſus pertinet Hoſpitalis.

Præter prædictas vero terras idem Monaſterium habet curtim unam in Samſlacht cum terris ad ipſam pertinentibus, & quandam parvam decimam in Parochia de Haſnede in territorio quod dicitur Haghe. Habet etiam curtim unam cum terris & moro & quibuſdam redditibus ad eandem curtim de Haghe pertineotibus. Sed dicta curtis de Samſlacht & terræ ad eandem curtim pertinentes ſpectant ſpecialiter ad uſus Hoſpitalis, præter decem bonaria, quæ de bonis Monaſterii comparata fuerunt, eademque curtis de Haghe, terræ & morus ad ipſam pertinentes ad uſus Hoſpitalis totaliter pertinent, excepto quod idem Monaſterium ibidem triginta bonaria comparavit, quæ fuerunt Balduini filii Liardæ.

Dominus quoque Comes & nos decem librarum redditus juxta eandem curtim in eleëmoſynam contulimus eidem Monaſterio Gandavenſi. Fundus etiam ejuſdem Monaſterii continens circiter viginti duo bonaria in terris, pratis & montibus, ædificia quoque terræ & redditus de Gandavo præter modicos & circiter quatuor bonaria prati juxta Capenberghe: redditus quoque circiter trium librarum in Porthacker, & viginti duo ſolidorum apud Merendre, ac viginti ſolidorum apud Otverdenghem ad idem totaliter pertinent Hoſpitale.

Ipſum vero Monaſterium Gandavenſe prædictas poſſeſſiones Hoſpitalis diligenter ut proprias regere ſemper ac procurare debebit, & tam de ſuis propriis, quam de Hoſpitalis poſſeſſionibus viginti quinque Monialibus in Monaſterio, & quanto pluribus poteſt infirmis & pauperibus in Hoſpitali tenebitur neceſſaria providere.

Fundatio pro 25. Monialibus.

Ut hæc igitur in posterum firmiter observentur & nulla dissensio super eisdem possessionibus oriatur, præsentes Litteras scribi fecimus & Sigilli nostri munimine roborari.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo XXXIV.

NONNENBOSSCHE, aliàs B. M. de Novo-bosco. Duæ sunt ejusdem nominis in Flandria Abbatiæ Monialium. Una de qua hoc loco; olim sita in Wasia, dein propter tumultus Belgicos translata Gandavum.

Altera est Monialium Ordinis S. Benedicti, olim juxta, modo intra Ipras: de cujus Fundatione plura exhibuimus Diplomata apud Miræum.

CAPUT XXV.

Abbatia B. M. V. de Nazareth Virginum Cistercienſis Ordinis juxta Liram, Diœceſis Antverpienſis, fundatur ac dotatur anno 1220 & 1235 per Henricum I. Ducem Brabantiæ.

Ex Archivis Abbatiæ.

HEnricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Marchio, omnibus hoc ſcriptum videntibus, ſalutem.

Noverint univerſi quod ego in remedium animæ meæ, Cœnobio Sanctumonialium de Nazareth Ciſtercienſis Ordinis, allodium meum continens quinquaginta & quatuor bonaria in terris, paſcuis & nemoribus, ſitum intra duas Netas prope Lyram, in eleëmoſynam pure propter Deum contuli poſſidendam.

Nethe fluvius.

Ut autem hæc donatio rata ſit & firma, præſens ſcriptum Sigillo meo duxi roborandum.

Actum anno gratiæ M. C. C. XX. feria IV. poſt Feſtum S. Jacobi Apoſtoli.

HEnricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ omnibus præſens ſcriptum intuentibus in perpetuum.

Noverint univerſi, quod divinum volentes amplificare cultum, pro peccatorum noſtrorum remedio, Prædeceſſorum & Succeſſorum noſtrorum, terram quam Egidius de Porta tenebat in loco qui dicitur Tenvekene, tam in humidis quam in ſiccis continentem circiter ſeptem bonaria, paulò plus vel minus, liberaliter contulimus ad conſtruendum in ea novum Monaſterium Dominarum Ordinis Ciſtercienſis.

Eam abſolvimus ab omni exactione injuſtioſa, firmiter inhibentes ne quis inhabitatores vel nuncios earumdem Dominarum cum ibidem ædificaverint, perturbare audeat minus juſte.

Datum apud Lyram anno gratiæ M. C. C. XXXV.

CAPUT XXVI.

Conradus Epiſcopus Metenſis, S. R. I. Cancellarius, declarat anno 1222, quod in Coronatione Imperatorum Capitulo B. M. V. Aquiſgranenſis duæ carratæ vini, Capitulo vero S. Adalberti ibidem una, veſtes vero præfatæ Baſilicæ B. M. debeantur.

COnradus (1) Dei gratiâ Metenſis ac Spirenſis Epiſcopus Imperialis Aulæ Cancellarius ac totius Italiæ Legatus, univerſis ad quos hoc ſcriptum pervenerit, ſalutem in Domino. Quoniam ad noſtræ dignitatis ſpecialiter pertinet officium, quod boneſtas Imperii Conſuetudines Eccleſiis ſuis faciamus obſervatas, ne ex progreſſu temporum in oblivionem deveniant, aut aliquo modo infringantur, poſterorum memoriæ per ſcriptum noſtrum tranſmittimus.

Notum facimus univerſis & præſenti Scripto declaramus, quod cum Rex Romanorum in Regia ſede iuthroniſandus Aquiſgrani coronatur, Capitulum B. Mariæ Virginis duas carratas, & Capitulum S. Adalberti unam carratam vini, quia ſimul ejus receptioni intereſſe debent, de ſui munificentia ex antiqua conſuetudine debent præcipere.

Eccleſia vero B. Mariæ veſtes regias, in quibus conſecratur, ut ad Dei ſervitium præparentur, habere conſuevit.

Ut igitur hæc inviolabiliter obſerventur, præſens inde Scriptum Sigillo noſtro communimus.

Datum Aquiſgrani anno Domini M. C. C. XXII. Kal. Junii.

(1) Conradus Baro à Scharpeneck in Coadjutorem Spirenſem cooptatus eſt anno 1199, decedente vero Ottone Epiſcopo 1202 ejus in locum confirmatur Epiſcopus: Bertranno autem Epiſcopo Metenſi defuncto anno 1210 ſubrogatus, utrumque Epiſcopatum tenuit ad uſque annum 1224 quo fato functus eſt.

CAPUT XXVII.

Abbatia Monialium Ciſtercienſium de Portu B. M. V. vulgo de Byloke Gandavi, unà cum Hoſpitali ſuo per Ferrandum & Joannem Flandriæ Comites anno 1228 erigitur, ac Ciſtercienſi Ordini incorporatur.

Ex Archivis Abbatiæ.

VEnerabili & in Chriſto dilecto Coabbati ſuo de Bodelo Fr. R. dictus Abbas Clarevallenſis, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem.

Mandamus vobis benigne rogantes, quatenus cum expedire videritis ad Monaſterium de Boſco * ex parte noſtra perſonaliter accedatis, & accipiatis inde, prout vobis viſum fuerit, aliquas Moniales, mittentes eas ad Monaſterium nuper Ordini noſtro incorporatum, quod vir illuſtris F. Flandriæ & Hannoniæ Comes & Nobilis mulier J. Comitiſſa Uxor ejus extra Gandavum inchoari fecerunt. Quod & nos ad inſtantiam eorumdem nobilium tam per litteras quam vivâ voce ſuper hoc nos affectuoſe rogantium, tandem recepimus in Filiam, & ad ſuggeſtionem ipſorum Portum B. Mariæ duximus appellandum.

* Vulgo Nonnenboſkhe.

Vos quoque prædictum locum ex parte noſtra, quotieſcumque neceſſe fuerit, viſitetis, & Abbatiſſam inſtituatis in eo quando videritis expedire. Devotionem vero veſtram affectuoſè rogamus in Domino, quatenus promotioni & regimini dictæ Domûs taliter invigilare curetis, ut poſſitis in hoc gloriam Domini promereri, & nos ſimus erga perſonam veſtram ſpecialius obligati.

Datum anno Domini M. C. C. XXVIII. in die Apoſtolorum Simonis & Judæ.

F Flandriæ & Hannoniæ Comes & J. Comitiſſa Uxor ejus, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod nos Monaſterium Monialium quod inchoâri fecimus extra Gandavum, in loco qui ab antiquo vocari conſuevit Portus Monialium, de cætero Portum B. Mariæ duximus nominandum, idemque Monaſterium, quod ad preces noſtras nuper Ordini Ciſtercienſi incorporatum eſt tempore Capituli Generalis, volumus eſſe filiam Domini Clarevallenſis Abbatis.

In hujus ergo rei teſtimonium præſentes Litteras ſcribi fecimus & Sigillorum noſtrorum appenſione muniri.

Datum anno Domini M. C. C. XXVIII. Menſe Octobri.

Conſenſus Epiſcopi Tornacenſis.

WDei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod venerabili viro Abbati S. Bavonis & Presbyteris Parochialibus S. Martini de Eckerghem aſſenſum ſuum ſolemniter adhibentibus benignè conceſſimus, ut extra Gandavum infra Parochiam de Eckerghem, Monaſterium Monialium Ciſtercienſis Ordinis fundaretur, ſalvo jure Eccleſiæ S. Bavonis & ſalvo jure Parochialium Sacerdotum, prout in litteris noſtris ſuper hoc editis plenius continetur. Ordinavimus inſuper, ut bona infirmorum & pauperum quæ ſpectabant hactenus ad Domum quandam de Gandavo, quæ per manum noſtram nunc collata eſt Fratribus Ordinis Prædicatorum in perpetuam manſionem, de cætero pertinebunt ad Hoſpitale quod conſtruitur juxta Monaſterium memoratum. * Vide hoc Diploma ſupra pag. 88.

Ita quod ipſum Hoſpitale cum omnibus ad illud pertinentibus ſemper ſit membrum de corpore præfati Monaſterii, & bona ejuſdem Hoſpitalis in perpetuum ipſius Monaſterii proviſione regantur & diſtribuantur in neceſſitates infirmorum & pauperum, quorum uſibus aſſignata noſcuntur.

Decrevimus autem, ut dictum Monaſterium duarum marcharum redditum præfatis Presbyteris de Eckerghem competenter aſſignet pro recompenſatione juris eorum, pro minutis decimis & pro oblationibus, quæ in eodem Monaſterio offerentur, tam in Eccleſia Monialium, quam in Capella prædicti Hoſpitalis pauperum, ſeu ad quæcumque altaria infra ambitum ejuſdem Monaſterii juxta Ciſtercienſis Ordinis conſuetudinem conſtruenda, memorato namque Monaſterio eaſdem conſuetudines approbatas habere concedimus, quæ in aliis Domibus ejuſdem Ordinis obſervantur. Recognitio pro Paſtore de Eckerghem.

Locum igitur Monaſterii ſæpefati & univerſa ad illud pertinentia Ordini Ciſtercienſi in perpetuum pacificè poſſidenda concedimus, & Auctoritate Diœceſanâ eidem Ordini confirmamus in uſus Monialium & in neceſſitates infirmorum pauperum perpetuò convertenda.

Ut hæc autem firma permaneant & ab hominum memoria non recedant, præſentes

Litte

Litteras ſcribi fecimus & Sigilli noſtri munimine roborari.

Datum anno Domini M. C. C. XXVIII. Menſe Decembri.

CAPUT XXVIII.

Wilhelmus Dominus de Bethunia, ejuſque Uxor Eliſabeth Domina de Ponte-Robardi, benefaciunt Abbatiæ de Ravensberghe, Monialium Ordinis Ciſtercienſis, in Diœceſi Audomarenſi, anno 1228.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

WIllelmus de Bethunia & Uxor ejus Eliſabeth de Ponte Roardi. Univerſis præſentem Paginam inſpecturis ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod tertiam partem totius decimæ noſtræ de Beunes quam à kariſſimo Domino noſtro Fernando Flandriæ & Hainoniæ Comite & à Johanna Uxore ejus in feodum tenemus, Eccleſiæ Monialium de Ravensbergha Ciſtercienſis Ordinis titulo pignoris obligavimus. Et ad petitionem noſtram kariſſimus Dominus noſter prædictus Fernandus Comes Flandriæ & Hainoniæ & kariſſima Domina noſtra Johanna Flandriæ & Hainoniæ Comitiſſa Uxor ejus dictam obligationem conceſſerunt benignè, & eam ſigno ſuo ponendo, dictæ Eccleſiæ warandizare promiſerunt.

Nos vero præſentium teſtimonio concedimus dictis Dominis noſtris & bonâ fide promittimus, quod ipſos ſuper dicta warandizatione & conceſſione omnino quitabimus & indempnes tenebimus.

Et ſi forte contingat, quod in cauſam trahantur coram judice Eccleſiaſtico occaſione dictæ warandizationis & conceſſionis, nos ipſos penitus quitabimus & ſine dampno & cuſto omni & dedecore ipſos à dicto Placito abſolvere debemus, & hoc eis creantiamus, & per abandonium omnium rerum noſtrarum, de nobis Placito Curiæ, & malo amore capiendarum.

In cujus rei teſtimonium Sigillorum noſtrorum appenſione roboravimus.

Actum apud Cortracum anno Domini M. C. C. XXVIII. Menſe Decembri in Octava ſancti Nicolai.

Extat hodiedum Diploma hoc integrum, ac duobus Sigillis cereæ albæ impreſſis munitum, in Archivio Cameræ Rationum Inſulis.

(1) WILHELMUS iſte DE BETHUNIA, Dominus de Molenbeca, ejuſque Uxor Eliſabetha, Domina de Ponte-Rohardi, ſpecialiùs adhuc memorantur in Fundatione Abbatiæ Pontis-Rohardi, Monialium Ordinis S. Auguſtini, è Congregatione S. Victoris, quæ modo eſt Ipris; cujus ipſi Benefactores præcipui extiterunt. Vide Diploma eorum ſupra pag. 106. & Notas à Necrologio præfatæ Abbatiæ deſumptas.

CAPUT XXIX.

Joannes de Appia Leodienſis Epiſcopus confirmat Capitulo Sti. Rumoldi Mechliniæ Decimam de Battembroeck, anno 1230.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen.

Ego J.(1) Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, in perpetuum.

Noverint tam præſentes quam poſteri, quod Nos poteſtatem revocandi ſeu redimendi Decimas jure hereditario ſeu feodali à Laïcis hactenus poſſeſſas, & præcipuè Decimam de Bartembroeck, (2) quam tenuit Waltherus Papa, à Venerabili Viro A. Dei gratiâ Leodienſi Archidiacono & Præpoſito Mechlinienſi, Capitulo ejuſdem loci conceſſam, Auctoritate noſtrâ confirmamus ad cotidianas diſtributiones faciendas eiſdem Canonicis in perpetuum poſſidendas.

Et ut hoc inconvulſum permaneat, præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine duximus roborandam.

Actum anno Domini M. C. C. XXX. in feſto Barnabæ Apoſtoli.

(1) J. Erat JOANNES DE APPIA, qui avunculo ſuo Hugoni de Petraponte in Leodienſi Cathedra anno 1230 ſucceſſit, & deceſſit anno 1238.

(2) BARTEMBROECK, vulgo *Battembroeck*, diſtrictus in Provincia Mechlinienſi, qui per Parochias ſuburbanas Sti. Johannis & Ste. Catharinæ extenditur.

Porro eſt hoc Diploma è veteſtioribus quæ ſuperſunt in Archivis Capituli Mechlinienſis. Siquidem anno 1580 per hæreticos omnia illius antiqua monimenta ſpoliata fuerunt in Oppido Teneramundano, quò ad ſecuritatem tranſlata fuerant

De origine Capituli B. Rumoldi vide ſuperiùs Notas ad pag. 120. Item apud Miræum pag. 964. vide Donationem Capituli B. Mariæ Cameracenſis, quâ conceditur anno 1136 Canonicis B. Rumoldi Altare de Mechlinia. Quod ipſum anno ſequente confirmavit Lietardus Cameracenſis Epiſcopus.

CAPUT XXX.

Arnoldus Dominus Dieſthemii fundat ac dotat Abbatiam Monialium Ordinis Ciſtercienſis, quæ Vallis S. Bernardi dicitur, modo Dieſthemii, in Diœceſi Mechlinienſi, anno 1235.

Ex Archivis Abbatiæ.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis (1) Arnoldus Vir nobilis, Dominus de Dieſt ſalutem in Domino. Noveritis univerſi & ſinguli, quod vivente nobili muliere Odâ Uxore meâ, nullâ tamen ex ea prole ſuſceptâ, conceſſi in remedium animæ meæ & Anteceſſorum meorum Abbatiſſæ & Conventui Vallis S. Bernardi Ciſtercienſis Ordinis ſex bonaria terræ, in quibus ipſum clauſtrum ſitum eſt, & quæ Frater Paulus Converſus ejuſdem Conventûs à me quondam tenuerat in feudum, allodialiter poſſidenda.

Et ut dicta Conceſſio à me & a meis poſteris in perpetuum rata permanent & immobiliter obſervetur, dictis Abbatiſſæ & Conventui contuli præſentes Litteras Sigilli mei munimine roboratas.

Actum & datum anno Domini M. C. C. XXXV. feriâ VI. ante feſtum B Johannis Baptiſtæ.

(1) ARNOLDUS DE DIEST. Stemmata D D. Dieſtenſium vide deducta apud Miræum in Notis, pag. 297 443 & 768. Aſt ſimul nota, Odam hic memoratam Arnoldi conjugem, in prædictis Genealogiis non nominari.

Fuerunt autem Dieſtenſes Dynaſtæ, etiam Fundatores Capituli Canonicorum S. Joannis Baptiſtæ Dieſthemii, item Amersfortenſis in Hollandia, Minoritarum & Begginarum Dieſtemii, Carthuſiæ in Zeelhem, ſupra pag. 157.

Vide cætera Diplomata apud Miræum.

CAPUT XXXI.

Joanna Flandriæ Comitiſſa conſentit anno 1235 in erectionem Abbatiæ Monialium Ciſtercienſium in Parochia de Slype apud Oſtendam; quæ modo eſt Brugis, dicta Sparmalia.

JOanna Flandriæ ac Haynoniæ Comitiſſa univerſis præſentibus & futuris, præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Quia omnis poteſtas à Domino Deo tribuitur, & naturale jus exigit, ut omnis poteſtas in ejus ſervitio à quo poteſtatem aſſequitur ſe exerceat, dignum eſt ut Religioſam vitam eligentibus noſtro occurramus præſidio; ne alicujus temeritatis incurſus eos aut à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſanctæ Religionis infringat. Hinc eſt quod locum qui dicitur Hunkevliet in Slipen in Dominio noſtro jacentem cum perſonis & bonis omnibus ad locum ipſum jam pertinentibus, vel inpoſterum pertinendis, ſub noſtra protectione ſuſcipimus & tutela, & ad ædificandum ibidem Monaſterium Monialium Ordinis Ciſtercienſis noſtrum liberaliter & benigne præbemus aſſenſum. Et ipſum Monaſterium ab omni ſervitute quitum & liberum dimittentes, omnibus libertatibus quas de communi beneficio Ciſtercienſis Ordinis conſequi poteſt, libere concedimus in perpetuum gaudere: ſalvâ tamen nobis omni juſtitiâ, quam habemus vel habere debemus in terris, quas dictæ Moniales habent, vel habere poterunt in locis prædictis.

In hujus igitur rei robur & teſtimonium, præſentem Paginam præfato Monaſterio contulimus Sigilli noſtri munimine roboratam.

Actum apud Malam, an Domini M. C. C. XXXV. menſe Maio.

CAPUT XXXII.

Abbatia Monialium Vallis Cœli Ordinis Ciſtercienſis, vulgo s'Hemelſdaele, (quæ modo eſt Brugis) fundatur anno 1237 per Eliſabetham Dominam de Steenvoorde, apud Dixmudam in Flandria; primis Monialibus ex Abbatia Marquettana juxta Inſulas deſumptis.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Elizabeth relicta Baldnini de Steinfort, (1) ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra quod ego & duæ filiæ meæ Margareta & Alcidis omnia quæ habemus tam in terris & redditibus, quam in aliis rebus in manus Dominæ Abbatiſſæ de Reclinatorio beatæ Virginis, (2) ad opus cujuſdam Monaſterii Ciſtercienſis, quod conſtruere intendimus, integre poſuimus & dedimus, & quidquid nobis contingat vel de morte vel de vita, dicta Abbatiſſa faciat & diſponat, quidquid melius viderit ordinandum.

Ita tamen quod de rebus prædictis in ſuos uſus vel alienos, niſi tantum in opus Monaſterii præfati, ei aliquid convertere licebit, & nos in domo ſua Bonventum tenemur accipere quem nobis conceſſerit liberaliter & benigne.

Huic autem donationi præſentes fuerunt D. Heluinus Capellanus, Prioriſſa, Celleraria & Domina Mathildis ejuſdem Domûs, & Dominus Philippus Clericus.

In cujus teſtimonium & munimen, præſenti ſcripto Sigillum noſtrum cum Sigillo prædicti Philippi duximus apponi.

Actum anno Domini M. C. C. XXXVII. menſe Decembri.

(1) STEINFORT, alias Steenvoorde, inſignis Oppidulum Flandriæ in Diœceſi Iprenſi, ſub Caſtellania ac Decanatu Caſletenſi. Habuit olim Toparchas inclytos ſibi cognomines; modo poſſidentur à Familia de la Vieuville. Vide Sanderi Flandriam.

(2) RECLINATORIUM B.M. V. vulgò Marquette, inſignis Abbatia Monialium Ciſtercienſium juxta Inſulas; de qua plurima extant apud Miræum Diplomata.

Vide etiam ſupra, pag. 109 & 126 duo Diplomata, quæ hanc Fundationem Vallis Cœli concernunt; item Notas noſtras ibidem.

CAPUT XXXIII.

Thomas & Ioanna Comites Flandriæ conſentiunt anno 1239 in tranſlationem Abbatiæ Monialium Ciſtercienſium ex Slype in Sparmalia juxta Brugas; fundum ac dotem largiente Ægidio de Bredene, Præpoſito Harlebacenſi.

UNiverſis Chriſti Fidelibus, Thomas Flandriæ & Haynoniæ Comes & Johanna ejus Uxor Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, ſalutem in Domino.

Quia quod Eccleſiæ Dei, cui Ordo Ciſtercienſis maxime invigilat, confertur, cedit ad honoris augmentum & animarum ſalutem; Nos attendentes pium deſiderium dilecti & fidelis Clerici noſtri Domini (1) Ægidii Canonici Brugenſis, quod habet ad dictum Ordinem, ratam habemus & firmam Donationem quam fecit Abbatiſſæ & Monialibus de (2) Honkevliet Ciſtercienſis Ordinis de Domo & manſo ſuo de Sparmaelgen cum terris, pratis & arboribus & de prato quod fuit Euſtachii de Rinſtum, & de terra quam comparavit ab Heine de Fivia & hæredibus ſuis & eam prout in Litteris ſuis plenius continetur, præſentium teſtimonio approbamus.

Ita ut ad dictum locum ſe transferant, & ut ibi ſit caput Abbatiæ, prædictum manſum cum omnibus terris prædictis ab omni ſervitio feodali & ſervitute abſolvimus & quitamus, & reditum quinque ſolidorum qui de dicta terra de (4) Spermaelgen ad brevia Domini Boidini de Archebroeck quittamus eidem; ad majorem notitiam exprimentes, quod dictus Ægidius coram nobis planè & aperte proteſtatur, tam ante donationem quam in dicta donatione facienda, quod in omnibus prædictis terris, arboribus & pratis & in aquis uſumfructum quandiu vixerit, debeat retinere pro voluntate ſua.

In cujus rei teſtimonium & munimen, præ-

ſentem Cartam Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam.

Actum anno Domini M. C. C. XXXIX. menſe Julio.

(1) ÆGIDIUS DE BRAGENE, Vir nobilis, velut Fundator hujus Abbatiæ habetur. Fuit Canonicus S. Donatiani Brugis, Præpoſitus S. Salvatoris in Harlebeca, & Cancellarius Comitis Flandriæ. Obiit anno 1270, in choro veteris Monaſterii Sparmalienſis ſepultus.

(2) HUNGREVLIET, locus ſub Parochia de Slype (3), haud procul à Neoporto, verſus mare. Fuit ibidem prima harum Monialium habitatio, paulò poſt propter æris inſalubritatem derelicta.

(3) SLYPE Parochia Diœceſis Brugenſis ad canalem, quà Brugis itur Neoportum. Eſt illic Commendaria inſignis & opulenta Equitum Ordinis Melitenſis, cujus poſſeſſor Brugis ſolet habere domicilium. Vide apud Miræum pag. 1316 Litteras primariæ ejus dotationis.

(4) SPARMALIA, locus ſub Parochia de Siſſeele, primo à Brugis lapide. Unde hæc Abbatia, dicta *Nova Jeruſalem*, circa annum 1586 ob tumultus belgicos intra Brugas tranſlata eſt. Subſunt Moniales directioni ſpirituali Abbatis S. Bernardi ad Schaldim.

CAPUT XXXIV.

Erectio Eccleſiæ S. Ægidii Brugis in Parochialem ſub Patronatu Præpoſiti & Capituli B. M. V. in eadem Civitate, anno 1240.

Ex Cartulario Eccleſiæ Collegiatæ B. M. Brugis.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis, Balduinus Miles & Dominus de Praet (1) ſalutem in Domino ſempiternam.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum fidelis meus amicus Philippus Ram de Brugis in eleëmoſinam contulerit Beatæ Mariæ in Brugis quandam partem feodi ſui retro Wic, quam de nobis tenuit in feodum, ad uſum fundi Capellæ & cimiterii in honore B. Ægidii in illa parte edificandæ.

Ego de conſenſu & mera voluntate dilectiſſimæ uxoris meæ Katarinæ, divinæ pietatis intuitu dictam partem feodi Philippi Ram dictæ Eccleſiæ ad tales uſus ut prædictum eſt collatam & in manus noſtras legitime reportatam, ab omni jugo dominationis meæ & heredum meorum & omni jure feodali quod in ea umquam habui ſeu habêre potui, præſentium teſtimonio litterarum liberavi penitùs & abſolvi. Salvâ mihi & heredibus meis condebitâ Juriſdictione temporali, ſi propter aliquas cauſas juriſdictionem temporalem contigerit ibidem aliquo tempore exerceri.

In cujus rei teſtimonium præſens Scriptum Sigilli mei munimine duxi roborandum.

Actum anno Domini M. C. C. XL. Menſe Aprili.

Confirmatio Comitis Flandriæ pro Parochia S. Ægidii 1240.

THomas Flandriæ & Hannoniæ Comes, univerſis Chriſti fidelibus præſentem Paginam inſpecturis in Domino ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod collationem cujuſdam fundi ſiti retro Wyc, factam à Philippo Ram Burgenſi Brugenſi per manum fidelis noſtri Domini Baldewini Militis de Praet, ad ædificandam Capellam in honorem S. Ægidii, quem fundum dictus Philippus tenebat in feodum à præfato Domino de Praet, nec non & abſolutionem factam à ſæpedicto Domino de Praet, ab omni dominatione & jure feodali quæ in dicto fundo habebat, ſecundum quod in Litteris ejuſdem ſuper hoc confectis plenius continetur, divini amoris intuitu tanquam Dominus ſuperior approbamus. In hujus rei teſtimonium præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine duximus roborandam.

Datum apud Merkete, anno Domini M. C. C. quadrageſimo, feriâ ſextâ poſt Marci Evangeliſtæ.

(1) PRAET. Illuſtris olim Familia apud Flandros, quæ Dominia de Praet, Oedelem & Woeſtyne juxta Brugas, titulo antiqui Baronatûs poſſidebat. Hodie jure hæreditatis pervenerunt ad Illuſtriſſ. D. Franciſcum Philippum Principem de Rubempré & Everbergh, Aurei Velleris Equitem, Magnum Venatorem Ducatûs Brabantiæ, Sereniſſimæ Archiduciſſæ Mariæ Eliſabeth Auſtriacæ, Belgii Gubernatricis, ſupremum ſtabuli præfectum &c.

CAPUT XXXV.

Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Inſulis, acceptat Concordatum factum inter Thomam & Johannam Comites Flandriæ ex una, idemque Capitulum ex altera partibus, ſuper juriſdictione in Parochiam S. Mauricii Inſulenſis, anno 1241.

Vide etiam ſupra pag. 425.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

Nuibus præſentes Litteras inſpecturis B. Præpoſitus J. Decanus & Capitulum beati Petri Inſulenſis in Domino ſalutem.

Cum inter illuſtres Thomam Flandriæ & Hannoniæ Comitem & Johannam Uxorem ejus Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſam ex una parte & nos ex altera, ſuper diverſis libertatibus quas nos habere dicebamus in terra quam habemus in Parochia ſancti Mauritii Inſulenſis, dicerptationis materia ſæpius oriretur;

Nos & prædicti Thomas Flandriæ & Hannoniæ Comes, & Johanna Uxor ejus Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa tandem in Viros venerabiles J. de Brugis Canonicum Tornacenſem F. de Gandavo Canonicum Inſulenſem & Danielem de Bonneke compromiſimus ſub forma Compromiſſi inferiùs annotatâ. Hii vero Arbitri tandem concorditer protulerunt Dictum ſuum; cujus talis eſt tenor.

Univerſis præſentes Litteras inſpecturis F. de Gandavo Canonicus Inſulenſis, J. de Brugis Canonicus Tornacenſis, & Daniel de Bonneke, in Domino ſalutem.

Cum inter illuſtres Thomam Comitem & Johannam Comitiſſam Flandriæ & Hannoniæ ex parte una, Præpoſitum Decanum & Capitulum Eccleſiæ beati Petri Inſulenſis ex altera, ſuper diverſis libertatibus terræ quam dicta Eccleſia habere dignoſcitur in Parochia ſancti Mauritii Inſulenſis frequenter contentio haberetur; tandem pro bono pacis in Nos ſuper his à partibus extitit compromiſſum. Forma autem Compromiſſi talis eſt.

Thomas Flandriæ & Hannoniæ Comes, & Johanna Comitiſſa omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Noverint univerſi, quod cum inter nos ex una parte & Decanum & Capitulum Eccleſiæ beati Petri Inſulenſis ex altera, ſuper diverſis Articulis contingentibus libertatem quam dicta Eccleſia aſſerit ſe habere in terrâ quam habet in Parochia ſancti Mauritii Inſulenſis, frequenter contentionis materia oriretur; tandem intervenientibus bonis viris placuit nobis & Decano & Capitulo memoratis, ſuper omnibus Libertatem quam habere ſe dicit dicta Eccleſia in terra prædicta contingentibus, in Viros venerabiles F. de Gandavo Canonicum Inſulenſem electum ab ipſis Decano & Capitulo & Danielem de Bonneke, à nobis electum comptomittere, ſub hac forma. Quod dicti F. & D. in ipſo arbitrio procedere debeant de plano, & audire debeant quæcumque utraque pars ſuper prædictis tam ſuper poſſeſſione quam ſuper proprietate & aliis omnibus dictum negotium contingentibus duxerit componendum. Et hoc ſub pœna quingentarum marcharum parti obſervanti arbitrium à parte quæ arbitrio contraire præſumeret, aut per quam ſtaret quominus procedi poſſet in arbitrio, ſolvendarum, ſolutâ pœnâ; Arbitrio nichilominus in ſuo robore perdurante & obligatione pœnæ.

Si verò dicti Arbitri in unam nequeant ſententiam convenire, Magiſtrum Nicholaum de Brugis Canonicum Tornacenſem pro tertio a partibus electum communiter advocare; & quod ab ipſis tribus concorditer, vel à duobus ex ipſis fuerit definitum, utraque partium ſub pœna prædicta ſub modo prædicto tenebitur obſervare. Hoc adjecto, quod ſi dictis duobus vel tribus, dicto Magiſtro Nicholao advocato, viſum fuerit expedire ordinare ſeu componere de præmiſſis, ordinandi ſeu componendi ſalvia dictæ Eccleſiæ Privilegiis habeant poteſtatem.

Ita quod quicquid ipſi tres vel duo ex ipſis ſuper prædictis ordinando ſeu componendo duxerint faciendum, ſub pœna & modo prædictis utraque pars tenebitur obſervare. Uterque autem dictorum arbitrorum ſcilicet F. & D. in cognitione ſibi poterit aſſumere ſi voluerit Aſſeſſorem, & in cognitione negotii alium per ſe ſi voluerit ſubrogare.

In cujus rei memoriam tam Nos quam dicta Eccleſia Sigilla noſtra præſentibus Litteris duximus apponenda.

Datum Inſulis feriâ ſextâ in feſtum Vincentii, anno Domini M. C. C. triceſimo octavo.

PArtibus vero ad diem præfixum comparentibus coram nobis, edidit pars Eccleſiæ petitionem contra prædictos Comitem & Comitiſſam; cujus tenor talis eſt. Dicunt Præpoſitus Decanus & Capitulum beati Petri Inſulenſis, quod cum terra quam habent in Parochia ſancti Mauritii Inſulenſis collata fuerit Eccleſiæ ſancti Petri prædictæ à bonæ memoriæ Balduino quondam Comite Flandriæ ipſius Eccleſiæ ſancti Petri Fundatore libera omnis

Argumenta pro Eccleſia D. Petri.

modo & ab omni Dominatione ſeu poteſtate cujuſlibet abſoluta, Comes & Comitiſſa contra libertatem prædictam veniunt minus juſtè in hoc, quod à quolibet in Nundinis Inſulenſibus vinum vendente in dicta terra ſine præfinitione certi prætii capi faciunt cyphum argenteum ad valorem viginti ſolidorum, vel viginti ſolidos pro ipſo, decem vero ſolidos ab illo qui poſt completas nundinas ſine præfinitione prætii vinum vendit ibidem quouſque per totam villam per bannum ſuper hoc factum prætium vinum vendentibus eſt præfixum.

In hoc etiam contra libertatem prædictam ipſa Comitiſſa venit, quod cum Thomas Ballivus Inſulenſis quemdam hominem de Valencenis ſuper terram prædictam arreſtaverit & in priſoniam deduxerit in præjudicium juriſdictionis & libertatis dictæ Eccleſiæ, à quo etiam ſeptem libras pro ſui liberatione extorſit, ipſius Ballivi predictum factum ſuper hoc à Præpoſito Decano & Capitulo requiſita noluit emendare, vel facere emendari.

Dicunt etiam, quod Scabini Inſulenſes auctoritate & conſenſu Comitis talliant Submanſores Eccleſiæ in terrâ prædictâ manentes & * Malam-totam extorſerunt ab eiſdem, & ipſos in exercitu Comitis ſecum ire compellunt, contra libertatem ipſius Eccleſiæ hæc omnia facientes, cum in terra prædicta & Submanſoribus ſuis ibidem manentibus omnimodam habeat dicta Eccleſia juriſdictionem.

* Vulgo Maltote.

Dicunt etiam, quod Scabini præfati Submanſores Eccleſiæ in dicta terra manentes auctoritate & conſenſu Comitis prohibeot in domibus ſuis in dicta terra conſtitutis vendere pannos ſuos, cum tamen ibidem vendere eos conſueverunt;

Ipſos ad vendendum in Hala pannos ſuos compellentes, in præjudicium Libertatis dictæ Eccleſiæ & non modicam leſionem, cum per hoc in theloneo defraudetur quod ſolebat percipere, cum panni in terra prædicta vendebantur, & adhuc perciperet ſi pannos ſuos ibidem vendere ſinerentur. Unde petunt dicti Præpoſitus Decanus & Capitulum dictam terram omnimodo liberam pronunciari & ab omni poteſtate ſeu dominatione cujuſlibet abſolutam. Petunt etiam à dictis Comite & Comiſſa, quod reſtituant quæ in nundinis Inſulenſibus jam elapſis capi fecerunt ibidem occaſione prædictâ; videlicet ab Alardo Vertet à quo cyphum argenteum unum, à Waltero Beſant, Roberto de Eſtricort, Johanne de Ponte juvene, Bertholomeo Salembien & Henrico Eſtiloy. A quibus ab uno quoque iſtorum eſtimationem unius cyphi argentei videlicet viginti ſolidorum Flandrenſium capi fecerunt & quod ab extorſione dicti cyphi ſeu dimidii deſiſtant in futurum.

Petunt etiam, quod dictum factum Thomæ Ballivi ſui emendent vel faciant emendari. Petunt etiam quod dictos Scabinos ſuos à prædictis injuriis quas auctoritate dictorum Comitis & Comitiſſæ, & conſenſu exercent in Submanſores ipſius Eccleſiæ in dicta terrâ manentes, ſcilicet à talliatione, extorſione, maletaute, compulſione eundi in exercitum Comitis & vendendi pannos ſuos in Hala, ceſſare faciant in futurum. Petunt etiam ipſis Comiti & Comitiſſæ prohiberi, ne in dicta terra de cætero aliquid faciant per ſe vel per alios quod ſit contra libertatem quam habet dicta Eccleſia in terra prædicta. Et hoc petunt ſalvo jure, addendi, minuendi, mutandi & corrigendi, ſi neceſſe fuerit.

Actum anno Domini M. C. C. trigeſimo octavo, feriâ quintâ poſt Letare Jeruſalem.

LIte etiam ſuper contentis in dicta petitione pleniùs conteſtatâ, preſtito hinc inde calumpniæ ſacramento, factis hinc inde poſitionibus, teſtibus hinc inde productis, publicatis atteſtationibus, Privilegiis ex parte Eccleſiæ in modum probationis exhibitis, omnibus ex ritè actis, die tandem ad diffiniendum & ordinandum partibus aſſignatâ, partim diffiniendo partim ordinando, ſic decrevimus procedendum:

In primis igitur diffiniendo dicimus, quod Eccleſia ſancti Petri Inſulenſis terras ſuas jacentes in Parochia ſancti Mauritii de Inſula habeat liberas omnimode & ab omni dominatione ſeu poteſtate Comitis & Comitiſſæ Flandriæ, & ſuorum deinceps Succeſſorum denuntiamus abſolutas. Homines quoque ſuper eandem terram manentes in eo quod ſunt Hoſpites dictæ Eccleſiæ, liberos eſſe cenſemus.

Ordinamus autem, ut homines ſuper terram illam manentes, qui ſunt Burgenſes de Inſula, eant in exercitu Comitis, quantum ipſe exiget & quantum alii Burgenſes de Inſula communiter ibunt in exercitum. Et prædicti Hoſpites Eccleſiæ qui ſunt Burgenſes non contradicant ſolvere Domino Comiti conſuetas tallias cum aliis Burgenſibus quantum communiter ab illis Burgenſibus Inſulenſibus exigetur.

Malam toutam non ſolvant, nec quamvis prædicti Hoſpites Eccleſiæ quam alii Burgenſes taliter ut prædicti quoque Hoſpites qui ſunt Burgenſes de Inſula, in nundinis ſuper Inſulenſem eandem terram vinum vendentes, vel domos ſuas in eiſdem nundinis ad vina vendenda locantes, ſi cyphus argenteus valens viginti ſolidos, vel viginti ſolidi inſtanter exigantur ab eiſdem ex parte Comitis pro bono pacis ratione Burgoſiæ ſuſtineant.

Nec quam diu alii Burgenſes communiter ſolvent, dicti Hoſpites Eccleſiæ Burgenſes ſolvere contradicant. Illi vero de Hoſpitibus in dicta terra manentibus ſolventes cenſum ſint Burgenſes, quos Scabini Inſulenſes ſub Scabinatu ſuo duxerint eſſe Burgenſes.

Si qui vero Burgenſes in prædicta terra manentes ad prædicta ſolvenda Domino Comiti negligentes fuerint vel rebelles, compellantur ad hoc per juſtitiam ſancti

Petri, quantum Ecclesia super hoc fuerit requisita & ipsa puniat pena debita transgressores, ab eis levans emendam. Nec est intentionis nostræ, per istam Ordinationem dicere quod dictus Comes à præfatis Hospitibus prædicta bonera, scilicet tallias exercitum & cyphos sine petitione passim possit accipere, nisi justa ex causa, videlicet super Dominum Comitem & Dominam Comitissam suis conscientiis relinquentes. Pro bono pacis ordinamus sicut prædiximus, ut dicti Hospites Burgenses de Insula sicut alii Burgenses prædicta onera Domino Comiti solvere nullatenus contradicant, quantum ab aliis Burgensibus exigentur communiter & solventur. Prædicta vero onera ab eisdem Ecclesiæ Hospitibus Burgensibus gravius quam aliis nullatenus exigantur.

Ordinamus insuper, ut cum banni facti fuerint modo debito in oppido Insulensi pro utilitate communi & Ecclesiæ nunciati, Ecclesia eosdem bannos super prædictam terram suam faciat fieri & servari per justitiam sancti Petri Insulensis, contra ipsos bannos venientes pena debita punientes, dummodo banni illi non fuerint contrarii Ecclesiæ libertati.

Præterea quantum quis in sæpefata terra Ecclesiæ vel ad mortem vel ad mutilationem sive aduſtionem in vultu per justitiam Ecclesiæ prædictæ condempnatur, nuncius Ecclesiæ executionem talis penæ condempnato infligendæ relinquet ministro Domini Comitis, cujus est talia facere. Quam executionem sine aliqua dilatione & sine aliqua redemptione pecuniæ minister Comitis facere teneatur, longisque temporibus ita fieri consuevit.

Eandemque consuetudinem pro bono & pro pace Ecclesiæ credimus introductam. Salvâ semper ipsi Ecclesiæ executione cujuslibet alterius pœnæ corporalis vel pecuniariæ delinquentibus per justitiam suam infligendæ.

Præterea quod Thomas Ballivus Insulensis quemdam hominem de Valencenis cepit in vico ad prædictam terram pertinente, qui extenditur à publica strata de Fives usque ad atrium sancti Mauritii, inter domum Walteri candelarii, ubi Ecclesia ex utraque parte viæ habet justitiam, & in quo vico ipsa Ecclesia justitiam facere & theloneum accipere consuevit; dicimus, ut Dominus Comes vel Domina Comitissa super hoc emendam fieri faciat Ecclesiæ sancti Petri, talem scilicet quæ pecuniam quam accepit, dictæ Ecclesiæ in duplo restituat sub suo juramento.

Ad hæc, cum per Halam in foro Insulensi nuper factam ipsa Ecclesia in amissione Thelonei quod in prædicta terra sua habere consuevit, lædatur manifestè, ordinamus, ut de particularibus proventibus ejusdem Halæ quos Comes & Comitissa percipere debent, una marcha pagamenti annuatim in Nundinis Insulensibus ipsi Ecclesiæ ex parte Domini Comitis conferatur; & sic homines in dicta terra manentes faciat ipsa Ecclesia in Hala vendere; sicut vendunt alii, manente in Oppido Insulensi post prædicta vero Domino Comiti in his quæ præordinata sunt, sicut superius est expressum.

Ordinamus etiam hominibus in dicta terra manentibus nichil extorqueat; sed ipsam Ecclesiam altam & bassam justitiam in eadem terra sua exercere permittat & gaudere ejusdem terræ omnimodâ libertate, salvis semper Domino Comiti hiis quæ præordinata sunt, sicut expressum est superius.

Ordinamus etiam, ut amoveatur materia litigandi, ut si quid uni partium videatur quod pars altera in aliquo contra istud Dictum nostrum veneriæ, pars quæ dicet se esse lesam, Auctoritate Domini Tornacensis Episcopi, moneri faciat partem alteram, ut infra quindenam post monitionem competenter corrigat quod deliquit. Alioquin si se non correxerit, ex nunc & non ante pars lesa penam in Compromisso expressam poterit petere cum effectu, & tunc non alibi quam coram Judice competente.

Ut autem hæc omnia majorem semper obtineant firmitatem, ordinamus ut utraque pars Litteras suas Patentes transcriptum Litterarum istarum continentes, parti reliquæ exhibeat, exprimendo quod hoc Dictum vel Ordinatum à nobis ratum habeat ac suscipiat firmiter observandum. In robur igitur omnium prædictorum, Nos præsentes Litteras scribi fecimus & Sigillorum nostrorum appensione signari.

Datum anno Domini M. C. C. quadragesimo primo, mense Julio.

NOs autem prædictorum Arbitrorum Dictum sicut sepius est expressum, ratum habemus & suscipimus firmiter observandum. In cujus rei memoriam præsentes Litteras scribi fecimus & Sigillorum nostrorum appensione muniri.

Datum Insulis, anno Domini M. C. C. quadragesimo primo, mense Julio, tertio Kalendas Augusti.

CAPUT XXXVI.

Joanna & Margareta, Sorores & Comitiſſæ Flandriæ, Begginagium ſive Vineam Brugis ſpeciali donant Protectione, per Litteras ſuas, ann. 1241. 1245. 1265. & 1272.

Ex Archivis hujus Begginagii.

JOanna Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa omnibus Ballivis & Subballivis & Scabinis Flandriæ ſalutem & dilectionem.

Intelleximus, quod puellæ quæ convertuntur ad Dominum, cum Begbinis euntes & in earum domiciliis commorari volentes piè & ſanctè vivendo, à quibuſdam gravem aliquando ſuſtinent preſſuram, eas videlicet violenter extrahentes & rebus earum ſpoliantes.

Unde cum Nos tale quid nullatenus ſuſtinere vellemus, quæ earum tuitioni & defenſioni conſilium apponere volumus & juvamen, Vobis mandamus & firmiter præcipimus, quatenus ſi aliquæ puellæ mundum relinquentes & concupiſcentiam ejus, velint habitare & morari cum Begbinis, earum hereditates, res & corpora defendetis contra quoſlibet impugnantes, & teneri faciatis in pace quidquid ad eas jure hereditario debet devolvi, eas nullatenus vexari indebitè vel moleſtari ſinentes, firmiter ſcientes, quod ſi quis contra hujuſmodi Mandatum noſtrum attemptare præſumpſerit, non relinquemus inultum.

Datum Maleæ anno Domini M. C. C. XL. primo, Sabbatho ante, *Iſti ſunt dies.*

MArgareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, omnibus præſentem Paginam inſpecturis ſalutem in Domino.

Univerſitati Veſtræ notum eſſe volumus, quod nos dilectæ Sororis noſtræ bonæ memoriæ Johannæ quondam Comitiſſæ piam voluntatem devotione debitâ proſequentes, locum in quo manent Begbinæ Brugis, qui dicitor (1) Vinea, cum toto ambitu ejuſdem loci dedimus in elemoſynam ipſis Beginis quæ ad præſens ibi ſunt, & quæ venturæ ſunt, abſque exactione, vel extorſione perpetuo poſſidendum, & eundem locum nos, & Succeſſores noſtri warandire tenemur ad opus ipſarum Beginarum quamdiu manebunt in dicto loco, contrà omnes qui ſuper eo loco ipſas Beginas impetierint, vel jus aliquod ſibi voluerint uſurpare.

In cujus rei teſtimonium & firmitatem, præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine duximus roborandum.

Datum anno Domini M. C. C. quadrageſimo quinto.

NOs Margareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa notum facimus univerſis, quod nos Begginas ſeu puellas de Curte, quæ dicitur Vinea Brugenſis, in noſtra defenſione recipimus ac tutela, mandantes Ballivis Subballivis ac Scabinis & ſervientibus noſtris, ut dictas Beghinas ac res & hereditates earum manuteneant, & defendant contrà quoſlibet invaſores, nec ſuſtineant quod ipſis in perſonis ſeu rebus violentia ſeu injuria aliqua inferatur.

Datum anno Domini M. C. C. ſexageſimo quinto, die veneris poſt Octavas Apoſtolorum Petri & Pauli.

NOs Margareta Flandriæ, & Hanoniæ Comitiſſa notum facimus univerſis, tam præſentibus, quam futuris: quod nos ordinavimus, & volumus à nobis, & Succeſſoribus noſtris firmiter impoſterum obſervari: quod Beneficium Parochiale, & duæ Capellaniæ in loco & Curia Beginarum de Brugis, qui locus appellatur Vinea, ad noſtram donationem ſpectantia, de conſilio Prioris Fratrum Prædicatorum Brugenſium, & Superioris Magiſtræ dicti loci de Vinea, qui pro tempore fuerint, in perpetuum conferantur. Authoritas Prioris Dominicanorum Brugis.

Si verò contingeret, quod abſit, dictos Priorem, & Magiſtram fore diſcordes in collatione Beneficiorum, ſeu alicujus Beneficii prædictorum, volumus, & ordinamus ex nunc, quod illa pars prævaleat in præmiſſis, cui nos conſenſerimus, vel poſt nos Succeſſores noſtri Flandriæ Comites duxerint conſentire.

In cujus rei teſtimonium & munimen, præſentes Litteras Sigillo noſtro fecimus ſigillari.

Datum anno Domini M. C. C. LXXII. menſe Julio.

(1) VINEA. Nomen hoc paſſim omnibus in Belgio Begginagiis tribuitur: non aliâ, ut reor, phraſi, quam Scripturiſticâ; quâ dicitur imprimis. Cant. 2. *Vinea florentes dederunt odorem ſuum*; item Matt. 20. *Ite & vos in Vineam meam*; &c. Tum etiam, quia in Parabolis Evangelicis per Vineam Eccleſia, ſeu cœtus hominum Chriſto fideliter ſervientium denotatur.

CA-

CAPUT XXXVII.

Joanna Flandriæ Comitiſſa numerum Monialium Ciſtercienſium Abbatiæ de Biloca Gandavi uſque ad XL. augendum conſtituit, anno 1243.

Johanna filia, Balduini Imperatoris Conſtantinopol.

Venerabili in Chriſto cariſſimo Domno Clarævallis Abbati. J. Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, ſalutem, & cum dilectione ſincera paratam ad beneplacita voluntatem.

Quoniam erga Hoſpitale de Portu beatæ Mariæ Gandenſis in Biloke & erga Monaſterium veſtri Ordinis infra ambitum ejuſdem Hoſpitalis poſitum, ſpecialem devotionem ſemper habuimus, promotionem utriuſque loci in Domino plurimum affectamus.

Intelleximus autem, quod viginti quinque Moniales in eodem Monaſterio exiſtentes, quamvis fere omnes juniores ſint & in ſuo majori robore conſtitutæ, non ſufficiunt tantum ſervitium Eccleſiæ ſecundum uſum Ordinis decantare. Unde videtur nobis, quod non ſolum evidens requirat utilitas, ſed urgens expoſcat neceſſitas ut præfatus numerus Monialium ſecundum diſcretionis veſtræ moderamen augeatur uſque ad numerum quadraginta, ſecundum quod bona Monaſterii Dominus multiplicaverit: ita quod hoc fiat ſine detrimento Hoſpitalis. Et intelleximus, quod hæc eſt voluntas Abbatiſſæ & Conventûs Monaſterii ſupradicti.

Prædictus quoque numerus quadraginta ita intranſgreſſibilis habeatur, quod non niſi per vos & hoc diſpenſativè propter utilitatem vel neceſſitatem urgentem in numero modico augeatur ad tempus.

Veſtræ igitur diſcretioni affectuoſius ſupplico, quatenus honeſtum iſtud & utile negotium promovere velitis, ſicut ad honorem Dei & Ordinis, & ad utilitatem ſæpedicti Monaſterii & ſui Hoſpitalis noveritis expedire.

Datum anno Domini M. C. C. XLIII. Menſe Maio.

CAPUT XXXVIII.

Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa confirmat Donationem ex Teſtamento Sororis ſuæ Joannæ Comitiſſæ conſtitutam in favorem Begginarum Cortracenſium, anno 1244.

Ex Cartulario Cameræ Rationum Inſulis

Margareta Flandriæ & Hanoniæ Comitiſſa, omnibus præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod bonæ memoriæ cariſſima Domina & Soror noſtra Johanna Flandriæ & Hanoniæ Comitiſſa, nobis aſſenſum præbentibus liberalem, inter cætera in ſuo diſpoſuit Teſtamento, quod ducentas libræ annui redditûs perpetui pro animæ ſuæ remedio à nobis in elemoſinas conferrentur. De quibus expreſſe ordonnavit, quæatum ad ſexaginta quinque libras. Alias autem centum & triginta quinque libras reliqnit ordinandas per Nos, de conſilio fratris Henrici de Querceto & Fratris Michaelis, Ordinis Prædicatorum; ſicut in Carta ſuper hoc edita pleniùs continetur.

Nos vero libentes & paratè volentes, quod ſuper hiis voluntas ejus & arbitrium totaliter obſerventur; & nos adhuc perficiendi obligatione per preſentes Litteras cognoſcentes, de jam dictis centum & triginta quinque libris ſexaginta ſolidos annui redditûs conceſſimus & dedimus in elemoſinam Religioſis Mulieribus de Curtraco, quæ Begghinæ (1) vocantur. Ut exinde Cenſus annui debiti pro maoſionibus earumdem annis ſingulis exſolvantur. Prædictos vero ſexaginta ſolidos ad redditus prati noſtri prope domum noſtram ultra Liſam jacentis duximus aſſignandos. Volentes quod de paratis reditibus denariis ejuſdem redditûs præſcripti ſexaginta ſolidi annuatim ſine difficultate aliqua liberè & pacificè capiantur.

Hoc ſalvo, quod ſi nos voluerimus, aſſignationem hujuſmodi ad redditus alios eis æqualiter competentes & valentes poterimus commutare.

Præterea ſi contingeret, quod ibi non eſſet Conventus ſeu Congregatio Beghinarum, in uſus Eccleſiæ Monialium de Marca (2) juxta Curtracum præfati ſexaginta ſolidi convertentur, recipiendi ab eadem Eccleſia annuatim in perpetuum pacificè & quietè, quamdin apud Curtracum Conventus aderit Beghinarum,

Quod ut robur obtineat firmitatis, præſentes Litteras fieri fecimus & Sigilli noſtri appenſione muniri.

Datum anno Domini M. C. C. XLIV.

(1) De Beginis Cortracenſibus, quarum Fundatio tribuitur Joannæ Flandriæ Comitiſſæ, Diploma ſupra exhibui pag. 108. Vide etiam librum Ryckelii Abbatis S. Gertrudis Lovan. in Vita S. Begghæ, pag. 329.

Subſunt immediatè Paſtori S. Martini Cortraci, cujus Eccleſiam frequentant, & magnam illic curam habent pro decore Domûs Dei. Begginagium earum ſitum eſt juxta eam Eccleſiam, hodieque floret numero ac regularitate.

(2) Marca. Hæc eſt Abbatia Monialium Ciſtercienſium, quæ prius conſtituta fuerat circa annum 1238 in pago de Marcke ad Liſam fluvium juxta Cortracum, poſtmodum ob cladem bellorum intra eandem Urbem tranſlata. Modo Groeninga dicitur. Jus Patronatûs Eccleſiæ de Marcke eſt penes Capitulum B. M. V. Cortraci, ſecundùm Diploma editum in Operibus Miræi pag. 1236.

CAPUT XXXIX.

Margareta Flandriæ Hannoniæque Comitiſſa benefacit Begghinis Inſulenſibus anno 1247, ibique fundat ac dotat Hoſpitale, vulgò Infirmariam. Idem donum confirmant Walterus de Marvis Tornacenſis Epiſcopus, ac dein Guido Comes Flandriæ, dictæ Margaretæ filius.

NOs Margareta Flandriæ & Hainoniæ Comitiſſa. Notum fieri volumus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod cum Kariſſima Domina Soror noſtra Johanna claræ memoriæ quondam Flandriæ & Hainoniæ Comitiſſa, & Nos in loco Beghinarum Inſulenſium in ſancti Andreæ ad uſus pauperum mulierum infirmarum quoddam fundaverimus Hoſpitale: Nos poſt obitum dictæ Sororis noſtræ dicto contulimus Hoſpitali in elemoſinam octo libras annui reditûs perpetui, quas nobis Hoſpitale ſitum juxta Aulam noſtram in Inſula debebat, in feſto beati Martini hyemalis annis ſingulis perſolvendas.

Nos igitur Magiſtro Fratribúſque & Sororibus dicti Hoſpitalis præcipimus ac mandamus, quatenus annis ſingulis dicto termino, dicto Beghinarum Hoſpitali dictum redditum ſine retardatione perſolvant, & ſine alterius expectatione mandati.

Et nos per hoc Magiſtrum Fratres & Sorores memoratos à dicto redditu abſolvimus penitus & quitamus; dummodo ipſum ſolvant dicto Hoſpitali Beghinarum, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Ad prædicta autem tenenda & obſervanda & garandizanda dicto Hoſpitali Beghinarum in perpetuum nos ac noſtros obligamus in poſterum Succeſſores.

Datum anno Domini M. C. C. XLVII. Menſe Septembri, in die Nativitatis beatæ Virginis.

Confirmatio Walteri Epiſcopi Tornacenſis.

Walterus de Marvis, Epiſcopus.

WDei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras viſuris ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra quod coram Viro venerabili Symone Archidiacono Tornacenſi ad hoc à nobis ſpecialiter deſtinato, Alardus de Berkahem & Margareta Uxor ejus propter hoc conſtituti, recognoverunt ſe vendidiſſe ac legitimè verpiviſſe Johanni dicto Crokevilain ad opus Beghinarum Inſulenſium & earumdem nomine tres bonarios terræ & duos centenarios paulò plus vel minus ſitos apud Inſulas in Parochia Apoſtolorum juxta manſum & Hoſpitale Beghinarum earumdem. Recognoverunt etiam ſibi plenius fuiſſe ſatisfactum de prætio venditionis prænotatæ in pecunia numerata, promittentes firmiter fide & juramento præſtitis quod contra dictam venditionem nullatenus venient in futurum, nec in dicta terra ratione dotis ſen aliqua alia ratione per ſe vel per alium aliquid de cætero reclamabunt vel facient reclamare. Dicta vero Margareta prædictam venditionem ſpontanea ac nullo modo coacta recognovit ſe feciſſe, & dictam terram ut dictum eſt werpiviſſe; promittens ſub dictis fide & juramento quod in dicta terra ratione dotis vel aliqua alia ratione per ſe vel per alium nichil de cætero reclamabit, vel faciet aut procurabit reclamari.

Conceſſerunt etiam, tam dictus Alardus quam Margareta ſepedicti, ſe poſſe à nobis vinculo excommunicationis innodari, ſi ipſos contra dictam venditionem modo aliquo venire contingeret in futurum; ſe & ſua quantum ad præmiſſa inviolabiliter obſervanda ad quamcumque Diœceſim ipſos amodo transferri

contingeret, juriſdictioni noſtræ ſupponentes.

In cujus rei firmitatem & memoriam, præſentes Litteras Sigillo noſtro duximus roborandas.

Datum anno Domini M. C. C. XLIV. menſe Martio.

Confirmatio Guidonis de Dampetra Flandriæ Comitis, anno 1296.

NOs Guido Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis, notum facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis. Quod nos Litteras quondam Kariſſimæ Dominæ & Matris noſtræ Margaretæ Flandriæ & Hainoniæ Comitiſſæ Sigilli ſui appenſione munitas non abolitas non cancellatas nec in aliquâ ſui parte viciatas vidimus, in hæc verba.

Margareta Flandriæ & Hainoniæ Comitiſſa omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra quod bonæ memoriæ kariſſima Domina & Soror noſtra Johanna Flandriæ & Hainoniæ Comitiſſa, nobis aſſenſum præbentibus liberalem, inter cætera in ſuo diſpoſuit Teſtamento, quod ducentæ libræ annui redditûs perpetui pro animæ ſuæ remedio à nobis in elemoſinas conferrentur.

De quibus expreſſe ordinavit quantum ad ſexaginta quinque libras, alias autem centum & triginta quinque libras reliquit ordinandas per nos de conſilio Fratris Henrici de Querceto & Fratris Michaelis Ordinis Prædicatorum; ſicut in Carta ſuper hoc edita plenius continetur.

Nos vero libenter & parate volentes quod ſuper hiis voluntatis ejus arbitrium totaliter obſervetur, & nos ad hæc perficienda obligatos per præſentes Litteras cognoſcentes, de jam dictis centum & triginta quinque libris concedimus & donamus & aſſignamus de conſilio Fratrum prædictorum viginti libras annui redditûs perpetui, Flandrenſis monetæ ad opus pauperum Mulierum quæ Beghinæ vocantur, in Hoſpitali beatæ Eliſabeth juxta Inſulam.

Pro illis autem viginti libris aſſignamus & concedimus & donamus ad opus prædictarum mulierum ſex modios frumenti & octo raſerias ad ſpicarium noſtrum Sicliocenſe de paratioribus redditibus frumenti noſtri annis ſingulis in perpetuum in feſto beati Martini libere & pacifice capiendos. Præcipimus autem omnibus cenſuariis noſtris, vel receptoribus ſeu ſervientibus quibuſcumque, qui nunc vel in futurum prædictos redditus habent vel habebunt recipere ex parte noſtra & Succeſſorum noſtrorum; quatenus Magiſtro Hoſpitalis quod eſt in Inſula juxta aulam noſtram, prædictum redditum ſex modiorum frumenti, ſimiliter quale debetur nobis redditu noſtro, ſtatuto termino annuatim ſine mora perſolvant nomine prædictarum Mulierum, & ad opus earum; & volumus quod perſolvant prædictum redditum ad litteras prædicti Magiſtri ſigillatas ſigillo Domûs Hoſpitalis prædicti.

Et nos per hoc eos quittamus à redditu ſupradicto, & ſi alii ſolventur, non erunt pro hoc liberati, ſed nichilominus volumus quod prædicto Magiſtro ad ſolvendum prædictum redditum totaliter teneantur ad opus illarum mulierum, de quibus ſuperius eſt expreſſum. Inſuper omnes ſumptus & dampna quæ pro defectu vel dilatione debitæ ſolutionis dicto Magiſtro contingent, nos à prædictis receptoribus noſtris vel ſervientibus ſeu cenſuariis requiremus, vel de noſtro reſtituemus ipſi prædicto Magiſtro ad ſimplex dictum ipſius, cum ipſo redditu memorato.

Hoc tamen ſalvum eſſe volumus, quod ſi nos voluerimus aſſignationem prædictam ad reddditus alios prædictis Mulieribus equaliter competentes & utiles, de conſilio Fratrum prædictorum poterimus commutare prædictum aſſignamentum, ſi ipſum eis minus competens videatur.

Ad prædicta autem omnia obſervanda nos obligamus & noſtros in poſterum Succeſſores.

Ut igitur prædicta omnia robur obtineant firmitatis, præſentes Litteras fieri fecimus & Sigilli noſtri appenſione muniri.

Datum anno Domini M. C. C. XLIV. menſe Martio.

ET nos Guido Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis prædictus, Ordinationem memoratam in omnibus obſervare & adimplere meoris internæ deſiderio cupientes, ne deinceps aliquod impedimentum, fraus, vel cavillatio in mutatione aſſignamenti dictorum ſex modiorum & octo raſeriarum frumenti, ſi illud mutari contingeret, inveniri valeat quomodolibet vel etiam interponi, quod fortaſſis in hujuſmodi mulierum præjudicium redundaret, volumus & tenore præſentium ordinamus, quod dicti frumenti aſſignamentum nullatenus valeat in poſterum commutari, ſed perpetuâ perſeveratione duret immutabile, & firmum maneat in futurum.

Hæc & omnia alia & ſingula ſupradicta pro nobis & beredibus noſtris Comitibus Flandriæ approbantes, laudantes & harum ſerie confirmantes, ac tenêre perpetuis temporibus promittentes, prout ſuperius ſunt expreſſa.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras noſtri Sigilli munimine juſſimus roborari.

Datum anno Domini M. C. C. XCVI. in die beati Barnabæ Apoſtoli.

Begginaginm hoc Inſulenſe uſque hodie ſubſiſtit. Ab annis aliquot tranſlatum fuit in partem illam novæ civitatis, quæ eſt inter Parochiam S. Andreæ & Fluvium Deullæ inferioris

Conſiſtit in tredecim Begginis præbendatis, quibus præeſt Magiſtra, quæ ſingulis trienniis per electionem renovatur. Earum Præbendas ipſe Rex confert, & Adminiſtratores Ærarii Regii Inſulis ſunt proviſores bonorum temporalium earumdem: quæ cura olim fuerat penes Cameram Computuum.

CAPUT XL.

Nicolaus de Fontanis Cameracenſis Epiſcopus, confirmat Statutum Eccleſiæ divi Rumoldi Mechlinienſis, de reſidentia Canonicorum, anno 1249.

Nos Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras viſuris, ſalutem in Domino ſempiternam.

Dilectus noſter & fidelis Th. Canonicus Cameracenſis & Decanus Machlinienſis, nomine procuratorio ex parte Capituli Machlinienſis Nobis humiliter ſupplicavit, quatenus Statutum ab eodem Th. & dicto Capitulo ob utilitatem Eccleſiæ Machlinienſis editum, ex officio nobis injuncto Auctoritate Pontificali confirmare curaremus. Cujus tenor talis eſt.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis, Th. Decanus Chori Machlinienſis, Cameracenſis Diœceſis, totumque ejuſdem loci Capitulum in ſalutis authore ſalutem.

Quoniam propter ſtatum Eccleſiæ noſtræ debilem, ipſam (de quo mœrore conſumimur) deformatam in ſpiritualibus, & graviter videmus in temporalibus læſam eſſe, cum zelus nos comedat Domûs Dei, augeri cultum divini Nominis affectantes, ita duximus ſtatuendum.

Quod Canonici exiſtentes in Scholis, peregrinatione, ſeu negotia Eccleſiæ procurantes, proventus Beneficiorum ſuorum integrè percipiant, ſalvâ Vicarii portione, quæ ſemper, juxta antiquam inſtitutionem Eccleſiæ, cum omni integritate Vicario deſervienti debet aſſignari;

Abſentibus Canonicis, ſive foraneis, antiquam Præbendam & Manſum, cum parte quam habent in oblationibus, & cenſum antiquum tantummodo percepturis.

Reſidentibus vero cedant antiqua Præbenda & Manſus, & obventiones (quæ reſidentia appellantur) cenſus antiquus, & quæcumque alia, quæ Canonicis competere dinoſcuntur, in uſus reſidentium liberè convertenda.

Datum anno Domini M. C. C. quadrageſimo nono, feriâ quintâ poſt feſtum B. Bartholomæi Apoſtoli.

Nos vero humilibus dilecti noſtri Th. prædicti precibus inclinati, idem Statutum ad divini cultûs amplificationem ordinatum, Auctoritate Pontificali confirmamus.

Datum anno Domini M. C. C. quinquageſimo primo, feriâ ſecundâ ante Diviſionem Apoſtolorum.

CAPUT XLI.

Henricus Ultrajectenſis Epiſcopus, Fratribus Ordinis Theutonici, concedit Eccleſiam S. Nicolai, & facultatem ædificandi Domum, in Urbe ſua Epiſcopali, anno 1250.

Henricus (1) Dei gratiâ Trajectenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & G. (2) Major ejuſdem Eccleſiæ Præpoſitus, omnibus præſentia viſuris ſalutem in Domino.

Noverint univerſi, quod Nos Præceptori & Fratribus Domûs Theutonicæ S. Mariæ (3) Trajecti, liberam conceſſimus facultatem ædificandi infra muros Trajectenſes juxta Eccleſiam S. Nicolai; ipſamque Eccleſiam cum ſuis proventibus in ſubſidium Terræ Sanctæ integraliter contulimus eiſdem, jure perpetuo poſſidendam, & per ipſorum Fratres Sacerdotes deſerviendam. De qua ſingulis annis VI. libras Trajectenſi Præpoſito Majoris Eccleſiæ, qui pro tempore fuerit, in perpetuum exbibebunt; ſalvis juribus Synodalibus, quæ conſueverunt eidem Præpoſito de ipſa Eccleſia exhiberi.

Et ne quis banc noſtram liberam Donationem occaſione quâcumque valeat infringere, prædictis Præceptori & Fratribus præſentem Paginam Sigillorum noſtrorum munimine dedimus roboratam.

Actum anno Domini M. C. C. L. in craſtino B. Andreæ Apoſtoli,

(1) Hen-

(1) Henricus de Vianda, ex Majori Præpoſito Colonienſi electus Ultrajectenſis Epiſcopus, anno 1250.

(2) G. Is erat Gobertus de Perweys, è Familia Ducum Brabantiæ oriundus; qui ſimul fuit ultimus Præpoſitus Eccleſiæ B. M. V.; eoque conſentiente dignitas illa ſuppreſſa fuiſſe legitur apud Miræum in Diplomat. pag. 1002.

(3) Domus Theutonica B. M. Trajecti. Hodiedum, tametſi inter Acatholicos, ſubſiſtit Ballivia Ultrajectina; cujus anno 1722 ſupremus Commendator Provincialis erat D. *Fredericus Berre van Amerongen.* Idem habet jus nominandi ad Commendarias ſequentes; in Dieren, in Maaſlandia, in Rhenen, in Thila, in Leyda & Catwyck ad Rhenum, in Schoten, & in Doesburg, quæ hodieque cum ſuis proventibus & Commendatoribus ſuperſunt.

Hinc corrige eaque dicta ſunt apud Miræum in Notis pag. 989.

CAPUT XLII.

Theloniun Foro ſeu Nundinis annexum, Scabinis & Civibus Duacenſibus venditur à Capitulo S. Petri ibidem anno 1252.

Ex Archivis Capituli S. Petri Duacenſis.

NOs Scabini totaque Communitas Villæ Duacenſis notum facimus omnibus præſentibus & futuris, quod Viri venerabiles Ægidius Præpoſitus, Jacobus Decanus & & totum Capitulum ſancti Petri Duacenſis nobis dederunt, conceſſerunt & in perpetuum werpierunt in excambium bonâ fide, ſine fraude & abſque omni malo ingenio totum (1) Theloneum ſuum quod habebant in vigilia & in feſto Beati Petri Duacenſis ad vincula intrante Auguſto, videlicet in Eccleſia & in atrio ſancti Petri vel alibi infra poteſtatem & judicium Scabinorum Duacenſium pro quinque fretonibus, quos eis debemus hereditariè ſingulis annis pro excambio dicti Thelonei, ſolvendos ipſis annuatim in feſto beati Petri ad vincula bonâ fide. Hoc tamen ſalvo, quod omnes illi qui de cenſu beati Petri Duacenſis extiterunt uſque nunc, in vigilia ſancti Petri poſtquam campana nona in dicta Eccleſia pulſabitur, de dicto teloneo quitti erunt pariter & immunes. Et ſciendum, quod Præpoſitus Decanus & Capitulum de cætero non poterunt nec debebunt acquirere ſeu recipere aliquem ſive aliquos in cenſu S. Petri, qui Villæ Duacenſi ſolvere non teneatur integrè Theloneum memoratum.

Notandum vero, quod dictis excambio & conventione mediantibus nemo qui ſit manens vel commorans in Villa & poteſtate Duacenſi, nec etiam aliquis foraneus, ſive foranei vel foraneæ, poterunt afferre, vendere vel emere aliqua mercimonia vel venalia quæcumque, vel qualiacumque fuerint in Eccleſia, in atrio, in procinctu & in poteſtate S. Petri Duacenſis tamdiu, quamdiu forum feſti S. Petri duraverit antedictum. Et ſi contigerit, quod aliqui ſive aliquæ Duacenſes vel foranei, in dicto Feſto vel foro ipſius Feſti aliqua præmiſſorum ibidem attulerint ad vendendum, prædicti Præpoſitus, Decanus & Capitulum, ea facient deponi & aſportari bonâ fide, quam cito à nobis vel ab aliquo ex parte noſtra ſuper hoc fuerint requiſiti.

Præterea Nos poterimus ſemper ponere & ſtatuere, & facere poni & ſtatui Forum dicti feſti ſancti Petri in quibuſcumque locis infra Scabinagium noſtrum prout nobis melius videbitur expedire. Inſuper nos forum dicti Feſti abbreviare & etiam prolongare poterimus prout noſtræ placuerit voluntati.

Omnia vero alia remanent in eodem ſtatu dictæ Eccleſiæ in quo eſſe ſolebant in Vigilia & in die Feſti S. Petri; ſalvis tamen hiis omnibus ſuperius annotatis. In his omnibus noſtrum conſenſum præbuimus etiam & aſſenſum.

Ut igitur hæc omnia robur & debitam obtineant firmitatem, præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine duximus roborandas.

Actum anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, in menſe Julio.

(1) Thelonium juxta Colvenerium in ſuâ vocum obſcurarum in Balderico occurrentium expoſitione & alios authores, eſt jus Dominicale (droit dominial) quod ſolvitur ratione rerum venditarum & emptarum pro qualibet ſpecie mercium. Hoc jure poſſidebantur Canonici S. Petri ante tempora præfatæ venditionis, cujus tenor & contextus etiam luculenter oſtendit eoldem Canonicos juriſdictionem temporalem obtinere in ſuo atrio & procinctu ſuę Eccleſię à Scabinis oppidi Duacenſis independentem, quæ juxta Grammaium inſignem Belgii Hiſtoricum illis à Roberto Friſio Flandriæ Comite donata eſt.

Id probat ejuſdem ſequens Hiſtoria Oppidi Duacenſis à Grammaio adornatæ his verbis conceptum 2. *Nec ſolum alegram mox à retuſſa Naxmanorum ripam habitatoribus & colonis inſeſſam lego; ſed etiam ulteriorem, qua villa ſancti Petri dicebatur, teſte Chronico Bertinenſi, ſita apud Duacum Caſtrum, & habent dono Roberti Friſii Comitis Flandrorum Canonici titulo Apoſtolorum Principis, fundari hodieque aliquam habere ſaltem ampliorem hoc tractu juriſdictionem, atrium & in eo fundum dudum 1252 civibus venditum, Curiam & tribunal beneficiarium, Scabinagium & Prætorem.*

Iſte Robertus Friſius, juxta Meierum, Miræum & Buzelinum in ſuis Flandriæ Annalibus nactus ſubſtitutum è vivis ereptus eſt anno 1093, ex quo inſigni epocha laperè erutur; Congregationem Canonicorum S. Petri Duacenſis anno ſitum annum exiſtiſſe & hanc juriſdictionem obtinuiſſe,

CAPUT XLIII.

Henricus Ultrajectenſis Epiſcopus, inſtitutionem Domûs (vulgo Commendariæ) Equitum Ordinis S. Joannis Jeroſolymitani, qui hodie Melitenſes dicuntur, ad Sanctam Catharinam, in Urbe Ultrajectina, recenſet atque confirmat anno 1253.

HEnricus Dei gratiâ Trajectenſis Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus per Trajectenſem Diœceſim conſtitutis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum, ſicut intelleximus, & apparet evidenter, dilecti in Chriſto Fratres Hoſpitalis ſancti Johannis Jeroſolymitani in Eccleſia Beatæ Catharinæ Trajectenſi circa pauperes & debiles opera exercerent miſericordiæ, infirmos recipientes, nudos veſtientes, cibos egentibus diſtribuentes, & diverſa opera caritatis indigentibus impendentes, nec ad hoc eorumdem Fratrum propriæ ſuppetant facultates, niſi fidelium eleëmoſynis adjuventur;

Univerſos Chriſti fideles rogamus, monemus & exhortamur in Domino, in remiſſionem veſtrorum peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis à Deo collatis in ſubſidium dicti loci ad ſuſtentationem pauperum & egenorum pias eleëmoſynas tribuatis; illud Evangelicum attendentes: *Infirmus fui & viſitaſtis me; nudus fui & cooperuiſtis me &c.* ut per hæc & alia bona, quæ Domino feceritis inſpirante, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire.

Nos vero, de Omnipotentis Dei miſericordia, B. Mariæ, BB. Apoſtolorum Petri & Pauli, ac S. Martini Confeſſoris noſtri interceſſione & auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, antedictum locum B. Catharinæ cauſſâ devotionis viſitantibus, & manum adjutricem ad refectionem dictorum pauperum porrigentibus, quadraginta dies, & unam carenam de injunctis ſibi peccatorum pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Horſt, anno Domini M. C. C. L. tertio, feriâ ſecundâ poſt Octavam Apoſtolorum Petri & Pauli.

Equites Ordinis S. Joannis Jeroſolymitani, olim etiam dicti Rhodienſes, & hodie Melitenſes, obtinuerunt olim Ultrajecti Eccleſiam S. Catharinæ. Poſtmodum, quando Carolus V. Imperator ibidem arcem novam in loco Vreburg conſtruere deſtinaverat, migrarunt hi Equites in locum, quem antea occupaverant Carmelitæ, alio Cœnobio iiſdem PP. conceſſo.

Hodie, tametſi inter Acatholicos, In Urbe & Provincia Ultrajectina, ſubſiſtunt Commendariæ ad dictum Melitenſem Ordinem pertinentes quarum Collatio tribus Ordinibus Patriæ fuit anno 1720 relicta. Sunt autem ſequentes. I. in Oudewaeter. II. in Wemelinghen. III. in Kerckwerf. IV. in Montfoort. V. in Hermelen. VI. in Weerden. VII. in Inghen. VIII. in s'Heerenloo. IX. in Bueren.

Anno 1668 Fredericus Langravius Haſſiæ S. R. E. Cardinalis, & magnus Prior Germaniæ ex Ordine Melitenſi, tranſegit cum Johanne Wiggers Penſionario Provinciæ Hollandiæ pro bonis Ordinis ibidem ſitis, ac dependentibus à Commendaria Harlemenſi, quæ ab hæreticis occupata fuerant.

Pro quibus bonis ſolverunt Hollandi ſummam 150 mille florenorum Ordini Melitenſi; & viciſſim Ordo renunciavit omni juri ſuo in bona ſita ſub Provincia Hollandiæ, ſalvo tamen jure in alia bona ſita ſub aliis Provinciis Fœderatis, ad ea vel recuperanda, vel recipiendum inde æquivalens. *Ita Hiſtoria Ord. Melit. per Abbatem Vertot.*

CAPUT XLIV.

S. Ludovicus IX. Francorum Rex confirmat Fundationem Hoſpitalis B. M. V. Leſſiniæ, ad limites Hannoniæ ac Flandriæ, in Diœceſi Cameracenſi, inſtitutam anno 1255 ab Aeleyde Domina Aldenardæ, Roſeti ac Leſſiniæ.

LUdovicus, &c. Notum facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod nos Litteras dilectæ & fidelis noſtræ Aelidis Dominæ Roſetenſis dictæ Audenardæ de verbo ad verbum vidimus, ſub hac forma:

EGo Aelidis Domina Roſetenſis, dicta de Audenarde, notum facio præſentibus & futuris, quod ego ob remedium animæ

meæ & animæ Illuſtris Dominæ meæ Blanchæ bonæ memoriæ quondam Reginæ Francorum, animæ cariſſimi mariti mei Ar. quondam dicti Domini de Audenarde, animarum parentum, Aoteceſſorum & Succeſſorum meorum, de ſexaginta modiatis nemoris, quas habebam in loco qui dicitur Oſtoirmont in Thereſcha, & de proventibus omnibus partem meam contingentibus, quos habebam io villa de Baymevilla juxta Roſetum, quos proventus & nemus de hereditate propria poſſidebam, ordinavi in hunc modum.

In primis volui & diſpoſui quod Hoſpitale de Leſſines, quod in honore beatæ Mariæ Virginis conſtruxi, dictum nemus & omnes proventus villæ memoratæ nomine puræ eleëmoſynæ perpetuo poſſideat, ſtrictioribus juſtitiis dumtaxat mihi & heredibus meis retentis.

Dum tamen vel Proviſor dicti Hoſpitalis reddere tenebitur ſingulis annis ea quæ in ſequentibus ſuot expreſſa; videlicet cuidam Capellano deſervienti Capellaniæ, quam inſtitui ad Altare beati Johannis io dicto Hoſpitali pro remedio animæ Dominæ meæ Reginæ memoratæ; 15 libras Pariſienſes annuæ penſionis in die anniverſarii ipſius Reginæ, ibidem ſiogulis annis celebrandi: viginti ſolidos in pittantiam pauperum dicti Hoſpitalis, & 10 ſolidos Presbyteris & Clericis qui Vigiliis & Miſſæ voluerint intereſſe.

Item 12 libras Pariſienſes pro cera emenda ad faciendum luminare pro anniverſario & ſervitio Domini & mariti mei ſupradicti; 20 ſolidos in die obitûs ſui pauperibus pro pittantia, & 10 ſolidos Presbyteris & Clericis qui ejus ſervitio interfuerint diſtribuendos.

Item 13 libras Pariſienſes pro ſervitio prædictorum Reginæ & mariti mei quâlibet feriâ ſecundâ dicto Hoſpitali faciendo in perpetuum io pitantia pauperum dividendos: hoc eſt ſingulis ſeptimanis quinque ſolidos.

Item pro anniverſariis Patris & Matris meæ in dicto Hoſpitali anouatim faciendis, io anniverſario cujuſlibet 20 ſolidos io pittantia pauperum, & decem ſolidos Presbyteris & Clericis qui ſervitio eorum interfuerint, diſtribuendos.

Item, 50 ſolidos Pariſienſes pro Miſſa una de Spiritu Sancto ibidem infra octavam beatæ Johannis Baptiſtæ quamdiu vixero celebranda: ita quod de 50 ſolidis prædictis 30 ſolidi in pittantia pauperum convertentur, & 20 ſolidi Presbyteris & Clericis qui dictæ Miſſæ interfuerint, diſtribuentur.

Poſt mortem vero meam prædicti 50 ſolidi in die anniverſarii mei ibidem ſingulis annis faciendi, & ibidem, ſicut prædictum eſt; dividentur.

Item, pro Miſſa Dominæ meæ M. Flandriæ Comitiſſæ de Spiritu Sancto in Octavis Miſſæ meæ quandiu vixerit celebranda, 30 ſolidos Pariſienſes, ſcilicet 20 ſolidos in pittantia pauperum, & 10 ſolidos Presbyteris & Clericis diſtribuendos.

Poſt deceſſum vero ipſius, dicti 30 ſolidi pro anniverſario ſuo annuatim celebrando modo conſimili diſtribuentur.

Item, 10 libras Pariſienſes ad hoſpitandum & procurandum Fratres Prædicatores & Minores.

Præterea quidquid reſiduum fuerit de omoibus proventibus ſupradictis volui quod in deſideriis & neceſſitatibus infirmorum in dicto Hoſpitali jacentiom inpoſterum convertatur.

Ad hæc autem firmiter obſervanda me & heredes meos perenniter obligavi: promittentes bona fide, quod contra dictam eleëmoſynam nec per me, nec per alium veniom in futurum, immo dicto Hoſpitali legitimam portabo garantiam adverſus omnes juri & juſtitiæ parere nolentes. Et ut præmiſſa robor majoris obtineant firmitatis, præſentes Litteras præfato Hoſpitali tradidi, Sigilli mei munimine roborata.

Datum anno Domini M. C. C. LIV. menſe Decembri.

NOs autem ad requiſitionem ipſius Aelidis, prout ſuperius continetur, voluimus & concedimus, ſalvo jure alieoo. Et in hujus rei teſtimonium & munimen præſentes Litteras Sigilli noſtri fecimus impreſſione muniri.

Actum Pariſius anno Domini M. C. C. LIV. menſe Januarii.

(1) LESSINIA, Oppidulum Diœceſis Cameracenſis, ad Teneram fluvium; de quo, utrum Hannoniæ an Flandriæ accenſeri debeat, ſemper dubitatum fuit. Eſt illic Hoſpitale B. M. V. quod inter pulcherrima totius regionis, optimèque dotata recenſetur.

Fundatrix ejus Aleydis, Domina Roſeti ac Leſſiniæ, Uxor Arnulphi Domini de Aldenarda, fuit in ſervitio pientiſſimæ Francorum Reginæ Blanchæ de Caſtella, Matris S. Ludovici Regis. Hinc tanta illi cura fuit in hoc Diplomate, ad fundanda ipſis Anniverſaria.

Seriem veterum DD. Aldenardenſium vide apud Sanderum in Flandria illuſtrata. Inter ipſos autem Joannes Aldenardæ & Roſeti Dominus, filius ſupra-memoratorum, cum conjuge ſua Mathilde, Vice-Comitiſſa Ambianenſi ac Dominâ de Picquigny, anno 1297 beneſecerunt Abbatiæ Vallis Virginum Ordinis Ciſtercienſis juxta Litteras eorum, ſupra pag. 136.

CAPUT XLV.

Margareta Flandriæ Comitiſſa eximit Abbatiam S. Eligii Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini juxta Atrebatum, ab omni jure thelonei, pontagii &c. anno 1260

Ex Archivis Camerac Rationum Inſulis.

NOs Margareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa notum facimus univerſis tam præſentibus quam futuris, quod nos pietatis intuitu & pro remedio animarum noſtrarum dilectis noſtris Abbati & Conventui de Monte Sancti Eligii, Ordinis ſancti Auguſtini, conceſſimus ut de rebus ſuis quas ad proprios uſus ducent vel deferent ſeu duci facient aut deferri per terram vel aquam noſtram in propriis pedagiis noſtris, nullum pedagium, theloneum, pontageum, wienagium, ſeu quamcunque aliam conſuetudinem ſolvere teneantur, ſed ab omni exactione hujuſmodi conſuetudine liberi ſint in perpetuum & immunes. Quod ut ratum permaneat & ſtabile in futurum, præſentem Paginam Sigilli noſtri fecimus appenſione muniri.

Datum anno D. C. C. LX.

CAPUT XLVI.

Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa ejuſque filius Guido Comes, confirmant anno 1261 Eccleſiæ Cathedrali Tornacenſi, Abbatiæ S. Petri Ordinis S. Benedicti Gandavi, & Abbatiæ Flinenſi Monialium Ciſtercienſis juxta Duacum, Decimas quas acquiſierunt in locis de Capricke, Eeclo, Lembeecke &c. in Diœceſi Brugenſi, à nobili Viro Gerardo de Gandavo.

MArgareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum vobis facimus, quod Eccleſiæ beatæ Mariæ Tornacenſis, beati Petri Gandenſis, & de Honore beatæ Virginis juxta Felines Ciſtercienſis Ordinis, Decimas omnes majores & minutas quas fidelis noſter (1) Gerardus de Gand Miles, & Eliſabeth ejus uxor habebant & tenebant à nobis in feodum in Parochiis de (2) Caprie, de (3) Lembeca, de (4) Eeclo (5) S. Crucis, de (6) Baſſeveldt & de (7) Pieta.

Et de locis vicinis conſiſtentes, de manu ejuſdem Domini Gerardi & Eliſabeth ejus Uxoris de noſtro & kariſſimi filii noſtri Guidonis Flandriæ Comitis conſenſu redemerunt & eaſdem decimas de noſtro mandato in manu Ægidii de Maſchlinis Militis Ballivi noſtri Gandenſis per Litteras noſtras patentes ad hoc à nobis deputati, dicti Dominus Gerardus & Eliſabeth ejus Uxor reportaverunt werpiverunt & effeſtucaverunt ſecundum legem patriæ & judicium Hominum noſtrorum partim ipſorum Domini Gerardi & ejus uxoris. Atque idem Ægidius Ballivus noſter eaſdem Decimas, ſicut à nobis recepit in mandatis, & Procuratoribus dictarum trium Eccleſiarum tradidit, & eas Eccleſiis de dictis Decimis legitimè inveſtivit.

Quæ omnia & ſingula præmiſſa Nos & kariſſimus filius noſter Guido Flandriæ Comes laudamus & approbamus, & eaſdem decimas ab omni ſervitio Feodali vel onere penitus liberamus, & eas ſupradictis tribus Eccleſiis tradimus & concedimus pro æquali portione perpetuò tenendas & habendas.

In cujus rei Teſtimonium nos Margareta Comitiſſa ſuperius nominata, & ego Guido filius ejus Comes Flandriæ præſentes Litteras Sigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari.

Datum anno Domini M. C. C. LXI. menſe Auguſto.

(1) GERARDUS DE GAND, Caſtellanus Gandenſis, cognominatus Diabolus, uxorem habuit Eliſabetham de Slote, quæ ab oppoſito Bona mulier vocabatur.

(2) CAPRICKE, Municipium Diœceſis Brugenſis, verſus Gandavum, cujus Eccleſiæ Patronatum habet Capitulum Cathedrale Tornacenſe.

(3) LEMBEECKE, inſignis Parochia ejuſdem Diœceſis, ſub Decanatu Ardenburgenſi. Patronus Curæ eſt Tornacenſis Epiſcopus.

(4) EECLO, Oppidulum dictæ Diœceſis, mercatu celebre. Eccleſiæ Patronatum habet Epiſcopus Tornacenſis.

(5) SANCTÆ CRUCIS, Parochia juxta Ardenburg

burgum, hodie ſub Hollandis.

(6) Bassevsloe, Parochia Diœceſis Gandenſis, ſub Decanatu Everghemenſi. Jus Patronatûs eſt Epiſcopi Gandavenſis.

(7) Pista, Pagus olim verſus Inſulam Cadſandiæ, modo aquis ſubmerſus.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Gerardus, dictus *Diabolus*, de Gandavo, Miles, & Eliſabeth ejus Uxor, ſalutem in Domino.

Noveritis, quod Eccleſia Tornacenſis, Eccleſia S. Petri juxta Gandavum, & de Honore S. Virginis juxta Felines, Ciſtercienſis Ordinis, Decimas in Parochiis de Capriic, & de Lenbeke, Eeclo, Sanctæ Crucis, de Baſſevelde, & de Pieta, ac in conjunctis locis jacentes, quas Decimas tam majores quam minutas, Nos habebamus & tenebamus in Feodum ab illuſtri Domina noſtra Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, de manibus noſtris redemerunt & acquiſierunt pro duobus millibus librarum centum & quinquaginta libris & decem ſolidis Flandrenſium novarum.

Nomina autem Hominum Dominæ Comitiſſæ, in quorum præſentia omnia & ſingula acta ſunt, & qui judicia ſupradicta protulerunt, ſunt hæc.

Dominus Euſtachius de Lenbeke,
Dominus Daniel de Brakele,
Dominus Simon de Warnewiic,
Dominus Waltherus de Waſſenghem, dictus Moer, Milites.
Dominus Philippus de Valle,
Sigerus de Hamme,
Daniel filius Domini Waltheri de Cortraco, & plures alii.

In cujus rei teſtimonium & munimen, præſentibus Litteris Sigilla noſtra duximus apponenda.

Actum & datum anno Domini M. C. C. LXIV. menſe Februario.

CAPUT XLVII.

Margareta Comitiſſa Flandriæ fundat ſibi Anniverſarium in Abbatiâ Villarienſi Religioſorum Ciſtercienſis Ordinis in Gallo-Brabantia, anno 1262.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

MArgareta &c. Univerſis &c. noverit univerſitas Veſtra, quod nos ob remedium animæ noſtræ ac prædeceſſorum noſtrorum conceſſimus & dedimus dilectis noſtris viris religioſis Abbati & Conventui de Villari in Brabantia Ordinis Ciſtercienſis decem libras Flandrenſes annui redditûs ſingulis annis ad ſpicarium noſtrum Inſulenſe in feſto S. Martini hiemalis capiendas pro noſtro Anniverſario annuatim ſolemniter celebrando.

Ita tamen quod in die Anniverſari noſtri ſingulis annis pittantiam cum vino quantum fieri poterit de dictis decem libris toti Conventui facere tenebuntur. Præfatas vero decem libras nos vel heredes noſtri redimere poterimus pro centum libris Flandrenſibus ſi velimus, tali modo quod de eiſdem ceotum libris dicti Abbas & Conventus reddirum perpetuum emere tenebuntur in uſus prædicti Anniverſarii ſingulis annis convertendum, modo ſuperius annotato.

In cujus rei teſtimonium, &c.

Datum Valencenis anno Domini M. C. C. LXII.

CAPUT XLVIII.

Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus dotat anno 1265 Hoſpitale emeritorum Preſbyterorum in Urbe ſua Cameracenſi, ex decimis quas à Familia DD. de Berthaut acquiſiverat, in Parochiis de Wavria apud Mechliniam.*

* Vulgo O. L. V. Waevere. S. Catherine Wavere. S. Nicolaes Waevere, hodie Putte.

Ex Archivis Parochiæ de Wavria B. M. V.

NDei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Perrennis vitæ gloria, quâ mira benignitas Conditoris beatam omnium coronat aciem civium ſupernorum, à redemptis pretio Sanguinis pretioſi Corporis Redemptoris, meritorum debet acquiri virtute. Inter quæ illud quaſi prægrande dignoſcitur, ſi per compaſſionis affectum in caritatis effectu quis ſubvenit indigentiæ proximorum. Nos igitur inſpirationis divinæ conſiderantes inſtinctu, quod vana ſunt hujus vitæ labentis umbracula & quod nil in divitiis retinetur, niſi quod in cœleſtes theſauros manus deferunt egenorum, tertiam partem medietatis novalium decimarum de

Wavre & aliarum villarum pariter & locorum, in nobilium virorum Walteri, Ludovici & Henrici dictorum Bertalt Dominio & diſtrictu; quæ quidem medietas decimarum novalium ad Jus & proprietatem noſtram liberè Domino concedente pervênit, Hoſpitali emeritorum Presbyterorum, in Civitate noſtra Cameracenſi manentium, poſt deceſſum noſtrum, pleno Capituli noſtræ Cameracenſis Eccleſiæ interveniente conſenſu, pro animæ noſtræ remedio liberaliter duximus conferendam; ab Hoſpitali eodem hereditario jure perpetuò poſſidendam, Donatione ex nunc à nobis ſuper hoc Hoſpitali prædictâ ſecundum modum prædictum factâ libere inter vivos.

Et ut hæc noſtra donatio robur obtineat perpetuæ firmitatis, præſentes Litteras Hoſpitali præfato conceſſimus tam Sigilli noſtri quam etiam Sigilli Capituli prænotati munimine roboratas.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, feriâ tertiâ poſt Dominicam Quaſimodo.

CAPUT XLIX.

Robertus II. Arthesiæ Comes, Abbatiam Montis S. Eligii Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini prope Atrebatum, ab omni jure thelonei & vectigalium eximit, anno 1268.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

RObertus Comes Atrebatenſis. Univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem. Noverint univerſi, quod nos pietatis intuitu & ob remedium animæ noſtræ & kariſſimi genitoris noſtri R..... quondam Comitis Atrebatenſis Illuſtris, ac aliorum Anteceſſorum noſtrorum, dilectis noſtris Religioſis viris Abbati & Conventui de Monte Sancti Eligii Ordinis ſancti Auguſtini Atrebatenſis Diœceſis conceſſimus de rebus ſuis quibuſcumque quas ad proprios uſus ducent vel deferent, ſeu duci aut deferri facient per terram, ſeu per aquam, in propriis pedagiis noſtris vel aliis locis ubi conſtumas vel redevantias aliquas habemus, nullum pedagium, theloneum, ponteagium, vinagium ſeu aliam quamcumque conſtumam vel redevanciam ſolvere teneantur, ſed à prædictis omnibus & omni aliâ exactione liberi ſint & immunes, ſalvis tamen nobis, in omnibus aliis juſticiâ & jure noſtro ac etiam alieno.

Robertus Comes Arthesiæ mortuus 1249.

Actum Pariſius anno Domini M. C. C. LXVIII. menſe Decembri.

CAPUT L.

Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa confirmat anno 1269 Abbatiæ B. M. V. de Camberona Religioſorum Ciſtercienſis Ordinis in Hannonia, notabiles poſſeſſiones terrarum apud Hulſtum in Flandria, ac ſignanter in Stoppeldyck, ubi olim extitit Prioratus Religioſorum à prædicta Abbatia dependens.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Margareta Flandriæ & Hanoniæ Comitiſſa ſalutem.

Dignum eſt, ut qui non ſolum ſua, ſed etiam ſemetipſos ſalubriter abnegantes carnem ſuam cum vitiis & concupicentiis crucifigunt in caſtris clauſtralibus ſe claudendo, gratis attollantur favoribus, & congruis præſidiis muniantur; ut eo devotiùs quo quietiùs divinæ contemplationi vacantes ſint per exempla.

Ea-propter ad omnium volumus notitiam pervenire, quod cum piæ recordationis illuſtris Domina & Soror noſtra Johanna Flandriæ quondam & Hanoniæ Comitiſſa contuliſſet Eccleſiæ B. Mariæ de Camberone Cyſtercienſis Ordinis totam terram de (1) Indico & Utdico in Officio de Hulſt; & occaſione hujuſmodi vocabuli Utdici intelligere vellent Abbas & Conventus de Camberona omnes jactus maris, & quod dicare poſſent & acquirere ſuper mare ad libitum ſuum in Officio memorato; Nobis è contra afferentibus, quod ratione dicti vocabuli Utdici non debet intelligi niſi terra tempore factæ collationis habitata, & Dico omnino adhærens, quæ tantum commodè inhabitari poterat vel adiri, & deſuper inter nos & ipſos oborta fuiſſ materia qnæſtionis; tandem mediantibus bonis viris nos paciorum & quieti providere volentes, pro remedio animæ noſtræ & animarum Prædeceſſorum & Succeſſorum noſtro-

rum, prædictis Abbati & Conventui de Camberona liberaliter & benignè conceſſimus, & donavimus eandem terram de Indico & Utdico, ſicut eam poſſidet in præſenti; nec non & omnem terram quam ſuper mare acquiſierunt in Officio de (2) Hulſt & de (3) Axcele, in puram elemoſinam perpetuò poſſidendam.

Et ut omnis de cætero querelæ amputetur occaſio, omnes prædictas terras certis vocabulis & termiois commenſuratas hîc duximus exprimendas, videlicet (4) Polram quæ vocatur, & in qua ſita eſt Curtis eorum de (5) Stoupedich, continentem cum terra & aqua
*_ forte 46. *460 menſuras: Polram de veteri Havech continentem cum terra & aqua 180 menſuras: polram quæ vocatur Alexandri habentem cum terra & aqua 78 menſuras; polram de novo Havech in qua ſunt cum terra & aqua 215 menſuræ: polram de Strepiæ quæ cum terra & aqua 180 habet menſuras, nec non & propter dictas terras 140 menſuras tum ex collatione fidelium tum emptionis titulo acquiſitas: 32 menſuras terræ quæ ſunt Guillelmi de Seninghem, duaſque menſuras terræ quæ fuit Balduini dicti Sculteti; ex Raboldo etiam duas menſuras terræ.

Item quod ex collatione præfatæ kariſſimæ Dominæ & Sororis noſtræ Johannæ Flandriæ tunc & Hanoniæ Comitiſſæ 33 bonaria waſtioæ jacentis in loco qui dicitur Dorpe, quæ tempore collationis prædictæ in Officio de Hulſt erant, inſuper & Dicos qui ad prædictas terras pertinent, integraliter cum barmis eorum nec non & Dicum extra Oxneſſe qui vocatur het Bierſand & Blommeſand.

Eidem quoque Abbati & Conventui de Camberona conceſſimus, concedimus & donamus centum bonaria mori, tam in fundo quam in ſuperficie perpetuò poſſidenda; ita quod de iſtis centum bonariis mori prædictis Abbati & Conventui & de voluntate ipſorum deliberari fecimus per certam menſuram, 20 bonaria Abbati & Conventui de Dunis in fundo & ſuperficie, propter compoſitionem olim habitam inter Eccleſiam de Camberona & Eccleſiam de Capella. *

Aliàs Capella Thoſana, ſive Ter-Doeſt.

Alia autem octoginta bonaria reſidua mori prædicti ad certitudinem menſurata deliberari fecimus & tradi dictis Camberonenſibus in duobus locis; videlicet 60 bonaria quæ jacent ſuper locum, qui dicitur Bongard, & via quæ de Hulſt ducit apud Hulſterlo ubi cadit per morum trajectus prænoratum &c.

Sequitur hîc ampla eorumdem bonorum enumeratio, brevitatis ſtudio prætermiſſa. Extat autem, integra in Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

Ad prædicta autem omnia & ſingula firmiter obſervanda, Nos & noſtros obligamus in perpetuum Succeſſores. Et ne ſuper ipſis aliqua poſſit in poſterum calumpnia ſuboriri, præſentem Cartam Sigilli noſtri nec non & Sigilli Guydonis filii noſtri Flandrenſis Comitis & Marchionis Namurcenſis fecimus appenſione muniri, dictiſque Camberonenſibus fecimus exhiberi.

EGo etiam Guydo filius Illuſtris Comitiſſæ prædictæ Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis particeps fieri deſiderans orationum & bonorum, quæ in Monaſterio fient & fiunt & fieri contigerit, ſupra dictâ univerſa & ſingula quæ ſuperius ſunt expreſſa benigne approbavi, laudavi penitus & conceſſi, & approbo laudoque, favorabiliter concedo, & me bonâ fide in perpetuum inviolabiliter obſervaturam promitto; nec non & poſt illuſtrem prænominatum kariſſimam Dominam meam dictum Monaſterium in mea protectione etiam quantum ad bona ſuſcipio memorata.

In quorum omnium & ſingulorum perpetuam firmitatem, unà cum Sigillo dictæ Dominæ matris meæ Sigillum meum duxi præſentibus Litteris apponendum.

Datum anno Domini M. C. C. LXIX. Nonis Aprilis.

NOs itaque Frater Johannes dictus Abbas & Conventus de Camberona prædicti omnia & ſingula prædicta grata & rata habentes, promittimus bonâ fide nos in perpetuum ea firmiter & inviolabiliter ſervaturos & ullo numquam tempore per nos aut per alium contra venturos & quod nullum jus de cætero reclamabimus in terris, moris, indicis, ntdicis & maris jactibus in Officio de Hulſt & de Axcele ultra ea, quæ ſuperius ſunt expreſſa in Carta prædictæ Dominæ Margaretæ Comitiſſæ & Domiſanæ, (ut ſupra pag. 131.) Item Abbatiæ Dunenſis Brugis, cui eadem Thoſana incorporata fuit.

(1) INOICUM, & *Utdicum*, & *Dicum*, nomina ſunt è vernaculo deſumpta, ſignificantia, *ingedycks*, *nytgedycks*, & *Dyck*, ſive aggerem contra inundationes maris.

(2) HULSTOM, munitum Flandriæ Oppidum, haud procul ab aquis Scaldis fluvii verſus Zelandiam, occupatum ab Hollandis ab anno 1645. Jus Patronatûs ibidem obtinebat olim Capitulum Canonicorum B. M. V. Cortracenſe, acquiſitum ab anno 1251, juxta Litteras apud Miræum in Diplomatibus exhibitas pag. 1235.

Porro in Officio ſive agro Hulſtano notabiles fuerunt olim poſſeſſiones Abbatiæ Camberonenſis, uti patet ex hoc Diplomate; item Abbatiæ Thoſanæ, (ut ſupra pag. 131.) Item Abbatiæ Dunenſis Brugis, cui eadem Thoſana incorporata fuit.

(3) AXEL unum è IV. Officiis Flandriæ, ſub ſe continens pagos 12, verſus linora Zelandiæ. Hodie ſubeſt Hollandis.

(4) POLRA, nomen vernaculum, deſignans terras olim per aquas maris ſubmerſas, dein uſum ad culturam redactas.

(5) STOUPEDICK, aliàs *Stoppeldyck*, ingens villa Camberonenſium, ſita prope Hulſtum; quam olim Religioſi plures, unà cum Fratribus Converſis agriculturam propriarum terrarum exercentibus, ſub Priore per Abbatem Camberonæ conſtituto, inhabitarunt.

& Domini Guydonis Flandriæ Comitis, renootiantes expreſſe quoad prædicta omni Exceptioni doli, fori & deceptionis & vis aut metûs ſine cauſa aut ex injuſta cauſâ, beneficio reſtitutionis in integrum & omoibus Litteris & privilegiis conceſſis & concedendis, impetratis vel impetrandis à quocumque; & ſpecialiter ac oominatim omnibus Litteris & inſtrumentis Domioi Comitis Fernandi & Dominæ Johannæ Comitiſſæ qoondam ejus Uxoris, & contentis io eis, ſoper hiis quæ ipſi oobis contolerunt. Videlicet de tota terra & de toto moro, de indico & utdico io officio de Hulſt jacentibus, quantum ad boc quod contra prædicta oobis oon valeant nec alicujus fiot cootra prædicta roboris & momenti. Inſuper eſt ſciendum, quod de dictis Litteris ſeu Inſtrumentis dicti Domioi Fernandi Comitis & dictæ Domioæ Comitiſſæ Johannæ & aliorum quorumcumque poſſimus nos juvare loco & tempore, ſi nobis viſum fuerit expedire ad majus robur & ad majorem firmitatem eorum quæ io dictis Dominæ Margaretæ Comitiſſæ & Domini Guydonis filii ejus Comitis Flandriæ Litteris continentur & ad alia quæcumque commoda ooſtra. Dummodo noo utamur eis cootra illa vel aliquod eorum quæ præſcriptis Dominæ Margaretæ Comitiſſæ & Domini Guidonis filii ejus Comitis Flandriæ Litteris ſunt expreſſa, nec in præjudicium poſſent cedere eorum quæ in præſcripta Carta eorumdem Comitiſſæ & Comitis continentur: ſed quoad ea quæ in eadem Carta Dominæ Margaretæ Comitiſſæ & Domini Guidonis filii ejus continentur impugnanda vel aliqoo modo infringenda ullius ex nuoc & in perpetuum ſint roboris ac valoris.

Si tamen contiogeret, quod poſt iſtarum coofectionem Litterarum, ooſtrum Mooaſterium aliquid vel aliqua alio modo acqoireret bene & ad legem & per aſſenſum prædictæ Dominæ Margaretæ Comitiſſæ & Domini Guydonis filii ejus Comitis, aut etiam heredum ipſorum Comirum Flandriæ in Officiis memoratis, illa ſtabilia eſſe debebnnt & firma.

Ut autem præmiſſa notitiam pleniorem & ſtabiliorem obtineant firmitatem, nos ea Litteris noſtris præſentibus commendari & Sigilli noſtri fecimus teſtimonio commnniri.

Nos etiam Frater Philippus Claræ-Vallis dictus Abbas, dicti Mooaſterii Camberonenſis Pater, eâdem authoritate approbamus, & ad inſtaotiam dictorum filiorum Abbatis & Conventûs de Camberona, auctoritate paternâ, per noſtri appenſionem Sigilli follempniter confirmamus.

Datum anno Domini M. C. C. LXIX. Nonis Aprilis.

CAPUT LI.

Eccleſia Parochialis Stæ. Catharinæ, olim juxta, nunc intra Brugas, ſub Patronatu Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis ibidem, erigitur anno 1270, probante Margaretâ Comitiſſa Flandriæ, quæ & cœmiterium amortizavit.

Ex Archivis Capituli B. M. Brugis.

NOs Margareta Flandriæ & Hsynooiæ Comitiſſa notum facimus univerſis, quod nos unam menſuram terræ parum plus vel minus jacentis extra villam Brugenſem prope domum Ghidulphi de Brugis io qua ædificatur Eccleſia quædam io honore B. Katerioæ ad opus ipſius Eccleſiæ & pro quodam ſimiterio ejuſdem Eccleſiæ tali tradidimus libertati qualem nos & Anteceſſores ooſtri Comites Flandrenſes aliis Eccleſiis Territorii Brugenſis hactenus dignoſcimus cooceſſiſſe.

In cujus rei Teſtimonium præſeot bus Litteris Sigillum ooſtrum doximus apponendom.

Datum anno Domini M. C. C. ſeptuageſimo, in die Exaltationis Stæ. Crucis.

NOs Margareta Flandriæ & Haynooiæ Comitiſſa, ootum facimus univerſis, quod nos eleëmoſynam qoam Domina Ghiſella relicta quondam Domni Ghildulphi de Brugis Militis fecit ad opus Presbyteri Eccleſiæ ſeu Parochiæ Stæ. Katerinæ juxta domum quondam dicti Domini Ghildulphi de novo conſtructæ de XXIII. libris annui redditûs monetæ Flandrenſis, ſuper terram hereditariam dictæ Ghiſellæ jacentem, io Parochia de Ruſſelede perpetuò aſſignatis, ratam babemus & gratam, & eam ad opus dicti Presbyteri perpetuo tamqoam terræ Domina confirmamus.

In cujus rei Teſtimonium præſeotibus Litteris Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Datum anno Domini M. C. C. LXXII. die Lunæ poſt Exaltationem ſanctæ Crucis.

CAPUT LII.

Joannes I. Brabantiæ Dux, Domum Sti. Petri Leproſorum Bruxellis (quæ modo eſt Prioratus Monialium Ordinis S. Auguſtini) in Protectionem ſuſcipit ann. 1269 & 1270. Ejuſdemque Fundationem confirmat Hugo S. R. E. Cardinalis & Legatus Apoſtolicus, ab anno 1252.

Ex Archivis Monaſterii.

NOs Johannes Dei gratiâ Lotharingiæ Dux & Brabantiæ. Notum facimus univerſis, quod Nos manſiones Leproſorum de Obruxella, ſitas apud dictum locum, prout eædem ipſis ſunt limitatæ & circumductæ, diſtinctæ & foſſatis ac ſepibus incluſæ tempore præſenti, ipſis ac eorum poſteris tamquam purum allodium eorum, & titulo juſto allodii conſervare permittimus, & in ipſis eoſdem Leproſos & eorum Succeſſores pro nobis & noſtris Succeſſoribus pollicemur firmiter ad perpetuum warandiare & ab injuria tueri, tanquam debitus & juſtus eorum Advocatus, præſentium teſtimonio Litterarum Sigillo noſtro ſigillatarum.

Datum & actum apud Villam Duciſſæ feriâ ſextâ poſt Lætare Jeruſalem, anno Domini M. C. C. LX. nono.

JOannes Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, univerſis Baillivis ſuis, Majoribus & Juſticiariis in Brabantia conſtitutis, præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem & ſuam gratiam.

Univerſitati veſtræ mandato præcipimus, firmiter volentes, quatenus Domui Leproſorum de Bruxella, quam propter innumera miſericordiæ opera, quæ quotidie in eadem fiunt, ſub noſtra ſuſcepimus Protectione, à ſubditis veſtris debita ſua in blado, pecunia & rebus aliis exiſtentia, ſine lite per privationem bonorum perſolvi faciatis; ita ipſam Domum promoventes, ne Fratres ejuſdem Domûs propter defectum ad Nos de vobis vel altero veſtrûm deferre contingat quæſtionem, & noſtram proinde offenſam incurrere valeatis.

Datum anno Domini milleſimo C. C. ſeptuageſimo, feriâ quintâ ante feſtum B. Nicholai.

UNiverſis Chriſti fidelibus per Allemaniam conſtitutis, præſentes Litteras inſpecturis, Frater Hugo, miſeratione divinâ Eccleſiæ S. Sabinæ Presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, ſalutem in Domino.

Cum ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac etiam intentè ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in cœlis; firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parcè ſeminat parcè & metet vitam æternam.

Cum igitur, ſicut dilecti in Chriſto Magiſter & Fratres Domûs Leproſorum in Obbruxella Cameracenſis Diœceſis, Nobis exponere curaverunt, ad ædificationem Eccleſiæ ſuæ, clauſtri & officinarum, ac ſuſtentationem ipſorum fidelium ſuffragia noſcantur plurimùm opportuna, univerſitatem veſtram rogamus, monemus & exhortamur in Domino, in remiſſionem veſtrorum peccaminum vobis indicentes, quatenus de bonis à Deo collatis pias eis eleëmoſynas, & grata ad hæc caritatis ſubſidia erogetis: ut per ſubventionem veſtram opus tam pium conſummari valeat, & aliàs eorum indigentiæ provideri; & vos per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire.

Datum Antverpiæ, quarto Idus Junii, Pontificatûs Domini Innoceutii Papæ IV. anno nono.

Statuta iiſdem Fratribus ac Sororibus præſcripſit anno 1431 Raynardus Gayte, Canonicus Cameracenſis, Vicarius Generalis in ſpiritualibus ac temporalibus D. Petri de Andrea Cameracenſis Epiſcopi in remotis partibus agentis. Atque imprimis cautum eſt, ne plures ſint quam quatuor Fratres & ſeptem Sorores.

Poſtmodum ab anno 1500 ſolæ remanſerunt Sorores, quæ S. Auguſtini Regulam ſequuntur & ſubſunt Ordinario.

Obbruſſel, locus olim extra civitatem Bruxellenſem, ac deio circa annum 1357 ajuſdem mœnibus pro parte incluſus, verſus portam Hallenſem.

Leproſaria fuerunt olim plurima in Belgio noſtro, inſtituta præſertim in ſolatium eorum, qui

à peregrinatione in Terram Sanctam, vel in expeditionibus Chriſtianorum Principum contra Sarracenos cruce ſignati, dein lepra infecti redierunt in patriam. Verum morbo lepræ jam à ſæculis pluribus in hoc Belgio ceſſante, Leproſaria iſta in alios uſus paſſim commutata ſunt.

Hinc imprimis ortum Monaſterium S. Petri Bruxellis Monialium Ordinis S. Auguſtini; de quo in hoc Diplomate.

Item Mechliniæ Monaſterium dictum *Terſiecken*, ejuſdem inſtituti de quo vide Diploma Henrici I. Brabantiæ Ducis, ſupra pag. 57.

Similiter in *Terbanck*, juxta Lovanium. Vide Miræi Diplom. pag. 987.

Antverpiæ Prioratus, dictus *Terſiecken*. Vide Hiſtoriam Epiſcopat. Antverpienſis pag. 193.

Gandavi *ædes Leproſarium*, de quo vide Diploma Waltheri Tornacenſis Epiſcopi apud Miræum pag. 202. Nunc eſt Abbatia Monialium Benedictinarum, ab anno 1626.

In Gallo-Flandria & Arthefia, Ludovicus XIV. Franciæ Rex ejuſmodi Leproſaria univit Ordini Militari S. Lazari & Montis Carmeli anno 1669; vel etiam aliis Hoſpitalibus Regiis.

CAPUT LIII.

Begginagium Iprenſe, olim Hoſpitale, inchoatur anno 1273 per Marelinum ſeu Maſolium de Wartembeke, Virum Nobilem, probante Margaretâ Flandriæ Comitiſſa, ejuſque filio Guidone Comite.

Ex Archivis dicti Begginagii.

Ous Margriette Conteſſe de Flandres & de Haynau, & Guis ſes Fieus Conte de Flandres & Marchis de Namur, faiſons à ſavoir à tous, ke Nous avons veues les Lettres nos chiers feiables Bauduin Seigneur de (1) *Commines, Marelin Seigneur de Wartembeke, & Wautier ſon frere & ſon hoir, Chevaliers, ſaillées de lor Saieaux, ſaines & entieres, en ceſte fourme.*

Jon Marelins Sire de Wartembeke, Chevallier, fait à ſavoir à tous, que une Diſme, qui giſt en la Paroiche de (2) *Hanthem, qui vaut quarante & cinq livres de le meunoye de Flandre par an, ſelonc commune priſée, lequelle Diſme Henris de Zantford Chevalier, ki de mi le tenoit en fief, vendi à Jehan Bardonc Bourgeois d'Ipre, pour eſlorer un Hopital à Ipre, debors Hangoaert-poorte; li-queus Jehans fiſt entrer à Loy Beatrix une fiuvoe fille, le debaſt ki en fu mes hom.*

Et comme celle Beatris fuſt allée de vie à mort, je mis main à celi Diſmes, comme à notre droite eskeance de baſtaerdie, que j'ay & dois avoir en me Seigneurie. Et je par l'aſſeus Watier Chevalier men frere & men hoir, ay vendu celle Diſme au devantdit Jean Bardonc bien & loyalement, parmi certain & droite werpie de deniers qu'il m'en a payez & delivrées en bonne monnoie & bien contées, & leſquels deniers j'ai convertis ailleurs en mien preffit aparant.

Et raporſant celi Diſme en le main le Seigneur de Commines, de au je le tenoie en Fief, & le werpi en le preſence de ſes Hommes mes Pairs, bien & à loy, & qui li devantdit Sire de Commines eut en ſe main le devandsdite Diſme par l'aſſeus & l'enſeignement de ſes Hommes Pairs, ſi comme devant dit-eſt; il le converti en iritage, & me le rendu aſſoſſi & desherbie de tout ſervice de Fief & de tous autres à oes de l'Hoſpital devant dit.

Après ces choſes faittes bien & ordonnement, ſi comme dit-eſt, je raporti tout le droit & toute Seigneurie, que jou avoie ne pouvie avoir en le devant ditte Diſme, en le main Jean Bardone devant dit, à oet le devantdit Hoſpitael, & l'en mis en poſſeſſion corporeil, en le preſence & par laſſeus le Seigneur de Commines devantdit, & par-devant mes Eskevins, bien & à loy, parmy un capon de rente, qui ly devantdit Hoſpital en doit payer chaſcun an à Mi & à mes Hoirs Seigneurs de Wartembeke perpetuellement le jour de Mai.

Et je Woutiers de Wartembeke Chevalier devant nommez, voel bien, ke touts ſachent, que li vendage, ke Meſſire mes Frere devantdis a faiſt de le Diſme deſſure diste, eſt faiſt par mon grey, & par mes aſſeus, & le loe & grée, & approuve, & promet loiaument de bonne foy, que je jamais n'iray encontre, en tout ne en aucune partie, ne par mi ne par aultruy.

Et je Bauduins Sire de Commines, de au ſi devantdite Diſme eſtoit tenue en Fief, recognois, ke toutes ces choſes devantdites furent faiſtes par-devant Mi, & par men aſſeus, tout ainſi que devant eſt diviſé & loé & gréé, & approuvé le vendage devantdit, & comme fait eſt & ordonné à oes le devantdit Hoſpital de le Diſme devantdita, enſi que devant eſt diviſé, parmi certain ſervice de deniers, que je connois ke j'en ai eu, pourquoy mes greis en eſt fais.

Et prions & requirons je Bauduins Sire de Commines, Jan Marelins Sire de Wartembeke, & ji Wautiers ſes frere & ſes hoir, Chevallier devant nommé à nô tres-haulte & tres-chier Dame Margriette Conteſſe de Flandre & de Haynau, & à nô chier Seigneur ſen fil Guion Conte de Flandre & Marchis de Namur, kil toutes ces diviſes deſſur eſcriptes voelent loër & gréer & confirmer par lor Lettres.

En temoingnage & pour ſeureté de lequel choſes, nous avons donné ces preſentes Lettres ſoellées de nos Seaux, qui furent données en l'an de l'Incarnation M. C. C. LX. & treize, & le X18 de Juliet.

ET Nous Margriette Conteſſe de Flandre & de Haynau, & je Gais ſes frere Comte de Flandre & Marchis de Namur, à le priere & à la Requeſte de nos chiers foyables Baudum Seigneur de Commines, Marelin Seigneur de Wartembeke, Watier ſon frere, Chevalliers devantnommez, ov vendage & touttes ces Diſmes devant eſcriptes loõns & greons & confirmons.

En témoignage & ſureté de laquelle choſe, Nous avons faiſt mettre nos Seaux en ces preſentes Lettres, qui furent données en l'an de l'Incarnation de Noſtre Seigneur Jeſus-Chriſt mil deux cents ſoixante & treize, au mois de Juliet.

(1) HAUTHEM, Parochia Diœceſis Iprenſis, ſub Decanatu Furnenſi. Jus Patronatûs ibidem æquiſivit unâ cum decimis, Abbatia S. Nicolai Religioſorum Præmonſtratenſium Furnis, anno 1138 & ſequentibus, à Milone Morinorum Epiſcopo. Diplomata renuli ſupra pag. 19.

(2) BEGGINAGIUM hoc primitus ſub Parochia de Briele extra Urbem Iprenſem fuit, appellatum *Hoſpitale Joannis Baerdonck*. De quo hæc habet Sanderus in ſua Flandria illuſtrata.

Extant in Archivis ejuſdem Begginagii Tabulæ, quibus Maſolius Dominus de Wartembeke, fatetur Decimam ſuam de Houthem, quam Henricus de Santvoort Eques ab ipſo in feudum tenebat, ad ſe devolutam morte filiæ nothæ Joannis Baerdonck, ſe vendere rurſus præfato Joanni, ad Hoſpitale fundandum extra portam dictam *Hangoart-poorte*, anno 1273. Quod approbavit * Margareta Comitiſſa ejuſque filius Guido. *Ita Sanderus.* * Hoc nimirum Diplomate.

Hoc Hoſpitale, quod S. Thomæ dicebatur, cui dein unicum fuit alterum Stæ. Chriſtinæ anno 1422, propter clades bellorum in Urbem Iprenſem prædicto anno tranſlatum fuit. Eſtque verisimile, tunc, aut paulò poſt, Regulam Begginarum fuiſſe ibidem aſſumptam. Quibus nova Statuta præſcripta fuerunt anno 1597 per Reverendiſſimum D. *Petrum Simonis*, ſecundum Iprenſium Epiſcopum.

CAPUT LIV.

Margareta Flandriæ Comitiſſa eximit Abbatiam B. M. de Pratis Monialium Ordinis Ciſtercienſis (olim extra, nunc intra Duacum) ab omni jure thelonei, vinagii &c. anno 1277.

MArgareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Decens eſt & ſalutiferum eſſe dinoſcitur, ut Eccleſiæ in quibus à perſonis Religioſis Deo jugiter deſervitur, per nos privilegiis & aliis beneficiis miſericorditer ſint munitæ.

Noverint igitur univerſi, quod nos divinæ pietatis intuitu, Eccleſiæ beatæ Mariæ de Pratis juxta Duacum Ciſtercienſis Ordinis Atrebatenſis Diœceſis, in puram & perpetuam elemoſinam concedimus liberaliter & benignè, ut perſonæ ejuſdem Eccleſiæ per totam terram noſtræ poteſtatis tam Flandriæ quam Haynoniæ eant & redeant, liberè ducant & reducant res ſuas, vendant & emant ad uſus proprios per ſe ſeu per ſuas famulas abſque omni exactione calceagii, winagii, paſſagii, nec pro hiis ab eis vel earum nunciis aliquod hujuſmodi exigatur: ſed ab exactionibus debitis & conſuetudinibus, hæ in poſterum liberæ ſint penitus & immunes quantum ad jus noſtrum pertinet ſpeciale.

Et ut dicta Eccleſia pace majori & libertate gaudeat pleniori, ad omnia ſupradicta & ſingula firmiter & inviolabiliter in perpetuum obſervanda obligamus nos noſtroſque pariter Succeſſores vel heredes. Quæ ut robur obtineant firmitatis, præſentibus Litteris Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Datum anno domini M. C. C. LXXVII. menſe Februario.

De Origine hujus Abbatiæ vide P. Buzelinum in Gallo-Flandria Parte I. pag. 387.

Item inter Inſtrumenta novæ Galliæ Chriſtianæ Tomo III. pag. 92 ſententiam latam gallicè anno 1219 inter Capitulum S. Amati Duaci & Moniales B. M. de Pratis ſuper Fundatione hujus Parthenonis. De tranſlatione ejus intra Duacum in locum antiqui Begginagii, ad annum 1477, Vide ſupra pag. 452 hujus novæ Collectionis.

CAPUT LV.

Philippus Epiſcopus Tornacenſis confirmat anno 1279 Capitulo Cathedrali Tornacenſi, Abbati Bodeloenſi Ordinis Ciſtercienſis (modo Gandavi) & Abbatiſſæ de Flines, ejuſdem Ordinis juxta Duacum, Decimas in Parochia de Saeftinghen, olim Diœceſis Tornacenſis, modo Gandavenſis.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

PHilippus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Cum inter Viros venerabiles Decanum & Capitulum Eccleſiæ Tornacenſis, Viros Religioſos Abbatem & Conventum Monaſterii de Boudelo * Ciſtercienſis Ordinis, & Religioſas Mulieres Abbatiſſam & Conventum de Feliones * ejuſdem Ordinis nomine Eccleſiarum ſuarum ex una parte: & Johannem dictum Belard Parochianum de Chavetinghes (1) ex altera parte, mota eſſet materia queſtionis ſupra quibuſdam Decimis de Chavetinghes, parte dictarum Eccleſiarum dicente, quod dictus Johannes Laïcus decimas quarumdam terrarum novalium & veterum infra Chavetinghes conſiſtentium injuſtè percipiebat in præjudicium ipſarum Eccleſiarum, cum non eſſet ei jus ipſarum novalium percipiendi.

* Modo eſt Abbatia Gandavi.

* Alias Flines juxta Duacum.

Dicto Johanne dicente, quod Decimas quas percipiebat in Chaveſtinghes percipiebat jure ſuo, & eas tenebat in feodum ab Illuſtri Domina Margareta Flandriæ Comitiſſa.

Tandem pro bono pacis dictæ partes in Nos de alto & baſſo ſuper præmiſſis compromiſerunt, ſibi invicem promittentes ſub pœna centum markarum, medietate nobis & alia medietate prædictæ Dominæ Comitiſſæ reddendarum, ſe firmiter ſervaturos.

Id circo nos ſuper præmiſſis, veritate à nobis ſeu ob eo quem deputavimus ad litem inquiſitâ, de alto & baſſo duximus ordinandum ſeu etiam ſtatuendum, ita quod per Comitiſſam ratum incluſive remaneret dictum ſententia vel Ordinatio ſuper præmiſſis proferendum vel proferenda. Ad idem etiam dictus Johannes juramento interpoſito ſe ſpecialiter obligavit & noſtræ ſe ſubpoſuit judicio & Dicto Conſenſit pariter Domina Comitiſſa per ſuas patentes Litteras ſpecialiter & expreſſe.

Nos autem onere hujuſmodi in nos ſuſcepto, factâ de præmiſſis inquiſitione diligenti, & publicatâ dicto Johanni ad audiendum dictum Arbitrium vel Ordinationem noſtram contra partem dictarum Eccleſiarum, evocato & coram nobis perſonaliter comparente Procuratore dictorum Decani & Capituli, Abbatis, Abbatiſſæ & Conventuum eorum occaſione ipſorum & pro ipſis etiam præſente & jam prædictum noſtrum Arbitrium vel Ordinationem cum inſtantia terminari petentibus.

Nos tam ex confeſſione dicti Johannis quam ex depoſitionibus teſtium in prædicta inquiſitione receptorum, quam etiam per inſtrumenta & alia de cauſæ meritis informati, invenimus probatum eſſe, Johannem Belard pridem percepiſſe aliquam partem decimarum novalium, provenientium in waſtinis jacente in Chavetinghes inter locum qui dicitur Immedilof & locum qui dicitur Heelkine quantum pars ſe extendit inter loca prædicta verſus morum; communicatoque proborum conſilio, arbitrando ſeu ordinando, dicimus & pronuntiamus, jus non eſſe dicto Johanni percipiendi aliquam partem decimarum novalium prædictarum aut aliarum in Chavetinghes in quacumque parte terræ de Chavetinghes conſiſtentium vel futurorum, ſuper perceptione & jure percipiendi inſolidum vel pro parte decimas novalium in quibuſcumque locis vel fundis terræ de Chavetinghes provenientibus & futuris.

Perpetuum ipſi Johanni ſilentium imponentes, reſervatâ penes nos poteſtate dicendi & ordinandi ſuper fructibus dictarum novalium jam ab eodem Johanne perceptis, pro ut nobis viſum fuerit expedire. Retentâ etiam nobis de conſenſu expreſſo partium prædictarum poteſtate declarandi præſens dictum noſtrum uſque ad exitum proximi Auguſti, ſi quid obſcuritatis vel dubii circa hoc oriatur.

Datum anno Domini M. C. C. LXXIX. feriâ tertiâ poſt *Invocavit me.*

(1) SAEFTINGHE. Sunt Parochiæ duæ ejuſdem nominis, una quæ B. Mariæ, altera quæ S. Laurentii dicitur: ambæ ſub Diœceſi Gandavenſi, in Decanata Hulſtenſi; ſubjacent modo Dominio Hollandorum. Fuerunt jam pridem ſubmerſæ per exundationes maris, ita ut præter turres nihil conſpiceretur. Aſt modo dicuntur reaggeratæ.

CAPUT LVI.

Joannes de Bethunia Cameracenſis Epiſcopus confirmat anno 1211 *inſtitutionem Fratrum & Sororum Hoſpitalis ſancti Joannis ſupra lacum Oppidi Bruxellenſis ; fundatore Henrico Lotharingiæ ac Brabantiæ Duce. Idemque Epiſcopus Statuta præſcribit.*

Ex Archivis Hoſpitalis.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Joannes Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis fidelibus præſentem Paginam inſpecturis, tam poſteris quam modernis in perpetuum.

Quoniam via vitæ eſt cuſtodientibus diſciplinam, ad laudem & honorem Dei omnipotentis, & ut viam vitæ Chriſti fideles inveniant in Hoſpitali S Johannis Baptiſtæ, quod in Bruxella Illuſtris Viri Henrici Ducis Lotharingiæ munificentiâ & devotione fundatum, & de fidelium elœmoſynis eſt ædificatum, Deo famulantes, ipſum Hoſpitale, ac vitam & mores in illo, Chriſto & Chriſti pauperibus ſub Diſciplina Regulari ſervientium, conſultâ Virorum Eccleſiaſticorum & Religionis expertorum prudentiâ, ſic ordinando diſponimus;

Ut Fratres & Sorores ibidem degentes in habitu & geſtu, in modeſtia victûs & veſtium ſe à ſœculo & ſæcularium converſatione ſequeſtrent.

Statuimus itaque, quod quicumque divinâ inſpiratione tractus in eadem Domo ſe Deo famulaturum obtulerit, non prorſus ad obedientiam recipiatur, niſi quatuor menſibus tanquam Novitius inter Fratres & Sorores converſando probetur, & laborem Domûs modumque vivendi experiatur.

Tunc demum, ſi Procuratori Domûs & reliquis Fratribus cum Sacerdote curam Fratrum & Sororum in ſpiritualibus gerente, & quatuor Sororibus ad hoc electis, ut pro cæteris conſilio Fratrum in rebus diſponendis interſint, unicorditer placuerit, ſœculo & propriis, ac propriæ voluntati renunciet, Votum continentiæ ſub ſtola in manu Sacerdotis deponat; jugum obedientiæ ſuper ſe tollat....

Sequuntur multa Statuta particularia minoris momenti.

Caveant autem Fratres & Sorores, ne infirmos immeritò perturbent. Quod ſi fecerint, pro arbitrio Magiſtri vel Sacerdotis puniantur.

In eodem Hoſpitali recipiantur pauperes tantum, quorum actiones membrorum tali morbo impediuntur, ne poſſint diſcurrere per vicos & victum ſuum oſtiatim mendicare.

Quicumque igitur infirmus Domum ingreſſus fuerit, primùm Deo per confeſſionem factam Sacerdoti, deinde proximo ſi quem læſit, pro poſſe ſuo ſatisfaciat, & veniam petat. Res ſuas ſub teſtimonio committat Magiſtro, eaſdem in integro, ſi convaluerit, recepturus. Quod ſi imminente periculo mortis, omnia ſua domui relinquere forte noluerit, deductis expenſis, de reſiduo poterit condere teſtamentum. Si autem inteſtatus deceſſerit, omnia ſua ad uſus pauperum ejuſdem Domûs devolventur. Cura infirmorum.

Tribus diebus in hebdomada æger carnibus reficiatur. Si qui fuerint inter eos, qui pro ægritudinis magnitudine groſſioribus uti non poſſint cibariis, dentur eis quæcumque deſideraverint, dummodo haberi poſſint. Si quis vero decumbentium particulari infirmitate laborans, medicorum egens auxilio, non habeat quod medico tribuat, à Magiſtro Hoſpitalis pro curatione pauperum dabuntur precia laboris moderata.

Mulieres prægnantes, quæ vicinæ ſunt partui, nec habent ubi caput reclinent, recipiantur in Hoſpitali, ut ibi pariant; & diligenter eis providebunt neceſſaria, uſque ad earum reconciliationem. Infantes miſerabiliter à matribus relicti colligantur; non tamen omnes; ne matres hac ſpe ioductæ, proles exponant. Ordiner autem Magiſter ſuper hiis, ſicut expedire noverit.

Ne vero Domus impoſterum per inutilium perſonarum ſuſceptionem gravetur; ſtatuimus, ut tantum tribus Fratribus & decem Sororibus de cætero ſit contenta. Numerus Fratrum & Sororum.

Ira tamen, ut ſi forte ipſius Domûs neceſſitas numerum requirat ampliorem, de noſtra vel Officialis noſtri licentia ſpeciali, probatâ Domûs neceſſitate, Frater vel Soror prædicto nnmero poterit adaugeri.....

Temporalia quoque Domûs de conſilio quatuor Virorum zelum Dei habentium, Authoritate Pontificali ad hoc electorum, qui Sacramento Domini fidelitatem exhibuerint, debent pertractari. Hii autem prout opus fuerit, vel poſt anni circulum amoveantur; vel ſi utiles inventi fuerint, ſollicitudinem eandem gerere permittantur. Proviſores.

Iſtarum autem Inſtitutionum obſervantias in ſæpe-dicta Domo inviolabiliter obſervari volentes, eas Authoritate Pontificali roboramus, & Sigilli noſtri appenſione

ne præſentis Paginæ continentiam muniri.

Actum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo undecimo, Menſe Octobri.

Statuta hæc anno 1220 confirmavit Nicolaus Epiſcopus, Joannis Succeſſor. Erant autem tunc Fratres ſimul cum Sororibus; at poſtmodum ſolæ remanſerunt Sorores. Hæ anno 1500 reformationem ſuſceperunt à Monialibus Hoſpitalis majoris Lovanienſis, juxta Regulam S. Auguſtini. Ac paulò poſt à Monialibus Bruxellenſibus pari modo reformatum fuit Hoſpitale Mechlinienſe.

Poſtmodum Nicolaus V. Pont. directionem omnium Hoſpitalium, Xenodochiorum, aliarumque piarum Fundationum in Urbe Bruxellenſi, commiſit cum Magiſtratûs ibidem. Cujus Bulla data anno 1448, extat inter Opera Miræi Tomo II. pag. 1365.

Porro Eccleſiam hujus majoris Xenodochii Bruxellenſis, quæ vulgo dicitur S. Joannis ad lacum, omnium hujus Urbis antiquiſſimam, conſecravit anno 1131 ipſemet Innocentius II. Pontifex. Diplomaque Pontificium anno 1497 ſe vidiſſe atteſtatus eſt Henricus de Bergis Cameracenſis Epiſcopus. Vide illud apud Miræum Tom. I. pag. 94.

CAPUT LVII.

Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus, anno 1255 vitæ Regulam præſcribit Fratribus ac Sororibus Deo ſervientibus in Hoſpitali Stæ. Gertrudis ad gradus Eccleſiæ Collegiatæ Stæ. Gudilæ Bruxellis.

Ex Archivis Archiepiſcopatus Mechlinienſis.

NIcolaus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus præſentem Paginam inſpecturis, tam poſteris quam modernis, in perpetuum.

Quoniam via vitæ eſt cuſtodientibus diſciplinam, ad laudem & honorem Dei omnipotentis, & ut viam vitæ fideles inveniant, in Hoſpitali B. Mariæ, juxta atrium B. Godilæ in Bruxella, quod de fidelium eleëmoſynis eſt ædificatum, Deo famulantes, ipſum Hoſpitale, ac vitam & mores in illo, Chriſto & Chriſti pauperibus ſub diſciplina regulari ſervientium, conſultâ Virorum Eccleſiaſticorum & Religionis expertorum prudentiâ, ſic ordinando diſponimus: ut Fratres & Sorores ibidem degentes, in habitu & geſtu, in modeſtia victûs & veſtium, ſe à ſæculo & ſæcularium converſatione ſequeſtrent.

Statuimus itaque, quod quicumque divinâ inſpiratione tractus in eodem Hoſpitali ſe Deo famulaturum obtulerit, non prorſus ad obedientiam recipiatur, niſi primò quatuor menſibus tanquam Novitius inter Fratres & Sorores converſando probetur, & laborem Hoſpitalis modumque vivendi experiatur.

Tunc demum, ſi Procuratori Hoſpitalis, & reliquis Fratribus, cum Sacerdote, curam Fratrum & Sororum in ſpiritualibus gerente, & duabus Sororibus ad hoc electis, ut præ cæteris conſilio Fratrum in rebus diſponendis interſint, unicorditer placuerit; recipiatur.

Secundò, ut propriis ac propriæ voluntati renunciet; Votum continentiæ ſub ſtola in manu Sacerdotis deponat; jugum obedientiæ ſuper ſe tollat; veſtimentis in prætio colore & forma humilitatem & Religionem præferentibus, coloribus ſcilicet, quibus ſæculares uti ſolent non coloratis, Fratres ac Sorores induantur.

Fratres à Sororibus, Sorores à Fratribus, refectionem dormitorium & cæteras officinas ſuis adminiſtrationibus deputatas, habeant ſeparatim. Frater aliquis cum Sorore, nunquam ſingularia ac ſecreta miſceat colloquia; nunquam ſolus cum ſola ſedeat; ne capiendis malignus inſidiator viſcarium intendat.

Sequuntur hîc plura alia minoris momenti Statuta; quæ idcirco omittere viſum fuit.

Statuimus autem, ut quotiens Fratres & Sorores recipiendi fuerint, Conſtitutionum iſtarum coram illis ſeries perlegatur, & ut pleniùs ſingula capiant in lingua ſui idiomatis exponantur ad plenum; & hæc ſe quantum in eis eſt obſervaturos promittant; alioquin Fraternitatem Domûs minimè poterunt adipiſci, & ſi aliter recepti fuerint expellentur.

Temporalia quoque Domûs memoratæ, de conſilio duorum virorum zelum Dei habentium, Auctoritate Pontificali ad hoc electorum, qui Sacramento Domini fidelitatem exhibuerint, debent pertractari. Hii autem, prout opus fuerit, vel poſt anni circulum ammoveantur, vel ſi utiles inventi fuerint, ſollicitudinem gerere permittantur.

Harum autem Conſtitutionum obſervantias in ſæpedicta Domo inviolabiliter obſervari volentes, eas Auctoritate Pontificali roboramus, & Sigilli noſtri appenſione preſentis Paginæ continentiam munivimus.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, menſe Februarii.

Primæva hujus Hoſpitalis Fundatio eſt de anno 1158 curâ Rikeldis devotæ Matronæ & Alberti Plebani atque Canonici Stæ. Gudilæ Bruxellenſis. Diploma Fundationis extat apud Miræum Tom. I. page 177.

Poſtmodum ſolæ manſerunt Sorores, quæ Regulam S. Auguſtini aſſumpſerunt. Statuta ipſis præſcripſit Illuſt. Dominus Archiepiſcopus Mathias Hovius.

CAPUT LVIII.

Jus Patronatûs Begginagii Bruxellenſis à Capitulo S. Gudilæ tranſfertur anno 1275 in Abbatem S. Bernardi ad Schaldim. Et Joannes I. Dux Brabantiæ vicisſim cedit eidem Capitulo electionem liberam ad duas Præbendas; Epiſcopo Cameracenſi probante hanc compoſitionem.

Ex Archivis Archiepiſcopatûs Mechlinienſis.

Niverſis præſentes Literas inſpecturis, Frater A. (1) dictus Abbas de Villari in Brabantia, Ciſtercienſis Ordinis, & Gardianus Domûs FF. Minorum in Bruxella, ſalutem in eo qui eſt ſalus omnium & Salvator.

Cum Viri diſcreti & honeſti Decanus & Capitulum B. Gudilæ Bruxellenſis, Jus Patronatûs quod habebant in Eccleſia Begginarum de Vinea juxta Bruxellam & Altaribus exiſtentibus in eadem, in Curato, Capellanis & aliis quibuſcumque, infra libertatem & immunitatem & Clauſuram dicti loci de Vinea, (2) ad preces Illuſtriſſimi Principis Johannis (3) Dei gratiâ Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ, Domini ipſorum & Patroni, in manus noſtras, Abbatis ſcilicet prædicti, & dicti Domini Ducis, benigne libere & abſolutè reportaverunt; concedentes & volentes, ut Nos dictus Abbas & Dominus Dux prædictus, vel alter nobiſcum ipſius Ducis nomine, cui ipſe ſuper hoc vices ſuas commiſerit, & poteſtatem conceſſerit, ordinemus de præmiſſis, prout nobis ſecundum Deum & bonam conſcientiam videbitur expedire.

Nos Abbas prædictus, & Gardianus antedictus, cui ſuper hoc idem Dux ſuas commiſit vices, & conceſſit poteſtatem, ad voluntatem & preces ipſius Domini Ducis, onus ordinandi de præmiſſis & diſponendi ſuſcipientes in Nos, de conſenſu etiam & voluntate Reverendiſſimi Patris N. Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopi, habito ſuper præmiſſis cum Religioſis viris, Juriſperitis & diſcretis diligenti tractatu & conſilio, prædictique negotii ac perſonarum circumſtantiis conſideratis diligenter & inſpectis, pacem in hoc eſſe cordium, & profectum animarum ſperantes firmiter, & attendentes, ſuper præmiſſis in nomine Domini, ſeu de præmiſſis ordinamus in hunc modum.

Abbas S. Bernardi Patronus Curæ.

UT nunc Religioſus, Abbas ſcilicet (4) loci Sti. Bernardi Ciſterſienſis Ordinis, Cameracenſis Diœceſis, qui nunc eſt, vel erit pro tempore, à nunc ulterius & in perpetuum ſupra-dictæ Eccleſiæ de Vinea ſit & permaneat Patronus, & ut mediante conſilio quatuor ſuperiorum Magiſtrarum Collegii Begginarum ſupradictarum, eidem Eccleſiæ de Curato provideat ut Patronus.

Quod ſi in earum conſiliis jam dictæ Magiſtræ diſcordes fuerint, & cum Abbate prædicto non concordaverint, tunc ipſe prædictus Abbas per ſe ſolum de Curato eidem Eccleſiæ providebit, quem de conſcientia ſua ütilem ad hoc & idoneum eſſe decreverit ut Patronus.

Curatus autem ejuſdem Eccleſiæ Capellanos eligat idoneos, & eoſdem ſibi, mediante conſilio quatuor dictarum Magiſtrarum tantum, aſſumet. Si vero eædem Magiſtræ in hujoſmodi Capellanorum electione & aſſumptione non concordaverint cum Curato, tunc Curatus mediante conſilio ipſius Abbatis ſibi Capellanos aſſumet; quos etiam, ſi ſui exceſſus exegerint & requirant, nec non ex cauſſa legitima, communicato tamen conſilio Abbatis, poterit quoties neceſſe fuerit amovere.

Ordinamus inſuper, ut pro juribus & emolumentis, quæ memorati Decanus & Capitulum, & Presbyter de Molembeca, (5) qui quoad hanc Ordinationem noſtram ſuum adhibuit conſenſum, in dicto loco de Vinea & à Begghinabus atque perſonis ejuſdem loci priùs percipiebant & habebant, aut percipere poterant & habere; nomine cenſæ ſeu firmæ perpetuæ, Penſionem viginti librarum Lovanienſium, à dictis Begginabus de Vinea recipiant annuatim, medietatem in Feſto Nativitatis Domini, & aliam dimidietatem in Paſcha, in recompenſationem ejus, quod dictus locus de Vinea eiſdem Decano & Capitulo priùs fuerat decimalis.

Et quia dictus jam locus de Vinea ſitus eſt in Parochia de Molembeca, ſupradicti Decanus & Capitulum ſolvent annis ſingulis Presbytero de Molembeca tertiam partem denariorum penſionis ante-dictæ, proportionaliter terminis ante-dictis. Et mediante penſione hujoſmodi ſupradicti Decanus & Capitulum, atque Presbyter de Molembeca ulterius nihil juris in loco memorato de Vinea, ac ejuſdem perſonis exigere poterunt vel reclamare: ſed mediantibus hiis noſtris Ordinationibus, omnes Conventiones aliæ, ſeu Ordinationes inter dictas partes priùs habitæ, ſopitæ penitus erunt & extinctæ.

Quia vero Decanus & Capitulum antedicti,

precibus Domini Ducis prædicti in hac parte benigne & ſpontanée annuerunt, & jam dictis Ordinationibus conſenſum ſuum adhibuerunt.

Et ut etiam ejuſdem Ducis in Eccleſia memoria habeatur, Nos, de ipſius Ducis benignâ voluntate & expreſſâ, ejuſque mandato ſuper hoc ſpeciali nobis ab eodem dato, Collationem duarum Præbendarum Presbyteralium, ad quas dicti Decanus & Capitulum in eorum Eccleſia prius habebant eligere, & electos Duci præſentare, ipſe autem Dux conferre; eaſdem in dictos Decanum & Capitulum totaliter transferimus & abſolutè, ut ipſi ſoli Decanus & Capitulum de cætero & imperpetuum ſine aliqua præſentatione dicto Duci facienda & abſque qualibet contradictione Beneficia liberè conferant ſupra-dicta.

Collatio duarum Præbendarum in D. Gudilæ.

In quarum rerum evidentiam, teſtimonium & munimen, prædicti Domini Ducis Sigillum & noſtrum, nec non antedictorum Decani & Capituli, Presbyteri de Molembeca, ac Begginarum ſupradictarum Sigilla, in recognitionem præmiſſorum omnium præſentibus Litteris patentibus ſunt appenſa.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, Menſe Novembri.

Confirmatio Cameracenſis Epiſcopi.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Ingeramus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam.

Noverit univerſitas veſtra, quod nos Compoſitionem & Ordinationem inter dilectos in Chriſto filios Decanum & Capitulum Eccleſiæ B. Gudilæ Bruxellenſis ex una parte, & Beggbinas de Vinea juxta Bruxellam ex altera, factam de conſenſu & voluntate Illuſtris Principis Johannis Dei gratiâ Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ per Religioſos Viros, Fratres A. Dei gratiâ Abbatem de Villari in Brabantia Ciſtercienſis Ordinis, & Gardianum Domûs Fratrum Minorum (ſicut in Litteris præſentibus his annexis continetur pleniùs) attendentes, pro commodo, pace & utilitate utriuſque partis eſſe factas, ipſam Ordinationem & Compoſitionem, nec non omnia & ſingula in ipſis Litteris contenta, laudamus, approbamus, grata & rata habemus, & ea Authoritate noſtrâ Ordinariâ confirmamus, ac mandamus & præcipimus inviolabiliter obſervari.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo LXXV. Dominicâ ante Nativitatem Domini.

(1) A. Is erat *Arnulphus de Gheſtel*; qui fuit primùm Abbas Loci Sti. Bernardi, ac dein ad regimen Abbatiæ Villarienſis, in qua Profeſſionem emiſerat, tranſlatus.

(2) VINEA, nomen Begginagiis noſtris Belgicis proprium. Vide ſupra pag. 592 in Nota.

(3) JOANNES I. Brabantiæ Dux Concordatum hoc pariter approbavit, ſuo Diplomate, cujus fragmentum ſupra retuli pag. 130.

(4) ABBAS LOCI S. BERNARDI, ad Scaldim amœno loco ſiti, in Diœceſi Antverpienſi, quianno 1560 unitus fuit Menſæ Epiſcopali Antverpienſi, dum novus hic Epiſcopatus erigeretur. Aſt poſtmodum anno 1649 ab eodem ſeparata fuit Abbatia, per Concordatum, vi cujus (inter cætera) Jus Patronatûs Begginagii Bruxellenſis manſit penes Epiſcopum Antverpienſem.

(5) MOLEMBEECKE, unum è ſuburbiis Bruxellæ, quæ Urbs dum circa anno 1367 novis mœnibus includeretur, pars notabilis Parochiæ S. Joannis de Molembeecke, atque imprimis hoc Begginagium in hoc circuitu comprehenſum eſt. Poſtmodum Eccleſia S. Catharinæ, quæ ſolummodo fuerat Capella, in gratiam civium fuit in Parochiam erecta.

CAPUT LIX.

Guido de Dampetra Comes Flandriæ confirmat anno 1293 Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Inſulis acquiſitionem Decimæ de Bixſchote, quæ eſt Parochia Diœceſis Iprenſis.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis

NOs Guido Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis notum facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod cum Johannes de Mortagne Miles Dominus de Spiere noſter fidelis, tenens decimam de Bethſcotte à Nobili Domina Aelide de Ghinnes uxore quondam Domini de Malignes tenente eam à nobis in feodum, de voluntate & aſſenſu ipſius Dominæ & noſtris expreſſis, ipſam decimam cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis vendidit venerabilibus viris Decano & Capitulo Eccleſiæ ſancti Petri Inſulenſis, & ipſam decimam Magiſtro Willelmo De Foſſa Canonico & Procuratori dictæ Eccleſiæ nomine ipſius Eccleſiæ recipienti deliberaverit & ipſum inveſtiverit bene & legitime de eâdem; adhibitis ſuper hiis omnibus ſolempnitatibus, quas tam jus ſcriptum quam conſuetudinarium in talibus præcipit. Nos quidquid de prædictis factum eſt, ratum & gratum habemus, & tanquam Dominus terræ laudamus & etiam approbamus volen-

volentes & concedentes quod dicta Eccleſia dictam decimam cum omnibus juribus ſuis & pertinentiis prædictis in perpetuum poſſideat & teneat ab omni onere & ſervitio feodali liberam & exemptam.

In cujus rei teſtimonium & munimen præſentes Litteras præfatæ Eccleſiæ concedimus Sigilli noſtri appenſione munitas.

Datum anno Domini M. C. C. XCIII, Menſe Novembri.

CAPUT LX.

Joannes Dominus de Berlaer reſtituit & confirmat anno 1294 Abbatiæ Vallis Roſarum, Monialium Ordinis Ciſtercienſis juxta Mechliniam, Decimam in Parochia de Geel, quod eſt Municipium Campiniæ ſub Diœceſi Buſcoducenſi.

Ex Archivis Capituli Gelenſis.

UNiverſis præſentes Litteras viſuris & audituris, Nos Joannes De Baerlaer (1), & Nos Joannes primogenitus ejus Dominus de (2) Neekerpoel & Ægidius Fratres dicti Domini Joannis liberi ſalutem, & rei geſtæ cognoſcere veritatem.

Attendentes, quod vita hominis labilis eſt, & ab injuriis & injuſtè acquiſitis vel habitis pium eſt fugere, & injuſta non fovêre, imo ab eis pium eſt abſtinêre; eos igitur Deum habentes præ oculis, omnes decimas, quas conjunctim vel diviſim infra Parochiam de (3) Geel in quibuſcumque limitibus dictæ Parochiæ exiſtentes tam in veteribus quam in novalibus recipere conſuevimus & minus juſtè, ad opus Religioſarum mulierum Abbatiſſæ & Conventûs (4) Vallis Roſarum Ciſtercientium Ordinis Cameracenſis Diœceſis per præſentes nomine reſtitutionis & in eleëmoſinam puram reſtituimus (5) tam in præſenti, quam in futuro in remedium omnium peccaminum noſtrorum Prædeceſſorum, & noſtrorum, omneſque decimas ad culturam jam redactas vel in futurum redigendas jam reſtituimus, in præmiſſis, omneque jus, ſi quod habuimus vel habere potuimus in quacumque ſpecie per præſentes reſignamus;

Reſignantes & renunciantes omnibus exceptionibus doli mali, læſionis, deceptionis & omnibus aliis exceptionibus, quæ nobis prodeſſe poſſent & dictis Religioſis obeſſe, coram Nobilibus & aliis Hominibus noſtris Feudalibus; videlicet Domino Henrico Domino de Geel, Ludovico & Raſone Fratribus noſtris, Domino Ægidio dicto de Lare Milite, Waltero dicto de Poederle fratribus liberis Adeliſiæ de Geel, teſtibus ad hoc vocatis.

Promittentes expreſſè & tacitè debitam warandiam & conſuetam dictis Religioſis ſupra dicta reſtitutione & eleëmoſina contra quoſcumque. Ita quidem, quod ſi quid in præmiſſis defecerit, promittimus pro nobis & noſtris Succeſſoribus & tenebimur dictis Religioſis fideliter adimplere.

In cujus rei teſtimoniom præſentes Litteras noſtris propriis Sigillis ac ſigillis dictorum Nobilium & Hominum noſtrorum Feudalium Sigilla habentium duximus roborandas, rogantes eoſdem, ut Sigilla ſua præſentibus apponant in rei geſtæ memoriam & munimen.

Et nos Henricus Dominus de Geel, Ludovicus & Raſo, Ægidius & Walterus prædicti ad petitionem & inſtantiam Domini Joannis & Ægidii prædictorum Sigilla noſtra præſentibus appoſuimus in teſtimonium præmiſſorum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto, in vigilia Nativitatis Domini.

(1) BERLAER, Parochia Diœceſis Antverpienſis, ſub Decanatu Lirano.

(2) NEEKERSPOEL, olim Parochia ſita ad portas Urbis Mechlinienſis, modo tantùm appendix eſt Parochiæ SS. Petri & Pauli ibidem.

(3) GHELA, primarium Campiniæ Brabantinæ municipium, ſub Diœceſi Silvæducenſi; ludo ſuo litterario non minus quam cultu & miraculis B. Dymphnæ famoſum, cujus interceſſione plures ibidem à morbo amentiæ liberantur.

Eſt illic etiam Eccleſia Collegiata cum Capitulo 12, aſt nunc 8 Canonicorum in honorem ejuſdem S. Dymphnæ anno 1562 erectum. Vide Diploma apud Miræum pag. 327.

(4) VALLIS ROSARUM, vulgo *Roofendael*, inſignis Abbatia Monialium Ciſtercienſium, ad Netham fluvium, primo à Mechlinia lapide.

(5) RESTITUIMUS. Rectè quidem; nam anno 1227 Ægidius de Berthaut Decimas de Berlaer & Gheele Abbatiæ Vallis Roſarum donaverat, ubi filiæ ejus Religioſum habitum ſuſceperant. Vide hujus Doni Tabulas apud Miræum pag. 744.

CAPUT LXI.

Commendator de Pitzembourg, Ordinis Theutonici Mechliniæ, anno 1296 per Tabulas emptionis-venditionis acquirit à Ludovico de Berthaut, ex DD. Mechlinienſibus oriundo, Decimas in Parochiis de Wavera B. M. V. & S. Nicolai, nunc vulgariter Putte, in Diœceſi Mechlinienſi.

Ex Cartulario Commendatoriæ de Pitzembourg.

Niverſis præſentes Litteras viſuris aut audituris, Ludovicus Berthoudt, Miles, germanus Viri Nobilis Domini Joannis Berthoudt ſalutem, cum notitia veritatis. Noverint univerſi me legitimè vendidiſſe Viris Religioſis Commendatori & Fratribus Domûs Teutonicæ in Mechlinia decimam meam omnem ſitam in Parochiis Stæ. Mariæ & Bti. Nicolai in Wavria in locis fructuoſis humidis & aquoſis & minus utilibus, cum omnibus appenditiis juribus & pertinentiis ejuſdem, nihil nobis in eadem juris reſervato, pro mille & centum & quinquaginta libris uſualis monetæ nunc communiter currentis. Tali appoſitâ conditione, quod Ego in propriis laboribus & expenſis Litteras permiſſionis & conſenſûs Reverendi Patris noſtri Domini Epiſcopi Cameracenſis (à quo dictam decimam nos & progenitores noſtri hucuſque tenemus in Feudo, & tenemus unà cum Litteris germani mei Domini Joannis Berthoudt prædicti) procurabo quod decimam ad manus jus & proprietatem dictorum Religioſorum & Fratrum dignetur donare ſimpliciter & pleno jure, ſub annuo ſcilicet duodecim denariorum uſualis monetæ communiter currentis dicto Domino Joanni Berthoudt annis ſingulis perſolvendis. Qui dictos Religioſos Commendatorem & Fratres tenebitur contra quoſcumque de homagio defenſare per omnia & tueri; prout in Litteris ſuper hoc confectis pleniùs eſt expreſſum.

Cum omnia & ſingula prædicta in brevi temporis ſpatio propter abſentiam Reverendi Patris noſtri Epiſcopi Cameracenſis, & defectus alios occurrentes nequeo perducere ad effectum, & mora periculum ad ſe trahat, recognoſco publicè & proteſtor, dictam decimam ſitam in Parochiis ut ſupra dediſſe in manus dictorum Religioſorum Commendatoris & Fratrum ad ſex annos immediate à data præſentium ſubſequentis, & reſignaſſe pure ſimpliciter & præciſè cum omni uſufructu & appenditiis & pertinentiis ejuſdem, prout ipſe hactenus poſſedi pro trecentis libris uſualis monetæ nunc communiter currentis; & profiteor præſentibus præſtando.

Quod dicti Religioſi Commendator & Fratres de dictis treecntis libris centum libras denariorum bonorum & legalium nec integraliter perſolverint in parata pecunia mihi numerata & aſſignata, cum quibus centum libris dictam decimam meam redemi & quitavi de manibus omnium quibus dicta decima per me fuit obligata, ipſam decimam dictis Religioſis Commendatori & Fratribus ad dictos ſex annos ſine omni impedimento liberam & abſolutam cum omni uſufructu aſſignando ſupportavi & ſupporto.

Renuntians in omnibus ſupradictis exceptioni non numeratæ non traditæ non aſſignatæ pecuniæ, doli fori, conditioni, læſioni qualibet ſine cauſa actioni & exceptioni in Fratrum privilegio Litteris impetratis vel impetrandis, omnique alii beneficio vel auxilio Juris Canonici vel Civilis, quod contra præmiſſa vel aliquo præmiſſorum poſſet aliqualiter ſuffragari.

Promittens eiſdem Religioſis per ſolemnem ſtipulationem omnia & ſingula præmiſſa rata habere, tenere, non contra facere vel venire per me alium vel alios, ullo ingenio ſeu cauſa. Renunrians inſuper beneficio ſpecialiter Juribus illius quando concedit reſcindi venditionem, ſi deceptus fuit venditor ultra medietatem juſti pretii, vel ſupplere quod deeſt de juſto pretio ab emptore, nec non beneficio in integrum reſtitutionis.

Item quandocumque Litteras ſuper contractu dictæ decimæ meæ dictis Commendatori & Fratribus ad ſex annos expoſitæ ſive datæ, prout ſuperius eſt expreſſum, confectas eiſdem Religioſis Commendatori & Fratribus tradiderint, Sigillis virorum nobilium Domini Joannis & Domini Raſſonis Cantoris Eccleſiæ Antverpienſis, fratrum meorum, Domini Florentii, Domini de Berlaer, Joannis Domini Mechlinienſis, Joannis cognati mei Domini do Neckerſpoele dicti Berthoudt, unà cum Sigillo meo proprio ſigillatas, iidem Commendator & Fratres ducentas libras reſiduas mihi perſolvere tenebuntur, & perſolvent ad plenum ſine contradictione qualibet & protractione.

In his omnibus & ſingulis dictis Religioſis Commendatori & Fratribus à me & Succeſſoribus meis fideliter obſervandis, Ego Ludovicus Berthoudt Miles promitto bonâ fide dictos Commendatorem & Fratres contra quoſcumque warandire & indemnes obſervare.

In cujus rei firmitatem & teſtimonium omnium præmiſſorum, feci conſcribi præſentes Litteras & dedi eas dictis Religioſis Commendatori & Fratribus propriu Sigilli mei munimine roboratas.

Actum ac datum anno Domini M. C. C. nonageſimo ſexto, in feſto Nativitatis Sti, Joannis Baptiſtæ.

Extant etiam in Notitia Marchionatûs S. R. I. authore Barone le Roy pag. 251 duo Diplomata Flandricè data anno 1304 & 1314, quibus Henricus de Berthaut, Dominus de Duffel haſce Decimas primò vendit Geldolpho Mertens Civi Bruxellenſi, atque hic tranſfert eaſdem ad Commendatorem de Pitzenbourg.

CAPUT LXII.

Guido de Collemedio, Cameracenſis Epiſcopus, Privilegia largitur Abbatiæ Ninovienſi Ordinis Præmonſtratenſis in Flandria, anno 1300.

GUido miſeratione divinâ Cameracenſis Epiſcopus, dilecto filio Abbati Monaſterii Ninivenſis Præmonſtratenſis Ordinis, noſtræ Cameracenſis Diœceſis, ſalutem in Domino.

Cum Vobis & veſtris Succeſſoribus à Sede Apoſtolicâ ſit elementer indultum, ut in Parochialibus Eccleſiis quas tenetis, liceat vobis tres aut duos de Canonicis veſtris ponere, quorum unus Epiſcopo præſentetur, ut ab ipſo animarum Curam ſuſcipiat, & eidem de ſpiritualibus, vobis vero de temporalibus reſpondeat, & ut tales Canonici in hujuſmodi Eccleſiis conſtituti & poſiti, ſorte delinquentes, ad clauſtrum ſuum receepturi Ordinis diſciplinam, revocari per vos poſſint cum expedierit, & aliis Cura hujuſmodi committi, ac etiam ne pro relaxandis excommunicationum ſententiis promulgatis, ab ipſis pœnæ pecuniariæ exigatur.

Et cordi noſtro inſideat, ſubditos noſtros, & ſpecialiter Regularem vitam Profeſſos, in ſuo jure conſovêre, & eiſdem paternâ ſollicitudine ſuper hoc providêre; nulli ſubditorum noſtrorum licêre decernimus, fructus ſeu proventus hujuſmodi Eccleſiarum, cum vacaverint, pro tempore ipſius vacationis, ſeu pecuniam pro iiſdem, vel pro relaxandis hujuſmodi excommunicationum ſententiis exigere à vobis vel extorquere, ſeu etiam hujuſmodi delinquente in locis hujuſmodi, in quibus nequeunt abſque ſcandalo & Eccleſiarum diſpendio commorari, retinere, ſeu vobis ſuper hujuſmodi revocatione, ac etiam aliorum à Vobis præſentatorum in ipſis Eccleſiis inſtitutioni obſiſtere; imo volumus omnia & ſingula præmiſſa vobis & veſtris Succeſſoribus, à nobis noſtriſque Succeſſoribus firma & illibata obſervari.

In quorum teſtimonium & munimen, Sigillum noſtrum præſentibus Litteris eſt appenſum.

Datum apud Caſtrum in Cameraceſio, anno Domini milleſimo trecenteſimo, Dominicâ poſt Octavas Trinitatis.

CAPUT LXIII.

Joannes Comes Namurci benefacit anno 1302 Abbatiæ Floreffienſi Religioſorum Præmonſtrateuſium, ad Sabim fluvium; initâ cum eis permutatione ſylvarum, terrarum &c.

Ex Cartulario Abbatiæ Floreffienſis.

NOus Jehans fils au Comte de Flandres, Cuens de Namur, à tous ceaus qui ces preſentes Letres verront, ſalut & counoiſſance de veriteit.

Com enſy fuiſt, que nous ewſſiens de nôtre propre gietage do co Conteit de Namur bois, com diſt le foreſt, giſant entre Floreffe-le-Ville & le bois de l'Egliſe de Floreffe, come diſt le Foreſtelle, & ewiſſiens le bounée haye joindant à dit bois, & ewiſſiens encore bois de Teys Wanbeſtak, com appelle Osgimont, ens eſquels bois li borgois de Floreffe ont le mort-bois; Nous vonlons que teus faichent, que nous les trois pieches de bois devant nomées, tous enſy come ledit bois s'eſtendent en lonc & en large, & tous en ſi com nous les teniens & aviens tenu, & nôtre Anticeſſeur prediſt, nous & tout chou ſy y parteuoit ou parteuir devons par droit à nous & à nos Succeſſeurs après nous, par le raiſon de tenures deſdits bois, ſens riens à retenir en feus ne en compte, fors noſtre haulte Juſtice, avons donneit & donons gietablement par loyal deſſange & par droite permutatien, as honnorables Religieux nes bons

amys en Dieu, l'Abbeit le Covens de l'Egliſe de Floreffe, à tenir, à uſeir, à faire lor volonteit & lor proffit à toujors, ſens nul rapail de fait ne de droit après.

Et ſavoir eſt, ke pour les trois pieches de bois devantdites, li Abbés & li Covent de Floreffe devantdit nous ont rendut & donneit par loyal deſſeange, & pour le proffit de lor Egliſe & de nos, tout chon kils avoint en la Ville de Marche-ſur-Meſe*, en moulins, en ſaymes, en ewes, en aveinne, en feun, en deniers & rentes, en bois; Auquel bois li meſurer de l'Egliſe de Floreffe demorant à Marche, ont le Mort-bois, & en tout autres choſes; foiſmis le Hoſtelerie* de Marche & tous les biens apartenans à laditte Hoſtellerie, & foiſmis quattre muys de moutures de li Moulins, ke jadis fut l'Egliſe de Floreffe doit perpetuement, à ſçavoir cehacun an à l'Hoſtellerie de Marche pour les pauvres, & deux muys cehacun an à la tierre de Bormines pour viſiteir les malades & pour dire aucune fois la Meſſe à dit lieu.

* Marche-ſur Meuſe, Parochia Diœceſis Leodiens.

* Latinè Hoſpitale.

Lequel Hoſtelerie & tout les biens à ly apartenans li Abbé & li Covens devantdit ont retenus entierement à manebournie & à tenir ainſi com ils ont fait & ſi long-tems come on ſeit parlier.

Encore li Abbé & li Covens devantdit nous ont donneit en ladit deſſeange dys muys de Spiate yretable, ke Frankins Gielemont, fils jadis, à Monſeigneur Wautier de Gielemont lor devoit cehacun an perpetuelement ſor cinck boniers dalnes giſans entre Spices & Gielemont, ſi com illes apert par Lettres dechon faites, leſqueles ils nous ont bien delivrées.

Et encore: pour ledit deſchange à parfaire nous ont donneis li Abbes & li Covens devantdit un pieche de bois tenant cinck boniers & quattre-vins verges, joindant à notre bois de Templues, com diſt la fays, & vat à . . . . eſchans de Jodion, & par chon kils faut encore à parfaire aucune choſe deſdits deſſeanges, ſi come de VII. bonniers de bois, ou la entour, li l'Abbé & li Covens de Floreffe rendront à nous, & à nos Succeſſeurs après nous, yretablement cehaſcun an à jor St. Jean Baptiſte douze ſols de tournois en monoye availlent, en nom kils tiennent de nous par cens toutes les pieches de bois devantdites.

Et volons encore, ke tous li bois deſeurdit, & li bois de l'Egliſe de Floreffe, com dit le Foreſtelle, remagnent ès amendes telles, com il ſont notre bois en la Conteit de Namur, y peuvent li Abbés & li Covens avantdit mettre & oſteir Foreſtier à lor volonteit, pour leſdits bois foire wardeir, ſi com à lor bon geitaige;

Et pourtant kils n'ont point de haute Juſtice eſdit bois, li Abbés de Floreffe preſenterat ſon Foreſtier à Mayeur & à Echevins de Floreffe, qui me li poront contredire, & li feront faire ſairment pardevant ceaus, & jugeront à ſon raport les amendes deſdits bois en telle maniere, qu'ils jugent des meffaits de nos autres bois, & pour chon que nous ferons les amendes en venir par notre Juſtice nous en avons le moitié.

Et pour chon ke toutes les choſes deſeurdites ſeient à toujours fermes & eſtables, nous avons ces preſentes Lettres données à l'Abbés & Covens de Floreffe devantdits, & ſaiellié de notre pro-Saiel en temoignage de veriteit.

Faites l'an de grace M. C.C.C. II. le jor St. Nicolas, au mois de Decembre.

Henricus Comes Namurcenſis, anno 1152 confert Gerlando Abbati Floreffienſi Ordinis Præmonſtratenſis in Namurceſio, Eccleſiam B. M. V. de Leffia, ad Moſam fluvium, in ſuburbio Dionantenſi, ad inchoandum ibidem ejuſdem Præmonſtratenſis Inſtituti Cœnobium.

Ex Cartulario Abbatiæ Floreffienſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Henricus Dei gratiâ Comes Namurcenſis, aliquando audiens à nonnullis prædicatoribus verbi Domini, *ut qui vult eſſe perfectus, omnia ſua vendat & eum ſequatur*, tanquam homo ſecundum carnem vivens, & non quæ Dei, ſed quæ ſunt carnis ſapiens, hunc ſermonem mihi ſanè durum & cordi meo non bene cedentem capere non potui, aliamque ſalutis viam non adeo anguſtam, in ſemine ſcilicet eleëmoſinarum eſſe didici.

Hanc ergo ſine grandi difficultate me poſſe tenêre videns: quippe gratiam ſuam ſatis abundanter dederat Deus, unde eleëmoſinas facere poſſem, aliquam bonorum meorum portionem, quæ de manu Regis in feudum teneo, Deo dedicare diſpoſui, & qui eandem portionem ad uſus ſuos à me ſuſciperent, Fratres in Eccleſia Beatæ Mariæ de (1) Leffia & (2) Floreffia in heredes mihi adoptavi.

Unde notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Eccleſiam Sanctæ Mariæ quæ Leffe vocatur, in ſuburbio (3) Dionantenſi ſitam, quam de manu Regis in feudum teneo, præfatæ Eccleſiæ & ejus Abbati (4) Gerlando viro venerabili, conſilio meorum Hominum tradidi. Et quidquid ad Præpoſitum & Cuſtodem vel ad cæteros Canonicos pertinebat; ſcilicet oblationes Altaris, & Præbendarum reditus, quos dare ſolebam, manui præfati Abbatis conceſſi.

Tali videlicet conditione, ut Fratres ſuos eidem Eccleſiæ præficeret, ſecundum Regulam Beati Auguſtini ibidem Deo militantes.

Præterea villam quæ dicitur Obays (5), quam mihi modo de manu Regis teneo, & de me Theodoricus de Fein tenebat, Eccleſiæ Floreffienſi contuli in quietam ac legiti-

mam

mam poſſeſſionem, ad uſus Fratrum ibidem ſervientium, cum omni integritate ſua, videlicet in Eccleſiis, in decimis, in agris, culturis, cultis & incultis, ſylvis, pratis, paſcuis, & aquarum decurſibus, molendinis, & cæteris rebus eidem poſſeſſioni ſubditis.

Siquidem idem Theodericus in præſentia Parium ſuorum ipſam villam mihi reddidit & guerpivit, & guerpitam ſibi adjudicari protulit, & me cum eo tradente Eccleſiæ Floreffienſi contradidit; ita duntaxat, ut hii qui hominium præfato Theoderico fecerant, feodos ſuos de manu Abbatis Floreffienſis, ſi vellent repetere, liceret & accipere; ſin autem, Eccleſia ut ſuum illud etiam poſſideret.

Item Baldericus de Fontenes de familia mea, allodium quod tenebat in villa quod dicitur Marka,* quæ eſt ſupra Moſam, in mano mea cum omni integritate ſua poſuit, & petitione ejus ſæpe-memoratæ Eccleſiæ perpetuo concedendum contradidit.

* Vide Cap. præced.

Verumtamen ſuper hoc & ſupra memoratis dignitatem Advocatiæ mihi retinui.

Has itaque Traditiones legitimè factas, Eccleſiæ Advocatus manu propriâ ſupra Altare Beatæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ poſui, & in rem ejuſdem Eccleſiæ redegi.

Cujus rei Teſtes, quo modo hoc ordine geſta ſit, viri affuerunt Nobiles, ad teſtificandum ſatis idonei; quorum ſunt hæc nomina.

Albertus Præpoſitus,
Giſelbertus Cuſtos,
Thiebaldus,
Franco,
Adelhardus, Canonici Stæ. Mariæ in Leſſe.
Comites: Henricus de Rupe,
Albertus de Kine,* * Puto Chiney.
De liberis, Cono de Ham,
Theodoricus Deffen,
Godeſchalcus de Dompierre,
Godefridus d'Orbay,
Guilbertus de Gilbertzeis, cum Fratre ſuo Gerardo,
Godefridus de Warthé,
Godeſchalſcus de Floriſul,
Anſelmus de Huneffe,
Engelbertus de Schottier.
De Familia: Robertus de Valle,
Godefridus de Friſſi,
Balduinus de Horé,
Warnerus de Daſis cum Fratre ſuo Godeſchalco,
Paulus de Bolein,
Engo de Kempius,
Henricus de Hannez,
Samſo de Dinant,
Wiricus de Floreffia.

Actum eſt hoc tum rationabile ioſtitutum, Deo annuente approbatum, & conſignatum anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo, Indictione quintâ, Papæ Eugenii anno octavo, regnante Rege Frederico, anno regni ejus primo, præſidente Cathedræ Leodienſis Epiſcopatûs Henrico anno ſeptimo.

Qui hæc in pace conſervaverint, Dei gratiam mereantur, & in libro vitæ conſcribantur. Qui vero infringere voluerint, iram tremendi judicis, niſi reſipuerint, incurrant. Fiat, fiat. Amen.

(1) Leffia; locus in ſuburbio Dionanti ad littus Moſæ ſitus, quem primum ſacræ Virgines incoluerunt; tum Clerici ſeu Canonici ſæculares, uſque ad annum 1152 quo Gerlandus Abbas Floreffiæ hunc locum ſuo Monaſterio comparavit, eumque ſuis alumnis inſtruxit, vitam acturis ſub arbitrio Floreffienſis Abbatis; donec ſub annum 1200. Joannes V. Abbas Floreffiæ Leffiam á propriis Abbatibus regi voluit. Eſt hæc Abbatia Diœceſis Leodienſis.

(2) Floreffia, primum in Belgio, ac tertium totius Ordinis Præmonſtratenſis Cœnobium, ad dexteram Sabis ripam, duabus ab Urbe Namurcâ Leucis Fundatores habuit Godefridum Comitem Namurcenſem & Ermenſendem ejus conjugem anno 1121. Primus Abbas fuit Beatus Richardus, unus è præcipuis S. Norberti Diſcipulis.

(3) Dionantum, Oppidum eſt Diœceſis Leodienſis ad Moſam fluvium, in quo eſt Eccleſia Collegiata Canonicorum B. M. V, pluraque alia Monaſteria. De famoſo olim ejus ponte vide Diploma apud Miræum pag. 267.

(4) Gerlandus, tertius Abbas Floreffienſis.

(5) Obays, Parochia Diœceſis Namurcenſis, ſub Decanatu Acediano. Jus Patronatûs ibidem habet Abbas Floreffiæ.

CAPUT LXIV.

Joannes de Arckel Leodienſis Epiſcopus, confert Præpoſituram Eccleſiæ Sancti Rumoldi Mechliniæ anno 1378.

Ioannes Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Leodienſis, dilecto nobis in Chriſto Sygero de Novo-Lapide, noſtro Canonico Leodienſi & Conſiliario, ſalutem in Domino.

Grata ſervicia, quæ nobis haſtenus & Eccleſiæ noſtræ fideliter impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, Litterarum quoque ſcientia, & alia probitatis tuæ & virtutum merita, quibus perſonam tuam novimus inſigniri, Nos inducuot, ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

Cum igitur, ſicut accepimus, Præpoſitura Eccleſiæ S. Rumoldi Machlinienſis, Cameracenſis Diœceſis, aliàs Abbatia ſæcularis nuncupata, quæ inibi Dignitas principalis ſine cura exiſtit, conſueta per Canonicum Leodienſem dumtaxat gubernari, vacet ad præſens per obitum Martini Bencii Canonici Leodienſis, in partibus & extra Romanam Curiam defuncti; ipſiuſque Præpoſituræ Collatio ad Nos pleno Jure noſcitur pertinere;

Nos Præpoſituram, ſicut præmittitur, aut aliàs quovis modo vacantem, tibi conferimus, & de illa etiam in nomine Domini providemus, inveſtiteotes te traditione præſentium de eadem.

Acta ſunt hæc Leodii in Palatio noſtro, ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octavo, Menſis Maii die ſecundâ, præſentibus ibidem Venerabilibus Viris Dominis Herbonn de Donck Theſaurario Eccleſiæ beatæ Mariæ Trajectenſis, Conrardo de Duel Canonico & Sigillifero Leodienſi, noſtris Conſiliariis; Johanne de Werna & Wilhelmo de Mokenborch Presbyteris, noſtris dilectis familiaribus, teſtibus ad hæc vocatis.

In quorum omnium teſtimonium, Sigillum noſtrum majus præſentibus apponi mandavimus.

Præpoſitura Eccleſiæ S. Rumoldi Mechlioiæ, dignitas olim preclara & opuleota, ſolebat non niſi Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis conferri, ut patet tum ex hoc Diplomate Joannis de Arckel Leodienſis Epiſcopi; tum etiam ex altero quod apud Miræum extat in nova Editione Operum Diplomat. pag. 1019. quo Ludovicus Comes Flandriæ teſtatur in venditione Oppidi Mechlinienſis ſibi factâ reſervatam fuiſſe Epiſcopis Leodienſibus Collationem Præpoſituræ S. Rumoldi Mechliniæ; anno 1333

Inter hoſce antiquos Præpoſitos fuerunt plures dignitate ac nobilitate eminentes: tres etiam S. R. E. Cardinales, videlicet *Guilielmus de Croy* Archiepiſcopus Toletanus & Cameracenſis Epiſcopus, *Guilielmus Enckevoort*, Epiſcopus Ultrajectinus ac Dertbuſanus, & *Antonius Perrenot*, Epiſcopus Atrebatenſis, & primus Archiepiſcopus Mechlinienſis, horumque Præpoſitorum ultimus. Siquidem hinc Præpoſitura illa, cum omnibus præeminentiis ſuis unita fuit Menſæ Archiepiſcopali Mechlinienſi, per Bullam Pii IV Pontificis quæ extat apud Miræum Tom. I. pag. 610.

Quæ verò nunc extat Præpoſitura, de novo erecta fuit anno 1643 per Decretum Archiepiſcopi *Jacobi Boonen*, (quod ſupra retuli pag. 271.) fuitque primus Præpoſitus *Johannes Wachtendonck*, dein Epiſcopus Namurceoſis, & Mechlinienſis Archiepiſcopus.

Porrò Juramentum per antiquos Præpoſitos præſtari ſolitum, erat hujus tenoris.

Ego N. Præpoſitus Eccleſiæ S. Rumoldi Machlinienſis, Cameracenſis Diœceſis, juro ad hæc ſancta Dei Evangelia, quod ero fidelis dictæ Eccleſiæ, & ejus Decano & Capitulo: & eandem Eccleſiam & ejus jura ab injuriis & moleſtiis pro poſſe, cum exacta diligentia fideliter defendere, & in proſecutione jurium & injuriarum hujuſmodi duplicem portionem Canonicalem ſolvere, nec non dictis Decano & Capitulo reverentiam impendere & honorem; conſuetudines & Statuta dictæ Eccleſiæ obſervare. Sic me Deus adjuvet &c.

CAPUT LXV.

Joannes de Heynsbergh Leodienſis Epiſcopus confirmat anno 1419 fundationem Monaſterii S. Urſulæ, Virginum Ordinis S. Auguſtini, Lovanii, ad plateam dictam de Half-ſtraete, *inchoatam per Eliſabetham de Weſel viduam Henrici de Duysborch; ſub cura Prioris de Bethleem, prope Lovanium.*

Ex Archivis Monaſterii.

JOannes Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Leodienſis, & Comes Loſſenſis, univerſi Chriſti fidelibus ad quos præſentes Litteræ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam.

Salvator noſter Dominus Jeſus Chriſtus adeo caſtitatem amplectitur & exaltat, ut nedum Virgines ſed & caſtæ mulieres & viduæ ſibi Sponſo Virginum præſtent in Domino famulatum, quas ad cæleſtia regna conſtat poſſe miſericorditer pervenire.

Sanè dilecta nobis in Chriſto Domicella Elizabeth, relicta Henrici quondam dicti de Duysborch, filia quondam Franconis de Weſele commorans Lovanii noſtræ Diœceſis Leodienſis, Spiritu Dei ducta terrena cupiens in cæleſtia, & tranſitoria felicitèr in æterna commutare, quandam Domum cum curtibus & vineis, cæteriſque ſuis appenditiis ac pertinentiis univerſis ad ipſam Elizabetham pertinentibus & ſpectantibus, prout ſituata eſt Lovanii prædictæ noſtræ Diœceſis in platea dicta *Half ſtraete* inter bona Reyneri quondam de Winghe, & bona Zegheri vander Baſdonck, ad honorem Omnipoteotis Dei, glorioſæ Virginis Mariæ Matris ejus, nec non SS. Undecim Millium Virginum ob ſalutem animæ ſuæ, ac parentum, amicorum, & benefactorum ipſius, ut in eadem domo cum ſuis pertinentiis, & appenditiis Sorores ſub ritu probati Ordinis Sti. Auguſtini Canonicorum Regularium recipiantur, & ibidem vir-

rum Domino famulentur, redditibus proventibus & emolumentis ex eadem Domo, & ejus pertinentiis proventuris, ac aliis bonis, ipſis Sororibus à Deo & Chriſti fidelibus collatis, & fortaſſe conferendis, in communi utantur. & vivant, in puram eleëmoſynam, per modum teſtamenti ſui & ultimæ ſuæ voluntatis legavit, & jure legali perpetuo reliquit, ac cedere voluit; prout hoc latius in quodam publico Inſtrumento non vitiato, ſed ſano & integro deſuper confecto, ſigno ſolito Joannis Maldeman Colonienſis Diœceſis Lovanii commorantis publici Imperiali authoritate & Curiæ Leodienſis Notarii ſignato, manuque alterius ſcripto dicitur contineri.

Ad hunc finem, ut eædem Sorores & aliæ conſimiles ac ſequaces manuum ſuarum laboribus ac aliis bonis prænotatis in communi ſub Regula B. Auguſtini prædicta vivant & Deo Omnipotenti ſub clauſura perpetua religioſè famulentur.

Quam ob rem pro parte prænominatæ Domicellæ Elizabeth, nec non Margaretæ Scerpinge, Elizabeth Gbelinges Trajectenſis, Catharinæ vander Meer, & Margaretæ Deckers, ac Catharinæ Vranckx Sororum, noſtræ Diœceſis Leodienſis, quibus prædicta Domus cum ſuis pertinentiis ad prædicta exequenda collata narratur, quam aliarum babirum & Ordinem ſubnotatos in futurom aſſumpturarum nominibus, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus piæ devotioni ipſarum annuere, & domum prælibatam cum ſuis appenditiis & pertinentiis in Domum Conventualem erigere, ipſiſque Sororibus prædictis & ſuis conſimilibus ac ſequacibus Capitulum culparum, & alia Religioni congrua ſervare, Oratorium & Cimiterium pro eiſdem, ac illis qui fuerint de gremio & familiaribus earundem & ſequacium infra ſepta dictæ Domûs conſecrari facere, ac ſub Regulari obſervantia Ordinis Sti. Auguſtini ſub perpetua clauſura vivere, & in eodem Ordine licitè profiteri valeant; quemadmodum Sorores noſtræ Horti S. Agnetis Virginis Ordinis S. Auguſtini Oppidi Thenenſis infra Parochiam B. Germani, nec non Sorores in Oppido Venlonenſi infra Parochiam Sti. Martini ejuſdem noſtræ Leodienſis, à Prædeceſſoribus noſtris gratioſè dudum ſuſcipere meruerunt, licentiam & authoritatem impertiri vellemus & dignaremur.

Nos igitur Religionem prædictam in dicta noſtra Diœceſi temporibus noſtris augere deſiderantes, & ob hoc hujuſmodi ſupplicationibus favorabiliter inclinati Domum prædictam cum univerſis ſuis pertinentiis & appenditiis in Conventualem Domum omnibus modo jure & formâ quibus melius poſſumus, Authoritate noſtrâ pontificali per præſentes erigimus, præfatiſque Sororibus, ac ſuis conſimilibus ac ſequacibus ut Capitulum culparum & alia Religioni congrua ſervare, Oratorium & Cimiterium, ut præfertur, pro ipſis & illis qui de gremio ac familia earundem fuerint infra hujuſmodi ſepta domûs prædictæ conſecrari facere,

Habitumque Ordinis prædicti & ſub perpetua clauſura, aſſumere, & quod in eodem Ordine ſub Regula prædicta quemadmodum præfertur, profiteri valeant, Authoritatem & licentiam tenore præſentium concedimus, & impertimur.

Præcipientes nihilominus prædictis Sororibus ac ſuis ſequacibus, quod pro conſervatione vitæ ſpiritualis Priorem Monaſterii de Bethlehem prope Lovanium Ordinis Sti. Auguſtini Canonicorum Regularium pro tempore exiſtentem, in Superiorem Viſitatorem habeant. Prior de Bethlehem prope Lovanium ſtatuitur Viſitator.

Ad quem inveſtituram & clauſuram perſonarum dictæ Domûs volumus pertinere, ſeu ad alium ejuſdem Ordinis, cui duxerit committendum.

Cui & nos de uberiori dono gratiæ Authoritem concedimus, prædictas Sorores ſingulis annis tam in capite quam in membris cum ſocio Religioſo viſitandi, defectus & exceſſus corrigendi, Ordinationeſque & Statuta ſalubria ſecundum ſtabilimenta Ordinis S. Auguſtini prædicti condendi, Prælatamque cum conſilio ſanioris partis dicti Conventûs conſtituendi, & deſtituendi, ſimiliter Confeſſorem, ſeu Confeſſores bonæ famæ ponendi, ſeu etiam ſi neceſſe fuerit deponendi cum conſilio ſanioris partis dicti Conventûs. Qui dum conſtituti fuerint, eaſdem Sorores & earum familiares, auditis earundem confeſſionibus etiam in caſibus nobis reſervatis in foro conſcientiæ de peccatis ipſis confeſſis abſolvere, & pœnitentiam ſalutarem eis injungere.

Miſſas, & alia divina Officia etiam in Altari portatili conſecrato, campanarum pulſu nihilominus adhibito celebrare, ſeu per alium celebrari facere, Sacrameota quoque Eccleſiaſtica, videlicet Sanctæ Euchariſtiæ, & extremæ Unctionis, & Sepulturam Eccleſiaſticam adminiſtrare, aquam benedicere, & verbum Dei prædicare valeat.

Interim etiam quando dictæ Sorores ad dictam Religionem aſſumendam ſe diſpoſuerint, quoties oportunum fuerit in prædictis plenam ac liberam per præſentes concedimus eis facultatem, juribus Matricis Eccleſiæ Beatæ Gertrudis Virginis Oppidi Lovanienſis prædicti ſalvis ſemper & illæſis permanentibus.

Volumus inſuper, & mandamus prædictis Sororibus, & aliis dictum babitum ſub Ordine & Regula prædictis in futurum aſſumpturis, quod pro Horis Canonicis more Sororum prædictarum incluſarum Horti S. Agnetis in Thenis, cerrumnumerum de Oratione Dominica vel curſum Beatæ Mariæ Virginis dietim perſolvant, ac ſuarum manuum laboribus & aliis bonis præmiſſis ſuſtententur.

Quodque prædicto Priori pro tempore exiſtenti Viſitatori, tanquam Nobis in omnibus licitis & honeſtis obediant, ipſiuſque mandatis & præceptis pareant, concedentibus eidem Viſitatori dictas Sotores per Cenſuras Ec-

cleſiaſticas noſtrâ Authoritate compellendi & cómpeſcendi.

Et ut hæc omnia perpetuis temporibus inconvulſa permaneant, præſentes Litteras Sigilli noſtri appenſione duximus muniendas.

Datum anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimo nono, menſis Martii die quartâ.

CAPUT LXVI.

Privilegium antiquum Epiſcoporum Tornacenſium, de inſtituenda Moniali in ſingulis Hoſpitalibus ſuæ Diœceſis, ratione ſui jucundi adventûs; quo uſus fuit anno 1421 Joannes de Thoiſy Tornacenſis Epiſcopus in Hoſpitali B. M. V. Aldenardæ.

Ex Cartulario Epiſcopatûs Tornacenſis.

JOannes Miſeratione Divinâ Tornacenſis Epiſcopus, dilectis in Chriſto filiabus, Religioſis mulieribus, Prioriſſæ & Sororibus Hoſpitalis B. M. Aldenardenſis, noſtræ Diœceſis, ſalutem in Domino.

Cum nobis ratione noſtri Juris Epiſcopalis Tornacenſis, & jucundi adventûs noſtri, primæque noſtræ receptionis ad Eccleſiam, Civitatem ac Diœceſim noſtras, ſemel in vita noſtra competat conferre unum panem & locum unius Sororis in ſingulis Hoſpitalibus noſtræ Diœceſis, aut ſaltem perſonam ydoneam nominare ad eoſdem; & per obitum quondam Dominæ Agnetis Hoens, dum vixit Prioriſſæ ac Religioſæ profeſſæ Hoſpitalis antedicti, Panis & locus unius Sororis in eodem Hoſpitali vacent ad præſens;

Vulgo pain d'Abbaie.

Hinc eſt, quod attentis meritis, ſuper quibus dilecta Nobis in Chriſto Agnes filia legitima Franciſci Vouet Oppidani Villæ Aldenardenſis fide dignorum teſtimonio apud nos commendatur, ad humilem ſupplicationem ejuſdem Franciſci ſuper hoc Nobis factam, eandem Agnetem Vouet ad prædictos Panem & locum ſic vacantes, vobis duximus nominandam, & nominamus per præſentes;

Requirentes vos & veſtrûm ſingulas, ac alios ad quos ſpectat, quatenus prædictam Agnetem in Sororem hujuſmodi Hoſpitalis veſtri recipiatis & admittatis, ac tempore congruo veſtiri faciatis, & tamquam unam de Novitiis dicti Hoſpitalis tractetis, & tractari faciatis ibidem, jure veſtro & quolibet alieno in omnibus ſemper ſalvo.

Datum Gandavi, dictæ noſtræ Diœceſis, ſub Sigillo Cameræ noſtræ, anno Domini M. C. C. C. C. XXI. menſis Julii die vigeſimâ nonâ.

CAPUT LXVII.

Ludovicus de Bourbon, Leodienſis Epiſcopus, Arſchoti, Diœceſis Mechlinienſis Oppido, inſtituit Collegium Canonicorum anno 1462, petente Antonio de Croy, Comite Porciani & Arſchoti Domino; in quo Capitulo Præpoſitus, Cantor, ac Plebanus, è Canonicis Regularibus Nobilis Abbatiæ Stæ. Gertrudis Lovanii deſumuntur.

LUdovicus de Bourbon, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ electus & confirmatus Epiſcopus Leodienſis, ad futuram & perpetuam omnium & ſingulorum memoriam.

Si Dominum in ſanctis laudare jubemur, dignum profecto, juſtum & ſalutare nobis & ſubditis noſtris exiſtit, ut ejus laudes eo majoris feſtivæ venerationis numero referamus, quo nobis aſſiduo multiplicatis donis ſuæ pietatis gratia providère non deſinit.

Sanè exhibita nobis pro parte Illuſtris Domini Antonii De Croy Comitis de Porſchin ac Domini temporalis in Arſchot, ſuæque devotæ ac generoſæ conthoralis Margarethæ, * * Margaretà à Lotharingia. Domina Arſchoti, Bierbecæ &c. ac Villici, Burgimagiſtrorum, Scabinorum & Conſulum ac Mamburnorum luminarium ſeu fabricæ Eccleſiæ Parochialis, ac ſingulorum

Extabat priùs Fragmentum valde modicum hujus Diplomatis, inter Opera Diplom. Auberti Miræi Tomo I. pag. 460.

Altera vero ejuſdem Capituli Benefactrix fuit Illuſtris D. Anna de Croy, Duciſſa Arſchoti, Arenbergii &c. quæ anno 1647 augmentum dedit notabile pro IV. Præbendis ibidem, ſub onere audiendarum Confeſſionum. Vide Diploma deſuper editum in Hiſtoria Archiepiſcopatûs Mechlinienſis Parte II. pag. 313 auth. R. D. Cornelio Van Geſtel, Eccleſiæ Collegiatæ B. M. V. Mechliniæ Canonico.

lorum incolarum Oppidi Arſchotenſis noſtræ Diœceſis Leodienſis petitio continebat, quod in eodem Oppido unica dumtaxat Eccleſia Parochialis exiſtit, ſub Titulo Beatæ Mariæ Virginis dedicata, Parochiam amplam & populoſam habens, in decimis & aliis ſuis emolumentis abundantem;

In quâ Eccleſia largitione fidelium plura Altaria ſeu Beneficia manualia, cum fructuum & obventuum competentibus portionibus, pro Miſſis ibidem celebrandis exiſtunt. Quam præfati exponentes ad divini cultûs augmentum, majoremque populi Catholici devotionem ac Domûs Dei ornatum, ex intimis ac bono zelo ducti, in Collegiatam erigi ferventer cupiunt & deſiderant, ad divinum Officium diurnum ac nocturnum Collegialiter ibidem deinceps devotè celebrandum, juxta numerum, modum, & qualitates ſubſequentes.

De Collatione Præpoſituræ Arſchotanæ.

Imprimis videlicet, quod Magiſter Domûs dicti Oppidi, qui ex Monaſterio S. Gertrudis Lovanii Ordinis S. Auguſtini dictæ noſtræ Diœceſis per Abbatem memorati Monaſterii pro tempore ibidem ad nutum ejuſdem Abbatis ad gubernandum bona ejuſdem Patochialis Eccleſiæ deputari conſuevit, ſit de cætero Præpoſitus ejuſdem Eccleſiæ; dictum Magiſtratum temporalem in perpetuam Præpoſituram illius Eccleſiæ erigendo.

Quam Præpoſituram Abbas pro tempore dicti Monaſterii perpetuis temporibus, quoties vacaverit, conferre habebit uni ex Canonicis Regularibus dicti Monaſterii, quem ipſum Capitulum futurum admittere tenebitur ad poſſeſſionem ejuſdem Præpoſituræ; ſalvis juramentis & juribus circa hoc per Capitulum erigendum ordinandis. Et ipſam Præpoſituram Dominus Theodoricus * de Brakel, Magiſter modernus diſpenſativè ac liberè quoad vixerit tenebit, unà cum Eccleſia Parochiali de Helvoirden, quam de præſenti obtinet.

* Dein Abbas S. Gertrudis Lovanii.

De Collatione Curæ Arſchotanæ.

Quodque Invelliti ejuſdem Eccleſiæ, qui ex Canonicis Regularibus dicti Monaſterii aſſumendus erit, Præſentatio ad eundem Abbatem pro tempore exiſtentem, & Inſtitutio ad Archidiaconum loci pertinebit. Qui Inveſtitus * unà cum Præpoſito præfato, & Cantore officium Curæ Parochialis, & Miſſam parochialem facere & exercebit, vel fieri & exerceri curabit, ſecundum modum hactenus in dicta Eccleſia obſervatum, in Altari SS. Trinitatis ante chorum ejuſdem Eccleſiæ.

* Id eſt Paſtor.

Quod ſiquidem Altare pro Miſſis Curæ incumbentibus celebrandis, atque adminiſtratione Sacramenti Euchariſtiæ ſeu exercitio Curæ parœcialis deputari & appropriari intendunt; ita tamen, quod Inveſtituram & curam habeat & exerceat, quoad vixerit, D. Ingelbertus Vander Noot de præſenti eam obtinens.

De Collatione Cantoriæ.

Intendentes etiam in eadem Eccleſia perpetuum officium Cantoriæ erigi debere, ad quod in perpetuum per dictum Abbatem pro tempore exiſtentem, præſentetur unus ex ipſis Canonicis Regularibus, qui omnia onera in dicta Eccleſia conſueta (qui nunc tertius ſocius nuncupatur) ſupportare tenebitur ac ſuſtinere; nec non in triplicibus & duplicibus feſtis officium Cantoriæ exercere, prout Cantores ſecundariarum Eccleſiarum forenſium dictæ noſtræ Diœceſis illud exercere tenentur. Propter quod duplicem portionem ex diſtributionibus quotidianis, ut Decanus (dum in dictis feſtis prædictum officium exercebit) percipiet. Et illud poſſidebit donec vixetit, D. Ludovicus Marbeke alias Gielis ex dictis Canonicis Regularibus, in dicta Eccleſia de præſenti reſidens.

Præfati tres Regulares, Præpoſitus, Inveſtitus & Cantor ſolito more obligati remanebunt ad onera Miſſarum in Hoſpitali debitarum & fieri conſuetarum.

Pro quorum Præpoſiti, Inveſtiti, & Cantoris debita ſuſtentatione & vitæ neceſſariis aſſignari & deputati intendunt præfati Exponentes, de dictis Abbatis & ſui Conventûs ſolemni & expreſſo conſenſu, omnes fructus, reditus, & proventus, decimas, & poſſeſſiones ſpectantes & pertinentes dicto Monaſterio, prout dicti tres Religioſi illis gaudere & in ſuos uſus convertere conſueverunt.

Imprimis vero pratum quoddam ſitum in Arſchot, retro domum dicti Monaſterii, quam præfatus Magiſter inhabitare conſuevit; quod pratum jacet intra pomerium dictæ Domûs, & Beginagium. Item pratum quoddam ſitum in loco dicto de Langh-bempde, infra prata Beginagii ſupra-dicti.

Item omnes decimas appenditias de Riſſaer, præterquam bladi, vini, & fœni; quorum trium decimas dictus Abbas recipere conſuevit.

Item omnes decimas tam novas quam antiquas totius Parochiæ Arſchotenſis, videlicet bladi, fœni, lini, apum, pullorum & omnium aliorum, præter decimam vini, quæ à parte Demeræ verſus ſeptentrionem & Langdorp dicto Abbati pertinet, unà cum decima agnorum; ex qua tamen duodecim meliores agnos Magiſter pro tempore recipere conſuevit & percipiet, cum Inveſtito & Cantore. Item univerſam decimam ipſius curtis apud Miſſelbroeck, valoris duorum aut trium florenorum annuatim.

Item Immolationes & oblationes totius Eccleſiæ, & omnia emolumenta ex parte Curæ Eccleſiæ Arſchotenſis provenientia, hactenus per Magiſtrum recipi conſueta. Item duos Turonenſes, quos Magiſter à qualibet Begina Arſchotenſi ſemel in anno pro earum oblatione percipere conſuevit.

Item unam antiquum coronam auream, quam Sorores Regulares Monaſterii S. Nicolai ſuper Boonewyck tenentur & conſueverunt ſingulis annis pro jure Eccleſiaſtico dicto Monaſterio ſolvere. Item medietatem unius Equitis aurei quem Fratres tertiæ Regulæ ſingulis annis pro jure Eccleſiaſtico ſol-

vere conſueverunt & tenentur.

Item decimam partem molendinorum Arſchot omnium, item decimam partem Telonii proveniendis ex transfretatione navium per fluſum Arſchot. Item cenſus, & fructus perpetuos in Arſchot. Item cenſus & fructus in Haterbeke, Riellaer, & Geelrode, cum eorum dominio & juriſdictione.

Item domum antedictam cum ſuis attinentiis, circumdatam foſſis, pomerio, & curte, in quibus ut præfertur dictus Magiſter uſum habuit & profectum. Ita tamen, quod ipſa domus in perpetuum ſit domus Abbatialis & Monaſterii, ut ejus proprietas ac fundus, cum ſuis appenditiis in dominio Abbatis & Monaſterii maneat, & a dignitate Abbatiali nomen retineat.

Proviſo, quod ipſi Præpoſitus, Inveſtitus & Cantor erigendi ut ſupra, ipſam inhabitabunt ſi voluerint, in perpetuum more conſueto. In qua & ejus appenditiis etiam Abbas & Monaſterium uſum habebunt in omnibus & per omnia, ut hactenus habuerunt; ſuis tamen expenſis, & pro ejus reparatione neceſſaria in poſterum fienda ſolvet medias expenſas; Præpoſitus vero unam quartam partem, ac Inveſtitus & Cantor inſimul reliquam partem perſolvent, ſi eam inhabitaverint.

Proteſtatione tamen expreſſâ, tam ex parte dictorum Abbatis & Monaſterii, quam dictorum Exponentium præmiſſâ, quod ſi in præmiſſis aliquid ſit deſcriptum, quod ad Magiſtrum Arſchotenſem non pertineat, vel aliquid ſit omiſſum, quod ad ipſum pertinêre debeat, quod illud totum deſcriptum habeatur pro non expreſſo & omiſſum habeatur pro expreſſo. Ita quod error numquam veritati præjudicet, ſalvis etiam verioribus cohærentiis, & confinibus locorum ſuperiùs deſcriptorum.

Omnium autem fructuum, redituum & jurium prædictorum unam partem integraliter percipiat dictus Præpoſitus, reliquam vero æqualibus portionibus inter ſe diſtribuent Inveſtitus & Cantor; ſalvis dicto Inveſtito his quæ conſuetus eſt perſonaliter recipere.

Quæcumque etiam onera Magiſtratui ſolvi ſolita æqualiter ſuſtinebunt in perpetuum, ipſe Præpoſitus pro dimidia, Inveſtitus & Cantor pro alia dimidia partibus. Et hoc propter expenſas, quas in adventu Abbatis ſuſtinêre & ſolvere conſueverant, à quibus de cætero immunes exiſtent.

Et ipſis prædictis juribus perceptionibus & emolumentis, ipſi tres Canonici Regulares eorum remanebunt; ſalvis ipſis & eorum cuilibet diſtributionibus quotidianis, dum divinis intererunt. In quibus participabunt, ad inſtar aliorum Canonicorum ſæcularium. Et reputabitur divinis intereſſe præfatus Inveſtitus, dum ſuæ Curæ officium exercebit.

De Inſtitutione Canonicorum ſecularium.

Ultra autem prædictos Præpoſitum, Inveſtitum & Cantorem, creari & erigi in eadem Eccleſia intendunt decem Præbendas.

Quarum omnium Collationum & Præſentationum in perpetuum habeat Dominus de Aerſchot.

Capitulum vero erigendum admiſſionem, inſtitutionem, & receptionem; quæ Presbyteris idoneis ſeu Clericis ſæcularibus, qui infra annum à die præſentationis eorum ſint aſtricti ad Ordinem Sacerdotii ſuſcipiendum a conferantur.

Et ipſarum Canonicalium præbendarum unus ex Canonicis ſæcularibus ſemper ut Decanus. Ita quod pro hac prima vice Magiſter Petrus de Cortitiis Presbyter, Rector Parochialis Eccleſiæ de Cytele noſtræ Leodienſis Diœceſis ſit ibidem Decanus. Erectio Decanatus.

Qui, & omnes Canonici Præbendarum dictarum, ad perſonalem reſidentiam ſint aſtricti (excepto Domino Waltero Marſchalck moderno Capellano præfati Domini de Croy) qui quamdiu vixerit ad perſonalem reſidentiam non cogetur, & tantum in abſentia recipiet, quantum ex fructibus Altaris B. Joannis Baptiſtæ, quod de præſenti obtinet, recipere conſuevit.

Quam reſidentiam perſonalem in eorum receptionibus jurent, quibuſcumque Privilegiis in contrarium à quocumque vel ſub quorumcumque verborum formâ conceſſis ſeu concedendis renunciabunt, quodque hujuſmodi Privilegiis etiam quaromcumque Univerſitatum ſeu communitatis vel Collegii in contrarium obtentis, ſeu obtinendis nullatenus umquam utentur. Obligatio reſidendi.

Poterit tamen Rector Altaris Beatæ Mariæ Virginis dictæ Eccleſiæ, pro nunc Lovanii ſtudens, non obſtante ætatis defectu, unam ex dictis Præbendis obtinere. Ita tamen, quod adveniente ejus ætate legitimâ, Presbyteratûs Ordinem ſuſcipiet, & ex tunc ad perſonalem reſidentiam aliaque onera ipſis Canonicis incumbentia ſit aſtrictus; pro ut & erant ejus futuri Succeſſores.

Pro quorum ſiquidem decem Canonicorum & Decani, qui ſemper unus ex dictis decem eſſe debebit, ſuſtentatione & vitæ neceſſariis, aſſignari intendunt, pias largitiones præfatorum Illuſtris Domini de Croy, & ſuæ devotæ Contboralis, videlicet ducentos florenos Rhenenſes bereditarios: & cenſus ſuper omnes fructus & reditus ſui Dominii de Aerſchot, donec & quouſque hujuſmodi ducentos florenos ad & ſupra alia bona ac ſufficientia contra-pignora aſſignaverit. Fructus pro Canonicis Secul.

Nec non fructus reditus & proventus univerſi duorum Altarium perpetuorum, videlicet B. Mariæ Virginis, & Joannis Baptiſtæ in Curia ipſius Domini temporalis de Arſchot ſiti, prædictorum & ad ipſius Domini collationem jure Patronatûs ſpectabunt & manualium Altarium S. Salvatoris, S. Crucis, S. Joannis Baptiſtæ, & S. Martini, unà cum legato D. Henrici de Meeshoven ad illud nuper facto, & S. Nicolai intra ipſam Eccle-

ſiam ſitorum, certaque legata Joannis Beene & Henrici op de Brugghe nuper pro certis Miſſis celebrandis relicta.

Ex quibus piis largitionibus, fructibus & proventibus univerſis antè dictis, in unum groſſum ſeu ad unam maſſam redigent & inter ipſos Decanum & decem Canonicos, qui ex ipſis perſonalem reſidentiam facient, dividunt & participabunt.

Decanus duplicem portionem, unam videlicet ut Canonicus, & aliam tamquam Decanus & Curatus omnium Suppoſitorum ipſius Eccleſiæ percipiet.

Reliqui vero Canonici ſæculares reſidentes ex hujuſmodi maſſa æqualem, videlicet medietatem portionis Decani conſimilis conſequentur & habebunt.

Pro majori autem hujuſmodi Eccleſiæ ornatu, Altaria manualia BB. Petri & Pauli, S. Joannis Baptiſtæ, SS. Coſmæ & Damiani, ac Beatæ Catharinæ creari intendunt in perpetuas Cappellanias, ſub oneribus conſuetis, in proventibus ipſis & confructibus eiſdem jam aſſignatis & deputatis; quos integraliter ipſi * De Capellanis. Capellani creandi, præter quotidianas diſtributiones, quas dum divinis intererunt, duo ex ipſis tantum quantum unus Canonicus recipient & aſſequentur. Et tenebuntur ad decantandas Horas Canonicas, ad inſtar aliorum Capellanorum ſecundariarum Eccleſiarum.

Hujuſmodi vero quatuor Capellaniæ perpetuis temporibus ad collationem Præpoſiti, Decani, & Capituli ac Rectorum Oppidi pertinebunt: ut idoneoribus & diligentioribus chorauſibus conferantur.

Inſtitutionem, receptionem & omnimodam diſpoſitionem eorum habebit Capitulum erigendum.

Creari præterea intendunt duo ibidem Beneficia, unum videlicet Confraternitatis B. Mariæ Virginis, & reliquum primæ Miſſæ, in & ſub oneribus ſolitis, cum fructibus eiſdem aſſignatis & conſuetis.

Qui duo Beneficiati divinis intereſſe & pſallere tenebuntur; ac tantum ſimiliter ex diſtributionibus lucrabuntur, quantum unus dictorum Canonicorum.

Quorum duorum Beneficiorum nominatio & præſentatio ad dictos Rectores Oppidi de Aerſchot, admiſſio vero & alia omnimoda diſpoſitio ad ipſum futurum Capitulum pertinebit.

Quibus Præpoſito, Decano, ac Canonicis Regularibus, Sæcularibus, Cappellanis, & cæteris Beneficiatis pro quotidianis diſtributionibus inter ipſos (ut præſcribitur) diſtribuendis, conſignare intenduut triginta Nobilia Angliæ, annualis & hereditarii redituſ, per quemdam Petrum de Artzeele dictum de Gent, legata & conſignata, in ſubſidium hujuſmodi Collegii; donec hujuſmodi Collegium tantum & amplius conſecutum fuerit, præfatorum Exponentium expenſis & diligentiâ.

Et erunt ipſi Præpoſitus, Inveſtitus & Cantor Canonici Regulares, & Decanus & Canonici ſæculares & Capellani ad decantationem VII. Horarum Canonicarum ſingulis diebus & noctibus collegialiter & conventualiter adſtricti, juxta Ordinarium dictæ noſtræ Leodienſis Eccleſiæ.

Et ut diſparitas habitûs inter eos quantum poſſibile fuerit in Eccleſia, templo, & aliis divinis Officiis evitetur, præfati Præpoſitus, Inveſtitus & Cantor ſuperpelliciis erunt induti & almutiis variis utentur, ſicut alii Canonici. In domibus tamen & plateis utentur ſcapulari lineo & ſtricto, pro ut alii Canonici Regulares S. Gertrudis.

In proceſſionibus vero, Capitulo, & Choro Præpoſitus primum locum & eminentiorem in dextro latere obtinebit, & Decanus in ſiniſtro. Qui Præpoſitus & Decanus in proceſſionibus ſimul incedent, ſemper tamen Præpoſitus in dextro & eminentiori loco. Deinde Inveſtitus in dextro & Cantor in ſiniſtro locabuntur. Reliqui vero Canonici bini & bini, juxta ſuarum receptionum prioritatem, ita ut priùs receptatus præferatur.

Poſt cujus pro tempore Decani ceſſum, renunciationem ſive deceſſum, Præpoſitus vacationis tempore vices ejus geret, & cum Inveſtito, Cantore cæteriſque Canonicis, vel ſaltem iis vocatis, perpetuis temporibus Decanum eligere poterunt; non unum ex tribus Canonicis regularibus, ſed dumtaxat ex ſæcularibus. Qui per nos vel alios pro tempore Epiſcopos Leodienſes, ad præſentationem noſtri venerabilis Capituli confirmabitur, prout de aliis Decanis ſecundariarum Eccleſiarum noſtrarum fieri eſt conſuetum. Electio Decani.

Præfati autem Præpoſitus & Decanus alternatis vicibus, ſeu aliàs prout inter ſe concordaverint, in feſtis Nativitatis Chriſti, Circumciſionis, Epiphaniæ, Purificationis gloriоſæ Virginis Mariæ, Annuntiationis, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Vener. Sacramenti, Viſitationis, Aſſumptionis, Nativitatis, & Conceptionis ejuſdem B. Mariæ Virginis, omnium Sanctorum, Commemorationis fidelium Animarum, Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ, Petri & Pauli Apoſtolorum & Dedicationis Eccleſiæ, ad divinum Officium in die Palmarum, Cœnæ Domini, Sabbatoque Paſchali cum Benedictione fontis Baptiſmalis erunt aſtricti.

Et dictus Decanus in ſolidum in die Cinerum, ex quo eidem Cura animarum perſonarum Capituli incumbere dignoſcitur; qui eidem Decano tamquam proprio Curato eorum peccata confiteri, ſeu ſaltem in anno ſemel in die Cinerum reverenter licentiam alibi confitendi, more dictarum aliarum Eccleſiarum Collegiatarum petere pro toto anno futuro tenebuntur.

Qui etiam Decanus perſonas Capitulares ad Capitulum ſuper proponendis per eum, ſub pœnis & modis rationabilibus ad hoc ſtatuen-

dia, convocare, & à majori ac ſaniori parte Capituli, etiam ejuſdem Decani vnto pro una voce computatn, coocludere tenebitur.

Omnimodam vero jurisdictionem & correctionem perſonarum ejuſdem Eccleſiæ cum ſui Capituli conſenſn, & aliter adioſtar aliarum Eccleſiarum Collegiatarum ipſe Decanus habebit, ſalvn quod jurisdictinnem nmoimodam in Capellanos, Chorales, & alios Officiatos ejuſdem Eccleſiæ in ſolidum exercebit.

Ne autem debitis ſuffragiis animæ defunctorum defraudentur, quia dicti tres Canonici Regulares bactenus obligati fuerunt ad celebrandum ſingulis diebus unam Miſſam in Choro dictæ Eccleſiæ, prnut per ſeptimanas celebrare ſunt conſueti; deinceps ipſi Præpoſitus, Decanus, Cantor & Canonici Regulares & Sæculares, inſimul nnus Miſſarum bujuſmodi in eboro ſupportabunt.

Anniverſaria fundatorum.

Præterea ultra Horarum Canonicarum decantationem, præfati Præpoſitus, Decanus & Canonici tam Regulares quam Sæculares, ad anniverſaria ſolita & conſueta, & ultra ea ſemel in hebdomada ad unum ſolemoe Anniverſarium cum Vigiliis & Miſſa pro fundatoribus hujuſmodi erigendi Collegii tenebuntur.

Et ad ſummæ Miſſæ decantationem ſeptimanatim unus poſt alium; nec non ſingulis ſeptimanis duas Miſſas in Altaribus ejuſdem Eccleſiæ celebrare quilibet Canonicus, tam Regularis quam Sæcularis, qui hebdomadam decantandi ſummam Miſſam non babet, ſit adſtrictus; exceptis Præpoſito & Decano, propter Miſſas in duplicibus & triplicibus eis per Nos & cuilibet eorum conſignatas & attributas. Quibus mediantibus, & prædictarum Horarum Canoicarum decantatione factâ, Miſſis dictis Altaribus incumbentibus ſatisfeciſſe reputabuntur.

Ipſe autem Præpoſitus, Decanus, Inveſtitus, Cantor, Canoici, Capellani, chorales, Matricularius, Baſtonarius Organiſta, Receptor & alii officiati ejuſdem Eccleſiæ, exempti erunt perpetuis temporibus in nmnibus & per omnia, ſecuodum Privilegia ac conſuetudines dictarum noſtrarum Eccleſiarum ſecundariarum.

Ita vocantur Diſtrictus Archipresbyterorum.

Proviſo quod Inveſtitus recipiet ſuam Inſtitutionem a loci Archidiacono, & Concilia * viſitabit, prout moris eſt, per ſe vel per alium. Et ad charitativum ſubſidium, Cathedraticum, & obſonium aliaque jura Nobis & noſtris Succeſſoribus ac Prælatis Eccleſiæ noſtræ Leodienſis, de jure & conſuetudine ſolvi conſueta. Nec non ad execntionem mandatorum noſtrorum & Officialis noſtri Leodienſis, ac Archidiaconi loci obligatus remanebit in perpetuum. Io quibus exequendis & implendis, ſi culpabilis fuerit repertus, per Nos, noſtroſque Succeſſores & Officialem noſtrum prædictum ipſumque Archidiaconum corrigi poterit; quâcumque exemptione dictarum Eccleſiarum noſtrarum ſecundariarum non obſtante.

Fabrica Eccleſiæ.

Cæterum Fabrica dictæ Eccleſiæ, quæ competenter abnndat fructibus ſuis, proventus præſentes & futuros integraliter percipiet, & pro demptis triginta Nobilibus prædeſignatis, ad diſtributiones quotidianas nt præmittitur convertendis, ac eidem Eccleſiæ de luminariis, & nrnamentis decentibus & competentibus ac libris rationabiliter providebit. Et recipietur ad Eccleſiæ luminaria ultra ſolitum una candela in exequiis defunctorum, ſob regimine Mamburnorum per Oppidum ad hoc annuatim ſolito more deputandorum, cum uno de gremio dicti Capituli, qui omnes ſemel in anno in præſentia dicti Capituli, ac coram Villico & deputatis ejuſdem Oppidi, ad debitam & legalem computationem tenebuntur.

Matrienlarius autem ejuſdem Eccleſiæ ſua ſolita emolumenta ſub onere conſneto recipiet, ac etiam debitis Horis adinſtar aliarum Eccleſiarum Collegiatarum prædictarum pro divinorum Officiorum decantatione pulſabit, & erit ejuſmodi Offieium ad collationem Capituli.

Cæterum ipſi Præpnſitus, Decanus & Capitulnm pro utilitate Eccleſiæ præcipuè in Capitulis Generalibus bis in anno celebrandis, Authoritatem ſtatuendi, ac aliàs ordinandi & moderandi, prout ipſis juxta temporis opportunitatem videbitur expedire, in nmnibus & per omnia habebunt, ſicut in aliis Eccleſiis Collegiatis prædictis fieri eſt conſuetum.

Præeminentiæ Abbatis Gertrudani.

Demum pro recompenſa jurium jurisdictionis & intereſſe & præjudiciorum dicti Abbatis ſuique Conventûs, quæ dictæ Erectionis occaſione poſſet ſuſtinere, ac in ſignum obedientiæ, recognitionis ſuperioritatis, ultra ſupra deſcripta, ipſe Abbas ſingulis annis perpetuis temporibus ex omnibus & ſingulis bonis, decimis, fructibus, reditibus, proventibus, & emolumeotis dicti Magiſtratûs ſupra deſcripti, liberè unam Marcham argenti puri percipiet. Quam Præpoſitus, Inveſtitus, & Cantor dicto Abbati ſingulis annis in ſua Camera dicti Monaſterii in Feſto S. Gertrudis circa medium menſis Martii ſolvere tenebuntur.

Prn qna Marcha ſicut præmittitur ſolvenda, nec non ſex * Griffionibus Conventui dicti Monaſterii ſingulis annis per dictum Magiſtrum ſolvi ſolitis, decimæ, fructus, reditus, proventus, & emolumenta ac bona ſupra deſcripta, affecta & hypothecata perpetuò remanebunt.

* Moneta antiqua Brabantiæ.

Quare pro parte dictorum Exponentium, de conſenſu dicti Abbatis ſuique Conventûs Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ad execntionem piæ inteotionis prædictæ, & conceptnum præſcriptorum procedere, ipſamque Eccleſiam Baptiſmalem Virginis Mariæ in Collegiatam, quam ipſi Exponentes illiuſque Parochiæ numeroſa multitudo affectuoſis bactenus ſitierunt ſuſpiriis, nec non Magiſtratum in Præpoſituram, ac ipſum Theodori-

cum

cum in Præpoſitum, præfatumque Dominum Petrum in Decanum, Engelbertum in Inveſtitum, nec non Ludovicum in Cantorem ac Canonicas Cappellanos, Beneficia prædeſignata creare & erigere ac in cæteris præmiſſis paternâ & Pontificali Authoritate, juxta Arbitrium noſtrum optimè providere dignaremur

Erectio novi Capituli.

Nos igitur Eccleſiam ipſam congruis favoribus proſequi volentes, & ad ipſius divini cultûs augmentum benigniùs intendentes, hujuſmodi Supplicationibus inclinati, de conſenſu Venerabilis Capituli Noſtri Leodienſis, dilectorumque Archidiaconi Brabantiæ in Eccleſia noſtra Leodienſi & Decani Concilii prædictorum, præfatorumque Abbatis & Conventûs conſenſu, ipſam Eccleſiam Beatiſſimæ Mariæ Virginis Parochialem in Collegiatam Eccleſiam, ad inſtar aliarum Eccleſiarum ſecundariarum Leodienſium, nec non dictum Dominum Theodoricum Magiſtrum, qui pro tempore exiſtit, & in futurum erit, in Præpoſitum, Dominum Petrum Coriys in Decanum, Dominum Engelbertum in Inveſtitum, nec non & Ludovicum in Cantorem, & decem Præbendas ſive Canonicas præbendales, quatuor Cappellanias & duo Beneficia, unà cum fructibus, redditibus, & proventibus, ſupra ut præmittitur deſcriptis & ſpecificatis, Ordinariâ noſtrâ Authoritate Pontificiâ, ſub modis, formis, oneribus, libertatibus, & exemptionibus ac immunitatibus ſupradictis, utque more Canonicu nocturnis & diurnis horis, legitimo ceſſante impedimento, prædicti Præpoſitus, Decanus, Inveſtitus, Cantor, cæterique Canonici, Capellani & Beneficiati intereſſe debeant, ac aliàs prout ſupra ſeriouſius & plenius exprimitur, creamus, inſtituimus, facimus, attribuimus, reſervamus, concedimus, & aſſignamus.

Ac ipſi Inveſtitus, ſeu ejus vices gerenti pro Miſſis Parochialibus exequendis, Sacramentorum Eccleſiæ adminiſtratione, atque aliis, dictum Altare SS. Trinitatis aſſignamus ac approbamus.

Statuentes & ordinantes, quod omnes & ſinguli tam Præpoſitus quam Decanus & ſinguli Canonici Regulares & ſæculares dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentes, ſubſint in perpetuum juriſdictioni ipſorum Præpoſiti, Decani & Capituli conjunctim; ac Capellani & cæteri Beneficiati & Officiati ac Clerici ejuſdem Eccleſiæ & Parochiæ in ſolidum ſuberunt ipſi Decano.

Et omnes indiffetenter Eccleſiam ipſam ad Horas Canonicas pſallendas teneantur frequentare, & in ea reſidere. Et ſi aliquis ex hujuſmodi novellis Canonicis vel eorum Succeſſoribus decreverit, præmiſſâ perſonali reſidentiâ non obſtante, ſe transferre in aliquam Univerſitatem Privilegiatam ſtudendi cauſâ, talis tenebitur ſtare contentus quinque coronis, in ſubſidium ſui ſtudii recipiendis à ſuo Capitulo, ſi cum hujuſmodi Capituli conſenſu diſceſſerit.

Ac Canonicis & eorum Succeſſoribus in perpetuum, (nec ulli alteri, quovis quæſito colore) ſimul cum Decano Capitulariter congregatis, & Capitulo ſolemniter condicto, maximè in Capitulo generali; quod bis in eadem Eccleſiâ annuatim ſervari mandamus, videlicet in craſtino Purificationis B. M. V. & in craſtino B. Joannis Baptiſtæ, ſuper omnibus & ſingulis ſtatum & honorem ac profectum ipſius Eccleſiæ & ſuppoſitorum ejuſdem tam in ſpiritualibus quam in temporalibus concernentibus, Statuta optima condendi, eaque juxta conditionem & exigentiam temporum, rationabiliter immutandi, & alterandi concedimus facultatem.

Capitulum Generale.

Quibus in Capitulis etiam, præſertim generalibus, Canonicos & alios Beneficiatos ut vitam honeſtam ducant, in ſingulique debitè & honeſte ſe gerant, tamquam eorum Altiſſimo rationem ſuæ villicationis quotidie reddituri, per Decanum diſtrictè moneti volumus & mandamus.

Cum autem ad juriſdictionem Decani, Præpoſiti, Cantoris & Canonicorum Capitulum repreſentare debentium prædictorum, de præſenti aliis Eccleſiæ noſtræ arduis rebus præpediti, vacare nequeamus, dilecto Nobis Magiſtro Richardo de Thiouvilla Canonico S. Pauli noſtræ Civitatis Leodienſis & Secretario noſtro ulterius vices noſtras duximus committendas. Quatenus accedens ad dictam Eccleſiam ſic erectam, ipſâ Erectione noſtrâ parochianis prævie publicatâ, ac introductione Præpoſiti, Decani, Inveſtiti, Cantoris, & præfatorum Canonicorum, Capellanorum & Beneficiatorum ſibi (ut præmittitur) per præfatum Dominum de Croy & Arſchot, ac aliàs nominandorum prædictorum, ad Eccleſiam factâ, reverenter ipſi Domino Theoderico tamquam Præpoſito, Dominoque Magiſtro Petro tamquam Decano, nec non ipſi Domino Ingelberto veluti Inveſtito, & Ludovico tamquam Cantori aliiſque Canonicis antedictis pro parte noſtra ad dexirum & ſiniſtrum latera juxta præſcripta, & aliàs prout ſibi videbitur, ſtalla in choro & loca in Capitulo, hinc inde deputet & aſſignet.

Injungentes ipſis, prout per præſentes noſtras Literas eiſdem injungimus & mandamus, ut hujuſmodi ſtalla & loca pro ſe & ſuis Succeſſoribus, Præpoſitis, Decanis, Inveſtitis, Cantoribus, & Canonicis futuris, in actibus Chori & Capitularibus proceſſionibus perpetuo teneant & obſervent.

Cæterùm quia noſtræ intentionis exiſtit, ne dictum Monaſterium S. Gertrudis per Erectionem Collegii hujuſmodi in juribus & bonis ullo unquam tempore aliquatenus lædatur, præfatis Præpoſito, Inveſtito, & Cantori conſenſum & facultatem teſtandi penitus interdicimus & derogamus.

Imo volumus, quod ipſis decedentibus aut aliquo ipſorum, bona mobilia & immobilia prout aliorum ſuorum Regularium bona ap-

prehendere conſuevit, apprehendet & in uſus ſui Monaſterii convertere licite & libere poſſit.

Ipſis etiam Præpoſito, Decano, Inveſtito, Cantori & Capitulo inhiberi volumus & inhibemus per præſentes, ne in præjudicium dicti Monaſterii quidquam circa bona, jura, & decimas ipſius Monaſterii in dicto Oppido de Arſchot aut extra conſiſtentia (demptis ſuperiùs deſcriptis) ullo unquam tempore innovent vel attentent, ad eaqne in toto vel in parte minuendo, vel ipſis quomodolibet derogando, nllatenus moliri ſeu machinari non præſumant.

Et ut ipſis Abbati & Conventui ac Monaſterio firmiùs & ſeriùs provideamus, volumus & mandamus, quod Præpoſitus, Decanus, Inveſtitus, Cantor novellique Canonici prædicti in eorum introductione, Succeſſoreſque eorum in ipſorum admiſſionibus inter cætera jurent, & juramentum præſtent; ſub hac verborum forma.

Ego N. N. juro, quod in derogationem aut præjudicium ſeu diminutionem jurium, decimarum, & bonorum præfati Monaſterii Stæ. Gertrudis Lovanienſis, nullo unquam tempore quidquam attentabo, vel impetrabo per me, alium, vel alios, attentantibus vel impetrantibus conſenſum aut aſſenſum directè vel indirectè quovis quæſito colore, impetratiſque ſeu conceſſis aut concedendis expreſſe vel tacitè quomodolibet utar, neque etiam conſentiam in admiſſionem Præpoſiti, Decani, Inveſtiti, Cantoris, vel alicujus Canonici Eccleſiæ prædictæ, niſi ſimile præſtiterint juramentum. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Evangelia.

Ut autem præmiſſa omnia & ſingula perpetui roboris obtineant firmitatem, præſentibus Sigillum noſtrum ad cauſas apponi mandavimus.

Datum in Oppido Trajectenſi ſub anno à Nativitate Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo, Indictione decimâ, die vero penultimâ menſis Octobris, Pontificatûs SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri, D. Pii divinâ Papæ II. anno ſuo quinto.

CAPUT LXVIII.

Olim juxta Vilvordiam, Brabantiæ Oppidum, eodem in loco, dicto B. M. V. ten Trooſt, cohabitârunt ſimul Begginæ cum Monialibus Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo. Quid utriſque competat, decernit anno 1470 Joannes de Burgundia Epiſcopus Cameracenſis.

JOannes de Burgundia, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Cameracenſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum nuper quæſtio, litiſque & diſſentionis materia verteretur inter Moniales & Begginas Curtis de Puetii, ſive B. M. V. de Solatio, extra Vulgo O. L. V. ten Trooſt. Filvordiam noſtræ Diœceſis, fontem & ortum habens ex duobus Litteris patentibus Illuſtriſ. quondam Principis D. Caroli, dum viveret Ducis Brabantiæ, ſuper Fundatione loci dictarum Monialium conceptis, unâ quidem dictis Monialibus, & alterâ præfatis Begginis per eundem quondam Ducem, ſeu ejus authoritate conceſſis; quarum una alteri plurimùm & in principalioribus earum punctis videbatur contraria: adeo quod pro lite & quæſtione hujuſmodi ſummariè & de plano ſopiendis deputati ſunt Commiſſarii, Venerabiles Confratres noſtri Magiſtri Petrus Bogaert, Archidiacoous Valencenenſis, & Paolus de Rota, Theſaurarius, ac Canonici Præbendati in Eccleſia noſtra Cameracenſi.

Qui quidem Commiſſarii cauſſam hujuſmodi viâ amicabili potius quam rigore terminari, atque utriuſque partis expenſis obviare ſeu præcavere cupientes, ordinarunt, quod cauſa hujuſmodi per Arbitros, arbitratores ſeu amicabiles compoſitores in præſentia R. P. D. Antonii Hanneron, S. Sedis Apoſtolicæ Protonotarii, tunc apud Oppidum Filvordiæ exiſtentis & conſtituti, ſi commodè fieri poſſet, ſopiretur atque terminaretur.

Dictæ itaque partes Ordinationi hujuſmodi parentes, in nonnullos arbitros arbitratores ſeu amicabiles compoſitores ſe ſubmiſerunt. Qui ſuper lite hujuſmodi & diſſentione, litteris prætactis, ac juribus ipſarum Partium viſis & diligenter rimatis, aſſiſtente eiſdem prælibato Domino Protonotario, eoſdem conſulente ac dirigente, eorum Arbitrium ſive Laudum ab utraque partium emologatum, ac ſignis manualibus prædictorum Arbitrorum ſeu amicabilium compoſitorum ſubſignatum, pronunciaverunt, in hunc qui ſequitur modum.

Primò quidem, quod dictæ doæ Litteræ patentes præfati quondam Illuſtriſſimi Ducis, quarum prima apud ipſas Moniales, & alia apud dictas Begginas requieſcere dienntur, caſſari debent & nullari, ac ex tunc in antea pro nullis & invalidis eſſe & reputari per omnia, ac ſi nunquam impetratæ ſeu conceſſæ fuiſſent, illaſque tales eſſe & perpetuò debere remanêre.

De conſenſu tamen ipſarum partium, præfati Arbitri & arbitratores ſive amicabiles compoſitores decreverunt, quod loco litterarum hujuſmodi aliæ Litteræ tenoris & effectûs infraſcripti poterunt impetrari.

* Vulgo Beggynhof. Quod videlicet dictæ Moniales de bonis Curtis * prædictæ, ſive Begginagii, ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus pro earum parte & portione habebunt & pacificè poſſidebunt omnia & ſingula bona Infirmariæ prædictæ Curtis, prout illa dictis Monialibus applicata fuerunt.

Sub eis tamen conditione & pacto, quod ipſæ Moniales ſolvere debent ſingulis annis & temporibus omnia jura, onera & * crawegias, tam Principis quam ſingulorum Officiariorum, ac cenſas & tediberias ex dictis bonis exiſtentes; ſic quod Begginis dictæ Curtis nulla eainde proveniant damna ſen incommoda. Quod ſi eiſdem Begginis exinde aliqua damna ſeu incommoda pervenerint, illa dictæ Moniales prædictis Begginis effectualiter refundere tenebuntur.

* Gallicè Corvées.

Item tenebuntur eædem Moniales in recompenſam præfatorum bonorum facere ſervitium divinum, & ſeptem Horas Canonicas; ac ultra hoc dictis Begginis, ultra earum Curatum, de uno Capellano providere; & tantùm efficere, quod dictæ Begginæ poſſint habere ſingulis diebus Dominicis & feſtivis duas Miſſas, & totidem diebus feriatis, ceſſante impedimento legitimo.

* Vernaculè Coſten. Quæ omnia fieri debent oneribus, cuſtibus * & expenſis dictarum Monialium, abſque & præter hoc, quod dictæ Begginæ, ſeu bona dictæ Curtis eis remanentia perinde quomodolibet debeant obligari.

Debent præterea dictæ Moniales in dictorum bonorum recompenſam, Curti præfatarum Begginarum, ad & circa contra-pignora ad hoc ſufficientia Legiſperitis, debitis, aſſignare pro nova Infirmaria in eadem Curti extruenda, ac ſuſtentatione & intertinentia Begginarum infirmarum pro tempore, ſummam trium librarum groſſorum Monetæ Brabantiæ annui & hereditarii redditûs, mediatim in D. noſtri J. C. & S. Joannis Baptiſtæ Nativitatum feſtivitatibus....

Vel poterunt dictæ Moniales pro contrapignore trium librarum groſſorum hujuſmodi, aliquam partem bonorum dictæ Infirmariæ, ad hoc ſufficientem, perinde ſufficienter obligare & hypothecare.

Quibus mediantibus erunt dictæ Moniales liberæ, & nullatenus, niſi velint, obligatæ, ad recipiendum deinceps aliquas Beggioas ex dicta Curti ad earum conſortium ſeu Monaſterium; nec ad pinſendum panes ipſarum Begginarum, vel etiam ad intertinendum ſeptem Begginas infirmas, prout hactenus fuit conſuetum.

Debentque Magiſtræ & Mamburni dictæ Curtis quatuor Begginas adhuc ex dictis ſeptem Begginis infirmis ſuperſtites, & quaſcumque alias, quæ pro futuris temporibus infirmæ fuerint, ad ſe recipere, illaique laudabiliter intertinere; ſic quod præfatis Monialibus nullum deinceps eveniet nmus aut damnum. Salvo quod dictæ Moniales præfatis quatuor ſuperſtitibus Begginis, quamdiu vixerint, & quælibet earum vixerit in humanis, miniſtrare tenebuntur ſingulis diebus olera, ſive potagium, & qualibet hebdommadâ duos pottos ſervigiæ; talibus quidem & tali, qualia quale & qualiter pro ipſis Monialibus miniſtrari conſuevit.

Ultra quas quidem tres libras groſſorum ſuperiùs tactas, debent cedere & advenire novæ Infirmariæ dictæ Curtis Begginarum, in ſublevamen intertinentiæ Infirmarum ejuſdem, pro tempore nmnia & ſingula accidentia, quæ poſt mortem infirmarum hujuſmodi, & etiam de prætactis quatuor Begginis advenire conſueverunt.

Ioſuper habebunt & perpetuò poſſidebunt dictæ Moniales omnia bona mobilia & immobilia ad Fabricam Eccleſiæ dictæ Curtis ſpectantia, in quibuſcumque rebus conſiſtentia. Quibus mediantibus dictæ Monialea dictam Eccleſiam laudabiliter intertinere tenebuntur in ædificiis & reparationibus dictæ fabricæ, luminarium & ornamentorum, & quarumcumque aliarum rerum; abſque & præter hoc quod pro illorum intertinentia à præfatis Begginis aut Rectoribus ſeu Rectricibus ipſius Curtis perinde aliquid exigere ſeu recipere poſſint aut debeant.

Manebitque dicta Curtis & Rectores & Rectrices illius perpetuò à ſolutione illa, quam pro Sacerdotibus & choralibus, qui divinum Officium in dicta Eccleſia facere conſueverunt libera & immunis; ipſæque Moniales ad hoc ſolum in ſolidum tenebuntur.

Status Antiquus Begginagii Yllvord.

Præterea fuit ordinatum quod dicta Curtis ſive Begginagium perpetuis temporibus in ſuo eſſe manere debebit; quodque Begginæ ejuſdem Curtis, tam præſentes quam futuræ manebunt in ipſa Curti, prout hactenus facere conſueverunt. Et pro earum intertinentia habebunt & perpetuo poſſidebunt omnia & ſingula bona mobilia ſeu hæreditates, cenſus quoque & redditus, qui ad Menſam S. Spiritûs, dormitorium & communitatem ejuſdem Curtis pridem ſpectare conſueverunt.

Et inſuper, ne in futurum ulla inter ipſas Moniales & Begginas, quoad limites reſidentiæ ſive manſionum ſuarum oriatur diſcordia, conventum ex nunc, quod dictæ Curti ſive Begginagio & perſonis illius perpetuis futuris temporibus remanere debent ſola loca & domiſtadia, cum domibus ſupra ſtantibus, & aliis ſuis pertinentiis plagæ ſeptemtrionalis, ab hæreditate domûs Confeſſorum ibidem ſita, infra locum juxta ſemitam quæ ducit Lovaninm uſque ad Eccleſiam &c, reſiduum vero ipſius Curtis, unà cum Eccleſia ejuſdem, eſt aſſignatum dictis Monialibus.

Sequuntur plures alii Articuli minoris momenti.

Nos itaque Joannes Epiſcopus præfatus, requiſitioni hujuſmodi tanquam juſtæ & rationi conſonæ, favorabiliter annuentes; conſiderantesque, quod juſta petentibus non ſit denegandus aſſenſus; quodque tantum ſit pacis bonum, ut nihil ſine pace bonum ſit, ſupradictum Appunctuamentum, ac omnia & ſingula in eo contenta laudamus & approbamus; ac Auctoritate noſtrâ prædictâ ratificamus & confirmamus, id perpetuis futuris temporibus valiturum decernentes; ac ipſis Partibus ſub pœna anathematis injungentes, ut unaquæque earum ſuis terminis & portionibus contenta, Appunctuamentum ipſum in omnibus & ſingulis ſuis punctis & clauſulis inviolabiliter obſervet.

Quod ſi ſecus per ipſas Partes, aut alteram earum, factum fuerit, contrafacientes, poſt monitionem Canonicam per Curatum ſeu Vice-Curatum Eccleſiæ Filvordienſis pro tempore exiſtentem, & cui vices noſtras ad hoc plenariè committimus, fiendam, dictæ pœnæ volumus ſubjacére; à qua niſi in mortis articulo aliàs quam à Nobis vel Succeſſoribus aut Superioribus noſtris nequeant abſolvi; præſentibus perpetuis temporibus futuris duraturis.

In quorum omnium & ſingulorum fidem, robur & evidens teſtimonium omnium præmiſſorum præſentes Litteras exinde fieri, & per Secretarium noſtrum ſignari, noſtrique Sigilli juſſimus & fecimus appenſione muniri.

Datum & actum Bruxellæ, dictæ noſtræ Diœceſis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, menſis Julii die ſextâ.

Infra habebatur: Per Dominum Epiſcopum; T'SWINNEN.

Fuit olim juxta Vilvordiam, ſub Parochia de Peuty, in loco dicto Sreenvoorde, Begginagium, ita vetuſtum, ut nullum in toto Belgio noſtro antiquius eſſe credatur. Fidem facit Diploma inter Opera Miræi exhibitum pag. 908; è quo Abbas à Ryckel in Hiſtoria S. Beggæ aſſeruit, Begginas noſtrates, non à Lamberto Begghio (ut quidam volunt) ſed ab ipſâ Beata fundatrice nomen obtinuiſſe ſuum.

Poſtmodum Carolus Audax Burgundiæ ac Brabantiæ Dux, armis ſuis vaſtato Leodio, ſortem Monialium Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo miſeratus, ac precibus V. Patris Joannis de Soretho ejuſdem Ord nis Generalis inductus, præfatum Begginagium juxta Vilvordiam, ubi imago B. M. V. de Solatio, vulgo *Ten Troost*, jam pridem clara miraculis, religioſè aſſervabatur, Carmeliranis hiſce Monialibus indulſit.

Litteras vide ſupra pag. 207 hujus novæ Collectionis, quibus Honuphrius Tricaricenſis Epiſcopus, Apoſtolicus in Belgio Nuncius, præfati Ducis Caroli voluntatem executioni mandandam declarat. Ita quidem, ut Begginæ reſtantes eidem Monaſterio incorporari, ipſumque Begginagium ſupprimi & extingui deberet.

Obſtiterunt tamen pleræque Begginæ, & poſt diuturnas lites coram Judicibus Eccleſiaſticis ac ſæcularibus, obtinuerunt tandem, ut Begginagium ſuum juxta Monaſterium Carmelitanum integrum permaneret.

Dum autem ſub finem ſæculi XVI. pleraque hujus Patriæ Monaſteria ac pia loca furore hæreticorum vaſtata fuerunt, ſors eadem obtigit Begginis ac Monialibus. Obtinuerunt priores domicilium novum Vilvordiæ juxta Eccleſiam Parochialem; poſteriores vero ſacellum S. Nicolai, quod unà cum vicinis domibus in novum Monaſterium adaptarunt.

CAPUT LXIX.

Henricus de Bergis Cameracenſis Epiſcopus admittit anno 1486 in vico de Heyendonck prope Mechliniam, Monaſterium Monialium Ordinis S. Auguſtini, ſub titulo Vallis Pacis; quod Monaſterium tranſlatum fuit poſtea ad Hoſpitale de Calfvoort ſub Parochia de Puers, eoque tandem extincto, bona incorporata ſunt Archiepiſcopali Seminario Mechlinienſi.

Universis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis, Henricus de Bergis Dei gratiâ Epiſcopus Cameracenſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Exigit officii noſtri debitum paſtorale, ut perſonis ſub obſervantia regulari degentibus, juxta poſſibilitates noſtras, in ſuis neceſſitatibus ſuccurramus, & ad ea pronâ mente intendamus, per quæ ſacra Religio in noſtra Diœceſi augmentetur, ac florido decentique ſanctimoniæ candore refulgeat.

Sanè expoſito nobis pro parte dilectarum nobis in Chriſto Matris & Sororum Religioſarum Domûs ſeu Monaſterii Vallis Joſaphat in & ſub Parochia de (1) Atrem Leodienſis Diœceſis fundati, qualiter pridem Reverendus in Chriſto Pater Ludovicus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ tunc Epiſcopus Leodienſis, inſtante ad hoc Priore & Conventu Monaſterii Canonicorum Regularium de (2) Reingerſtricto juxta Zierixée Terræ Zelandiæ, Ordinis S. Auguſtini, Trajectenſis Diœceſis,

quod

quod propter quotidianas aquarum inundationes & maris tempeſtates, quæ circa Inſulam, in qua dictum Monaſterium tunc ſitum fuit, undique mari cinctam, ut plurimum contigerunt, dietim periclitabatur, & quod procellis fluctuum, pro majori ejus parte ſic vaſtatum exiſtit, eiſdem Priori & Fratribus certum locum in Dominio de (3) Rumeſta infra limites Parochiæ de (4) Altrem dictæ ſuæ Leodienſis Diœceſis ſitum cum ſingulis ſuis pertinentiis & ſtructuris (prout ille per quemdam opidanum Oppidi Antverpienſis eiſdem Priori & Fratribus donatus fuit) in Domum conventualem ſeu Monaſterium pro uſu dictorum Prioris & certorum Fratrum dicti Ordinis ordinariâ ſuâ auctoritate erexit & inſtituit, ac bona & terras hujuſmodi eidem novello Monaſterio appropriavit.

Quo quidem Monaſterio ſic erecto, diverſiſque ſtructuris & ædificiis, Oratorioque & Eccleſia in illo formatis, illoque ſic aliquanto tempore per nonnullos Fratres dicti Ordinis incolato & inhabitato; poſt multos & varios ſumptus & labores circa terras & bona ejuſdem Domûs ſeu Monaſterii, factos, ſuſtentatos & præſtitos, compertum fuit bona & terras hujuſmodi adeò ſteriles permanere, quod præfatis Fratribus pro incumbentibus propterea oneribus ſupportandis nullatenus ſufficere valuerunt; quinimo illa & illas vix perſonis ejuſdem Ordinis fœminei ſexûs antedicta onera ſuſtinere non habentibus ſufficere poſſe;

Fuitque propterea poſt idem Monaſterium cum omnibus & ſingulis ſuis terris, bonis, & pertinentiis, ad inſtantiam quorundam Fratrum illic moram trahentium ad uſum dictarum Magiſtræ & Sororum exponentium, per venerabile Capitulum Leodienſe Sede vacante, commutatum & redactum, aliâſque eiſdem de illo proviſum; prout hæc & alia in Litteris præfatorum Reverendi Patris & Capituli deſuper confectis & Nobis oſtenſis, latiùs vidimus contineri.

Atque deinde pro parte earumdem Exponentium ulterius ſubjuncto, quod ipſæ præfatum novum Monaſterium, quod in tetris prorſus arenoſis & infertilibus ſitum exiſtit jam ſpatio trium annorum vel circiter in magna paupertate & copioſo numero poſſederunt & inhabitarunt, ac circa bona & terras hujuſmodi infinitos ſumptus & labores pro earumdem ad fertilitatem reductione ſuſtinuerunt.

Sed quia bona & terræ hujuſmodi, quæ etiam etſi fertiliores exiſterent multis cenſibus & redditibus prioribus oneratæ ſunt; adeo quod ſterilitate & oneribus prædictis cauſantibus, ſe propterea inde pluribus reddiderunt obnoxias, nec ſpes eſt quod ex penuriis & damnis ex nunc paſſis quomodolibet poterunt relevari; quapropter locum hujuſmodi dimittere & ad alium locum fertiliorem, eiſque commodiorem & congruentiorem ſe transferre compelluntur.

Cùm autem ſæpedictæ Exponentes actu quemdam locum infra præfatum Dominium de Rumeſta, & ſub Parochia de (5) Zempla noſtræ Cameracenſis Diœceſis conſtitutum, *ter* (6) *Heyendonck* vulgariter nuncupatum, ab Oppido Mechlinienſi ejuſdem noſtræ Diœceſis unius dumtaxat miliaris ſpatio diſtantem, ex piâ elargitione cujuſdam Magiſtri * Joannis de Palude ſibi procuraverint & acquiſierint; unde nobis legitima facta eſt fides.

* Joannes de Palude Fundator.

Io quo quidem loco quædam Capella ſatis magna conſtructa & conſecrata exiſtit, cimiterio adjacente etiam conſecrato, in quo corpora univerſorum illic decedentium propter loci diſtantiam ab Eccleſia eorum Parochiali inhumari conſueverunt, & indies inhumantur, quæ muris etiam circumvallata dictis Exponentibus per præfatum Magiſtrum Johannem, ad quem illius collatio & proviſio tamquam ejuſdem primum fundatorem ſpectare dignoſcitur, donata exiſtit.

Ipſæ igitur Exponentes in dicto loco, de con-

(1) Atrem, Parochia Diœceſis Leodienſis, quæ ubinam ſit ſita, hactenus nihil mihi innotuit. Credo legendum potiùs *Eeckeren*, ob rationes infra dicendas.

(2) Rajngarstrecta, lege *Reingers-Kercke*, id eſt *Eccleſia Reinardi*, pagus eſt Zelandiæ, juxta Oppidum Ziricæenſe. De Prioratu Canonicorum Regularium, olim hîc ſito, nulla ſit mentio apud Hiſtoricos Zelandiæ. Conſtat equidem eos ceſſiſſe locum Monialibus de Valle Joſaphat, ejuſdem Ordinis S. Auguſtini. Eaſque Moniales olim etiam Bergizomii habitaſſe, veriſimile eſt.

(3) Rumesta, vulgo *Rumpſt*, olim municipium, & vetus Familiæ de Berthaut DD. Mechlinienſium Dominium, ſitum eſt ad Rupelam fluvium, ſub Diœceſi Antverpienſi. Complectebatur olim & vicum Rumeſtanum, & terras de Hoboken & Eeckeren juxta Antverpiam.

(4) Atrem, tum ex eo quod dicitur ſub Dominio de Rumpſt, tum ex ſequentibus Litteris Curati de Sempſt, apparet legendum eſſe Eeckeren, quæ eſt Parochia hodie Diœceſis Antverpienſis verſus Bergizomium.

De hoc pago agens Baro le Roy in Not'tia Marchion. S. R. I. pag. 353, ſic habet inter cætera.

„ Sub hoc Dominio, in loco dicto *Mitha-*
„ *gen*, extiit olim Monaſterium Brigittinarum
„ modo tranſlatum Ulliſiponam. Aliud inſu-
„ per Monialium Cœnobium in hoc pago fuit,
„ dictum *S. Adrianı in Syon*; ſed cujus Ordinis
„ autquando deſierit, hactenus ignoramus.

Hic itaque nodus ex hoc Diplomate nunc primùm edito reſolvitur.

(5) Zempsa, vulgo Sempſt, Pagus Brabantiæ, primo à Mechlinia lapide, in via Bruxellenſi.

(6) Heysendonck, vicus primo à Mechlinia lapide, olim ſubjectus in ſpiritualibus Eccleſiæ Parochiali de Sempſt. Verum ob nimiam ejus à dicta Matrice Eccleſia diſtantiam, variaque alia incommoda, viſum fuit Illuſtriſſimo D. Archiepiſcopo Hovio, anno 1603. eumdem vicum annectere Parochiæ vicinæ de Heſſene.

* Vide infra pag. 632.

conſenſu Domini temporalis, ac etiam * Curati loci in hoc legitimè intervenientis, nonnullum Monaſterium exſtrui & ædificari facere, & ad illud ſuas Religioſas à dicto loco de Altrem tranſferre, ſummopere deſiderantes, ſperanteſque ſe in loco hujuſmodi, qui juxta rivulum ex oppido Mecblinienſi decurrentem ſitus exiſtit, melius & commodius ſe intertenere, & ſuis neceſſitatibus conſulere, debitaque ſua contracta & onera quibus iovoluta ſunt, queſtibus manuum ſuarum, & Chriſti fidelium largitionibus poſſe citius ſuperare; Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus in tranſlatione, erectione & fundatiooe hujuſmodi ooſtrum vellemus adhibere conſenſum pariter & aſſeoſum.

Erectio novi Monaſterii 1486.

Nos itaque Religionem, divinumque cultum in noſtra Dioeceſi, temporibus maximè uoſtris augeri deſiderantes, ac indigentiis penuriis & neceſſitatibus dictarum Supplicantium paternâ pietate ſubvenire volentes, ſupplicationibus earumdem favorabiliter inclinati, præfatum locum, vulgariter *ter Heyendonck* appellatum, cum omnibus ſuis domibus ſtructuris & ædificiis ac pertinentiis illius acquiſitis, Canonico titulo in Domum Conventualem, formâ, jure, & modo quibus poſſumus & debemus melioribus, prædictâ noſtrâ Ordinariâ & Pontificali Auctoritate in honorem B. Adriani Martyris & B. Catharinæ Virginis & Martyris, ac ſub vocabulo *Vallis Pacis* per præſentes erigimus, fundamus, & eiſdem appropriamus.

Ac ea quæ illic nondum conſecrata ſunt, Auctoritate noſtrâ benedlei & conſecrari mandamns; ipſiſque eâdem Auctoritate harum ſerie iodulgemus, ut prætacta Capella, cùm humili campanili in eadem extructo ſeu extruendo, ac campanâ in ea impenſâ vel impendendâ temporibuſque congruis & decentibus pulſandâ, dictoque cimiterio uti, atque in dicta Capella unà eum ſummo Altari in ea exſtante tria aut quatuor alia Altaria conſtruere poſſint & valeant; cùm faculiate locum ipſum augmentandi, ſi & dum alia bona illis contigua canonico titulo poterunt adipiſci.

Conceſſio Sacelli de Heyendonck.

Habitus Monialium.

Statuentes & ordinantes, quod Mater & Sorores dicti Monaſterii pro tempore exiſtentes tunicâ exteriori albâ, cum ſubtili & velo, vel ſine velo, prout opportunitas & idoneitas exegerit perſonarum, ad inſtar aliarum Domuum dicti Ordinis Capitulo de Syon ſubjectarum, frui debeant.

Primus Rector.

Cujus ſiquidem Domûs ſeu Monaſterii primum Rectorem Patrem & Confeſſorem dilectum nobis in Chriſto fratrem Adrianum..... Religioſum Profeſſum dicti Ordinis deputamus & ordinamus; dantes & concedentes eidem Fratri Adriano omnimodam poteſtatem & facultatem ac auctoritatem ipſarum Matris & Sororum, ac aliarum utriuſque ſexûs perſonarum dictæ Domûs ſeu Monaſterii inibi probandi gratiâ hoſpitantium & continuorum commenſalium confeſſiones audiendi, ac eas in Caſibus, etiam nobis reſervatis, abſolvendi, injunctâ eis proinde juxta caſûs exigentiam pœnitentiâ ſalutari, votaque minora, ſi quæ emiſerint, in alia pietatis opera commutandi, ac cætera in temporalibus & ſpiritualibus neceſſaria & opportuna peragendi;

Nec non nonnullos Preſbiteros ſæculares aut Clericos, uſque ad duos vel tres dumtaxat numero & non ultra, ac etiam Sorores quaſcumque habiles & ydoneas in dicta Domo Regularem vitam ducere volentes admittendi, inveſtiendi & ad Profeſſionem, velationem & incluſiones illorum & illarum, juxta Regulam S. Auguſtini ac Conſtitutiones dicti Capituli de Syon recipiendi; ita tamen quod numerum quinquaginta Religioſarum perſonarum non excedat.

Quibus ſic præfato Fratri Adriano per nos commiſſis, illiſque ſibi vitâ ſuâ durante, aut quamdiu noſtræ placuerit voluntati illæſis, reſervatis; attendentes quemadmodum experimenta in multis Religioſis Domibus declarant, in quibus Viſitationis Officium non exercetur, quod ibi gubernaculum diſciplinæ contemnitur, devotioniſque Religio iu divinæ Majeſtatis offeoſum, Religioniſque opprobrium damnabiliter conſpicitur naufragari; ſicque ut commoditati perſonarum dicti novelli Monaſterii conſulatur, ac ſubſiſtentiæ & utilitati ipſius provideatur, * Reverendum Patrem Dominum Godefridum, noſtrum in Pontificalibus Vicarium & Suffraganeum, in Commiſſarium & Viſitatorem prætactarum Sororum & Domûs, vice, loco, & Auctoritate noſtris inſtituimus & ordioamus.

* Suffraganeus Cameracenſis Viſitator Monaſterii.

Qui unà cum aliquo Religioſo dicti Ordinis viro probato, per eum ex aliquo Monaſteriorum ipſius Ordinis noſtræ Dioeceſis aſſumendo, ſemel in anno, dictâ noſtrâ Auctoritate ipſas Sorores iu capite & membris, perſoniſque & rebus viſitare, corrigendaque & ſtatuenda, & reformanda corrigere, ſtatuere, & reformare; ac Matrem ſeu Rectricem cum conſilio ſanioris partis Conventûs inſtituere & deſtituere poterit & valebit.

Et poſt eum ejus Succeſſorem, ſi eum in Oppido Bruxellenſi, aut circa illud commorari contigerit. Quod ſi non, uoſtrum principalem Vicarium pro tempore illic commorantem, aut alterum Vicariorum noſtrorum pro tempore.

Requirentes propterea eos, ſeu eorum alterum, quatenus quandocumque & quotieſcumque opus fuerit, & expediens videbitur, aut per Confeſſorem ac Matrem Conventûs, aut ſaniorem partem Sororum d ɛti Monaſterii, vel earum Nuntios, ad hoc interpellatus fuerit, hujuſmodi Viſitationis Officium, & viſitandi onus intercipiat, tam in capite quam in membris, perſonis, & rebus viſitet, & ea quæ circa ipſas, ſtatumvè earumdem, pro ſalute animarum ſuarum, divinoque honore, & ad ipſarum Sororum conſervandam honeſtatem, corrigenda, ſtatuenda, & re-

formanda forent, ſtudeat emendare, reformare & corrigere; ac cætera quæ Viſitatori de jure vel laudabili conſuetudine inibi videbuntur, perficere, & quæ correctione reformationeque digna fuerint, ſalubri remedio Auctore Domino reformet.

Concedentes eidem Viſitatori, ac etiam pro tempore Patri & Confeſſori in ejus abſentia, poteſtatem & auctoritatem, dictas Matrem ſeu Rectricem & Sorores perſonaſque Conventuales dictæ Domûs, ſi inobedientes & rebelles fuerint, Auctoritate noſtrâ per Cenſuras Eccleſiaſticas compellendi & cohercendi, ac juxta ipſarum demerita corrigendi & clauſtrandi, ac carceri clauſtrali mancipandi, etiamque ab hujuſmodi carcere, prout ordo dictaverit rationis, liberandi.

Salvo tamen nobis & Sneeceſſoribus noſtris in præmiſſis omnibus, ſi (quod abſit) Mater ſeu Rectrix, ac Conventus & cæteræ dictæ Domûs perſonæ male ſe rexerint, ac Viſitator ipſarum negligens fuerit aut deficiens, ac etiam totiens quotiens nobis expediens videbitur, Jure noſtro viſitandi & reformandi, ac procurationes nobis debitas exigendi & redipiendi.

Electio Confeſſarii.

Inſuper præmiſſis ſalvis, præfatis Matri ſeu Rectrici & Sororibus dictæ Domûs præſentibus & futuris harum tenore licentiam & auctoritatem concedimus & impertimur, ut cedente vel decedente Patre ſeu Confeſſore pro tempore ipſius Monaſterii, aliquem Patrem & Confeſſorem ſpiritualem & Religioſum ex ſuis propriis Presbyteris de Ordine prænarrato exiſtentem, aut ex aliquibus Monaſteriorum dicti Ordinis noſtræ Diœceſis, eligere & aſſumere poſſint & valeant.

Quem tamen ſic electum aut aſſumptum, Nobis, aut dicto pro tempore Viſitatori per Nos, aut illum confirmandum, prius volumus & præcipimus præſentari.

Quique confirmatus Pater & Confeſſor, eamdem ſeu ſimilem habebit poteſtatem, quam ſuperiùs prælibato Adriano indulſimus. Qui etiam cætera in ſpiritualibus & temporalibus, in & circa neceſſaria & opportuna, ac fieri conſueta, peragere poſſit & valeat.

Electio Matris ſeu Rectricis.

Dantes & concedentes eidem Patri ſeu Confeſſori pro tempore, ac Sororibus Conventualibus dicti Monaſterii novelli, vel ſaniori parti illius, plenam & liberam facultatem, dum opus fuerit eligendi & aſſumendi Matrem, ſeu Rectricem dicti Conventûs ſeu Domûs, ex illa vel alia Domo, ſub dicto Capitulo de Syon conſtitutâ: atque ulterius præmiſſis reſervationibus ſalvis. Committentes eâdem noſtrâ Auctoritate prædicto Viſitatori pro tempore, quatenus Sorores quaſcumque in dicta Domo ſeu Monaſterio, uſque tamen numerum præſcriptum & non ultra, ad perpetuam incluſionem prout eiſdem expedire videbitur, recipere, ipſiſque habitum conferre Regulariſſarum, cùm velo vel ſine velo, prout qualitas & ydoneitas exigent personarum, juxta conſuetudinem aliarum Domorum dicti Ordinis, & noſtræ Cameracenſis Diœceſis;

Clauſura Monialium.

Ac etiam inveſtire, nec non ad Profeſſionem recipere Converſas, Donatas, Clericosque & Præsbyteros ac Familiares utriuſque ſexûs perſonas, prout Matri & Conventui dictæ Domûs congruum videbitur & expediens, poſſint & debeant.

Quod ſi Viſitator prædictus pro tempore exiſtens, præmiſſis commodé interesſe non poterit, damus eidem facultatem vices ſuas Confeſſori pro tempore committendi.

De Horis Canonicis.

Denique præfatæ Religioſæ pro Horis Canonicis more aliarum Domum Religioſarum dicti Ordinis ſub Capitulo de Syon conſtitutarum, & juxta Conſtitutiones illius, legere ſeu cantare tenebuntur, ac legenda & cantanda exſolvent.

Volumus etiam prædictas Sorores, perſonaſque Conventuales dictæ Domûs præſentes & futuras, omnibus & ſingulis Privilegiis, libertatibus, & indultis, aliis Domibus ſeu Monaſteriis ejuſdem Ordinis dictæ noſtræ Diœceſis, tam Apoſtolicâ quam Ordinariâ Auctoritatibus quomodolibet conceſſis & concedendis, ac etiam omni libertate Eccleſiaſticâ gaudere, in quantum præſentibus non obvietur; quamdiu ſub noſtrâ Ordinariâ Juriſdictione perſtiterint; & nullatenus, ſi ab eadem, quâvis Auctoritate ſeſe exemerint; prout nobis per alias Litteras ſuas pollicitæ ſunt, ſe perpetuò velle perſiſtere & remanere.

Atque etiam nullos alios Viſitatores à præmiſſis, per nos eiſdem, tam ex parte dicti Capituli de Syon, quam alterius cujuſcumque dicti Ordinis ordinatos, ad præfatum Monaſterium impoſterum forſan viſitandi cauſâ recipere, & hujuſmodi Viſitationis Officium admittere, niſi prius noſtris conſenſu & licentiâ in hoc debitè petitis, adhibitis & conceſſis; jure Matricis, ac etiam Parochialis Eccleſiæ in omnibus ſemper ſalvo.

Ut igitur per Chriſti fideles pro tam pio opere adimplendo, dictis Confeſſori, Matri, & Conventui, ſubveniatur & ad hoc excitentur, &c.

Conceſſio Indulgentiarum.

Nos Henricus Epiſcopus ante dictus, omnibus & ſingulis verè pœnitentibus, confeſſis & contritis, qui ad erectionem, perfectionemque dicti novelli Monaſterii, vel ipſorum Confeſſorum Matris & Conventûs ſuſtentationem manus porrexerint adjutrices, ipſiſque de ſuis rebus, ſubſtantiis, pecuniis & bonis ſubvenerint & contribuerint; totiens quotiens id fecerint, XL. dies Indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis, de Omnipotentis Dei miſericordia, Gloriosæque Virginis Mariæ, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus interceſſione confiſi, miſericorditer in Domino relaxamus;

Ipſoſque Patrem & Confeſſorem, ac Matrem & Conventum ſuoſque Presbyteros,

Clericos, Familiares continuoſque commenſales, ac alias perſonas illius ſub noſtra & Eccleſiæ noſtræ Cameraceenſis protectione & ſalvagardia harum ſerie recipimus, & permanere volumus & decernimus per præſentes.

Ut autem præmiſſa omnia & ſingula perpetuis temporibus inconcuſſa & firma permaneant, præſentes Litteras exinde fieri & per dilectum noſtrum Secretarium ſignari, noſtriqne Sigilli proprii juſſimus & fecimus appenſione communiri.

Datum & actum Bruxellæ dictæ noſtræ Diœceſis, ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto.

Conſenſus Curati de Semps, juxta Mechliniam.

VEnerabili, ſpectabilique D. M. Joanni de Glimes, Sereniſſimi Romanorum Regis Conſiliario, Reverendique in Chriſto P. ac D. Cameracenſis Vicario generali, ſalutem & ſervitii promptitudinem.

Quoniam juxta Salvatoris noſtri ſententiam, miſericordes eſſe jubemur, quemadmodum Pater noſter cœleſtis miſericors eſt, igitur humili ſupplicatione pauperum Sororum, pro nunc in Conventu S. Adriani Martyris in Parochia de Eeckeren reſidentium, ſuamque quam ibidem patiuntur penuriam ob ſuarum terrarum ſterilitatem ac etiam loci myricalis vaſtitatem allegantium, noſtrumque ut in noſtra Parochia de Zempſa Deo famulari poſſint in loco, qui eiſdem piè propter Deum datus eſt, conſenſum requirentium, compaſſione fluxus, intuituque miſericordis Dei, ac divini cultûs per eaſdem illic Domino jugiter exhibendi,

Ego Johannes Van den Poele, Paſtor Eccleſiæ Parochialis in Zempſa, pro me & Succeſſoribus meis, quantum mihi competit ac intereſt, meis in hoc ſubditis longè à noſtra Parochiali Eccleſia commorantibus, & propter hoc divini Verbi ac ſervitii refectione ſæpe oumero careotibus providere volens, piè annuo, noſtrumque deſuper conſenſum dono, ſperans me rem Deo per hoc gratam effecturum &c.

Datum anno M. C. C. C. C. LXXXVI.

CAPUT LXX.

Henricus de Bergis Cameracenſis Epiſcopus, confirmat anno 1487 fundationem Conventûs FF Bogardorum in Opphem, ſub Parochia de Weſembeecke, inſtitutam per Nobilem Virum Waltherum Van den Eetvelde, ejuſque Conjugem Annam Van Cauwenberghe.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis Henricus de Bergis, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Cameracenſis, ſalutem in Domino ſempiternam....

Dudum felicis recordationis Johannes de Burgundia noſter in Epiſcopatu Cameracenſi immediatus Prædeceſſor, ad humiles preces Generoſi Viri Waltheri Van den Heetvelde, Armigeri, Oppidani Oppidi Bruxellenſis noſtræ Diœceſis, & Domicellæ Annæ Van Cauwenberghe, alias Rolibux ſuæ dilectiſſimæ Conthoralis, in territorio de Ophem, Parochiæ de Weſembeecke juxta Furam Ducis, quamdam Capellam, quam illic de conſenſu Curati loci primum lapidem jacientes, in ſolo ejus ſumptuoſè ædificare procuraverunt, in honorem Dei, Beatiſſimæque Virginis Mariæ, omniumque SS. ejus, ac ſub vocabulo Sanctiſſimi Salvatoris Mundi & S Waltheri Confeſſoris & B. Huberti Epiſcopi, cum atrio adjacente conſecrari fecit, ſub promiſſionibus à præfato Walthero ſolemni interveniente ſtipulatione receptis, quod in eadem Capella tres Miſſas in hebdommada perpetuis futuris temporibus celebrandas fundaret, certa bona hæreditaria proinde efficaciter obligando....

Dictus itaque Waltherus Armiger ejuſque Conthoralis devotione creſcentes, ac de virtute in virtutem progredi cupientes, ſummopere affectarunt Capellæ & atrio hujuſmodi Domum Conventualem Fratrum Reformatorum de Pœnitentia, ſive de Obſervantia Tertiæ Regulæ S. Franciſci adjungi, quam in ſolo hæreditatis ſuæ, quantitatis duorum cum dimidio bonariorum, vel circiter, in quo ſeu quâ Domum admodum ſumptuoſam pro manſione ſeu incolatu FF. hujuſmodi conſtrui procurarunt, & quod ſeu quam ab Illuſtriſſimo Domino Duce Brabantiæ annuè ſub cenſu hereditario annuè tenuerunt, ac hodie abſque quavis alia reverentia cuiquam alteri facienda poſſident pacificè & quietè, de noſtra licentia fundare deſiderant.

Quod quidem ſolum, ſive quam hæreditatem in manibus præfati Domini Ducis Brabantiæ, aut ſuorum Officiatorum ad hoc depu-

deputatorum, pro uſu & incolatu dictorum Fratrum reſignare, cedere & tranſportare promiſerunt.

Ut autem Domus hujuſmodi Conventualis & perſonæ illius commodioſiùs ſuſtentari & vivere, Deoque ſervire poſſint & valeant, ipſi conjuges pro ſuſtentatione & intertinentia Fratrum & perſonarum dictæ Domûs aſſignaverunt eiſdem & tranſportaverunt coram Lege dicti Oppidi Bruxellenſis nonnulla bona hereditaria & allodialia, in Litteris Scabinalibus ejuſdem Oppidi latiùs deſignata, ad quarum tenorem nos referimus....

Sequentia hic præterminſſa concernunt Jura Paſtoris de Weſembeke.

Nos quoque Religionem cultumque divinum, in noſtris Civitate & Diœceſi præſertim, noſtris potiſſimum temporibus augeri intenſis deſideriis affectantes, ad humiles preces dictorum Conjugum Fundatorum & præmiſſa exponentium, ac ſic cum effectu edocentium, Nobis deſuper factas, de uberiori dono gratiæ, ea omnia & ſingula prout prætanguntur, dictâ noſtrâ Ordinariâ Authoritate gratificantes & approbantes, Capellam præfatam cum ſuo atrio ac domibus, terriſque & poſſeſſionibus illic adjacentibus, juxta formam Literarum deſuper editarum, aut edendarum, in Domum Conventualem FF. de Pœnitentia, & ſub Obſervantia Tertiæ Regulæ S. Franciſci eâdem Authoritate erigendam duximus, & erigimus per præſentes.

Sic tamen, quod in dicta Domo non habebuntur niſi decem Fratres Profeſſi, quorum ad minus duo eſſe debeant actu Sacerdotes, qui Miſſas & alia divina Officia Ordini eorum incumbentia, & in dictis Litteris Scabinalibus expreſſa celebrare debebunt. Numerus Religioſorum.

Quem numerum excedere non poterunt, niſi noſtrâ & Succeſſorum noſtrorum Cameracenſis Eccleſiæ Epiſcoporum canonicè intrantium deſuper petitâ & in ſcriptis obtentâ licentiâ ſpeciali.

Poterunt tamen ultra illos, aliquos juxta eorum exigentiam Novitios & familiares, uſque ad numerum ſex perſonarum, & non amplius, plures tamen commenſales recipere. . . . *Sub finem adduntur ſubſequentia.*

Ordinariâ noſtrâ Juriſdictione & Viſitatione, Nobis & noſtris Succeſſoribus, dum & quotiens opus fuerit, ac nobis aut eis placuerit, ſeu viſum fuerit expedire, in omnibus & ſingulis præmiſſis ſemper ſalvis; quibus per eadem præmiſſa derogare in aliquo non intendimus. Quin-imo dicti Fratres prædicti pro ſe-ipſis & Succeſſoribus ſuis Jus hujuſmodi nobis recognoſcere, & pro illius intertinentia Litteras eorum patentes dare tenebuntur.

In cujus rei teſtimonium &c.

Actum Bruxellæ dictæ noſtræ Diœceſis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, Menſis Aprilis die ultimâ.

CAPUT LXXI.

Monaſterium FF. Bogardorum Brugis, ſeu tertiæ Regulæ S. Franciſci (qui vulgo Stael-Yſers-Broeders *cognominabantur) erigitur circa annum* 1487 *in Parochia B. M. V. probante ejuſdem Eccleſiæ Capitulo. Quo Monaſterio poſtmodum* * *extincto, ſucceſſerunt in habitationem Abbatiſſa & Moniales S. Trudonis Ord. S. Auguſtini.*

* Anno 1585.

Ex Archivis Capituli B. M. V. Brugis.

Niverſis præſentes Litteras inſpecturis, lecturis pariter & audituris, Fr. Johannes de Heeze, humilis Miniſter, & Conventus FF. Tertii Ordinis S. Franciſci, tria vota ſubſtantialia ſacræ Religionis voventium, loci *ten Stael-yſer* vulgo dicti, infra limites Patronatûs venerabilium Virorum DD. Præpoſiti & Capituli, atque Parochiæ venerabilis Eccleſiæ Collegiatæ & Parochialis beatæ Mariæ Virginis Oppidi Brugenſis Tornacenſis Diœceſis ſiti & fundati, ſalutem in Domino ſempiternam.

Nos cupientes pro nobis & Succeſſoribus noſtris dicti loci Fratribus Conventualibus profeſſis, donatis & ſervitoribus noſtris de conſenſu & voluntate prædictorum Venerabilium D. D. Præpoſiti & Capituli Capellam, humile campanile cum mediocri campanula, ſymiterium, officinas, tintinnabula & alia hujuſmodi nobis neceſſaria, prout quidam Prædeceſſores noſtri occupaverunt, & occupamus ad tempus, in futurum perpetuo tempore duraturo habere, inhabitare, poſſidere & occupare, ob id cum eiſdem Dominis Præpoſito & Capitulo hanc fecimus, inivimus, & concluſimus Conventionem.

Primò, promiſimus bonâ fide mediâ, ac juramento promittimus, ac pariter juramus tam pro nobis quam ſucceſſoribus noſtris præfatis quod nullum parochianum dictæ Eccleſiæ B. Mariæ, quantum Perſonatus ejuſdem Eccleſiæ ſe extendit, ad Eccleſiaſticam ſepulturam recipiemus, niſi petitâ priùs & obtentâ ſuper hoc licentiâ præfatorum D. D. Præpoſiti & Capituli. Habebuntque iidem D. D. Præpoſitus & Capitulum congruentem redemptionem

inter ipſos Dominos & hæredes funeris apud nos recipiendi fiendam, duas partes oblationum tam in cera quam in pecunia, pane, vino aut aliis: & nos Fratres ſucceſſoreſque noſtri reliquam tertiam partem oblationum hujuſmodi in principalibus exequiis & primis anniverſariis occaſione ſeu intuitu funerum Parochianorum, tam B. Mariæ prædictæ, quam Eccleſiæ S. Katerinæ ac S. Ægidii ſub ſuo Patronatu exiſtentium, in futurum apud nos ſepeliendorum.

Item promittimus pariterque juramus ut ſupra, pro occupatione loci prædicti nec non pro omnibus fructibus quotidianis, oblationibus aliiſque apportibus & eleëmoſinis quæ nobis à Chriſti fidelibus elargientur, exteriſque obventibus tam ad altaria noſtra ſub benedictionibus Reliquiarum, aut in truncis, ſcutellis, pelvibus in auro argento monitato vel non, monetato ferro, cerâ, lino aut alias quovis modo provenientibus quolibet anno perpetuo tempore duraturo, ipſis Dominis Præpoſito & Capitulo exſolvere pariter & deliberare in bona & uſuali moneta decem libras Paris; monetæ Flandrenſis, terminis infra notatis, videlicet quâlibet feſtivitate Nativitatis Sti. Joannis Baptiſtæ, Sti. Bavonis, Nativitatis Chriſti, & Paſchæ 50 ſolidos paris; ejuſdem monetæ.

Et cum continget aliquem ſeu aliquos ex noſtris Fratribus ibidem ſuam primam Miſſam celebrare, ſimiliter promittimus tunc & eo caſu pro redemptione oblationum ad hujuſmodi primam Miſſam provenientium iiſdem Dominis Præpoſito & Capitulo 48 groſſos dictæ monetæ exſolvere, & cum effectu totiens quotiens hoc fieri contigerit, petitâ tamen prius & obtentâ ad hoc ab iiſdem Dominis licentiâ & non alias.

Inſuper promittimus, quod eoſdem DD. Præpoſitum & Capitulum ac eorum Eccleſiam ſemper & perpetuò habebimus in reverentia & honore, eorumque utilitatem & profectum tam in temporalibus quam ſpiritualibus procurabimus. ſecundum poſſe noſtrum. Et cum ipſis placuerit, in ſuis ſolemnibus proceſſionibus cum ſuppoſitis Eccleſiæ proceſſionaliter procedemus, ſi hoc nobis duxerint intimandum.

Præterea promittimus, quod in obitu DD. Præpoſiti & cujuſlibet Canonicorum dictæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ in futurum decedentium Officium de mortuis faciemus, Miſſamque de Requiem in refrigerium animarum ſuarum in Choro noſtro ſolemniter celebrabimus.

Unde iidem Domini Præpoſitus & Capitulum admiſerunt & conceſſerunt, quod Miniſter noſtri loci ſeu Conventûs prædicti qui eſt & pro tempore erit, ſeu ejus Vicarius ad hoc per eum deputatus ſeu deputandus, poterit ſuis veris Religioſis habituatis & profeſſis liberè & licitè Eccleſiaſtica miniſtrare Sacramenta, totiens quotiens ſibi videbitur expedire & etiam in extremis, & eos cum deceſſerint in noſtra Capella ſeu ſymiterio noſtro ſepelire ad inſtar aliorum Religioſorum. Quitantes & abſolventes nos ab omnibus juribus Parochialibus quæ eiſdem Dominis Præpoſito & Capitulo ſeu Eccleſiæ ſuæ prædictæ per obitum hujuſmodi Fratrum noſtrorum habituatorum & profeſſorum provenire poſſent ſeu deberent.

Quantum vero ad alios commenſales & cohabitantes noſtros qui de gremio noſtri Ordinis non ſunt, nec eumdem Ordinem profeſſi, jura parochialia illorum occaſione ipſis Dominis Præpoſito & Capitulo ac Eccleſiæ ſuæ prædictæ debita, ſalva ſervabimus & illæſa.

Demum promittimus ac juramus, quod contra præmiſſa ſeu aliquod præmiſſorum nullo umquam tempore faciemus ſeu veniemus directe vel indirecte, palam vel occultè, aſtu ſeu ingenio, quovis quæſito colore. Quinimo ipſa omnia & ſingula rata, grata atque firma perpetuo habebimus. Quod ſi aliqua in prædictis ſeu circa ea declaranda interpretanda vel addenda occurrerint, dictæ Eccleſiæ Præpoſitus ac Miniſter noſter Superiorqui pro tempore erunt plenariam ſuper his habebunt poteſtatem.

Et Ego Frater Gomarus de Leefdaele humilis Miniſter Superior Conventuum Ordinis prædicti in partibus Flandriæ, prædictam Ordinationem ſeu compoſitionem ratam habeo atque gratam, eam in omnibus approbando; volens quod Miniſter hujuſmodi qui pro tempore erit, promittat & juret prædicta obſervare, ſi & dum ad hoc fuerit requiſitus.

Noſque Præpoſitus & Capitulum ſæpedictæ Eccleſiæ ad inſtantiam & humilem ſupplicationem prædictorum Miniſtri & Conventûs, & ut omnia prædicta perpetuis futuris temporibus firmiùs obſerventur, præſentes Litteras Sigillo noſtro ad cauſas unà cum Sigillo Miniſtri Superioris prædicti ac etiam Sigillo Conventûs eorumdem Fratrum loci & villæ Brugenſis feeimus communiri.

Datum & actum in loco noſtro Capitulari anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, die vero mercurii vigeſimâ ſeptimâ menſis Junii.

CAPUT LXXII.

Henricus de Bergis Cameracenſis Epiſcopus declarat anno 1493 ſe viſitaſſe in Eccleſia Parochiali B. M. V. de Capella Bruxellis Corporale miraculoſum tinctum Sanguine D. N. Jeſu Chriſti.

Ex Archivis Archiepiſcopatus Mechlin.

UNiverſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes noſtras Litteras viſuris & audituris, Henricus de Bergis, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Cameracenſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Ineffabilia glorioſæ Virginis Dei Genitricis Mariæ meritorum ioſignia devotæ conſiderationis indagine perſcrutantes, & intra noſtræ mentis archana revolventes, quod ipſa caſtiſſimo ejus utero, prout noſtri ſtatûs exigebat neceſſitas, homanæ ſalutis authorem protulit, & apud eum quem maternis lactavit uberibus, ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione preces effundat; dignum quin potius debitum reputamus, ut in honorem ſui nominis dedicatas Eccleſias gratioſis remiſſionum proſequamur obſequiis, & Indulgentiarum impendiis decoremus.

Cum itaque (prout pro parte dilectorum nobis in Chriſto Guilielmi Mareſcalc Curati, & Rectorum Fabricæ Eccleſiæ Parochialis B. M. V. dictæ vulgariter ad Capellam, Bruxellenſis Noſtræ Diœceſis, nobis fuit monſtratum) in dicta Eccleſia per centum & ſexaginta annos & amplius, in quodam vaſe argenteo ſumptuoſo honorificè conſervatur Corporale, Sanguine Chriſti detinctum, quod in ipſa Eccleſia celebrans, poſt Corporis & Sanguinis Chriſti Conſecrationem peractamqoe elevationem, ſecretam agens memoriam, de mutatione vini albi & aquæ in calice commixtorum in Sanguinem ſubſtantialem glorioſiſſimi Corporis Dominici dubitaſſet, & ſic dubitando ipſum Calicem caſualiter & inadvertenter ſuper dictum Corporale vertiſſet & effudiſſet, commixtio vini albi & aquæ hujuſmodi nutu divino in Sanguinem miraculoſè mutabatur, quo ſic ipſum Corporale prorſus iotinctum fuit.

Cumque Corporale hujuſmodi in præfata Eccleſia à Chriſti fidelibus cum magnis reverentiis & honoribus indies veneretur, quod etiam in eadem à ſuperioribus temporibus de triennio in triennium, in Inventionis & Exaltationis S. Crucis feſtivitatibus populn tunc devotionis cauſſâ illic confluenti devotiſſimè ſolebat oſtendi, atque ea de cauſſa plores Reverendiſſimi in Chriſto Patres S. R. E. Cardinales, & nonnulli Prædeceſſores noſtri Epiſcopi Cameracenes piè moti prædictam Eccleſiam pluribus Indulgentiarum muneribus doniſque ſpiritualibus decoraverint & locupletaverint; comperiatur quoque id-ipſum Corporale miraculoſum per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & D. Joannem Archiepiſcopum Remenſem, de anno videlicet Domini milleſimo quadringenteſimo ultimo viſitatum.

Itaque cum tuoc illud propter temporis lapſum vetuſtate conſumi potuiſſet, fuit eapropter Nobis per præfatos Curatum & Rectores humili cum inſtantia ſupplicatum, quatenus ad laudem Dei omnipotentis, ad dicti Miraculoſi Corporalis venerationem ac Chriſti fidelium devotionem ampliùs excitandam, ipſum Corporale viſitare, Indolgentiaſque à Reverendiſſimis DD. Cardinalibus & Prædeceſſoribus noſtris conceſſas approbare & roborare, nec non illis noſtri ex parte XL. dies ſimilium Indulgentiarum de noſtra benignitate adjicere vellemus & dignaremur.

Nos igitur præfatorum Supplicantium humilibus precibus & inſtantiis favorabiliter condeſcendre volentes, præfatamque Eccleſiam noſtræ Dominæ de Capella propter hoc accedentes, venerabile Corporale Miraculoſum præfatum, in noſtri Vicarii, ac nonnullorum venerandorum Patrum S. Paginæ Profeſſorum, aliarumque Religioſarum Eccleſiaſticarum ac ſæcularium perſonarum præſentia, cum debitis reverentia & honore viſitavimus, manu tractavimus, & diligenter conſpeximus.

Quod, prout cuilibet illud intuenti luculenter apparere potuit & poteſt, ad modum roſei ſanguinis prorſus detinctum comperimus, piè credentes id modo & ex cauſia prænarratis eveniſſe; prout & quemadmodum Reverendiſſimi PP. DD. Archiepiſcopi, Cardinales & Prædeceſſores noſtri in Litteris ſuis patentibus per Nos maturè viſitatis & ioſpectis, de præmiſſis mentionem facientibus, id ſimiliter piè crediderunt, & atteſtantur.

Quas quidem Litteras & Indulgentias dictæ Eccleſiæ per eoſdem conceſſas, quantum in nobis eſt laodantes, roborantes & approbantes, atque ipſorum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigia inſequendo, cupientes nt dicta Eccleſia, quæ in ſuis ſtructuris & ædificiis ſumptuoſè inchoatur, reparationibus & piis ſubventionibus, propter fructuum, redditnum & proventuum ejuſdem tenuitatem nullatenus perfici ſeu conſummari valet, congruis frequentetur honoribus, & ab ipſis Chriſti fidelibus jugiter veneretur.

Et ut fideles ipſi eò libentiùs ad eandem cauſâ devotionis, orationis aut peregrinationis confluant, ac ad ſtructurarum & ædificiorum prætactorum perfectionem & conſummationem manus promptiùs porrigant adjutrices, quò ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberiùs conſpexerint ſe refectos; omnibus verè pœnitentibus confeſſis & contritis, qui ipſam Eccleſiam, & dictum Corporale in omnibus & ſingulis gloriosiſſimæ Virginis Mariæ ipſius Patronæ ac ejuſdem Dedicationis feſtivitatibus, nec non in omnibus & ſingulis feſtivitatibus infraſcriptis, videlicet Nativitatis Domini &c.... devotionis, aut peregrinationis cauſâ viſitaverint, nec non ad fabricam, luminaria, ornamenta, ædificiorumque prædictorum reparationem & conſummationem, aurum, argentum, cenſus, redditus, proventus, lapides, labores, aut aliud caritativum ſubſidium donaverint, legaverint, donari vel legari procuraverint, ſeu aliàs quomodolibet manus porrexerint adjutrices, totiens quotiens præmiſſa vel præmiſſorum aliquid devotè egerint, de omnipotentis Dei miſericordiâ, ipſiuſque gloriosiſſimæ Virginis Mariæ Matris, & BB. Petri & Pauli meritis & interceſſionibus confiſi, XL. Indulgentiarum dies de injunctis eis pœnitentiis, miſericorditer in Domino ſimiliter relaxamus; præſentibus perpetuis temporibus duraturis.

In quorum fidem &c.

Datum & actum in Oppido Bruxellenſi, noſtræ Diœceſis antedictæ, anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio, Menſis Maii die primâ.

Erat olim in Eccleſia B. M. de Capella Altare & Sacellum ſpeciale, in quo hoc Corporale aſſervabatur, quod tandem tempore tumultuum Belgii circa ann. 1580 perditum fuit.

Sæculum XIV. feraciſſimum fuit Miraculorum, ſignanter in Belgio. Amſtelodami anno 1345 Sacra Hoſtia ab ægroto, ex nauſeâ ſtomachi, in ignem injecta, poſt aliquot horas integra reperta eſt. Et dein anno 1452 ſacello ipſo, in quo dicta Hoſtia aſſervabatur, flammis conſumpto, illæſa permanſit.

Gandavi anno 1354 ſtupente populo, ſub humo ab impiis furibus defoſſam Hoſtiam adorarunt, & latentem Creatorem ſuum agnoverunt ipſi agniculi.

Bruxellæ anno 1370 ab impiis Judeis die ſancto Paraſceves confoſſæ Hoſtiæ ſanguinem reddiderunt, hodieque religiosè aſſervantur in Eccleſiâ Collegiatâ S. Gudilæ.

Middelburgi in Zelandiâ anno 1374 Sacra Hoſtia in ore ſacrilegè communicantis in carnem viſibilem mutata eſt, ſervaturque nunc pars una Coloniæ, altera pars Lovanii in Eccleſiis PP. Auguſtinianorum.

Duaci in Gallo-Flandria (teſte Thoma Cantipratano) anno 1268 ſub formâ pueruli Chriſtus ſe dedit ſpectandum, & adorandum: cujus memoria fit ibidem in Eccleſiâ Collegiata S. Amati.

Anno 1405 in Cœnobio Buſci Domini Iſaac Canonicorum Regularium in Sylvâ Soniæ haud procul Bruxellis contigit aliud miraculum: ubi plures guttæ ſanguineæ è Calice ſupra Corporale effuſæ, hodiedum apparent ſenſibiles.

Similiter Boxtellæ in Campinia anno 1280 Corporale Salvatoris noſtri Sanguine intinctum fuit. De quo vide Hiſtoriam Epiſcopatûs Sylvæducenſis pag. 177. Hodie aſſervatur Hooghſtratæ in Campinia apud Minoritas.

Anno 1317 apparuit SS. Hoſtia Sanguine cruentata, quæ modo in Abbatia Herckenrodenſi honorifice aſſervatur, quæ eſt Monialium Ordinis Ciſtercienſis Diœceſis Leodienſis.

CAPUT LXXIII.

Capitulum Stæ. Gudilæ Bruxellenſe ratam habet fundationem Monaſterii Monialium B. Mariæ Magdalenæ ſub Regula Sti. Auguſtini, inſtitutam Bruxellis à Decano ſuo Domino Marco de Steenberghe, anno 1511.

Universis & ſingulis præſentibus & futuris, has Litteras inſpecturis, viſuris, & audituris, Vice-Decanus & Capitulum ac Plebanus Eccleſiæ Collegiatæ & Parochialis B. Gudulæ Oppidi Bruxelleoſis Cameracenſis Diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum dudum bonæ memoriæ Mgr. Marcus Steenbergh Decretorum Doctor, Decanus dum vixit dictæ Eccleſiæ noſtræ quamdam domum cum ſuis pertinentiis & attinentiis, hoſpitium de Arembergh vulgariter nuncupatum, & in loco dicto *de Corte-Ridder-ſtraete* hujus dicti Oppidi Bruxellenſis, ſub Patronatu noſtro, & infra limites ac diſtrictum Parochiæ dictæ Eccleſiæ noſtræ & Capellæ Sti. Nicolai ejuſdem Oppidi nobis ſubalternæ, ſituatam, emerit & ſibi acquiſiverit, illamque poſtmodum cum ſuis pertinentiis teſtamentaliter dederit & legaverit nonnullis pauperibus peccatricibus ad Dominum converſis, uſque ad tredecim numero in eadem inſtituendis;

Sub ſpe tamen, quod in & de eadem Domo quidam Conventus Sororum illius conditionis ſucceſſivis temporibus auctoritate Superioris erigeretur;

Cumque Illuſtriſſima Domina D. Margareta Archiduchiſſa Auſtriæ Ducisſa Brabantiæ &c. Duageria Sabaudiæ, ad hujuſmodi Conventûs

vertûs Erectionem ſingularem gerens affectionem, Nos jam diu replicatis vicibus requiri fecit, ut in ipſam Erectionem, quam apud Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum Epiſcopum Cameracenſem, Ordinarium noſtrum fieri & expediri curavit, noſtros conſenſum & aſſenſum ad hoc ſpecialiter requiſitos benigne dare & præſtare vellemus.

Nos itaque piam voluntatem dicti quondam Magiſtri Marci Decani ad optatum effectum produci, ac requiſitioni dictæ Illuſtriſſimæ Dominæ ſuper hoc nobis factæ poſſe nonnus ſatis eſſe cupientes, in Erectione Conventûs Sororum prædictarum de Ordine & Regula S. Patris Auguſtini, ut intelleximus, ac pro hoc initio, juxta dicti quondam Decani Ordinationem tredecim dumtaxat numero futurarum, ad inſtar Conventûs ſimilium Sororum in Oppido Antverpienſi, dictæ Diœceſis, erecti in platea dicta *de Cammerſtraete*, ac ſub eodem titulo ſeu vocabulo, Beatæ videlicet Mariæ Magdalenæ, cum humili Capella inibi poſtmodum conſtruenda ac dedicanda, ac campanili & campanula intus pendenda, cæmiterio, dormitorio, refectorio, & aliis officinis, ad uſum Conventûs neceſſariis, propter hoc ſimiliter conſtruendis, præfati Reverendiſſimi Domini noſtri Cameracenſis, aut alicujus Superioris Authoritate faciendam, noſtros conſenſum pariter & aſſenſum, quantum noſtrâ interſit (ſinetamen præjudicio Juris Eccleſiæ noſtræ ac Capellæ Sti. Nicolai prædictarum, ac cujuſlibet alterius) præſentium tenore damus & præſtamus.

Quodque etiam in eadem Capella Euchariſtiæ & Extremæ Unctionis Sacramenta Sororibus profeſſis ejuſdem Conventûs, & Novitiis in illo ad probam recipiendis, & infra ſepta ejuſdem manſuris & deceſſuris, dumtaxat & nullis aliis, per Confeſſorem pro tempore ipſius Conventûs miniſtranda honorificè & reverenter conſerventur. Sub his tamen conditionibus.

Primò, quod Confeſſor futurus dictarum Sororum & alii Presbyteri ibidem celebraturi, ac ipſæ Sorores præſentes & futuræ, tenebuntur pro animabus noſtris ac Prædeceſſorum ac Succeſſorum noſtrorum Decanorum, Canonicorum ac Plebanorum dictæ noſtræ Eccleſiæ Stæ. Gudilæ Dominum Deum jugiter orare.....

Cætera omnes Conditiones concernunt Jura Parochialia Eccleſiæ S. Gudilæ & Capellæ S. Nicolai, ratione hujus novi Conventûs.

Datum in loco noſtro Capitulari, nobis inibi congregatis, die 7 Februarii, anno milleſimo quingenteſimo undecimo, more ſcribendi gallicano.

CAPUT LXXIV.

Abbatiæ Sti. Adriani Oppidi Gerardimontenſis Ordinis Sti. Benedicti incorporatur Eccleſia Parochialis Sti. Bartholomæi ibidem, anno 1518. Pontificiâ atque Epiſcopali Auctoritate.

Guilielmus &c.

Univerſis &c. ſalutem in Domino. Notum facimus, quod præſentatis nobis nuperrimè, pro parte R. P. D. Joannis de Broedere Abbatis & Conventûs S. Adriani Gerardimontenſis noſtræ Diœceſis, & per nos cum eâ quâ decuit reverentiâ receptis & viſitatis certis Litteris Apoſtolicis, Uninnis, Annexionis & Incorporationis Parœchialis Eccleſiæ S Bartholomæi Oppidi Gerardimontenſis prædicti, & duarum Capellaniarum perpetuarum, unius videlicet SS. Amandi & Vedaſti, ad Eccleſiæ ſeu Capellæ de Henneghem, & alterius ad Capellæ S. Catharinæ ejuſdem Oppidi Gerardimontenſis Altaria ſituatorum, quorum Collatio, ſeu verùs Rectorum ad eaſdem Eccleſiam & Capellas Præſentatio, ad Abbatem pro tempore dicti Monaſterii ab ævo ſpectaſſe, & adhuc ſpectare dignoſcitur, noviter ad ipſorum Abbatis & Conventûs humiles preces, per SS. in Chriſto Patrem D Leonem Papam modernum ſub datâ Anni Incarnationis Dominicæ 1514 Id. Octobris, Pontificatûs ſui anno tertio, ex cauſſis in eiſdem Litteris narratis & contentis factarum & accordatarum, quemadmodum ex Litteris prætactis deſuper ritè expeditis, quas præſentibus haberi volumus pro inſertis, latiùs poteſt apparere;

Fuit nobis pro parte dictorum Abbatis & Conventûs ulteriùs ſupplicatum, quatenus attentis exiguis facultatibus dicti Monaſterii, & aliis in dictis Litteris Apoſtolicis narratis, Nos pro noſtro intereſſe, Unioni, annexioni, & Incorporationi prædictis noſtros etiam conſenſum & aſſenſum pro Nobis & Succeſſoribus noſtris adhibere & impartiri vellemus.

Nos igitur qui de facultatibus & oneribus dicti Monaſterii in ipſis Apoſtolicis Litteris narratis, per inquiſitionem prævium deſuper noſtro nomine factam, ſufficienter ſumus informati, & ob hoc tenui ſtatui piè compatientes, maturâ ſuper præmiſſis cum Vicariis noſtris præhabitâ deliberatione, ſupplicationi

prædictæ favorabiliter inclinati, Unioni, annexioni & Incorporationi dictæ Eccleſiæ S. Bartholomæi dicti Oppidi Gerardimontenſis, & duarum Capellaniarum prætactarum (ſicut præfertur) præfato Monaſterio Apoſtolicâ Authoritate factis & accordatis, noſtrum conſenſum & aſſenſum, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, quantum in nobis eſt, adhibendum duximus & impertiendum; prout adhibemus & impertimur per præſentes.

Sub modo tamen, pactis, & conditionibus ſubſcriptis, Nobis, & dictis noſtris Succeſſoribus, etiam & Archidiaconо loci, de conſenſu DD. Abbatis & Conventûs, perpetuò ſalvis & integris permanſuris.

Primò videlicet, quod ex nunc in antea & perpetuis futuris temporibus per prælibatum D. Abbatem modernum & ſuos Succeſſores pro tempore dicti Monaſterii Abbates, in dicta Eccleſia S. Bartholomæi inſtituetur unus Vicarius temporalis dictæ Eccleſiæ Religioſus dicti Monaſterii, ſive Sacerdos ſæcularis idoneus & diſcretus, nobis per eundem pro tempore Abbatem præſentandus, & per Nos noſtroſque Succeſſores, ſi talis fuerit, admittendus. Patronatus Regularis.

Qui ſic præſentatus & admiſſus, priuſquam ſe exercitio ſeu adminiſtrationi dictæ Eccleſiæ ſeu Vicariæ quomodolibet immiſcere poterit, aut ſaltem infra menſem unum ex poſt, tenebitur à nobis & dictis noſtris Succeſſoribus, curam animarum ſubditorum & parochianorum dictæ Eccleſiæ recipere, & jura eâ occaſione debita perſolvere.

Habebitque & tenebitur idem Vicarius cum aliis Curatis Decanatûs noſtri Gerardimontenſis in Convocationibus ſolitis jam ordinatis & in poſterum ordinandis toties quoties comparere; & etiam Nobis & dictis noſtris Succeſſoribus, quoad omnem punctionem & correctionem, ut cæteri Eccleſiaſtici dicti Decanatûs Rectores, ſubditus & jofticiabilis, atque ad omnia Jura Epiſcopalia, Viſitationis ſcilicet, expenſarum Synodalium, Cathedratici, & quæcumque alia onera per Rectores dictæ Eccleſiæ ſolvi & ferri ſolita & debita, ad inſtar vicinorum Curatorum perpetuè adſtrictus & obligatus erit & manebit.....

Tenebitur dictus Vicarius, qui pro tempore fuerit, ex nunc in-antea & in perpetuum, ſingulis annis in feſto S. Remigii Præſulis, Nobis & Succeſſoribus noſtris in & ad manus Sigilliferi noſtri Cameracenſis in Bruxella, aut alterius officiati ad hoc commiſſionem pro tempore habitori realiter perſolvere & deliberare quinque Rhenenſes aureos quatuor Electorum, ſive eorum valorem verum in bona & evaluata moneta, in Curia noſtra Cameracenſi curſum habente.

Et ex adverſo præfatus Abbas & Succeſſores ſui pro tempore, prælibato Vicario, qui pro tempore fuerit, ſive Religioſo, ſive Sæculari Sacerdoti, ultra ſtipendia condigna obſequiorum ſuorum, taliter, tamque abundè ex fructibus dictarum Eccleſiæ & Capellaniarum providere tenebuntur, quod ipſe Nobis & Succeſſoribus noſtris, aut Sigillifero eorumdem, alterive Officiato de hoc commiſſionem habituro, de juribus & oneribus, ac dictis quinque florenis aureis prætactis, commodè & abſque ſui detrimento, ſatisfacere & reſpondere poterit.... Competentia Paſtoralis.

In quorum omnium fidem & teſtimonium &c.

Datum Bruxellæ anno milleſimo quingenteſimo decimo octavo, Menſis Julii die decimâ nonâ.

CAPUT LXXV.

Erardus à Marcka, S. R. E. Cardinalis ac Leodienſis Epiſcopus Parochialem Eccleſiam Stæ. Gertrudis Lovanii declarat exemptam à Matrice Eccleſia D. Petri ibidem, anno 1519, eamque incorporat Abbatiæ Canonicorum Regularium Stæ. Gertrudis.

ERardus de Marcka, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Leodienſis, univerſis & ſingulis præſentium inſpectoribus ſalutem in Domino.

Cordi nobis eſt, omnes animi vires ad ea intendere, per quæ ſubditorum & præcipue Religioſorum paci & quieti potiſſimum conſulitur.

Cum itaque venerabilis Frater & Prædeceſſor noſter Hugo quondam Leodienſis Epiſcopus Eccleſiam Stæ. Gertrudis Lovanienſis, noſtræ Diœceſis Leodienſis, à ſubjectione matricis Eccleſiæ S. Petri dicti Oppidi ſuâ Epiſcopali Authoritate exemerit, illamque cum omni integritate, quâ à ſæcularibus obtinebatur, & appenditiis ejus univerſis Abbati & Monaſterio Ordinis Regularium de Inſtitutione S. Auguſtini ſubjecerit; conſueveritque ad deſervituram Curæ animarum dictæ Eccleſiæ aliquis Canonicorum Regularium dicti Ordinis & Monaſterii per Abbatem pro tempore præfici & præſentari, & ille ſic præfectus & præſentatus poſt ſui Inſtitutionem nichilominus intra ſepta Monaſterii ſe continere, & ſub obedientia Abbatis pro tempore,

atque ſecundum Inſtitutionem ac Regulas dicti Ordinis, ad inſtar aliorum Canonicorum & Religioſorum dicti Monaſterii vivere, nec non correctioni & cohertioni ipſius Abbatis ſubeſſe.

Nos ſubjectionem & Incorporationem Prædeceſſoris noſtri, dictamque conſuetudinem pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, Authoritate noſtrâ Ordinariâ confirmantes, laudantes & approbantes; & inſuper præfatorum Abbatis & Monaſterii tranquillitati quantum cum Deo poſſumus, latiùs conſulere, litibuſque & diſſentionibus inter eundum D. Abbatem, & quemdam D. Petrum Lancvelt Religioſum, ad præfactam Curam pro tempore præſentatum nuper exortis, & impoſterum verisimiliter emerſuris, obviare cupientes; & potiſſimum conſiderantes, quod præfacta Eccleſia de corpore Monaſterii exiſtit, ac intra illius ſepta concluditur, divinaque officia in eadem per dictos Abbatem & Canonicos indies temporibus debitis pſallantur & celebrentur;

Idcirco atque aliis cauſſis animum noſtrum rationabiliter ad hoc moventibus, illam Abbati pro tempore, cum omni integritate, pleno jure, atque de novo & ex ſuperabundanti ſubjicimus, viceſque noſtras eidem integraliter committimus.

Et ulterius tenore præſentium indulgemus, quod præfactâ Curâ per ceſſum vel deceſſum præfati D. Petri, ſeu aliàs quomodolibet vacante, illius regimen & adminiſtratio in Abbatem pro tempore devolvatur.

Ita videlicet, quod eandem per Religioſum vel ſæcularem Sacerdotem ydoneum, abſque omni Inſtitutione, noſtrive aut Succeſſorum noſtrorum, ſeu cujuſcumque requiſitione, facere officiari ac deſerviri, talemque officiantem ſeu Deſervitorem toties quoties ſibi placuerit, & expedire videbitur, revocare, deponere, & amovere, aliumque in locum ſic amoti & revocati, ad præfactæ Curæ adminiſtrationem ordinare & ſurrogare, hujuſmodique officiantem ſeu officiantes in quibuſcumque delictis, etiam circa Sacramentalia, aut aliàs quomodolibet commiſſis corrigere, pœnitentiamque ſalutarem, juxta qualitatem & modum culpæ ipſis imponere, & alia in præmiſſis ſeu aliis expedita & neceſſaria facere perpetuis futuris temporibus poſſit & valeat.

Ita tamen, quod Eccleſia debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarum cura non negligatur, Juraque noſtra Epiſcopalia, ſicut ab antiquo conſueverunt, in futurum perſolvantur.

Jure etiam, juriſdictione noſtrâ & Succeſſorum noſtrorum quoad Abbatem, Monaſterium & plebem dictæ Parochiæ, Nobis & Succeſſoribus noſtris ſemper ſalvis

Juriſdictio Epiſcopalis in Abbatem & Monaſterium.

In quorum omnium fidem & teſtimonium, præſentes Litteras exinde fieri, ſigillique noſtri juſſimus & fecimus appoſitione communiri.

Datum anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo decimo nono, die decimâ Novembris.

Signat. ERARDUS.

CAPUT LXXVI.

Jus Patronatûs Eccleſiæ Aſcanæ (Bruxellam inter & Aloſtum) cujus olim Rector fuerat Wilhelmus ab Enckevoort S. R. E. Cardinalis, eo agente, per Paulum III. Pont. incorporatur anno 1534 Collegio Pontificio haud pridem in Academia Lovanienſi per Adrianum VI. Pont. erecto.

Ex Archivis Archiepiſcopalibus Mechliniæ.

ANIus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Cum attentæ conſiderationis indagine perſcrutamur, quod per Litterarum ſtudium ignorantiæ tenebroſa caligo à Chriſti fidelium mentibus evellitur, & in illis cognitio veritatis, & intelligentiæ ſplendor inferitur, juſtitia colitur, virtutes exaltantur, divini nominis & Fidei Catholicæ cultus protenditur, ac omnis poſteritatis conditio augetur, militantis denique Eccleſiæ Reſpublica utiliter geritur, ad ea, per quæ Studii hujuſmodi manutentioni & incremento ſalubriter conſuli, ac perſonis ad tam præcelſum felicitatis faſtigium pervenire deſiderantibus, in eorum neceſſitatibus opportunè ſubveniri poſſit, libenter intendimus, ac in hiis noſtri Paſtoralis Officii partes favorabiliter impartimur, & aliàs diſponimus, prout id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Dudum ſiquidem, cum Parochialis Eccleſia de (1) Aſſcha Cameracenſis Diœceſis, quam bonæ memoriæ (2) Wilhelmus Tit. SS. Johannis & Pauli Presbyter Cardinalis, dum in humanis ageret, in Commendam obtinebat, Commendâ hujuſmodi, ex eo, quod ipſe Wilhelmus Cardinalis illi in manibus ſuis recordationis (3) Clementis Papæ VII. Prædeceſſoris noſtri ſponte & liberè ceſſerat, ipſeque Prædeceſſor Ceſſionem hujuſmodi duxerat admittendam, ceſſante adhuc eo quod ante Commendam ipſam vacabat, modo tunc

vacare noſceretur, & idem Wilhelmus Cardinalis ſimiliter tunc in humanis agens, eidem Clementi Prædeceſſori expoſuiſſet, quod ſi in Collegio Scholarium, Theologorum nuncupatorum, Univerſitatis Studii Oppidi (4) Lovanienſis, Leodienſis Diœceſis, per piæ memoriæ (5) Adrianum PP. Sextum etiam Prædeceſſorem noſtrum, ac per ipſum Wilhelmum Cardinalem fundato, ultra quatuor ipſius portiones, (6) Burſas nuncupatas, & ad illarum inſtar, aliæ etiam quatuor portiones, Burſæ nuncupatæ, pro alus quatuor pauperibus Magiſtris ſeu Scholaribus, Studio Theologiæ operam dare volentibus erigerentur & inſtituerentur, & pro hujuſmodi erigendis portionibus, alus quatuor Magiſtris ſeu Scholaribus aſſignandis, dicta Eccleſia eidem Collegio perpetuò uniretur, annecteretur, & incorporaretur; profecto nedum Collegii manutentioni & ampliationi, ac illius & Scholarium ſeu Magiſtrorum prædictorum opportunæ ſubventioni, ſed etiam ipſius Catholicæ Fidei ex turbulento & perſecutionis illius tempore, quo in partibus Germaniæ diverſæ hæreſes vigêre dignoſcebantur, exaltationi & defenſioni non parum conſuleretur;

Quatuor Burſarum Fundatio.

Dictus Clemens Prædeceſſor, tunc ſupplicationibus dicti Wilhelmi Cardinalis, aſſerentis fructus, redditus & proventus dictæ Eccleſiæ LXX. ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedere, inclinatus, in dicto Collegio alias quatuor Portiones, Burſas nuncupandas, pro aliis quatuor pauperibus Magiſtris ſeu Scholaribus, inibi Studio Theologiæ hujuſmodi operam daturis, adinſtar aliarum illius Portionum, Burſarum nuncupatarum prædictarum, Authoritate Apoſtolicâ erexit & inſtituit.

Ac dictam Eccleſiam, quavis modo & ex enjuſcumque perſona vacaret, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, eidem Collegio dictâ Authoritate perpetuò univit, annexuit & incorporavit;

Ita quod liceret ex tunc Præſidentibus & Proviſoribus dicti Collegii pro tempore exiſtentibus, per ſe, vel alium ſeu alios, corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ jurium que & pertinentiarum prædictorum propriâ authoritate liberè apprehendere & perpetuò retinere; illiuſque fructus redditus & proventus in ſuos & Collegii ac Magiſtrorum ſeu Scholarium prædictorum uſus & utilitatem convertere;

Vicarius Paſtoratûs à Præſide deſignandus.

Nec non eidem Eccleſiæ per Vicarium idoneum, ad minus in ea Theologia Baccalaureum, ad ipſorum Præſidentium & Proviſorum nutum ponendum & amovendum, in divinis deſervire, & animarum curam dilectorum filiorum illius Parochianorum exerceri facere, Diœceſani loci & cujuſlibet alterius licentiâ ſuper hoc minimè requiſitâ.

Ac voluit idem Clemens Prædeceſſor, quod Præſidentes & Proviſores præfati ex fructibus, redditibus & proventibus Eccleſiæ hujuſmodi, aliis quatuor Magiſtris ſeu Scholaribus inibi pro tempore ſtudentibus, ad inſtar aliorum Scholarium portiones in ipſo Collegio percipientium aſſignare omnino tenerentur. Alioquin unio, annexio & incorporatio prædictæ diſſolutæ eſſent & cenſerentur, prout in præfatis plenius continetur.

Patronatûs Eccleſiæ Aſcanæ olim penes Abbatem Affligem.

Cum autem, ſicut exhibita nuper pro parte modernorum Præſidentium & Proviſorum dicti Collegii petitio continebat, ex quo dilectorum filiorum Abbatis & Conventûs Monaſterii Affligemienſis Ordinis S. Benedicti dictæ Camerancenſis Diœceſis, ad quos dictæ Eccleſiæ Collatio ſeu Præſentatio ſpectare aſſeritur, conſenſus ad præmiſſa Conventualiter non intervênit, licet ipſe Abbas per ſuas Literas tantum conſenſerit; præfati Præſidentes & Proviſores dubitent Litteras prædictas ſubreptionis vitio ſubjacêre, illaſque eis minus utiles exiſtere, ſequę deſuper moleſtari poſſe tempore procedente;

Et quia fructus redditus & proventus Eccleſiæ hujuſmodi, deductis oneribus, nullatenus pro quatuor, ſed pro duobus Scholaribus ad inſtar aliorum portiones inibi obtinentium manuteneendis ſufficiunt, & ob Baccalaureorum in Theologia ad ſervitium ipſius Eccleſiæ qualificatorum paucitatem, & ſervitii hujuſmodi, præſertim in cantu Horarum & Miſſarum, difficultatem, & etiam loci ruralis, qui latè & longè protenditur, incommoditatem, per Vicarium in ipſa Theologia Baccalaureum eidem Eccleſiæ in divinis ſemper deſerviri, & Parochianorum animarum curam hujuſmodi exerceri facere, commodè poſſe non ſperetur;

Nobis pro parte eorumdem Præſidentium & Proviſorum fuit humiliter ſupplicatum, ut eis in præmiſſis opportunè providêre de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos igitur Præſidentes & Proviſores præfatos, ne dictarum Litterarum fruſtrentur effectu neve Præſidentes & Proviſores prædicti ſuper præmiſſis deinceps poſſint moleſtari, providêre, eoſque gratioſo favore proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & Interdicti, aliiſque Sententiis Eccleſiaſticis, & cenſuris & pœnis à Jure vel ab homine quâvis occaſione vel cauſſâ latis; ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, barum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes;

Stylus Curiæ Ordinarius.

Hujuſmodi Supplicationibus inclinati, volumus, & Authoritate Apoſtolicâ concedimus, quod Litteræ, ac unio, annexio & Incorporatio prædictæ, aliaque in eiſdem Literis contenta & inde ſecuta quæcumque à data præſentium valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & eis ſuffragentur in omnibus & per omnia, perinde ac ſi in præmiſſis conſenſus Abbatis & Conventûs prædictorum, etiam Conventualiter & Capitulariter præſtitus interveniſſet.

Et

Et nihilominus quod præfati & pro tempore exiſtentes Præſidentes & Proviſores dicti Collegii ex fructibus, redditibus & proventibus Eccleſiæ hujuſmodi, non quatuor ſed duobus dumtaxat Magiſtris ſeu Scholaribus inibi pro tempore Studio Litterarum in Facultate Theologiæ incumbentibus, qui juxta ipſius Collegii Ordinationes pro tempore factas & editas qualificati, & biis quibus alii ipſius Collegii portionarii ſubſunt, ſubeſſe debeant, adinſtar aliorum portiones in ipſo Collegio percipientium, aſſignare;

Nec non ſi & quando Baccalaureus in Theologia ad hoc commodè haberi non poſſit, eidem Eccleſiæ quemcumque Presbyterum ſæcularem, etiam non Baccalaureum in Theologia, aliàs tamen habilem & idoneum in divinis deſerviri, & Parochianorum animarum curam hujuſmodi exerceri facere liberè & licitè poſſint & valeant, Authoritate Apoſtolicâ præfatâ, tenore præſentium de ſpeciali gratia concedimus atque indulgemus.

Ac ipſos Præſidentes & Proviſores ad pluribus quam duobus Magiſtris ſeu Scholaribus ex fructibus, redditibus & proventibus Eccleſiæ hujuſmodi portiones aſſignandum, & ad dictæ Eccleſiæ aliter deſerviri faciendum nullatenus teneri, nec ad id à quopiam invitos compelli poſſe;

Ipſarumque Portionum de novo erectarum collationem & diſpoſitionem perpetuis futuris temporibus ad eos, ad quos aliarum ipſius Collegii portionum collatio & diſpoſitio ſpectat & pertinet, ſpectare & pertinére.

Et ſic in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios Delegatos aut Subdelegatos, etiam S. R. E. Cardinales & Cauſſarum Palatii Apoſtolici Auditores ſententiari, terminari, definiri, & interpretari debere; ſublatâ eis & eorum cuilibet, quâvis aliâ, & aliter ſententiandi, terminandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, poteſtate & authoritate;

Nec non quidquid ſecus ſuper his à quopiam quâvis Authoritate ſcienter vel ignoranter fieri & attentari contigerit, irritum & inane, authoritate Apoſtolicâ & tenore prædictis deceroimus; non obſtantibus præmiſſis, nec non Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dictus Clemens (3) Prædeceſſor in prætactis Litteris voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto, ſexto Idus Januarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

(1) Asschа, inſigne Brabantiæ municipium, Bruxellas inter & Aloſtum.

(2) Wilhelmus Enckevoirt, S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Derthuſanus ac Ultrajectinus, fuit etiam Præpoſitus S. Rumoldi Mechliniæ, & Paſtor ſeu Inveſtitus Parochiæ Aſcanæ. Obiit Romæ 28. Julii 1534 fundato Hoſpitali in loco ſuo natali de Mierlo, juxta Lineras apud Miræum pag. 471.

(3) Clemens VII. Pont. aliam Bullam ſuper eadem Incorporatione Eccleſiæ Aſcanæ ediderat anno 1533, ad petitionem Cardinalis Enckevortii, tunc adhuc viventis; eaque Bulla fuit executioni mandata Lovanii per Nicolaum Coppin S. T. D. Eccleſiæ D. Petri Decanum, tanquam Judicem & Commiſſarium Apoſtolicum. Sed ad majus robur, Bulla altera à Paulo III. Pont. Clementis ſucceſſore impetrata fuit.

(4) Lovaniensis Academiæ Erectionem anno 1426. Vide inter Diplomata Miræi.

(5) Adrianus VI. Pont. Max. Ultrajectinus Belga, anno 1523 erexit Lovanii inſigne Theologorum Collegium. Teſtamentum ejus vide ſupra pag. 227.

(6) Bursarii; juxta Cangium in Gloſſario, vox eſt Academicorum, quibus ob rei domeſticæ penuriam ſtipendia quædam exſolvuntur ex burſâ ſeu arca, aut ex fundationibus, ad peragenda ſtudia.

CAPUT LXXVII.

Paulus III. Pont. extollit merita Guilielmi Baronis de Roggendorf, Domini temporalis Rothnaci ac Condati, eique ac Succeſſoribus concedit Jus conferendi Dignitates & Canonicatus omnes in Eccleſia Collegiata S. Hermetis Rothnaci in Flandria, intra quatuor menſes per annum, &c. an. 1538.

Ex Archivis Archiepiſcopal. Mechlin.

Paulus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis nobilibus Viris Guilielmo & Chriſtophoro Baronibus de Rogendorff, Patavienſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Eximia fides & ſingularis devotio, quibus in noſtro & Apoſtolicæ Sedis conſpectu clarére dignoſcumini, promerentur, ut ea vobis favorabiliter concedamus, per quæ veſtro & Succeſſorum veſtrorum ſtatui & indemnitati valeat ſalubriter provideri.

Dudum ſiquidem felicis recordationis Clementi VII. Prædeceſſori noſtro pro parte tua, Fili Guilielme, expoſito, quod cum Eccleſia S. Hermetis Oppidi Retornacenſis, Caſſen. Meracenſis Diœceſis, in qua una Præpoſitura principalis, & unus Decanatus, ac una Cantoria non principales Dignitates, nec non decem & ſeptem Canonicatus & totidem Præ-

Aliàs Rotnacum, Renay, Ronſſen.

bendæ fore noſcebantur, (per Prædeceſſorem quondam tuæ fili Guilielme Uxoris, dum viveret Dominæ in temporalibus loci de Condé dictæ Diœceſis, cujus Dominus pro tempore exiſtens, etiam Baro ſeu Dominus in temporalibus dicti Oppidi Retornacenſis exiſtebat, & cujus loci de Condé ac dicti Oppidi, nec non etiam de Roggendorff dictæ Patavienſis Diœceſis Dominus exiſtebas) quæ olim fuerant, ſeu ex eorum bonis veroſimiliter fundata ſeu dotata crederentur, ac Collatio & Proviſio Dignitatum nec non Canonicatuum & Præbendarum Eccleſiæ hujuſmodi in quatuor ad dilectos filios Capitulum ipſius Eccleſiæ, de antiquâ & approbatâ eatenuſque pacificè obſervatâ Conſuetudine ſeu ex Privilegio Apoſtolico;

Quatuor Menſes Collationis pro Capitulo.

In aliis vero octo anni menſibus pro tempore vacantium, ad ipſum Prædeceſſorem & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem pertinere dignoſcerentur;

Si tibi, Fili Guilielme (qui etiam tunc Chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti Conſiliarius & Camerarius, ac Curiæ etiam Chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Ferdinandi Hungariæ & Bohemiæ Regis illuſtris ſupremus Miniſter, Domûs de Otos Militiæ de Calatrava, Toletanæ Diœceſis Præceptor, & pto Eccleſiaſtica libertate & obedientia dictæ Sedi, in dicto loco de Condé & aliis tuis & tibi vicinis dominiis reddendâ & promovendâ, nec non pro Religione Chriſtiana conſervanda fautor continuus exiſtebas, ac Regnum Valentiæ à Mauris oppreſſum, ut Dux exercitûs dicti Caroli Imperatoris dimicando, Mauris ipſis profligatis, liberaveras, & eorumdem Maurorum animos ab univerſis Hiſpaniarum Regnis diverteras, multaque millia Chriſtianorum ab eiſdem Mauris captivata priſtinæ libertati reſtitueras.

Et tunc noviſſimè, dum Civitas Viennenſis Archiducatûs Auſtriæ Turcarum copiis obſideretur, eidem Civitati Præfectus, unà cum cæteris ipſius Civitatis Capitaneis, ex quorum potiorihus tu eras, Civitatem ipſam ab eorumdem Turcarum inſultibus, ſupremo favente auxilio liberaveras.

Fuit Gubernator Viennæ à Turcis obſeſſæ.

Tuiſque heredibus & Succeſſoribus DD. Dominii de Condé, & Baronibus ſeu DD. in temporalibus Oppidorum prædictorum pro tempore exiſtentibus, Jus Patronatûs & præſentandi perſonas idoneas ad Dignitates, nec non Canonicatus & Præbendas ipſius Eccleſiæ, in quatuor ex octo Menſibus, in quibus illorum Collatio & Proviſio, ad ipſum Prædeceſſorem, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem pertinebat, pro tempore vacantes perpetuo reſervaretur & concederetur, profecto Tuo, & poſterorum tuorum honori & decori non parum conſuleretur;

Ac tu & poſteri tui præfati ad illas tales perſonas, quæ eidem Eccleſiæ in divinis laudabiliter deſervire ſcirent, vellent & poſſent, præſentare, & Eccleſiam ipſam ornatiorem reddere ſtuderes.

Quare pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut jus Patronatûs & præſentandi hujuſmodi, Tibi tuiſque hæredibus & Succeſſoribus, perpetuò reſervare, concedere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, Te à quibusvis excommunicationis, &c. cenſuris abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, nec non conſideratione præfati Ferdinandi Regis, pro Te Nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, Tibi, nec non dilecto filio Chriſtophoro primogenito, ac aliis hæredibus & Succeſſoribus tuis, DD. de Condè & Baronibus ſeu DD. Rothnacenſibus pro tempore exiſtentibus, Jus Patronatûs & præſentandi perſonas idoneas ad Præpoſituram, Decanatum ac Cantoriam, nec non Canonicatus & Præbendas prædictas, quas in quatuor ex ipſis octo menſibus Apoſtolicis, videlicet in Februarii, Maii, Auguſti & Novembris vacare contingeret, per Nos & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, ad præſentationes hujuſmodi inſtituendas; aliis quatuor Apoſtolicis Nobis & eidem Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, ac reliquis quatuor menſibus Capitulo, præfatis ſalvis remanentibus; Authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium perpetuo reſervamus, & concedimus;

Stylus ordinarius Curiæ.

Ac Præſentationes per Te & Chriſtophorum ac alios Succeſſores tuos, ad Dignitates, nec non Canonicatus & Præbendas, & inſtitutiones in illis, ad veſtras Præſentationes hujuſmodi pro tempore factas, validas & efficaces exiſtere, & illas ſuos, nec non jus Patronatûs cum in omnibus ſortiri effectum & illud robur obtinere, quod ſortiretur & obtineret, ſi ratione Fundationis & plenæ Dotationis Tibi tuiſque hæredibus & Succeſſoribus præfatis conceſſum foret;

Nec non Jus Patronatûs hujuſmodi, ſub derogatione Juris Patronatûs ex Privilegio Apoſtolico, nullatenus comprehenſum; ſed tanquam ex Fundatione vel dotatione competere & exceptum cenſeri, ac illi nullo unquam tempore, etiam per Sedem prædictam derogari poſſe, nec derogatum cenſeri; niſi de toto tenore & datâ præſentium, nec non nominibus & cognominibus omnium Patronorum qui pro tempore fuerint, ſpecialis & expreſſa mentio facta fuerit, & ipſorum Patronorum expreſſus acceſſerit aſſenſus.

Sicque per quoſcumque Judices &c.

Stylus Ordinarius Bullarum Apoſtolicarum.

Nulli ergo omnino hominum &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo octavo, quinta Idus Octobris, Pontificatûs noſtri anno quarto.

CAPUT LXXVIII.

Paulus III. Pontifex Prioratum Majoris Bigardiæ Monialium Benedictinarum apud Bruxellam, dignitate Abbatiali exornat, anno 1548.

Ex Archivis Archiepiſcopalibus Mechliniæ.

PAulus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Officiali Cameracenſi in Oppido Bruxellenſi reſidenti &c.

Exhibita nobis pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Catharinæ Vander Straeten, Prioriſſæ Mnnaſterii per Prioriſſam gubernari ſoliti, Monialium de Magnis Bigardis, Ordinis S. Benedicti quod ipſa pro majori ſuo & dicti Monaſterii, quod Epiſcopo Cameracenſi prn tempore exiſtenti tanquam loci Ordinarin immediatè ſubjectum exiſtit, & ab Oppido Bruxellenſi dictæ Diœceſis uno milliari Brabantiæ vel circa diſtat, decore & divini cultûs augmento,

Et etiam ut de Foreſto ejuſdem, & de Camera Ciſtercienſis Ordinum prope dictum Oppidum ſitis Mnnaſterus Monialium ſe conformare poſſit, in dicto Mnnaſterin de Magnis Bigardis Abbatialem dignitatem prn ſe & Succeſſoribus ſuis erigi & inſtitui, ſeque io illius Abbatiſſam, ad inſtar de Foreſto & de Camera Monaſteriorum deſideret.

Quare prn parte dictæ Catharinæ nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, diſcretionni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi ita eſt, ſine alicujus præjudicio, in dicto Monaſterio de Magnis Bigardis dignitatem Abbatialem pro Catharina & ſucceſſoribus præfatis perpetuò erigere & inſtituere procures.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno M. D. XLVIII. decimo nono Menſis Januarii.

Eodem anno Erectionem & Inſtitutionem novæ Abbatiſſæ ab Officiali Cameracenſi factam, confirmavit Robertus de Croy Epiſcopus ac Dux Cameracenſis.

CAPUT LXXIX.

*Privilegium antiquum Cameracenſium Epiſcoporum, de inſtituenda * Moniali in ſingulis Monaſteriis fœminei ſexûs ſub Diœceſi ſuâ, exequitur anno 1548 in Prioratu de Auderghem juxta Bruxellam, Monialium Ord. S. Dominici, Robertus de Croy Cameracenſis Epiſcopus.*

* Vulgo dicimus Pain d Abbaie.

Ex Archivis Archiepiſcopalibus Mechliniæ.

RObertus &c. Religioſis nobis in Chriſtn dilectis Dominæ Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii de Auwerghem noſtræ Diœceſis ſalutem in Domino.

Cum ex laudabili & antiquâ conſuetudine per bonæ memoriæ Prædeceſſnres noſtros hactenus inviolabiliter obſervatâ, nobis ratione Prnmotionis noſtræ ad dignitatem Eccleſiæ noſtræ Cameracenſis competat atque liceat in quolibet Mnnaſterio ſeu loco ſacro, ubi Religioſæ perſonæ ſub noſtra Diœceſi degunt & morantur, *unum panum & locum* alicui perſonæ idoneæ conferre & aſſignare.

Hinc eſt, quod Nos piæ devotioni dilectæ nobis in Chriſto juvenculæ Mariæ filiæ legitimæ quondam Johannis Van Gerſmortere favnrabiliter inclinati, eandem ad primos panem & locum in dicto veſtrn Monaſterin vacantes nominamus & præſentamus. Requirentes vos, quatenus ipſam Mariam in veſtram Sororem recipiatis, ſc primos panem & locum ibidem vacaturos eidem aſſignetis.

Quam quidem Mariam, quoad panem & lncum ejuſmodi, dum & quando vacaverint, vnlumus omnibus aliis anteferri.

In cujus rei fidem &c.

Datum Bruxellæ annn 1548, vigeſimâ Aprilis.

Simile Privilegium intuitu *Jucundi ſui adventûs* habuerunt olim Epiſcopi Tornacenſes per univerſa Hoſpitalia ſuæ Diœceſios; uti conſtat ex Diplomate *Joannis de Thoiſy* Epiſcopi, dato anno 1421, atque ad Hoſpitale B. M. V. Aldenardæ directo; quod in hac Collectione Diplomaticâ ſupra exhibitum fuit.

CAPUT LXXX.

Conventus 20 Monialium Ordinis S. Auguſtini olim in Vico de Heyendonck juxta Mechliniam, Authoritate Epiſcopi Cameracenſis transfertur anno 1552 in vicum de Calfvoort ſub Parochia de Puers, ad Hoſpitale B. M. in quo tantum 4 Moniales ſupererant. Bona autem illius Monaſterii tempore bellorum deſtructi nunc poſſidet Seminarium Archiepiſcopale Mechlinienſe.

Ex iiſdem Archivis.

ROBertus de Croy, Dei gratiâ Epiſcopus & Dux Cameracenſis, ſacri Imperii Princeps, Comes Cameraceſii &c. Univerſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Ex commiſſi nobis deſuper paſtoralis officii debito, votis illis, per quæ Eccleſiarum & Monaſteriorum nobis, noſtræque Juriſdictioni Ordinariæ ſubditorum neceſſitatibus providè conſulitur, libenter annuimus, atque ea quæ in divini cultûs cedere perſpicimus augmentum, non immerito favoribus proſequimur oportunis.

Sanè pro parte dilectarum nobis in Chriſto Religioſarum Matris & Conventûs Sororum pauperis Monaſterii ſanctæ Catharinæ, Vallis Pacis appellati; in loco de Heyendonck prope Rumeſtam, Ordinis Regularium S. Auguſtini, noſtræ Diœceſis, nobis fuit lamentabiliter expoſitum, qualiter ipſæ anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, & deinde anno quinquageſimo primo ultimè effluxo, in menſibus Januario; Februario & Aprili reſpectivè per tempeſtates & ventos, ac aquarum inundationes, propter aggerum ſuorum ac vicinorum fundorum per hujuſmodi tempeſtates demolitionem, ſucceſſivis vicibus inundatæ fuerunt; ita & taliter, quod extra Monaſterium prætactum aut in illud, niſi per ſcaphas ſeu navigio, neque exire neque ingredi potuerunt, ac animalia quæ habebant & quibus nutriebantur, propter ſtraminum & fœni ſubmerſionem divendere coactæ fuerunt.

Vide ſupra pag. 621.

Atque quam plurimas expenſas pro hujuſmodi aggerum ruptorum inſtauratione ſeu refectione ſuſtinere debuerunt, multaque debita, tam propter præmiſſa quam annonæ caritatem annis quadrageſimo quinto & quadrageſimo ſexto, ac frumentorum bladorumque penuriam anno quinquageſimo primo noviſſimè effluxis reſpectivè contraxerunt.

Et quia dictum Monaſterium in loco admodum ſterili & infructuoſo, aquiſque vicino conſtructum & ſitum exiſtit, ſua onera prætacta, & quæ de præſenti adhuc propter aggerum prædictorum nondum refectorum reſtaurationem ſuſtinere debent, perſolvere, Conventumque ipſum, numerum viginti duarum perſonarum, Confeſſore ejuſque Socio comprehenſis, continentem, de cætero alimentare, propter præſentem adhuc cariſtiam & penuriam, & Monaſterium hujuſmodi in ſuis ſtructuris demolitis reparare poſſe non ſperant. Quinimo ab invicem ſeparari debere dubitant, & in aliis Monaſteriis collocari. Erant Moniales 20.

Verum eum (ſicuti ulterius nobis expoſitum ſuit) non admodum longè à dicto Monaſterio ſitum eſt quoddam aliud Monaſterium ſeu Hoſpitale, vulgariter de Calffort nuncupatum, ſub Parochia de Puerſa, dictæ noſtræ Diœceſis, in loco decenti & honeſtè ac competenter in bonis dotatum, noſtræque juriſdictioni tamquam loci Ordinario, etiam immediatè ſubjectum; Hoſpitale de Calfvoort ſub Parochia de Puers.

In quo quidem Hoſpitali quatuor Sorores profeſſæ dumtaxat exiſtunt.

Quod ſi prædictis Oratricibus ad de cætero habitandum in eodem, cum facultate ſeſe transferendi ad illud, de hujuſmodi Sororum conſenſu, ſalvâ eiſdem honeſtâ recompenſâ ſen penſione annuâ ex bonis & redditibus ejuſdem Hoſpitalis pro ipſarum victu & alimentatione, quoad viverent; ſi ibidem cum præfatis Exponentibus permanere nollent, ſed illinc abire mallent, juxta quantitatem bonorum & onera dicti Hoſpitalis per nos ſeu Vicarios noſtros moderanda.

Nec non ſub onere dicto Hoſpitali annexo quoad recipiendum pauperes peregrinos, gratioſè concederetur, profectò neceſſitatibus dictarum Exponentium oportune proſpiceretur, atque divinus cultus inibi non parum augeretur. Onera Hoſpitalis de Calfvoort.

Quapropter fuit Nobis pro parte dictarum Exponentium (quæ etiam nobis noſtræque Juriſdictioni Ordinariæ immediatè ſubſunt) humiliter ſupplicatum, quatenus præpetita eiſdem gratioſè concedere pariter & indulgere, ac aliàs ipſis opportunè deſuper providere dignaremur.

Nos itaque de præmiſſis certam notitiam non habentes, atque in negotio hujuſmodi maturè procedere volentes, Reverendo in Chriſto Patri Fideli nobis dilecto Domino Martino.

Martino (1) Epiſcopo Calcedonenſi noſtro in Pontificalibus Vicario & Suffraganeo ſpecialiter commiſimus & dedimus in mandatis, ut ipſe tam ad ipſum de Heyendonck quam de Calffort Monaſteria præfata perſonaliter accederet; deque præmiſſis omnibus & ſingulis, & eorum circumſtantiis univerſis diligenter noſtro nomine inquireret veritatem. Et ea quæ inveniret, ſibique magis expedire viderentur ſcripto nobis fideliter referret; ut quod rectiùs foret in eiſdem præmiſſis diſponere poſſemus.

Demum quoniam idem Vicarius & Suffraganeus noſter in vim noſtræ hujuſmodi Commiſſionis ſpecialis in primis, tam per omnium & ſingulorum dicti Monaſterii de Heyendonck Sanctimonialium examinationem, quam Litterarum Fundationis, bonorumque & reddituum, nec non loci ac ſitûs ejuſdem Monaſterii ocularem inſpectionem ſuper præexpoſitis & præenarratis noſtro nomine diligentius ſeſe informavit, atque tenuitatem Fundationis expendens, rationemque habens ſterilitatis ſiti, nec non periculi quotannis emergentis in eruptione aggerum, juxta ac onerum debitorumque ejuſdem, invenit proventus multò minores quam qui oneribus ac intentionibus viginti duarum perſonarum ibidem reſidentium reſpondeant; præſertim hac tempeſtate quâ deficit eleëmoſina, & juxta Chriſti ſeotentiam, refrigeſcit charitas, quia abundavit iniquitas.

Denique quia idem quoque Suffraganeus noſter prævia viſitatione & oculari inſpectione antedicti Monaſterii ſeu Hoſpitalis in Calffort, omnia & ſingula pro parte dictarum Exponentium, Nobis, ut præmittitur, expoſita & narrata, comperit, ac ſcripto nobis retulit, fuiſſe & eſſe vera & veritati ſubnixa; locum Religioni eommodiſſimum, ſitu amœnum, fertilem, fluvio perfluente irriguum, proventibus cum pecuniariis tum frumentariis competenter dotatum.

Quodque ſi hiſce acceſſerint quæ ex venditione bonorum prætacti Monaſterii de Heyendonck conflari ſeu acquiri poſſent, facile ſufficerent etiam multarum Religioſarum convictui atque honeſtæ intertentioni, harumque ſufficientiâ, illarum neceſſitati providè conſuleretur.

Id circo cùm ob rationes hujuſmodi, tum etiam, quia per inquiſitionem & informationem prætactam ſufficienter nobis conſtitit & conſtat, Religioſas in Chriſto devotas & dilectas filias, Sororem Annam van Heerle Dominam ſive Rectricem modernam dicti Hoſpitalis, ac duas alias Religioſas, videliect Sorores, Hypolitam Meganck & Annam van Bulant (tertiâ, ſcilicet Sorore Catharina Maes in Hoſpitali Mechlinienſi profeſſâ tunc abſente) Conventum ejuſdem Monaſterii ſeu Hoſpitalis in Calffort facientes, ut & tamquam obedientes filiæ in Tranſlationem prædictam, dummodo ſibi de Monaſterio ſeu loco vel locis Religioſis in quo ſeu quibus juxta ſuæ vocationis ac Religionis normam Deo devotè ſervire poſſint, nec non de competenti penſione victaliciâ annuâ ſuper bonis & fructibus ejuſdem Monaſterii de Calffort debitè aſſignandâ & reſervandâ in primis & ante omnia proviſum fuerit, conſentiſſe, ſuoſque conſenſum & aſſenſum præſtitiſſe;

Quibus de penſione providetur.

Dictarum Exponentium ſupplicationi piè ac favorabiliter inclinati, eiſdem (ſalvo tamen quod præfatis Sorori Annæ van Heerle Rectrici, aliiſque Religioſis dicti Monaſterii in Calffort de competentibus penſionibus annuis, ac aliàs juxta dictamen & moderamen antedicti Suffraganei noſtri in primis debitè fit proviſum) ut cum omnibus & ſingulis Calicibus, Reliquiis, Imaginibus, libris & ornamentis Eccleſiaſticis nec non ſuppellectilibus, cæteriſque bonis & rebus ſuis ad præfatum Monaſterium ſeu Hoſpitale in Calffort ſeſe transferre poſſint;

Tranſlatio ex Heyendonck in Calfvoort.

Ita tamen, quod inibi quoque ſub earum habitu & Ordine Regularibus noſtrâque Juriſdictione Ordinariâ juxta Statuta & Ordinationes noſtras die datæ præſentium per Nos editas & factas (quas hic etiam haberi volumus pro expreſſis) vivere teneantur, Auctoritate noſtrâ Ordinariâ & Pontificali plenam & liberam concedimus licentiam & facultatem.

Nec non quod idem Monaſterium in Calffort cùm ſacro-ſanctis Lacrymarum Chriſti Salvatoris noſtri Reliquiis, domibus, ædificiis, terris, nemoribus, paſcuis, pratis, decimis, cenſibus, redditibus & proventibus, aliiſque bonis ad ipſum ſpectantibus & pertinentibus, ſub onere tamen eidem Monaſterio ſeu Hoſpitali, ut præmittitur, annexo, quoad pauperes & peregrinos recipiendos, quemadmodum hactenus a tempore memoriam hominum excedenti fieri conſuetum eſt, per præfatas Exponentes de cætero perpetuis futuris temporibus teneatur, poſſideatur & gubernetur, eâdem Auctoritate noſtrâ decernimus & declaramus.

Erant hîc olim Reliquiæ lacrymarum J. C.

Onus tenendi Hoſpitale permanet.

Omnimodam nihilominus diſpoſitionem quoad Matris ſive Rectricis, nec non Viſitatoris & Confeſſoris ejuſdem Monaſterii inſtitutionem, præfectionem, admiſſionem & deſtitutionem, Nobis, noſtriſque Succeſſoribus, quotiens opus fuerit, aut nobis viſum fuerit expedire perpetuò reſervantes, atque jus Matricis ſeu Parochialis Eccleſiæ, & cujuſlibet alterius in omnibus ſemper ſalvum & illæſum eſſe volentes.

Jure Eccleſiæ de Puers ſemper ſalvo.

In quorum & ſingulorum fidem & teſtimonium, præmiſſas exinde Litteras fieri, ac per dilectum & fidelem Secretarium noſtrum ſub-

Quatuor tantum Monialis in Hoſpitali de Calfvoort.

(1) MARTINUS CUPERUS, Mechlinienſis, Ordinis FF. B. M. V. de Monte Carmelo, S. T. Doctor in Academia Lovanienſi, item Abbas Commendatarius Criſpinienſis in Hannonia, Epiſcopus Calcedonenſis ac Suffraganeus Cameracenſis. Obiit anno 1572 in Abbatia Foreſtenſi.

ſubſcriptum ſignari, ſigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri.

Datum & actum Bruxellæ dictæ noſtræ Diœceſis, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, menſis Novembris die ſecundâ.

CAPUT LXXXI.

S. Pius V. Papa confirmat anno 1568 Erectionem Collegii PP. Societatis Jeſu in Urbe Duacena noviter inſtituti, per R. P. D. Joannem Lentailleur Abbatem Monaſterii Aquicinctini Ord. S. Bened. eidemque Collegio libertatem impertit.

Non extat inter Brevia ſeu Epiſtolas editas typis Plantin.

PIus Papa V. dilectis filiis Rectori & Collegio Duacenſi Societatis Jeſuitarum. Dilecti filii ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quia Societatis veſtræ Collegia, quæ apud multas variarum Provinciarum civitates conſtituta reperiuntur, animarum ſaluti fideique Catholicæ tum propagandæ, tum conſervandæ, tum reſtituendæ magnoperè utilia accommodataque eſſe, intelligimus, idcircò Collegium veſtræ Societatis ſumptibus Monaſterii Aquicinctenſis, ejuſque Abbatis, nuper iſtic conſtitutum eſſe cognoſcentes, & magnâ ex ea re lætitiâ affecti ſumus, & Monachorum eorum, qui operè tam egregio perficiendo de Religione quam optimè meruerunt, pietatem, charitatem, devotionemque vehementer in Domino commendavimus.

Ejus enim opera non ſolum eadem animæ lucra, Domino adjuvante, proventura ſperamus, quæ ex reliquis ejuſdem Societatis Collegiis & anteà proveniſſe, & nunc quàm maximè provenire compertum habemus: ſed etiam Univerſitati ipſi in iſta civitate nuper reſtitutæ magnum ornamentum utilitatemque allaturum eſſe judicavimus. A cujus quidem Univerſitatis juriſdictione prædictum Collegium, quod ex viris Religioſis conſtat, non ſolum quoad ipſorum perſonas, & bona, ſed etiam quoad Scholas, ſive Grammaticæ, ſive humanarum Litterarum, ſive Rhetoricæ, aliarumque liberalium Artium, liberum, immune, exemptumque eſſe volumus, & harum Litterarum Apoſtolicâ Auctoritate decernimus, atque ſtatuimus: ſic ut neque ejuſdem Collegii Magiſtri ullo juramento Univerſitati obſtricti ſint, & quæ ſunt eorum conſuetudinis Inſtitutique propria, hæc omnia nullo impediente retinere & conſervare poſſint.

Quod ſi eidem Collegio cum Univerſitate convenerit, ut ejus ipſius Univerſitatis pars ſit, hoc tamen ſine ullo prædictæ ipſius immunitatis, exemptioniſque præjudicio fieri volumus, & mandamus.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die III. Novembris M. D. LX. VIII. Pontificatûs noſtri anno quarto.

Vide apud Bucellinum in Gallo-Flandriæ deſcriptione Tom. I. pag. 422. Litteras & conditiones fundationis hujus Collegii PP. Societatis, magnâ cum liberalitate Abbatiæ Aquicinctinæ inſtituti.

Docetur hîc etiam per eoſdem Patres Philoſophia, copioſâ admodum juventute confluente, uti & in Scholâ alterâ, quæ Marchianenſis appellatur, ex inſtitutione R. D. Johannis du Jonc. quoy Abbatis Marchianenſis Ordinis S. Benedicti juxta Ducum.

CAPUT LXXXII.

Pientiſſimi Belgarum Principes Albertus & Iſabella, Bruxellis anno 1610 inchoarunt, ædificarunt ac munificè dotarunt templum ac Monaſterium Monialium Carmelitanarum Diſcalceatarum. Eandemque fundationem anno 1611 Paulus V. Pont. Apoſtolicâ Authoritate confirmavit.

Ex Archivis Monaſterii.

PAulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilecto filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuntio in Belgio commoranti ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

In ſupremo militantis Eccleſiæ ſolio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine divinâ diſpoſitione conſtituti, his quæ per Catholicos Principes pro eorum ſpeciali conſolatione, & animarum ſalute, cum Religionis, & ſacrorum locorum, & ſpiritualium operum divinique cultûs & Miniſtrorum Eccleſiaſticorum incremento providè facta, & ordinata fuiſſe dicuntur, ne ullo unquam tempore labefactari valeant, ſed firma & illibata perpetuo ſubſiſtant, libenter cum à nobis petitur,

Apoſtolici muniminis firmitatem adjici, mandamus, & deſuper Paſtoralia Officii noſtri partes favorabiliter interponimus, prout eorumdem Principum vota id expoſcunt, & Nos rerum, locorum & perſonarum qualitatibus debitè penſatis, conſpicimus id in Domino ſalubriter expedire,

Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti Filii Nobilis Viri Alberti, & dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis Mulieris Iſabellæ, Conjugum, Archiducum Auſtriæ, petitio continebat.

Quod ipſi perpendentes, ſe perampliſſimis gratiarum donis, ab Omnipotente Deo bonorum omnium Largitore benignè acceptis, nullam condignam retributionem præſtare poſſe, decens tamen, & operæ precium fore, ut illa grato memorique animo recolentes, divinæ ſuæ Majeſtati debitarum laudum præconia, & ſalutaris Hoſtiæ Sacrificia jugiter perſolvi & offerri curent, eamque nedum propriis, ſed etiam ſacratarum & aliarum devotarum perſonarum in hac labili vita degentium aſſiduis precibus, ac Sanctorum perpetuâ felicitate in cœlo fruentium piis patrociniis & intercеſſionibus ſemper propitiam, & benignam reddere ſtudeant.

Proinde ad ejuſdem Omnipotentis Dei & intemeratæ ejus Genitricis Virginis Mariæ laudem & gloriam, ac Sanctæ Annæ & Beati Joſephi, totiuſque cœleſtis Curiæ honorem, nec non Ordinis ejuſdem glorioſiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, quem ſingulari devotionis zelo, & affectu complectuntur, propagationem animarumque ſalutem, in Oppido Bruxellenſi, Mechlinienſis Diœceſis, ſolitâ eorum reſidentiâ, plurimum inſigni, ac incolarum & habitantium utriuſque ſexûs multitudine referto, unum Monaſterium Monialium, ſub invocatione ſanctæ Annæ & B. Joſephi, in quo decem & octo Moniales, Diſcalceatæ nuncupandæ, & tres Converſæ dicti Ordinis, juxta illius ritus, conſuetudines, & Regularia Inſtituta, ſub cura, & gubernio unius Prioriſſæ, de earum gremio eligendæ, divinis laudibus, & obſequiis, aliiſque devotis & ſalutaribus miniſteriis per ipſas preſcribendis vacare debeant, fundaverunt.

Numerus Monialium XVIII.

Et redditibus annuis, & perpetuis trium millium, & ſexcentorum florenorum, ad rationem viginti ſtuferorum monetæ Brabantiæ in illis partibus curſum habentis, mille & ducenta Scuta monetæ Romanæ, vel circa conſtituentium, pro congrua Prioriſſæ, Monialium, & Converſarum hujuſmodi, nec non trium Capellanorum, & unius Sacriſtæ, aliorumque miniſtrorum ſuſtentatione, & onerum illis pro tempore incumbentium ſupportatione, de ſuis propriis bonis dotaverunt.

Dotatio Monaſterii.

Ipſumque Monaſterium magnifico & ſumptuoſo opere, cum Eccleſia, Sacriſtia, Choro, Capellis, Cloſtro, Refectorio, Dormitorio, Cellis, Officinis, & Membris neceſſariis conſtrui & ædificari ſedulo procurantes, futuras ejuſdem Monaſterii pro ea prima vice Prioriſſam & Moniales in quibuſdam vicinis ædibus ad id accommodatis, donec cœptum opus fabricæ hujuſmodi perficiatur, introduxerunt. Eiſque paramenta, ornamenta, ſupellectilia, tam ſacra, quam profana, & alia ad divinum cultum & domeſticos uſus neceſſaria donaverunt & aſſignaverunt.

Denique prævia, & maturâ conſultatione & deliberatione cum dilecto filio Thoma de Jeſu, Vicario Generali Fratrum & Monialium Diſcalceatorum dicti Ordinis, in illis partibus reſidente, ac de illius aſſenſu, nonnulla ad fælicem ſtatum, directionem & progreſſum Monaſterii, illiuſque Prioriſſæ, Monialium, Converſarum, Capellanorum, miniſtrorum, perſonarum, rerum, & bonorum hujuſmodi, ordinaverunt, diſpoſuerunt, & decreverunt;

Prout continetur in ſuis patentibus Litteris eorumdem propriis manibus ſubſcriptis, & ſolito Sigillo munitis, quarum tenor de Gallico in Latinum ſermonem, omiſſis ſubſcriptionibus hujuſmodi fideliter traductis, ſequitur, & eſt talis.

IN nomine Dei Omnipotentis, Patris, & Filii & Spiritûs ſancti, qui unus eſt verus Deus, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen; Glorioſæque Deiparæ Virginis Mariæ Dominæ & Advocatæ noſtræ, ad honorem beatæ & glorioſæ ſanctæ Annæ, & glorioſi ſancti Joſephi, quos glorioſos Sanctos magnâ & ſingulari devotione veneramur.

Notum ſit omnibus præſentes Litteras Fundationis & dotationis viſuris, quod Nos Albertus & Iſabella Infans Hiſpaniarum, Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Lotaringiæ, Brabantiæ, Limburgi, Luxemburgi, & Geldriæ, Comites Absburgi, Flandriæ, Artheſiæ, Burgundiæ, Tyroli, Palatini, & Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ Namurci, & Zutphaniæ, Marchiones S. Romani Imperii, Domini Friſiæ, Salinarum, Mechliniæ; Civitatum, Oppidorum, & Terrarum Ultrajecti, Tranſiſalaniæ, Groningæ &c,

Cum probè cognitum habeamus, quantâ mortales omnes neceſſitudine obſtringantur, ad Dominum Deum noſtrum continuo ſtudio amandum, & colendum, curamdumque ut Sanctum ejus Nomen ubique terrarum laudetur, benedicatur, & exaltetur, cum propter ſe, tum propter multa, maximaque beneficia quæ à divina largitate receperunt, quotidieque recipiunt; quodque eadem obligatio tantò major & ſtrictior incumbat, quò altiori quiſque gradu collocatus, frequentiorem & munificentiorem ejus in ſe gratiam experitur.

Hinc eſt, quod nos recognoſcentes, quod benigna & liberalis divina ipſius Majeſtas hac in parte erga nos ſemper fuerit, ſperantes, prout miſericordiâ ejus confiſi ſperamus, id

denique ab ipſo nos conſecuturos, in quo ummum ſumma perfectio eſt, ut in perpetua futuræ vitæ beatitudine ipſo aliquando fruamur.

Ad hæc intelligentes, quantam vim atque efficaciam apud Deum obtineant, non ſolum orationes, interceſſioneſque Sanctorum illorum, qui in Eccleſia triumphante ſummo illo bono jam potiuntur, ſed etiam Dei famulorum famularumque qui piè ſanctèque in militante hac Eccleſia verſantur, præſertim illorum, qui religioſius, & arctius vitæ genus amplexi, mundo valedicto, ac renunciato, vitæ pœnitentis & ſpiritualis exercitiis inſiſtentes, divino ſeſe cultui, ſervitioque dedicarunt.

Hanc ob cauſam, in omnium beneficiorum, gratiarumque à Deo perceptarum recognitionem, quo ſanctum ejus nomen, magis magiſque quotidie celebretur, neque piarum orationum adminicula nobis deſint, quibus adjuti nobis recto curſu ad æternam beatitudinem directi tendamus, preceſque Deo offerantur pro bono animarum noſtrarum, Imperatoris atque Imperatricis, Regis, & Reginæ, Dominorum ac parentum noſtrorum, felici ſtatu tam noſtro, quam Regis Philippi Domini ac Fratris noſtri, quem Deus in ſuo ſancto ſervitio conſervet, proſperetque.

Extruimus, & fundamus Monaſterium Monialium Carmelitarum Diſcalceatarum in hoc Oppido noſtro Bruxellenſi, Diœceſis Mechlinienſis; quoniam in Religionis hujus Ordinem magoâ hactenus & ſingulari devotione ac ſtudio affecti fuimus, & etiamnum ſumus, eo quod tantâ ſanctimoniâ vitæque pœnitentis auſteritate ſit inſtitutus, in eoque Moniales, omnibus rerum temporalium, mundanarumque curis dimiſſis, magoâ animæ puritate unius Dei famulatui ſedulo incumbant.

Quod quidem Monaſterium fundamus, & dedicamus ſub nomine & invocatione Sanctæ Annæ, & Sancti Joſephi. Sub quorum ſanctiſſimo nomine & protectione, confidimus dictum Monaſterium, Moniales itidem in majus quotidie incrementum Chriſtianæ pietatis perfectioniſque profecturas.

Et quamvis idem Monaſterium cum ſuo templo, domo, & habitatione dictarum Monialium jam ædificetur, & interim illæ cum ſua Prioriſſa in alia domo eidem vicina pro tempore commorentur, eidemque Domui de Calicibus, ornamentis, aliiſque rebus Altaris uſui, divinoque cultui neceſſariis, præfatiſque Monialibus de neceſſaria vitæ ſuſtentatione providerimus; hactenus tamen nihil, quod ad dicti Monaſterii directionem pertineat ſtatuerimus, neque ſuper eo quod in dicto Conventu fieri debeat, voluntatem adhuc noſtram aperuerimus, rem hanc in illud tempus differentes, quo ſemel integrè, & velut a fundamento declararemus, quoque modo & loco adminiſtrari ac permanere debeant.

Tandem aliquid certi animo noſtro cæpimus circa ea quæ vellemus in dicto Conventu obſervari. Communicatoque prius negotio cum Prioriſſa ac Monialibus ejuſdem Monaſterii, ac R. P. Fratre Thoma de Jeſu, Vicario Generali Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum in hiſce Provinciis conſtitutorum, ac pro tempore Prælato, & Superiore earumdem Monialium; Viſum nobis fuit, de ipſius & illarum conſenſu ſuper omnibus ſtatuere, declarare, atque ordinare, ad hunc, qui in hiſce noſtris Fundationis ac Dotationis Litteris ſequitur, modum.

I. In primis volumus, & eſt noſtra intentio, ne in dicto Monaſterio plures Moniales ſint quam viginti & una, videlicet octodecim in uſum Chori, & tres Laïcæ, juxta Conſtitutiones earumdem.

II. Item poſito quod plures Moniales quam ſupra dictum eſt non ſint recipiendæ, volumus, ut curetur, quod idem numerus ſemper ſit plenus; ita ut quotieſcumque unum, vel plura loca vacare contigerit, habitum petentes aſſumantur, modo partes requiſitæ in eiſdem concurrant.

III. Item volumus, ut durante vitâ noſtrâ, quoties aliquam aſſumere decreverint, prius Nos de eo certiores reddant, ut cum noſtro aſſenſu, & non aliter, recipiantur. Cæterum poſt vitæ noſtræ decurſum, per Prioriſſam, & reliquas Moniales deinceps aliæ recipientur, juxta formam in ipſarum Conſtitutionibus præſcriptam; ita ut non ſit neceſſarius deinceps Patroni dicti Conventûs aſſenſus.

IV. Item volumus, ut ſint duæ Sorores Laïcæ, quæ ad res Monaſterio neceſſarias procurandas egrediantur; illæque extra elauſuram ejuſdem commorentur, in habitatione quæ ad eundem effectum nunc fabricatur. Nec licitum erit illis foris in aliqua Oppidi domo pernoctare, excepta urgente aliquâ cauſâ, idque cum permiſſu Prioriſſæ; ita tamen ut ſaltem una in ſua ſtatione ſemper maneat.

V. Item volumus, tres eſſe Capellanos & unum Sacriſtam, qui unà degant, idque in eis ædibus quæ ad hunc effectum coëmentur, conducentur, aut conſtruentur; in quibus continuò pernoctabunt. Si tamen aliquem eorum propter urgentem quamdam neceſſitatem, judicio Prioriſſæ approbandam, cum ejuſdem conſenſu foris pernoctare contingat, reliqui ſemper tum domi manebuot.

VI. Item volomus, per eoſdem Capellanos Miſſæ Sacrificium ſemper fieri ad horam à Prioriſſa præſcribendam, quo Moniales quæ Miſſæ Conventuali intereſſe non poterunt, reliquis interſint.

VII. Item volumus, Miſſam Conventualem hebdomadatim per ſingulos Capellanos celebrari; ita tamen ut reliqui quotidie ibidem etiam privatim Miſſas faciant. Et ſi eveniat aliquem eorum propter aliquod juſtum impedimentum id facere non poſſe, alium quærere teneatur,

teneatur, qui hîc vices ſuas ſuppleat, convenientem eleemoſinam de ſuo illi tribuendo, ſi ſi talis Miſſæ celebrationem propter invaletudinem omittere coactus ſit. Tunc enim Prioriſſa quærere debeat, per quem tali defectui caveatur, idque eleemoſynam ex parte Conventûs Miſſam facienti elargiendo.

VIII. Item volumus Miſſam Conventualem ſemper fieri pro ipſo Conventu, & pro Nobis Fundatoribus, aliiſqoe Patronis pro tempore futuris. Ita tamen, ut amborum noſtrorum vitâ durante ſemper in fine Orationum per verba ſequentia noſtri memoria habeatur. *Et Principes noſtros Albertum, & Iſabellam hujus Conventûs fundatores ab omni adverſitate cuſtodi.* Poſt obitum autem noſtrum, per hæc verba: *Et animabus Principum noſtrorum Alberti & Iſabellæ hujus Conventûs fundatorum requiem æternam concede.* Et poſt mortem unius, in vita alterius, per iſta, *Et Famulum tuum, vel famulam tuam, & hujus Conventûs Fundatorem, vel Fundatricem ab omni adverſitate cuſtodi, & animæ famuli tui, vel famulæ tuæ &c. requiem æternam concede.*

IX. Item volumus, ut ſinguli Capellanorum eâ hebdomada, quâ vacabunt à celebratione Miſſæ Conventualis, duas ſingulis ſeptimanis pro nobis, & patronis pro tempore futuris, privatim faciant, Commemorationem noſtri nominatim adhibendo, per verba jam præmiſſa. Reliquas in quacumque ſeptimana Miſſas, pro ſua ab illis intentione fieri licebit; ita tamen, ut in omnibus noſtri, ut dictum eſt, memoria habeatur.

X. Item volumus, ut unus ex tribus Capellanis primarii nomen obtineat, habeaturque & reputetur pro primum inter ipſos locum obtinente. Injungentes omnibus tribus, ut ſeſe mutuo omni reverentiæ amicitiæ concordiæque ſignificatione, atque affectu proſequantur.

XI. Item volumus, ut quoties Miſſa cantanda erit cum Diacono & Subdiacono, ſi primarius Capellanus illam facere cupiat, id licitum illi ſit, tametſi illâ ſeptimanâ ad Miſſam Conventualem faciendam minime teneatur. Si tamen Diaconi munere fungi volet, fiet & hoc pro ejus voluntate. Quæ quidem ſolemnes Miſſæ fient ad libitum Prioriſſæ; ita tamen ut hic ab eadem obſervetur conſuetudo in Ordine ſuæ Religionis ſervari ſolita & conſueta. Nihilominus tamen, ſi Religioſi Diſcalceati illis diebus tales Miſſas celebrare cuperent, id ipſis unâ, aut pluribus vicibus facere licebit.

XII. Item volumus, eoſdem Capellanos eſſe tales, ut Theologiæ, aut Juri Canonico ſtuduerint, & idonei ſint ad Confeſſiones Monialium ejuſdem Conventûs, aliorumque forte eodem ſe conferentium, excipiendas. Ad quem effectum exactius conſequendum, antequam ad hunc locum aſſumantur, volumus ut ab Ordinario ad Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrandum admiſſi ſint, habeanturque viri probi, quique cæteris omni virtutis exemplo præluceant.

XIII. Item volumus, ut vitâ noſtrâ durante nominatio eorumdem Capellanorum ad nos pertineat, & poſt noſtrum ex eadem vita diſceſſum, nominentur per Duces Brabantiæ noſtros futuros Succeſſores, ſi in hiſce Provinciis eſſe contingat, ipſis vero abſentibus, per Prioriſſam hujus Conventûs. Et ad ſolam noſtram, aut Patroni, vel Prioriſſæ, prout præfertur, præſentationem, Archiepiſcopus Mechlinienſis, ita nominato, & qualitatibus ſupra relatis prædito, talis Capellaniæ faciat collationem, neque alio modo, aut ratione quâcumque de eiſdem Capellaniis cuiquam provideatur. Neque Juris Patronatûs, aut huic proviſionis modo, in ullo derogetur, quia modis omnibus cupimus, ut dictæ Capellaniæ modo quo dictum eſt, & non aliter obtineantur.

XIV. Item volumus, quod ſi dicti Capellani, aut aliquis eorum vitæ deterioris exemplo offenderet, aut alias diſtracti, vel inquieti apparerent, aut officio ſuo non ſatisfacerent, per nos vitâ noſtrâ durante, eâque finitâ per Duces Brabantiæ Succeſſores noſtros, ſi in hiſce Provinciis eſſe contingat, & in illorum abſentia per Prioriſſam dicti Conventûs à ſuo loco, & munere amoveantur. Quæ tamen Prioriſſa poterit Patronis omni tempore, defectus eorumdem Capellanorum quando illos amotione dignos eſſe judicaverit, ſignificare.

XV. Item volumus, ut iidem Capellani negotiis neceſſariis prænominati Conventûs, ſibi per Prioriſſam injungendis operam navare teneantur, modo talia ſint quæ per ſtatum Sacerdotalem non dedecere reperiantur.

XVI. Item volumus, Sacriſtam à Prioriſſa aſſumi, hominem probatæ vitæ, ac morum, eumque celibem. Cujus curæ incumbent omnia quæ ad Sacriſtiam pertinebunt, & quidquid denique ad Miſſarum, & Officii divini ſervitium faciendum, altariumque ornatum ſpectabit, Miſſiſque aſſiſtet, & reliquis officiis functionis ſuæ annexis. Quod niſi quâ par eſt ſedulitate præſtiterit, in poteſtate Prioriſſæ erit illum officio ſuo dimovere.

XVII. Ad ſuſtentationem autem Monialium, Laïcarum, Capellanorum, Sacriſtæ, fabricæ, Sacriſtiæ, ornamentorum, ceræ, olei, breviter omnium ſumptuum, atque impenſarum hujus Conventûs, cumdem trium millium ſexcentorum florenorum, ſingulis florenis ad viginti ſtupheros æſtimatis annuo reditu, perpetuo dotamus. Quo quidem reditu donationibuſque quas ab aliis, quæ eamdem Religionem deinceps ingredi & profiteri volent, recipere poterunt, omnibuſque aliis eleëmoſynis eidem Conventui conferendis, dictæ Mooiales omnia, & ſingula jam præmiſſa ſuſtentare, tueri & conſervare teneantur, providendo ubique quidquid cui rei convenire ſecundum ſuam Regulam, Conſtitutiones, ac vivendi modum judicabunt. Cæterum

quoad Capellanos, & Sacriſtam attinet, ex re ſore cenſentes ut definiatur, quantum ſingulis ſit aſſignandum, volumus & declaramus primario Capellano annue trecentos florenos, aliis duobus, ducentos & quinquaginta, Sacriſtæ denique ducentos eſſe numerandos.

XVIII. Et quoniam juxta Conſtitutiones hujus Ordinis. ac Religionis, conſuetudineſque ibidem obſervatas, dictæ Prioriſſa & Moniales præſentes, & futuræ ad preces Deo oferendas pro Nobis, ac ſalute animarum noſtrarum, tanquam Patronorum, & Fundatorum dicti Conventûs, prout in dicta Religione declaratum, ac conſtitutum eſt, obligantur, noſque de earum probitate, ac chriſtiana pietate confidimus, ipſas non ſolum huic ſuæ obligationi ſatisfacturas, ſed ultra eaſdem noſtri quoque memoriam habituras in privatis ſuis ſpiritualibus exercitiis, atque orationibus pro nobis continuo apud Deum intercedendo, non ſolum quamdiu ſuperſtites nos eſſe continget, ſed etiam poſtquam ex hac vita erepti fuerimus, nolumus quidquam ſuper hac re certi ac determinati ſtatuere, ſed id totum illarum virtuti remittere & conſignare. Injungendo nihilominus, & eas de ſerio exhortando ut ejuſce rei magnam ſollicitudinem gerant, idemque faciant pro animabus Imperatoris & Imperatricis, Regis ac Reginæ Dominorum & Parentum noſtrorum, & pro Rege Philippo Domino & Fratre noſtro, tam in vita, quam poſt Obitum ejuſdem. cupientes ut hic Articulus deſcriptus in tabula ſuſpendatur in loco Capitulari, & Choro, quo eædem Moniales ſingularem ejuſdem curam & memoriam habeant. Cæterum hoc ſigillatim volumus & mandamus, ut poſt noſtram ex hac vita migrationem, quotannis in perpetuum diebus anniverſarii noſtri chriſtûs in dicto Conventu pro animabus noſtris cantetur Miſſa de defunctis, & die præcedenti Officium, ſeu Vigiliæ defunctorum.

XIX. Item volumus, ne ulla deinceps fiat innovatio, aut relaxatio in earumdem Monialium vivendi inſtituto: ſed ut ſemper obſervent Regulam & Conſtitutiones, quas hoc tempore vovent, & profitentur. Utque hoc exacte fiat, nec ullo unquam tempore, ex quacumque cauſa ſive authoritate in eo fit aut eſſe poſſit aliqua variatio, novitas, aut immutatio, ſupplicantes ſuæ Sanctitati, ac Summis Pontificibus S. R. E pro tempore futuris, ne ullo modo id fieri permittant, ut quacumque ratione ſuper eo diſpenſent. Exhortantes inſuper, & ſummo affectu injungentes Patrono, & Patronis futuris, juxta formam noſtræ Inſtitutionis & Ordinationis, ne quovis modo occaſionem præbeant, aut præberi permittant, vel omnino conſentiant, quo ſuper eodem aliqua diſpenſatio, aut relaxatio in contrarium petatur, aut in uſum introducatur, ſcientes, prout ſcire tenentur illud contra expreſſam noſtram & determinatam voluntatem futurum.

XX. Item volumus, ut præmemoratæ Prioriſſa & Moniales cuſtodiant, & integra conſervent bona hujus dotationis per nos factæ tanquam eidem affecta, & obligata, ita ut non poſſint ea vendere, permutare, aut alienare, quovis modo citra noſtram permiſſionem, utque eadem bona, etiam poſt obitum noſtrum vendi, permutari, aut alienari non poſſint quâlibet cauſâ ſive prætextu, neque Succeſſores noſtri id unquam fieri conſentiant ſive permittant.

XXI. Item quo prædictus Conventus nunc & futuris temporibus commodiùs ſeſe valeant ſuſtentare; Monialibus ejuſdem ex gratia ſpeciali concedimus, ut ultra ſummam trium millium & ſexcentorum florenorum eiſdem in dotem & annuum redditum per nos donatorum, poſſint inſuper emere, acquirere & recipere bona immobilia quælibet, uſque ad ſummam aliorum trium millium florenorum annorum, oeque opus habeant ad id aliâ facultate, obſervando tamen alias ſolemnitates in tali re obſervari ſolitas & conſuetas.

Volumus præterea, & eſt noſtra intentio, ut bonis per nos ipſis conceſſis fruantur liberè & ſine quovis onere, neque ullam impoſitionem aut contributionem, tam ordinariam, quam extraordinariam ſolvere teneantur.

XXII. Item volumus ut hoc exemptionis Privilegio ab omni impoſitione, ſeu contributione, ut præfertur, etiam fruantur Capellani, & Sacriſta dicti Conventûs, quandoquidem ex redditibus ejuſdem ſeſe ſuſtentare debeant.

XXIII. Item volumus, ut ſimulatque templum ac domus ædificata fuerint, eadem deſtruere, mutare, aut de novo ædificare dictæ Moniales ſine expreſſo noſtro conſenſu nequaquam poſſint.

XXIV. Item volumus, ne ſine noſtra permiſſione, aut Patronorum ſucceſſorum noſtrorum, dictæ Moniales, cuiquam perſonæ, cujuſcumque qualitatis, ſive in Choro, aut in magno Sacello, vel reliquis Sacellis, aut alio quocumque loco dicti templi ſepulturam concedant, exceptis Capellanis, Sacriſtâ, Sororibus laicis, quibus quod dicto Conventui inſerviant, ut in templo ejuſdem, idque in media parte ſive navi, ut vocant inferiori ejuſdem templi inhumari poſſint, conſentimus, ita tamen ut ſepulturæ cujuſquam lapis non ſuperponatur. Permittimus nihilominus ut Prioriſſa ad ſepulturam admittere poſſit quibus illi viſum fuerit, in alio ſacello quod extra præfatum templum extruitur cum ſua crypta. Quod tamen ſacellum non poterit ornari illis imaginibus quas in dicti templi ornatum donamus, nec officio divino ibidem talibus ſacris ornamentis inſerviri licebit, quæ in præmemorati Templi uſum nunc damus, aut pro tempore dederimus. Incumbetque cura adornandi dicti ſacelli conficiendique ornamenta ad id neceſſaria, dictis Monialibus.

XXV. Et quia collocavimus, & collocaturi ſumus in dicto Monaſterio, templo & ſacriſtia, nonnullas Imagines, Cruces, Calices, Candelabra, aliaque id genus ex argento confecta, item ſacra veſtimenta & ſimilia ad ſervitium cultûs divini, Templi, & Altarium ejuſmodi pertinentia, ſitque noſtra intentio ac voluntas de eiſdem per nos ibidem collocatis & collocandis eidem Templo, Sacello, & Sacriſtiæ gratuitam facere donationem, quod idem Templum, eadem omnia poſthac tanquam ſua retineat, illiſque utatur, quippe cum ea donaverimus pro Dei ſervitio, & ſalute animarum noſtrarum, utque divina officia cum debito decore, autoritate, & dignitate celebrentur, volentes ut de hiſce omnibus in dicto Monaſterio ſic per nos collocatis & donatis, collocandis, & donandis, exacta ratio ac computus habeatur, ut ſemper conſtare poſſit quæ ſint ea quæ dedimus & donavimus dicto Conventui, omniaque bene cuſtodiantur; ſtatuimus ut de omnibus, Inventarium conficiatur in forma publica coram aliquo Notario, cui ſigillatim & diſtinctim exhibeantur, & declarentur omnia ſupra dicta, quæque reliqua erunt cum ſpecificatione cujuſlibet, ejuſque qualitatis, quo neque io toto neque in parte aliquis defectus inveniri queat, quio ſtatim id percipi poſſit.

Et quantum quidem attinet ad ſupellectilem argenteam, exptimatur pondus, ac forma cujuſque rei. Idem fiet de ornamentis, & cæteris, cujus Inventarii duo conficientur exemplaria autentica, quorum unum manebit ſub cuſtodia dicti Monaſterii, & alterum dabitur Patronis, quod in Archivis Ducum Brabantiæ collocetur. Item ſtatuimus ut Prioriſſa, Supprioriſſa, & Claviariæ dicti Conventûs, ſingulis annis ſemel eodem Inventario adhibito examinent utrum quid in eo contentum fortaſſis deſit. Quod ſi contigerit, nobis durante vita noſtra ſignificent, & poſt obitum noſtrum dicti Conventûs Patronis.

XXVI. Ad hæc volumus & ſtatuimus, & expreſſe prohibemus, ne ullæ Imagines, Cruces, Calices, ornamenta & quidquid inſuper donavimus hactenus, & deinceps eidem Monaſterio, templo, & Capellæ donaturi ſumus, quâcumque authoritate, facultate, aut diſpenſatione donari, alienari aut commodato dari ullo tempore, cauſa aut ratione poſſint; ſed ut omnia in perpetuum ſervitio præfati templi, & Altarium ibidem, diviniſque Officiis dedicata permaneant. Ita ut nihil inde extrahere, neque in alium uſum quâlibet ſpecie pium, quâcumque intentione, aut zelo quantumlibet bono cuiquam liceat. Cum noſtra voluntas ſit omnem omnino occaſionem tollere per quam quidquid de ſupradictis perdi, minui aut corrumpi poſſit. Et eum hac conditione, & in hunc finem omnia donavimus, donamus, & quodcumque in contrarium attentatum aut factum fuerit, contra noſtram voluntatem & expreſſam prohibitionem attentatum & factum intelligetur.

Neque talia, tam dantes quam iiſdem utentes, id licitum ſibi eſſe ſciant; & ad majorem cautelam, & ſecuritatem ejuſdem, ſupplicavimus, & ſupplicamus ſuæ Sanctitati per præſentes, ut id ipſum ſub debitis cenſuris & pœnis, in dictæ noſtræ diſpoſitionis, & voluntatis noſtræ confirmationem, approbationemque fieri prohibeat.

XXVII. Quod attinet vero ad cuſtodiam dictarum imaginum, Crucum, Calicum, Candelabrorum, & Ornamentorum ac reliquorum, volumus ut omnia in dicto Monaſterio penes Prioriſſam, & Moniales ejuſdem maneant, & ut inde extrahantur quotieſcumque ordinarius cujuſque diei uſus id exigit. Ad extraordinarium vero Feſtorum uſum ſuppeditabitur Sacriſtæ quidquid neceſſarium erit ad ſervitium Altaris, Officiique divini talibus diebus occurrentis, prout Prioriſſa id ordinaverit. Exacto autem tali feſto, omnia reddentur Monaſterio, quæ inde extracta fuerunt, injuogendo, prout injungimus dictis Prioriſſæ, & Religioſis, ut eorumdem curam habeant, ut omnia ſollicite, & mitide ſerventnt. Quod ſi quidquam eorum quæ Prioriſſa ad talium dierum divina officia celebranda dederit, deeſſe reperietur, dicta Prioriſſa ſtatim ſignificabit primario Capellano, quo ipſe id omne cohiberi curet.

XXVIII. Et quamvis hæc omoia per præſentes ſtatuta & decreta fuerint, exiſtimantes ad finem & effectum hujus noſtræ Fundationis & Inſtitutionis ita convenire, neque hoc quidem tempore quidquam in illis innovare io animo habeamus; tamen cum re exigente evenire fortaſſis poſſet, nt viventibus nobis aliquid illis addendum, demendum, aut alioqui immutandum, vel in toto, vel in parte videretur, liberam id faciendi facultatem reſervamus. Volentes, ut quidquid de novo ſuper eo ſtatuerimus addendo, demendo, mutando, obſervetur plenæque executioni mandetur, etiamſi ſuperius à nobis decretis contrarium eſſe comperiſtur, quando hæc demum poſtrema noſtra voluntas ac diſpoſitio cenſenda ſit.

XXIX. Quæ quidem facultas oobis dumtaxat, quamdiu Deus nos ſupereſſe volet, integra manebit. Cæterum nobis vita ſunctis nulli alii cuicumque eamdem relictam volumus neqoe relinquimus. Proinde neque accedente conſenſn atque authotitate Patroni, quidquam in eiſdem mutatum, ablatum, adjunctum cupimus, neque ullo modo, ſeu cauſa ſic à nobis conſtitutis contraventum, ſed omnia exactè executioni tradita, completa & inviolabiliter obſervata, neque poterit ad talem effectum peti, aut interponi ulla diſpenſatio, relaxatio, autoritas, aut facultas, ſeu Eccleſiaſtica ſeu Sæcularis, & ſi ad petitionem alicujus, aliqus adferri contingeret, ſupplicabitur, atque omni ſtudio interpoſitis juſtis remediis, quæ in ſimilibus inter-

poni poſſunt ac debent, ſedulo agetur, ut omni tempore quæcumque in hoc ſcripto noſtro continentur, illæſa permaneant, noſtraque hæc voluntas ac diſpoſitio compleatur

XXX. Requirimus proinde Succeſſores noſtros (quos Patronos hujus noſtræ Eccleſiæ, Monaſterii, Capellaniarum, reliquorumque omnium inſtituimus, & ſub quorum præfectione, defenſione, atque autoritate omnia ſubmittimos, & relinquimus, quippe quibus integrè confidimus, quibuſque poſt Deum, tumquam præcipuo fundamento innitimur, hanc noſtram voluntatem, ac diſpoſitionem per ipſos plene, obſervandam complendamque) ut ſub ſua protectione, ac defenſione noſtrum hoc Monaſterium, Eccleſiam, & Capellanias obſervationemque, & executionem eorum omnium quæ jam ſtatuimus, aut forte poſthac, ut dictum eſt, adhuc ſtatuemus, recipiant, teneantque, eoque omne auxilium, favorem & ſecuritatem afferant, quo bona prænemoratis Capellaniis, & Eccleſiæ per nos relicta, & in poſterum relinquenda, ab illis non auferantur, occupentur, aut uſurpentur, neque ſuper eiſdem moleſtia aliqua, aut vexatio poſſeſſoribus eorumdem inferatur; ntque eidem Monaſterio, Monialibus, & Capellanis ſolutiones ſuæ debite fiant, exemptioneſque, ac libertates ſuperius declaratæ, eiſdem permittantur, omnes contradictiones & impedimenta in contrarium, ceſſare facientes.

XXXI. Et quu hæc noſtra Fundatio, ordinatio, & diſpoſitio ut præfertur, inviolabiliter obſervetur, compleatur, & executioni demandetur, & eidem nullâ ratione, aut cauſâ, oullaque autoritate contraveniatur, præcipimus, & mandamus, chariſſimis & fideliſſimis noſtris Cancellario, & Conſiliariis Conſilii noſtri Brabantiæ, locum tenentibus & feudatariis Curiæ noſtræ feudalis ibidem, Primatibus, Theſaurario generali, & Commiſſariis bonorum noſtrorum Ducalium ac Financiarum, Præſidi, & aliis Cameræ noſtræ Computorum in dicta Brabantia, omnibuſque aliis noſtris Juſtitiariis, & Officiariis, illorum locum tenentibus, & cuilibet eorum ſigillatim, prout ad eos ſpectabit, ut præſentem hanc noſtram Fundationem, Ordinationem ac diſpoſitionem omniaque & ſingula præſentibus Litteris contenta obſervent & adimpleant, obſervari & adimpleri faciant, ſinguli prout res ad eos pertinere poteſt, aut poterit, ita ut nihil in contrarium moleſtiæ, vel impedimenti faciant aut interpoant, fierive aut interponi permittant, nuoe, vel inpoſterum quoquo modo, quod bis adverſetur, ſieut ſperamus illos non facturos, aut fieri permiſſuros, cum ſuapte ſponte, tum quod Dei ſervitium tam prope tangant, taliſque ſit noſtra expreſſa ordinatio & diſpoſitio. Nam ita Nobis placet.

Et ut præmiſſa in perpetuum firma, ac valida permaneant, has præſentes Signis noſtris manualibus ſubſcripſimos, magnique noſtri Sigilli appenſione muniri mandavimus.

Datum Mariæ-Monte die omnium Sanctorum anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo decimo.

Bullæ Apoſtolicæ proſecutio.

CUm autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, Statuta, Ordinationes, diſpoſitiones, & alia præmiſſa, nedum à Thoma Vicario generali, ac dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſa, & Monialibus in dictis ædibus degentibus & Ordinem ipſum expreſſe profeſſis unanimiter nomine totius Conventûs dicti Monaſterii acceptata ſed etiam per loci Ordinarium approbata fuerint, pro parte Alberti & Iſabellæ Archiducum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eiſdem præmiſſis pro illorum ſubſtantia, & inviolabili obſervatione robur Apoſtolicæ Confirmationis adjicere, ac aliàs deſuper uportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur pium & religioſum eorumdem Alberti & Iſabellæ Archiducum in hoc laudabili opere agrediendo ſtudium merito commendantes, ac ſpecialibus favuribus & gratiis proſequi, & confovere volentes, ipſoſque & eorum quemlibet à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure, vel ad homine quâvis occaſione vel cauſâ latis (ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt) ad effectum præſentium dumtaxat conſequendom, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes;

Nec non redditum, rerum, & bonorum donatorum aſſignatorum prædictorum qualitates, quantitates, ſituationes, confines, vocabula, & denominationes præſentibus pro expreſſis habentes; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus conſtito tibi legitimè de præmiſſis nobis expoſitis, Fundationem, dotationem, ſtatum, ordinationes, diſpoſitiones, cæteraque ut præfertur ſpecificata & expreſſa, (citra tamen facultatem pro dictis Capellanis audiendi Confeſſiones Monialium ultra debitum tempus, & illorum amotionem, niſi prævià cauſæ cognitione, & ſententiâ dicti Ordinarii) Autoritate noſtrâ approbes, & confirmes, ac perpetuâ roboris firmitate commuoias.

Omneſque & ſingulos tam juris, quam facti, nec non quarumcumque ſolemnitatum, quamvis ſubſtantialium defectus, (ſi qui quomodolibet intervenerint) in eiſdem ſuppleas; & nihilominus, pro potioris cautelæ ſuffragio, eâdem Autoritate noſtra, illa omnia innoves, concedas, ſtatuas, ordines, diſponas, decernas, & declares.

Nec non Monaſterium prædictum ex nunc prout ex tunc, & è contra, poſtquam in ſuis ſtructuris, & ædificiis abſolutum, debitâque clauſurâ munitum, ac ut præfertur dotatum fuerit, in Monaſterium Monialium Diſcalceatarum

cestarum Ordinis & ſub Iovocatione hujuſmodi, per unam Prioriſſam regendam & gubernandum, pro perpetuis uſu & habitatione ipſius Prioriſſæ & aliarum Monialium ejuſmodi Ordinis inibi uſque ad numerum ab Alberto & Iſabella Archiducibus prædictis præſcriptum, pro tempore introducendarum, quæ ſub habitu Profeſſionis, & Inſtitutis Regularibus dicti Ordinis ibidem Altiſſimo famulari, nec non Statutis, Ordinationibus, decretis, & diſpoſitionibus prædictis in quantum eas quomodolibet concernunt, ſe conformare eaque ad amuſſim obſervare & adimplere teneantur, ac curæ, juriſdictioni, ſuperioritati & viſitationi ſuorum Superiorum Regularium ſubſint;

Nec non in Eccleſia ejuſdem Monaſterii unam primariam nuncupandam, pro uno primario nuncupando, & duas alias perpetuas Capellanias perſonalem reſidentiam requirentes pro aliis duobus Presbyteris ſæcularibus futuris inibi perpetuis Capellanis, ut præferunt, qualificatis, perpetuò ſine alicujus præjudicio erigas, & inſtituas.

Illiſque ſic erectis & inſtitutis pro Monaſterii, & Capellaniarum hujuſmodi dotibus, aliiſque ſofraſcriptis, redditus annuos ab eiſdem Alberto & Iſabella Archiducibus ſic donatos, & aſſignatos, etiam perpetuo applices, & appropries.

Ita quod ſi Erectionem & Inſtitutionem ac applicationem, & approbationem prædictas per Te præſentium vigore fieri contigerit, poſtquam factæ fuerint, liceat Prioriſſæ, pro tempore exiſtenti, ac Conventui & Capellanis prædictis, per ſe, vel per alium, ſeu alios, ſuis, ac Monaſterii, & Capellaniarum hujuſmodi nominibus, illorum corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem propriâ autoritate liberè apprehendere & apprehenſam perpetuò retinere.

Nec non redditus hujuſmodi, eorumque jura, obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, levare, adminiſtrare, ac in ſuos communes nec non Monaſterii illiuſque Eccleſiæ, & Sacriſtiæ, Capellanorum, Miniſtrorum, & aliarum perſonarum hujuſmodi uſus, utilitatem, ſuſtentationem & neceſſitates, onerumque ipſi Monaſterio pro tempore incumbentium ſupportationem, ac aliàs, juxta providam Ordinationem deſuper ab eiſdem Alberto & Iſabella Archiducibus factam, ſeu faciendam convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentiâ deſuper minimè requiſitâ.

Prioriſſæ autem, Conventui, Monialibus, Capellanis, Sacriſtæ, cæteriſque Miniſtris, & perſonis Monaſterii hujuſmodi, ne ullo unquam tempore res dictæ Sacriſtiæ, aliaque paramenta, & ſuppellectilia ſupra dicta, aliis Monaſteriis, Eccleſiis, locis, & perſonis quibuſcumque, contra prohibitionem ab eiſdem Alberto & Iſabella Archiducibus, ut præferur, factam, mutare, accommodare, extrahere, vel aliò transferre, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, dummodo tenor prohibitionis hujuſmodi valvis Eccleſiæ ejuſdem Monaſterii, ſeu illius Sacriſtiæ maneat affixus, audeant, vel præſumant, diſtrictiùs præcipias, & interdicas.

Inſuper Monaſterio illiuſque Eccleſiæ, ac pro tempore exiſtentibus Prioriſſæ, Conventui, Capellanis, miniſtris, perſonis, rebus, & bonis prædictis, quod omnibus, & ſingulis Privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, prærogativis, favoribus, indultis, & gratiis, tam ſpiritualibus quam temporalibus, quibus alia Monaſteria Diſcalceatorum dicti Ordinis, eorumque Eccleſiæ, Prioriſſæ, Moniales, Capellani, Miniſtri, perſonæ, res & bona de jure, vel conſuetudine, ſeu Privilegio vel aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt & poterunt in futurum, ſimiliter & pariformiter ſine aliqua prorſus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi illa omnia eis ſpecialiter nominatim, & ſpecificè conceſſa fuiſſent, indulgeas.

Præterea Alberto & Iſabellæ prædictis quamdiu viaerint, pro Monaſterii, illiuſque Eccleſiæ, Sacriſtiæ, Prioriſſæ, Monialium, Capellanorum, Miniſtrorum, perſonarum, rerum, & bonorum hujuſmodi felici regimine, gubernio & diſcretione, onerumque illis incumbentium ſupportatione, Miſſarum, precum, orationum, anniverſariorum, ſuffragiorum, aliorumque Divinorum Officiorum celebratione & recitatione, nec non Prioriſſæ, Monialium, Converſarum, mandatariarum, Capellanorum, Sacriſtæ, miniſtrorum, & perſonarum hujuſmodi qualitatibus, receptionibus, admiſſionibus, obligationibus, functionibus, ſervitiis, miniſteriis, cæteriſque rebus, in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſariis & opportunis, quæcumque alia Statuta, Conſtitutiones, Ordinationes, & Decreta (licita tamen & honeſta ac ſacris Canonibus, etiam Concilii Tridentini Decretis, nec non Conſtitutionibus Apoſtolicis, dictique Ordinis Regularibus Inſtitutis non contraria) à Te, ſeu alio dictæ ſedis Nuntio in illis partibus commorante, vel loci Ordinario, aut ipſa S. Sede examinanda, & approbanda;

Et tam illa, quam primò dicta, toties quoties pro temporum varietate & qualitate opportunum ac expedions ipſis videbitur, in toto vel in parte eorum arbitrio mutandi, moderandi, limitandi, corrigendi, declarandi, interpretandi, atque in meliorem formam redigendi, ſeu alia etiam prioribus contraria de novo, & ex integro condendi, prævia tamen dictæ Sedis, aut ejus Legati, vel Nuntii in illis partibus commorantis approbatione;

Ita quod omnia & ſingula nova Statuta

Ordinationes, Conſtitutiones & Decreta ab Alberto & Iſabella Archiducibus præfatis, ante eorum obitum firmata & ſtabilita, ſicque approbata & confirmata, nullo unquam tempore, per Succeſſores ſuos, vel alios quoſcumque, etiam de eorumdem Succeſſorum conſenſu alterari, immutari, vel corrigi poſſint, ſed à Prioriſſa, Conventu, Monialibus, Converſis, Mandatariis, Capellanis, Miniſtris, & perſonis, ac etiam Succeſſoribus prædictis, cæteriſque omnibus & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, etiam ſub pœnis in contravenientes ſtatuendis obſervari debeant, facultatem concedas, & impertiaris.

Poſtremò Alberto & Iſabellæ Archiducibus prædictis, ſi vel poſtquam ipſi tot bona ſtabilia de ſuis propriis & temporalibus, ex quibus annui redditus trium millium & ſexcentorum florenorum pro Monaſterii, & Capellaniarum hujuſmodi reſpective dotibus, ac Monialium, & Capellanorum eorumdem ſuſtentatione, onerumque illis incumbentium ſupportatione, facile percipi poſſint, ultra alia emolumenta aliunde eis provenientia & proventura, perpetuò donaverint, & aſſignaverint, ut præfertur, & non alias, neque aliter;

Ac eorumdem Alberti & Iſabellæ Archiducum in dicto Ducatu Brabantiæ Succeſſoribus quibuſcumque Jus Patronatûs honorificum dicti Monaſterii, illiuſque Eccleſiæ, nec non præſentandi præfato Ordinario perſonas idoneas ad dictas Capellanias, tam ab hac primâ vice, ab eorum primeva erectione, quam deinceps quomodocumque & quandocumque, etiam apud Sedem præfatam pro tempore vacabunt, per ipſum Ordinarium ad præſentationem hujuſmodi inſtituendam, ſimiliter perpetuò reſerves, concedas, & aſſignes.

Ac præſentes Litteras ſub quibuſvis ſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, pro tempore exiſtentes, Sedemque præfatam, & illius Legatos quandocumque faciendis, nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & validiſſimum, ac eum in quo antea, quomodolibet erant ſtatum, reſtituras, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori datâ per Albertum & Iſabellam Archiduces, eorumque Succeſſores, nec non Prioriſſam, Conventum, & Moniales hujuſmodi eligenda conceſſas, ſemperque validas, & efficaces fore, & eſſe, ac ſuos plenarios & integros effectus fortiri & obtinere, ac ipſis perpetuo ſuffragari.

Sicque per quoſcumque Judices ordinarios & delegatos quâvis autoritate fungentes, etiam Cauſarum Pallatii Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios judicari, & deffiniri deberc, nec non ſi ſecus ſuper his à quoquam, quâvis autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernas.

Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis & Synodalibus, Provincialibus, & univerſalibus Conciliis editis & edendis, ſpecialibus & generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, Litteris Apoſtolicis eidem Ordini, ac dilectis filiis illius, Capitulo generali, Abbatibus, Prioribus, Diffinitoribus, Superioribus, Monaſteriis, Conventibus, Monialibus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficatioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, etiam per Nos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices, Prædeceſſores noſtros, dictamque Sedem in genere, vel in ſpecie, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam ſeu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam Conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis & innovatis.

Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe hatum ſerie derogamus, cæteriſque quibuſcumque contrariis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. D. C. XI. tertio Nonas Novembris, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Bullam hanc Pauli V. Pont. ſequenti anno 1612 die 25 Septembris, executioni mandavit Commiſſarius Apoſtolicus, Illuſtriſſimus Dominus Guido à Bentivoglio, Archiepiſcopus Rhodienſis, Nuncius S. Sedis ad Sereniſſimos Archiduces Albertum & Iſabellam, dein S. R. E. Cardinalis & Epiſcopus Præneſtinus, vir ſcriptis & eruditione clariſſimus. Obiit Romæ anno 1644.

CAPUT LXXXIII.

Acta acceptationis Monialium Carmelitarum Diſcalceatarum Bruxellenſium, quoad Fundationem Sereniſſimorum Principum Alberti & Iſabellæ, anno 1610.

Sachent tout, qu'aujourd'huy date de cette, en preſence des Eſchevins de la ville de Bruſſelles ſouſnommez, comparurent perſonnellement le Reverend Pere Frere Inigo de Brizuela de l'Ordre de St. Dominique Confeſſeur du Sereniſſime Prince l'Archiduc Albert, de ſon Conſeil d'Etat &c. Reverend Pere Frere Thomas de Jeſu, Superieur des Religieux, & Religieuſes Carmeliteſſes deſchauſſées es pays pardeça, & ce au parloir de la maiſon Conventuelle ou preſentement ſont retirées les Prieure & Religieuſes profeſſes dudit Ordre en cette Ville de Bruſſelles, entre les deux portes de Caubergh, à l'oppoſite du Cloiſtre que les Sereniſſimes Princes Albert & Iſabelle Clara Eugenia Infante d'Eſpagne, Archiducs d'Autriche nos Seigneurs, & Princes Souverains font batir, ou en preſence d'eux tous, & deſdits Eſchevins de cette ville de Bruſſelles, furent leues à haute & intelligible voix par Corneil de Heyembech, Secretaire de laditte ville ayant ſoufigné cettes, les Lettres Patentes de Fondation que leurs Alteſſes ont fait d'un Cloiſtre des Religieuſes Carmelites Dechauſſées en cette ville de Bruſſelles.

Données à Mariemont le jour de la Touſſaint dernier en cet an 1610 ſous les ſignatures, & grand Seel de leurſdites Alteſſes leſdittes Lettres contenants cinque feuille & demie d'écriture en parchemin, & commençant; Au nom de Dieu tout puiſſant Pere & Fils & Saint Eſprit, & le dernier article diſant. Et afin que cette notre preſente fondation &c.

Comme meſme y fut lue la licence denuée auſdits Religieuſes par ledit Frere Thomas de Jeſu leur Superieur, pour pouvoir accepter laditte Fondation, de laquelle licence la teneur s'enſuit de mot à autre.

JEſus Maria. Fray Thomas de Jeſus Superde los Frayles y Monjas Carmelitas Deſcalcas deſtos eſtados de Flandes, por quanto la Madre Anna de Jeſu Priora, y Fondadora del Convento de Sta. Anna y Sante Joſeph, deſta Villa de Bruſſellas, fondado por los Sereniſſimos Señores Archiduques Alberto, & Infante Doña Iſabella Archiduques de Auſtria, Duques de Bourgona, y Brabante &c.

Me ha pedido licentia, para poder trattar con ſu Conviento, de accetar la Fondacion y Capitulationes que ſus Altezas han hecho, en Orden al eſtablecimiento y aumento ſpiritual y temporal del dicho Conviento, y para poder obligar la dicha Madre Priora, y Religioſas del dicho Conviento à hora, y para ſiempre jamas, al complimento de dichas Capitulationes.

Ijo por la autoridad que tengo de mi Officio, y commiſſion plenaria de N. Padre Fray Fernando de Sta. Maria Vicario General, por la preſente doy licentia para que aviendo lo tractado primero la dicha Madre Priora con ſu Conviente y pareſciendo les convenientes los dichas Capitulationes à la utilidad ſpiritual y temporal del Monaſterio, las puedan accetar y obligar ſe para ſiempre al complimento delles. En fée de loqual di eſta firmado de mi nombre, y ſellada con el ſello de mi Officio &c.

Fecha en Bruſſellas à treze dios del Mes de Noviembre mil y ſeiſientos y diez. Firmado, Fr. Thomas de Jeſu. Mas hajo; Fr. Sebaſtianus à Sto. Franciſco Secret. y ſellado con ſello de ſu Officio.

Après laquelle lecture ayant eſté demandé auſdittes Prieuſe, & Religieuſes profeſſes Capitulaires y preſentes, ſi elles eſtoient contentes d'accepter ladite Fondation, & s'obliger au punctuel entretenement de tous les points y contenus, icelles Prieuſe & Religieuſes, à ſçavoir la Mere Anna de Jeſus Prieuſe, la Mere Beatrix de la Conception Superieure, la Mere Eleonora de St. Bernard, Marguerite de Jeſus, Marie Evangeliſta, Marie Anne de St. Joſeph, Maria de la Trinité, Johanna du St. Eſprit, Joanna de la Trinité, Marguerite de St. François, Johanna de Jeſus, & Tereſe de Jeſus, après avoir conferé par enſemble, & leur avoir eſté par leſdits Peres Confeſſeur & Superieur donné l'éclairciſſement qu'elles demandoient ſur le contenu du penultieme article de laditte fondation, ont unanimement declaré une, deux, & trois fois, qu'elles acceptent laditte Fondation, & s'obligent pour à jamais, pour elles, & leurt Succeſſeurs à la punctuelle obſervation, & entretenement de tout ce qui eſt contenu, & leur peut toucher.

Et immediatement après, ledit Pere Frere Thomas de Jeſus uſant de l'autorité qu'il at comme Superieur deſdittes Religieuſes, a declaré, qu'il confirmoit, & ratifioit leurdite acceptation & corroboration de tout ce que dit eſt ci-deſſus; ledit P. Frere Thomas de Jeſus, & les Prieuſe & Religieuſes Profeſſes Capitulaires ſuſnommez ont appoſez leurs noms & ſignatures reſpectivement au pied de cettes, deſquelles ſont faits deux Inſtruments, l'un pour demeurer audit Convent, & l'autre pour eſtre gardé es Archives des Chartres de Brabant,

Etoit ſigné Fr Thomas de Jeſus, A Prieuſe, Beatrice de la Conception, Superieuſe, Leonor de St Bernard, Marguarita de Jeſus, Maria de St. Jean l'Evangeliſte, Mariauna de St. Joſeph, Maria de la Trinité, Johanna del Spiritu Santo, Johanna de la Trinité, Margarita de ſan Franciſco, Johanna de Jeſus, & Tereſa de Jeſu.

Puis étoit écrit; temoins ſont Meſſire Charles De Lathem Seigneur de Cour St. Etienne, & Jehan T'Serclaes Seigneur de Nederockerſele, Heurne &c. ambedeux Chevaliers, & Eſchevins de cette ville de Bruſſelles, les Seels deſquels à ces preſentes ſont appenduz.

Le 13 jour de Novembre l'an 1610 & étoit ſigné C. Van Heyembeeck, avec trois Seaux y pendus à double cordon de ſoye rouge, & blanche imprimez ſur cire verde.

Au pied dudit Acte eſtoit encore eſcrit ce que s'enſuit.

NOus Bourguemaitre & Eſchevins, & Conſeil de ceste ville de Bruſſelles, certifions par cettes, que Meſſire Charles de Lathem Seigneur de Cour St. Eſtienne & Jean de T'Serclaes Seigneur de Nederockerſele, Heurne &c. ſont Chevaliers & preſentement Eſchevins de ladite ville de Bruſſelles, & que Cornil de Heyembeeck ayant ſigné le preſent Acte eſt Secretaire de la meſme Ville & qu'à tous Inſtrumens, & Actes par luy ſignez on donne plenaire foy, & credence tant en jugement que dehors. En temoin de quoy avons la preſente fait contreſigner par un autre Secretaire, & y fait appendre le Seel aux cauſes d'icelle ville ce 15 Novembre 1610. Et la eſtoit ſigné J. Cattenbroeck.

Poſt Sereniſſimos Principes Albertum & Iſabellam Fundatores, primarius hujus novi Monialium Cœnobii inſtaurator fuit Venerabilis P. THOMAS A JESU, natione Hiſpanus, qui & primum Religioſorum Monalterium Bruxellis, ab anno 1610 inſtituit, faventibus iiſdem Principibus; nec non Prioris ac Provincialis muniis tum in Hiſpania tum in Belgio perfunctus, tandem Romæ Diffinitor Generalis Ordinis ſui deceſſit anno 1627, virtutibus ac libris editis clarus.

Altera propagatrix, primaque Prioriſſa Vener. Mater ANNA A JESU quæ ex Hiſpania evocata in Galliam, prima extitit Fundatrix Monaſterii Pariſiis, & deinde Bruxellis, ubi ſanctitatis famâ coruſcans obdormivit in Domino die 4 Maſtii 1621.

Sunt autem hæc Monaſteria tam virorum quam Monialium in Belgio noſtro, per duas diſtincta Provincias, hoc Ordine.

In Provincia Flandro-Belgicâ erectâ anno 1617, Conventus Virorum.

Bruxellenſis erectus anno 1610.
Lovanienſis S. Alberti 1611.
Antverpienſis, 1618.
Lovanienſis, dictus Placet 1621.
Brugenſis, 1631.
Gandavenſis, 1649.
Iprenſis, 1650.
Mechlinienſis, 1652.
Dunkercanus, 1654.
Teneramundanus, 1662.
Eremus Nethenſis prope Lovanium, 1689.

Conventus Monialium.

Bruxellenſis, inchoatus ab anno 1607.
Lovanienſis, 1607.
Antverpienſis, 1612.
Mechlinienſis, 1616.
Antverpiæ Anglarum, 1619.
Gandavenſis, 1622.
Iprenſis, 1623.
Brugenſis, 1626.
Aloſtenſis, 1632.
Liræ Anglarum, 1642.
Cortracenſis, 1648.
Teneramundanus, 1652.
Vilvordienſis, 1663.
Hooghſtratæ Anglarum, 1677.
Rutæmundenſis, 1698.
In Willebroeck, qui fuerat olim in Oiſchot & Moll, 1710.

In Provincia Gallo-Belgica, ſub titulo SS. Maria & Joſeph erectâ anno 1665, Conventus Virorum.

Duacenſis erectus ab anno 1615.
Inſulenſis 1616.
Eremus Marlaniæ apud Namurcum, 1620.
Namurcenſis, 1623.
Tornacenſis, 1624.
Audomarenſis, 1626.
Montenſis in Hannonia, 1647.
Cameracenſis, 1652.
Valencenenſis, 1680.

Conventus Monialium.

Montenſis, erectus anno 1608.
Tornacenſis, 1614.
Valencenenſis, 1618.
Duacenus, 1625.
Inſulenſis, 1626.
Namurcenſis, 1673.

Eſt præterea Provincia Leodienſis, ſub titulo S. Caroli Borromæi, erecta anno 1681, in qua Conventus virorum quatuor, nempe Leodii, Hui, Jemeppiæ, & Viſeti, & Monialium quatuor, videlicet Leodii, Aquiſgrani, Hui, & Cinaci.

CA-

CAPUT LXXXIV.

Monaſterium ſive Abbatia Monialium Brigittinarum Bruxellis erigitur anno 1623 conſentiente Mechlinienſi Archiepiſcopo Jacobo Boonen.

Ex Archivis Archiepiſcoparus Mechliniæ.

JAcobus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopus Mechlinienſis, omnibus has viſuris ſalutem.

Vigore poteſtatis Nobis factæ per Litteras Sanctiſſimi Domini Papæ Clementis VIII. facultatem damus & conſentimus, ut in hoc Archiepiſcopatu Mechlinienſi, & nominatim in hoc Oppido Bruxellæ, ad honorem Dei, & Sanctiſſimæ Matris ac Virginis Mariæ, erigatur Monaſterium fœminarum Ordinis S. Brigittæ. Et ioſtitutio inchoabitur per Venerabilem & dilectam in Deo Barbaram Taſſe modo Abbatiſſam Monaſterii ejuſdem Ordinis in oppido Teneramundenſi Diœceſis Gandavenſis, cui aſſociatæ ſint quinque aliæ Religioſæ ejuſdem Monaſterii.

Declarantes id Nobis gratum fore, modo accedat conſenſus Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Gandavenſis, Superioris ipſarum. Idque ſub conditionibus, quod præfatum futurum Monaſterium ſubjicietur juriſdictioni & obedientiæ Archiepiſcopi Mechlinienſis pro tempore futuri.

Item quod iiſdem ſex Religioſis proviſum erit de 12000 florenorum ad comparandum fundum & ædes congruas; ac de 800 florenis in redditibus, tam perpetuis quam vitalibus, quibus ſuſtentari poſſint; præter utenſilia & veſtimenta.

Item quod nullæ filiæ recipientur in dictum Monaſterium niſi de conſenſu præfati Archiepiſcopi pro tempore futuri, & iis de competenti dote, juxta beneplacitum ejuſdem, ſit proviſum; Ut ita ſupradictum futurum Monaſterium & ejuſdem Religioſæ commodè ſuſtentari poſſint, ſine gravamine Communitatis, & detrimento eleëmoſynarum ab aliis Monaſteriis recipi ſolitarum.

In quorum robur has dedimus ſub noſtris Signatura & Sigillo Bruxellis 26 Julii anno Domini M. D. C. XXIII.

Signatum: Jacobus Archiepiſcopus Mechlinienſis.

CAPUT LXXXV.

Jacobus Boonen, Mechlinienſis Archiepiſcopus, in Oppido Aſpricollenſi (vulgo Scherpen-heuvel) ubi Imago Deiparæ Virginis multiplicibus clara Miraculis honoratur, erigit atque inſtituit anno 1624 Congregationem Presbyterorum Oratorii, de Inſtituto S. Philippi Nerii.

Ex præfatis Archivis.

JAcobus Dei & Apoſtolicâ Sedis gratiâ Archiepiſcopus Mechlinienſis.

Cura nobis commiſſa iſtud expoſtulat, ut locis ſpecialiter a Deo electis præ cæteris intendamus; nec non ut ubi meſſis multa & uberior ſeſe offert & occurrit, ibidem operariis pluribus iiſque fidelibus & ſtrenuis ſtatuendis quoad fieri poteſt invigilemus.

Cum itaque, ſicuti expoſuit nobis Venerandus & nobis dilectus D. Judocus Bouckaert * Presbyter S. Theologiæ Licentiatus, Paſtor Eccleſiæ B. Mariæ Aſpricollenſis hujus Diœceſis, plures jam labantur anni, quibus Deus continuò manifeſtat ſibi gratum eſſe cultum quem Chriſti fideles in iſto loco exhibent eidem Benedictæ Matri ſuæ Virgini Mariæ, dum miraculis innumeris illum clarum & undequaque frequentatum reddit.

* Dein fuit Iprenſis Epiſcopus.

Nec non ſtudio & liberalitate præcipuè Sereniſſimorum Principum Alberti P. M. & Iſabellæ Archiducum Auſtriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ &c. ac deinde Sereniſſimorum Regum Catholicorum Philippi III. glorioſiſſimæ memoriæ, & Philippi IV (quem Deus opt. Max. diu regnare velit) novum rarum & inſigne admodum templum ibidem extructum, in illo perfectionis ſtatu conſpiciatur, ut futurum ſit non ſolum poſteritati monumentum perpetuum Beneficentiæ divinæ ibidem mirabiliter effuſæ, ſed & aſylum tutiſſimum miſericordiæ & gratiæ divinæ corporalis & ſpiritualis copioſioris & propenſioris in nos ſemper ibidem continuandæ; maximè ſi numeroſior & ſtabilis aliqua Cleri Congregatio eidem accederet, & Divina Officia in eodem perpetuis temporibus debitè magis & ſolemniùs quam nuda Parochi unius cura ſæpe fert peragantur, & in ſumma omnibus

De hiſce Miraculis ſcripſit Juſtus Lipſius.

& ſingulis pietatis affectu dictam Eccleſiam de longinquo & prope indies viſitantibus congrua magis & utiliora miniſteria & obſequia Eccleſiaſtici Ordinis præſtentur.

Pœnitentiaria ſimilis Lauretanæ.

Ac in illum ipſum finem convenientiſſimè videretur erigenda ibidem Pœnitentiaria quædam, Privilegiis aliquibus Pontificiis adinſtar Lauretanæ dotata; ut ita Sacerdotes aliquot docti, pii & varii idiomatis, vacantes in dictâ Eccleſiâ non ſolum laudibus divinis decantandis, ſed etiam Sacramento Pœnitentiæ ſeu Confeſſionibus advenarum & peregrinorum quorumcumque audiendis iiſque ſpiritualiter inſtruendis & dirigendis in viam ſalutis, inſtituantur.

Atque iſtud ipſâ dicti loci Aſpricollis origine ſuggerente & ſuadente, quæ talis & continuo talis fuerit, quoad Sacramentorum Pœnitentiæ & Venerabilis Euchariſtiæ adminiſtrationem & uſum, ut ſuavi Dei providentiâ ſic diſponente & dirigente, viſus fuerit locus iſte per gratias multiplices corporales hîc à variis acceptas ſenſim formari in refugium ſeu officinam ſacram gratiarum ſpiritualium obtinendarum.

Atque hiſce omnibus & ſingulis, aliiſque ad gloriæ Dei & Beatiſſimæ Virginis Matris, ac animarum ſalutis incrementum ſpectantibus, ſpecialiter nobis expoſitis, ſupra nominatus D. Judocus Bouckaert toto animi affectu cuperet in dictâ Eccleſia B. Mariæ Aſpricollenſi inſtitui Congregationem Sacerdotum & Clericorum ſæcularium in commune viventium, de Oratorio nuncupatam, ad normam & ſimilitudinem earum quæ variis Italiæ locis, & nuper etiam in Comitatu Burgundiæ erectæ ſunt.

Cujus Congregationis Sacerdotes gratiâ ſibi aſſiſtente divinâ circa Miſſarum & aliorum divinorum Officiorum in eadem Eccleſia celebrationem, Sacramentorum Pœnitentiæ & Venerabilis Euchariſtiæ adminiſtrationem verbi Dei populo inibi & eò ſoris confluenti, aliiſque etiam locis, ad beneplacitum noſtrum & Succeſſorum noſtrorum pro tempore exiſtentium, & mandatum Superioris ſeu Præpoſiti dictæ Congregationis, prædicationem, cathechiſationem aliaque ſalubris pietatis ac charitatis fraternæ opera ad ſalutem animarum præcipue facienda & exercenda ita allaboraturos certò ſperaret dictus D. Judocus Bouckaert, ut ex eorumdem exercitiis vitæ & doctrinæ non ſolum Parochiani dictæ Eccleſiæ aliique peregrini eandem quotidie devotionis ſeu voti cauſâ viſitantes, ſed etiam loca & diſtrictus circumjacentia ſalutis ſuæ adminicula majora & utiliora ac conſolationem ſpiritualem infallibiliter ſuſcepturi forent, ſi in eâdem Eccleſiâ dicta Congregatio Presbyterorum & Clericorum de Oratorio perpetuo erigeretur & inſtitueretur.

Quod ipſum etiam valde deſiderabatur à populo Oppidi & Parochiæ dicti loci Aſpricollenſis, æſtimante inde non tantum ſpiritualia ſed etiam temporalia commoda ſibi obventura; atque propterea optante dictæ Eccleſiæ & bonorum ſeu reditruum ejuſdem adminiſtrationem & perceptionem per Nos quoad fieri poterit ejuſmodi erigendæ Congregationi ſub debitis oneribus & congrua modo concedi, prout Scripto, ex parte Magiſtratûs & Communitatis nobis exhibito & ad calcem harum Litterarum inſerto latius declaratur.

Nos itaque iiſdem aliiſque eo ſpectantibus maturè perpenſis & diligenter conſideratis, cum totâ mente & animarum Chriſti fidelium præſertim gregis nobis commiſſi ſalutem proſequamur, & cultûs Dei ac Beatiſſimæ Virginis Mariæ augmentum peculiariter in locis Deo peculiariter dicatis deſideremus; atque locus ille Aſpricollis à Deo ſingulariter electus ſingulari quoque patrocinio & favore Deiparæ Virginis mirificè gaudeat, & quanto pluribus ac majoribus miraculis dintius illuſtratur tanto eriam majore ſolicitudine nobis advigilandum ſit, ut ſicut præſenti ita & futuru tempore omnia ordinate ibidemperagantur; & non tantum temporalia dictæ Eccleſiæ fideliter adminiſtrentur, verum etiam & maxime ut dictis Parochianis illius & extraneis quibuſcumque ex voto & pio affectu eò venientibus, ut indies accidit, debita congrua & ad ſalutem utilia miniſteria præſtentur.

Atque ita cultus Beatiſſimæ Virginis Mariæ magis magiſque inibi promoveatur; & quæ illum impedire vel immiouere lapſu temporis quoquo modo poſſent, certiùs præcaveantur & penitus arceantur.

Hinc pium & laudabile deſiderium dicti D. Judoci & populi ſummopere commendantes, eorumdemque intentioni & ſupplicationi inclinati; certiores quoque id gratum eſſe præfatæ Sereniſſimæ Principi Infanti Iſabellæ, ſecundum ea quæ nobis aliquoties hac de re cum ipſius Celſitudine agentibus ſignificare dignata eſt; io dicta Eccleſia Beatæ Mariæ ad Aſpricollem Congregationem Presbyterorum & Clericorum, ſæcularium & reliquorum ad familiaria Officia neceſſariorum, de Oratorio B. Mariæ nuncupandam, ad normam & ſimilitudinem ſupra memoratarum perpetuò erigimus & ſtatuimus. Qui Presbyteri Clerici, atque alii ſimul in Societate religioſè vivant, & in humilitatis ſpiritu pieque vitæ ſtudiis Altiſſimo famulentur.

Erectio Congregationis Oratorii.

Presbyterorum verò præcipuum inſtitutum ſit, perfectioni Statûs Sacerdotalis totaliter incumbere, ſingulaſque actiones Ordini Sacerdotali propriè & eſſentialiter convenientes, etiam ad proximorum ſalutem à nobis præſcribendas amplecti; inſuper & aliorum ad ſacros Ordines aſpirantium inſtructioni, non tam circa ſcientiam, quam circa uſum ſcientiæ ritus & mores propriè Eccleſiaſticos ſe addicere; ut ita ſe præſtent ſicut in ipſa ſua conſecratione ad iſtud expreſſè vocati ſunt, providos coöperatores Ordinis noſtri.

Et quia præfata Eccleſia multum hac Con-

gregatione decorabitur, ipſeque Paſtor pro tempore & populus Aſpricollenſis inde multa ſpiritualia & temporalia ſubſidia & commoda habebunt, ac proinde merito etiam eidem Congregationi & in eadem Eccleſia opportunæ prærogativæ & de bonis ejus congrua proviſio quatenus fieri poteſt ſunt attribuenda:

De expreſſo conſenſu præfati D. Judoci Bouckaert tanquam moderni Paſtoris dictæ Eccleſiæ & ad preces Magiſtratûs ſupra memorati, in primis concedimus eidem Congregationi facultatem & jus omnia divina Officia tam Miſſarum quam alia in dicta Eccleſia celebrandi, necnon Sacramenta Pœnitentiæ & Sacroſanctæ Euchariſtiæ ibidem adminiſtrandi, Verbum Dei in eadem Eccleſia prædicandi, per perſonas debitè admiſſas & approbatas:

Ita tamen, ut per ſupradicta non impediant conciones, adminiſtrationes, aliave Officia Paſtoralia in eâdem Eccleſia, ſecundum formam, ſi opus ſit, aut aliqua hac in parte inter Congregationem & Paſtorem difficultas oriatur, ſpecificè à nobis præſcribendam.

Inſuper tribuimus de ſimili expreſſo conſenſu dicti Paſtoris moderni & ad inſtantiam dicti Magiſtratûs & Communitatis, eidem Congregationi omnem & plenam adminiſtrationem fabricæ & temporalium dictæ Eccleſiæ, etiam ſine interventione Paſtoris. Et conſequenter applicamus eidem Congregationi omnes fundos, prædia, reditus, bona, jura, & quoſcumque proventus dictæ Eccleſiæ, exceptis iis quæ hactenus Paſtoralia fuerunt; ex redditibus qui ſecundum noſtram vel Succeſſorum noſtrorum taxationem & aſſignationem quoties opus fuerit faciendas, & forſan pro mutatione temporum etiam augendas, minuendas, ſeu alias immutandas, competentes erunt ſuſtentationi Paſtoris dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentis & exhibitioni onerum ipſi incumbentium.

Liceat autem ipſi præfatæ Congregationi illiuſque Præpoſito ſeu Rectori per ſe vel alium ſeu alios ejuſdem Congregationis nomine, omnium dictæ Eccleſiæ bonorum, jurium atque proventuum, exceptis ſupra reſervatis, realem poſſeſſionem propriâ autoritate apprehendere & perpetuo retinere. Et nominatim poſſeſſionem Domûs novæ, quæ ſita eſt ad orientalem plagam dictæ Eccleſiæ cum fundo & hortis eo pertinentibus; aliâ antiquiore quæ ad meridionalem plagam ejuſdem Eccleſiæ conſtructa eſt, cum horto & pertinentibus, remanente dicto Paſtori pro tempore exiſtenti ad habitationem.

Eâ tamen conditione expreſſâ, quod tam dicta Eccleſia quam Congregatio tam in capite quam membris in perpetuum viſitationi & jurisdictioni noſtræ & Succeſſorum noſtrorum ſubjectæ manebunt, & quod ejuſdem Congregationis pro tempore Superior ſtatim ubi electus fuerit, nobis & Succeſſoribus noſtris debitam reverentiam & obedientiam promittet.

Inſuper quod ubi & quando contingeret, Nos ac Succeſſores noſtros requirere ex vel in dictâ Congregatione adjutorium ſeu miniſterium vicariæ alicujus operæ Paſtoralis ſeu alterius functionis Eccleſiaſticæ ad ſalutem animarum ovium nobis commiſſarum hic aut ibi ad defectum hujus aut illius Paſtoris aut aliter, Presbyteri ac Clerici dictæ Congregationis ad noſtrum dictorumque Succeſſorum noſtrorum beneplacitum & Præpoſiti dictæ Congregationis mandatum, benevolos & promptos ad eâdem exercenda & adimplenda ſe exhibere & dare tenebuntur.

Hujus vero præfatæ Congregationis ſic erectæ & inſtitutæ (dum eadem nondum membris ſuis ſubſiſtit, ut legitimam electionem Superioris ſeu Præpoſiti facere poſſit) eligimus, aſſumimus & inſtituimus primum Superiorem ſeu Præfectum præfatum Venerandum D. Judocum Bouckaert, cum plena poteſtate & omnimodâ facultate & auctoritate, quam eidem tenore præſentium, damus recipiendi in dictam Congregationem pios Sacerdotes ad exercitia dictæ Congregationi incumbentia obeunda, ætate, vitâ, & doctrinâ idoneos & qualificatos, uſque duodecim numero, nec plures, donec aliter nobis viſum fuerit, aliosque ad Presbyteratûs Ordinem promoveri cupientes & alios reliquos ad familiaria dictæ Congregationis officia neceſſarios, eoſque hujuſmodi qui modo ſupradicto ſimul vivere & ſeſe impendere voluerint. Numerus XII Presbyterorum.

Dummodo tamen & quatenus proventus temporales ad ratam & rationem decem marcarum argenti puri aut minus pro ſingulis dictæ Congregationis perſonis ad id ſufficere potuerint.

In quem finem, & ut dictæ Congregationis ſuſtentationem neceſſariam illiuſque onerum tam reſpectu familiæ quam illius Eccleſiæ ſupportationem faciliùs conſequamur, quoque eitius ſuis membris & completè ſtare poſſit, omnia & ſingula, oblationes (exceptis Paſtoralibus quæ in ſcamno communicantium & ad altare quatuor præcipuis anni ſolemnitatibus fieri ſolent) item redditus, bona legata ac eleëmoſynas, Chriſti fidelium præfatæ Eccleſiæ facienda ac quomodolibet relinquenda, ſub fideli tamen intentionis ſeu obligationis, ſi qua ſpiritualiter determinata ſeu reſervata fuerit, hic & nunc ab elargientibus ſatisfactione & adimpletione, aliàs pro diſcretione dicti Præpoſiti & Congregationis ac neceſſitatis occurrentis exigentia, ad dictam communium onerum tum Eccleſiæ tum familiæ ſupportationem indifferenter diſtribuenda, & eroganda communibus proventibus augendis & quotidianis neceſſitatibus dictæ Congregationis, perpetuo applicamus & cedimus.

De quibus tamen omnibus fidelem notitiam ſcripto ſervabunt, & rationem nobis ac Succeſſoribus noſtris quoties requiſiti fuerint reddent. Itaque temporalia dictæ Eccleſiæ adminiſtrabunt, ut præſtent omnia neceſſaria ad

fabricam ejuſdem Eccleſiæ, vaſa & ſuppellectilia ſacra, & celebrationem divinorum Officiorum. Ita ut neque Paſtor neque Magiſtratus aut Communitas quicquam inde oneris ſentiant, prout etiam eadem Communitas in perpetuum erit libera & immunis à præſtandâ aliquâ competentiâ Paſtori aut vice-Paſtori (caſu quo eum aſſumendum cenſeremus) aut Magiſtro ſcholarum aut cuſtodi aliiſvè Eccleſiæ miniſtris aut officiatis; ſed hæc omnia præſtare ſufficienter ad noſtrum & Succeſſorum arbitrium incumbet in perpetuum dictæ Congregationi.

Adminiſtratio tamen Menſæ pauperum dictæ Parochiæ Aſpricollenſis remanebit Paſtori ut Superintendenti & Magiſtro primario, nec non duobus aliis Magiſtris ipſi ſubordinatis eligendis è Communitate; eum facultate faciendi collectas in Eccleſia prout hactenus.

Ad hæc eidem Congregationi illiuſque Præpoſito ſeu Rectori & Presbyteris pro tempore exiſtentibus, ut pro ſalubri ſtatu & directione Eccleſiæ & Congregationis hujuſmodi illiuſque perſonarum, Statuta & ordinationes rationabilia & honeſta ac ſacris Canonibus & Tridentino, etiam Provinciali ac Diœceſano hujus Archiepiſcopatûs Conciliis non contraria, ſub noſtro & Succeſſorum beneplacito edere, edita reformare, limitare, ac mutare, ac alia de novo facere & condere; prout & quoties eis ſecundum rerum & temporum qualitates videbitur expedire; quæ quidem Statuta & Ordinationes poſtquam edita, reformata, limitata & mutata ac de novo condita fuerint, à nobis ſeu Succeſſoribus Sedis noſtræ quatenus ipſis rationabile videbitur, approbari & per ſingulas perſonas de gremio dictæ Congregationis exiſtentes inviolabiliter obſervari debeant, libere & licitè poſſint & valeant, tenore præſentium indulgemus, liberamque deſuper facultatem concedimus & elargimur.

Sequitur hîc Scriptum ſupra memoratum, à Magiſtratu exhibitum idiomate vernaculo.

IN quorum fidem haſce Litteras manu noſtra ſubſcriptas & Sigillo appenſo munitas dedimus Bruxellæ die Sancto Gregorio Magno ſacrâ, Menſe Martio, anno ſalutis milleſimo ſexenteſimo & vigeſimo quarto.

Inferius habebatur.

Jacobus Archiepiſcopus Mechlinienſis.

Et adhuc paulo infra.

Ego Judocus Bouckaert tanquam Paſtor Eccleſiæ B Mariæ Aſpricollenſis in ſignum & fidem quod omnia & ſingula hiſce Litteris contenta & declarata ex animi mei ſententia ſcripta & acta ſint; etiam hiſce Litteris ſubſcripſi & promiſi prout promitto, omnia & ſingula illa quatenus me tanguut obſervare.

Actum in Domo Archiepiſcopali Bruxellæ die decima tertiâ Martii anno ſupra declarato.

CAPUT LXXXVI.

Urbanus VIII. Pont. Paſtoratum Eccleſiæ B. Mariæ Aſpricollenſis, ſive Montis-Acuti, in perpetuum unit atque incorporat Congregationi Presbyterorum Oratorii ibidem, anno 1627.

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Officiali Fratris noſtri Archiepiſcopi Mechlinienſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Inter cætera cordis noſtri deſiderabilia illud potiſſimum ſinceris affectibus amplectimur, ut Congregationes, aliaque pia loca ad divini cultûs augmentum, & animarum ſalutem ac Chriſti fidelium ſpiritualem conſolationem inſtituantur, illorumque Inſtitutiones à locorum Ordinariis proinde factas libenter cum à Nobis petitur, Apoſtolicæ Confirmationis munimine roborari mandamus.

Ac ad ea per quæ Congregationum & locorum piorum hujuſmodi commoditatibus, ac miniſtrorum in eis pro tempore degentium neceſſitatibus ſublevandis opportunè conſulitur, libenter intendimus, & Paſtoralis Officii noſtri & per uniones Beneficiorum Eccleſiaſticorum miniſterium ſalubriter interponimus; prout conſpicimus in Domino favorabiliter expedire.

Dudum ſiquidem omnia Beneficia Eccleſiaſtica, cum Curâ, & ſine Curâ apud S. Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura Collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus; decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis Auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Cum itaque poſtmodum Parochialis Eccleſia B. Mariæ loci Montis-Acuti, aliàs Aſpricollis Mechlinienſis Diœceſis per liberam reſignationem dilecti filii Judoci Bouckaert nuper ipſius Eccleſiæ Rectoris in manibus noſtris ad effectum, ut infraſcripta Unio ſuum fortiatur effectum & non aliter nec alio modo, ſponte factam & per nos admiſſam, apud Sedem prædictam vacaverit & vacet ad præſens, nulluſque de illa præter Nos hac vice diſponere potuerit ſive poſſit, reſervatione & decreto obſtantibus ſupradictis

prædictis ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Judoci, nec non dilectorum filiorum modernorum Præpoſiti, & Presbyterorum Congregationis B. M. Aſpricollis in dicta Eccleſia canonicè inſtitutæ petitio continebat,

Quod aliàs Venerabilis Frater noſter modernus Archiepiſcopus Mechlinienſis, oculis vigilantiæ Paſtoralis ad ſtatum Eccleſiarum ſibi concreditarum converſis, conſiderans pluribus jam retroactis ſæculis præpotentem Deum ſæpius evidentiſſimis miraculis manifeſtaſſe gratum ſibi & acceptum eſſe cultum illum, quem pii Chriſti fideles ex omnibus orbis terrarum regionibus advenientes ſuæ Sanctiſſimæ Genetrici Virgini Mariæ in dicta Eccleſia exhibent,

Nec ita pridem in dicto loco Regum Hiſpaniarum & Archiducum Auſtriæ ſtudio & liberalitate templum quoddam elegans & adeo preſtanti arte conſtructum fuiſſe, ut illud non ſolum beneficentiæ Divinæ inibi mirabiliter effuſæ futurum ſit perpetuæ poſteritati monumentum, ſed & copioſioris divinæ miſericordiæ ibidem perpetuò continuandæ aſylum tutiſſimum fore videatur.

Et hactenus licet inibi non fuerit omnimoda penuria Presbyterorum ſæcularium ſeorſim viventium, qui linguæ diverſorum idiomatum periti Confeſſiones quorumcumque peregrinantium extrancorum ex voto & pro affectu iodies eo advenientium audiendis ex officio ſibi incumbente vacaverint; non ita tamen ſtabiliter & permanenter, ut in futurum ibi permaneant, certo & ſecurè eſſet proviſum. Proindeque dictus Archiepiſcopus his omnibus ritè perpenſis, aliiſque rationibus & cauſis adductis, volens ubi meſſis plurima & uberior ſeſe offert, etiam plures operarios, eoſque quoad fieri potuerit non tantum ſtrenuos & fideles, ſed etiam perpetuò ſtabiles ſtatuere, ne Divinum cultum in dictâ Eccleſiâ ſucceſſu temporis ob Sacerdotum aliorumque Miniſtrorum Eccleſiaſticorum penuriam aliquando quoqno modo minui contingat, ſed potius majora in ſpiritualibus ſuſcipiat incrementa, Congregationem Presbyterorum ſæcularium in communi viventium ad normam & ſimilitudinem earum, quæ in Vallicella de Urbe S. Philippo Nerio Fundatore & deinde in variis Italiæ locis, ac nuper etiam in Comitatu Burguodiæ erectæ ſunt, Congregationem B. M. nuncupandam, ſub beneplacito dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Iſabellæ Claræ Eugeniæ Archiduciſſæ Auſtriæ Duciſſæ Burgundiæ & Brabantiæ, in quantum ad ſe ratione Dominii temporalis ſpectat & pertinet, & ad ſupplicationem præfati Judoci, qui ſe cum aliquot Sacerdotibus ſæcularibus ad vitam in communi amplectendam ſecundum normam & ſimilitudinem prædictarum Congregationum offerebat. Nec non ad preces dilectorum filiorum Univerſitatis & hominum dicti loci, ſuâ Ordinariâ Authoritate in dicta Eccleſia erexit & inſtituit, dictæque Congregationi ejuſdem Eccleſiæ fructus, redditus obventiones, & emolumenta quantum in ſe fuit, Ordinariâ ſuâ Authoritate applicavit & approprivit;

Ejuſdemque Congregationis ſic erectæ Præpoſito & Presbyteris nunc & pro tempore exiſtentibus Miſſas & alia divina Officia in dicta Eccleſia celebrandi, & Confeſſiones audiendi, fabricamque & bona dictæ Eccleſiæ adminiſtrandi, illiuſque fructuum, redituum & proventuum, ac jurium quorumcumque poſſeſſionem capiendi & apprehendendi, prædicti Judoci expreſſo ad id accedente conſenſu licentiam, & facultatem Authoritate prædictâ conceſſit, & aliàs, prout in Inſtrumento Erectioois & Inſtitutionis prædictarum confecto plenius dicitur continetl.

Quare pro parte Judoci Præpoſiti & Presbyterorum prædictorum, aſſerentium dictæ Eccleſiæ & illi forſan annexorum fructus, reditus, & proventus 24 ducatorum auri de Camera ſecundum communem eſtimationem valorem annuum non exeedere, dictumque Judoeum aliundè vivere valere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus Erectionem & Inſtitutionem hujuſmodi pro firmiori illarum ſubſiſtentia & obſervatione inviolabili noſtro & Sedis prædictæ Patrocinio communire, ipſamque Eccleſiam eidem Congregationi unire, annectere & incorporare, atque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos igitur qui dudum inter alia volnimus & ordinavimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ejus Beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret; quique Divini cultùs augmentum, & Religionis propagationem ſinceris deſideramus affectibus, Judocum ejus Præpoſitum & Presbyteros Congregationis hujuſmodi, eorumque ſingulos à quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis & Interdicti aliiſque Eccleſiaſticis Cenſuris, & pœnis à jure vel ab homine quâvis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, nec non Inſtrumenti Erectionis & Inſtitutionis hujuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes,

Hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, Decretorum Concilii Tridentini Interpretum, diſcretioni Tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, de præmiſſis te diligenter informes. Et ſi per informationem eandem ita eſſe repereris, Erectionem, Inſtitutionem prædictas ac deſuper confectas ſcripturas & in eis contenta quæcumque, licita tamen & honeſta, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis dictique Concilii Decretis minimè contraria, cum omnibus & ſingulis ioda legitimè ſequutis, & ſequendis Authoritate noſtrâ, ſine tamen alicujus præju-

dicio approbes & confirmes, illiſque perpetuæ & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicias;

Ac Erectionem, & Inſtitutionem prædictas perpetuò validas eſſe & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere ac ab omnibus ad quos nunc quomodolibet ſpectat & ſpectare poterit in futurum, perpetuò firmiter, & inviolabiliter obſervari & adimpleri debere, dictâ Authoritate noſtrâ decernas,

Ac demum ut modernis prædictis ac pro tempore exiſtentibus Præpoſito & Presbyteris Congregationis B. M. Aſpricollis hujuſmodi pro eorum congrua ſuſtentatione de opportuno ſubſidio proviſum ſit, Eccleſiam prædictam, ſive præmiſſo ſive alio quovis modo aut ex alterius cujuſcumque perſona ſeu per ſimilem reſignationem dictorum Judoci vel cujuſlibet alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, & coram Notario publico & teſtibus ſponte factam, aut affectionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici quâvis authoritate collati vacet, etiam ſi tanto tempore vacaverit, quod ejus Collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem prædictam legitimè devoluta, ipſaque Eccleſia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel aliàs generaliter reſervata exiſtat, dummodo ejus diſpoſitio ad Nos hac vice pertineat; cum annexis hujuſmodi, ac omnibus Juribus & pertinentiis ſuis eidem Congregationi, ita quod liceat modernis, ac pro tempore exiſtentibus Congregationis B. M. Aſpricollis hujuſmodi Præpoſito & Presbyteris corporalem realem & actualem Eccleſiæ hujuſmodi, ac ei annexorum jusque & pertinentiarum ejuſdem poſſeſſionem per ſe vel alium ſeu alios, eorum ac dictæ Congregationis nomine, ſeu nominibus propriâ authoritate apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere;

Fructus quoque, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta univerſa, ex eo provenientia percipere, exigere, levare, recuperare, locare, arrendare, ac in ſuos, & Congregationis B. Mariæ Aſpricollis hujuſmodi uſus & utilitatem convertere, Diœceſani loci vel cujuſquam alterius licentiâ deſuper minimè requiſitâ.

Dictæque Eccleſiæ, quamdiu dicta Congregatio inibi vigebit per aliquem ipſius Congregationis Presbyterum idoneum à loci Ordinario dictæ Eccleſiæ ab initio Erectionis ejuſdem Collatore eligendum approbandum & conſtituendum, ac ad nutum ipſius Ordinarii & dictæ Congregationis conjunctim, aut ex cauſa Canonica ad dicti Ordinarii ſolius, aut ipſius Congregationis dumtaxat amovendum;

Jus Patronatus penes Archiepiſcopum.

Qui prædictus Congregationis hujuſmodi Presbyter Curam animarum dilectorum filiorum Parochianorum prædictæ Eccleſiæ exercere, ac eiſdem Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare ac in Synodis comparere & Curam adminiſtrationis dictæ Eccleſiæ reddere;

Juraque Archiepiſcopalia præſtare, nec non alia onera de jure vel conſuetudine illi incumbentia ſufferre & eidem Ordinario ſubeſſe debeat & teneatur. Cumque interim ad onera dicta ſupportanda & ad charitatis opera ſubditis pauperibus, aliaque ſibi ex officio Parochi incumbentia præſtanda, ipſaque Congregatio teneatur perpetuo præſtare, & cedere proventum annuum totum & integrum, jura obventiones, & emolumenta quæcumque hactenus ex Curæ animarum Parochianorum parochialis Eccleſiæ hujuſmodi exercitio provenientia, aut aliter ejuſdem Parochialis Eccleſiæ Rectori competentia, cum poteſtate dicto Ordinario remanente proventum annuum hujuſmodi augendi, minuendi, ſeu aliàs immutandi toties quoties opus erit pro mutatione temporum & conſideratione onerum occurrentium ejus cui Cura animarum prædicta commiſſa fuerit, eâdem Authoritate noſtrâ ei perpetuo unias, annectas, & incorpores.

Præſentes quoque ſemper & perpetuo validas, & efficaces eſſe & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri & obtinere, nec etiam ſub quibuſdam ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt toties in priſtinum & validiſſimum ſtatum repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo ſub quacumque poſteriori datâ per Præpoſitum & Presbyteros dictæ Congregationis pro tempore exiſtentes quandocumque eligendâ, conceſſas eſſe, & fore, ac eis ſuffragari;

Sicque ab omnibus & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcumque Judices tam Ordinarios quam extraordinarios, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales & de Latere Legatos, & Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios judicari & definiri debere. Ac ſimiliter quidquid ſecus ſuper his à quoquam quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter in poſterum contigerit attentari irritum & inane dictâ Authoritate noſtrâ decernas.

Non obſtantibus priore voluntate, ac Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati Unionis perpetuas niſi in Caſibus à Jure permiſſis fieri prohibeotis, aliiſque quibuſvis Apoſtolicis ac in Synodalibus Provincialibus univerſalibuſque Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non Congregationis prætactæ Juramento, Confirmatione Apoſtolicâ vel quâvis firmitate aliâ roboratis, Statutis & conſuetudinibus cæteriſque contrariis quibuſcumque; aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dictæ Sedis aut Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & Decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum;

Quas quidem Litteras & proceſſus habitos per eaſdem, ac inde ſequuta quæcumque ad dictam Parochialem Eccleſiam volumus non extendi: ſed nullum per hoc eis quoad affectionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari.

Et quibuſlibet aliis Privilegiis, Indulgentiis

& Litteris Apoſtolicis quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis.

Volumus autem, quod propter unionem, annexionem & incorporationem hujuſmodi ſi illas per Te vigore præſentium fieri contigerit, ut præfertur, dicta Parochialis Eccleſia debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarum Cura nullatenus negligatur, ſed ejus congrua ſupportentur onera conſueta.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ M. D. C. XX VII. Idibus Septembris, Pontificatûs noſtri anno quinto.

CAPUT LXXXVII.

Alphonſus de Berghes VII. Mechlinienſium Archiepiſcopus, in Eccleſia Collegiata Sti. Martini Aloſti in Flandria, inſtituit dignitates Præpoſituræ ac Decanatûs, anno 1673.

Ex Archivis Archiepiſcopat.

ALphonſus de Berghes Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopus Mechlinienſis. Omnibus has viſuris ſalutem in Domino.

Oneri ab alto humeris noſtris licet imparibus impoſito, ſatisfacere ardentiſſimè cupientes, ea imprimis cordi habemus, quæ maximè ad Dei omnipotentis gloriæ augmentum, & Eccleſiarum & Cleri Diœceſis noſtræ dignitatem & ornamentum ſpectare dignoſcuntur.

Cum igitur ex veteribus munimentis Eccleſiæ & Capituli Halterenſis, olim Cameracenſis, nunc Diœceſis noſtræ Mechlinienſis, Nobis innotuerit, quod primitus eadem Eccleſia fuerit decorata dignitate Præpoſituræ *, & ea dignitas deprehendatur emortua, & non tranſiviſſe ad Oppidum Aloſtanum, quando dictum Capitulum in illud, agente Principe *, fuit tranſlatum;

* Vide in Miræo pag. 811.

* Item pag 1043.

Eapropter Nos, maturâ deliberatione præviâ, Præpoſituram antedictam ad fines antefatos, & ut dictum Oppidum Aloſtanum (quod præcipuum eſt totius patriæ Aloſtanæ, & Eccleſiam habet amplam & ſtructuræ elegantis, & varias Regularium utriuſque ſexûs Congregationes Domino famulantes, nec non præ Halteria multum præſtat, ſive ſpectes incolarum multitudinem, ſive ædificiorum abundantiam & ſtructuram, ſive commercii & negotiationis confluxum) iſtius primævæ dignitatis reſuſcitatione illuſtretur, eamdem, accedente ad id conſenſu Regio, poſtliminio reſuſcitandam & reerigendam duximus, prout Auctoritate noſtrâ Ordinariâ per præſentes reſuſcitamus & reerigimus, ſeu de novo, quatenus opus, erigimus.

Et in ea, etiam juxta dictum conſenſum & voluntatem ſuæ Majeſtatis canonice inſtituimus Reverendum Dominum Joannem Ferdinandum Garrido hactenus prædicti Capituli Decanum, qui ſicut & cæteri, in eadem Præpoſitura Succeſſores illius ex cauſa dignitatis ſuæ præfatæ, præter præeminentias & honorifica mentionata in Statutis per Nos antedicto Capitulo ordinatis & hodiernâ die publicatis, reſeturus eſt & habebit, prout Succeſſores ejus retinebunt & habituri ſunt omnes proventus, jura & emolumenta, quæ uſque modo Decanatui fuerunt annexa, & ei propria; & exercebit Curam animarum in Decanum & Canonicos ſepedicti Capituli, necnon in Paſtores de Kercxken & Haeltert prædicto;

Et quidem hæc omnia in iis modo, forma & latitudine ſicut in dictis Statutis reperitur expreſſum, & non ultra. Quoniam autem Præpoſitura anteſata eſt eritque ſemper in iſta Collegiata Aloſteoſi prima dignitas, ideo nominatio ad eam ſemper ad Regiam ſuam Majeſtatem ſpectabit, prout ad Nos & Succeſſores noſtros Canonica Inſtitutio nominati, qui ſemper debebit eſſe convenienter qualificatus ad illam dignitatem & ad ei incumbentem curam animarum debitè gerendam.

Et cum prædictus Reverendus Dominus Joannes Ferdinandus Garrido, adeptâ poſſeſſione Præpoſituræ, quæ non aliter, nec alio modo ei collata intelligitur, eo ipſo excidat Decanatu prædicto, & is vacet ipſo jure; ideo Nos, juxta id, quod Regi, Nobis & aliis intereſſe habentibus placuit, pro hac vice abſque aliis, quæ alias impoſterum ſemper debebunt intervenire, eumdem Decanatum, ita ut præfertur vacantem, conferimus Domino Antonio Papenbroeck hactenus Paſtori Aloſtenſi, cum ei connexis; ipſum in eodem inveſtientes & Canonicè inſtituentes rituli collativâ Inſtiturione. Declarando, Nos eidem Decanatui ex cauſis ut ſupra incorporaſſe & univiſſe, prout tenore præſentium incorporamus & unimus de conſenſu omnium quorum intereſt, Curam Paſtoralem plebis Aloſtenſis.

Nec non omnes & ſingulos fructus, proventus, emolumenta & jura quæ in antea ad

dictam Curam pertinebant, ac etiam pertinebunt, per præbendæ primò vacaturæ incorporationem; idque in iis modo, & forma ac latitudine, ſicuti in dictis Statutis latè reperitur expreſſum & non ultra.

Collatio autem prædicti Decanatûs cum incorporatis Cura Paſtorali & Præbenda prædictis, cedente vel decedente dicto Domino Antonio, ac alias in futurum adveniente vacatione, ſemper conferetur juxta eam declarationem & Ordinationem, quæ nuper à Nobis evulgata ſub data quartæ Auguſti noviſſimi.

In quorum fidem præſentes Signaturâ noſtrâ ac Sigillo noſtro majori munitas per Secretarium noſtrum expediri juſſimus Bruxellis in Palatio noſtro Archiepiſcopali die 25 Septembris anno Domini M. D. C. LXXIII.

Erat ſignatum, Alphonſus Archiepiſcopus Mechlinenſis.

DIPLOMATA
POSTMODUM COMMUNICATA.

CAPUT LXXXVIII.

Radbodus Tornacenſium ac Noviomenſium Epiſcopus, Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ B. Petri Inſulis Flandrorum recenter per Balduinum Flandriæ Comitem inſtituto, concedit Altare de Ghydts, hodie Diœceſis Brugenſis, anno 1088.

Ex Archivis Capituli Inſulenſis.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Radbodus Dei gratiâ Noviomenſium ſeu Tornacenſium Epiſcopus, omnibus Deum diligentibus ſalutem & beatæ immortalitatis felicitatem.

Quoniam, Kariſſimi, de profectu ſanctæ Matris Eccleſiæ noſtrum eſt gaudere, atque in Vinea Domini pro mercede laboris operantibus auxilium ferre; dignum eſt, ut quod fidelis quiſlibet pro ipſius multiplicatione devotè poſtulaverit, attendamus, & in quantum poſſumus orationem ejus exaudiamus.

Proinde notum fieri volumus uoiverſis fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod Lambertus Iſlenſis Canonicus noſtram adierit præſentiam, obſecrans, ut Altare de Giddis, (1) quod ſub Perſonatu tenebat, Sancti Petri Iſlenſis Canonicis perpetuò ſub Perſonatu concederemus. Cujus petitioni condeſcendere dignum duximus; & Waltero Archidiacono noſtriſque Clericis aſſentientibus, dictis Canonicis idem Altare pro amore Dei & Sancti Petri conceſſimus;

Tali quidem conditione, quod quotiens Perſona immutata fuerit, X. tantum ſolidos Epiſcopo tribuat, & unoquoque anno in feſtivitate SS. Simonis & Judæ V. ſolidos ſimiliter ſolvat, atque ad Synodum ſicut cæteræ Perſonæ veniat; quarto quoque anno Miniſtris inibi Synodum agentibus debitam hactenus impenſam ſolvat. Sicque Altare illud Sancti Petri Iſlenſis Eccleſia perpetuo ſub Perſonatu teneat.

Ut autem hoc futuris temporibus ratum ſit Privilegium, Signis illud corroboravimus præſentium.

S. Domni Radbodi Epiſcopi.
S. Walteri Archidiaconi.
S. Lamberti.
S. Henrici Decani.
S. Herimanni Præpoſiti.
S Sigeri Cantoris.
S. Ingelramni Decani. (2)
S. Lamberti Cantoris.
SS. Laïcorum, Everardi, Theoderici, Landrici, Rodberti, Haganonis, Rodberti.

Actum Tornaci anno Dominicæ Incarnationis M. LXXXVIII. Regnante Philippo XXVIII.; Domno R. Epiſcopante, anno XXI feriâ V., XVII. Kal. Aprilis.

Ego Wido Cancellarius ſubſcripſi.

(1) GIDDIS, hodie *Ghidts*, Parochia Diœceſis Brugenſis ſub Decanatu Roularienſi; ſub juriſdictione Dominii Toraltani ac Wiendalienſis, hodie ad Electorem Palatinum pertinentis.

(2) INGELRAMNUS primus Decanus cenſetur Inſulenſis, & Lambertus Cantor idem eſt qui deinceps Attrebatenſis Epiſcopus electus fuit. Is genus ducebat ex Comitibus de Guiſnes, Comitis Pontiviorum germanus & conſanguineus.

Qui ſubſignarunt prius poſt Epiſcopum, ex Tornacenſi erant Eccleſia, dempto Lamberto qui in Diplomate Canonicus Iſlenſis appellatur, qui cum Altare de Giddis ſub Perſonatu teneret, illudque Iſlenſi Eccleſiæ concedendum poſtularet, Privilegium poſt Walterum Archidiaconum Tornacenſem ſubſcripſit, poſt ipſum Henrico Decano Tornacenſi ſubſcribente.

CAPUT

CAPUT LXXXIX.

Robertus II. Comes Flandriæ iturus Jeroſolymam, donat Inſulenſi S. Petri Canonicorum Collegio Terram de Lecquin apud Inſulam, anno 1096.

Ex iiſdem Archivis S. Petri.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Rodbertus junior, Flandrenſium Marchyo, filius Rodberti ſenioris cognomine Friſionis, ſcieris omne mortalium genus ad hoc in hac vita verſari, ut de hac convalle lacrimarum per deſertum peregrinationis viatico ſibi divinitus adjecto ad manſionem properet regni, cjuſdemque viatici percipuam in ſtipendia pauperum procurandis & ſuffragiis Sanctorum conciliandis conſiſtere portionem, commodum duxi Deum in Eccleſiis quibus ei canonicè militatur, de mea ſubſtantia honorare; ut cum interventu Sanctorum ſupplicationibus filiorum Eccleſiæ noſtro beneficio gratulantium æternam à Deo renumerationem mererer accipere.

Ratio ejus cognominis.

Ego igitur inſtinctu divinæ admonitioois, Auctoritate Apoſtolicæ Sedis promulgato, iturus Jerhuſalem *, ad liberandam Dei Eccleſiam diu à feria nationibus conculcatam, ut Deus omnipotens exercitio mei laboris effectum præberet, quo & honor nominis ejus ſanctificatus dilataretur, & michi indeficientis denarii donativum reſtitueretur, aſſentiente uxore mea Clementia cum filiis noſtris Balduino & Willelmo (1) Bodium de (2) Leſcin Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtolorum Principis in loco (3) Illa nominato, à Prædeceſſoribus meis conſtructo, hoc ordine deſtinavi.

Engelbertus ſiquidem Cizonienſis, & Rodgerus Caſtellanus Iſlenſis, qui à me illud in feodum obtinebant, ituri mecum Jerhuſalem, accepto à me excambio ab omni exactione liberum michi reddiderunt.

Ego vero illud ita liberum prædictæ Eccleſiæ in perpetuam allodii poſſeſſionem, ſuper Menſam Domini ad uſus Canonicorum contradidi.

Ut autem hæc Traditio perpetuò inviolata ſervetur, Sigilli mei impenſione eam firmavi, adhibitis quam pluribus idoneis & Nobilibus Teſtibus, quorum nomina ſubſcripta habentur.

Engelbertus Caſtellanus.
Rodgerus Caſtell.
Winemarus Caſtell.
Rodbertus Caſtell.
Walterus Caſtell.
Rodgerus junior Caſtell.
Balduinus de Gand.
Onulfus Seneſcalcus.
Radulfus Camerarius.
Clarembaldus.
Adam.
Frumaldus.
Cono.
Everardus.
Walkerus de Cumines.
Gerardus de Floresbergh.
Gerardus de Waskenhal.
Rodbertus de Arboreto.
Amulricus de Landaſt.
Gerardus Frater ejus.
Stephanus Frater ejus.
Raimarus Rufus.
Frumoldus de Ipre.
Wilfricus Frater ejus.

Actum apud Iſlam in prætaxata Eccleſia anno Dominicæ Incarnationis M.XC.VI. Indictione IV. regnante Rege Philippo Francorum, Epiſcopante Ratbodo in Noviomenſi ſeu Tornaceoſi Eccleſia.

Ego Raimbertus Cantor Iſlenſis ſubſcripſi.

(1) Bodium, apud Du-Cangium in Gloſſario denotat habitationem, manſionem, aut latifundium.

(2) Lecquin, Parochia Diœceſis Tornacenſis, ſub Decanatu Inſulenſi, Juris Patronatûs Capituli Inſulenſis.

(3) Illa, id eſt Inſulæ Flandrorum, Gallis Lille.

CAPUT XC.

Odo Cameracenſis Epiſcopus, confirmat anno 1108 Abbatiæ S. Petri Ordinis S. Benedicti juxta Gandavum, Altaria in ſua Diœceſi conſtituta.

Ex Archivis Abbatiæ S. Petri.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Odo per Dei miſerationem Cameracenſium Epiſcopus, omnibus Chriſtianis ſalutem & gloriam ſempiternam.

Si Salvator noſter Chriſtus Jeſus Sanctam fundavit Eccleſiam, quod eſt cum dicit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*: tunc ad ipſius exemplum mul-

tum laborare debemus, ut ipſa per nos creſcat, ſemperque in melius augmentetur.

Audivimus itaque preces Domni Abbatis Sigeri, Prioris Gozelini, Domnique Anſboldi Præpoſiti, cæterorumque Venerabilium Fratrum in Cœnobio B. Petri Apoſtolorum Principis in loco Blandinienſi Monachalem vitam agentium; & pro ſalute noſtra noſtrorumque Prædeceſſorum Altaria ſua, quæ per Perſonas tenebant, amodo eis Canonicè & abſque Perſonis libera in perpetuum poſſidere concedimus.

Altare videlicet de Merlebecca (1) cum appenditiis ſuis, Rothen (2) & Bottelaer. (3)

Altara de Holthem. (4)

Altare de Materna (5)

Altare de Boſtut (6), cum appendicio Roſbeeca. (7)

Altare de Hillenghem. (8)

Altare de Dulciaco (9) cum appendicio ſuo de Nigella. (10)

Hæc quidem conditione, ut Abbas vel Prior Monaſterii Synodos Cameracenſis Epiſcopi cuſtodiat, Juraque Pontificalia per ſingulos annos Epiſcopo ſive miniſtris ejus, abſque ulla contradictione perſolvat; Sacerdotes vero eorumdem Altarium de manu Epiſcopi vel alicujus Miniſtri ſui curam animarum accipiant; neque Capitula Archidiaconi aut Decani ſui obſervare contradicant.

Si quis ergo huic noſtro Decreto contraire tentaverit, hunc Authoritate Dei, ejuſdemque Apoſtoli Petri, & Noſtrâ, à corpore Stæ. Matris Eccleſiæ ſequeſtramus, & ne in futuris temporibus aliquâ occaſione deleatur, noſtri Sigilli impreſſione ſubſignamus.

Ad hujus Authoritatem Privilegii confirmandam, Teſtes advocantur idonei;

S. Fulgentii Abbatis Affligemienſis.
S. Tancredi Abbatis Eham.
S. Eſnellardi Abbatis de Gerardimonte.
S. Rodulphi Archidiaconi.
S. Theodorici Archidiaconi.
S. Anſelli Archidiaconi.
S. Everardi Archidiaconi.
S. Goufridi S. Mariæ Canonici.
S. Gerardi ſimiliter Canonici.
S. Lamberti Canonici.
S. Mazelini Canonici.
S. Segardi Decani. (11)
S. Liberti Subdecani.
S. Alberonis Rothnacenſis Canonici.

Factum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis M, C VIII. Indictione primâ, prædicti vero Pontificis anno tertio. Salus, honor & gloria omnibus Chriſtianis.

Produximus ſupra pag. 41 & 43 Bullas Engenii III. & Urbani III. Romanorum Pontificum, quibus omnia generatim Altaria huic Abbatiæ S. Petri variis temporibus collata confirmantur.

Similiter anno 1140 Simon Tornacenſis Epiſcopus confirmavit Altaria XXV. ſub Diœceſi ſua exiſtentia, apud Miræum pag. 967. Idem beneficium anno 1150 præſtitit Gerardus Tornacenſis Epiſcopus; ut ſupra pag. 47.

Confirmationem Altarium ſub Diœceſi Cameracenſi olim exiſtentium, nunc verò ſub Mechlinienſi (duobus poſterioribus duntaxat exceptis) hic exhibemus, cum his annotationibus.

(1) MERLEBECK, Parochia hodie Diœceſis Mechlinienſis, ad Scaldim fluvium, ſub Decanatu Oirdeghemenſi; Toparchia Familiæ de Trieſt Gandavi.

(2) ROTHEN; alias *Schelde-Rode*; hodie Marchionatus de Rodes; ſub Decanatu Oirdeghemenſi in Diœceſi Mechlinienſi. Olim appendix Parochiæ de Merlebeecke, aſt modo Parochia ſpecialis.

(3) BOTTELAERE, pagus ſub Decanatu Oirdeghemenſi, cultu erga B. Matrem Annam celebris; in quo & Carmelitæ Calceati ab anno 1667 Conventum erexerunt.

(4) HOLTHEM, hodie *Letter-Hauthem*, ad diſtinctionem alterius pagi vicini dicti *S. Lievens-Hauthem*; ſub eodem Decanatu.

(5) MATERNA, vulgo *Maetare*, prope Aldenardam, ſub Decanatu Rothnacenſi, in Diœceſi Mechlinienſi.

De acquiſitione hujus Altaris vide Diploma apud Miræum pag. 944.

(6) BOSTUT, hodie *Boſta*, vulgo *Roe-boſt*, Parochia ejuſdem Diœceſis, ſub Decanatu Rothnacenſi.

(7) ROOSBEEKE, hodie appendix dictæ Parochiæ de Boſt. Sunt & alibi plures ejuſdem nominis Parochiæ, atque imprimis duæ ſub hac Diœceſi; una ſub Decanatu Thenenſi; altera, aliàs dicta *Rebecque*, ſub Decanatu Leeuwenſi S. Petri.

(8) HILLEGHEM, Parochia ejuſdem Diœceſis, ſub Decanatu Oirdeghemenſi.

(9) DULCIACUM, vulgo *Douzy*, Parochia Hannoniæ, ſub Diœceſi Cameracenſi, Otho I. Imp. eam confirmavit huic Abbatiæ ab anno 966 juxta Miræum Tom. I. pag. 261.

(10) NIGELLA, vulgo *Noielles*, Parochia Diœceſis Cameracenſis, olim appendix præcedentis.

(11) SEGARDUS. Decanus iſte in ſerie Decanorum Metropolitanæ Eccleſiæ Cameracenſis, à PP. Benedictinis Authoribus novæ Galliæ Chriſtianæ, prætermiſſus fuit ad ann. 1108.

Nota etiam, quod olim Decanus hujus Eccleſiæ non niſi poſt Archidiaconos ſubſignaret, qui proinde locum præeminentiæ obtinebant; uti videre ex alio Diplomate ejuſdem anni, apud Miræum pag. 82.

CAPUT XCI.

Joannes Morinenſis Epiſcopus, Monaſterii Canonicorum Regularium St. Martini Ipris (nunc Cathedralis Eccleſiæ) Fundator, dotem ejus auget anno 1119, *tribuendo Altaria de Renneghelſt, Boeſinghe & Zuetchote.*

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Joannes Dei miſeratione Morinorum Epiſcopus, notum eſſe volo omnibus Succeſſoribus meis, cunctiſque Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, quod in ſubjectis continetur.

Paſtoralis nos ſiquidem cura conſtringit, ut commiſſis nobis gregibus geminam corporis & animæ paſtionem quantâ valemus ſollicitudine provideamus.

Idcirco videntes Eccleſiam S. Martini Iprenſis multis diſpendiis onerari, pauciſque ſtipendiis relevari, Altare de Renegelſt (1) & Altare de Boeſinga (2) cum ſua appendicia Capella, que Zuytchoetes (3) vocatur, precatu & conſilio Clericorum noſtrorum, ad ſuſtentationem Canonicorum in præfata Eccleſia, ſecundum Regulam B. Auguſtini Deo militantium, perpetuò poſſidendam Canonicè conceſſimus; hac ſpiritualis commodi conditione interpoſitâ, ut ejuſdem Eccleſiæ Fratres, plebes ipſarum Eccleſiarum ad viam vitæ ſalubri admonitione & frequenti prædicatione perducere elaborent; & Obitûs mei ac Succeſſorum meorum anniverſarios dies omni anno devotè obſervent; ſalvis etiam redditibus noſtris Synodalibus, ſecundum uſum Morinenſis Eccleſiæ ſingulis annis perſolvendis.

Et ut hæc noſtra largitionis Donatio rata & inviolabilis futuris permaneret temporibus, hanc noſtræ conteſtationis Cartulam conſcribi, & Sigillo noſtro ſignari fecimus.

Si quis ergo hanc noſtram Donationem temerè infringere vel violare præſumpſerit, uſque ad dignam ſatisfactionem anathemati ſubjaceat.

Actum hoc eſt anno Verbi Incarnati M. C. XIX. Indictione decimâ tertiâ, XIX. Kalendas Januarii; his Teſtibus.

Herberto, Gualtero Archidiaconis Morinenſibus,
Gerardo, Cameracenſi Archidiacono,
Albodo Formeſellenſi,
Hugone Everſhamenſi, Præpoſitis,
Fulcardo Iprenſi,
Hugone Caſletenſi, Decanis,
Bernardo Teruanenſi,
Gualthero Furnenſi,
Hugone Meſſinenſi,
Gumfrido Mechlinienſi Canonicis;
Folberto Presbytero de Wulverghem;
Simone, Daniele & Waramondo Clericis; multiſque aliis.

(1) Reninghelst, Parochia Diœceſis Iprenſis, ſub Decanatu Poperingano; Patronatus olim Præpoſiti S. Martini Iprenſis, modo ob unitam Epiſcopatui Præpoſituram, Illuſtriſſimi Iprenſis Epiſcopi.

(2) Boesinghe, Parochia primo ab Ipris milliari, ad inſignem cataractam verſus Dixmudam. Patronatus Canonicorum de Membro S. Martini in Cathedrali Iprenſi.

(3) Zuytchoetes, vulgo *Zuutcote*, Parochia ejuſdem Diœceſis, ſub Decanatu Dixmudano. Toparcha eſt Nobilis D. Petrus de la Villette, Urbis Brugenſis Penſionarius; Patronus Eccleſiæ Illuſtriſſimus Iprenſium Epiſcopus.

CAPUT XCII.

Radulphus Archiepiſcopus Remenſis, Metropolitanus, confirmat anno 1120 *fundationem Monaſterii Sti. Martini Ipris in Flandria (Canonicorum Regularium, modo Capituli Cathedralis) item Altaria illi per Joannem Morinenſem Epiſcopum collata.*

RAdulphus Dei gratiâ Remorum Archiepiſcopus, dilecto filio Guilielmo Sti. Martini Iprenſis venerabili Abbati, ejuſque Succeſſoribus in perpetuum.

Tuæ poſtulationi humillimæ, fili Guilielme Eccleſiæ Iprenſis Abba, & Fratrum tuorum annuentes, notum facimus Chriſti fidelibus, tam futuris quam præſentibus, quod Venerabilis Confrater noſter Joannes Morinorum Epiſcopus Eccleſiam ſancti Martini, quæ dicitur, Ipræ ſitam, ad opus Canonicorum ſecundum Regulam Beati Auguſtini viventium tradidit; eamque cum Eccle-

ſis B. Petri (1) cæteriſque appenditiis ſuis ab omni exactione præter duos ſolidos ſingulis annis in Synodo poſt Pentecoſten perſolvendos, liberam eſſe conceſſit.

Poſtea vero, creſcente numero Fratrum, videns eandem Eccleſiam multis diſpendiis onerari, paucis ſtipendiis relevari, Altare de
* Alias Reciningheſt. Renigles, * & Altare de Boeſinge, cum appenditiis, Capellâ quæ Zuytſchote vocatur, ad ſuſtentationem Fratrum, liberè in perpetuum poſſidenda contulit; ſalvis tamen redditibus Synodalibus, ſecundum uſum Morinenſis Eccleſiæ ſingulis annis perſolvendis.

Quam etiam libertatem & donationem, idoneis adhibitis Teſtibus ſuorum Authoritate Privilegiorum confirmavit; ita ut ſi quis eam infringere vel violare præſumpſerit, uſque ad dignam ſatisfactionem, excommunicationi ſubjaceret.

Poſtmodum vero per Litteras ſuas, nec non per dilectum communem filium noſtrum Waltherum Eccleſiæ ſuæ Archidiaconum propenſiùs exorare nos ſtuduit, ut eadem Altaria prædictæ Eccleſiæ Nos quoque Privilegii noſtri adſtipulatione confirmaremus.

His ergo juſtis ipſius petitionibus ſatisfacientes, ipſam Eccleſiam, cum ſupra dictis Altaribus, & cæteris omnibus, quæ conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium juſtè & Canonicè ibidem collata & conferenda ſunt, in præfata libertate perpetuò manſura, Authoritate Dei & conteſtatione præſentis Privilegii corroboramus.

Si qois autem contra hanc Conſtitutionem temerè intemptaverit, niſi congruâ emendatione ſatisfecerit, excommunicationi ſubjaceat.

Hujus itaque rei Teſtes idoneos adhibuimus.

Signum Liſcardi Sueſſionenſis Epiſcopi.
† Wilhelmi Cathalonenſis Epiſcopi.
† Bartholomæi Laudunenſis Epiſcopi.
† Lamberti Noviomenſis Epiſcopi.
† Garabaldi Silvianenſis Epiſcopi.
† Ingelramni Ambianenſis Epiſcopi.
† Burchardi Cameracenſis Epiſcopi.
† Erbaldi Præpoſiti, Nicolai Remenſis, Anſelmi, Radulphi, Joannis, Cameracenſium, Drogonis Atrebatenſis, Simonis Amhianenſis, Waltheri Teruanenſis Archidiaconorum.
† Odoois S. Remigii.
Gofridi S. Theoderici,
Joranni S. Nicaſii.
Urſionis S. Dionyſii Remenſis, Abbatum.
† Alouiſii Aquicinenſis.
Henrici Montis S. Quintini, itidem Abbatum.
† Loiffridi Decani.
† Magiſtri Alberici.
† Leonis, Simonis, Gerardi, Canonicorum Stæ Mariæ Remenſis.
† Roberti Monaſtelionenſis, Teruanenſis Eccleſiæ Canonici.

Actum Remis, anno Incarnati Verbi M. C. XX Indictione XI. Archiepiſcopatûs autem noſtri XIII. regnante glorioſiſſimo Rege Francorum Ludovico anno XII.

(1) Nota quod anno illo 1120 duæ tantum eſſent Parochiæ Ipris, nempe S. Martini hodie Cathedralis, & S. Petri; quibus dein aliæ quatuor acceſſerunt.

CAPUT XCIII.

Alardus Chimaci Dominus, Abbatiæ Benedictinorum S. Nicaſii Remis in Francia, donat anno 1148 Eccleſias S. M. Magdalenæ, & S. Genovevæ, cum Hoſpitali pauperum, Chimaci.

Ex Archivis Eccleſiæ Colleg. Chimacenſis.

IN nomine Sanctæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Ego Henricus Dei gratiâ Epiſcopus Leodienſis, Chariſſimo in Chriſto Joanni Eccleſiæ B. Nicaſii Reverendo Abbati, ejuſdemque Fratribus Regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Quia in ſummi Patris-familias domo diſpenſationis locum, licet indigni, ſortiti ſumus, ex injuncto Nobis Officio, Eccleſiarum utilitatibus invigilare debemus.

Quam-ob-rem ad præſentium & futurorum memoriam ſtuduimus inferendum, quod Alardus (1) de Simaco, unà cum conjuge ſua Baſilide, quamdam Eccleſiam in honorem Stæ. Mariæ Magdalenæ cum Hoſpitali pauperum conſtruxit. Quam Eccleſiam inſpirante Dei gratiâ divino volens adornare ſervitio, ad Eccleſiam B Nicaſii, quæ eſt in Civitate Remenſi, contulit tempore Prædeceſſoris noſtri Oberti, in præſeotia D. Joannis Abbatis ejuſdem loci, & Canonicorum (2) ſanctæ Monegundis (3) ſeu Militum ſuorum.

Tradidit etiam ad ſupradictam Eccleſiam S. Genovevæ, cum omnibus appenditiis ſuis, & totum allodium S. Genovevæ; ſicut illud emerat de ſuo proprio à Theodorico de Avennis, (4) tam in pratis, quam in campis, ſilvis, aqois, molendinis, ſervis & ancillis.

Et ita illod Allodium ab omni exactione heredum ſuorum liberum eſſe conſtituit, ut nec ipſe, nec heres ejus aliquid inde propriis uſibus uſurparent, nec ab omnibus ejuſdem Allodii manſionariis quidcumque prorſus vi aut voluntate exigerent.

Excepto, ſi quis in rebellionem propter Abba-

Abbatem vel Monachos nollet in jus ire; tunc demum ille, qui Advocatus eſſet ſæcularis, cum poteſtate ad juſtitiam coërceret, & de juſtitia debitum ſuum reciperet : aliàs nihil omnino de omnibus eorum redditibus iovaderet.

Contulit nihilominus hortos circa ripam fluminis eidem loco adjacentes. Præterea novam * totius agriculturæ ſuæ, quam faceret in toto farto de Simaco circumquaque, tam ſe, quam ſuos Succeſſores perpetuò daturos eſſe eidem Eccleſiæ devovit.

* Puto legendum novalia.

Nos igitur amore B. Nicaſii Martyris inducti, & Sanctorum quorum in Eccleſia ejuſdem Martyris habetur memoria, hanc liberalitatis Donationem, Tibi Johanni toiſque Succeſſoribus, præſentis Decreti Paginâ perpetualiter confirmamus, decernimus, & quod quæcumque bona largitione Pontificum, conceſſione Principum, oblatione fidelium, ſeu quibuſcumque juſtis modis rationabiliter Eccleſia acquirit in Parochia * noſtra, rata & inconvulſa, & in perpetuum permaneant.

* Id eſt, Epiſcopatu.

Si quis autem his ſalutaribus Inſtitutis temerariâ præſumptione contraire tentaverit, divinæ animadverſionis vindictâ puniatur, & à Sacratiſſimo Corpore Domini noſtri J. C. alienus exiſtat.

Ut autem noſtræ diſpoſitionis Schedula rata & inconvulſa impoſterum permaneat, probabiliom perſonarum intitulatione & Sigilli noſtri impreſſione eam corroborari fecimus.

S. Alexandri Præpoſiti & Archidiaconi.
S. Dodonis Archidiaconi.
S. Almarici Archidiaconi.
S. Lamberti.
S. Humberti.
S. Magiſtri Gerardi.
S. Amalrici Juvenis, Canonicorum.
S. Lamberti.
S. Jocelini, Canonicorum S. Joannis.
S. Magiſtri Godefridi.
S. Magiſtri Guicemari.
S. Henrici, Canonicorum S. Martini.
S. Martini.
S. Alexandri.
S. Magiſtri Thomæ, Canonicorum S. Dionyſii.

Actum anno Incarnationis Dominicæ M. C. XLVIII. Indictione II. Epactâ XXVIII. concurrente, regnante Conrado, anno ejuſdem Regni XI. anno Epiſcopatûs Domini Henrici, III.

(1) ALARDUS DE SIMACO, ſeu potius Chimaco; Oppidum eſt Hannoniæ inter medias ſilvas, Faniam & Theoraciam ſitum, ſexto ab Avenis lapide. Principatûs titulo illuſtratum ab anno 1486 à Maximiliano Rege Romanorum in gratiam Caroli de Croy. Diploma exhibetur apud Miræum Tomo I. pag. 232. Subeſt in ſpiritualibus Epiſcopatui Leodienſi, ejuſque Archidiaconatui Hannoniæ.

(2) CANONICORUM S. MONEGUNDIS. Producunt hoc Diploma Canonici Eccleſiæ Chimacenſis, ad probandam Capituli ſui vetuſtatem. Siquidem à tempore Oberti Leodienſis Epiſcopi, qui rexit ab anno 1091, jam notum erat Capitulum, & ſorte aliquot ſæculis antiquius.

Proinde vel hinc refellitur error Franc. Vinchantii, qui in ſuis Hannoniæ Annalibus, primam hujus Eccleſiæ Collegiatæ inſtitutionem adſcripſit Joanni Comiti Sueſſionenſi, ad annum 1181.

(3) S. MONEGUNDIS, Chimacenſis Capituli Patrona, apud Molanum, Miræum aliosque Hagiographos, ad diem 2 Julii, dicitur fuiſſe nativitate Carnotenſis, & Vidua; vel ut aliis placet, Monialis Ordinis S. Benedicti.

(4) THEODERICUS DE AVENNIS, (vulgo *Aveſnes*, quod eſt Hannoniæ Oppidum.) Stemma ejus exhibetur apud Miræum inter Diplomata, pag. 435; ubi & memoratur fuiſſe Caſtellanus Tornacenſis ac Mortaniæ Dominus. Item pag. 703 memoratur idem Theodericus Fundator celebris Abbatiæ Lætienſis Ordinis S. Benedicti in Hannonia.

CAPUT XCIV.

Gualterus Epiſcopus Tornacenſis confirmat circa ann. 1170 Abbatiæ S. Petri Ordinis S. Benedicti juxta Gandavum donationem juris oblationum in Eccleſiis Sti. Joannis (modo Cathedrali Gandavenſi) & in Parochialibus Sti. Jacobi & Sti. Nicolai ibidem.

Gualterus.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen.

Ego G. Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, notum fieri volo tam futuris quam præſentibus, quod Selefridus Presbyter feodum quod tenuerat ab Eccleſia S. Petri Gandenſis, tam ipſe quam Prædeceſſores ejus, portionem videlicet oblationum Eccleſiæ S. Joannis, (1) S. Jacobi, & S. Nicolai * in Gandavo, liberè & abſolutè Eccleſiæ Sti. Petri reportavit & reddidit, per manum Domni Hugonis Abbatis, in præſenti à noſtra & perſonarum noſtrarum.

* Ubi modo tranſlatum eſt Capitulum S. Pharaildis.

Quam Donationem pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum S. Petro, & Monachis ibidem Deo ſervientibus factam, in eleëmoſyna nos conceſſimus & laudavimus, & ut rata & inconvulſa permaneat in perpetuum, Sigilli noſtri authoritate roboravimus.

Quicumque ergo hanc donationem aliquo modo infirmare temptaverit, excommunicationis vinculo innodamus.

S. Domni Gualtheri Epiſcopi.

S. Lemberti Decani.

S. Lemberti Cancellarii.

Annus deeſt in hoc Diplomate, ex libro I. Privilegiorum S. Petri fol. 81 *excerpto.*

(*z*) S. Joannis Baptistæ Eccleſia, Urbis Gandenſis modo primaria ac Cathedralis, ab anno 941 per Tranſmarum Tornacenſem Epiſcopum legitur dedicata. Suberat olim Juri Patronatûs Abbatiæ S. Petri Blandinienſis Gandavi. Cum autem Carolus V. Imp. anno 1537 eam in Collegiatam mutari curaſſet, eòque tranſlatos Monachos Benedictinos Abbatiæ S. Bavonis in ſæcularem ſtatum & in Capitulum Canonicorum convertiſſet (cujus mutationis Bullæ atque Diplomata extant Tomo II. novæ Editionis Operum Miræi) ipſa quoque S. Joannis Eccleſia, in vim hujus mutationis deinceps vocari cœpit nomine S. Bavonis.

Dein anno 1540 inita fuit permutatio inter Præpoſitum & Capitulum S. Bavonis recens erectum ex una, & Abbatem S. Petri ex parte alterâ, vi cujus Abbas ceſſit Capitulo Jus Patronatûs hujus Eccleſiæ S. Johannis, & Capitulum ceſſit vicißim Abbati Jus Patronatûs duarum Eccleſiarum Parochialium, S. Michaëlis, & S. Martini io Ackerghem, Gandavi. Vide ſupra, pag. 228 hujus novæ Collectionis, Bullam Pauli III. Pontificis, hanc Permutationem approbantis.

CAPUT XCV.

Wilhelmus Archiepiſcopus Remenſis, S. R. E. Cardinalis, & Legatus Apoſtolicus, decernit anno 1176 *Compoſitionem inter Abbatem S. Petri Ordinis S. Benedicti juxta Gandavum, & Presbyteros ſeu Curatos Gandavenſes, ſuper oblationibus Eccleſiarum.*

Wilhelmus Dei gratiâ Remorum Archiepiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, omnibus tam futuris, quam præſentibus in perpetuum.

Noſtrâ intereſt, & eorum qui in Eccleſia Dei præſident lites controverſantium & altercationes compeſcere, & quæ rurſus diurno ſomite pullulare aut ſuſcitari valeant, modis omnibus providere.

Inde eſt, quod controverſiam, quæ inter Eccleſiam B. Petri Gandenſis, & Presbyteros Capellarum B. Joannis, B. Nicolai, & B. Jacobi de Oblationum partitione vertebatur, hoc modo terminavimus.

Oblationes & proventus, quicumque Sacerdotibus prædictarum Capellarum, vel in Miſſis, vel pro ipſis Miſſis obvenient, vel in Eccleſiis vel extra, æqualiter inter ipſos Presbyteros & Monachos dividentur. Ita quod una medietas Presbyteris, altera medietas proveniet Eccleſiæ S. Petri.

Ea vero quæ ex viſitationibus infirmorum, Inunctione extremâ, Confeſſionibus, Baptiſmo parvulorum, & hiis quæ propriè eis in extrema voluntate legata fuerint (niſi verbis expreſſum fuerit ab ipſo Teſtatore, legata eſſe Miſſarum intuitu) Presbyteri ſibi propria retinebunt.

Cætera autem omnia ſine omni difficultate ac diminutione, inter Sacerdotes & Monachos æqualiter dividentur.

Hoc autem ita ratum & firmum ab utraque Partium habitum eſt, ut nihil præter hæc quæ dicta ſunt, Sacerdotes vel Succeſſores eorum in prædictis Capellis ſibi valeant vindicare.

Hanc igitur Tranſactionem ratam habentes ſuper Cauſſa, quam de mandato Domini PP. terminandam ſuſcepimus, Auctoritate quâ fungimur confirmamus, & præſentis Paginæ Patrocinio roboramus. Statuentes, & ſub anathematis intentatione inhibentes, ne quis huic noſtræ Confirmationi auſu temerario in aliquo obviare, vel eam temerè perturbare præſumat; ſalvâ ſemper in omnibus Sedis Apoſtolicæ Authoritate.

Actum Remis in Palatio noſtro Pontificali, anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſexto.

Data per manum Alexandri Cancellarii noſtri.

Bulla Alexandri III. Papæ, qua præcedens Archiepiſcopi Remenſis Decretum confirmatur.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Fratribus S. Petri Gandavenſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Commiſſi nobis Officii cura exigit, & integritas rationis expoſcit, ut ea quæ concordiâ vel judicio ſtatuuntur, rata & firma habentes, Apoſtolicæ curemus firmitatis roboro communire.

Audivimus ſiquidem, cum inter vos & Capellanos Eccleſiarum veſtrarum, S. Joannis videlicet, St. Nicolai, & S. Jacobi in Gandavo, ſuper eiſdem Eccleſiis controverſia mota fuiſſet, & Cauſſa ſuper hoc à Nobis Vene-

rabili Fratri noſtro Remenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ Sedis Legato, delegata, inter Vos ſuper eadem controverſia pacificè & amicabiliter compoſuiſtis.

Quam utique compoſitionem, ſicut de conſenſu partium facta eſt & hinc inde ſuſcepta, ratam & firmam habentes, Authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti Patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino homini liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Anagniæ IV. Nonas Martii.

CAPUT XCVI.

Decanus & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Stæ. Monegondis Chimacenſis, in Hannonia, dotant novellam Abbatiam Alnenſem Religioſorum Ciſtercienſium, Diœceſis Leodienſis, anno 1178.

Ex Archivis Capituli Chimac.

IN nomine S. Trinitatis. Ego Gombertus, Dei gratiâ Decanus humilis Simacenſis Eccleſiæ Canonicorum Conventûs, omnibus fidelibus in perpetuum.

Quæ a fidelibus conferuntur Eccleſiis, ſic teſtium approbatione & Litterarum adminiculo debent fulciri, ut nec temporum mutentur varietate, nec pravorum hominum violentur infidelitate.

Igitur quæ noſtro fideliter acta ſunt tempore, lectionis hujus ſerie ad poſteriorum curavimus notitiam tranſmittere.

Simon Simaci Præpoſitus totum Allodium de Siccavilla, partim feodaliter, partim verò liberè poſſidebat. Et quia feodalem partem ſine conſenſu Dominorum, de quibus eam tenebat, nulli Eccleſiæ dare poterat, reliquas duas partes, id eſt tertiam partem Allodii, partim in terris, ſilvis, pratis, aquis, tam eam partem, quam liberè à ſuis Prædeceſſoribus poſſidebat, quam illam quam de Eccleſia Simacenſi, ſub annuo cenſu trium ſolidorum valente, in Nativitate S. Joannis ſolvendorum, tenebat, aſſenſu & conceſſione Simonis & Joannis filiorum ſuorum, nec non filiæ ſuæ Mathildis, & conjugis ejus Nicolaæ, Ciſtercienſis Ordinis Fratribus in Alna (1) degentibus, pro remedio animæ ſuæ & parentum ſuorum in eleëmoſynam perpetuò tenendam donavit.

Nos quoque eam, quæ de noſtra Eccleſia dependebat, partem, prædictis Fratribus ſub præfixo cenſu benignè conceſſimus, quatenus eorum beneficiis in cæleſti regno participari mereamur.

Et ſciendum, quod pars illa, quæ Fratribus prædictis data eſt, nec villicum, nec foreſtum habebat ullum. Hanc autem Donationem Egidius de Simai, qui ſuper eam calumpniam faciebat, in præſentia Domini Jacobi de Avennis (2) & aliorum multorum laudavit, & manu propriâ jam dictis Fratribus aſſignavit.

Adhuc autem prædictus Simon cum prædictis filiis ſuis eleëmoſynam ſuam volens ampliare, omnium pratorum reliquorum de Sicca-villa, tam dominicalium quam cenſualium tertiam partem, ſcilicet fructus & cenſus, inſuper ad dimidiam partem decimæ quæ ſua erat, univerſorum prædictorum pratorum ſæpe-dictis Fratribus ſimili modo contradidit.

Hæc omnia facta & recognita ſunt in facie multorum tam Clericorum quam Laïcorum, anno Incarnationis Dominicæ M. C. LXX VIII. Indictione II. & Sigillo Eccleſiæ noſtræ munita, teſtiumque ſubſcriptione roborata.

Teſtes: Gombertus, Thomas, Alardus, Gerardus, Presbyteri.

Nicolaus, Guido, Nicolaus, Subdiaconi.

Liberi: Joannes, Ægidius de Simai.

Jacobus de Avennis.

Rogerius filius Macarii.

Nicolaus de Peris.

Homines ipſius Simonis: Guerricus de S. Remigio, Oliverius de Salle, Hugo Pelins, Godefridus de Marle, Rudolphus le Telin, Simon.

(1) ALNA, inſignis Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Leodienſi, ad Sabim fluvium, juxta Oppidum Thudinienſe. Sanctum Landelinum Lobbientis Abbatiæ conditorem, authorem habuit circa annum 656. Ac primò quidem fuêre Monachi, dein Clerici; quibus amotis, anno 1144 Albero Leodienſis Epiſcopus primò Religioſos ſub Regula S. Auguſtini (juxta Diploma apud Miræum pag. 823 Tomo II.) dein quarto poſt anno ipſe S. Bernardus Fundator Ordinis Ciſtercienſes ſuos ſubſtituit.

(2) JACOBUS DE AVENNIS, vir ſuo tempore celeberrimus, unà cum reliquis Belgii proceribus ad expeditiones Terræ Sanctæ profectus, anno 1191 glorioſè occubuit. Plura de ipſo apud Miræum T. I. pag. 435.

CAPUT XCVII.

Everardus Tornacenſis Epiſcopus pro Anniverſario ſuo & in gratiam cognati ſui Gerardi Abbatis S. Petri Ordinis S. Benedicti juxta Gandavum, donat huic Monaſterio anno 1179 *Altare de Calloo, anno* 1180 *Altare de Melſſene, &* 1183 *Altare de Vracene; quæ modo ſunt Diœceſis Gandavenſis.*

Ex Archivis Abbatiæ

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs S. Amen. Ego Everardus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum.

In hoc poſiti ſumus & præeſſe debemus, ut neceſſitates Eccleſiarum noſtras faciamus; quia non ſolum officii noſtri eſt, indigentibus ſubvenire, ſed etiam bene volentibus opem ferre.

Inde eſt, quod omnibus Chriſti fidelibus præſenti Paginâ ſignificamus, quod Balduinus Perſona Eccleſiæ de Calulo Perſonatum & Altare de Calulo cum appendiciis ſuis liberè & ſine conditione in manibus noſtris reſignavit. Quod Nos cum appendiciis ſuis Eccleſiæ B. Petri in Gandavo, ad petitionem dilecti nobis in Chriſto Gerardi Cognati noſtri, ejuſdem loci Abbatis, pro remedio animæ noſtræ & Anniverſario noſtro in perpetuum faciendo, ſeu etiam pro expiatione Prædeceſſorum noſtrorum Tornacenſium Pontificum, vel parentum noſtrorum (ſalvo jure noſtro & miniſtrorum noſtrorum) liberè in perpetuum poſſidendum donavimus.

Et ne Eccleſia B. Petri per revolutiones temporum à quibuſlibet perſonis aliquam hujus Donationis moleſtiam ſuſtineat, ipſam Donationem Sigilli noſtri Auctoritate confirmavimus, & ne quis contra eam ſcienter venire præſumat, ſub anathemate prohibemus.

S. Domini Everardi Tornacenſis Epiſcopi.
S. Arnulphi Archidiaconi.

Actum Gandavi in Monaſterio B. Petri anno Incarnationis Dominicæ M. C. L. XXIX. Conſecrationis noſtræ anno VII. ſeptimo Kalendas Junii.

II. *Donatio Altaris de Melſene & Haeſdonck, ann.* 1180.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Everardus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, in perpetuum.

Officii noſtri nos hortatur authoritas, imo charitas Chriſti compellit, juſtis piè petentium deſideriis benignè condeſcendere, & ut vota & preces efficacem effectum obtineant, operam totis viribus impendere, pro eo quod ſcriptum eſt: *Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus ad preces eorum.*

Proinde univerſitati fidelium præſenti Paginâ ſignificamus, quod Hugo Perſona de Melſele Eccleſiam prædictam de Melſele cum appendiciis ſuis Avexdonck liberè & ſine conditione in manibus noſtris reſignavit.

Nos autem Eccleſiæ B. Petri in Gandavo, pro remedio animæ noſtræ & celebratione Anniverſarii noſtri in perpetuum faciendi, ſeu etiam pro expiatione Prædeceſſorum noſtrorum Tornacenſium Pontificum vel parentum noſtrorum, Eccleſiam ipſam cum appendiciis ſuis in perpetuum poſſidendam contulimus, ſalvo jure noſtro & miniſtrorum noſtrorum.

Et ne Eccleſia B. Petri per revolutiones temporum aliquam Donationis ſuæ moleſtiam ſuſtineat, ipſam Donationem Sigilli noſtri impreſſione ſignavimus, ſub anathemate prohibentes, ne quis elecmoſynam noſtram perturbare vel inquietare præſumat. Si quis autem contra judicium & juſtitiam præſumpſerit, partem cum Dathan & Abiron, quos terra vivos abſorbuit, accipiat, & judicium Dei viventis iocurrat, donec ablata reſtituerc, & rearum ſuum congruâ ſtuduerit ſatisfactione corrigerc.

Siquidem Teſtes, qui Donationi huic interfuerunt, præſenti Scripto annotare curavimus.

S. Domini Everardi Tornacenſis Epiſcopi.
S. Guntheri Chriſtianitatis Decani.
S. Theodorici Condatenſis Decani.

Actum Gandavi anno Incarnationis Dominicæ M C. LXXX. octavo Conſecrationis noſtræ anno, pridie Kalendas Aprilis.

III. *Donatio Altaris de Vracene anno* 1183.

EVerardus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, omnibus tam futuris quam præſentibus in perpetuum. Sicut egenos & inopes prohibemur jejunos dimittere, ne deficiant, ita poſitis in via manum conſolationis apponere monemur, ut proficiant. Quia non ſolum officii noſtri eſt, ab illicitis abſtinere, ſed etiam manum & animum juſtis actionibus convenienter inflectere; ut ſi carnalia noſtra ſeminamus, ſpiritualia metere valeamus; & dum licet operari bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei, faciamus: ut cum defecerimus, ab ipſis & per ipſos in æterna tabernacula recipiamur.

Hac

Hac ratione inducti, notum facimus omnibus Chriſti fidelibus, futuris & præſentibus, quod Salomon Clericus Eccleſiam de Vracene quam Canonicè poſſidebat, liberè & ſine conditione Nobis reſignavit.

Nos autem ipſam Eccleſiam cum appendiciis ſuis, Eccleſiæ, Gerardo Abbati, & Fratribus S. Petri Gandenſis, ob memoriam deceſſus noſtri celebrandam, ſeu etiam pro expiatione Prædeceſſorum noſtrorum Tornacenſium Pontificum, & omnium parentum noſtrorum (ſalvo jure noſtro & miniſtrorum noſtrorum) in perpetuum poſſidendam contulimus, ipſamque Donationem Sigilli noſtri Authoritate munivimus, & nomina Teſtium, qui interfuerunt, ſubſcribi fecimus.

Si quis autem hanc noſtram Donationem ſciens, contra eam ordine judicii prætermiſſo venire præſumpſerit, divinæ maledictioni ſubjaceat, donec reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit.

S. Domini Everardi Tornacenſis Epiſcopi.
S. Domini Arnulphi Tornacenſis Decani.
S. Hogonis de Tenremunda.
S. Salomonis quondam Perſonæ de Vracene.
S. Domini Gerardi Abbatis S. Petri Gandenſis.
S. Joannis Cantoris Tornacenſis.
S. Magiſtri Gilberti de Scornay.
S. Hugonis de Popioel.

Actum Gandavi apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. C. LXXXIII. quarto Nonas Octobris, concurrente V. Indictione I. Epactâ XXV. Conſecrationis noſtræ XI.

IV. Confirmatio Alexandri III. Papæ.

ALexander Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Abbati & Fratribus Monaſterii S. Petri Gandenſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt, nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere.

Ea-propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Eccleſiam de Meſſela cum appenditiis ſuis Aveſdonc, Eccleſiam quoque de Callulo, Perſonatum & Altare ipſius loci cum appendiciis ſuis, ſicut ea Vobis Venerabilis Frater noſter Everardus Tornacenſis Epiſcopus Canonicè contulit, & vos pacificè poſſidetis, Vobis & per vos Monaſterio Veſtro Authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſcotis Scripti Patrocinio communimus.

Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario Contraïre. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Tuſculano, XVI. Kal. Julii.

CAPUT XCVIII.

Alardus Dominus de Chimaco, & Simon ibidem Præpoſitus, dotant Abbatiam de Claro-fonte, Religioſorum Præmonſtratenſium, Diœceſis Laudunenſis in Gallia, anno 1189.

Ex Archivis Capituli Chimac.

EGo Alardus (1) Dominus de Simaco, ſcire volo præſentes & futuros, quod Simon Præpoſitus de Simaco, & Joannes Frater ejus, pro remedio animarum ſuarum, in eleëmoſynam contulerunt Eccleſiæ de *Claire-Fontaine* ſeu *Clarofonte* (2) duos modios, unum ſpeltæ & alterum avenæ, ad menſuram de Simaco, quos eadem Eccleſia in Decima de Macquons ſingulis annis accipiet, decimamque fœni, lini, & cannabis, & totam minutam decimam ejuſdem Villæ, quam tenebant Milites iidem; prænominatæ Eccleſiæ in eleëmoſynam perpetuam conceſſerunt; exceptâ quâdam decimæ portiunculâ, quam ad luminare Eccleſiæ de Macquons in eleëmoſynam ante donarunt.

Pro hac Decimæ portiuncula, aſſenſu & voluntate prædictorum Militum & omnium Virorum Villæ de Macquons, Eccleſia de Claro-Fonte debet dare ſingulis annis in perpetuum Eccleſiæ de Macquons unum olei ſextarium. Hoc oleum accipient homines de Macquons in Eccleſia de Claro-Fonte in tempore mediæ Quadrageſimæ annuatim, ad luminare Eccleſiæ de Macquons, ut ardeat in Veſperis & Matutinis Feſtorum celebrium, quæ cantabuntur ibidem in perpetuum.

Et hoc modo totam minutam Decimam de Macquons, Eccleſia de Claro-Fonte integrè & liberè in perpetuum poſſidebit. Eleëmoſynam hujus Decimæ & annonæ ad ſacrarium Claro-Fontenſis Eccleſiæ ſæpedicti Milites ita firmiter & integrè prupter honorandam Eccleſiam ioſtituerunt, ut à nullo præſentium aut futurorum tolli poſſit, vel minui poſſit à Sacrario Eccleſiæ uſque in ſempiternum. Etiam omnem paſturam de Sicca-Villa in ſilvis & extra ſilvas prædicti Milites memoratæ Eccleſiæ in perpetuum conceſſerunt, annuentibus Walthero & Nicolao amborum nepotibus

Quia verò prædicta Decima de feodo meo descendit, Ego & Uxor mea & liberi mei pro remedio animarum nostrarum, sicut cum dictis Militibus data est, eam Ecclesiæ de Claro-Fonte libenter damus; & ut semper rata permaneat, Sigilli nostri impressione & legitimorum virorum, qui subnotati sunt, testimonio confirmamus.

Godefridus Decanus.
Merardus, Guido, Nicolaus, Rogerius, Canonici.
Rogerius.
Gerardus, & filius ejus Jacobus.
Thomas de Merlemont.
Joannes Pere.
Gerardus, Hugo, Milites.
Radiephus de Jamcins.
Alardus Barlbot, Burgenses.

Actum anno Incarnationis Dominicæ M. C. LXXXIX.

(1) Alardus, Dominus de Chimaco, verisimiliter filius aut nepos illius, cujus beneficentiæ erga Abbatiam S. Nicasii Remensis anno 1148, supra meminimus pag. 668. Porro idem Alardus notus etiam est in aliis Diplomatibus apud Miræum Tomo I. pag. 722 & 298, ubi adducitur ut Testis annis 1197 & 1213.

(2) Clarus-Fons, Abbatia Religiosorum Præmonstratensium, olim fundata in Diœcesi Laudunensi, per Eilbertum Comitem Veromanduorum ejusque conjugem Gertrudem, qui & fundarunt Abbatiam Walciodorensem; & verisimiliter etiam juxta Traditionem Canonicorum Chimacensium ipsam eorum Ecclesiam; ut latiùs infra dicam ad annum 1451.

Cæterum hæc Abbatia Clari-Fontis anno 1671 jussu Ludovici XIV. Franciæ Regis translata fuit in Oppidum Villarii Corresti, (*Villers-Cotterets*) in Diœcesi Suessionensi. Sunt & quædam aliæ ejusdem nominis Abbatiæ in Gallia.

CAPUT XCIX.

Stephanus Tornacensis Episcopus donationem quorumdam Altarium à Prædecessore suo Everardo factam Abbatiæ S. Petri Ordinis S. Benedicti Gandavi, confirmat anno 1196.

Stephanus Dei permissione Tornacensis Ecclesiæ humilis Minister, omnibus ad quos Litteræ istæ pervenerint, in perpetuum.

Eos qui in Ecclesia Deo autbore prælati sunt, paternâ sollicitudine subjectis suis providere, & maximè qui Religionem professi sunt, defendere ac fovere decet: ut sub eorum patrocinio spiritualiter simul & temporaliter servetur eorum quies, ordo refloreat, Deus honoretur, & amor proximi convalescat.

Hæc attendentes, Monasterium B. Petri in Gandavo specialiter diligere, & quantum possumus, augere volumus; & ea præcipuè quæ ab Antecessoribus nostris Tornacensibus Episcopis eidem Ecclesiæ tam benevolè quam beneficè collata sunt, manutenere ac servare.

Inter alia Ecclesias, præcipue de Vracene, de Calulo, de Melsene, cum omnibus appenditiis earum, quas bonæ memoriæ Prædecessor noster Everardus Episcopus Fratribus prædicti Monasterii pro remedio animæ suæ & Tornacensium Pontificum contulit, Nos quoque ejusdem beneficii participes & consortes esse desiderantes, liberaliter ac libenter concedimus; salvo jure Episcopali & ministrorum nostrorum.

Et ne imposterum aliquis Successorum nostrorum pravâ alicujus suggestione super hiis adversus prædictum Monasterium aliquam quæstionem moveat, quantum nobis licet, interdicimus & prohibemus.

Ad majorem etiam cautelam conscribi fecimus, & consignari.

Actum anno ab Incarnatione Domini, M. C. nonagesimo sexto.

CAPUT C.

*Philippus II. Augustus Francorum Rex Fundationem Capituli Canonicorum Sti. Petri Insulensis, quondam à Balduino Pio Flandriæ Comite * anno 1055 instituti, novo Diplomate confirmat anno 1202.*

* Vide Diploma apud Miræum pag. 65.

Ex Archivis Capituli S. Petri Insulensis.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Philippus Dei gratiâ Francorum Rex. Noverint universi, præsentes pariter & futuri, quod sicut ex Autentico Illustris Viri Baudoini Flandrensis Comitis, Marchionis & Procuratoris & Bajuli Philippi quondam Francorum Regis Sigillo ejusdem Philippi Francorum Regis sollempniter

confirmatu cognovimus, idem Baldoinus aſſenſu & conſilio conjugis ſuæ Adelæ & filii eorum Baldoini Baſilicam in honore Sancti Petri Apoſtolorum Principis à fundamento conſtruens Congregationem Canonicorum in eadem, Dei clementiam pro anima ſua & Anteceſſorum ſuorum uxoriſque ſuæ ac filiorum ſuorum & omnium Dei fidelium die noctuque exorare inſtituit, eiſque ad uſus neceſſarios de rebus poſſeſſionis ſuæ tradidit quæ inferius continentur, libera videlicet omni modo & ab omni dominatione ſeu poteſtate cujuſquam abſoluta; exceptâ ejus quidem quem Præpoſitus & Canonici ejuſdem Eccleſiæ in loco à progenitoribus * Iſla nominato ſuodatæ, communi elegerint volontate, qui & ipſe quoque tamdiu & non ulterius eorum rebus præſit quamdiu eis placuerit.

* hodiæ Inſulæ Flandrorum.

In territorio Iſleoſi, in villa quæ dicitur Ulma octo manſos terræ.

In villa Wellenguelhem tres manſos & ſex bonaria.

In Wauſcemi tres manſos & quatuor bonaria.

In Lechim * tres manſos & quatuor bonaria.

* Vide ſupra pag. 665.

In Scelmes 2 manſos & 7 bonaria.

In Anethires juxta Petre unum manſum.

In Marcham ſeadecim bonaria & tres partes unius bonarii.

Juxta fluvium Marcbam ſeptem manſos & octo bonaria & tres partes unius bonarii.

In Formeſtraus quatuordecim bonaria.

In Doleſmons quindecim manſos & ſex bonaria.

Apud Fleis unum manſum.

Apud Fins in honore ſancti Mauricii Altare; eâ tamen ab Epiſcopo Baldoino conditione conceſſum, ut ibi duabus perſonis Canonicorum electione conceſſis atque poſitis, cum ſecunda à vita diſceſſerit, non amplius decem ipſi Epiſcopo vel Succeſſoribus ejus ſolidi perſolvantur, pro reſtitutione ſcilicet duarum perſonarum, & ſic res inter eos omni tempore procedat.

Apud Waſemias Bodium Eccleſiæ.

Apud Auſnspiam item Bodium Eccleſiæ.

Apud Bauſerdam decimam unam.

In Suburbio ejuſdem caſtri id eſt Iſlenſis, unicuique Canonicorum Curtile unum.

Infra Caſtrum autem quæ adjacet Eccleſiæ officinis & domibus Clericorum aptam toram terram, cujus terminus eſt via veniens à ſeptentrionali porta uſque ad metam atrii verſus meridiem, ab orientali vero parte murus aquæ contiguus pertingens per circuitum uſque ad præfatam portam.

* Moucron prope Cortracum.

In territorio Curtracenſi ad Muſqueron * quinque manſos.

Apud Guodelingubem bodium Eccleſiæ & unum manſum terræ.

Vulgo Iſeghem.

Apud Iſemguehem ſex manſos & ſex bonaria.

In territorio Sancti Audomari apud Flerecham decimam unam.

In territorio Furnenſi in villa Elverdengues decimam unam.

Flambertengues * decimam ſimiliter unam.

* Vulgò Vlaemertinghe.

In territorio Iprenſi in villa Quemble * quinque manſos terræ.

* Kemmel.

Apud villam Marcham quinque manſos & tres partes unius bonarii.

In territorio Brugenſi in villa Roſelers * medietatem Bodii Eccleſiæ & duas partes decimæ cultorarum præfati Comitis.

* Rouſſelaer.

In Parochia villæ quæ dicitur Eſnes in loco ovium Bircla nomine tres berearias & quartæ tertiam partem, & inſuper viginti oves cum terra eis competenti.

In Moneta Iſlenſi hebdomadariis Miſſam pro defunctorum ſalute omni die celebrantibus quatuordecim denarios, octo Presbytero, quatuor Diacono, duos Subdiacono.

Cantori quoque de eadem Moneta viginti ſolidos; medietatem horum in dedicatione Eccleſiæ ipſius, reliquum vero in Purificatione Sanctæ Mariæ.

In præfato loco id eſt Bircla, duas partes unius bercariæ.

Bodium de Everlinguhem, poſt obitum Reneri.

Præterea ejuſdem loci Præpoſito inferius nominando conſtituit.

Apud Huveſe quatuor manſos.

Apud Inchesbuſche duos manſos.

Apud Baerol & Sart & Crois tres manſos.

In Lotarii Regno juxta Aquas-grani in loco qui dicitur Vaus ſeptem manſos.

In præfata villa ſcilicet Moſqueron duos manſos Eccleſiæ in dotalitio.

Io Parrochia Alfrenguhem unam bercariam.

In foro Iſlenſi altare Sancti Stephani cum bodio tam novæ quam veteris terræ.

In Suburbio ejus curtile unum & molendinum unum cum curtili.

Quin etiam Uxor mea elemoſinarum & remunerationis à Domino cum eo particeps eſſe cupiens, & illius dominici verbi reminiſcens (*Hoſpes fui & ſuſcepiſtis me, eſurivi & dediſtis mihi manducare*) contulit ſupradictæ Eccleſiæ Villam in Atrebatenſi pago ſitam, nomine Aſles ad hoſpitium & refectionem pauperum; eâ tamen ratione, ut Canonici exinde ſingulis annis quadraginta ſolidos habeant, in ipſius dedicatione.

Dedit quoque preterea bodium Eccleſiæ de Duleſmons Theſaurario, ut ex eo unoquoque anno duodecim ſolidos Canonici percipiant in die ſollempni Apoſtolorum Petri & Pauli; quod eodem die celebrabunt Anniverſarii diem patris ejus Roberti Francorum quondam Regis, & pauperes panem unius modii variæ annonæ & duas quaſcorum penſas.

Sed & Altare Sancti Petri in cripta ex eo omni tempore ſæculi per noctium tempora indeficiens lumen habeat.

Si quis autem his in aliquo contraire aut contradicere voluerit, centum libras auri perſolvat, & bannum Regis, & quod tentavit irritum fiat.

Quod ut perpetuam teneat ſtabilitatem, nos ad petitionem Kariſſimæ Neptis noſtræ & fidelis Mariæ Comitiſſæ Flandriæ & Hannoniæ, quæ erat in loco Comitis Baldoini mariti ſui, & cui idem Comes plenam omnium contulerat poteſtatem, dum idem Baldoinus Jeroſolomam peregrè proficiſceretur, & ad petitionem etiam ejuſdem Eccleſiæ renovantes autenticum Præfati Baldoini Flandriæ Comitis Marchionis, & autenticum ejuldem Philippi Regis Francorum Anteceſſoris noſtri, ipſius Sigillo ſolempniter confirmatum, Sigilli noſtri Auctoritate & Regii nominis Karactere inferius annotato præſentem Paginam præcepimus confirmari.

Actum Pariſius anno Incarnati verbi milleſimo ſecundo, Regni noſtri anno viceſimo quarto, Aſſantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſuppoſita ſum & ſigna, Dapifero nullo.

Signum Guidonis butielarii.
Signum Matthei Camerarii.
Signum Droconis Conſ. Tabularii.
Data vacante B— S— P < Cancellaria.

CAPUT CI.

Henricus Brabantiæ Dux concedit anno 1210 Abbatiæ S. Michaelis Ordinis Præmonſtratenſis Antverpiæ, jus piſcandi in aquis de Berendrecht, Orderen, Wilmerſdonck & Auſtruweel. Quod ipſum confirmant Joannes III. Brabantiæ Dux anno 1353. & Philippus Comes Flandriæ, anno 1393.

PHilippus Regis quondam Francorum filius, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, Artheſiæ & Burgundiæ Palatinus, Dominus de Salinis, Comes Regiteſtenſis ac Mechliniæ Dominus, univerſis, præſentibus pariter & futuris, ſalutem.

Notum facimus, nos vidiſſe, & de verbo ad verbum legi feciſſe quaſdam Litteras ſanas & integras bonæ memoriæ deffuncti Domini H. Dei gratiâ Lotharingiæ Ducis, ejus Sigillo, prout apparebat, ſigillatas; quarum tenor ſequitur, in hæc verba.

H. Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, omnibus præſentes Litteras viſuris, ſalutem & cognoſcere veritatem.

Noverint univerſi, quod nos omnem piſcariam & omne jus piſcandi, quod habuimus in aquis de (1) Berendrecht, de (2) Orderen, & de (3) Wilmaerſdonck, nec non (4) Ouſtruwele, Viris Religioſis Abbati & Conventui S. Michaelis in Antwerpia Præmonſtratenſis Ordinis, ob ſalutem animæ noſtræ & Prædeceſſorum noſtrorum, in puram eleëmoſinam liberè contulimus perpetuò poſſidendum.

Teſtes Mgr. Walterus & Mgr. Joannes de Sterebeke Notarii;
Ar. de Waleem,
W. Vulpes, & alii quam-plures.

Datum anno Domini M. CC. X. menſe Aprili.

Ac alias defuncti Johannis Dei gratiâ Lotharingiæ Brabantiæ ac Limburgiæ Ducis, tenorum qui ſequitur, continentes.

JOannes Dei gratiâ Lotharingiæ Brabantiæ ac Lymburgiæ Dux, Sacrique Imperii Marchio, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem in Domino.

Cum dudum felicis recordationis Dominus Henricus Dux Lotharingiæ, Prædeceſſor noſter cariſſimus, ob animæ ſuæ ſalutem, in puram eleëmoſynam contulerit Viris Religioſis Abbati & Conventui Monaſterii S. Michaelis in Antwerpia Ordinis Præmonſtratenſis, omnem Piſcariam & omne jus piſcandi, quam & quod habuit in aquis de Berendrecht, de Ordren & de Wilmerſdonck, & de Ouſtrewele, prout in Litteris dicti Prædeceſſoris noſtri lucidiùs continetur;

Nichilominus incolæ dictorum locorum, videlicet de Orderen & Wilmerſdonck, prætendentes ſe habere de conſuetudine ac uſu præſcriptis in dictis aquis jus piſcandi, dictis Religioſis in præmiſſis turbationem & gravamen inferebant, Ipſos Religioſos contra præfatas Litteras & earum tenorem indebitè moleſtando, prout iidem Religioſi Nobis monſtrarunt querulosè.

Nos vero ad ammovendum omnem quæſtionis materiam ſuper præmiſſis inquiri fecimus, Litteraſque dictorum Religioſorum examinari.

Inventum eſt per præcedentem inquiſitionem, dictis Incolis nullum jus piſcandi competiſſe nec competere in aquis prædictis, ipſiſque ſilentium eſſe imponendum perpetuum, prout per propriam earumdem recognitionem ſpontanèe factam, ſilentium eiſdem impoſitum fuit ſententialiter per Scabinos noſtros Antverpienſes perpetuè, quodque de cetero nullam turbationem dictis Religioſis in dictis piſcariis inferri præſumerent quovis modo.

Nos igitur ad perpetuam rei memoriam, & ad amovendum omne dubium, quod impoſterum oriri poſſet ſuper & de præmiſſis, dictus Religioſis dictam piſcariam, & omne jus piſcandi

piſcandi, illam declarantes & declaratam eſſe volentes, perpetuis temporibus pro nobis & noſtris Succeſſoribus, à terminis ſubnotatis, videlicet ab aggere dicto Zudewinde & Ettenhove, tendente & dirigente directè verſus Oppidum noſtrum Antverpienſe cum omnibus gurgitibus & aquis, in locis de Orderen & Wilmerſdonc, nec non Ooſterwele, ob ſalutem animarum Progenitorum noſtrorum, atque noſtræ, in puram eleemoſynam dictis Religioſis innovamus, damus, & de novo conferimus, liberè purè & abſolutè fruendum habendum & poſſidendum, omnibus dolo & fraude penitus excluſis & ſemotis.

In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Datum Antwerpiæ viceſimâ primâ Menſis Februarii, anno Domini M. C. C. C. quinquageſimo tertio, ſecundum ſtylum & conſuetudinem Curiæ Cameracenſis.

Per Ducem Brabantiæ, præſentibus Dominis de Breda, de Witham, Receptore, Seneſcallo & Cancellario Brabantiæ.

DEinde Nobis fuit pro parte dilectorum noſtrorum Abbatis & Conventûs Monaſterii S. Michaelis in Antwerpia Ordinis Præmonſtratenſis Cameracenſis Diœceſis humiliter ſupplicatum, quatenus eaſdem Litteras & in eis contenta, de noſtra gratia confirmare dignaremur.

Nos igitur ipſorum Supplicationi tamquam piæ & rationabili annuentes, ſupraſcriptas Litteras & in eis contenta, prout dicti Religioſi debitè uſi ſunt, laudamus & approbamus; ac de noſtra ſpeciali gratia tenore præſentium confirmamus, ſalvo jure noſtro & quolibet alieno.

Et ut omnia & ſingula ſupra-ſcripta robur obtineant perpetuæ firmitatis, præſentes Litteras noſtri Sigilli juſſimus appenſione muniri.

Datum Tornaci tertiâ die Julii anno Domini M. trecenteſimo nonageſimo.

(1) Berendrecht, Parochia Diœceſis Antverpienſis, de jure Patronatûs Capituli Cathedralis; uti & ſequentes.

(2) Ordiren, qui in vetuſtis Diplomatibus apud Miræum pag. 279 vocatus olim fuit Olmeremuthen.

(3) Wilmarsdonck, ſub Dominio S. P. Q. Antverp.

(4) Oustruwael, aliàs Auſterweel.

CAPUT CII.

Joanna Flandriæ Comitiſſa recognoſcit donum 300 *librarum à Capitulo S. Petri Inſulenſi acceptum anno* 1221, *pro liberatione Comitis Ferrandi mariti ſui.*

EGo Johanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa. Omnibus notum facio, quod Capitulum Beati Petri Inſulenſis ad redemptionem Kariſſimi Domini mei F Comitis Flandriæ & Hannoniæ dederunt trecentas libras Flandrenſis monetæ.

Et ſciendum quod iſtud donum non pro aliquo jure, imo nominatim pro Deo & Dei gratia fecerunt, & occaſione iſtius doni non poſſunt de cætero in aliquam trahi conſuetudinem.

Datum Curtraci Sabbatho poſt Mariæ Magdalenæ anno Domini M. C. C. viceſimo primo.

Joanna Conſtantinopolitana filia & heres Balduini Flandriæ Hannoniæque Comitis, dein Imperatoris Conſtantinopolitani, ex patris imperio nihil præter nomen adepta, nupſit Ferdinando ſeu Ferrando, Sanchii nunc tantum Comitis Portugalliæ filio. Hunc in Bovinenſi prælio victum, vindumque per annos plurimos tenuit Philippus Auguſtus Francorum Rex. Atque ex hac captivitate Ferrandus demum ſolutus fuit anno 1226, ſeu 27, per S. Ludovicum IX. Regem, interventu Blanchæ matris ejus; ut refert Meyerus in Flandriæ Annalibus.

Non tamen ſine lytro liberatus fuit; ad quod omnes Flandriæ Hannoniæque Status concurrerunt. Prout imprimis patet è ſupra-citato Diplomate, de Capitulo Inſulenſi; item de contributione Abbatiæ S. Vedaſti Atrebati, Chartam Joannæ Comitiſſæ refert Baluſius Miſcellaneorum Tomo II. p. 269, uti & plura alia digna notatu pro Hiſtoria Belgica, de captivitate ac liberatione præfati Comitis Flandriæ.

Ac ſignanter apud eundem Baluſium pag. 251 extat Charta Ferrandi & Joannæ Comitum Flandriæ, quâ profitentur Ludovico IX Regi ſolutionem viginti-quinque mille librarum Pariſienſium, pro liberatione Ferrandi; item pro aliis 25000 poſtmodum ſolvendis oppignorant ei Oppida Inſulenſe, Duacenſe, & Sluſanum in Flandria.

CAPUT CIII.

Waltherus de Marvis Tornacenſis Epiſcopus FF. Minores in Urbem Gandavenſem admittit anno 1226, vivente adhuc eorum Inſtitutore S. Franciſco.

Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Sedis Apoſtolicæ Litteras à Miniſtris FF. Minorum Nobis exhibitas diligenter inſpeximus, in quibus expreſſè vidimus contineri generaliter, Fratribus prædictis indultum, ut in domibus in quibus habitant (ſalvo jure Parochiali) divina poſſint in Altari portatili celebrare.

Minoſtri vero præfati nobis humiliter ſupplicaruot, ut Fratres eorum apud Gandavum morantes, juxta formam Indulgentiæ memoratæ, poſſint de noſtro aſſenſu & beneplacito celebrare divina.

Nos igitur, ſuper hiis Viri venerabilis Abbatis S. Petri Gandenſis ac Presbyterorum Parochialium requiſito conſenſu, piæ petitioni prædictorum Fratrum clementer annuimus. Concedentes eiſdem, ut tam Apoſtolicâ quam Diœcetanâ freti Authoritate, in domo in qua apud Gandavum morantur, divina poſſint officia celebrare; Jure Parochiali per omnia ſemper ſalvo.

Ita quod in oblationibus, quæ in Capella Domûs illius offerentur ad Miſſam, ſæpe-fati Fratres nihil juris habebunt, ſed eas fideliter & integrè reſtitueot Parochialibus Presbyteris & Perſonæ.

Ut hæc igitur in poſterum rata permaneant & ab hominum memoriâ non recedant, præſentes Litteras ſcribi fecimus, & Sigilli noſtri munimine roborari.

Actum anno Domini M. C. C. vigeſimo ſexto.

CAPUT CIV.

*Ferrandus & Joanna Flandriæ Comites, eorumque Soror & heres Margareta; hujuſque filius Guido Comes benefaciunt ann. 1228 & 1263 Eccleſiæ Abbatiali B. M. V. in Bolonia * tunc Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini, dein à † Pio V. Pont. (anno 1566) mutatæ in Cathedralem, pro Epiſcopo Morino-Bolonienſi.*

* Vulgo Boulogne ſur mer.

† Vide Bullam ejus apud Miræum pag. 1102.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulenſis.

Nos Margareta Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa, notum facimus univerſis, quod nos Litteras bonæ memoriæ Ferrandi Flandriæ & Hannoniæ quondam Comitis & Kariſſimæ Dominæ Sororis noſtriæ piæ recordationis Johannæ quondam Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſæ Uxoris ejus, Sigillis eorum figillatas, vicio & ſuſpitione carentes vidimus, in hæc verba.

Ferrandus Flandriæ & Haynnoniæ Comes & Johanna Flandriæ & Haynnoniæ Comitiſſa, univerſis præſentes Litteras inſpecturis in Domino ſalutem.

Univerſitati veſtræ præſentibus innoteſcat, quod nos divinæ intuitu pietatis propter noſtrarum & Anteceſſorum remedium animarum Eccleſiæ B. Mariæ de Bolonia cooceſſimus & dedimus liberaliter & benignè octo libras Flandriæ annis ſingulis de cenſu noſtro & Succeſſorum noſtrorum apud Gravelinghes capiendas, de quibus in pane, vino & candelis in Officio Miſſarum ibidem celebrandarum dicta ſibi debet Eccleſia im perpetuum providere.

Quod ut perpetui roboris obtineat firmitatem, præſentem Paginam Sigillorum noſtrorum muniminibus duximus roborandam.

Datum apud Gandavum feriâ quintâ poſt Nativitatem B. Johannis Baptiſtæ, anno Domini milleſimo ducenteſimo viceſimo octavo.

Nos vero Margarita Comitiſſa prædicta dictam collationem à præſcriptis Ferrando & Johanna Eccleſiæ B. Mariæ de Bolonia factam ſicut ſuperius dictum eſt, laudamus & approbamus & tamquam terræ Domina confirmamus.

Præterea Nos & Guido filius noſter kariſſimus Comes Flandriæ participationem omnium bonorum quæ ſunt & de cætero fient in prædicta Eccleſia conſequi cupientes, pro ſalute animarum noſtrarum, Prædeceſſorum & Succeſſorum noſtrorum conſtituimus in præfata Eccleſia duos cereos, quemliber cereum de una libra ceræ coram ſacro-ſanctis dictæ Eccleſiæ Reliquiis die ac nocte aſſiduè arſu-

ros & im perpetuum duraturos.

Pro quibus duobus cereis in prædictâ Eccleſiâ prout dictum eſt arſuris, dedimus & conceſſimus prelibatæ Eccleſiæ in eleemoſynam perpetuam viginti & quinque libras annui redditûs Flandriæ monetæ, capiendas & recipiendas ſingulis annis imperpetuum ad * Accenſam noſtram de Graveliogbes in feſto S. Remigii in capite Octobris cum prædictis octo libris quas ibidem dicta Eccleſia recipere conſuevit ex collatione F. & J. prædictorum Prædeceſſorum noſtrorum, prout in eorum Litteris, quarum tenor ſuperius eſt expreſſus & quas nobis reddidit dicta Eccleſia, plenius continetur.

* Gallicè Accifes.

Mandantes & præcipientes diſtrictè Receptori Aecenſæ noſtræ de Gravelinghes quicumque pro tempore fuerit, ut dictas viginti quinque libras ex collatione noſtra & dicti filii noſtri G. Comitis Flandriæ & octo libras ejuſdem monetæ ex collatione prædictorum Prædeceſſorum noſtrorum annis ſingulis dicto termino certo nuntio dictæ B. Mariæ de Bolonia litteras Abbatis vel Eccleſiæ prædictæ patentes deferenti, quibus ſummæ contineantur prædictæ, de quibus per ipſas Litteras confiteatur Abbas vel Eccleſia ſibi pro præſente illo anno ſatis-factum fuiſſe, ſine expectatione alterius mandati noſtri vel Succeſſorum noſtrorum indilatè perſolvat.

In cujus rei teſtimonium & perpetuam memoriam, præſentes Litteras dictæ Eccleſiæ tradidimus Sigilli noſtri munimine cunfirmatas.

Ego etiam Guido filios illuſtris Comitiſſæ prædictæ, Comes Flandriæ & Namurci Marchio, promitto, pro me & meis Succeſſoribus Comitibus Flandriæ in perpetuum firmiter obſervare.

In quorum fidem præſentibus Litteris Sigillum meum cum ſigillo Cariſſimæ Dominæ Matris meæ duxi ad prædictam confirmationem apponendum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tercio, menſe Octobris.

Litteræ Abbatis & Conventûs B. M. V. in Bolonia, de beneficentia Comitiſſæ Flandriæ anno 1228.

UNiverſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, Thomas divinâ permiſſione humilis Abbas Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Bolonia ſupra mare & ejuſdem loci Conventus ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum Domina Johanna illuſtris Comitiſſa Flandrenſis acceſſiſſet ad Eccleſiam noſtram cauſâ peregrinationis, viſis ab ea ſacro-ſanctis Reliquiis, quæ in eadem Eccleſia continentur; volens & deſiderans oratiunum & aliorum bonurum quæ in eadem Eccleſia ad præſens fiunt & fient in perpetuum obtinere participium pro anima ſua & pro animabus Patris & Matris Anteceſſorum ſuorum, dedit & conceſſit Eccleſiæ noſtræ in perpetuum, eleemoſinam redditiuum de quo parabitur panis & vinum ad confieiendum Sacramentum Altaris, & candela cerea honeſta ad omnes Miſſas quæ in præfata Eccleſia celebrantur & à modo in perpetuum celebrabuntur; ſicut in Litteris Sigillo prænominatæ Comitiſſæ ſigillatis plenius continetur.

Quod ut ratum permaneat, & prænominata elemoſina in præfatos uſus expendatur, Nos dicti Thomas Abbas & Conventus in pleno Capitulo noſtrâ fide, ſicut ſuper annexum eſt, cunceſſimus adimplere, & præſentem Paginam Sigillo noſtro & Eccleſiæ noſtræ dignum duximus roborari.

Datum anno Domini M. C. C. XXVIII.

CAPUT CV.

Capitulum S. Petri Inſulenſe concedit licentiam Fratribus Minoribus extruendi Eccleſiam, cimiterium &c. primùm extra portam Inſulenſem anno 1232, *dein intra Urbem anno* 1250, *ſub expreſſis conditionibus.*

Ex Archivis Capituli Inſulenſis.

WDecanus & Capitulum B. Petri de Inſula omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalurem in Domino.

Noverint univerſi, quod dilectis in Chriſto Frarribus Minoribus in fundo & Perſonatu noſtro infra Parochiam Sancti Mauricii de Inſula apud Derenjau morantibus, de cummuni aſſenſu die ad hoc ſpecialirer aſſignatâ, benignè cunceſſimus, ut ſalvu jure Parochiali habeant cymiterium ad opus Frarrum ſuorum; ita quod nullum penitus præter Fratres ſuos ibidem ſepeliant, niſi de noſtra licentia ſpeciali. In robur igitur & memoriam hujus rei, præſentes Litteras ſcribi fecimus & Sigilli noſtri appenſione ſignari.

Datum anno Domini milleſimu CC. triceſimo ſecundu, menſe Maiu.

WDei gratiâ Epiſcopus Tornacenſis, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalurem in Domino.

Nuverit univerſitas veſtra, quud cum Frag

tres de Ordine Minorum Inſulenſium transferre ſe vellent à loco in quo hactenus Inſulis extrà portam de Diergnau morabantur, ad Parochiam Sti. Stephani Inſulenſis in vico fullonum, quædam inter ipſos Fratres ex una parte & Venerabiles Viros Thomam de Bellomanſo Præpoſitum, W. Decanum & Capitulum Eccleſiæ B. Petri Inſulenſis ex altera, Conventio interceſſit; prout in ipſorum Fratrum Litteris ſuper hoc confectis plenius continetur. Quarum tenor talis eſt.

Univerſis præſentes Litteras inſpecturis Frater Thomas Fratrum Minorum Inſulenſium Gardianus & ſervus, totuſque ejuſdem loci Conventus ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum nos Fratres Domûs Inſulenſis transferre nos vellemus à loco, in quo hactenus morabamur, ad Parochiam S. Stephani Inſulenſis in vico fullonum, talis inter nos Fratres ex una parte, & Venerabiles Viros Thomam de Bellomanſo Præpoſitum, W. Decanum Eccleſiæque Inſulenſis Capitulum ex altera Conventio interceſſit.

Videlicet quod nos Fratres in prædicto loco ad quem voluimus nos transferre conſtruere poterimus Eccleſiam & officinas neceſſarias ad maneodum, & habere dictam Eccleſiam & cimiterium benedicta. Ita tamen quod in cimiterio noſtro nullum Parochianum Eccleſiæ D. Petri Inſulenſis aut alterius Eccleſiæ quæ ſit de Perſonatu Præpoſiti Decani & Capituli ad ſepulturam recipere poterimus, niſi de ſpeciali licentiâ Perſonæ, & Presbyteri Parocbialis, quamvis apud nos Fratres elegerint ſepulturam.

Illos etiam de quibus ſepeliendis Perſonæ & Presbyteri Parochialis licentism contigerit obtineri ad ſepulturam non admittemus, niſi Parochiali in omnibus jure ſalvo, delato priùs corpore ad Parocbialem Eccleſiam & ibidem Miſſâ defunctorum præſente corpore celebratâ.

Et ut in præmiſſis omnibus doli ſeu fraudis occaſio reſecetur, ſi quis ſorte pro ſalvando qualitercumque jure Parochiali in Parochiali Eccleſia modicum, apud nos verò Fratres magnum vellet facere luminare, convênit inter nos Fratres & dictos Canonicos qnod ſi ad Eccleſiam noſtram cum corpore ſepeliendo plures & majores cerei quam ad Parochialem Eccleſiam deferrentur, id in quo luminare quod in noſtra Eccleſia fiet, excedet luminare quod in Parochiali Eceleſia factum fuerit, Perſonæ & Presbytero Parochiali nos Fratres reſtituere tenebimur, niſi cum Perſona & Presbytero aliter potuerit conveniri.

Convenit itaque inter nos Fratres & dictos Canonicos, quod ſi aliquis qui non ſit de Parochia exiſtente in Perſonatu Præpoſiti aut Decani & Capituli in aliqua Parochiarum quæ ſit de Perſonatu dictorum Præpoſiti Decani & Capituli decedens, apud nos Fratres elegerit ſepulturam, licet in hoc caſu non ſit ſpecialis licentia requirenda, ipſum tamen ad ſepulturam nos Fratres non recipiemus, niſi ſalvo jure Parocbiali ſub forma in caſu alio ſupraſcripta.

Eo ſalvo, quod Clerici extranei infra Parochias Inſulenſes decedentes ſemper priùs deferantur ad Eccleſiam S. Petri, ſicut ſi Clerici non eſſent, ad Parochialem Eccleſiam eſſent deferendi; cum ſit hactenus obſervatum quod Clerici infra Parochias de Inſula decedentes, non ad Parocbias in quibus decedunt ſed apud Sanctum Petrum etiam ibi nullâ ſepulturâ electâ deferantur, & ibidem obtineant ſepulturam.

Convenit etiam inter nos Fratres & dictos Canonicos, quod ab omnibus proventibus, qui jure Parochiali proveniunt, teneamur nos Fratres in perpetuum abſtinere. Et ſi forte contigerit Ordini noſtro indulgeri, quod oblationes fidelium poſſemus recipere, ipſas oblationes quæ fient Altari horâ Miſſæ integraliter nos Fratres reſtituere tenebimur Parochiali Presbytero & Perſonæ.

Convenit etiam inter nos Fratres & dictos Canonicos, qnod ſi Villam Inſulenſem ſnpponi contingeret interdicto, nos Fratres non niſi voce ſubmiſſâ januis clauſis interdictis & excommunicatis excluſis, poterimus divina Officia celebrare.

Promiſimus etiam nos Fratres, quod ſi ad teſtamentum alicujus in Parochiis dictorum Præpoſiti Decani & Capitnli contingeret aliquem de nobis vocari, ſi quæ Eccleſiæ S. Petri aut Eccleſiæ Parochiali ille teſtator legare voluerit, non dabimus conſilium quod legata bujuſmodi non fiant, minuantur aut etiam revocentur.

Promiſimus etiam nos Fratres, quod contra prædictas conventiones nihil penitus impetrabimus, nec etiam utemur Indulto, ſi nobis indulgeretur aliqnid contra ipſas.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras dictis Venerabilibus Viris Tbomæ de Bellomanſo Præpoſito, W. Decano totique Inſulenſis Eccleſiæ Capitulo tradidimus Sigilli noſtri mnnimine roboratas.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono, menſe Februario.

Nos itaque dictarum Litterarum tenore inſpecto, Conventiones & promiſſiones in eis contentas approbamus & eas Anctoritate Pontificali ad dictarum partium inſtantiam confirmamus, ſine juris præjudicio alieni.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine duximus roborandas.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo, menſe Aprili.

CA-

CAPUT CVI.

*Joanna Flandriæ Comitiſſa benefacit anno 1233 Hoſpitali S. Salvatoris Inſulis à ſe fundato, * pro infirmis pauperibus, ſub cura Monialium Ord. S. Auguſt.*

* Litteræ Fundationis periérunt.

JOhanna Flandriæ & Hainoniæ Comitiſſa omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Noverint univerſi quod de redditu centum librarum quas illuſtris & Kariſſimus Dominus ac maritus noſter Fernandus piæ memoriæ quondam Flandriæ & Hannoniæ Comes in teſtamento ſuo ad ſcacarium Furnenſe annuatim ſolvendas de noſtro aſſenſu aſſignavit & ordinationi teſtamentariorum ſuorum diſtribuendas reliquit,

Nos juxta ordinationem eorumdem teſtamentariorum, de conſilio Reverendi Patris Domini W. Tornacenſis Epiſcopi factam, centum ſolidos annuatim Hoſpitali ſancti Salvatoris de Inſula ſolvi faciemus, ita quod inde dictum Hoſpitale uni lecto & uni pauperi decumbenti in eo ob memoriam ipſius Domini Comitis tenebitur in perpetuum neceſſaria providere.

Volumus autem & præcipimus, ut Receptores redditruum noſtrorum de Furnis prædictos centum ſolidos, medietatem in feſto ſancti Martini & aliam medietatem in Purificatione B. Mariæ Hoſpitali præfato annuatim perſolvant, donec eidem Hoſpitali totidem redditus in alio loco aſſignaverimus competenter.

Ut hæc igitur in poſterum firma permaneant, præſentes Litteras ſcribi fecimus & Sigilli noſtri appenſione ſignari.

Datum anno Domini M. C. C. XXXIII. Menſe Decembri.

Litteræ Ludovici XIV. Galliæ Regis, quibus mandat, prædicto Hoſpitali S. Salvatoris Inſulenſi uniri alia quædam minora Hoſpitalia, in ſolamen pauperum infirmorum, anno 1698.

LOuis par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre. A tous preſens & à venir Salut. Nos bien-amez les Adminiſtrateurs de l'Hôpital de Saint Sauveur de la Ville de Lille, Dioceſe de Tournay, nous ont fait remonſtrer, que par nos Edits & Declarations des mois de Mars, Avril & Auſt mil ſix cens quatre-vingt-treize, Nous aurions deſuni de l'Ordre de Notre-Dame du Mont Carmel & de St. Lazare les Maladeries & Leproſeries qui y auroient été jointes & incorporées par autre notre Edit du mois de Decembre mil ſix cens ſoixante douze, Declarations & Arreſts rendus en conſequence, & icelles réunies aux Hôpitaux deſquels elles avoient été deſunies.

Ce qui a donné lieu à l'Arreſt rendu en nôtre Conſeil le quatre Juillet mil ſix cens quatre-vingt-huit, portant union audit Hôpital de Saint Sauveur de la Ville de Lille des biens & revenus des Maladeries de Lille appellés la Bonne-maiſon, & du Pont à Marcq, & ceux de la Maladerie de Canteleu, & de l'Hôpital d'Anſtain, & qu'à cet effet toutes Lettres neceſſaires en ſeroient expediées, leſquelles ils nous ont tres-humblement fait ſuplier leur vouloir accorder. A ces Cauſes, après avoir fait voir en nôtre Conſeil le ſuſdit Arreſt du quatre Juillet ſeize cens quatre-vingt-huit cy-attaché ſous le contreſcel de nôtre Chancelerie, & deſirant que noſdits Edits & Declarations des mois de Mars, Avril & Auſt mil ſix cens quatre-vingt-treize ſoient executez ſelon leur forme & teneur.

Quatuor alia Hoſpitalia unita.

Nous avons joint, réuni & incorporé, & par ces preſentes ſignées de nôtre main, joignons, réuniſſons & incorporons audit Hôpital de Saint Sauveur de la Ville de Lille, les biens & revenus des Maladeries de Lille, appellés la Bonne-maiſon, & du Pont-à-Marcq, & ceux de la Maladerie de Canteleu & de l'Hôpital d'Anſtain, pour en jouir, ſçavoir, à l'égard de ceux deſdites Maladeries de Lille du jour de la ſignification qui ſera faite du preſent Arreſt aux Miniſtres Generaux de la Bourſe-commune Adminiſtrateurs de la bonne & forte Maiſon des Pauvres de ladite Ville, auſquels la jouiſſance en a été accordée par proviſion par Arreſt du Conſeil du vingt-trois d'Octobre mil ſix cens quatre-vingt-treize, & à l'égard de ceux de ladite Maladerie de Canteleu & dudit Hôpital d'Anſtain, du premier Juillet mil ſix cens quatre-vingt-quinze, conformement à l'Arreſt du Conſeil du vingt-deux du même mois, & être leſdits revenus employés à la nourriture & entretien des Pauvres malades dudit Hôpital de Saint Sauveur de Lille, à la charge de ſatisfaire aux prieres & ſervices de fondation dont peuvent être tenus ledit Hôpital d'Anſtain & toutes leſdites Maladeries, & de recevoir les Pauvres malades des lieux & Paroiſſes où ſont ſitués ledit Hôpital d'Anſtain & leſdites

Maladeries du Pont-à-Marcq & de Canteleu à proportion de leurs revenus ; & en conſéquence

Nous ordonnons, que les Titres & Papiers concernans toutes leſdites Maladeries & ledit Hôpital d'Anſtain, biens & revenus en dépendans qui peuvent être en la poſſeſſion de Me. Jean-Baptiſte Macé cy-devant Greffier de la Chambre Royale aux Archives de l'Ordre de Saint Lazare, & entre les mains des Commis & Preposés par le Sieur Intendant & Commiſſaire par Nous departy en Flandres, même en ceux des Chevaliers dudit Ordre, leurs Agens, commis & fermiers ou autres qui jouiſſoient deſdits biens & revenus avant nôtre Edit du mois de Mars mil ſix cens quatre-vingt-treize, ſeront délivrés auſdits Adminiſtrateurs dudit Hôpital de Saint Sauveur de Lille, à ce faire les Depoſitaires contraints par toutes voyes ; ce faiſant ils en demeureront bien & valablement déchargés.

Si donnons en Mandement à nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenant nôtre Cour de Parlement de Tournay, que ces preſentes ils faſſent regiſtrer, & de leur contenu jouïr & uſer leſdits Adminiſtrateurs dudit Hôpital de Saint Sauveur de ladite Ville de Lille, & ceux qui leur ſuccederont en ladite qualité, pleinement, paiſiblement & perpetuellement, ceſſant & faiſant ceſſer tous troubles & empêchemens, nonobſtant tous Edits, Declarations, Arreſts & Reglemens à ce contraires, auſquels nous avons deregé & dérogeons par ceſdites preſentes : Car tel eſt nôtre plaiſir.

Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à toûjours, Nous avons fait mettre nôtre Scel à ceſdites preſentes.

Donné à Verſailles au mois de Decembre l'an de grace mil ſix cens quatre-vingt-dix-huit, & de nôtre Regne le cinquante-ſixiéme. Signé, Louis.

CAPUT CVII.

Joannes de Appia Leodienſis Epiſcopus concedit Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ B. M. V. Tungrenſi Altare ac Decimas Parochiæ de Nova-Capella apud Dieſthemium, anno 1235.

Ex Archivis Capituli Tungrenſ.

IN nomine Domini. Amen.

Johannes Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum.

Innoteſcat charitati univerſorum, quod nos cupientes beatam Dei Genitricem propitiam apud filium ſuum invenire, Tongrenſem Eccleſiam, primo ante alias noſtræ Diœceſis Eccleſias in ejus honore conſtructam, eo ſpecialius & libentius intendimus promovere quo ſcimus eam antiquis temporibus cæteris prælatam Eccleſiis Pontificalis Sedis dignitate viguiſſe, & adhuc inter potiores & fidelhores Leodienſis Eccleſiæ filias computari.

Antiquitas Tungrenſis Eccleſiæ.

Igitur ad excitandam devotionem Miniſtrorum & Canonicorum, in eâdem Eccleſiâ Beatæ Virgini nocte dieque ſervientium, ut tanto devotius & ſolertius debeant pro nobis noſtriſque Succeſſoribus in perpetuum Dominum exorare ; intuitu Dei & Sanctæ Matris ejus Capellam quamdam, quæ dicitur nova Cappella, in Decanatu Concilii de Leewis noſtræ Diœceſis ſitam, cujus donum ex jure Patronatûs ad dictam Tungrenſem Eccleſiam pertinet, cum omnibus dotibus reditibus & proventibus ſuis Canonicis ejuſdem Tungrenſis Eccleſiæ concedimus & eis Auctoritate Pontificali confirmamus.

Ita videlicet, quod memorati Canonici univerſos fructus ejuſdem novæ Capellæ ad perſonam ipſius Cappeliæ prius pertinentes, cum dotibus decimis & univerſis obventionibus in omni ſpecie de ipſa Cappella provenientibus totaliter & plenarie de cætero percipient & in uſus ſuos ad augmentum præbendarum ſuarum ſine diminutione aliqua convertent. Hac tamen diſcretione adhibitâ, ne alicui exinde præjudicium generetur, quod quandocumque prætactam Cappellam vacare contigerit, ſæpe-dicti Canonici ad quos ex Jure Patronatûs ſpectat collatio ejuſdem Cappellæ, unum ex Fratribus ſuis qui ad hoc ſit idoneus eligent, & ipſum Decano loci, cujus eſt conferre Curam ipſius Cappellæ, in Perſonam ejuſdem novæ Cappellæ præſentabunt.

Cui præſentato ipſe Decanus donum Curæ ſæpefatæ Cappellæ, dummodo ſit Perſona idonea, negare non poterit. Frater autem ille cum expenſis Capituli, nomine cujus ipſe erit Inveſtitus dictæ Cappellæ, jura Concilii, ſynodalia, Cathedraticum, & omnia jura tam ad Epiſcopum quam ad Archidiaconum & Decanum ſpectantia, more aliorum Inveſtitorum fideliter procurabit.

Cum vero Fratrem illum decedere contigerit alter Frater modo præſcripto ei ſubſtituetur ; & ſic fiet de ſingulis in perpetuum.

Ut autem ſæpe-memoratæ Capellæ in ſpiritualibus ſufficienter provideatur, volumus & ſtatuimus, quod vir idoneus in eadem Capellâ ab eodem Capitulo Tungrenſi & illo qui erit Inveſtitus nomine Capituli, in legitimum Vicarium inſtituatur. Cui ſecundum quod boni viri qoibus hoc taxandum commiſimus, ordinaverunt, ſæpedictum Capitulum Tungrenſe tria bonnaria terræ & dimidium ;

quæ eſt dos ejuſdem Cappellæ, & univerſas oblationes cum omni integritate & vigenti modios annonæ cum menſura de Dieſte, medietate ſiliginis & medietate avenæ annuatim pro ſtipendio ſuo tenebitur aſſignare.

Ne verò ſuper hoc aliqua impoſterum oriatur calumnia, hujus noſtræ Donationis & Confirmationis teſtimonialem paginam Sigilli noſtri munimine roboravimus, omneſque hoc tentantes infringere vel auſu temerario contraire, anathematis gladio percuſſos indignationi Jeſu Chriſti & piæ Matris ejus relinquimus puniendos.

Datum anno gratiæ M. C. C. XXXV.

CAPUT CVIII.

Thomas & Johanna Comites Flandriæ in Abbatia Claræ-vallenſi Ordinis Ciſtercienſis Diœceſis Lingonenſis in Gallia, fundant Miſſam Conventualem tempore meſſis, anno 1238.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulæ.

ILluſtriſſimis & in Chriſto kariſſimis, Thomæ Comiti Flandriæ & Hannoniæ, & Johannæ Comitiſſæ Uxori ejus, Frater Willelmus dictus Abbas Claræ-vallenſis & humilis ejuſdem loci Conventus, & cum devotis orationibus promptiſſimam ad beneplacita voluntatem.

Piam & favorabilem devotionis veſtræ petitionem, formatam ut credimus conſilio virtutis quæ dicit: *Petite & accipietis ut gaudium veſtrum ſit plenum:* quæ per kariſſimum venerabilem A. * Igniacenſem Abbatem nobis humiliter eſt oblata, devotè ſuſcepimus, & diligenter intelleximus, continentem, quod nos ob reverentiam Salvatoris, qui pro ſalute mundi ſeipſum obtulit in ara crucis hoſtiam ſalutarem, & in hujus oblationis memoriam pro reconciliatione humani generis ſe immolari conſtituit, Deo Patri in Sacramento Altaris dicens, *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis:* ne tam comparabilis beneficii ineſtimabilis gratia ad ſalutem univerſitatis ſalubriter inſtituta impedimentum accipiat, occaſione commodi temporalis ſtatuere vellemus perpetuo, ut in Domo Claræ-vallis tempore meſſis, quo à fundatione Ordinis, Miſſarum celebratio à Conventu ſolet omitti non omittatur de cætero in eadem.

* Igny, in Diœceſi Remenſi, Ordinis Ciſterc.

Nos ergo devotioni, quam erga nos & Domum noſtram ſpecialiter exhibetis, & petitioni Veſtræ tam acceptabili Deo & animabus veſtris ineſtimabiliter fructuoſæ grato concurrentes aſſenſu, duximus ſtatuendum, quod nos & Succeſſores noſtri meſſionis tempore, antequam Fratres exeant ad laborem, Miſſarum ſolempnia perpetuo celebremus, ſicut ſolent aliis temporibus celebrari. Et ut tantæ ſalutis beneficium per Veſtram ſollicitudinem in perpetuum ad memoriam perveniat futurorum, volumus & ſtatuimus, ut ſingulis annis in ipſo principio meſſionis tenor præſentium in Claræ-vallenſi Capitulo recitetur, quatenus per hanc ſalubris facti noſtri recordationem ad orandum pro vobis, illi qui audierunt, in orationibus ſuis vigilantius excitentur, & in ipſis Miſſis præcipue, quos per veſtræ. . . . gratiam ſe noverint impetraſſe.

Datum anno Domini M. C. C. XXXVIII menſe Februarii.

CAPUT CIX.

Thomas & Joanna, eorumque Soror Margareta, Comites Flandriæ, benefaciunt Hoſpitali Aloſtenſi in Flandria, ann. 1241 & 1265.

Ex Archivis Hoſpitalis.

THomas Flandriæ & Hannoniæ Comes, & Joanna Uxor ejus Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Noverint univerſi, quod nos pro Deo & animarum noſtrarum ſalute, Capellaniam quam habebamus apud Aloſt, ad noſtram Donationem ſpectantem, conceſſimus in Eccleſiam, & dedimus Hoſpitali pauperum infirmorum lecto decumbentium de Aloſt. Ita tamen; quod quicumque ad eandem Capellaniam inſtituetur Capellanus, à Fratribus & Sororibus dicti Hoſpitalis, de conſilio bonorum eligatur, donum dictæ Capellaniæ recepturus de manibus noſtris vel Succeſſorum noſtrorum, poſtquam nobis vel Succeſſoribus noſtris ab eiſdem fuerit præſentatus.

Et volumus, quod quandocumque Nos, vel hæredes noſtri venerimus apud Aloſt, Ca-

pellanus Hospitalis prædicti tale servitium Nobis exhibeat, quale Nobis exhibent alii Capellani de aliis Capellis & Villis.

Insuper quia sæpe-nominati Hospitalis abundantiâ pleniùs volumus fieri fundatores, totam aream Nostram, in qua sita fuit Capella nostra apud Alost, quæ dicitur Zelthof, memoratis pauperibus in eleemosynam contulimus; ut ad dictum locum prætatum Hospitale, propter multas commoditates ipsis pauperibus inde profecturas, transferatur.

In cujus rei testimonium & munimen, præsentes Litteras jam dicto Hospitali contulimus, Sigillorum nostrorum appensione munitas.

Actum apud Gandavum anno Domini M. C. C. XL. primo, mense Februario.

NOs Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitissa, notum facimus universis, quod cum Hospitale de Alost ad subsidium pauperum, & principaliter ac principuè infirmorum, per nostrorum Antecessorum concessiones ac beneficia fuerit institutum; providendum est summoperè atque cavendum, ne tot sani & incolumes recipiantur ibidem, qui bona ipsius Hospitalis, quæ in ipsorum infirmorum debent alimenta converti, consumant.

Ea-propter districtè prohibemus, ne de cætero aliqua mulier aut puella, cujuscumque conditionis existat, in Sororem recipiatur ibidem, donec numerus earum, quæ jam in eodem receptæ sunt Hospitali, ad quaternarium numerum sit redactus.

Et tunc in eodem Hospitali recipi poterit quinta Soror, & sic deinceps, donec Hospitale quinario Sororum numero sit contentum; V. Sorores tantum. quæ infirmis pauperibus serviant, ac onus habeant Hospitalis, & ad hoc recipiantur ibidem.

Ita quod nec ultra hunc numerum aliquam possint inducere vel recipere in Sororem, nec ad recipiendum postea se aliquatenus obligare, donec de quinque aliqua sit defuncta.

Præcipimus autem Ballivis & Scabinis de Alost, ac aliis quibuscumque, ne contra hanc inhibitionem nostram aliquis facere aut attemptare præsumat.

In cujus rei testimonium & robur perpetuum, præsentes Litteras fieri fecimus, & Sigilli nostri appensione muniri.

Datum anno Domini millesimo C. C. LX. quinto, Feriâ secundâ ante Festum Sti. Martini hyemalis.

UNiversis præsentibus & futuris, præsens Scriptum inspecturis, Scabini & Communitas de Alost, in perpetuum.

Noverit universitas vestra, quod nos, consideratis paupertate & expensis Hospitalis B. Mariæ in Alost, omne jus quod habuimus in domo, quâ bladum venditur & vendi habet apud Alost, in perpetuum dicto Hospitali contulimus, sine præjudicio alterius, hereditario jure possidendam, sub annuo censu quatuor denariorum Flandriæ, nobis & Successoribus nostris annuatim solvendorum.

Dictum enim jus à Comite & Comitissa Flandriæ & Hannoniæ, quorum Litteras patentes super his & aliis confectas habemus, nobis comparavimus in hæreditatem; ne aliquis Successorum nostrorum possit aut debeat aliam domum constituere, in qua bladum vendatur, quod sit in præjudicium Hospitalis supra-dicti.

Si quis autem dicto Hospitali, (quod absit) aliquam injuriam vel calumpniam inferat de præmissis, aliam warandizam eidem Hospitali inde facere non tenemur, quam habemus de nostris à Comite & Comitissa (sicut superiùs est expressum) nobis imputare.

In cujus rei testimonium & munimen, præsentes Litteras jam dicto Hospitali contulimus, Sigilli nostri appensione roboratas.

Actum publicè anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mense Junio, feriâ quartâ post Ascensionem Domini.

CAPUT CX.

Margareta Flandriæ Comitissa recenset possessiones Abbatiæ de Rosis (vulgo ten Rooſen) Virginum Ordinis Cistercienſis, apud Aloſtum, in Diœceſi Mechlinienſi, anno 1258.

Ex Archivis Abbatiæ. MArgareta Flandrorum & Haynoniæ Comitissa, & Guido filius ejus Comes Flandriæ, universis præsentes Litteras inspecturis, salutem in Domino.

Cum karissima Domina nostra claræ memoriæ Johanna Flandriæ & Haynoniæ Comitissa, Monasteriom de Rosis prope Alost Cistercienſis Ordinis veraciter dilexerit, sicut ex ejus piis operibus comprobatur, Nos & filius noster supradictus pia ipsius opera, sicut dignum est, pro posse nostro promovere volentes

volentes, omnes & eleëmoſynas & beneficia quæ prædicto Monaſterio conceſſit & miſericorditer indulſit, tantâ volumus firmitate permanere, ut nullius malitiâ auferri, aut avaritiâ minui, ſeu potentiâ valeant perturbari.

Et non ſolum poſſeſſiones & hona illa, quæ dictum Monaſterium ex pia largitione dictæ Dominæ noſtræ Johannæ quondam Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſæ nunc poſſidet, verum etiam omnes poſſeſſiones & omnia hona quæ dictum Monaſterium juſto titulo acquiſitionis à quacumque perſona venditionis, ſeu eleëmoſynæ, vel alio juſto modo in terra noſtra poſſidere noſcitur & habere.

Eapropter prædicta omnia quæ dictum Monaſterium infra terram noſtram nunc poſſidet, pro ſalute animarum noſtrarum ac Prædeceſſorum noſtrorum memorato Monaſterio præſentis Scripti Pattocinio confirmamus, & ad removendum omnis ambiguitatis obſtaculum, poſſeſſiones ſeu bona dicto Monaſterio de Roſis à nobis conſitmata, propriis volumus vocabulis explanare.

Vide ſupra page 103.

In primis omnem terram quam Oliverius, Frater Daniel Presbyter & Frater Raſſo filii Domini Raſſonis Militis dicti de Bornekin, ſecum in ſua converſione ad dictum Monaſterium attulerunt, ſcilicet locum ipſum in quo præfatum Monaſterium nunc ſitum eſt apud Bornekin in Parochia de Aloſt, qui locus continet ſex bonaria terræ vel circiter, quæ pro animarum noſtrarum, Prædeceſſorum Succeſſorumque noſtrorum ſalute, abſolvimus ab omni onere tam cenſûs quam ſervitii feodalis, tali modo, quod cenſum æquivalentem qui nobis debebatur ratione illorum ſex bonariorum terræ vel circiter, recipere debemus ad illa ſex bonaria terræ, in qua earum prius Monaſterium ſitum erat.

Volumus etiam quod Abbatiſſa & Conventus de Roſis præfata ſex bonaria terræ in qua nunc eorum Monaſterium conſtructum eſt, ſub eadem libertate teneant & poſſideant, quâ aliæ Domus Ciſtercienſis Ordinis terram ſui ambitûs in terra noſtra & Dominio poſſident & utuntur.

Confirmamus etiam eis illa ſex bonaria terræ in qua prius habitaverunt, à qua ſe tranſtulerunt: ita quod hæreditatem dictorum ſex bonariorum terræ quæ quondam dicebantur Milebeke, nunc appellatur apud Roſas, eo quod dictæ Moniales aliquanto tempore ibi habitaverunt, liberè habeant & poſſideant, cenſum tamen, ut ſuperius dictum eſt, ſolvent de illis ſex bonariis terræ. In qua terra omnimodam juſtitiam altam & baſſam nobis & noſtris Succeſſoribus Comitibus Flandriæ in perpetuum retinemus.

Confirmamus etiam dictis Monialibus viam quæ extenditur à loco primæ habitationis ſuæ, uſque ad locum apud Bornekin ubi nunc morantur. Item confirmamus eis cum loco in quo dictum Monaſterium ſitum eſt, circiter ſex bonaria terræ, ſicut ſuperius dictum eſt, quinquaginta duo bonaria vel circiter ibi prope jacentia tam in terris, pratis, ſilvis & hortis & quinque dictis prati apud Milebeke, quæ quinquaginta duo bonaria vel circiter eum quinque dictis prati à nobis tenentur ad cenſum.

Quæ quidem quinquaginta duo bonaria habent ex collatione Oliverii, Danielis, Raſſonis fratrum prædictorum, in qua terra ſimiliter habemus juſtitiam altam & baſſam. Item confirmamus eis quatuor bonaria mori cum fundo jacentia juxta morum Monachorum de Baudelo verſus occidentem, quæ ipſis contulimus ad annuum cenſum duorum denariorum ſolvendorum quolibet anno, ad feſtum beati Remigii, ad brevia noſtra de Waiſia, ſalvâ nobis & Succeſſoribus noſtris omnimodâ juſtitiâ in dictis bonariis terræ, vel circiter jacentia apud Quademare, quæ eis cariſſima Domina noſtra Johanna quondam Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſa noſcitur contuliſſe; ſalvâ nobis omni juſtitiâ altâ & baſſâ in bonariis ſupradictis.

Hæc omnia prædicta ut ſuperius ſunt expreſſa, & à dicto Monaſterio habita nunc & poſſeſſa, & rata habentes & grata, auctoritate præſentium confirmamus, inhibentes, ne quis ſuper prædictis Auctoritate noſtrâ confirmatis, ac Sigillorum noſtrorum munimine roboratis dictum Monaſterium audeat aliquatenus perturbare.

Actum Inſulis anno M. C. C. LVIII, menſe Martio.

CAPUT CXI.

Begginagio minori Gandavenſi, per Joannam & Margaretam Flandriæ Comitiſſas anno 1234 fundato, Joannes Tornacenſis Epiſcopus Statuta quædam anno 1262 præſcribit.

Ex Archivis Abbatiæ S. Petri Gandavi.

IOannes Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum inter Presbyteros Parochialis Eccleſiæ S. Joannis Gandenſis ex una parte, & Begginas de Hoye ex altera, ſuper eo quod dicti Presbyteri dicebant, ſe habere debere omne Jus Parochiale in ipſis Begginis & in Capella ipſarum Begginarum, infra limites

Parochiæ S. Joannis Gandensis fundatâ de novo, orta fuisset materia questionis;

Nos de utriusque partis, nec non Abbatis S. Petri Gandensis, in cujus Personatu sita est dicta Capella, consensu, inter ipsas partes composuimus super præmissis, & ordinamus in hunc modum.

Quod infra mansum videlicet Begghinarum ipsarum, in dicto loco, qui dicitur *Hoye*, habeatur Capella, in qua celebrentur divina, & in qua custodiantur Eucharistia & Oleum Infirmorum. Et quod dictæ Begghinæ habeant proprium Capellanum, qui ibidem celebret divina.

In eodem quoque manso ad sepulturam Begginarum inibi tantùm manentium, cimiterium habeatur; salvo jure Ecclesiæ S. Petri Gandensis & Parochialium Sacerdotum. Ita quod nulla persona manens extra mansum illum Begginarum possit in eodem cimiterio sepeliri.

Omnes autem oblationes, quæ in prædicta Capella ad manum Presbyteri offerentur ad Missam, erunt totaliter Parochialium Sacerdotum. Et ipsæ Begghinæ singulis annis, ad minus semel in anno confiteri debebunt suo Parochiali Sacerdoti. Cætera vero Christianitatis jura ex parte Presbyterorum Parochialium, Capellanus ipsarum Begginarum eisdem exhibere debebit, quando poterit, & præsens erit. Ita tamen, quod Cura ipsarum semper penes Parochiales Presbyteros permanebit.

Unde absente Capellano, impotente vel negligente, Parochiales Presbyteri S. Joannis Gandensis ipsis Begghinis tenebuntur jura Christianitatis, si super hoc requisiti fuerint, exhibere. Alioquin ob culpam negligentiæ vel contemptûs, per Nos vel Successores nostros pœnâ, quâ conveniet, punientur.

Item præfatæ Begghinæ promittere & cavêre debebunt, ne apertè vel occultè aliquid faciant, quod sit Presbyteris Parochialibus in præjudicium sive detrimentum.

Ad hæc, si in terris habitis vel habendis prædictæ Begginæ excolant segetes frumenti, siliginis, hordei, vel avenæ, Decimas legitimas inde solvere tenebuntur. De hortis autem & pomariis, & etiam nutrimentis animalium, quæ non ad vendendum, sed ad proprium usum excolent, sive nutrient, Decimas non persolvent.

Adjicimus etiam, quod in dicto loco sive manso in quo manebunt memoratæ Begghinæ, nulla Religio poterit institui; nisi noster Successorumque nostrorum, dictorum Abbatis & Presbyterorum Parochialium consensus ad hoc requisitus fuerit & obtentus; & quod dictæ Begghinæ vivant nostro consilio & regantur.

Hæc autem omnia & singula ordinamus, ea Pontificali Authoritate confirmantes.

In cujus rei testimonium præsentes Litteras Sigillo nostro fecimus sigillari.

Datum anno Domini M. C. C. LXII. in vigilia Circumcisionis Domini.

CAPUT CXII.

Margareta Flandriæ Comitissa instituit anno 1269 Insulis Flandrorum celebrem Processionem Ecclesiæ Collegiatæ D. Petri, in honorem B. Mariæ Virginis, vulgo dictæ ad Cancellos.

Ex Archivis Capituli Insulensis.

NOus Margherite Contesse de Flandre & de Haynau, & je Guis ses Fius Cuens de Flandre & Marchis de Namur faisons à savoir à tous, ke Nous, en l'onneur nostre Segneur Deu Jehsu Christ & de la glorieuse Virgene Marie sa Merre & pour le proufis de l'Eglise saint Pierre de Lille, ki fundée est de nos Ancisseurs Segneurs de Flandres, & pour l'avancement de l'œvre ki commencié est en l'Eglise devant-dite, pour lequel li Chanoine de cele mesme Eglise, de lor rente dont il doivent vivre, se sont mont durement grevez & blechié depieca, & fous encore chascun jour, avons otroié & otroions une Pourcession à faire entour la Vile de Lille chascun an pardurablement, par teil voie, & par teus lius, ke li Rewars & li Eschevin de Lille deviseront & ordonneront ke on le pust faire plus convenablement.

Ki doit commencier par teil jour, ke nostre Sire Deu, en l'onneur sa tres chiere Merre a commencié nouvelement à faire si glorieuses Miracles, devant se Image ke on apele à Notre Dame de la Treile en l'Eglise saint Pierre devant-dite.

Ce est à savoir le Diemence premier après le jour de la Sainte Trinité, & doit durer par noef jours continuens, en perpetuel memoire des miracles devant-dites.

Et peur la raison des orisons, des aumosnes des bien fais & des œuvres de misericorde ke on i fait & fera à enavant en l'onneur nostre Segneur & sa douce Merre par commune devotion, Nous avons otroié & otroions à tous ceaux & à toutes celes, ki en pelerinage veuront à nostre Dame à Lille, dedens les noef jours devant dis, en l'onneur la douce Virge Marie, & pour aquerie les pardons ki assis i sont & serent dedans ces noef jours, sauf condait de Nous & de nos gens, allant & venant & demorant, franchement & paisiblement, qu'il ne serent pris ne arrotez pour detes qu'il doivient, ne pour outre chose d'arriere faite u avenue, se il ne sont bani pour lait fait, & demorer & aler en la ville de Lille & es voies &

es chemins par tout dedens les apertenances de Lille, ſi avant que li enclos de la voie de la Pourcheſſon s'eſtendera.

Et ſe il avenoit, ke on aucun de ceaus u de celes ki en pelerinage veurent à noſtre Dame de Lille fuſt arreſteis pour dete, u pour autre choſe ſe ce n'eſtoit pour vilain fait, dedens les uuf jours & l'enclos devant dis, à la requeſte don Doien & don Chapitre de l'Egliſe de ſaint Pierre de Lille devant-dite, nous le ferons deliverer tout cuite de tant, comme à Nous & à noſtre Juſtice u à noſtre droiture apertenra.

En temoignage & en confirmance de laquel choſe, Nous avons fait mettre nos Saieaus à ces preſentes Lettres.

Et nous li Rewars & li Eskevin de la Ville de Lille, ki à ces choſes devant dites avons mis & metons noſtre otroi & noſtre aſſens, pour ce que nous volons ke eles ſoient bien & fermement tenues à touſiours de Nous & de nos Succeſſeurs de tant comme à nous apertient, les loons & greons, & permetons fermement à tenir.

Et pour grant ſeurtez de tout ce ke devant eſt dit, avons mis no Seel à ces preſentes Lettres ki furent données en l'an del Incarnation noſtre Segneur Jehſu Chriſt, mil deus cens ſoiſſante & nouf, ou mois de Fevrier.

CAPUT CXIII.

Joannes I. Brabantiæ Dux, fundationes Anteceſſorum ſuorum pro Abbatia Vallis Ducis, Monialium Ordinis Ciſtercienſis apud Lovanium, in Diœceſi Mechlinienſi, confirmat anno 1276.

Ex Archivis Vallis-Ducis.

JOannes Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ omnibus præſentes Litteras inſpecturis veritatis notitiam, ac ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod Nos divinæ pietatis intuitu, obtentu etiam Kariſſimæ Amitæ noſtræ Dominæ Margaretæ (1) Abbatiſſæ Monaſterii (2) Vallis-Ducis Ciſtercienſis Ordinis, quidquid juris habemus vel habere poſſumus ex quacumque cauſa in medietate Decimæ de (3) Greis tam minoris quam majoris;

Quam quidem Decimam nobilis Domina Matildis (4) quondam Comitiſſa Hollandiæ in Villa & territorio de Greis habuit & poſſedit; & quam in manus bonæ memoriæ Domini H. * quondam Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ Avi noſtri, ad opus Monaſterii reddidit, & contulit in eleëmoſynam ab ipſo Monaſterio perpetuò poſſidendam, (prout in Inſtrumento publico ſuper hoc confecto, & Sigillo dictorum Ducis & Comitiſſæ ſigillato pleniùs vidimus contineri.) In dictum Monaſterium transferimus, & dictam Decimam liberè & abſolutè in eleëmoſynam conferimus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii antedicti.

* Henricus.

Collationes inſuper ſeu Donationes factas Monaſterio ſupradicto à Prædeceſſoribus noſtris Ducibus Brabantiæ, à Domino Henrico ſcilicet avo noſtro prædicto, & Domino Henrico ejus filio Patre noſtro, & à piæ memoriæ Domina Aelide quondam Duciſſa Brabantiæ Matre noſtra, bonorum ſpiritualium & temporalium, Decimarum videlicet, terrarum, nemorum & pratorum & aliorum quorumcumque bonorum, in quibuſcumque locis exiſtant, prout in Litteris ſeu Cartis ſuper hoc confectis & Sigillis ipſorum ſigillatis, pleniùs continetur, ob remedium noſtrorum peccaminum, ob dilectionis etiam affectum, quem adverſus dictam Amitam noſtram gerimus, laudamus, ratificamus & approbamus.

Inſuper acquiſitioni, quam fecerunt dictæ Abbatiſſæ & Conventus cujuſdam particulæ decimæ in Parochia de Greis, quam Clariſſa de Murebeke Uxor Arnoldi de Erriues à nobis in fœudum poſſidet, conſenſum noſtrum adhibemus & aſſenſum.

In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum cum ſigillo Virorum Nobilium Fratrum noſtrorum, Domini Henrici de Lovanio, Domini de Harſtallio, & Domini Walteri Bertaelt Domini Machlinienſis, Litteris præſentibus eſt appenſum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, in craſtino Egidii Abbatis.

(1) MARGARETA. In Choro Eccleſiæ Abbatialis Vallis Ducis legitur ſequens Epitaphium,

Hic requieſcit Sereniſſima Domina MARGARETA, *ſecunda Monaſterii hujus Abbatiſſa, & beata, Henrici II. Ducis Brabantiæ, ejuſdem Cœnobii Fundatoris filia, qua mundi delicias contempſit, ſæculi pompam calcavit, hoſtiſque infernalis rabiem virtutes ſuperavit, & clara miraculis obiit, in cœlo perenniter victura, anno Domini M. C. C. LXXVII.*

(2) VALLIS-DUCIS, inſignis Abbatia Monialium Ordinis Ciſtercienſis ſub Parochia de Hamme, vulgo *s'Hertogben-Dael*, à fundatore ſuo Henrico II. Brabantiæ Duce nomen obtinuit; qui circa annum 1230 illam in allodio ſuo apud Silvam Meerdaliam pro LX. Virgioibus Religioſis, & XXX. Converſis Sororibus inſtituit, ejuſque curam paternam Villarienſi Abbati commiſit; & cum filia ſua Margareta ſacrum ibidem velamen ſuſciperet, Decimam de Iſicha ſuperioti (vulgo Overiſſche)

in dotem illius conceſſit.

(3) Greis, olim Gravia, nunc vulgo *Grez*, Parochia Diœceſis Mechlinienſis, ſub Decanatu Lovanienſi, parochia cultu ac reliquiis S. Marculphi Abbatis celebris. Dominium pertinet hodie ad Comitem de Limminghe, nuper Conſulem Bruxellenſem. Jus Patronatûs & Decimæ ad dictam Abbatiam Vallis-Ducis.

(4) Mathildis, Henrici I. Lotharingiæ ac Brabantiæ Ducis filia, vidua Florentii IV. Hollandiæ Comitis, anno 1236 medietatem decimarum de Grez donavit Abbatiæ Vallis-Ducis; uti ex ſequenti Diplomate patebit. Fuit etiam fundatrix Abbatiæ de Loſduynen, Ordinis Ciſtercienſis apud Batavos, ibique ſepulta. Vide Miræum pag. 849.

Donationes aliæ Ducum Brabantiæ pro ante-dicta Abbatia Vallis-Ducis.

I Diploma Ducis Henrici II. an. 1236.

* Henricus II. Dux Brabantiæ.

H Dei *gratiâ Dux Lotharingiæ & Marchio Regni, omnibus hoc Scriptum videntibus æternam in Domino ſalutem.

Ad notitiam volumus omnium pervenire, quod Soror noſtra Magtildis relicta illuſtris Comitis Hollandiæ, in noſtra conſtituta præſentiâ, omne jus quod habebat in medietate Decimæ de Greiz, tam minutæ quam majoris, in manus noſtras ad opus Abbatiſſæ & Conventûs Vallis-Ducis Ciſtercienſis Ordinis, ſub teſtimonio bonorum Virorum reportavit.

Nos autem eandem Decimam, ſicut nobis præfata Soror noſtra reportaverat, & quidquid juris in ea habebamus, ſicut ab Anteceſſoribus noſtris fuerat poſſeſſa, in manus præfatæ Abbatiſſæ & Conventûs de Valle-Ducis in el. emoſynam reportavimus perpetuò poſſidendam.

Hoc autem factum fuit de conſenſu Magiſtri Danielis Inveſtiti de Greiz in præſentia noſtra tunc conſtituti.

Ut autem Decimæ prædictæ collatio memoratæ Abbatiſſæ & Conventui in perpetuum conſerveiur illibata, præſentis Scripti Paginam Sigilli noſtri appenſione duximus roborandam.

Actum Lovanii anno Domini milleſimo ducenteſimo XXX. ſexto, Sabbatho poſt B. Barnabæ.

In cujus etiam facti teſtimonium Soror noſtra Sigillum huic Chartæ apponens, quæ ſupra dicta ſunt approbavit.

Teſtes W. Caſtellanus Bruxellenſis.
H. de Attehove.
Dominus Gonſn.
Gerardus de Iſcha.
Joannes de Monte.
Mgr. D. Inveſtitus de Greiz.
F. Inveſtitus de Coucheio.
S. de Liberting Cellarius Villarienſis.

II. Diploma Ducis Joannis I. an. 1271.

JOannes Dei gratiâ Dux Lotharingiæ ac Brabantiæ, univerſis tam præſentibus quam futuris præſentium Litterarum inſpectoribus, æternam in Domino ſalutem.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, quod cum Raſo dictus de Petrebais Miles illam partem Decimæ, quam in Parochia de Gravia * poſſidebat, & quam ipſe & Prædeceſſores ſui à Nobis & Prædeceſſoribus noſtris à tempore, de quo non extat memoria, in feodum tenuerunt, per conſenſum noſtrum & Hominum noſtrorum Nobilium ac Feodalium conſilium ſimul & judicium, in perſonas Religioſas A. Abbatiſſam & Conventum Vallis-Ducis juſto titulo tranſtuliſſet; * Sive Grez.

Nos Kariſſimæ noſtræ Amitæ, prædicti loci, ſcilicet Vallis-Ducis Abbatiſſæ, (de conſilio Hominum noſtrorum Nobilium ac Feodalium) piis precibus inclinati, prædictam partem Decimæ intuitu, ad remedium animæ noſtræ, Venerabilis Matris noſtræ, felicis recordationis Patris noſtri, ac omnium Prædeceſſorum noſtrorum, Abbatiſſæ & Conventui Vallis-Ducis prædictis contulimus jure allodiali in perpetuum liberè poſſidendam: ſalvâ noſtrâ juſtitiâ per omnia nobis ſalvâ.

Huic autem facto cum fieret, affuerunt homines noſtri Feodales;

Henricus ſcilicet de Lovanio, Dominus de Haesbeke.

Waltherus dictus Berthalt, Dominus de Maghlioia.

Arn. Dominus de Dieſt.

& Henricus Dominus de Bautersbem.

Quorum Sigilla, una cum noſtro Sigillo, ut hæc in perpetuum illibata & inconcuſſa permaneant, præſentibus in teſtimonium ſunt appenſa.

Actum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo, menſe Januarii.

III. Diploma Waltheri de Greis, anno 1276.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, Walterus de Greis Canonicus Nivellenſis, ſalutem cum notitia veritatis.

Noverit univerſitas veſtra, quod nos Divinæ pietatis intuitu, dilectionis etiam intuitu quem habemus adverſus Monaſterium ſeu Domum Vallis-Ducis Ciſtercienſis Ordinis & perſonas loci ejuſdem, & ut in dicto Monaſterio poſt deceſſum noſtrum memoria noſtri habeatur, Abbatiſſæ & Conventui loci prædicti ſeu Monaſterii contulimus, & adhuc conferimus liberè & abſolutè in eleëmoſynam Decimas

cimas ſeu decimulas quaſdam, quas poſſidemus in terminis Parochiæ ſeu Eccleſiæ de Greis, in qua dicta Abbatiſſa & Conveotus Jus Patronatûs obtinent in ſolidum.

Decimam ſcilicet quandam quam à Wilhelmo laïco de Bonley acquiſivimus ad ſex modios vel circiter bladi hiemalis & tres modios avenæ ad menſuram de Greis conſcendentem, & aliam quam acquiſivimus etiam à Simone laïco villæ prædictæ de Bonley, & ejus filiâ primæ Uxoris ad tres modios bladi prædicti & modium avenæ menſuræ ejuſdem aſcendentem, quas etiam decimas poſſidebamus in feodum à Clariſſia de Merbeke Uxore Arnoldi de Elbove.

In cujus rei teſtimonium Litteras noſtras patentes contulimus Abbatiſſæ & Conventui memoratis, Sigillo noſtro unà cum Sigillo Capituli Eccleſiæ Nivellenſis ſigillatas.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, in die Beati Archangeli Michaëlis

CAPUT CXIV.

Abbas & Conventus Sti. Cornelii Indenſis (vulgo Cornelis-Munſter) apud Aquiſgranum, Ordinis S. Benedicti vendit anno 1276 Dominæ Felicitati Viduæ de Peruwez Dominium ac Decimas Parochiæ de Puers, in Brabantia ac Diœceſi Mechlinienſi.

Universis præsentes Litteras inſpecturis Reinaldus divinâ permiſſione Electus Monaſterii Sancti Cornelii Indenſis Colonienſis Diœceſis & Confirmatus, totuſque ejuſdem loci Conventus ſalutem in Domino.

Creſcente mundi malitiâ, opus eſt, ut hominum creſcat induſtria, & cautela, quibus provideatur, ut quod geritur in tempore, conſummetur feliciter & ſervetur.

Ea-propter univerſitati veſtræ volumus eſſe notum, quod cum Nos & noſtra Eccleſia Sti. Cornelii mole debitorum graviſſimâ diverſis creditoribus eſſemus obligati, haberemuſque terras, paſcua, paludes, aquas, decimas, cenſus & redditus ac bona alia in Villâ & Territorio de Puderſſe * ac ejus appenditiis conſiſtentia, de quibus bonis in manus alienas poſitis, & pro majori parte certis perſonis per nos ad vitam conceſſis nullus fructus &c.

* Vulgo Puers.

Prædicta bona in terris, aquis, decimis, cenſibus, redditibus juribus & rebus aliis conſiſtentia & omne Dominium directum vel utile, & omne jus, quod nobis & Eccleſiæ noſtræ, ex quibuſcumque cauſis & ratione in prædictis bonis, in Villâ, Territorio, & appendentiis de Puderſſe, prædictis conſiſtentibus, & brevitate omnia & ſingula in quibuſcumque bonis & rebus conſiſtant, quæ habebamus & habere poteramus & nunc habemus ibidem, quâcumque cauſâ & quocumque modo, & quæ noſtri juris erant vel eſſe poterant vel debebant, ſunt & eſſe poſſunt, in omnibus rebus nominatis & non nominatis, ac ſi eſſent propriis expreſſæ & ſpecificatæ nominibus, cum omnibus juribus, juſtitiis, rationibus, ratiociniis, terragiis, Homagiis & releviis, vendidimus & vendimus, tradimus vel quaſi tradimus, tradidimus vel quaſi tradidimus, ceſſimus, & conceſſimus, cedimus, & concedimus Nobili Mulieri ac Dominæ Felicitati relictæ felicis recordationis Godefridi quondam Domini de * Pierewes pro vero & joſto pretio, videlicet &c.

* Vulgo Peruwez.

Et quibuſdam intermiſſis ſubſequitur.

Præterea omnia ſervilia quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ ſub prætextu Dominii vel honoris ex jure vel ex more à qoibuſlibet perſonis Eccleſiaſticis vel ſæcularibus ratioue dictorum bonorum ſeu decimarum debebantur & debentur, omnino concedimus, & cum prædicta univerſitate transferimus, tranſlata eſſe & tranſtuliſſe confitemur in præfatam Dominam, nihil in prædictis Villa, Territorio, & appeodentiis nobis jure retinentes. Confitemur etiam &c.

Cæterum ot præmiſſa Acta & Conventa ſolemnius confirmarentur, Nos Electus in propria perſona & Nos Conventus per Syndicum ſeu Procurationem noſtram, conceſſam ipſi Procuratori à nobis omnibus & ſingulis de prædicti Electi noſtri voluntate & mandato ſpeciali juravimus, quod bona prædicta erant noſtri Allodii & proprii juris noſtri, & tam liberæ conditioois, quod de ipſis & pro ipſis nulli hominum in aliquo exactionis ſervitio tenebamur. Qui etiam Procurator &c.

(1) Monasterium hoc dicitur Indenſe, à fluviolo hujus nominis. Situm eſt altero milliari ab Aquiſgrano. Fundamenta ejus Carolus Magnus Imp. jeciſſe fertur, filiuſque Ludovicus Pius ultimam ei impoſuiſſe manum. Vide Diploma ejus apud Miræum.

Hodie adhuc opulentum eſt, nullique recipiuntur illic ad profeſſionem Regulæ S. Benedicti, niſi qui ex illuſtri proſapiâ oriundi ſuot. Abbas eſt S. R. I. Princeps, variorum locorum Toparcha, atque imprimis Præpoſitus ac Patronus Eccleſiæ Collegiatæ Schladinienſis in Comi-

tatu Namurcenſi : de qua vide apud Miræum in Diplomatibus.

Olim tamen, (ut ex hoc imprimis patet Diplomate,) pluribus obæratum debitis, multa quæ in Belgio poſſidebat bona divendidit. Sic etiam Rothnacum Oppidum, aliaſque terras in Flandria anno 1280 vendidit Guidoni Flandriæ Comiti. Diploma habet Miræus pag. 1007.

CAPUT CXV.

Abbatia Sti. Bernardi ad Scaldim, Religioſorum Ordinis Ciſtercienſis in Diœceſi Antverpienſi, acquirit Dominium ac Decimas Parochiæ de Puers in Brabantia anno 1278 à Felicitate de Perweys, Dominâ de Hoboken.

Universis præsentes Litteras inſpecturis, (1) Felicitas dicta de (2) Parweis, Domina de (3) Hoboken, relicta felicis recordationis Godefridi quondam Domini de Parweis, ſalutem & rei geſtæ ſcire veritatem.

Noverit univerſitas veſtra, quod nos bona noſtra in terris, aquis, cenſibus, redditibus, juribus & aliis quibuſcumque rebus conſiſtentia, quæ in purum allodium noſtrum ab Abbate & Conventu Sti. Cornelii Indenſis juſto titulo nobis acquiſivimus in Villâ Territorii & appenditiis de Puderſſe, ac tenuimus & poſſedimus pacificè & quietè legitimo tempore & amplius jam elapſo, cum omnibus juribus, juſtitiis, ratinnibus, ratiociniis, te ragiis, homagiis & releviis, vendidimus legitimè Viris Religioſis Abbati & Conventui Monaſterii loci Sti. Bernardi Ciſtercienſis Ordinis, Cameracenſis Diœceſis, pro mille & quadringentis libris Lovanienſibus Monetæ minoris, excepto uno bonario terræ arabilis, & uno prati parum plus vel minus, ſexaginta pullis gallinarum & duodecim denariis Lovanienſibus annui cenſûs, quæ omnia dedimus Waltero de Ruſebroeck in augmentum Feodi ſui quod ab dictis Religioſis tenêre debebit.

Præterea decimam noſtram quam in Parochiâ & appenditiis dictæ Villæ habuimus & eum bonis prædictis à dictis Abbate & Conventu Indenſibus acquiſivimus, contulimus dictis Religioſis, Abbati videlicet, & Conventui loci Sti Bernardi in eleëmoſynam pro ſalute noſtra, dilecti filii noſtri Henrici nuper defuncti, prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum ut in eodem Monaſterio noſtri memoria perpetuò habeatur.

Cæterum ut tam venditio, quam collatio bonorum omnium prædictorum ſemper ſtabilis perſeveret, Nos Felicitas prædicta in præſentia illuſtris Principis Domini Joannis Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ & multorum aliorum Nobilium ac Hominum ſuorum Allodialium & Feodalium perſonaliter conſtituta, prædicta bona omnia cum Mamburno ſeu Tutore nobis legitimè dato per requiſitionem dicti Domini Ducis & ſententiam ac judicium Hominum ſuorum prædictorum tranſtulimus in manus dicti Abbatis loci Sti. Bernardi ad opus Monaſterii ſui, werpivimus & effeſtucavimus ſuper eiſdem; ac omnia alia fecimus quæ dicti Homines ſuper allodio eſſe de jure docuerant faciendo, nihil nobis juris, nihil hæredibus ac ſucceſſoribus noſtris, in dictis bonis omnibus retinendo. Inſuper promittimus ipſis Religioſis, quod omnes munitiones ſeu Litteras quas occaſione bonorum ſæpedictorum habemus, ipſis tradere ac deliberare debebimus & tenemur.

Huic autem facto interfuerunt Viri Nobiles Dominus de Harſtallio, Dominus Gerardus de Marbaes, Dominus Arnoldus de Waclaem & Dominus Walterus dictus Volkaert.

Ut autem prædicta omnia robur perpetuæ firmitatis obtineant & ſtabilitatem inconcuſſam, præſentes Litteras Sigillo noſtro muniri fecimus rogantes prædictos omnes & ſingulos, ut ſigilla ſua Litteris præſentibus nobiſcum apponi jubeant, in rei geſtæ teſtimonium & memoriam ſempiternam. Nos vero Godefridus Frater Domini Ducis, Henricus de Lovanio Dominus de Harſtallio, Gerardus Dominus de Marbaes, Arnoldus Dominus de Waelaem & Walterus Volkaert prædicti ad petitionem dictæ Dominæ Sigilla noſtra Litteris præſentibus duximus apponenda.

Actum & datum, anno Domini M. C. C. ſeptuageſimo octavo, in craſtino Beatorum Martyrum Joannis & Pauli.

Extabat antea exiguum ejuſdem Diplomatis Fragmentum apud Miræum, pag. 769.

(1) Felicitas de Perweys; extitit etiam benefactrix Monaſterii de Auderghem, Monialium ordinis S Dominici juxta Bruxellam, cui Jus Patronatûs ac Decimas de Eeckeren apud Antverpiam contulit. Vide Tabulas apud Miræum pag. 1005.

(2) Parweys, vulgo *Perwez*, alius eſt vicus Gallo-Brabantiæ antiqui Baronatûs titulo illuſtris, olim dominium Familiæ Merodiæ, aſt modo Arembergicæ. Alius ejuſdem nominis de Parweys, partem conſtituit vici atque dominii de Duffel; hodieque ad Marchionem de Deynſe è Gente Merodia pertinet. Sunt & alii ejuſdem nominis pagi in Hannonia.

CAPUT CXVI.

Ludovicus Nivernenſis, Comes Flandriæ, Litteras fundationis Capituli Eccleſiæ Collegiatæ D. Petri Inſulis vetuſtate pene corraſas, recenſet ac confirmat denuo anno 1380.

Ex Archivis Capituli hujus, Item Cameræ Rationum Inſulin.

LUdovicus Comes Flandriæ Dux Brabantiæ Comes Nivernenſis & Regiſtenſis & Dominus Machliniæ univerſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Humanæ fraudis inconſtantia quæ inceſſanter pullulare cernitur hiis diebus, neceſſitatem inducit, ut ea quæ Eccleſiis largitione fidelium conferuntur autenticorum patrociniis firmiter muniantur.

Sanè pro parte dilectorum nobis in Chriſto, Præpoſiti Decani & Capitoli ac totius Collegii Eccleſiæ ſancti Petri Inſulenſis nobis fuit oſtenſum Privilegium claræ memoriæ Balduini Flandriæ Comitis & Marchionis, ac Illuſtris conſortis ſuæ Adelæ Fundatorum Prædeceſſorum noſtrorum ejuſdem Eccleſiæ ſancti Petri. Cujus quidem Privilegii tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

Vide Miræum pag. 65. ſed hic habes Diploma integrum.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis unius veri Dei. Quoniam ego Baldewinus Flandrenſium Comes Marchio, & Philippi Francorum Regis ejuſque Regni Procurator & Bajulus, ſecundum divinorum librorum teſtimonia ſciebam quod ſupernæ vocationis maneat hæreditas, quos in exercitium divini operis bona excitat voluntas, cœpi mecum ſingulari mentis conſideratione ſpeculari, quia cum divinorum mandatorum obſervatione nichil alicui Dei cultori magis valeat eſſe ad ſalutem animæ & corporis ſalubre, quam Eccleſias ad honorem Dei ejuſque Sanctorum ubi rationabiliter ac legaliter fieri poteſt, ædificare.

Quapropter ſæpiùs oculis cordis illud reſpiciens quod ſcriptum eſt: *Cui multum committitur; multum ab eo exigitur*; & illud; *qui Domum Dei ædificat in terris, Domum ſuam præparat in Cœlis.*

Præterea conjugis meæ Adelæ & filii mei Balduini fideli ac ſalubri acquieſcens conſilio, Baſilicam in honore ſancti Petri Apoſtolorum Principis à fundamento conſtruens, Congregationem Canonicorum in eadem, Dei clementiam pro anima mea & Anteceſſorum meorum Uxoriſque meæ ac filiorum meorum & omnium Dei fidelium die noctuque exorare inſtitui, eiſque, ad uſus neceſſarios de rebus poſſeſſionis meæ tradidi quæ inferius continentur; libera videlicet omnimodo & ab omni dominatione ſeu poteſtate, cujuſquam abſoluta, exceptâ ejus quidem quem Præpoſitus & Canonici ejuſdem Eccleſiæ in loco à Progenitoribus Illa * nominato fundatæ, communi elegerint voluntate: qui & ipſe quoque tamdiu & non ulterius eorum rebus præſit quamdiu eis placoerit. * Vulgo Lille.

In territorio Illenſi in Villa quæ dicitur Ulma VIII. manſosterræ; in Villa Frelenchehem III. manſos & VI bonarios.

In Waſcemin III. manſos & IV. bonarios.

In Lecbin III. manſos & IV. bonarios.

In Sebeline II. manſos & VII. booarios.

In Anetieres juxta Pietre I. manſum.

In Marcha XVI. bonarios & III. partes unius bonarii.

Juxta Fluvium Marcam VII. manſos & VIII. bonarios & tres partes unius bonarii.

In Formeſtraus XIV. bonarios.

In Douleſmons, XV. manſos.

In loco qui dicitur Fins II. manſos & X. bonarios.

Io Marlera I. manſom.

Haluin IV. manſos & VI. bonarios.

Apud Flers I. manſum.

Apud Fins in honore ſanctî Mauritîl Altare; eâ tamen ab Epiſcopo Balduino conditione conceſſum, ut ibi duabus perſonis Canonicorum electione poſitis, cum ſecunda à vita diſceſſerit non amplius decem ipſi Epiſcopo vel Succeſſoribus ejus ſolidi perſolvantur pro reſtitutione ſimiliter duarum perſonarum, & ſic res inter eos omni tempore procedat.

Apud Wzemias, Bodium Eccleſiæ.

Apud Aſnapiam, item Bodium Eccleſiæ.

Apud Bacedam decimam unam.

In ſuburbio ejuſdem Caſtri, id eſt Illenſis, unicuique Canonicorum cortile unum.

Infra Caſtrum autem totam terram quæ adjacet Eccleſiæ officinis & domibus Clericorum aptam; cujus terminus eſt via veniens à ſeptentrionali porta uſque ad metam atrii verſus meridiem, ab Orientali vero parte murus aquæ contiguus pertingens per circuitum uſque ad prælatam portam.

In territorio Cortracenſi apud Godelingbehem bodium Eccleſiæ & I. manſum terræ.

Apud Iſenguebem VI. manſos & VI. bonarios.

In territorio ſancti Audomari apud Flenecam decimam unam.

In territorio Furneoſi in Villa Elverdinghes decimam unam.

Flambertinges decimam ſimiliter unam.

In territorio Iprenſi in Villa Kembles V. manſos terræ.

Apud Villam Marcam V. manſos & tres partes bonarii.

In territorio Brugenſi in Villa Rollers medietatem Bodii Eccleſiæ & duas partes decimæ culturarum mearum.

In Parochia Villæ quæ dicitur Eſnes in loco ovium Bircla nomine III. bercarias & quartæ tertiam partem, & inſuper XX. oves cum terra eis competenti

In Moneta Illenſi Hebdomadarii Miſſam pro defunctorum ſalute omni die celebrantibus XIV. denarios VIII. Presbytero IV. Diachono, Cantori quoque de eadem Moneta XX. ſolidos medietatem horum in dedicatione ipſius Eccleſiæ, reliquum vero in Purificatione Mariæ.

In præfato loco id eſt Bircla II. partes unius bercariæ.

Bodium de Elveringhem poſt obitum Raineri.

Præterea ejuſdem loci Præpoſito inferius nominanda conſtitui.

Apud Huveſt IV. manſos.

Apud Ineesbeke II. manſos.

Apud Bazerol & Sars & Crois III. manſos.

In territorio Ipreuſi apud Widegaz V. manſos.

In Lotharii Regno juxta Aquas-grani in loco qui vocatur Vals VII. manſos.

In præfata Villa ſcilicet Moſcherou II manſos Eccleſiæ in dotalitio.

In Parochia A'ſrenchehem unam bercariam

In foro Illæ Altare ſancti Stephani cum bodio.

In Suburbio ejus curtile unum & molendinum unum cum curtili.

Quin etiam Uxor mea elemoſinarum & remunerationis a Domino mecum particeps eſſe cupiens & illius Dominici verbi reminiſcens: *Hoſpes fui & ſuſcepiſtis me: eſurivi & dediſtis mihi manducare*, contulit ſupra-dictæ Eccleſiæ villam in Atrebatenſi Pago ſitam nomine Efluc ad hoſpitium & refectionem pauperum: eâ tamen ratione, ut Canonici exinde ſingulis annis XL. ſolidos habeant in ipſius Dedicatione.

Dedit quoque præterea Bodium Eccleſiæ de Douleſmons Theſaurario, ut ex eo unoquoque anno Canonici XII. ſolidos recipiant in die ſolemni Apoſtolorum Petri & Pauli: quia eodem die celebrabunt anniverſarium diem Patris ejus Rotberti Francorum quidem Regis & panperes panem unius modii variæ annonæ & duas caſeorum penſas.

Sed & Altare ſancti Petri in cripta ex eo omni tempore ſæculi per noctium tempora indeficiens luminare habeat.

Si quis autem hiis in aliquo contraire aut contradicere voluerit, centum libras auri perſolvat, & bannum Regis, & quod temptavit irritum fiat.

Actum apud Iſlam in ſancti Petri Baſilicâ coram Philippi Francorum Regis præſentia anno VII. imperii ejus, anno ab Incarnatione Domini milleſimo LXVI. Indictione IV. aſtantibus quamplurimis Nobilibus & idoneis teſtibus Cleticis atque Laicis.

Ut autem hæc Traditio firma atque in omne tempus indiſſoluta permaneat, prædictus Rex eam, rogatu meo, ſuâ manu ſignavit atque Sigilli ſui impreſſione firmavit.

S. Balduini Junioris Comitis.
S. Iſaac de Valencines.
S. Balduini Noviomenſis Epiſcopi.
S. Widonis Ambianenſis Epiſcopi.
S. Drogonis Taruanenſis Epiſcopi.
S. Fulcardi Noviomenſis Archidiaconi.
S. Warnerii Taruanenſis Archidiaconi.
S. Barmundi Archidiaconi Cameracenſis.
S. Clarboldi Pincernæ.
S. Theoderici Dapiferi.
S. Rengoti de Gandavo.
S. Anſelmi Calvi.
S. Rotberti Advocati.
S Johannis Advocati.
S Walteri Duaceuſis.
S. Hugonis Fratris ejus.
S. Radulphi Tornacenſis.
S. Wederici Tornacenſis.
Ego Balduinus Cancellarius ſubſcripſi.

CUm itaque Privilegium ſupraſcriptum ex ipſius vetuſtate nimiâ fuerit & ſit in diverſis locis taliter corruptum & conſumptum, quod de cætero integrum conſervari nec moveri poterit; Nobis humiliter ſupplicarunt, ut ſequendo ſancta & devota noſtrorum Prædeceſſorum opera, indempnitati ipſius Eccleſiæ providere & hujuſmodi Privilegium Fundationis & Inſtitutionis ejuſdem ſub modis formis & conditionibus in eodem comprehenſis renovare dignaremur.

Nos itaque piam & ſanctam eorumdem Fundatorum devotionem in Domino commendantes, & participes orationum & aliorum bonorum operum, quæ die noctuque fiunt ſolemniter & devotè in præfata Eccleſia effici cupientes, indempnitati quoque præfatæ Eccleſiæ & perſonarum ejuſdem providere volentes, ne propter defectum hujuſmodi Privilegii ſic vetuſtate corruptioni expoſiti, eadem Eccleſia in ſuis libertatibus rebus & poſſeſſionibus detrimentum patiatur ſeu læſionem, eorum juſtæ ſupplicationi favorabiliter annuentes prædictum Privilegium, prout ſuperſcribitur hiis præſentibus inſeri fecimus & tranſcribi.

Et ipſum juxta continentiam & formam in eo comprehenſam in quantum ſit neceſſe renovamus, & renore præſentium confirmamus. Decerneotes hujuſmodi Litteris noſtris prædictum Privilegium ſic continentibus tantam fidem adhibendam ſore & adhiberi debere perpetuis temporibus in judiciis & extra, ſicut originali Privilegio prædicto, ſi exiſteret in ſana ipſius integritate.

Nolentes ipſos ad exhibitionem ſeu oſtenſionem prædicti Originalis aliqualiter de cætero compelli.

Quod ut firmum & ſtabile perſeveret, præſentes

ſentes Litteras noſtras Sigillo noſtro magno muniri fecimus, aſtantibus ad præmiſſa & præſentibus de Conſilio noſtro

Magiſtro Sigero de Beka Præpoſito Brugenſi.

Caſtellano Dixmudenſi Domino Guillelmo de Reingherſvliete

Magiſtro Guillelmo Vernachten Decano ſanctæ Donatiani Brugenſis.

Caſtellano Iprenſi,

Caſtellano Furnenſi.

Magiſtro Feſtardo de Waſtina Hoſpitalario & Canonico Tornacenſi,

Domino Goſſuino de Wilde Milite, Superiori Ballivio noſtro Flandriæ.

Thoma Crempe & nonnullis aliis.

Datum & actum in Villa noſtra Inſulenſi anno Dominicæ Incarnationis milleſimo trecenteſimo octuageſimo, die undecimâ menſis Julii.

CAPUT CXVII.

Statutum perpetuum de optione Præbendarum vacantium, datum à Capitulo Cathedrali Tornacenſi, anno 1396.

Ex Cartulario III. Eccleſiæ Tornac.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis, H. Decanus & Capitulum Eccleſiæ Tornacenſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam convenienter, approbantibus Canonicis Sanctionibus, ſecundum varietates temporum Statuta variantur humana, cum aut morum reformatio, vitæ rectitudo, rationis æquitas, vel evidens utilitas id expoſcit; & præſertim cum fraternalis concordia, caritativa unio, laborum & meritorum compenſatio hinc ſuccreſcunt, diſpendia litium jurgiorumque fumenta radicitùs extirpantur;

Cum igitur Prædeceſſores noſtri, damnis & diſpendiis Eccleſiæ noſtræ providere cupientes Statutum anno Domini M. C. C. C. XXXVI. per quondam Dominum Fulconem tunc Eccleſiæ noſtræ Decanum & omnes alios Canonicos noſtros Prædeceſſores in eorum Capitulo generali ad hoc ſpecialiter convocato, habitâ diligenti deliberatione & maturâ, ediderunt; per quod conſideratis & adæquatis primitus per eos cum conſilio peritorum valoribus omnium Præbendarum ejuſdem Eccleſiæ, numero quadraginta trium exiſtentium, in perpetuum duraturâ abſque permutatione quâcumque; ponentes æquâ librâ judicium in pondere, & juſticiam in menſura.

Quæ Præbendæ ſic petitæ debebant penes eorum pro tempore Poſſeſſores in perpetuum remanere: mediantibus tamen certis pecuniarum ſummis, ſive ſupplementis, per aliquos Præbendatos in pinguioribus locis ſituatos, & per officium Cellarii ejuſdem Eccleſiæ, à quo Officio omnes Præbendæ prædictæ ſeu fructus earum dependent, eiſdem Præbendis ſeu ipſas pro tempore obtinentibus, anno quolibet imperpetuum exſolvendis: prout in Statuto prædicto ſuper hoc confecto latiùs continetur.

Et ante Statutum ſic confectum fuerit indicta noſtra Eccleſia dudum obſervatum, quod de ſexennio in ſexennium fiebat partitio ſeu mutatio groſſorum fructuum omnium Præbendarum.

Sed quia per lapſum temporis, & per experientiam rerum magiſtram apparuit, tales partitiones ſeu mutationes eorumdem fructuum in damnum maximum poſſeſſionum ipſius Eccleſiæ ac locorum eidem pertinentium poſſe redundare, ex eo quod nonnulli Canonicorum conſiderantes hujuſmodi partitionem tam brevi tempore duraturam, reddebant ſe negligentes pecuniæ & remiſſos in defendendis juribus ad ſuam Præbendam ſpectantibus, ac etiam in grangiis & ædificiis ad dictam Præbendam pertinentibus intertinendis.

Et propter hæc & alia, quæ dictos noſtros Prædeceſſores ioduxerunt, dictum Statutum ſic conditum, permanſit ſuo tempore in vigore.

Nunc autem, & ab octodecim annis citra, quibus Schiſma univerſalis Eccleſiæ, & guerræ partium Flandriæ (proh dolor!) inceperunt, fructus, redditus & proventus, quos præfatum Officium Cellarii in dictis partibus Flandriæ habebat, fueruot, & ſunt multipliciter dimuniti, & per potentiam aliquorum, ad inſtigationem nonnullorum Schiſmaticorum * arreſtati & levati de facto. Et propterea dictorum ſupplementorum ſolutio, tam propter prædicta, quam propter diminutionem Decimarum & aliorum redditnum in eadem Patria exiſtentium hucuſque fuerit dilata. Tum etiam propter indigentiam & debilitatem dicti Officii Cellarii, quod diſtributiones quotidianas, & etiam plurimas lites & expenſas pro juribus, libertatibus, & quampluribus oneribus habet ſupportare, quam etiam pro domibus, grangiis & aliis ædificiis ejuſdem Eccleſiæ intertinendis, & in aliquibus locis de novo conſtruendis.

* Schiſmaticos vocabant eos, qui Urbano VI. Pont. adhærebant. Vide Miræum pag. 1038.

Et propterea dicta ſupplementa non ſoluta, invidiæ ac odii fomitem inter aliquos Fratres noſtros in dictis locis pinguioribus ſituatos, nec ſupplementum per eos debitum exſolventes, pullulaſſe jam ſentimus: veriſimiliter formidantes, quod noſtra Eccleſia, & prædictum Officium Cellarii diverſis litibus &

dampnis breviter involvetur; niſi ſuper hiis per Nos ſit proviſum de celeri remedio opportuno.

Hinc eſt, quod nos, pacem litibus & caritatem odiis cordialiter præferre cupientes, ut unio & æqualitas obſerventur, & murmurationes inter Fratres de cætero non inſurgant, quodque ut juſtum eſt, quanto quis plus laboraverit, tanto per amplius mereatur, hac præſenti die XXV. menſis Junii infraſcriptâ, anni Domini milleſimi trecenteſimi nonageſimi ſexti, in noſtro generali Capitulo horâ conſuetâ, ad ſonum campanæ Capitulariter congregati, & capitulantes proaptiori, promptiori, utiliori & expedientiori, & ſummè neceſſario remedio, in & pro præmiſſis, & ad præmiſſa apponendo diſpoſitionem & ſtatum poſſeſſionum, facultatum & reddituum Eccleſiæ noſtræ; frequenti diligenti & maturâ deliberatione ponderatis & penſatis; unanimiter duximus ſtatuendum & ordinandum.

Ac tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, ut ab hac die in antea vacante Præbendâ Eccleſiæ noſtræ, Canonicus Præbendatus ipſius Eccleſiæ antiquior in receptione, per ſe vel alium groſſos fructus ad hujuſmodi vacantem Præbendam ſpectantes optare valeat, & ſuper eum optatos percipere, integrè levare, habere, & perpetuò poſſidere pacificè & quietè, donec ſimili vacatione ſubſecutâ, fructus alios modo conſimili duxerit peroptandos, dimiſſis fructibus quos prius poſſederat.

Groſſos fructus vero ſic per antiquiorem Canonicum dimiſſos, alius primus antiquior poſt eum, modo ſimili optare valeat per ſe vel per alium, & percipere & habere, & ut ſupra poſſidere.

Et ſic eſt de ſingulis Canonicis antiquioribus pacificè Præbendatis gradatim optare volentibus cenſendum.

Canonicum vero Præbendatum, ad optandum fructus hujuſmodi, ſuos dimittendo, aptum dumtaxat reputamus & declaramus, & nullum alium, qui Præbendam ſuam ſaltem per unum annum integrè poſſederit, pacificè & quietè.

Volumus autem, & perpetuò ſtatuimus, ut hujuſmodi groſſorum fructuum optatio ſeu electio gradatim, ut præmiſſum eſt facienda, intra ſex dierum ſpacium à die notæ vacationis prædictæ, in Eccleſia noſtra computandum, fiat per ſingulos antiquiores prædictos, vel aliquos pro eis, coram nobis in noſtro Capitulo, in præſentia Notarii & teſtium; & etiam compleatur, nec ulteriùs aliqualiter differatur.

Volens autem optare, & valens fructus per optationem ſeu optantes ſic dimiſſos in ordine ſuo hujuſmodi optionem & electionem faciat modo præmiſſo, infra ſpacium trium horarum. Quibus lapſis, ſinguli antiquiores infra ſimile tempora ſpatium optare modo ſimili teneantur; ulterius non audituri neque admiſſuri; ſed ſint pro tunc ipſo facto jure optandi excluſi.

Tranſacto vero hujuſmodi ſex dierum ſpacio, novus Canonicus Præbendatus fructus groſſos per ultimum Præbendatum dimiſſos liberè percipiat, habeat & poſſideat; prout ſuperius de aliis præmiſſis dictum eſt, ſolvendo ſolvi conſueta.

Ut autem hujuſmodi ſalubre Statutum, pacis, unitatis & concordiæ nutritivum, ac diſcordiæ & litis expulſivum, non habeatur: lapſu temporis in contemptum, & ad nihilum deducatur: ſed potius firmum & ſtabile maneat; ſtatuimus & ordinamus, quod ſi aliquando (quod abſit) aliquis novus Canonicus, potentiâ vel aliàs de facto, hujuſmodi noſtro Statuto ſe opponat, litemque ſuper hoc moveri contingat, hujuſmodi litem pro defenſione & conſervatione præſentis noſtri Statuti expenſis Officii Cellarii dictæ noſtræ Eccleſiæ fieri & deduci, uſque ad definitivam Sententiam incluſivè perpetuò decernimus. Firmitas Statuti.

Nos vero Decanus & ſingulares Canonici, in noſtro Capitulo generali (ut præmiſſum eſt) perſonaliter capitulantes, hujuſmodi laudabile Statutum, ac omnia & ſingula in eo contenta perſonaliter juravimus, & juramus perpetuò & inviolabiliter obſervare.

In cujus rei teſtimonium, Sigillum perpetuum dictæ noſtræ Eccleſiæ præſentibus duximus apponendum, anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſexto, & die vigeſimâ quintâ menſis Junii ſupradicti, præſentibus Nobis

H. * Decano, — * Henricus de Briart.
B. Archidiacono Brugenſi,
J. Archidiacono Gandenſi,
J. Pœnitentiario, † — † Joannes Mercatoris.
Nicolao de Malda,
N. Braine,
G. Hoſpitalario,
J. Parentii,
J. Nourier,
Jo. Groſſetieſte,
P. de Carnoya,
J. Merchatore,
T. * Pryer, — * Toſſanus de Prierio.
P. Braly,
B. Namate,
G. de Paullaco, — † Fulco de Merula Cancellarius.
F. de Merula, †
P. de Grandmont,
A. de Brimeu,
R. Majoris, * — * Radulphus Majoris, fuit etiam Præpoſitus S. Donatiani Brugis, & S. Amati Duaci.
G. de Grandmont,
B. de Merula,
& P. Colli, Canonicis prædictæ Eccleſiæ Tornacenſis.

Addito Capitularis, anno 1404 die 22 Junii.

ITem adjiciendo præſenti Statuto, ſtatuimus & ordinamus, quod quotieſcumque continget, Canonicum de cætero optare infra tempus prænotatum groſſos fructus alicujus Canonici, vacantes per mortem aut reſignationem, aut aliàs quovis modo, per quorum groſſorum fructuum optionem, groſſi fructus, quos Canonicus optans priùs obtinebat ſic vacantes ſint ad opus alterius Canonici non habentis fructus ſibi aſſignatos, realiter deputati & aſſignati; ſi in hujuſmodi fructibus dimiſſis per antiquum Canonicum optantem, & juniori Canonico aſſignatis, ſint & fuerint aliquæ ruinæ, ſive in domibus, grangiis & aliis ædificiis antiquis; Canonicus optans novos fructus, tenebitur ad reparationem & refectionem, pro rata ſua, domorum, grangiarum & aliorum ædificiorum ruinam minantium, pertinentium ad fructus per antiquum Canonicum optantem dimiſſos, & juniori Canonico aſſignatos. Qui junior Canonicus ſolum tenebitur ad intertentionem & reparationem domorum, pro tempore futuro, & non aliàs.

In cujus rei teſtimonium &c. ſignatum ut ſupra, H. Decano; &c. & accedunt,

R. Cognati Hoſpitalar.
Jo. Mercatoris Pœnitentiario,
G Arnaldi, *
H. Carpentini,
Livini Bleckere, †
Touſſano Pryer,
Jo. de Gorderio,
& Joaone de Plantebaye, Canonicis prædictæ Eccleſiæ Tornacenſis.

* Guilielmus Arnaldi, dein Cath. Tornac. Dec. item Præp. B. M. Brugis.

† Liv. de Bleckere Præpoſit. S. Pharaildis Gandavi.

CAPUT CXVIII.

Martinus V. Pont. confirmat fundationem Monaſterii Stæ. Barbaræ Gandavi, Monialium Ord. S. Auguſtini authore Georgio Vranckx Cive Gandenſi) à quo & nomen retinent) anno 1425. Idem præſtat Joannes de Thoiſy Tornacenſium Epiſcopus, anno 1447.

JOhannes miſeratione divinâ Tornacenſis Epiſcopus dilectis nobis in Chriſto filiabus, univerſis mulieribus in Domo S. Barbaræ ſitâ infra metas Parochiæ B Mariæ Gandenſis, noſtræ Diœceſis, degentibus & retractis, tam præſentibus quam futuris, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem.

In divini nominis glorià exultantes, multiplici gaudiorum affluentiâ delectamur, dum videmus Chriſti Fideles ſubditos noſtros in humilitatis ſpiritu offerre Domino vota ſua. Profecto preces talium libenter admittimus, & favoribus proſequimur opportunis.

Sane oblatæ nobis nuper veſtræ Supplicationis ſeries in effectu continebat, ut in hiis, quæ latiùs continentur in certo Indulto per ſelicis recordationis Dominum noſtrum Martinum Papam Quintum vobis gratioſè conceſſo, ſub hac verborum forma.

MArtinus Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus, univerſis mulieribus in Domo Stæ. Barbaræ, ſitâ in Parochia Parochialis Eccleſiæ B. Mariæ Gandenſis, Tornacenſis Diœceſis, degentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus, illaque favoribus proſequimur opportunis.

Sane petitio dilecti filii Georgii Vraneke (1) Oppidani Oppidi Gandavenſis, Tornacenſis Diœceſis Nobis exhibita continebat, quod olim ipſe cupiens terrena in cæleſtia & tranſitoria in æterna felici commereio commutare, de bonis ſibi à Deo collatis, in dicto Oppido, in Parochia Parochialis Eccleſiæ B Mariæ, in loco dicto . . . . . quamdam Domum Stæ. Barbaræ nuncupatam, pro uſu & habitatione veſtrûm conſtruxerit, ſeu conſtrui procuraverit. In qua vos & Sorores caſtè & honeſtè de propriis & laboribus veſtris in communi vivendo vos retraxiſtis, Deo devotè ſerviendo.

Quare pro parte dicti Oppidani & veſtrûm Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis quoddam Altare portatile cum debitis reverentia & honore habere, ſuper quo in eadem domo poſſitis per quemcumque Sacerdotem ydoneum Miſſas & alia divina Officia facere celebrari, nec non ab ipſo Sacerdote Sacramenta Eccleſiaſtica recipere, concedere, de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus in-

elinati, vobis & ſuccedentibus veſtris habitatricibus dictæ Domûs, quæ erunt pro tempore, ut Altare portatile cum debitis reverentiâ & bonore, ſoper quo in eadem Domo, ſi ad boc opus ſit, congruâ & honeſtâ per quemcumque Sacerdotem ydoneum bujuſmodi Miſſas & alia divina Officia celebrari facere, ac hujuſmodi Sacramenta Eccleſiaſtica ab ipſo Sacerdote recipere, & ipſe Sacerdos vobis illa miniſtrare, deinceps liberè & licitè valeatis & poſſitis, Diœceſani loci & cujuſcumque alterius ſuper hoc licentiâ minimè requiſitâ; ſine tamen præjudicio Eccleſiæ prædictæ & cujuſcumque alterius; Vobis & eidem Sacerdoti Auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium licentiam elargimur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ elargitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & BB Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

* Id eſt. ann. 1425. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos XVI. Kal. Auguſti, Pontificatûs noſtri anno octavo. *

NOſtrum conſenſum pariter & aſſenſum præbêre; & cum ipſa Domus S. Barbaræ ab Eccleſia Parochiali loci ſatis longè diſſet, vobiſque non conveniat vagari, Capellam ipſius Domûs, in honore & ſub vocabulo S. Barbaræ conſtructam, & duo Altaria ibidem erecta, cum certo cimiterio infra ſepta ipſius Domûs rationabiliter limitato vel limitando, benedicere, conſecrareque & dedicare, ac familiæ veſtræ inibi ſepulturam Eccleſiaſticam concedere;

Et ut inibi cotidie, etiam in Feſtis præcipuis Miſſas & alia divina Officia per Confeſſorem veſtrum, vel alium ydoneum Sacerdotem celebrari facere, audire, & Sacramenta Eccleſiaſtica ab ipſo Confeſſore licitè recipere poſſitis, abſque dictæ Eccleſiæ Parochialis (niſi voluentis) frequentatione, facultatem & licentiam elargiri & impertiri, aliaſque Vobis & ſtatui veſtro in hoc opportunè providere dignaremur.

Nos itaque votis veſtris favorabiliter annuentes in omnibus biis, quæ & proout in Indulto præinſerto latiùs contenta ſunt, noſtrum præbuimus & præbemus conſenſum pariter & aſſenſum.

Et ut abſque vagatione eò quietiùs valeatis Domino jugiter famulari, tenore præſentium devotioni veſtræ indulgemus, quod prædicta Capella Domûs S. Barbaræ, ac duo Altaria in eâ erecta, cum certo cimiterio infra ſepta ipſius Domûs rationabiliter limitato vel limitando per Rev. in Chriſto Patrem D. Nicolaum (2) Dei gratiâ Epiſcopom Sareptanom, cui quoad boc vices noſtras committimus, cum Indulgentiarum conceſſionibus aliiſqoe ſolemnitatibus adhiberi ſolitis, ritè valeant benedici conſecrarique & dedicari.

Ad hæc, poſt bujuſmodi benedictionem conſecrationem & dedicationem, vobis veſtriſque ſuccedentibus, Confeſſori pariter & veſtræ familiæ pro tempore exiſtenti dumtaxat, inibi ſepulturam Eccleſiaſticam concedimus. Et ioſuper ut ad nutum aliquem ydoneum Sacerdotem, in veſtrum & ipſius veſtræ veræ Familiæ Cooſeſſorem eligere, Nobiſque & noſtris Succeſſoribus admittendum præſentare; & per ipſom Confeſſorem vel alium ydoneum Sacerdotem ad hoc admiſſum vel admittendum, in dicta Capella diebus ad hoc ſtatutis aquam benedictam confici, & ſuper vos dictamque Familiam veſtram abſtergi;

Nec non ſuper dictis Altaribus Miſſas & alia divina officia ſubmiſſâ voce cotidie, ac in præcipuis dictæque Capellæ Dedicationis Feſtis, cum ootâ ſolemniter celebrari facere.

Miſſas quoque & Officia hujuſmodi, abſque dictæ Parochialis Eccleſiæ (niſi volueritis) frequentatione, audire; ac inſuper ab ipſo Confeſſore Sacramenta Eccleſiaſtica recipere; ipſeque Cooſeſſor tam in vita, quam in mortis articulo Confeſſiones veſtras & dictæ Familiæ veſtræ audire; Voſque & eandem veſtram Familiam in omnibus illis præmiſſis, quæ Decanis noſtræ Chriſtianitatis per Statuta Synodalia permittuntur vel permittentur, ab his ſimilibus & inferioribus abſolvere;

Nec non Vobis & eidem veſtræ familiæ pœnitentiam ſalutarem injungere, cæteraque Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, ac in loco honeſto infra dictam Capellam Euchariſtiæ & Extremæ Unctionis Sacramenta conſervare, deinceps liberè & licitè valeatis & poſſitis, dictuſque Confeſſor poſſit & valeat; vobis ac dicto Confeſſori facultatem impertimur, & elargimur, per præſentes; Jure tamen Parœbiali in cæteris ſemper ſalvo.

In cujus rei teſtimonium, præſentes Litteras fieri, & Sigilli noſtri juſſimus appenſione muniri.

Datum & actum Gandavi dictæ noſtræ Diœceſis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo; menſis Junii die vigeſimâ-ſeptimâ.

(1) GEORGIUS VRANCKX. De hoc Monaſterio Gandavenſi vix quidquam refert Sanderus in ſua Flandria Illuſtratâ, niſi quod ab authore ſuo nomen uſque in hodiernum diem retinuerit; quodque prima ejus Prioriſſa fuerit Jacoba van Ottinghen.

(2) NICOLAUS MAES, Brugenſis, S. T. D. ex Ordine FF. Minorum aſſumptus in Suffraganeum Tornacenſem; vixit uſque ad annum 1448; ſepultus Brugis in Eccleſia ſui Ordinis.

CAPUT CXIX.

Joannes le Familleur Toparcha de Buſco Domini Iſaac, (vulgo Bois-Seigneur-Iſaac*) donat anno* 1413, *Capellam ſuam caſtralem cum omnibus ad eam ſpectantibus Priori & Canonicis Regularibus Septem-Fontium in Sylva Soniæ, ad inchoandum illic Monaſterium Canonicorum Regularium ejuſdem Ordinis S. Auguſtini, quod hodie Sylvæ Domini Iſaac nuncupatur, ad limites ejuſdem Sylvæ Soniæ.*

Ex Archivis Prioratûs Sylvæ D. Iſaac.

EGo Johannes le Familleur Dominus Villæ dictæ du Bois-Seigneur-Yſaac & omnium ejus appendentium. Notum facio, fateor & cognoſco, quamdam Capellam me habere non longè ab hoſpicio meo, ſituatam in Villâ meâ jam dictâ du Bois-Seigneur-Yſaac; quæ Capella vulgariter nominatur, Capella Beatæ Mariæ Dei Genitricis ad Sylvam. Et ipſa prædicta Capella Caſtralis eſt, & fundata per Anteceſſores meos prædictæ Villæ Dominos & collata. Cujus etiam ego prænominatus Johannes pro nunc exiſto collator.

Quæ prædicta Capella cum ſuo atrio per Epiſcopum ritè dedicata eſt, & in eâ continuè requieſcit Sacroſanctum Sacramentum Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti. In quâ etiam ad honorem Dei ſolemniter celebrantur divina officia, ſcilicet Miſſæ matutinæ cum aliis horis Canonicis, aqua benedicta exorciſatur, in Feſto Purificationis beatæ Mariæ candelæ benedicuntur, in die Cinerum benedicuntur Cineres, in Feſto Palmarum palmæ benedicuntur & fit proceſſio, & totiens quotiens per totum annum divinum Officium requirit, in die Cœnæ Domini, in die Paraſceves & in Sabbatho ſancto cum Cereo Paſchali benedicendo omnia Divina Officia ritè peraguntur. Nec non & præcipuis feſtivitatibus & per totum annum dum facultas & poſſibilitas permittit.

Ad cujus Capellæ ſuſtentationem deputatæ ſunt & incorporatæ decimæ, cenſus, redditus frugum & pecuniarum & aliorum emolumentorum, terræ quoque arabiles. Eſt & ipſa prædicta Capella cum omnibus ſuis bonis & ejus appendiciis amortizata, ſalva & libera ab omnibus ſervitutibus exactionibus & talliis Diœceſani, Domini terræ ſeu alterius cujuſcumque perſonæ. Quæ omnia & ſingula prænominata à tanto tempore tenta fuerunt & uſitata ſunt, ut non ſit memoria hominum de prædictis in contrarium.

Quam ſæpedictam Capellam cum omnibus ſuis bonis mobilibus & immobilibus annexis & omnibus ejus appenditiis ſpiritualibus & temporalibus prælibatis, Ego Johannes ſupradictus Dominus Villæ dictæ du Bois-Seigneur-Yſae lego, purâque eleëmoſinâ dono, do & incorporo Priori totique Conventui Monaſterii Beatæ Mariæ ad Septem-Fontes in Soniâ, nec non & eorum Succeſſoribus in perpetuum hæreditariè.

Inſuper renuncio & quitto omnes juriſdictiones quaſcumque ſint, quæ in meis quoque hæredibus & Succeſſoribus jure competunt, concernunt, ſeu uoquam in futurum concernere poſſunt, tam in Patronatu qui nobis de jure, uſu & conſuetudine competebat, quam etiam alio quovis modo.

Ad hunc finem videlicet, ut ibidem Divinum Officium amplius exaltetur latiuſque multiplicetur, & ut largior reverentia Sacroſancti Sacramenti & ſanctarum Reliquiarum ibidem exiſtentium devotius in perpetuum teneatur & exerceatur, deſiderio deſideramus obſervarique volumus quatenus, dictus Prior ſuique Succeſſores pro tempore de conſilio dicti Conventûs in perpetuum teneantur piéque & caritativè conſtringantur ad honorem Dei in prædictâ Capellâ duos Fratres inſtituere, & ad nutum eoſdem revoeare, alioſque loco ipſorum ſubſtituere totiens quotiens voluerint; qui inibi commorantes divinum officium compleant, & prædictam Capellam in ædificiis & aliis neceſſariis quibuſcumque de bonis ipſius Capellæ ſuſtinere & conſervare, & prædictæ Capellæ bonas conſuetudines ibidem præuſitatas & laudabiles ſervare, in quantum Regularibus & Canonicis inſtitutis principalibus & prædicti Monaſterii Statutis in nullo videntur obviare.

In futuro verò tempore, caritate fidelium & gratiâ Dei cooperantibus, quantùm hæreditates bonsque temporalis prædicti loci multiplicata fuerint in tantumque dilatata, ut convenienter rationabiliterque plures Fratres exinde valeant ſuſtentari, dictus Prior totuſque Conventus eorumque Succeſſores obligabitur plures Fratres, inſtituendos & revocandos, ut ſupra dictum eſt, ad reſidendum ibidem tranſmittere, ut amplius & amplius dilatetur Officium Divinum; dum tamen hoc commodè valeant complere ſine eorum notabili gravamine.

Hoc etiam ſemper ſalvo, quod Fratres ibi-

dem missi & residentes, semper remanebunt sub jurisdictione & correctione sæpedicti Prioris, nec non moribus & Statutis prædicti Monasterii obligati.

Super quibus omnibus & singulis prædictis, Ego Johannes sæpedictus pro me meisque heredibus & Successoribus omnibus, modo & jure & formâ quibus melius & efficacius possum & debeo, promitto in bonâ fide tenore præsentium prædicta tenere in perpetuum, sine aliquo impedimento & revocatione quacumque. Ipsamque Capellam sæpenominatam, cum omnibus ejus appendiciis prænominatis tam præsentibus quam etiam futuris, in possessionem plenariam usuíque pacificos perpetuè duraturos prædictis Priori totique Conventui ac eorum Successoribus reliquo, omni obstaculo quolibet remoto. Nec non omnia & singula præfata fideliter ut fidelis Dominus pro posse tutabor tuerique curabo.

Et idcirco ut magis ac magis prædicta omnia & singula prævaleant, & roboris perpetui obtineant firmitatem, supplico humiliùs quo possum metuendo & potenti Domino, Domino meo Duci Hollandiæ Comitique Hannoniæ, quatenus omnia & singula superiùs expressa, decretum suum ad hoc & in hoc interponendo atque in signum & in probabile consensûs & voluntatis suæ documentum, suis Litteris & Sigillo proprio, divinæ pietatis intuitu, velit & dignetur approbare confirmare & munire.

In quorum omnium fidem & testimonium, Ego Johannes sæpedictus Sigillum proprium præsentibus Litteris duxi appendendum.

Acta fuerunt hæc in Dominio dictæ Villæ meæ du Bois-Seigneur-Yſaac, anno Domini millesimo quadringentesimo tertio-decimo, quartâ die mensis Maii.

II. Diploma alterum ejusdem Joannis le Familleur, datum eodem anno 1413.

EGo Johannes le Familleur, Dominus Villæ dictæ do Bois-Seigneur-Yſaac & omnium ejus appendentium. Notum facio fateor & cognosco, quamdam Capellam me nuper dedisse & contulisse cum omnibus bonis & pertinentiis suis, Priori totique Conventui Monasterii Beatæ Mariæ ad Septem-Fontes in Zoniâ, quæ dicta est Capella Beatæ Mariæ ad Sylvam. Et in augmentum divinæ laudis & ut in prædicto loco Monasterium debito modo construi possit; desiderans in hoc tam magno bono ampliorem mercedem posse mercari, etiam desidero & volo, ut ad hoc sufficiens planicies amplietur, & Canonicè libertetur ab omnibus juribus meis legalibus & jurisdictionibus quibuscumque.

Amortizo & pure ac libere quitto pro me ac meis hæredibus & Successoribus quibuscumque circa prædictum locum Capellæ ad majorem convenientiam ejusdem, tria bonaria terræ parum plus vel minus, tam in acquisitis quam in acquirendis. Et renuncio in prædictis pro me & meis hæredibus ac Successoribus quibuscumque omnibus jurisdictionibus meis & omnibus servilibus conditionibus, quæ michi in prædicta planicie competunt, vel de jure vel de consuetudine competere possunt; sub censu trium grossorum antiquorum, vel valore eorundem annui & hæreditarii censûs inde exeuntis singulis annis, perpetuis futuris temporibus ad natale Domini solvendorum.

In quorum omnium fidem & testimonium, Ego Johannes supradictus Sigillum propriom præsentibus Litteris duxi appendendum.

Acta fuerunt hæc in Dominio dictæ Villæ meæ du Bois-Seigneur-Yſaac, anno Domini millesimo quadringentesimo tertio-decimo, decimâ die Septembris.

III. Prior Septem-Fontium quatuor è Fratribus ſuis transmittit anno 1416 *ad inchoandum Prioratum Sylvæ Domini Iſaac.*

UNiversis Christi fidelibus præsentes Litteras inspecturis, Prior totusque Conventus Monasterii Btæ. Mariæ de Septem-Fontibus salutem, & infrascriptorum agnoscere veritatem.

Cum Capellæ nostræ, nobis per Nobilem Virum & Domicellum Johannem scilicet le Familleur Dominum du Bois-Seigneur-Yſaac legatæ atque donatæ prosperitatem in spiritualibus & temporalibus ex totis nostris præcordiis cupimus & affectamus. Hinc est, quod nos prænominati ad instantiam & Requestam non minimam metuendi Principis & Domini Comitis & Comitissæ de Namurco & Domicelli præfati, dilectos nostros Fratres ac Presbyteros Fratrem Ægidium de Breydeyke, dudum Priorem Monasterii nostri præfati, Fratrem Wilhelmum Minaert, Fratrem Nicolaum de Prato & Fratrem Henricum Nulaers dirigimus & transmittimus. Et etiam eisdem damus & concedimus in quantum nobis licet & de jure possumus, Capellam præfatam, juxta modum & formam in Statutis Domini Papæ Benedicti duodecimi scriptam & contentam, auctoritate eorumdem, ac secundum Canonica & Regularia Statuta, ad faciendum & complendum omnia & singula, quæ nobis ibidem incumbunt & tenemur facere; ut Litteræ super hoc confectæ canont ac retinent; mediantibos infrascriptis punctis, quæ observari volumus & teneri ad invicem & in invicem.

Primò: ut pax atque caritas unius loci ad alium semper maneat illibata & perseverans; sic tamen ut unaquæque Domus unà cum suis personis sine onere vel gravamine alterius regat & disponat omnia & singula spiritualia &

temporalia per ſeipſam ſolùm, prout melius potuerit & valuerit, abſque contradictione unius vel alterius, niſi in quantum prædictis contrairet.

Secundo: nullus de cætero de unâ Domo ad aliam ſe transferat ſine mutuo & voluntario conſenſu Domorum utrarumque.

Tertiò: Domus Septem-Fontium libera erit & exempta, ut nominem ibidem mittere habeat poſt iſtam ordinationem, niſi in quantum ſibi placuerit & voluerit.

Quarto: ſi quid amplius pro communi utilitate ordinandum fuerit in futurum, vel etiam mutandum, quod hoc non fiat niſi de mutua voluntate atque concordia.

Si vero contrarium aliquid factum fuerit, nullam roboris firmitatem hoc habeat, & qui hoc procuraverit per ſe vel interpoſitam perſonam, ſecretè vel publicè; cum conſtiterit & convictus fuerit, ipſo facto inhabilis fiat ad quæcumque ſe intromittere deberet. Et hoc uſque ad communem revocationem, & ſi quid amplius imponendum fuerit, relinquitur diſcretioni communi.

Libri vero de Septem-Fontibus ad Capellam miſſi vel alia mobilia, omnium talium retinet ſibi Domus Septem-Fontium proprietatem & nichil de talibus Capella habebit, niſi quod Domus Septem-Fontium liberè & ex purâ voluntate dare vel concedere voluerit, & ſic erunt qui ad Capellam reſident, contenti omnino, & quoad hoc non laborabunt.

Similiter fiet de bonis hæreditariis quæ Domus Septem-Fontium habet vel habebit, & nichil prædicti ad Capellam reſidentes petent vel exigent à Domo Septem-Fontium in præſenti vel in futuro, de mobilibus ſcilicet vel immobilibus Domûs prædictæ.

Inſuper ob reverentiam & magnam devotionem Principis & Nobilis Comitiſſæ prædictorum, conſentimus & placet nobis, quantum in nobis eſt, & cum Deo poſſumus, ut in prædictâ Capellâ Monaſterium vel Prioratus conſtituatur; dummodo Superiores noſtri in hoc voluerint conſentire, & hoc ſine gravamine vel detrimento dicti Monaſterii de Septem-Fontibus.

In quorum omnium fidem & teſtimonium, Sigillum noſtrum commune præſentibus duximus appendendum.

Acta fuerunt hæc in noſtro Monaſterio, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo decimo ſexto, vigeſimâ primâ die menſis Novembris.

IV. *Litteræ primorum Religioſorum Sylvæ Domini-Iſaac ad Comitem Namurcenſem anno 1416.*

MEtuendo Domino ac Excellenti Principi Domino Namurcenſi & Nobili Dominæ ejuſdem, omne bonum in ſalutem. Noverit veſtra magnifica Excellentia, quod nos quatuor, Fr. Æ. de Breydeycke, Fr. Wilhelmus Minaert Fr. Nicolaus de Prato & Fr. Henricus Nulaets, pro quibus dudum rogaſtis habere ad Capellam ad deſiderium & devotionem veſtram implendum ibidem, ad laudem & gloriam mirifici Miraculi exiſtentis ibidem, & loci Capellæ exaltationem, tandem licentiam habemus à Priore noſtro & Conventu Monaſterii B. Mariæ ad Septem-Fontes, mediantibus Litteris veſtris & precibus noſtris quam plurimis, juxta modum & tenorem Litterarum præſentium quibus iſtæ noſtræ infiguntur. Quare ſupplicamus vobis humiliter, ac etiam Johanni Le Familleur Domino du Bois-Seigneur-Yſaac, nos quatuor Fratres prædicti, quatenus præſentes Litteras ad majus robur firmitatis & pro communi recurſu ad vos habendo, tam pro ipſis Priore & Conventu prædictis, quam pro nobis quatuor Fratribus Capellæ prædictis, de veſtrâ gratiâ ac benignitate velitis ſigillare, quod in omnibus quæ litteræ continent aſſentimur & volumus obedire.

Acta fuerunt hæc in præſentiâ Prioris & Conventûs Monaſterii noſtri prædicti, præſentibus Venerabilibus viris Dominis Walrero de Prato & Johanne de Muſenis Presbyteris Cameracenſis Diœceſis, ac etiam prædicto Johanne le Familleur, teſtibus ad hoc vocatis & rogatis.

Datum ſub Sigillo Domini Walteri ſupradicti, ad preces noſtras nobis mutuato, per licentiam ſupradicti Prioris noſtri, quia Sigillum non habemus, anno Domini Milleſimo quadringenteſimo decimo ſexto, vigeſimâ primâ die menſis Novembris.

(1) Sylva Domini Isaac, Prioratus eſt Canonicorum Regularium, ſub Congregatione Capituli Windeſemenſis; ſitus in Parochiis de Haut-Ittre in Hannonia, ad limites Brabantiæ ac Sylvæ Zoniæ, haud procul à Municipio Braniæ-Comitis.

Vulgo dicitur *Bois-Seigneur-Iſaac*, obtento nomine à Toparcha Itteræ, Domino Iſaac, qui anno 1095 una cum Duce Godefrido Bullionio ad recuperandam è poteſtate Saracenorum Jeroſolymam profectus eſt.

Contigit hîc miraculoſi Sanguinis J. C. Salvatoris noſtri manifeſtatio anno 1405, in Corporali rubeis maculis cruentato. Quod cum Epiſcopus Cameracenſis Petrus de Alliaco S. R. E. Cardinalis viſitaſſet, miraculum probavit, ac publicæ veneration exponi permiſit. Unde exorta populi devotio Prioratui huic erigendo cauſam dedit, fundatori D. Joanni le Familleur, de quo in hoc Diplomate.

Primus Prior fuit Venerabilis Ægidius Bredeyck, Eccleſiæ Anderlechtenſis Capellanus, qui & fundator ac primus Prior extiterat vicini Monaſterii Septem Fontium (ut vides ex Diplomate ſupra edito pag. 169) è quo etiam primi Religioſi deducti fuêre. Quapropter mutua inter hæc duo Monaſteria Confraternitas & unio uſque hodie perſeverat.

CAPUT CXX.

Monaſterium pauperum Clariſſarum Gandavi, (quæ etiam Collettinæ vocantur à fundatrice ſua B. Colletâ, cujus Sacrum Corpus hìc aſſervatur) anno 1447 inſtituitur, probante Abbate S. Petri Gandavi.

Ex Archivis Abbatiæ S. Petri Gandavi.

Niverſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis, Soror Katharina, Dei patientiâ humilis Abbatiſſa Monaſterii ſanctæ Claræ in Bethleem, infra Parochiam S. Jacobi Gandenſis noviter conſtructi, ac totus ejuſdem loci Conventus, ſalutem in omnium Redemptore.

Cum nuper inter Reverendum Patrem ac Religioſos Viros, DD. Abbatem & Conventum Monaſterii S. Petri juxta Gandavum Ordinis S. Benedicti, unà cum diſcretis Viris Curatis Parochialis Eccleſiæ præfati S. Jacobi ex una, & Nos, de & ſuper Jure Parochiali, quod eiſdem Religioſis tanquam Patronis dictæ Parochialis Eccleſiæ, & Curatis tam conjunctim quam diviſim infra Monaſterium noſtrum competere poſſet, ac nonnullis aliis rebus infra declaratis, ex alterâ partibus, aliqualis quæſtio pullulaſſet; memorati Religioſi erga nos piè moti, præſertim cum in omni paupertate, & ex puris elecmoſynis Chriſti fidelium viventes, reddamus Altiſſimo vota noſtra, præter hoc quod aliquibus bonis hæreditariis dictum noſtrum Monaſterium ſit dotatum, aut dotari debeat; quoquo modo de & ſuper hujuſmodi Jure Parochiali & aliis ſupra & infra ſcriptis nobis gratioſè conceſſerunt, de præfatorum Curatorum conſenſu pariter, & induſerunt.

Quod Fratres, qui pro tempore erunt Patres noſtri & Confeſſores, Donatis ſeu Converſis, vel familiaribus noſtris continuè domeſticis, qui noſtris immorantur ſervitiis, liberè poſſint Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, & eos dum decedunt, in noſtro cimiterio ſepelire.

Verum ſi aliquis parochianorum dictæ Eccleſiæ S. Jacobi, ſeu aliarum Eccleſiarum de Patronatu Eccleſiæ S. Petri exiſtentium, ſuam in prædicto Monaſterio ſepulturam elegerit, talis ad hoc nequaquam recipi poterit; niſi jura dictorum DD. Abbatis & Conventûs & Curatorum locorum, quorum funera fuerint, primitùs ſoluta ſint vel redempta.

Funerum vero deportationes, cum ſolemnitatibus & proceſſionibus ſolitis, ad Curatos & Clerum Parochialium Eccleſiarum, quarum funera fuerint, omnino pertinebunt.

Nec poterunt Fratres ſeu Converſi noſtri ea recipere, niſi ab eiſdem Curatis & Clero in porta Monaſterii noſtri ſæpe dicti.

Omnium quoque funeralium undecumque & qualitercumque venientium, ſive in cereis, ſive in pannis, de auro, ſerico, biſſo, bucrano veluto, lunâ vel lino conſiſtant, præfati Religioſi ac Curati unam medietatem recipient: reliquâ medietate Nobis reſervatâ, ſive redimantur pro pecuniis, ſive non.

Conſimilis etiam portio media fiet utriſque partibus prænominatis de oblationibus in exequiis mortuorum ſine fraude. Cæteræ vero oblationes, quas in dicto Monaſterio noſtro ad manus Sacerdotis, ſive ad pixidem, truncum, ſcutellam, vel alias fieri contingit, ad idem Monaſterium noſtrum integraliter pertinebunt, tamquam in puram elecmoſynam nobis datæ & conceſſæ.

Quibus præmiſſis mediantibus, Nos Abbatiſſa & Conventus prædicti, præfatos Religioſos, Curatos, & eorum Succeſſores participes conſtituimus omnium bonorum operum, quæ in perpetuum fient in Monaſterio noſtro ſæpedicto; nec non ſingulis annis primâ die Maii per Confeſſorem noſtrum, vel alium Fratrem Presbyterum, in majori Miſſa, ad ſummum Altare Eccleſiæ S. Petri, candelam unam ceream ponderis dimidiæ libræ offerri facere tenebuntur.

Qui quidem Frater, unà cum ſocio ſuo, quem ſecum mittere debeamus, ad & ſupra ſepulchrum Abbatis dicti Monaſterii S. Petri noviſſimè defuncti pro tempore, poſt dictam oblationem habeat accedere, dicendo Pſalmum *De profundis*, *Pater noſter* &c. cum precibus & collectis &c. cum aſperſione etiam aquæ benedictæ.

Verum ſi Nos in poſterum mutari contingeret in alium Ordinem ſeu modum vivendi, itâque bonis aut redditibus hæreditariis ditaremur, aut contra præmiſſa in aliquo veniremus ſeu faceremus per nos vel alios, directè vel indirectè; ex tunc oblationes quæcumque in dicto noſtro Monaſterio S. Claræ quomodolibet provenientes, ſive ad ſtolam ſive ad tabulam, ſive in trunco, ſive in pixide, ſive in corbona ſive alias, ad præfatos Religioſos, & Curatos Eccleſiæ S. Jacobi integrè pertinebunt;

Ac liberè percipient eaſdem: non obſtantibus præmiſſis aut etiam quâcumque poſſeſſione ſeu præſcriptione, quæ poſſet imposterum pro parte noſtra vel cujuſvis alterius in contrarium allegari. Quibus in eventum prædictum, ex nunc prout ex tunc, ex tunc prout ex nunc, penitus renunciamus per præſentes; ſupplicantes Reverendo Patri Miniſtro Provinciali

vinciali Franciæ Ordinis FF. Minorum, Superiori noſtro, quatenus præmiſſa ratificare & approbare dignetur.

In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, Sigillum noſtrum duximus præſentibus apponendum.

Et Nos F. Petrus S. Theol. Profeſſor, Miniſter Provincialis Franciæ, dicti Ordinis FF. Minorum, præmiſſa omnia & ſingula ratificamus, approbamus & confirmamus, nec non præſentes Litteras etiam Sigilli noſtri munimine duximus roborandas.

Datum per Nos Abbatiſſam & Conventum Gandavi in Monaſterio noſtro ſupradicto, anno Domini milleſimo C. C. C. C. XLVI. die vero quintâ menſis Aprilis ante Paſcha. Et per nos Miniſtrum Provincialem præfatum Remis, anno Domini Milleſimo C. C. C. C. quadrageſimo ſeptimo, die vero decimâ quintâ menſis Aprilis poſt Paſcha.

Paupereſ hæ Clariſſæ, Regulam S. Franciſci ita ſtrictè, ac ſanctè obſervant, ut nullum in toto Belgio noſtro ſeverioris diſciplinæ inſtitutum reperiatur. Fundatrices habuerunt Helenam ac Barbaram, Nobiles è Familiis de Hælewyn domicellas.

Inſtauratrix præcipua hujus Cœnobii fuit B. Coleta Virgo, Corbeiæ in Picardis nata, quæ Ordinem S. Claræ primùm in Monaſterio Bizuntino apud Burgundos, poſt in aliis variorum locorum Cœnobiis ad veterem diſciplinam revocavit.

Obiit Gandavi anno 1447 die 6 Martii, ejuſque ſacrum corpus planè integrum magnâ veneratione à præfatis Monialibus aſſervatur. Cultum ejus publicum permiſêre Clemens VIII. & Paulus V. Pontifices.

Vide Miræi Faſtos Belgicos.

CAPUT CXXI.

Nicolaus V. Pont. ad inſtantiam Joannis de Croy Domini de Chimaco, concedit Indulgentias pro reſtauratione Eccleſiæ Collegiatæ S. Monegundis Chimaci in Hannonia ſub Leodienſi tamen Diœceſi, igne conſumptæ, anno 1451.

Ex Archivis Capituli.

NIcolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Eccleſiarum fabricis manus porrigere adjutrices, pium apud Deum & meritorium reputantes, frequenter fideles ad impendendum Eccleſiis ipſis noſtris Litteris adhortamur, & ut ad id fortius animentur, ſi animarum commodum ſperaverint ſe adipiſci, nonnumquam pro his temporalibus ſuffragiis ſpiritualia eis munera, videlicet remiſſiones & indulgentias largimur.

Cum itaque, ſicut dilecti filii nobilis viri Joannis de Croy, Militis, Domini de Simsy Leodienſis Diœceſis inſinuatione accepimus, Eccleſia Collegiata dicti loci, in qua Sanctarum Monegundis & Priſcæ corpora, honorificè repoſita & devotè à Chriſti fidelibus illarum & aliarum partium illuc copioſè confluentibus, dietim venerari dignoſcuntur, una cum dicto loco, viginti quatuor anois vel circa jam effluxis, ignis voragine caſualiter combuſta, atque totali deſolationi expoſita, Chriſti fidelium elecmoſynis & charitativis ſuffragiis reparari cœpta fuerit, opere non modicum ſumpruoſo, & ad illius totalem ſtructuræ perfectionem facultates ejuſdem Eccleſiæ minimè ſufficere videantur: quin-imo eorumdem Chriſti fidelium ſuffragia ad reparationem Eccleſiæ quoque hujuſmodi noſcantur quam-plurimum opportuna;

Nos igitur cupientes, ut eadem Eccleſia congruè reparetur, decentique ac debitâ conſtructione compleatur, ac congruis frequentetur bonoribus, & ut Chriſti fideles eò libentiùs devotionis cauſâ confluant ad eandem, ac pro reparatione & conſervatione hujuſmodi manus porrigant adjutrices, qui ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberiùs conſpexerint ſe refectos; ex omnipotentis Dei miſericordiâ ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui in SS. Monegundis & Priſcæ Virginum prædictarum feſtivitatibus à primis Veſperis ad ſecundas præfatam Eccleſiam devote viſitaverint, ac ad reparationem ac conſervationem prædictas manus porrexerint adjutrices, ſingulis feſtivitatibus hujuſmodi, quibus Eccleſiam ipſam viſitaverint, & manus adjutrices porrexerint, ut præfertur, ſeptem annos, & totidem Quadragenas, de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Et ut Chriſti fideles ipſi Indulgentiarum earumdem potius efficiantur pro tempore participes, dilecto filio Decano dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtenti, & quatuor aliis diſcretis & idoneis Presbyteris per ipſum Decanum ad hoc deputandis, eorumdem Chriſti fidelium & manus adjutrices porrigentium, ut præfertur, ac ſua peccata eis confiteri volentium, confeſſiones eiſdem feſtivitatibus durantibus, audiendi, ipſoſque de omnibus ac ſingulis prædictis criminibus, delictis & exceſſibus, de quibus orc confeſſi & corde contriti fuerint, dummodo talia non ſint, propter quæ Sedes Apoſtolica merito conſulenda ſit, abſolvendi, ac pro commiſſis ſalutarem pœnitentiam injungendi, plenam & liberam Auctoritate Apoſtolicâ præ-

ſenrium tenore concedimus facultatem.

Volentes quod omnes oblationes occaſione peregrinationis ad ipſam Eccleſiam pro tempore provenientes, ad uſum fabricæ Eccleſiæ fideliter convertantur antedictæ: præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Datum Romæ ad Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo, ſecundâ Auguſti, Pontificatûs noſtri anno quinto.

De Chimacenſis S. Monegundis Capituli antiquitate, jam aliqua ſupra diximus pag. 667.

Porrò Archivia & traditiones hujus Eccleſiæ affirmant, fuiſſe hîc quondam Abbatiam Monialium à Sta. Monegunde ſæculo VII. inchoatam; quarum loco Clericos ſæculares inſtituit circa annum 940 Eilbertus Comes, unà cum conjuge Hereſindâ, eoſque dotavit Decimis de Maccons, Imbrechies, Monceaux &c.

Quin & iidem piiſſimi conjuges quinque aut ſex alia Monaſteria fundarunt aut dotarunt, è quibus eſt Abbatia Walciodorenſis Benedictinorum in Namurceſio; S. Michaelis in Theoraſchia Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Laudunenſi, Sti. Petri de Bucilly primò Monialium nunc vero Præmonſtratenſium, in eadem Diœceſi Laudunenſi; uti & ibidem Abbatia Clariſontis, ejuſdem Ordinis, de qua vide ſupra pag. 673.

Conſtat autem Chimacenſe Capitulum è Canonicis XII. unà cum Theſaurario, item Decano, cujus electio Capitularis per Epiſcopum Leodienſem confirmari debet.

Ita habet Cartularium Abbatiæ Walciodorenſis, editum Tomo I novæ Collectionis PP. Benedictinorum S. Mauri Pariſiis.

CAPUT CXXII.

Calixtus III. Pont. confirmat anno 1456 Erectionem undecim Parochiarum in Oppido Nivellenſi in Gallo-Brabantia; quas quidem Parochias olim inſtituerat anno 1231 Joannes de Appia Leodienſis Epiſcopus.

Ex Archivis Capituli Nivellenſis.

Alixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Ad Eccleſiarum omnium, quarum regimini authore Domino præſidemus, ſtatum proſperè dirigendum, ut felicibus gratulentur eventibus, paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, illa quæ pro illarum, nec non in illis perſonarum divinis laudibus deditarum quiete & tranquillitate facta eſſe comperimus, & aliàs rationabiliter proceſſerunt, ut illibata permaneant, libenter, cum à Nobis petitur, Apoſtolicæ confirmationis munimine roboramus.

Sane pro parte dilectorum filiorum Vice-Decani & Capituli utriuſque ſexûs perſonarum Eccleſiæ ſanctæ Gertrudis Oppidi Nivellenſis Leodienſis Diœceſis, Nobis nuper expoſita petitio continebat, quod olim (videlicet anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo) quondam Johannes Epiſcopus Leodienſis, & Abbas Monaſterii Floreffienſis dictæ Diœceſis, nec non Magiſter Hugo Scholaſticus Eccleſiæ Sti. Pauli Leodienſis, in ea parte à bonæ memoriæ Otthone Apoſtolicæ Sedis in illis partibus tunc Legato, Commiſſarii deputati, attendentes multitudinem plebis, quæ in dicto Oppido tunc excreverat, quodque ad regimen Curæ animarum illius duo vel tres Presbyteri minimè ſufficiebant, undecim in eodem Oppido Eccleſias Baptiſmales, & totidem Presbyteros in illarum Rectores inſtituerunt;

1231 Vide ſequens Diploma.

Statuentes & ordinantes, inter alia, quod Presbyteri in eiſdem Eccleſiis pro tempore inſtituendi, nullum aliud Beneficium Eccleſiaſticum habere poſſent; & ſi aliod haberent, recipiendo aliquam ex Eccleſiis prædictis, illo carerent eo ipſo. Quodque nulli conferri poſſet aliqua Eccleſiarum earumdem, niſi actu in Sacerdotii vel Diaconatûs Ordine conſtituto. Quodque Rectores Eccleſiarum earumdem in iiſdem Eccleſiis reſidentiam facere tenerentur perſonaliter. Nota.

Aliaque multa honeſta & rationabilia, pro quibus inviolabiliter obſervandis earumdem Eccleſiarum Rectores per juramentum in eorum admiſſione præſtandum adſtringi voluerunt, proſperitatem, propagationem & conſervationem divini cultûs, & ipſorum Presbyterorum pacem & tranquillitatem, concernentia Statuta & Ordinata fecerunt: prout in Litteris authenticis exinde confectis (quarum tenores præſentibus haberi volumus pro inſertis) pleniùs continetur.

Cum autem, ut petitio ſubjungebat, licet Presbyteri dictarum Eccleſiarum baptiſmalium Statuta & Ordinata prædicta inviolabiliter ſervare medio juramento in eorum receptione (ut præfertur) ſe adſtringant; tamen nonnulli eorum (neſcitur quo ſpiritu ducti) prætendentes Statuta & Ordinata prædicta Apoſtolicâ Authoritate minimè confirmata & approbata fuiſſe & eſſe, promiſſionibus per eos factis hujuſmodi temerè contravenire ſatagentes, Vice-Decanum & Capitulum ac Eccleſiam præfatos ſuper præmiſſis perturbare, & varus adinventionibus, litibus & proceſſibus,

de facto temeritate propriâ involvere nitantur, in animarum ſuarum periculum, nec non Vice-Decani & Capituli ac Eccleſiæ præjudicium;

Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi Statuto & Ordinato, & aliis præmiſſis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ Confirmationis adjicere, & ut ipſi eorumque ſequaces eò ſeduliùs ſeſe impendere valeant ad Altiſſimo famulandum, quò quietior fuerit ſtatus eorumdem, aliàs ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos igitur, in quorum habetur deſiderio unumquemque ab indebitis moleſtiis & vexationibus præſervare, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Statuta & Ordinata hujuſmodi, & alia præmiſſa, nec non Litteras prædictas & in eis contenta omnia rata & grata, eorumque tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, Auctoritate Apoſtolicâ & certâ ſcientiâ eadem confirmamus pariter & approbamus, ac præſentis Scripti Patrocinio communimus;

Supplentes omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem; ac præmiſſa omnia & ſingula perpetuò inviolabiliter obſervanda fore decernimus.

Cæterum cupientes, ut præmiſſa nec non omnia & ſingula in eiſdem Litteris contenta firmiter obſerventur, dilectis Filiis Sti. Jacobi Leodienſis & ſanctæ Gertrudis * Oppidi Lovanienſis, dictæ Diœceſis Monaſteriorum Abbatibus, ac Officiali Cameracenſi, per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus ea faciant dictâ Auctoritate perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari; non permittentes Vice-Decanum & Capitulum prædictum contra præſentium tenorem Litterarum aliquatenus moleſtari; contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo; invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, quam aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus contrariis quibuſcumque; aut ſi aliquibus communiter vel diviſim à Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum licest hanc Paginam noſtræ Confirmationis, approbationis, communitionis, ſuppletionis, Conſtitutionis, Mandati & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

* Hic fuit Executor Bullæ hujus Apoſtolicæ.

Sequitur Inſtitutio prædictarum undecim Parochiarum Nivellenſium, anno 1231 per Joannem Leodienſem Epiſcopum.

Ex Archivis Capituli Nivellenſis.

JOannes Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, Frater Joannes Floreffienſis Abbas, Magiſter Hugo Scholaſticus ſancti Pauli in Leodio, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in perpetuum.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum in Parochia Nivellenſi in tantum plebs excreverit, quod ad regimen ipſius plebis duo vel tres minimè ſufficerent Sacerdotes, ad petitionem Venerabilis Viri Iwani ejuſdem loci Præpoſiti (ad quem Collatio Baptiſmalis Eccleſiæ Nivellenſis, videlicet Beatæ Mariæ Virginis pertinebat) & de conſenſu Capituli Nivellenſis, ad vitandam occupationem Sacerdotum, de prædicta Eccleſia B. Mariæ & de Decimis & oblationibus omnibuſque proventibus ad eadem pertinentibus Auctoritate Domini Ottonis Sedis Apoſtolicæ Legati, undecim Eccleſias fecimus Baptiſmales.

Ita quod de prædictis Decimis, oblationibus & proventibus ſingulis, Eccleſiæ de novo factæ ibidem Baptiſmales habebunt portiones ſeu oblationes ex diſpoſitione prudentium Virorum, qui deputati ſunt ad hoc faciendum.

Illi vero qui in prædictis Eccleſiis inſtituentur, nullum aliud Eccleſiaſticum Beneficium habere poterunt cum illo Beneficio Parochiali. Et ſi antea aliquod habuerunt, in ipſa receptione hujus Beneficii illo carebunt. Si vero poſt hoc Parochiale Beneficium receptum quodcumque aliud tam Præbendale quam Parochiale adepti fuerint, ſtatim ſupradicto Beneficio ipſo facto privati carebunt.

Nulli autem conferri poterit aliqua de prædictis Eccleſiis, niſi Sacerdoti vel Diacono boni nominis; qui Diaconus infra annum teneatur promoveri; alioquin liberè conferent Eccleſiam illam hii ad quos Collatio pertinebit.

Tales vero in prædictis Eccleſiis Sacerdotes ſive Diaconi eligantur, qui ſint probatæ converſationis, & juramento adſtringantur, quod in eiſdem reſidentiam facient perſonalem.

Collationem autem prædictarum Eccleſiarum, ſicut diſpoſuit memoratus Præpoſitus, habebit Capitulum Nivellenſe; ita quod ad conferendas ipſas Eccleſias quæ vacabunt,

tantummodo perſonæ Capituli quæ tunc temporis fuerint reſidentes admittentur.

Omnia autem onera Synodi, Conciliorum, Rogationum, procurationis Olei Sacri, & ſi quæ ſint onera alia, ad quæ primitus tenebatur Inveſtitus & duo Plebani, duo de Preſbyteris annuatim & ſucceſſive ſolvent & comportabunt. Ita quod Presbyteri B. Mariæ & B. Johannis primo anno, ſecundo Presbyteri S. Andreæ & S. Nicolai, tertio anno Presbyteri S. Mauritii & S. Georgii, quarto anno Presbyteri S. Cyri & S. Sepulchri, quinto anno Preſbyteri S. Jacobi in Vico-Montenſi, & de Goutallo, & de Tenis. Hæc autem viciſſitudo perpetua permanebit.

Præterea dicti Presbyteri omnis libertatis, conſuetudinum approbatarum, promulgationis ſententiarum, nec non & alia jura Majoris Eccleſiæ Nivellenſis jurabunt ſe ſervaturos. Et ſi Major Eccleſia ceſſaverit à divinis, præfatæ Eccleſiæ tamquam membra ejuſdem ceſſabunt ſimiliter, quando fuerint à Majori Eccleſia requiſitæ.

Item omnes Sacerdotes Paruchiales in die Dedicationis Eccleſiæ Beatæ Mariæ ad Miſſam ibidem convenient, niſi legitimo fuerint detenti impedimento, & annuum cenſum perſolvent eidem Eccleſiæ B. Mariæ, ſcilicet 12 denarios Lovanienſis moneræ: ut per hoc cognoſcant minores Eccleſiæ ſe ab illa Eccleſia fundationem habuiſſe. Eccleſia vero de Goutallo à prædicti cenſûs ſolutione libera remanebit.

Item Eccleſia Beatæ Virginis prior pulſabit in Matutinis Horis & Velperis. Quod ſi Sacerdos ejuſdem Eccleſiæ nimis tempeſtivè vel nimis tardè pulſaverit, ad conqueſtionem aliorum Sacerdotum per Capitulum correptus deſuper, hoc amendabit.

Item ſi aliquis de Parochia Nivellenſi in Majori Eccleſia ſepulturam elegerit, hoc ei facere ſine aliqua contradictione licebit.

Item Sacerdotes Parochiales ter in anno convenient in Eccleſia B. Mariæ: videlicet in Craſtino B. Johannis Baptiſtæ, in Craſtino B. Dionyſii, & in Craſtino Lætare Jeruſalem, & inter ſe diſcutient de ſuis exceſſibus corrigendis, ad boneſtatem & religionem ſuam conſervandam. Si autem aliquis eorum fuerit inventus culpabilis & rebellis, alii Sacerdotes exceſſus ejuſdem Archidiacono loci, vel Epiſcopo, ſi neceſſe fuerit, intimabunt.

Dum autem aliquis in aliqua de prædictis Eccleſiis de novo inſtituetur, omnia prænotata jurabit ſe diligenter & bonâ fide ſervaturum.

Cæterum ut prædicti Sacerdotes competentem & opportunam ſui laboris mercedem recipiant, Magiſter Adam tunc temporis Inveſtitus Nivellenſis, & Magiſter Bernerus, & Dominus ſilvanus dicti Plebani Nivellenſes, quidquid juris habebant in Eccleſia Nivellenſi, in manus noſtras reſignaverunt.

Nos vero paupertati ipſorum & boneſtati condeſcendentes, eiſdem indulſimus, ut de fructibus ad Parochias Nivellenſes pertinentibus, quamdiu vixerint, percipiant, ſecundum quod per Nos & Ordinatores noſtros eis eſt conſtitutum. Ita quod ipſis decedentibus, prædicti fructus ad nos & communitatem Parochialium Sacerdotum Nivellenſium pacificè revertentur.

Ut autem hujus noſtræ Ordinationis integritas perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſentem Cartam Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo, menſe Maio.

Ante annum 1231 unica erat Nivellis Parochialis Eccleſia B. Mariæ; tunc propter ingentem incolarum multitudinem, Joannes de Appia Leodienſis Epiſcopus decem alias Parochias novas, tam in Oppido quam in ſuburbiis erexit, in hoc Diplomate memoratas; quam erectionem Calixtus III. Papa anno 1456 ſuperiori Bullâ confirmavit.

Verum decurſu temporis, præſertim poſt tumultus Belgicos, Eccleſiarumque devaſtationem, eadem ratio quæ moverat ad augendum Parochiarum numerum, movit etiam ad minuendum. Hinc anno 1586 Franciſcus de Wallon-Chapelle II. Epiſcopus Namurcenſis reduxit eas ad ſolas Eccleſias B. Mariæ S. Joannis Baptiſtæ, S. Joannis Evangeliſtæ, S. Jacobi & S. Andreæ.

Eccleſia S. Mauritii conceſſa fuit anno 1608 Monialibus dictis Annunciatis; illa S. Georgii anno 1614 PP. Jeſuitis; cæteræ remanſerunt diruæ. Quin imo anno 1721 numerus quinque Parochiarum prædictarum Decreto Epiſcopi Namurcenſis ad binarium reductus fuit.

CAPUT CXXIII.

*Libellus exhibitus Pio V. Pontifici circa annum 1572 per * Conventum FF. Crucigerorum & Magiſtratum Oppidi Goeſani (Ter-Goes) in Zelandia, contra ſuppreſſionem hujus Monaſterii, ejuſque incorporationem cum novo Capitulo Cathedrali Middelburgenſi apud Zelandos.*

* Fuit olim Lovanii Collegium horum Crucigerorum. Vide Faſtos Academicos Valer. Andreæ pag. 311.

BEatiſſime Pater.

Exponitur humillimè Sanctitati Veſtræ pro parte devotorum illius Oratorum, * Generalis Fratrum Cruciferorum Ordinis S. Auguſtini ultra Alpes degentium, ac Prioris & Conventûs Monaſterii dicti Ordinis nec non Burgimagiſtrorum, Scabinorum & Conſilii Oppidi de Goes in Zelandia, pridem Trajectenſis, nunc Middelborgenſis Diœceſis;

* Reſidet in Oppido Hurali Diœceſis Leodicenſis.

Quod aliàs, ac tempore hominum memoriam excedente, in Inſula Zuut-Bevelant nuncupatâ, unâ trium principalium Inſolarum Zelandiæ, in dicto Oppido de Goes Monaſterium prædictorum Fratrum Cruciferorum fundatum & competenter dotatum extitit.

In quo hucuſque ſemper juſtus Conventus Fratrum ſub obedientia unius Prioris & dicti Patris Generalis Regularem obſervantiam & univerſa dicti Ordinis Statuta laudabiliter ſervavit, & Fratres non ſolum in Monaſtico vixerunt Inſtituto, & Horas Canonicas diurnas & nocturnas ſolemneſque Miſſas & alia Officia Eccleſiaſtica ſua conventualiter ad Dei laudem & populi ſalutem decantarunt & celebrarunt: verum cum in tota illa Inſula nullum aliud foret virorum Monaſterium, ipſi pro facultate ſibi à Deo conceſſâ per conſueta anni tempora ſine intermiſſione populo Verbum Dei prædicarunt; & quoties ex vicinis Flandriæ Regionibus & Zelandiæ aliis Inſulis Franciſcani & alii Ordinis Mendicantium Fratres ad eam Inſulam ad prædicandum Verbum Dei acceſſerunt, prædicti Prior & Conventus illos hoſpitio benignè exceperunt.

Solus Conventus illius Inſulæ.

Quod quidem Monaſterium, ſi ſupprimatur, non ſolum prædicta Inſula nullum conſpiciet Religionis Monaſticæ ſpecimen, neque populus exemplari Monachorum vitâ ad verum Dei cultum, & civium dicti Oppidi filii ad profitendum Monaſticam vitam excitabuntur: verum etiam populus frequenter Miſſarum celebratione, concionibus Verbi Dei, & Fratres Mendicantes ad eam Inſulam accedentes, & alii Eccleſiaſtici viri hoſpitalitatis omnia ſolamine privabuntur, & Inſula nec Monachos nec Concionatores veriſimiliter eſt amplius viſura. Quo non ſolum fraus fiet piæ defunctorum voluntati, quinimo in magnum hoc ipſum cedet animarum ejuſdem Inſulæ detrimentum.

Quæ omnia bonæ memoriæ Nicolaus * primus Epiſcopus piè conſiderans, quamvis in Bulla Erectionis hujuſmodi novi Epiſcopatûs recenter à felicis recordationis Paulo Papa IV. Sanctitatis Veſtræ Prædeceſſore, cum aliquot Belgicæ novis Epiſcopatibus erectis, prædictum Monaſterium ſuppreſſum eſſet: tamen Dei judicium metuens, expulſionem dicti Conventûs nunquam fuit auſus attentare.

* Nicolaus à Caſtro I. Epiſcopus Middelburgenſis.

Conſiderans etiam, quod in dictâ Bulla, per quam proventus dicti Monaſterii Capitulo & Canonicis factæ Cathedralis Middelburgenſis applicantur, falſo fuit ſanctæ Sedi ſuggeſtum, quod fructus & proventus dicti Monaſterii quadringentorum ducatorum auri de Camera valorem annuum non excederent; quodque dictum Monaſterium dirutum & deſolatum eſſet, ſpe propemodum ſublatâ, quod in formam Monaſterii reſtauraretur; & propterea non debuiſſet ſortiri effectum.

Etenim præfatum Monaſterium nullam neque vetuſtatem neque egeſtatem aut Fratrum negligentiâ dirutionem aut deſolationem paſſum fuerat. Accidit quidem, ut anno quinquageſimo octavo præfatum Monaſterium cum magna parte dicti Oppidi Goes caſu fortuito igne combuſtum & fere totum collapſum fuerit; attamen Prior & Conventus Monaſterium non deſeruerunt, imo illico animoſè ad illius reparationem ſe acciuxerunt; & anno ſexageſimo, quo dicta ſuppreſſio à Pontifice per ſurreptionem obtenta fuit, quamdam egregiam domum cum illius ambitu fabricarunt, & in ea Oratorium & Altare erexerunt, in quo divina Officia ſolemniter peragebantur, & conciones ad populum fiebant, nec non Refectorium, coquina, imo & hoſpitibus aliquot cubicula & ſolaria à tempore combuſtionis reparata erant.

Poſtquam vero dictus Nicolaus Epiſcopus ad Epiſcopatum advenit, Priorem dicti Monaſterii mirum in modum ad illius perfectam reparationem hortatus eſt & animavit. Imo in tam pium opus dicebatur de proprio liberaliter aliquid tributurus; & alia materialia anno ſeptuageſimo ſecundo parata erant, ad antiqui templi perfectam reſtaurationem, quam etiam F. Antonius tunc Prior noviſſimè defunctus Deo juvante abſolviſſet, niſi prædicto Oppido à rebellibus & hæreticis obſeſſo ipſe & Fratres in interiores Flandriæ partes ad tempus ſe conferre coacti fuiſſent.

Interea dicta civitas Middelburgenſis cum tota inſula de Walcheren principali Zelandiæ à dictis Rebellibus & Hæreticis occupata extitit: prædicta vero Inſula de Goes fuit hucuſque valde defenſa, & adhuc Catholico Regi & ejus locum-tenenti paret.

Et propterea tanto minus ſuppreſſionem dicti Monaſterii attentare deberent modernus * Epiſcopus, * aut ejus in dicto Epiſcopatu conſtituti Vicarii & Canonici, qui Oppido & Inſulâ de Middelburg expulſi in diverſis locis vagantur, quod prædictus Nicolaus Epiſcopus pacatis rebus tale quid moliri nunquam auſus fuerit. Nihilominus tamen prædicti Canonici & præſertim quidam pro † Vicario in Epiſcopatu & Capituli Procuratore ſe gerens, defuncto dicto Priore in res & bona dicti Monaſterii manus injicere, rebuſque & debitoribus ne oneribus de fructibus redditibus & proventibus ejuſdem Monaſterii reponerentur inhibere, & ſic pauperibus Fratribus alimenta ſubtrahere, omni poſt-poſito timore Dei auſi fuerunt.

* Joannes à Sreyen. II. Epiſcopus Middelburg.

† Vicarius ille erat D. Sasboldus Voſmerus, dein Archiepiſc. Philippenſis.

Quæ omnia cum nequaquam ad divini cultûs augmentum, ſed & in Religionis Monaſticæ extirpationem & populi ſcandalum, & à vera Dei cultu averſionem hæreſumque grande augmentum cedunt, dignetur igitur Sanctitas Veſtra ad dictorum Oratorum præces cauſam & cauſas nullitatis ſubreptionisque ſuppreſſionis & extinctionis dicti Monaſterii applicationisque proventuum ejuſdem Unionis & incorporationis Capitulo & Canonicis Eccleſiæ Middelburgenſis, nec non manuum injectionis in bona dicti Monaſterii & occupationis eorumdem, defenſionis & manutenentiæ dictorum Fratrum in dicto Monaſterio & illius bonis, ac quam & quas prædicti Oratores præmiſſorum occaſione habent & movent, habereque & movere volunt & intendunt, cum omnibus & ſingulis ſuis incidentiis dependentiis emergentiis annexis & connexis, ac toto negotio principali, aliquibus probis viris in partibus illis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis ſummariè, prout in Beneficialibus, committere, & mandare, cum poteſtate, Epiſcopum ac Capitulum & Canonicos, nec non Vicarium prædictum ac omnes & quoſcumque alios ſuâ communiter vel diviſim intereſſe putantes, etiam per Edictum publicum, conſtituto ſummariè de non tuto acceſſu citandis, eiſque nec non quibuſvis aliis & quâcumque authoritate fungentibus & functuris, etiam ſub Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris ac etiam pecuniariis aliiſque arbitrio ſuo imponendis moderandis & applicandis pœnis inhibentibus, contradictores, ſententias cenſuras & pœnas prædictas incurriſſe & incidiſſe, declarandi, aggravandi ac aggrediendi & interdicendi, auxiliumque brachii ſæcularis quatenus opus ſit, invocandi ac excommunicandi attentata & innovata quæcumque quatenus opus renovandi;

Nec non ſingulis diebus & horis, præterquam dumtaxat in honorem Dei feriatis, procedendi, omniaque alia & ſingula faciendi dicendi & exequendi in præmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna præmiſſis, ac de una & duabus dictis, dummodo non ultra tres, ac aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus & ordinationibus ſtylo Romanæ Curiæ, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque Statutis pro plene & ſufficienter expreſſis haberi, & cum abſolutione à Cenſuris ad effectum, & per Breve Sanctitatis Veſtræ hac Supplicatione introcluſâ, conceſſum.

Exhibet hæc Supplica ſtatum Monaſterii FF. Crucigerorum in Oppido Goeſano apud Zelandos, de quo vix quidquam aliàs apud authores refertur.

Fundatum fuerat anno 1419. Tum in Erectione novi Epiſcopatûs Middelburgenſis conſtitutum fuerat, ut bona hujus Prioratûs annecterentur Capitulo Cathedrali; ut ſupra in Deſignatione dotis illius pag. 477 hujus Collectionis allegatum fuit. Attamen Crucigeri in plena poſſeſſione ſui Conventûs remanſere.

Tandem anno 1581, cum Inſula Goeſana in poteſtatem Fœderatorum Ordinum foret redacta, abrogato Catholicæ Religionis cultu, bona ceſſerunt menſæ pauperum Oppidi illius, & Ædes Gymnaſio ad linguam latinam impenſæ ſunt.

CAPUT CXXIV.

Abbas Sti. Petri in Blandinio Monte, Ordinis S. Benedicti juxta Gandavum, ratione Juris Patronatûs ſui, permittit tranſlationem Abbatiæ Bodeloenſis Ordinis Ciſtercienſis è Waſia intra Gandavum, anno 1602.

Olimbanus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Abbas Exempti Monaſterii Sti Petri juxta Gandavum, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Gandenſis, omnibus has inſpecturis & lecturis ſalutem in Domino.

Cum exulceratis his temporibus, ab anno videlicet 1577 hic in Flandria omnia paſſim templa & Monaſteria ab hæreticis non tantum ſpoliata ſint & violata, ſed etiam plerumque à fundamentis everſa; ipſique inter cæteros Rev. in Chriſto Pater D. Jacobus Del-Rio Abbas Monaſterii de Bodeln, qui locus eſt in Waſia, ſui Monaſterii ſpoliationem &

plenam eversionem passus sit, ut vix aliqua vestigia remanserint, & materialia omnia ex ipso loco in alium ab ipsis hæreticis translata sint, seseque cum suo Conventu in hac Urbe Gandensi, in platea dicta de Bodelo collegerit, donec maturâ deliberatione de reparando Monasterio suo cum suis deliberaret;

Et tandem deliberaverit & elegerit dictum locum sut Refugit pro ædificatione novi Monasterii.

Et quia dictus locus situs est sub Patronatû Ecclesiæ & Monasterii nostri, ut proinde ipsi non liceat sacellum vel Monasterium erigere, sine expresso consensu nostro & Conventûs nostri; idcoque prædictus Pater D. Abbas de Bodelo cum suo Conventu agnoscens Jus Patronatûs nostri, postulaverit à Nobis licentiam & consensum ædificandi sui Monasterii in prædicto loco, salvâ semper debitâ & à nobis requirendâ recognitione; & consensum Litteris & Sigillo nostro Conventuali muniri rogaverit;

Nos desuper maturè deliberantes cum D. Priore nostro & Senioribus nostri Conventûs, huic illorum petitioni annuendum duximus; reservatis tamen conditionibus aliquibus, secundum morem aliorum Monasteriorum vel locorum Patronatui nostro subjectorum; nimirum ut deinceps prædictus Pater D. Abbas de Bodelo cum suo Conventu per singulos annos 29 Junii, scilicet festo BB. Apostolorum Petri & Pauli per aliquem suum domesticum offerri faciat in prædicto nostro Monasterio sub summo sacro cereum unius mediæ libræ, cum nummo aliquo argenteo; idque in recognionem annuam nostri Patronatûs.

Et item obligabit se prædictus P. D. Abbas cum suo Conventu in perpetuum, ad celebrandas solemnes exequias, quotiescumque aliquis Prælatus Monasterii nostri mortuus fuerit, non secus quam solent facere in exequiis suorum Prælatorum.

Quin etiam promittent fideliter Dominus Abbas & Conventus prædictus, quod in perpetuum futuris temporibus celebrabunt unum sacrum pro omnibus & singulis Religiosis Professis Monasterii nostri, quotiescumque in posterum aliquem contigerit hâc luce privari.

Interim permittimus Nos & Conventus noster, ut illorum Ecclesia cum campanili, recenter extructa vel extruenda & adjunctum sibi cœmiterium consecrari possint, pro sepultura Religiosorum prædicti Monasterii, & domesticorum intra eosdem terminos jugiter commorantium; reservantes tamen Nobis, pro conservatione tam Patronatûs & Juris Monasterii nostri, quam Ecclesiæ & Pastorum S. Jacobi, omnem aliam sepulturam, tam Commensalium non perpetuorum in prædicto loco commorantium, quam aliarum sæcularium personarum, quam exercere omnino non poterunt sine expresso consensu & licentia nostri supremi Custodis (cui à nobis concredita est talis commissio) & prædictorum Pastorum S. Jacobi.

Quibus omnibus conditionibus salvis & integris in perpetuum mansuris, Nos Columbanus prædictus Abbas, & Conventus Monasterii S. Petri, tenore præsentium Litterarum permittimus & concedimus Erectionem & ædificationem Monasterii cum Ecclesia, campanili & cœmiterio, in quantum concernit Nos, & Ecclesiam nostram.

In cujus rei fidem & testimonium, Sigillum Conventûs nostri præsentibus duximus appendendum.

Et Nos Jacobus Del-Rio, Abbas dicti Monasterii de Bodelo, & Conventus ejusdem, prædictum consensum & supra-nominatas conditiones gratas & ratas habemus, & accipimus, promittentes in nulla harum conditionum Nos unquam futuris temporibus defuturos.

In cujus etiam rei fidem, Sigillum Conventûs nostri huic Instrumento subjunximus & annexuimus.

Actum 30 Maii, anno millesimo sexcentesimo secundo.

CAPUT CXXV.

Henricus de Leyen Leodiensis Episcopus, consentit anno 1145 in Erectionem Monasterii Monialium Ordinis S. Augustini, sub directione Abbatis Roldducensis ejusdem Ordinis in Ducatu Limburgensi; quod primo quidem fundatum fuerat prope Trajectum-Mosæ per Adalbertum de Scarne, Virum Nobilem, dein vero translatum in Sinnigh prope Aquisgranum.

Ex Archivis Prioratus de Sinnigh.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Henricus hujus nominis secundus Dei gratiâ sanctæ Leodiensis Ecclesiæ Episcopus, notum facio Successoribus meis, omnibusque tam præsentibus quam futuris Christi fidelibus qualiter Adelbertus de Scarne Vir Nobilis, cum Uxore sua Ellenburg, & filio suo Johanne, pro redemptione animarum suarum & parentum suorum, tradiderunt Ecclesiæ sanctæ Dei Genitricis perpetuæ Virginis Mariæ, Sanctique Gabrielis Archangeli, quæ est in

* Vulgo Rolduc.

Rode*, partem prædii ſui quod eſt Scarne. Capellam videlicet & circumjacentem inhabitationis curtam cum XVIII. bonnariis quæ ſita ſunt in Monte-Duſenberg.

Præterea quidquid Prædeceſſores ſui ad eandem tradiderant Capellam, tali ſcilicet conventione, ut Abbas Rodenſis Eccleſiæ in ipſo prædio divinum ſervitium ſive Fratrum ſive Sororum ſtatuet, qui commodam obedientiam & ſubjectionem tam Fratribus quam Abbati præfatæ Eccleſiæ exhibeant.

Suæ quoque ſaluti in futurum conſulentes, & hanc Donationem ſummâ devotione abſque omni debito liberrimam facientes, ſolam tantummodo Advocatiam ſibi ſuiſque proximis hæredibus retinuerunt, niſi fortè qualibet occaſione libertatis ſuæ jure amiſſo, Advocatiam tenere nequiverint, tunc quicumque Abbati & Fratribus commodior & utilior fuerit viſus ad præfatam eligatur Advocatiam.

Hoc ſane determinato, ut quicumque Advocatiam tenuerit, de rebus Eccleſiæ nil omnino exigat, nec aliquod illic Placidum habens vel petitionem faciens, pro ſolo tantum reſpectu æternæ retributionis pauperes Chriſti ibidem Deo ſervientes defendat.

Quod ſi pro utilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ, Fratres eum invitare neceſſe habuerint, ad hoc ſolum tempus, ſi ita contigerit, tertio eorum quæ lucratus fuerit contentus denario, nihil requirat amplius.

Hæc igitur Traditio ut ſtabilis ſemper & inconcuſſa permaneat, contraque eam nullus machinari quid audeat, Auctoritatis noſtræ banno confirmamus, & præſenti Cartâ cum noſtri impreſſione Sigilli roboramus: ut ſi quis, quod abſit, pravæ voluntatis inſtinctu moliatur infringere, æterno anatematis vinculo ſubjaceat, & judicium diſtricti judicis, niſi reſipiſcat, incurrat.

Subſcripti ſunt Teſtes qui huic, Traditioni interfuerunt, quorum hæc ſunt nomina.

Alexander Archidiaconus & Præpoſitus majoris Eccleſiæ.

Philippus Archidiaconus.

Remboldus Decanus Majoris Eccleſiæ.

Nicohlaus Præpoſitus Sancti Dioniſii.

Liberi homines: Henricus de Landele.

Winandus & Philippus Frater ejus de Grunſele.

Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto, Indictione octavâ, in ipſa civitate Leodii, quinto Kal. Novembris.

CAPUT CXXVI.

Henricus II. dictus de Leyen, Leodienſis Epiſcopus recenſet atque confirmat anno 1147 poſſeſſiones Abbatiæ Rodenſis (vulgo Rolduc, ſeu Cloſterraad) Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini, in Ducatu Limburgenſi, per Adalbertum Comitem de Saphenbergh inſtitutæ.

Ex Archivis Monaſterii de Sinnigh.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus ſecundus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, notum facio omnibus tam præſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, qualiter Eccleſia Rodenſis ſub Prædeceſſoribus (* ſub temporibus Prædeceſſorum noſtrorum, videlicet Fæderici, Alexandri, Alberonis primi & ſecundi Epiſcoporum) liberalitate, Principum oblationibus fidelium aucta vel promota eſt.

* Punctata hæc in lacuna addita ſunt aliâ manu.

Igitur Comes Adelbertus de Saphenberg poſt omnia beneficia quibus prædictam honeſtè ditavit Eccleſiam, poſtque datam omnimodam libertatem ſicut plenariè ſub Sigillo Epiſcopi Oberti continetur, manſum qui dicitur Germani ſpecialiter pro anima Matris ſuæ Gepe cum Filio ſuo Adolpho eidem dedit Eccleſiæ. In obitu vero ejuſdem Comitis Adelberti prædictus filius ejus Adolphus Comes decimas quas in prædio ſuo Rimiſt & Gelliche & Herdere & Breidelo & Geneché poſſedit cum omnibus appenditiis ſuis, ſex quoque bonaria in Rimiſt & tres Curtes, quæ apud ipſos vocantur Hove-ſtede, pro anima Patris ſui eidem tradidit Eccleſiæ.

Præterea in ipſo allodio Rode loca quædam, quæ nominantur Berenbruch, Gerbrichtsberg, ſex quoque manſos & dimidium, id eſt quicquid ad beneficium Fratris Theoderici qui cognominatus eſt Holgrim pertinebat, eidem Eccleſiæ ipſo Theodorico rogante donavit, ſcilicet unum manſum in Crumbach, manſum & dimidium in Rode, tres manſos apud Horebach & manſum unum in Willandeshus.

Dedit etiam ipſi Eccleſiæ manſum Walthelmi & dimidium manſum Adolphi, manſum quoque Anſfridi juxta Vivarium, tres quoque manſos, beneficium videlicet Hugonis fratris prænominati Theoderici, duos inſuper manſos & XX. jugera nemoris ſui in Meinewede, locum quoque vineæ quæ dicitur Hangendenvils ſuper fluvium Ara eidem dedit Eccleſiæ, Colonienſis etiam Archiepiſcopus Fridericus, poſteaquam idem locus vineis eſt inſtitus, decimam quæ ſui juris erat, eidem Eccleſiæ conceſſit & Sigilli ſui atteſtatione confirmavit. Dux quoque Waleramus de Limo-

Lymburg ſex manſos in allodio ſuo Rucelvelt, beneficium videlicet Fratris Engrami & Fratris Embriconis, & decimam unius manſi in Kettenſiphe prænominatæ tradidit Eccleſiæ.

Et filius ejus Dominus Henricus 16 jugera & dimidium de beneficio Fratris Hezelonis miniſterialis ſui appoſuit; & quidquid tam pater ejus quam ſocer ejus fecerant, confirmavit.

Beneficium quoque Fratris Hildebrandi filii Anſelmi, qui dictus eſt Rufus, in termino Rodenſi, manſum integrum & molendinum & decimam 15 jugerum de beneficio Gozwini & Irmentrudis: nam de cætero beneficio prædictorum antea habebat Eccleſia dimidium. Præterea manſum penes curtim Eccleſiæ, quæ dicitur Strepelo, prædictæ donavit Eccleſiæ. In obitu quoque conjugis ſuæ Dominæ Mathildis manſum Meginzonis, qui contiguus eſt Eccleſiæ conceſſione hæredum; & maſum poſtea addidit de curia ſua Specholtz juxta ſilvam prædicti nominis.

A Theodorico Comite de Are dimidium molendinum & eo amplius in Wanle traditione legitimâ prædicta ſuſcepit Eccleſia. Udo vir Nobilis de Mulsfurt contulit ad eandem Eccleſiam decimas quas habebat in Vtlin Seitterich & Buttbe; & filius ejus Udo 15 jugera & unam Curtem in Setterich, & 15 in Vrethen, & Curtem apud Hillenhoven.

Item Ludolphus de Bethbure quod habuit vinearum in duabus Villis Dune & Bingehove. Reginwidis quoque Nobilis fœmina & Vir ejus Adelbertus manſum unum & dimidium in Villa Holtheim & tres Curtes. Soror quoque Adeleidis, 30 jugera & Curtem in Liche eidem Eccleſiæ tradiderunt. Hizo quoque de Gerode eidem Eccleſiæ quoddam allodium in Gerode & in Menewilre tradidit, quod 16 ſolidos Colon. monetæ perſolvit.

Matholphus de Riterche pro anima matris ſuæ 7 jugera & pratum in Crumbach & 11 jugera & Curtem juxta rivum Amſtelam eidem dedit Eccleſiæ. Meginzo miniſterialis prædicti Comitis Adolphi cum uxore ſua Gepa quandam vineam apud Mootem Sanctæ Walburgis quæ dicitur Dalewingart & tres partes vineæ in Budendorp & 8 jugera in Wilre VIII. quoque jugera juxta Hoſpitale.

Præterea totam Curiam in qua Hoſpitale ſitum eſt, & nemus retro Hoſpitale per manus Domini ſui prædictæ donavit Eccleſiæ. Gunthardus nepos Megenzonis & Soror ejus Criſpina 8 jugera in prædicta Villa Wilre; & Liveradis honeſta mulier de Eccleſia Sancti Martini 30 jugera in Burne prædictæ dederunt Eccleſiæ. Winricus & Gozelo Fratres de Monte Sanctæ Walburgis * dederunt vineam in Treverſtorp.

* Vulgo Walbertberg, ubi olim Ciſtercienſes; at modo ſubeſt PP Jeſuitis.

Hovemitis proba mulier dedit quaſdam particulas vineæ in Waledorp, & in prædicta Villa à quadam quæ vocatur Wilecben emerunt Fratres duo jugera vinearum cum quadam Curte. Quidam pauperes, Lupele, Hezelo & Adelhertus & quædam pauper Tieza & Ellecha 13 jugera in Monte Beechenbereb eidem dederunt Eccleſiæ.

Rudolphus de Eveſieurode, tria bonaria apud Eveſienrode.

Godeſcalcus & uxor ejus Adeleidis novem jugera apud Ambele prædictæ dederunt Eccleſiæ. A Fratribus de Linneche * in eadem Villa ſeptuaginta jugera & Curtem quæ & propriam Silvam & jus habet in communione ruricolari.

* Linnich Oppidulum Ducatus Juliæ, ubi olim fuêre Benedictini Prumienſes.

Item à quodam Ruberto filio Reinaldi 15 jugera & à quodam Gerardo de Rudinc 15 jugera & eo amplius; & Curtem quæ æque propriam ſilvam & jus habet in Villari communione, Rodenſis emit Eccleſia. A Fratribus † Steinfeldenſis † Eccleſiæ emerunt Fratres de Rode manſum unum apud Plangtz per manus Advocatorum utriuſque Eccleſiæ. Eppo de Lutsheim Vir ingenuus vendidit prædictæ Eccleſiæ allodium quod habebat in * Sinneche quinque manſos, ſingulos 14 bonnariorum juxta uſum illius villæ in terra culta & pratis & nemoribus, & dimidium inſuper molendinum. Winricus de Trevenſtorp 15 jugera & Curtem unam in Sotbinc prædictæ dedit Eccleſiæ.

† Steinfelt Abbatia Ordinis Præmonſtrat. in Ducatu Juliæ.

* Sinnigh locus, ubi nunc Moniales de quibus Cap. ſequenti.

Hæc temporibus prædeceſſorum meorum legitimè data & poſſeſſa ſunt.

Meis autem temporibus Wilbelmus de Lodenache 13 jugera prædictæ tradidit Eccleſiæ pro anima Patris ſui Goſmari. Reiuerus filius Gerlaci de Sleiden allodium ſitum apud Sleidebach, tres videlicet manſos ſingulos 60 habentes jugera.

Præterea 10 jugera & integrum molendinum & dimidium prænominatæ vendidit Eccleſiæ.

Fredericus & Henricus germani fratres dederunt legitimâ traditione ut viri nobiles, tam pro ſuæ animæ quam pro ſuorum parentum ſalute, allodia quæ habebant apud villam Bulfbeche, tres videlicet manſos ſingulos duodecim bonnariorum, & in ipſa Villa quinque Curtes. In Villa autem quæ Goleche dicitur pene ad 20 manſos tam in terra culta quam in pratis & nemotibus & locis paſcuoſis, ipſamque Eccleſiam quæ mater eſt, & molendinum in eodem loco & allodio & in ipſa Villa 26 curtes & unam curtem Heimersberg.

Decimas quoque totius Parochiæ tam majores quam minores & decimam allodii apud Bilſtein, quod Dominus Trepoldus de Valckenburg dedit Eccleſiæ beati † Jacobi in Leodio, quam decimam Sacerdos de Goleche ex integro accipiet & legitimis feriis ad Capellam Bilſtein, quæ membrum eſt Eccleſiæ in Goleche cantabit.

† Hodie Abbatia Benedictinorum

Has itaque poſſeſſiones prædicti duo fratres ſicut proprias & liberas jure proprio poſſederunt, ſic liberas eum omni jure ſuo Rodenſi tradiderunt Eccleſiæ.

Helyas de Sinneche ſepultus eſt in prædicto loco; pro cujus anima uxor & filii ejus duo

boonaria terræ & ductum aquæ dederunt Eccleſiæ. Sex etiam bonnaria terræ cum fratre ſuo Helya puero ſeorſim dederunt, ut litteris inſtrueretur. A Stephano Abbate & Fratribus totius Capituli noſtroque aſſenſu per manus Advocatorum utriuſque Eccleſiæ emit Rodenſis Eccleſia allodium quod quidam liber homo Chriſpianus nomine Eccleſiæ beati Jacobi tradiderat.

Ad ipſum allodium pertinet Capella in inferiori Sinneche, cum omoibus ſuis appendiciis. Tieboldus, Eilbertus, Golbertus, Eyerwinus duo boonaria ad reædificandam Eccleſiam quæ combuſta erat in ſuperiori Sinneche prædictæ Eccleſiæ vendiderunt communi manu, acceptis ab ea vigiuti ſex ſolidis Aquenſis monetæ. Reinerus de Vilcriis totum allodium quod Sinneche in ſilva & terra habuit, tam ipſe quam filii ejus acceptis ab ea novem marcis, Eccleſiæ Rodenſi vendiderunt. Golbertus monoculus & uxor ejus Bertredis cum filiis ſuis, inſuper & Adam frater Bertredis, dimidium molendinum: nam Eccleſia prius aliam partem habuit, & de undecim diurnalibus medietatem: nam alia pars ſimiliter fuit Eccleſiæ, & tres diurnales qui ſpecialiter eorum fuerunt & medietatem cujuſdam prati cum parte cujuſdam ſilvæ quæ inter duas vias jacet, acceptis ſex marcis. Inſuper & partem prati quod Villam Leſch vocant decem ſolidis Aquenſis monetæ communi manu Eccleſiæ vendiderunt & legitimè dalegaverunt.

Præterea unum bonnarium accepto à palefrido valente marcam, quod Folbertus tam ipſe quam filii ejus Eccleſiæ vendiderunt. Rembertus dictus Suzjeſpere totum allodium ſuum quod dicitur Curla & jacet in Parochia Doveren, cum necdum haberet legitimam, prædictæ vendidit Eccleſiæ, aeceptis ab ea centum & decem marcis, & legitimâ ſuper Altare delegavit donatione.

Sibertus dictus Quirvus circa vivaria quique & amplius diurnales & Curtem unam utraque per manum Domini ſui & Eccleſiæ Advocati Domini Henrici filii Ducis Walerami prædictæ donavit Eccleſiæ. Goſwinus dictus Luzo pro anima ſua parentumque ſuorum & filii ſui Rembodonis dedit quoddam allodium, quod ſolvit annuatim duodecim ſolidos & ſex denarios Colonienſis monetæ in Villeca quæ dicitur Rennepat, & liberam Eccleſiæ ab omni exactione tam Advocatiæ quam Precariæ dimiſit.

Hæc omnia legitimâ donatione ſuſcepta, & à prædicta Rodenſi Eccleſia quietè ſuſcepta, Epiſcopali auctoritate & Sigilli noſtri impreſſione roboravi, anathematis vinculum adjiciens, ſi quis violentiâ aut aliquâ fraudulentiâ, quæ rationabiliter acta ſunt, infringere temptaverit.

Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo, concurrente II. Indictione decimâ, regni Cunradi Regis X. Epiſcopatûs autem mei tertio, ſub teſtibus idoneis, quorum hæc ſunt nomina.

Alexander Archidiaconus & Præpoſitus Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Virginis ſanctique Lamberti Martyris.
Eilbertus Archidiaconus,
Reibaldus Decanus majoris Eccleſiæ,
Stephanus Abbas S. Jacobi,
Wazzelinus Abbas S. Laurentii,
Azzo Abbas de Publico Monte,
Lucas de Cornelio Monte.
Nobiles Homines,
Henricus Dux de Limburg,
Adolphus Comes de Saphenberg,
Ludovicus Comes de Los,
Goſwinus de Walkinberg.
Miniſteriales Beati Lamberti,
Wiricus de Prato,
Arnolphus & frater, Lambertus de Hoio & alii multi.

CAPUT CXXVII.

Henricus II. Leodienſis Epiſcopus Monaſterii de Sinnigh, in Ducatu Limburgenſi, (quod nunc eſt Monialium Nobilium ſub Regula Sti. Auguſtini) bona confirmat, eique anno 1151 Statuta præſcribit.

Ex Archivis Monaſterii de Sinnigh. M. S.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Henricus hujus nominis ſecundus, Dei gratiâ ſanctæ Leodienſis Eccleſiæ Epiſcopus notum facio Succeſſoribus meis, omnibuſque tam præſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, qualiter Eccleſia Raedenſis ſub temporibus Prædeceſſorum meorum, videlicet Friderici, Alexandri, Alberonis primi & ſecundi Epiſcoporum, liberalitate Principum & oblationibus fidelium aucta & promota eſt.

Cum autem Sorores ejuſdem Eccleſiæ ulteriùs ibidem præ multitudine non poſſent habitare, conſtruxit eis Rutgerus Abbas Clanſtrum apud inferius (1) Sinighe, ubi paratæ cum eſſent officinæ, quæ eis erant oportunæ, tranſtulit illuc eas ſimul cum illis Sororibus, quas ſexto hinc retroacto anno apud (2) Scharnen poſuerat, cum ibidem à prætereuntibus & nocte civitatem intrare non valentibus, nimium gravarentur.

Deſignavit eis quædam allodia, agros &

nemora : non ut ea penitus ſequeſtraret ab Eccleſia ſua Raedenſi, cujus propria ſunt & poſſeſſiva : ſed ut illis pro tempore ſuppeditaret nutrimenta, quorum hic ſubjecta continentur vocabula.

Apud Sinnighe allodium quod ab Abbate & Fratribus Eccleſiæ Sancti Jacobi in Leodio Raedenſis emit Eccleſia, cum pratis & nemoribus, & molendinum in eodem loco cum aquæductu.

Apud Gyvcle, allodium trium manſorum.

Apud Scharnen, allodium quod Adelbertus Vir Nobilis Raedenſi dedit Eccleſiæ.

In Beggendorp, allodium trium manſorum, quod ab Rutgero Nobili Viro de Beggendorpe Raedenſis emit Eccleſia.

Apud Remiſt, ſex bonnaria terræ, cum ſexta parte, & decimarum ibidem apud Gelike & Aſch & Breidelo & Genike.

Quæ omnia ex donatione Adelberti Comitis de Saphenberghe prædicta Raedenſis poſſidet Eccleſia.

Apud Dulsbach duos manſos quadraginta diurnalium & ibidem tria bonnaria arbuſtorum.

Apud Neudorpe manſum cum dimidio.

Juſtum præterea videtur & competens, ut de reſpectu & obedientia quam eædem Sorores Abbati & Eccleſiæ ſuæ Raedenſi hactenus exhibuerunt, quomodo in futurum exhibebunt, certa & rationabilis præſcribatur linea.

Sorores ergo quæ in prænominato loco tranſpoſitæ ſunt, qui locus cum cæteris (ut prædictum eſt) proprius eſt Raedenſis Eccleſiæ, omnimodam ſubjectionem & obedientiam Abbati & Eccleſiæ à qua tranſmiſſæ ſunt, ut hactenus exhibuerunt, exhibebunt.

Ut videlicet de prænominatis allodiis & bonis, cum omni jure appendente, quæ ab Eccleſia Raedenſi legitimè ſuſcepta pacificeque poſſeſſa, & ipſis Sororibus ſine aliqua ſequeſtratione pro victûs ſuſtentatione conceſſa & deſignata ſunt, nihil per ſe demere, mutare, aut aliquam auctoritatem audeant corroborare : ſed Abbas in ſua teneat poteſtate univerſa diſponere. Quæ tamen communi Fratrum conſilio fieri debent atque conſenſu.

Quodque nulla Sororum ſine licentia & conſilio ejus intromittatur vel ſuſcipiatur, nullus Fratrum ad regimen vel ſervitium earum, præter eos quos ipſe cum conſilio Fratrum admiſerit, admittatur. Quod ſi aliqua intromiſſa vel aliquis admiſſus fuerit, irritum erit & inſtabile.

Hæc quoque charitatis viciſſitudo Sororibus impendatur, ut nullam præter conſenſum Sororum ſanioris conſilii ſuſcipere compellantur, ne in aliquo pauperes Sorores graventur. Quæ vero intromiſſæ communi conſenſu fuerint, tempore quo Abbati viſum fuerit ſecundum morem Eccleſiæ & conſuetudinem, profeſſionem devotè faciant, & obedientiam promptè & humiliter promittant.

Soror autem quæ pro regimine Ordinis præponi debet aliis Sororibus, idonea & tali officio utilis per Abbatem cum conſilio Fratrum & Sororum, quas ipſe admittere voluerit, præponatur, cui ab omnibus Sororibus ſecundum inſtitutionem Religionis & Ordinis abſque contradictione obediatur.

Nullum tamen officium, nullam obedientiam alicui Sororum præter Abbatis & Prioris ſui conſenſum injungere præſumat ; nec aliquam ſingularitatem ſibi uſurpet, ſed Ordinem ipſa obſervare & ad hunc obſervandum alias monere, inſtruere & coercere ſatagat.

Si autem (quod abſit) negligens vel in aliquo notabilis & minus utilis reperta fuerit, Abbas, communicato cum ſenioribus Fratribus Eccleſiæ conſilio, etiamſi Sororibus diſpliceat, ab officio eam ſubmoveat, & aliam idoneam loco ejus ſubſtituat.

Frater quoque qui vice Prioris poſt Abbatem in omnibus Eccleſiæ providebit, cum conſilio Fratrum de Congregatione eligatur, & Sororibus ſolummodo per manum Abbatis præficiatur, omnemque ſubjectionem & integram obedientiam, tam Abbati ſuo quam Eccleſiæ ſuæ cum omni humilitate exhibeat, ſeſeque in omnibus ad Eccleſiam ut alium quemlibet Fratrem in nullo diſſimiliter negotio pertinere cognoſcat.

Porro idem Frater ſi huic negotio non ſufficiens vel non idoneus inventus fuerit, ad clauſtrum ſuum revocetur, & ab obedientia ſibi tradita relaxetur, alterque per manum Abbatis & conſilium Fratrum loco ejus ſubſtituatur.

Hanc tam legaliter & piè factam traditionem ne quis impoſterum calumniari poſſit vel audeat, banno confirmamus ; præſenti etiam Cartâ cum Sigilli noſtri impreſſione ſanximus.

Huic traditioni interfuerunt
Wybaldus Abbas Stabulenſis.
Stephanus Abbas ſancti Jacobi.
Dominus Henricus Dux de Limborch.
Goeſwinus de Valckenberch.
Conradus de Dalheim.

Acta ſunt anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo primo, Indictione quartâ-decimâ, Epactâ primâ, concurrente VII. decimo Kalendas Octobris.

(1) Sinnigh, locus haud procul Aquis-Grano, qui nunc Prioratus Monialium, ubi tantum Nobiles nunc recipiuntur. Subeſt in ſpiritualibus ac temporalibus Abbati Rodenſi, juxta hoc Diploma.

(2) Scharnen, locus prope Trajectum Moſæ, ubi prima fuerat harum Monialium habitatio. Illis dein acceſſerunt illæ quæ habitârant juxta Rodenſem Abbatiam.

CAPUT CXXVIII.

Henricus Comes Namurcenſis ac Luxemburgenſis Eccleſiam Parochialem S. Nicolai, Urbis Luxemburgenſis primariam, confert anno 1166 Abbatiæ B. M. V. Munſterienſi Ordinis S. Benedicti juxta Luxemburgum. Quod-ipſum confirmat anno 1225 Theodoricus Archiepiſcopus & Elector Trevirenſis, ſimul concedens regimen Scholarum ibidem.

NOtum ſit omnibus tam futoris quàm præſentibus, quod ego Henricus Namurcenſis & Luxemburgenſis Comes, quandam Capellam, in novo foro de Luxemburgh in allodio meo, à quodam cive Herzelone in honorem Dei & beati Nicolai conſtructam, ad devotam ejus civis petitionem, Eccleſiæ Beatæ Mariæ Luxemburgenſi, de aſſenſu Paſtoris, & nullo prorſus alio intervenieote contradictionis obſtaculo, perpetuâ donatione poſſidendam contuli & habendam; ut ſuffragia & fructus orationom quæ in eadem fiunt Eccleſia, mihi & Anteceſſoribus meis piè poſſem & ſalubriter adipiſci.

Et ne aliquis hujus noſtræ Donatioois inſtitutum poſſet refringere, præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine digoum duximus roborare.

Teſtes verò hujus rei ſunt, Winlerus Sacerdos.

Johannes Magiſter Scholarum.
Sifridus Sacerdos,
Wiricus de Pos.
Wilhelmus, Gerardus Fratres de Aldanges.
Gerardus de Selchem.
Jacobus Advocatus.
Conradus de Mambre.
Wetulo exactor.
Cecelinus Frater ſuus.
Francko.
Oliverius.
Rodulphus.
Albero.
Salomannus, & quamplures alii.

Hæc autem geſta ſunt anno Dominicæ Incarnationis M. CLXVI.

Theodoricus Archiepiſcopus Trevirenſis, concedit eidem Abbatiæ regimen Scholarum Luxemburgi, anno 1225.

THeodoricus Dei gratiâ Trevirorum Archiepiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum inſpecturis.

Notum eſſe volumus, quòd cùm nobilis vir Henricus bonæ memoriæ Comes Namurcenſis & Lucelburgenſis, Capellam beati Nicolai ſitam in Burgo Luxemburgenſi, in loco qui vulgariter dicitur novum forum, in ipſius Comitis fundo proprio conſtructam, Cœnobio beatæ Mariæ ibidem ſito, de aſſenſu Paſtoris in Wimmerkirchen, in cujus Parochia eadem Capella dignoſcitur eſſe fundata, quaotum in ipſo erat, liberaliter contuliſſet, ſicut in ipſius Privilegio ſuper hoc indulto pleniùs continetur; hujuſmodi piam intentionem in hac parte conſiderantes, ut hujuſmodi factum robur obtineat firmitatis, Authoritate Metropoliticâ eidem Cœnobio Capellam memoratam nos etiam duximus aſſignandam; ut ſi quid præfatæ conceſſioni defuerit, accedente noſtro conſenſu ſuppleatur.

Inſuper indulgentes, ut Scholæ ſint apud Monaſterium ſæpe dictum, ſicut hactenus eſt obtentum, nec alias io Burgo dicto habeant, præter conſenſum Abbatis, & Conventûs Cœnobii ante-dicti.

Ut hæc autem rata permaneant, & debitâ ſtabilitate firmentur, præſens Scriptum inde confectum ipſi Cœnobio tradidimus, Sigilli noſtri munimine roboratum.

Datum anno M. C. C. XXV. Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno tertio-decimo.

CA-

CAPUT CXXIX.

*Lucius III. Pont. recenſet anno 1185 poſſeſſiones Abbatiæ Lobbienſis Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Leodienſi, ac ſignanter Jus Patronatûs in duo Capitula Canonicorum, B. Mariæ Anthonienſe in Hannonia, ac B. Urſmari Lobbienſe, inde tranſlatum Binchium, * ejuſdemque Abbatiæ privilegia omnia confirmat & ampliat.*

* Vide Litteras apud Miræum Tomo II. pag. 1031.

LUcius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Werrico Abbati Monaſterii Sancti Petri Lobienſis, ejuſque Fratribus tam præſentibus quam futuris Monaſticam vitam profeſſis, in perpetuum.

Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter enitefcat, & utilitas poſtulata vires indobitanter aſſumat. Ea-propter dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatum Monaſterium S. Petri Lobienſis, in quo divino eſtis obſequio mancipari, ad exemplar felicis recordationis Johannis & Adriani Romanorum Pontificum, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus qui ſecundum Deum & B. Benedicti Regulam in eodem Monaſterio noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Præterea quæcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, & largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipſum in quo præfatum Monaſterium Regalibus munificentiis fundatum eſt, cum appenditiis ſuis, Eccleſiam B. Mariæ & Sanctorum Confeſſorum (1) Urſmari, Ermini, cum libera Perſonatuum, Præbendarum & Altarium ejuſdem Eccleſiæ donatione, cum pertinentiis ſuis.

Totam villam quæ (2) Lobias dicitur, liberè à vobis poſſeſſam cum appenditiis ſuis, ſcilicet Hudulfimont & Grunniaco cum adjacente ſilva Foreſtella, Cella, Rues, & (3) Tutinio & hujus appenditiis ſcilicet Tutini terras omnes cultas vel incultas, cum ſilvis, pratis, aquis aquarumque decurſibus, piſcariis & molendinis, omneſque redditus ejuſdem villæ Tutinii, exceptis illis redditibus qui intra muros ad munitionem Caſtelli aſſignati ſunt.

In Leodienſi Epiſcopatu Villam de Bermereis cum Altari, Altare de Hercheneis, Villam de Tiwellies com Altari, Villam de Caſtellione cum Altari, Villam de Statis cum Altari, Villam de Radionaciis cum Altari, Villam de Giſlier cum Altari, Villam de Gimiaco cum Altari, & quæcumque bona in eodem Epiſcopatu habere noſcimini.

In Cameracenſi verò Epiſcopatu, Altare de Blarengeis, Villam de Hum cum Altari & appenditiis ſuis, Villam de Peſlant cum Altari, Altare de (4) Hijon cum appenditio ſuo, Capellam in Pratis, Altare de Mevin cum Capella de Cipli, Altare de Bavia, (5) Monaſterium in Fania cum pertinentiis ſuis, duos manipulos de Heſtrus, Villam de Sanctis cum Altari.

Eccleſiam de Antonio (6) cum libera ejuſdem Eccleſiæ Præbendarum donatione & Canonicorum ordinatione & cum omnibus ad eam pertinentibus, Singulfi (7) Villam cum Altari, Villam de Gerondegeis cum Altari, Villam de Tienſigin & Altare de Curtegna cum pertinenriis ſuis, Villam Monaſterii cum Eccleſia & omnibus ad eam pertinentibus, Altare de S. Vedaſto, Altare de (8) Hania, & quidquid in eodem Epiſcopatu habere noſcimini.

In Tornacenſi Epiſcopatu Altare de (9) Arcella & duos manipulos de Tirroda, Altare de Ham (10) cum pertinentiis ſuis & quidquid in eodem Epiſcopatu poſſidetis.

In Noviomenſi Epiſcopatu, duos manipulos de Calioet.

In Laudunenſi Epiſcopatu Villam de Hergleato cum Altari & appenditiis ſuis, & quidquid in Remenſi vel Colonienſi Archiepiſcopatu habere noſcimini.

Servos quoque & ancillas ad Monaſterium veſtrum pertinentes. Sanè novalium veſtrorum, quæ propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas extorquere præſumat.

In Parochialibus verò Eccleſiis quas habetis, liceat vobis Sacerdotes eligere, & Diœceſano Epiſcopo præſentare. Quibus, ſi idonei fuerint, Epiſcopus Curam animarum committat, ot ei de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant reſpondere.

Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochia-

rum, nullos ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi & veſtro, Eccleſiam vel Oratorium de novo ædificare præſumat, ſalvis tamen privilegiis Romanæ Eccleſiæ.

Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſâ voce, divina Officia celebrare.

Ad hæc, libertates & immunitates à Regibus & Principibus & ab aliis perſonis tam Eccleſiaſticis quam mundanis Monaſterio veſtro indultas, antiquas etiam & rationabiles conſuetudines in eo hactenus obſervatas integras illibataſque manere ſancimus.

Nihilominus etiam præſenti Paginâ duximus prohibendum, ut nullus in vos vel Monaſterium veſtrum, excommunicationis, ſuſpenſionis aut interdicti ſententiam ſine manifeſta & rationabili cauſa promulget, vel novas aut indebitas exactiones imponat.

Advocatum ſanè de fundatorum genere habeatis, qui vobis ſecundum Dei timorem, abſque gravamine veſtro, auxilium defenſionis impendat. Quod ſi aliquando depravatus defenſionem debitam non impenderit, & gravis Monaſterio & rebus ejus per moleſtias & exactiones extiterit, eligendi alium qui pro Deo vobis tuitionem exhibeat & gravis Monaſterio non exiſtat, poteſtatem liberam habeatis.

Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & Beati Benedicti Regulam providerint eligendum.

Sepulturam præterea ipſius loci liberam eſſe decernimus; ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Ad indicium autem hujus à Sede Apoſtolica percepræ protectionis, aureum unum nobis noſtriſque Succeſſoribus annis ſingulis perſolvetis.

Nota hoc homagium.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate & Diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam, ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita niſi reatum ſuum dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictè ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Chunradus Sabin. Epiſcopus & Mog. Archiepiſcopus.

Ego Theod. Portuenſis & Sanctæ Rufinæ Sedis Epiſcopus.

Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.

Ego Theobaldus Hoſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus.

Ego Johannes Presbyter Cardinalis Titulo Sancti Marci.

Ego Laborans Presbyter Cardinalis ſanctæ Mariæ trans Tyberim.

Ego Hobertus * Mediolanenſis Archiepiſcopus, & Presbyter Cardinalis.

* Dein Pont. Urbanus III.

Ego Pandulfus Presbyrer Cardinalis Titulo Baſilicæ duodecim Apoſtolorum.

Ego Albinus Titulo ſanctæ Crucis in Jeruſalem Presbyter Cardinalis.

Ego Melior Presbyter Cardinalis ſanctorum Johannis & Pauli titulo Pagmachii.

Ego Adelardus titulo ſancti Marcelli, Presbyter Cardinalis.

Ego Arditio Diaconus Cardinalis ſancti Theodori.

Ego Gratianus ſanctorum Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis.

Ego Soffredus Sanctæ Mariæ in via-lata Diaconus Cardinalis.

Ego Rollandus ſanctæ Mariæ in porticu Diaconus Cardinalis.

Ego Petrus Diaconus Cardinalis ſancti Nicholai in Carcere Tulliano.

Ego Radulfus ſancti Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis.

Datum Veronæ per manum Alberti ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii III. Idus Novembris, Indictione quartâ, Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo octogeſimo quinto, Pontificatûs vero Domni Lucii Papæ tertii anno quinto.

(1) SS. URSMARUS, Erminus, Vulgiſus, & Amoluinus Epiſcopi, SS. Theodulphus & Abel Archiepiſcopi Remenſes, S. Hidulphus Dux Lotharingiæ, ac B. Amelberga, octo Patroni ſunt Eccleſiæ Binchienſis, quorum ſacræ Reliquiæ unà cum Capitulo huc tranſlatæ fuerunt anno 1409. De his Sanctis vide Miræum, Molanum & Raiſſium.

(2) LOBIUM, locus Abbatiæ, ſecundo milliari à Binchio, ad Sabim fluvium, eſt quidem in Ditione Leodienſi, ſed in Diœceſi Cameracenſi. Fuit hic olim Eccleſia B. M. V. Collegiata Canonicorum; ſed Capitulum ejus tranſlatum fuit ad Oppidum Binchienſe. Diplomata refert Miræus.

(3) TUOINIUM, Diœceſis Leodienſis Oppidulum ad Sabim fluvium, prope dictam Abbatiam. Eſt illic Eccleſia Collegiata Canonicorum S. Theodardo Epiſcopo ſacra.

(4) HIJON, Parochia juxta Montes Hannoniæ, ubi quondam fuit Prioratus S. Petri, Benedictinorum Lobienſium.

(5) MONASTERIUM IN FANIA, ſub Parochia de Bavia, uſque hodie Prioratus eſt Lobienſium.

(6) ANTOING, Oppidulum Hannoniæ verſus Tornacum, cum Eccleſia Collegiata B. M. V. in qui XIV. Præbendæ. Abbas Lobienſis eſt illic Præpoſitus perpetuus.

(7) SINGULPHI-VILLA, vulgo *Seghelſem* in Diœceſi Mechlinienſi, ubi olim fuit Capitulum Canonicorum. Vide Hiſtoriam Archiepiſcopatûs Mechlin. parte 2. pag. 265.

(8) HANIA, vulgo *Hem*, ſub Parochia de Junnet, terra neutralis dicitur. Eſt hic uſque hodie Prioratus Lobienſium.

(9) ARCELLA, vulgo *Arzele*, Parochia Diœceſis Brugenſis, ſub Decanatu de Rouſſelaere.

(10) HAM, inſignis Parochia ac Vice-Comitatus, in Diœceſi Gandavenſi, ſub Decanatu Teneramundano.

CAPUT CXXX.

Innocentius IV. Pont. & Robertus de Thorota Leodienſis Epiſcopus concedunt anno 1243 licentiam Abbati Rolducenſi Ordinis S. Auguſtini ædificandi novum Monaſterium in loco de Sinnigh apud Aquiſgranum, eòque transferendi Moniales, tam eas quæ prius habitarunt intra ſepta Rolducenſia, quam eas quæ prius fuerant in Scharnen apud Trajectum-Moſæ.

Ex Archivo Sinnigh.

INnocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii Rodenſis Ordinis Sancti Auguſtini, Leodienſis Diœceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod Moniales de Rode & de Scarnen Monaſteriorum veſtri Ordinis ad Monaſterium veſtrum pleno jure ſpectantium, ad locum Monaſterio ipſi ſubjectum, qui Sinike vulgariter dicitur, ubi competentiùs virtutum Domino ſub regulari habito ſervire poterunt, ſunt de conſenſu venerabilis fratris noſtri Leodienſis Epiſcopi locorum Diœceſani tranſlatæ, aſſignatâ illis pro ſuſtentatione ipſarum per vos certâ de bonis veſtri Monaſterii portione.

Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc piè ac providè factum eſt gratum habentes & ratum, illud authoritate apoſtolicâ confirmamus & præſentis Scripti Patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni idibus Septembris, Pontificatûs noſtri anno quarto.

Diploma Roberti Leodienſis Epiſcopi, anno 1243.

RObertus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Accedens ad nos dilectus in Chriſto filius Abbas de Rode, Ordinis Sancti Auguſtini, noſtræ Diœceſis, nobis humiliter ſupplicavit, ut cum ipſe Moniales ſuas intra ſepta Monaſterii de Rode commorantes, nec non Moniales de Scarne ejuſdem Ordinis propter earum commodum ac honeſtatem Ordinis, ad locum, qui Fons B. Mariæ dicitur, intendat transferre, & ibidem Monaſterium idoneum inſtituere, nos eidem ſuper hoc licentiam concedere pateroâ ſollicitudine curaremus.

Nos autem ipſius juſtis petitionibus inclinati, eidem authoritate præſentium concedimus, ut dictas Moniales ad locum eundem transferat, & in loco prædicto Monaſterium conſtruat, ſine juris præjudicio alieni.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigillo noſtro duximus roborandas.

Datum anno Domini M. C. C. quadrageſimo tertio, feriâ quintâ poſt Trinitatem.

Breve Benedicti XI. Pont. anno 1334.

BEnedictus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Decano Eccleſiæ Bunnenſis Colonienſis Diœceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Dilectarum in Christo filiarum Magistræ Priorissæ & Conventûs Monasterii in Sinnighe per Magistram & Priorissam soliti gubernari Ordinis Sancti Augustini Leodiensis Diœcesis precibus inclinati, præsentium tibi authoritate mandamus, quatenus ea quæ de bonis ipsius Monasterii alienata inveneris illicitè vel distracta, ad jus & proprietatem ejusdem Monasterii legitimè revocare procures; contradictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postpositâ compescendo.

Testes autem qui fuerint nominati, si se gratiâ odio vel timore subtraxerint, censurâ simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.

Datum Romæ VI. Idus Julii, Pontificatûs nostri anno quarto.

CAPUT CXXXI.

Abbas Rodensis, Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, in Ducatu Limburgensi, fundat ac dotat è bonis Monasterii sui subjectum sibi Conventum Monialium ejusdem Ordinis, è loco de Scharnen prope Trajectum-Mosæ translatum in Sinnigh, circa annum 1245.

NOs Marsilius Dei gratiâ Abbas in Rode, totusque ejusdem Ecclesiæ Conventus, præsentium tenore Litterarum protestamur, quod Sororibus nostris Monialibus, cum eas ad honorem Dei & ipsarum utilitatem ad novum Claustrum Sinneche transferre decrevissemus, talem eisdem de communibus bonis nostris assignavimus portionem.

Omnia videlicet bona nostra apud Sinneche, Nuendorp, Givelt, Bubais, Bergis, Rimist, Bredelo, Beggeodorp, carratam vini in Odorp & Hersele, IV. amas annuatim & vineas in Rindotp cum personis attinentibus, quando à debito solutæ fuerint.

Promisimus præterea ipsis omnia bona ad Ecclesiam Scarnensem pertinentia; ita tamen quod Sorores ejusdem Ecclesiæ cum ipsis in novo clausstro collocentur, & fiat ibi in nomine Domini unum ovile & unus Pastor. Habebunt etiam capones CXX. & sex marcas censuum annuatim, quas in bonis supra scriptis recipient, & si quid ipsis de hac summâ censuom in bonis supramemoratis deficit, Ecclesia Rodensis de suis redditibus supplebit.

Si vero aliquo impedimento interveniente contingeret, quod bona Scarnensis Ecclesiæ, sicut promissum fuerat, eis non accessetint, secundum Ordinationem Domini Ducis de Limborch & V. Dapiseri sui, & aliorum discretorum virorum Deum timentium & utilitatem utriusque Ecclesiæ diligentium, qui ad hoc invitati fuerint, de bonis nostris propriis portionem ipsis dabimus competentem.

Ad majorem autem præmissorum certitudinem, non plane dedimus, sed obligavimus duas Curias nostras Crumbach & Ludelsdorp ut omnia ista quæ supra memorata sunt, ante festum beati Joannis Baptistæ proximum fideliter compleantut.

Hujus rei testes fuerunt, V. Dapifer.
Wilhelmus Villicus de Aschwilre.
Reinard de Berge.
Henricus Villicus de Castro.
Willelmus de Alstorp,
& Fratres Ecclesiæ Rodensis.
Prior de Sinnich.
Macharius Cellarius.
Thomas Prior de Valle S.M. & alii quam plures.

Ut autem hæc omnia rata & immutata permaneant, & sine omni cavillatione ad bonum finem perducantur, præsentem Paginam Sigillo nostro curavimus communire.

Abbatia Rodensis; gallis *Rolduc*, belgis *Clooster-raad*, Canonicorum Regularium sita est in Ducani Limburgensi inter Trajectum Mosæ & Aquisgranum: instituta anno 1104 authore Alberto Ecclesiæ Tornacensis Canonico, qui & Abbatiam S. Nicolai de Pratis ejusdem Instituti apud Tornacum instituerat. Vide Miræi Diplom. pag. 378.

Fuit hic olim Monasterium duplex, alterum pro viris, aliud pro feminis extructum: sub cura ejusdem Abbatis. Qui & curam spiritualem habuit Monasterii de Scarnen prope Trajectum-Mosæ fundati; item alterius, dicti Marienthal, seu Mariæ-Vallis, ad Arulam fluvium in Diœcesi Colonienfi à Comite de Saphenbergh anno 1136 fundati.

Verum anno 1245 constructum fuit Monasterium novum in loco de Sinnigh apud Limburgum, atque bonis Abbatiæ Rodensis dotatum; eóque translatæ fuerunt Moniales, tam illæ quæ ante habitarant in Rodâ, quam ex, quæ prius incoluerant locum de Scharnen.

Fuerat etiam olim per Rodenses Abbates fundata Abbatia de Hoydonck, nobilium Monialium ejusdem Ordinis, sita prope Helmondam in Districtu Sylvæducensi; quæ anno 1650 per Ordines Fœderatos extincta fuit. Vide Historiam Episcopatûs Sylvarducensis.

Subest etiam Abbatiæ Rodensi Præpositura Urbis Limburgensis, unà cum Pastoratu ibidem, quin & plures alii Pastoratus per eosdem Canonicos Regulares administrantur.

CA-

CAPUT CXXXII.

Gregorius X. Pont. Abbatiæ Malonienſis Canonicorum Regularium Ord. S. Aug. Diœceſis Leodienſis, altero milliari à Namurco, ad Sabim fluvium, Altaria poſſeſſioneſque recenſet anno 1272, ejuſque Privilegia confirmat.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, &c. Dilectis filiis Abbati Eccleſiæ S. Bertuini de Malonia, ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris Regularem vitam profeſſis in PP. M. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet aut robur quod abſit, ſacræ Religionis infringat.

Ea-propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam * S. Bertuini de Malonis Leodienſis Diœceſis, in qua eſtis divino obſequio mancipati, ſub B. Petri & noſtra Protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripturæ Privilegio communimus.

* S. Bertuinus quieſcit Malonæ. Colitur 11. Novembris Vide Molani Natales SS. Belgii.

Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum, & Sancti Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia impræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in ſuturum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, decimas, terras & poſſeſſiones, quas in Roneto, Wocanio & in Villa Sancti Medardi habetis. Eccleſiam S. Lupi * cum terris, poſſeſſionibus, annuis redditibus & univerſis pertinentiis ſuis ſitam in loco qui Namurcum vulgariter nuncupatur.

* S. Lupi Parochia in Urbe Namurco.

Sancti Lamberti de Sarto, Eccleſias, cum omnibus pertinentiis earundem; & quicquid juris habetis in Villa quæ dicitur Maiſon: Eccleſiam & decimam, de Monchiai: terram, decimam & Villam de Hedenges, cum Eccleſia, appendiciis, & cæteris pertinentiis ſuis: Eccleſiam & Villam de Haſonis-Monte cum omnibus pertinentiis earundem & annuos reditus donationum, quos percipitis in loco qui Hanut vulgariter appellatur. Et quicquid juris habetis in Brugodes, Lamburcſart, ac in Diœceſi ſupradicta, & juriſdictionem temporalem quam habetis in Villis prædictis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis, in boſco & plano, in aquis, & molendinis; in viis, & inſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis.

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus colitis & ſumptibus, de quibus aliquis haſtenus non percipit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel laïcos liberos & abſolutos à ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Probibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem fas ſit, ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco, niſi arctioris religionis obtentu, diſcedere, diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſâ voce, divina Officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Chriſma verò, Oleum ſacrum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi, à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacro-ſanctæ Sedis Romanæ habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exibere.

Prohibemus inſuper, ut intra fines Parochiæ veſtræ, ſi eam habetis, nullus ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi & veſtro Capellam ſeu Oratorium de novo conſtituere audeat, ſalvis Privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis Epiſcopis Archidiaconis ſeu Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis ſæcularibuſve perſonis à vobis omnino fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati, vel interdicti fuerint & publicè uſurarii, nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à Laïcis detinentur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent revocandi, libera ſit vobis de noſtra authoritate facultas.

Obeunte verò Te nunc ejuſdem loci Abbate

vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu vel eorum major pars conſilii ſaniori ſecundum Deum & B. Auguſtini Regulam providerint eligendum.

Paci quoque & tranquilitati veſtræ paternâ impoſterum ſollicitudine providere volentes, authoritate apoſtolicâ prohibemus, ut intra clauſuras locorum ſen grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſen violentiam audeat exercete.

Præterea omnes libertates, & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ veſtræ conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus & aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, authoritate apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis ptoſutura. Salvâ Sedis apoſtolicæ authoritate, & Diœcefani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ, & in prædictis decimis moderatione Concilii generalis.

Si quæ igitur in futurum eccléſiaſtica ſæculariſvè perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam venire temetè tentaverit, ſecundò, tertiòvè commonita, niſi reatum ſunm congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. amen. amen.

Inſra, ducti ſunt duo circuli, quorum minor & medius eſt quadripartitus: & in ſuperioribus angulis habetur S. Petrus S. Paulus, ſed in inferioribus Gregorius PP. decimus: intra latera verò utriuſque circuli habetur crux cum hac inſcriptione: Perfice greſſus meos in ſemitis tuis. Subſignantur.

Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Simon titulo S. Marini Presbyter Cardinalis.

Ego Ancherus Tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis.

Ego Guillielmus tit. S. Marci Presbyter Cardinalis.

Ego Simon tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis

Ego Joannes S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Cardinalis.

Ego Ottobonus S. Adriani Cardinalis Diac.

Ego Jacobus S. Mariæ in Coſm. Diac. C.

Ego Godefridus S. Georgii &c. Diac. Cardinalis.

Ego Hubertus S. Euſtachii, Diaconus Cardinalis.

Datum apud veterem Urbem per manum Magiſtri Janoni Leccacorvi S. Romanæ Eccl. Vica-Cancellarii II. Kal. Septembris Indict. XVI. Incarnationis Dom. anno M. C. C. LXXII. Pontificatûs verò Dom. Gregorii Papæ X. anno primo.

Henricus Leodienſis Epiſcopus anno 1147 *recenſet atque confirmat inſtitutionem Canonicorum Regularium in Abbatia Malonienſi, in locum ſæcularium Canonicorum.*

Ex Archivis hujus Abbatiæ.

IN nomine individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratiâ hujus nominis ſecundus, Leodienſis Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris quam præſentibus. Ordo noſtræ ſollicitudinis exigit, ut commiſſarum nobis Eccleſiarum curam vigilanter geramus: quoniam in examinatione noſtræ Conſecrationis, ſic cum Domino Deo noſtro fœdus percuſſimus, ut integra conſervare, diſpenſa colligere, labentia fulcire debeamus.

Intet cæteros autem Religionis occaſus, parietum lapſus, diſtractiones fundorum, ſacrilegas denudationes altarium, Præpoſitus Eccleſiæ Malonienſis Bruno ſuper deſtructione ejuſdem Eccleſiæ à nobis frequenter commonitus, tandem ad nos acceſſit, & ſicut tempore fœlicis memoriæ Prædeceſſoris noſtri Alberonis Epiſcopi, ita quoque ad humilitatis noſtræ conſultum, ejuſdem Eccleſiæ enormem & miſerabilem deſolationem, ſilentium, & ſolitudinem retulit, atque ab ejus cura, cui ſubvenire non poterat, abſolvi petiit & impetravit.

Et quoniam in lege Domini voluntarius divino ſemper roboratur ſubſidio, Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis virum honeſtum Eccleſiæ noſtræ natum & renatum, in terra aliena verò Epiſcopali dignitate à Deo ſublimatum Alexandrum *, voluntatis noſtræ ſuper ordinatione ejuſdem Eccleſiæ conſcium, cujus cor deſolatio ejuſdem loci ſæpe tetigerat, nobis ſuſcitavit, qui fra-

* Fuit Epiſcopus Plocenſis in Polonia.

trem ſuum carne & ſpiritu, Eccleſiæque quam regebat Præpoſitum Gualterum nomine, ad nos tranſmiſit, rogans & obnixè deprecans, quatenus ea quæ in eadem Eccleſia neglecta fuerant corrigere, dilapſa reſtaurare, inſuper & Clericos abſque proprietatibus, juxta B. Auguſtini Regulam, ad ſerviendum Deo ordinare propter ſalutem animæ ſuæ, & Anteceſſorum ſuorum mihi quieſcentium, ſalvo omni jure noſtro, ſuâ ope & conſilio, noſtrâ conceſſione liceret.

Nos verò conſiderantes petitionem ejus honeſtam & utilem, perſonamque ad omnia hæc agenda idoneam, communicato ſuper hoc conſilio, habitoque Eccleſiæ aſſenſu, miſericordiæ Dei gratias referentes, qui ſua præſtantiſſima bonitate nobis ſuper deſolatione dictæ Eccleſiæ, tam utile, tam honeſtum miniſtravit conſilium, quod petebat conceſſimus. Et Gualtero Fratri ejus præfato Eccleſiæ curam commiſimus, quatenus ad laudem & gloriam Dei noſtro conſilio Canonicos, juxta B. Auguſtini Regulam in ea ordinaret, & cùm numerus Fratrum expoſceret, Abbas loci ejuſdem per manum noſtram inveſtiretur: qui juxta morem ipſius Eccleſiæ inter cæteros Capellanos mihi & Succeſſoribus meis cùm neceſſe fuerit aſſiſteret.

Ut autem mortalium geſta immortali vivant memoriâ, ſequenſque generatio noverit præterita, ne proceſſus temporis ingerat oblivionem, aut perſonarum immutatio adverſus id ſentiat, æternitate Scripti noſtri, quod conſilio Eccleſiæ noſtræ factum eſt roboravimus, & Sigilli noſtri impreſſione ſignavimus, & conſentaneos reparandæ & augmentandæ Religionis, in teſtimonium & munimentum conſcribi fecimus.

Hæc autem ſunt nomina illorum.

Alexander Archidiaconus & Præpoſitus S. Lamb.
Albertus Archidiacoous.
Renerus Archidiaconus.
Reimbaldus Decaous. Canonici
Johannes Presbyter, Henricus Cantor.
Bruno, Guido, Guazo, Petrus,
Balduinus Scholaſticus.
Albertus Abbas S Jacobi.
Guaſelmus Abbas S Laurentii.
Drogo Abbas Sancti Gilli de publico monte.
Godefridus Decanus de S. Martino.

Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis M C. XLVII. Indictione X. regnante Cuonrado Rege.

CAPUT CXXXIII.

Hoſpitale Thamiſienſe in Waſia fundatur anno 1335 à Philippo de Villain; quod dein commutatum fuit in Monaſterium Monialium Ordinis S. Dominici, anno 1507.

UNiverſis præſentes Litteras inſpecturis Vicarius Reverendi in Chriſto Patris & Domini, (1) A. Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopi in remotis agentis, in ſpiritualibus & temporalibus generalis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Noveritis, quod cum de mandato noſtro, ad ſupplicationem Nobilis viri & venerabilis Domini Philippi Villain Legum Profeſſoris, zelo devotionis accenſi, cupientis pro terrenis cœleſtia, & pro perituris æterna felici commercio commutare: qui quoddam Hoſpitale in Parochia de (2) Thamiſia Tornacenſis Diœceſis, pro ipſius & parentum ſuorum animarum remedio & ſalute, de bonis proprtiis fundaſſe dicebatur pariter & dotaſſe, per Decanum Chriſtianitatis Waſiæ, de & ſuper fundatione & dotatione hujuſmodi (3) Hoſpitalis, videlicet quæ & qualia & quanta ſint bona & redditus dicti Hoſpitalis, ac de valore annuo eorundem, & an amortiſata ſint, vel amortizatione indigeant, in cujus etiam Patronatu exiſtant, & de omnibus aliis circa hæc neceſſariis & oportunis, vocatis evocandis, inquiſitio facta fuerit.

Nos dictâ inquiſitione præmiſſâ, ac à nobis viſâ & diligenter inſpectâ, compertoque per eandem, dictum Hoſpitale fuiſſe & eſſe competenter fundatum & dotatum, & etiam ſingula alia ad dictum Hoſpitale neceſſaria & competentia, modo ſufficienti & debito facta fuiſſe, ipſum Hoſpitale tamquam ſufficienter fundatum pariter & dotatum, conſideratis conſiderandis, pronunciamus in his ſcriptis, fundationemque & dotationem dicti Hoſpitalis laudamus, ratificamus, approbamus, & eas auctoritate dicti Reverendi Patris, cujus Vicariâ curam gerimus, perpetuo confirmamus.

Datum ſub Sigillo Vicariatûs Epiſcopi Tornacenſis anno Domini M.°C.C.C. XXXV. feriâ ſecundâ ante feſtum beati Petri ad vincola.

(1) A. is erat Andreas Ghini, Florentinus, antea Epiſcopus Atrebatenſis, ac dein Tornacenſis; qui S. R. E. Cardinalis renunciatus, Epiſcopatum hunc anno 1342 dimiſit, ac poſt triennium obiit.

(2) THAMISIA, vernaculè *Thomſiche*, olim

Themſeca, inſigne Municipium Waſiæ, ad Scaldim fluvium. Carolus Calvus Francorum Rex illud donavit Abbati ac Monaſterio S. Petri Blandinienſis juxta Gandavum anno 870. Diploma exhibetur apud Miræum pag. 341.

Jus Patronatûs uſque modo eſt penes Abbatem S. Petri: hinc corrige ea quæ habentur in Notis loco citato Miræi.

(3) HOSPITALE THAMISIENSE anno 1507 conceſſum fuit Monialibus Ordinis Sti. Dominici, quas ibidem fundavit Rolandus le Febure Dominus de Thamiſia, Liesfelde & Heemſtede, Maximiliani I. Cæſaris Theſaurarius. Primæ Moniales advenerunt ex oppido de Worcum, quod eſt è regione Gorcomii in Hollandia. Cumque miraretur fundator triginta Moniales advenisſe, cum ſex tantum poſtulaſſet, ſeque ingentem hunc Sororum numerum alere non poſſe vereretur; repoſuerunt illæ humiliter, ſe indefeſſe laboraturas, ne cui forent oneri.

Tempore belgicorum tumultuum in fugam actis Monialibus, relictum Monaſterium venditum vel conceſſum fuit alicui militum rebellium præfecto. Aſt poſtmodum Ordini reſtitutum, incrementum accepit novum à quâdam filia devota Thamiſienſi, quæ Regulam S. Dominici ibidem profeſſa, liberaliter omnia ſua bona his Monialibus conſecravit. Subſunt immediatè Epiſcopo ſuo Gandavenſi. *Ita habent Archiva Monaſterii.*

In Eccleſia Parochiali Thamiſiis conſpicitur tumba marmorea præfati Rolandi le Febure ejuſque conjugis; & ad parietem in lamina æneâ inſculpta leguntur ſequentia.

Epitaphium Rolandi Equitis Aurati & Domini de Liesfeldia, & Hadewigis Cantheralis ejus, cum aſſignatione titulorum ac dignitatum, quibus à Maximiliano & filio ejuſdem donatus eſt, & cum ſeptuatione annorum Domini.

Ecce Receptor ego Cymbris ſub Maximiliano,
Tempora dum premerent prava, fidelis eorum.
Hujus item ac gnatis mox Theſaurarius, idem
Miles inauratus, vece Rolandus ager.
Thamiſiam, Hemſtede, Liesfeldia jure colebat
Me primum ut Dominum, nunc ea linquo meis.
Ter-centum luſtris ſeptemque decemque peractis
Meſſibus: in ſacri luce Jeronis eo.
Hicque mihi junctа eſt conjux Hadewigis, istque
Luce hac quæ ſequitur te venerande Thoma.
Hic cubo Rolandus; conjux Hadewigia mecum eſt,
Miles & excepter Maximiliane tuus.
Hocne Rolande latet, tecumque Hadewigis? jacet
His caro: ſed noſter ſpiritus aſtra petit.

CAPUT CXXXIV.

Capitulum S. Rumoldi Mechliniæ confirmat anno 1408 fundationem Sacelli dicti Ten Bruynen-Cruyce, *extra portam Mechlinienſem, authore Ægidio Byl Cauſidico; quod Sacellum modo poſſident FF. Carmelitæ Calceati Mechliniæ.*

Ex Archivis Capituli Metropol.

UNiverſis & ſingulis præſentes Litteras viſuris & audituris, Decanus & Capitulum Eccleſiæ beati Rumoldi oppidi Mechlinienſis Cameracenſis Diœceſis ſalutem in omnium Salvatore, cum notitiâ veritatis infraſcriptorum.

Cum res geſta ideo Litteris inſeritur ut poſteris amputetur materia queſtionis; ad notitiam igitur ſingulorum volumus pervenire, quod cum nuper quinquaginta annis vel circiter parum plus aut minus effluxis quondam Ægidius, dictus Byl, oppidanus & Cauſidicus dum vixit prædicti Oppidi Mechlinienſis, pio ut creditur motus affectu, extra portas dicti Oppidi in viâ quâ ad mortem judicati & morte plectendi duci conſueverant, & ducuntur uſque in præſens, quamdam Capellam erigi, conſtrui, & ædificari fecerit & procuraverit, quam ſub vocabulo ſanctæ Crucis intitulari affectavit, vocatâ tunc noviter erectâ & vulgariter nuncupatâ, pront de præſenti vulgariter dicitur *Bruynen-Cruyce*.

Anno 1358.

In quâ quidem Capella idem quondam Ægidius Byl, dote tamen minime aſſignatâ authoritate & conſenſu Superiorum præviis, aliquando Miſſas obtinuit celebrari.

Ipſo autem Ægidio per Altiſſimi voluntatem viam oniverſæ carnis ingreſſo, & relicto poſt eum filio ſuo Domino & Fratre Johanne Byl Religioſo profeſſo Monaſterii B. Mariæ de Monte-Carmeli ejuſdem Oppidi, quietiam devotioni patris inſiſtens, & ad eandem Capellam multipliciter affectatus, contemplatione & rogato honorandorum virorum Oppidanorum dicti Oppidi eandem Capellam, quæ in & ſub Patronato noſtro conſiſtit, & cujus omnimoda diſpoſitio ad nos ſpectat & pertinet;

A nobis & Prædeceſſoribus noſtris ſub certis modis, formis, conditionibus, ſervitiis & oneribus ad ejus vitam & quoad vixit habuit & recepit in Commendam; prout hæc & alia in patentibus Litteris ſeu Inſtrumentis publicis deſoper confectis latiùs continentur, & habentur.

Poſtmodum autem defuncto prædicto Fratre Joanne Byl, Prioris & Fratrum ac etiam Magiſtrorum, Communitatis & Scabinorum modernorum, Monaſterii & Oppidi prædictorum apud nos inſtantium ſupplicationibus & piis affectibus inclinati intuitu pietatis & propter Deum, ac de gratiâ ſpeciali, Capellam ipſam Brunecruce vulgariter nuncupatam, ad noſtram diſpoſitionem plenariè ſpectantem & pertinentem, cum apportu ejuſdem omnibuſque aliis & ſingulis juribus, oblationibus, Nota.

lucris

lucris & emolumentis inibi provenientibus Religioſo Fratri Johanni de Berighe profeſſo ejuſdem Monaſterii ſimiliter ad ejus vitam & quoad vixerit, dedimus in Commendam ſub modis, formis, & moderationibus infraſcriptis.

In primis quod ipſe Frater Johannes de Berighe, vitâ ſibi comite & hujuſmodi Commendâ durante dumtaxat, de oblationibus & obventionibus ibidem provenientibus contentabitur, nihilque quod in præjudicium juriſdictionis Dominorum de Capitulo vel Curati loci fuerit, temptare præſumat; ſolum unicâ Miſſâ per eum ſeu alium ſingulis diebus ſi placuerit, legendâ dumtaxat & non decantandâ, permanebit contentus. Dominicis diebus & aliis feſtivitatibus taliter horum celebrandi præveniendo vel ſubſequendo ſervare ſtudeat, quatenus populum ibidem ad audiendam miſſam venientem à jure Curati, videlicet oblationibus & aliis non retrahat.

In duabus autem feſtivitatibus, ſanctæ Crucis Inventionis videlicet & Exaltatioois ſolùm ſermonem ibidem ad populum facere debeat. Aliis vero diebus quarumcumque feſtivitatum hoc facere non præſumat, aut Miſſas aut Veſperas decantet. Omnia & ſingula ornamenta ipſius Capellæ ſanctæ Crucis pro continuo ſeu perpetuo uſu ejuſdem collata ſive donata, prout ea conſcripta ſunt, ac per ipſum acquirenda illibata & firma permanebunt; præter id & abſque hoc quod ipſe Frater Johannes aut ipſi de ſuo Conventu talis collata ſeu donata ad ſe trahere & ad uſus proprios convertere valeant quoquo modo.

Tenebitur inſuper dictus Frater Johannes ultra præmiſſa, ac ipſi Domini Prior & Conventûs tenebuntur prædictam Capellam tam in ſtructuris quam ædificiis & aliis neceſſariis honorificè ſuis ſumptibus & expenſis tempore Commendæ hujuſmodi durante regere, tenere, & conſervare.

Poterimuſque ad noſtrum beneplacitum Capellam ipſam, totiens quotiens ad minus ſemel in anno viſitare, & enormia ſi quæ ſint reformare in quibus & ſimilibus Nobis & Succeſſoribus noſtris poteſtatem reſervamus per præſentes; retinentes & reſervantes nobis & noſtris Succeſſoribus in ſignum juris noſtri Patronatûs annis ſingulis quos idem Frater Johannes ſupervixerit, & hujuſmodi Commendâ durante unum florenum Renenſem ſemper in feſto Natalis Domini noſtri Jeſu Chriſti perſolvendum; prout iidem Domini Prior & Conventûs eundem florenum nobis ſolvere promiſerunt bonâ fide.

Poſt mortem autem ipſius Fratris Johannis de Berighe, diſpoſitio Capellæ hujuſmodi cum pertinentiis ſuis univerſis ad Nos devolvetur; jure noſtro ac admiſſione eorumdem Prioris & Conventûs in eorum robore permanſuris. Nos.

In cujus fidem Sigillum noſtrum ad cauſas quo in talibus utimur, unà cum eorumdem Dominorum Prioris & Conventûs ſigillis præſentibus duximus appendendum.

Datum in loco noſtro Capitulari, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octavo, feriâ ſextâ ante feſtum Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ.

Carmelitæ Calceati primùm ab anno 1254 habitarunt in ſuburbio Mechlinienſi extra portam de Neckerſpoel; tum anno 1303 intra urbem recepti, Conventum ſpatioſum erexerunt, ibique Novicianus eſt Provinciæ eorum Flandro-Belgicæ.

Complectitur illa Conventus Religioſorum XVII. videlicet Mechlinienſem, Bruxellenſem, Lovanienſem, Antverpienſem, Gandavenſem, Brugenſem Iprenſem, Gelrienſem, Aloſtanum, Gerardimontenſem, Neoportuenſem, Angianum in Hannonia, Thenenſem in Brabantia, Munſter-Bilſienſem prope Trajectum Moſæ, Boxmeranum in Gelria, B. M. V. ter Muylhem prope Aloſtum, & S. Annæ ten Bottelaere prope Gandavum.

Subſunt ei quoque Conventus Monialium quinque, nimirum Ten-Trooſt Vilvordiæ, Brugis, Boxmeræ, Lovanii, & Gelriæ.

De Fundatione Capellæ in Bruynen-Cruyce extra portam Antverpienſem, pauca refert Sanderus in deſcriptione hujus Conventûs; citans etiam fragmentum Diplomatis, quod hîc ſuæ integritati reſtituimus.

CAPUT CXXXV.

Martinus V. Pont. mandat bona Abbatiæ B. M. V. Middelburgenſis, Præmonſtratenſis Ordinis in Zelandia, ablata reſtitui anno 1427.

Communicavit Amplifſimus D. Abbas S. Michaëlis Antverp.

MArtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Decano Eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis Tornacenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilectorum filiorum Nicolai Abbatis & Conventûs Monaſterii B. Mariæ Middelburgenſis Præmonſtratenſis Ordinis Trajectenſis Diœceſis, precibus inclinati, præſentium tibi authoritate mandamus, quatenus ea quæ de bonis ipſius Monaſterii alienata inveneris illicitè vel diſtracta, ad jus & proprietatem ejuſdem Monaſterii legitimè revocari procures; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo.

Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratiâ odio vel timore ſubſtraxerint cenſurâ ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perbibere.

Datum Romæ apud Sanctos Apoſtolos Kal. Julii Pontificatûs noſtri anno decimo.

Eugenius III. Pont. confirmat circa ann. 1150 tranſlationem Abbatiæ B. Mariæ Ordinis Præmonſtratenſis intra Middelburgum Zelandiæ.

EUgenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis nobis Walthero Walacrienſi Abbati ejuſque Fratribus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sicuti injuſtis petitionibus nullus eſt tribuendus effectus, ita legitima deſiderantium non eſt deneganda petitio.

Ex Litteris ſiquidem venerabilis Fratris noſtri * Har.... Epiſcopi Trajectenſis inſpeximus, quod vos Monaſterium veſtrum ad alium conſtitueritis locum transferre; in quo quietiùs vivere & liberiùs poſſitis Domino deſervire. Cui diſpoſitioni prædictus Frater noſter aſſenſum præbuit, & ut vobis impoſterum hoc liceat perſicere, Scripto ſuo laudavit.

Nos autem quorum intereſt.... bene acta firmare, votum veſtrum attendentes, licentiam tranſlationis ab eodem Fratre noſtro rationabiliter vobis indultam, authoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus; ſtatuentes, ut nihil tamen quod ad nos pertinere dignoſcitur propter mutationem iſtam, nobis aut noſtris Succeſſoribus impoſterum minuatur.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, X. Kal. Junii.

* Is eſt, Haribertus Epiſcopus, qui vixit uſque ad annum 1150.

Annus hujus dati Diplomatis in originali non deſcribitur, ſed inveniendus eſt intra annum Domini, 1146 quo Eugenius primùm Pontifex renuntiatus eſt, & annum Domini 1153 quo idem Eugenius obiit.

Porro incerta eſt valde obſcuraque origo hujus Abbatiæ Middelburgenſis; id-ipſum fatentibus PP. Hagiographis Societatis Jeſu, Tomo I. Actorum SS. Junii, ad calcem Vitæ S. Norberti, pag. 968.

Refert Meyerus Annalium Flandriæ Scriptor, ad annum 1123, ea quæ ſequuntur.

Albaldus Abbas ſeu Præpoſitus Formiſelenſis, (Canonicorum Regularium prope Ipras in Flandria) poſtquam per annos 22 laudabiliter præfuiſſet, factus eſt Abbas apud Walrighem, hoc eſt, Middelburgi in Walachria; qui primùm Regulares fuêre, ſed opus multò poſt facti ſunt Præmonſtratenſes.

Addit Johannes à Beca, in Hiſtoria Epiſcorum Trajectenſium, de Godebaldo XXIV. Epiſcopo, circa annum 1130. Hic Epiſcopus Regulares Canonicos habitantes Middelburgi, propter inordinatam eorum converſationem expulit, & Religioſos Ordinis Præmonſtratenſis, de Cœnobio S. Michaëlis Antverpienſis, illuc attulit.

Quidquid ſit, Waltherus, io citata Eugenii III. Bulla memoratus, primus hujus Abbatiæ Prælatus habetur, ex S. Michaëlis evocatus. Locus autem unde migrarunt, dicitur in Regiſtris MS. *Wyck, in regiuncula de Altena*, prope Heuſdam & Bommeliam trans veterem Moſam. Ibidemque Abbatia Middelburgenſis uſque ad ultima tempora, poſſeſſiones plures dominiaque, ac ædes dictas vernaculè *'t Muniken-Hof*, obtinuit, teſte Jac. Oudenhovio in Hiſtoria Heuſdana. Eademque bona à Templariis referuntur primùm conceſſa Abbatiæ S. Michaëlis, ut ex his novum oriretur Cœnobium in dicto loco de Wyck. *Ita Oudenhovius.*

Porro plures Paſtoratus per Hollandiam, atque imprimis in Haga-Comitis, per Religioſos Middelburgenſes adminiſtrabantur; è quibus duo inter glorioſos Martyres Gorcomienſes recenſiti ſunt: nempe Hadrianus Becanus, de Hilvaribeca, Paſtor de Munſter in finibus Hollandiæ, & Jacobus Lacopius, ejus ibidem Vicarius.

Item ſuberant eidem Abbatiæ inſignes duæ Præpoſituræ Monialium, una S. Barbaræ in Haga Comitis, altera Dulcis-Vallis, vulgo Zoetendael in Walachria, haud procul Middelburgo.

Erecto per Pium IV. Pont. Middelburgenſi Epiſcopatu, Abbatia hæc pro dote eidem incorporata fuit; aſt poſtmodum mutato Religionis ſtatu, Princeps Orangiæ ex Abbatia fecit Curiam Statuum Zelandiæ, aliaque publici uſus loca.

Religioſi exulantes plerique ad Abbatiam S. Michaëlis Antverpiam confugerunt: atque ex his unus Matthæus Iſſelius, anno 1614 ætatis ſuæ 72 creatus fuit Abbas S. Michaëlis.

De Oppido Middelburgenſi in Flandria, quod ab hac Abbatia nomen accepit, eique à Guidone Comite traditum fuit, dein venditum &c. vide Diplomata apud Miræum.

CAPUT CXXXVI.

Cœleſtinus II. Pont. Abbatiam Montis S. Joannis, quæ olim erat Religioſorum Præmonſtratenſium prope Moſacum in Diœceſi Leodienſi, confirmat ac dotat Privilegiis, anno 1143.

CEleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis (t) Giſelberto Abbati Eccleſiæ Montis Sti. Johannis, ejuſque Fratribus tam præſentibus quam futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Apoſtolici moderaminis clementiæ convenit Religioſos diligere, & eorum loca piâ protectionem unire. Dignum namque & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & à pravorum hominum nequitis tueamur, & Apoſtolicæ Sedis patrocinio foveamus.

Ea-propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam beatorum Apoſtolorum Joannis & Jacobi, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum videlicet ipſum, cum tota ſylva & terris adjacentibus, ſicut à Gualtero Sti. Gereonis Canonico, & fratre ejus Huberto devotionis intuitu vobis conceſſa ſunt.

Sancimus etiam, ut de novalibus, quas propriis manibus ac ſumptibus colitis, nullus omnino Clericus ſive laïcus à vobis decimas exigat.

Adjicimus etiam, ne pro communi interdicto Parochiæ præfata Eccleſia à divino vacet Officio, ſed potius clauſis januis, & excluſis excommunicatis, & interdictis ſubmiſſâ voce divina vobis liceat officia celebrare.

Prohibemus quoque, ut nulli Fratrum poſt factam ibidem profeſſionem, abſque Abbatis, totiuſque Congregationis permiſſione, liceat ex eodem clauſtro diſcedere; diſcedentem vero abſque communi litterarum cautione ullus audeat retinere.

Sepulturam vero ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut quicumque ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ Matricis Eccleſiæ.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere vel minuere, ſeu quibuſlibet moleſtiis fatigare, bona verò integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ, & apoſtolicæ Sedis authoritate.

Ad indicium autem hujus à Sede Apoſtolicâ perceptæ protectionis, denarium aureum Colonienſis monetæ, nobis noſtriſque Succeſſoribus annis ſingulis perſolveris.

Si qua ergo in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, honoris ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienam ſciat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Celeſtinus Papa ſecundus.
Ego Amadeus Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Theodoricus Stæ. Rufinæ Epiſcopus.
Ego Albericus Hoſtienſis Epiſcopus.
Ego Imarus Tuſculanus Epiſcopus
Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Guido Cardinalis Presbyter Titulo Sti. Chriſogoni.
Ego Petrus Cardinalis Presbyter Tit. Stæ. Suſannæ.
Aubertus Presbyter Cardinalis tit. Stæ. Anaſtaſiæ.

Datum Laterani per manum Gerardi Stæ. Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarii II. Idus Februarii, Indict. VII. Incarnationis Dominicæ annn M. C XLIII. Pontificatûs vero Domini Celeſtini II. Papæ anno primo.

Anno 1136 Waltherus de Gymmenich Decanus Eccleſiæ Collegiatæ S. Gereonis Coloniæ, una cum Fratre ſuo Huberto fundavit Abbatiam Præmonſtratenſium in Monte S. Joannis prope Eyckam in Diœceſi Leodienſi, quæ nunc Maſeyca, vel Moſacum dicitur. Primi Religioſi à B. Andrea primo Averbodienſium Abbate huc transmiſſi ſunt, conſtituto primo eorum Abbate Giſelberto antea Priore Averbodii.

Inſtitutionem hanc anno 1143 Cœleſtinus II. Pont. per Bullam jam citatam; & Ludovicus Comes Loſſenſis anno 1155 (Diplomate apud Miræum pag. 700) confirmarunt. Sed poſt hunc Giſelberum nullorum ultrà Abbatum omina reperiuntur.

Quin-imo novella iſta plantatio ab ipſis quaſi incunabulis mirè malevolorum patuit vexis & incurſibus. Nam ante annum 1162 diruta fuit atque exuſta per Sigerum fundatoris cognatum; uti conſtat ex ſequenti Diplomate Henrici Leodienſis Epiſcopi. Ac poſtremò rurſus exuſta circa annum 1226, plane periit, Abbate cum Religioſis ſuis Averbodium reverſo.

Viſuntur adhuc aliqua hujus Abbatiæ rudera, item Sacellum S. Johannis Baptiſtæ ex ejus ruinis ædificatum. De bonis vero nihil reſtat niſi villa, cum aliquot terræ bonariis.

Diplomata hæc benignè communicavit Rev. Adm. Dominus Braunman, Abbatiæ Averbodienſis Canonicus, ac quondam Collegii Præmonſtratenſium Lovanii Præſes.

CAPUT CXXXVII.

Henricus Leodienſis Epiſcopus Abbatiam Montis S. Joannis Baptiſtæ Ordinis Præmonſtratenſis juxta Maſeycam, anno 1162 à priori ſua ruina vindicat.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Henricus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, quia per decurſum temporis paulatim decreſcente rerum memoriâ, creſcit per oblivionis nebulam contentionis materia, neceſſe eſt fideliter ſcriptis commendari quod neceſſarium eſt ad poſterorum notitiam memoriter conſervari.

Notum ſit igitur omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Walterus Colonienſis Eccleſiæ Decanus cum Fratre ſuo Haberto Muntem beati Joannis in Eyke cum toto inibi allodio Eccleſiæ Averbodienſi ad uſum Fratrum ibidem Deo ſervientium liberè ubtulit & donavit.

Advocatum autem hujus allodii, quia ſuæ Eccleſiæ amicus & defenſor extitit, Comitem Ludovicum de Loz Abbas Averbodienſis elegit & accepit. Poſt obitum vero Domini Walteri & Fratris ſui, quidam Sigerus ipſorum cognatus factam donationem calumniatus, multis contumeliis & injuriis Fratres ibi manentes affecit, & inde fugavit, ipſamque Curiam non ſolum depredari, ſed etiam ignibus concremare nun dubitavit. Quam ub cauſam à nobis excommunicatus, pœnituit, & ad ſatisfactionem veniens, quidquid in prædicta poſſeſſione juris ſibi vindicavit, totum, excepto prædiolo quod ipſi Curiæ adjacet, ſuper Altare quod eſt in Eyke, acceptis quindecim libris in fœdus reconciliationis reſignavit & obtulit, & ad firmamentum indubiæ pacis fidem dedit, & tactis Sacris jurjeurando factam ſecum Pactionem confirmavit, & ad ſummam confirmationis manum volens adjecit, ut ſi quicumque hujus facti veritatem in irritum ducere præſumeret, omnes qui aderant tam cognatos quam alienos adverſarios & offenſos, Abbas vero propitioſos adjutores haberet.

Ut autem hæc rata & inconvulſa inviolabiliter permaneant, & nulla fraudulentæ cavillationis materia locum inveniat, noſtri Sigilli impreſſione, & legitimorum teſtium ſubſcriptione irrefragabiliter confirmari, & debitæ excommunicationis ſententiâ roborari dignum duximus.

Teſtes autem hujus veritatis, Wilhelmus Ingelbertus, Nobiles viri.

Alewinus, Reynerus germani.

Godefridus Pols, Arnoldus Sapiens, Wolbuldus, Arnoldus frater ejus.

Arnoldus de Bucolt, Wilhelmus Paifthart.

Actum anno Dominicæ Incarnationis M.C.LXII. Indictione X. Epactâ III.

CAPUT CXXXVIII.

Inter prærogativas ſupremi Conſilii Brabantiæ nobilis eſt hæc, quod annuatim accipiant à Magiſtratu Norimbergenſi per ſpecialem Deputatum, enſem ac burſam cum nummis aliquot aureis in recognitionem Privilegiorum, quæ olim à Ducibus Brabantiæ receperunt; prout hæ Litteræ teſtantur.

ILluſtres, generoſi, nobiles, atque Magnifici, Dominationibus veſtris officia noſtra paratiſſima eâ quâ par eſt reverentiâ adferimus, Domini benevulentiſſimi ac ſingulariter nobis colendi.

Quemadmodum ex more inſtitutoque veteri receptum, Pactiſque privilegiorum utrimque cautum eſt, ut pro recognoſcenda vectigalium immunitate, qua ab Illuſtriſſimis quondam laudatiſſimiſque Brabantiæ Ducibus Majores noſtri, Civitaſque hæc noſtra Imperialis benigniſſime donata atque decorata eſt, quotannis autumnali hoc tempore Illuſtriſſimis Brabantiæ Ducibus enſem cum quibuſdam pertinentiis tradi atque offerri curemus, câque traditione Privilegiorum conceſſorum uſum quaſi redintegremus: ita officio noſtro hac in parte defungentes, præſentem Tabellarium ad Dominationes veſtras mittimus, utôc enſem ſolitum pro recognitione privilegiorum in hujus anni vicem, quemadmodum ſuperioribus quoque annis factitatum eſt, Dominationibus veſtris nomine atque vice Sereniſſimi atque potentiſſimi Hiſpaniarum Regis Domini noſtri clementiſſimi, utpote Ducis Brabantici tradat, & eâ traditione memorem noſtrum animum ſervandorumque pactorum conventorum ſtudioſiſſimum humillimè teſtetur, etiam

etiam atque etiam Dominationes veſtras rogantes, ut oblatum gladium benevolo animo à Tabellario noſtro (datâ ei vicißim apochâ ſeu acceptilatione) ſuſcipiant, Authoritate & poteſtate ſuâ benignè procurent, ut in civitatibus locißque Ducatûs Brabantici Civibus noſtris, dictis privilegiis, liberè & quietè ſine ullo impedimento aut novorum onerum impoſitione uti, frui, & gaudere liceat: quemadmodum & Nos Belgicis mercatoribus, qui in Civitate noſtra negociantur, ipſorum quoque Privilegia integra porro & illibata, abſque ullius gravaminis impoſitione, conſervaturos, promittimus.

In eo Dominationes veſtræ rem facient æquitate dignam, atque ad conſervanda utriuſque Nationis mutua commercia neceſſariam, & à nobis paratißimo officiorum ſtudio promerendam. Data &c.

Signatum, Conſules & Senatus Reipublicæ Norimbergenſis.

Superſcriptio. Illuſtribus, Generoſis, Nobilibus atque Magnificis Viris, doctrinâ juſtitiâque clariſſimis Dominis, Sereniſſimi & potentiſſimi Hiſpaniarum Regis, Præſidi, Cancellario, & Conſiliariis inclyti Ducatûs Brabantiæ, Bruxellis reſidentibus, Dominis noſtris benevolentiſſimis & ſingulariter colendis.

CAPUT CXXXIX.

Philippus Bonus Belgarum Princeps concedit Sacellum B. Mariæ de Nizella in Gallo-Brabantia, cum 16 terræ bonariis, ad erectionem novi Monaſterii Ciſtercienſium ibidem, in favorem Abbatiæ B. M. de Molinis, Religioſorum ejuſdem Ordinis in Comitatu Namurcenſi, velut Refugium eorumdem, anno 1439.*

* Vulgo Moulins.

Philippes par la grace de Dieu Duc de Bourgoigne, de Lothier, de Brabant de Lembourg, Comte de Flandres, d'Artbois, de Bourgogne, Palatin de Hainau, de Hollande, de Zelande, & de Namur: Marquis du S. Empire, Seigneur de Friſe, de Salins & Malines. A tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, ou orront preſents & advenir, Salut.

Fundatio Molinienſis.

Comme Religieuſes perſonnes nos tres cheirs & bien aimés l'Abbé & Couvent de notre Egliſe des Moulines de l'Ordre de Ciſtaux ſitué en noſtre Comté de Namur nous ayent fait remonſtrer, que comme puça par les preceſſeurs de feu de bonne memoire Guillaume Comte de Namur, que Dieu pardonne, notre Predeceſſeur, notre dite Egliſe de Moulins a été fondée, en laquelle depuis la premiere fondation en a continuellement meult devotement fait le ſervice divin & eſtreitement gardé, obſervé & entretenu la Regle de leur dit Ordre, tellement que pluſieurs Religieux & autres de divers pays & contrées ſe ſont donné & rendus à ceste Maiſon-Dieu & Religion, en delaiſſant toutes autres choſes, leſquelles ont été par grande charité & benignement receus.

Et eſt advenu, que parce que leur Couvent eſt tellement multiplié, que leur dite Maiſon en grandeur & en rentes & revenus ne peut aulcunement ſuffir pour les neurrir & tenir enſemble.

Et ce & pluſieurs autres choſes conſiderées, & mémement qu'en la derniere guerre de Liege & de Namur, parce que leſdits Religieux n'avoient aucun Refuge hors le pays de Namur, il leur convenoit neceſſairement de laiſſer & abandonner du tout leur Egliſe & Maiſon-Dieu, en allant chacun des Religieux dehors puis-ça puis-là, pour ſoy ſalver, pour obtenir & avoir ſa nourriture au mieux que faire ſe pouvoit, en vagant ainſi par pays piteuſement, juſqu'à l'appaiſement d'icelle guerre, dont étoit grande pitié à aucunes bonnes & devotes perſonnes.

Pour obvier à tels inconvenients pour le tems advenir, ont acquis & donné aux diss Religieux un certain lieu aſſés propre, ſitué en notre pays de Brabant, ſur les frontieres d'icelluy, en la Paroiſſe d'Opbain près de notre Ville de Nivelle, communement appellé la Chapelle de notre Dame de Nizelles, de la grandeur de ſeize boniers de terre en environs, avec aucuns autres biens, afin de faire faire illec un Monaſtere ou Maiſon Dieu, pour ſecourir aucuns des Religieux dudit Moulins, & vivre & ſervir Dieu devotement ſelon la Regle de leur dit Ordre & obſervance d'icelluy, & auſſi pour les dits Abbés & Couvent y avoir leur Refuge, & retraitte faire pour à l'advenir à cauſe des guerres, en autrement beſoing leur en étoit.

Mais pour ce que la creation en fondation dudit Monaſtere ou Maiſon-Dieu ne leur loit aucunement entreprendre faire faire, ni autrement en aucune maniere, ſi non qu'auparavant Nous leur euſſions donné à ce congé, licence & authorité; ils Nous ont tres humblement ſupplié pour iceux.

Sçavoir faiſons, que Nous attendus les raiſons deſſus declarés, deſirans de tout notre pouvoir faire accroitre le Service Divin pour le ſalut des ames de nos Predeceſſeurs, auxquelles Notre Seigneur ſoit miſericors, de Nous & de nos Succeſſeurs, à la ſupplication des dits Abbé & Couvent, leur avons octroyés & donnés & de grace ſpeciale, pour Nous, nos Hoirs & Succeſſeurs Ducs & Ducheſſes de Brabant, octroyons &

donnons par les preſentes lettres, toute authorité de faire edifier & elever audit lieu de la Chapelle notre Dame de Nizelles ou mieux leur plairat, un Monaſtere ou Maiſon-Dieu, pour illec demeurer aucuns de leurs Religieux, & ſervir devotement notre Createur ſelon la Regle de leur dit Ordre & obſervance d'iceluy; & auſſi pour deſdits Abbé & Convent de Moulins y avoir leur Refuge & retraitte, toutes & quantes fois que à cauſe des guerres & autrement beſoing leur en ſera.

Duquel Monaſtere & Maiſon-Dieu, enſemble de toutes les terres, rentes, revenus & autres biens quelquonques qui deja ſont donnés & acquis, & qui cy-après pour Dieu en aumones, par achapt ou autrement, ſeront ou pourront être acquis, leſdits Abbé & Convent auront toute l'adminiſtration, pour les faire gouverner à l'honneur de Dieu & au profit de notre dite Egliſe, ainſi qu'il leur ſemblera bon & expedient; pourveu que leſdites terres, rentes, revenus & autres biens quelquonques acquis, on à acquerir ſeront & demeureront à toujours mès de telle nature, qu'aux charges de Ville, aides, ſubſides, prieres & autres ſubventions comme ils étoient anchois, qu'ils étoient ou ſeroient appliqués à la dite Maiſon-Dieu, & qu'eſtre ſouloient par avant ſans malengier.

En outre afin que leſdits Religieux puiſſent franchement & ſans aucune moleſtation jouir de notre dit Octroy, & ainſi mieux entendre au Service Divin, Nous avons ladite place de la Chapelle & tous les Religieux qui y ſeront, & tous leurs Cenſiers, Familiers, Serviteurs, enſemble toutes leurs terres, rentes, revenus & autres biens à eux appartenans, & qui leur pourront appartenir cy-après, pris & mis, prennons & mettons en notre protection & ſauvegarde ſpeciale, à la conſervation de leurs droits, tant ſeulement pour être gardés maintenus & deffendus, de toutes injures, forces, oppreſſions & moleſtations & violences qu'on leur pourroit faire en aucune maniere.

Si donnons en mandement, & commendons expreſſement à notre Seneſchal & Bailly, & tous nos autres Officiers, ſerviteurs & ſujets de notre Païs de Brabant, & à leurs Lieutenans preſents & advenir; & à tous autres qu'il peut ou pourra toucher en aucune maniere, que de notre preſente grace & Octroy, licence & authorité ils ſouffrent & facent leſdits Abbé & Convent de Moulins paiſiblement & pleinement jouir; & au dit lieu edifier & elever un Monaſtere en Maiſon-Dieu, enſemble toutes perſonnes ſpirituelles & temporelles & leurs biens, terres, rentes, & revenus y appartenans gardent & deffendent, fuſſent garder & deffendre de toutes injures, violences, griefs & oppreſſions qu'on leur pourroit, en maniere quelle elle ſoit, ſans leur faire, ou donner, ou ſoufrir être fait aucun deſtourbier ou empechement au contraire.

Car ainſi nous plait-il, & le voulons être fait. En teſmoing de ces, nous avons pour Nous, nos Hoirs & Succeſſeurs Ducs & Ducheſſes de Brabant deſſuſdits fait mettre nos Scel à ces preſentes.

Donné en notre ville de Bruxelles le vingtieme jour de Janvier l'an de grace mil quatre-cens trente-neuf, ſelon l'uſage de notre Court.

Par Monſeigneur le Duc; Vous Guillaume de Montenake, Meſſire Jean le Duc Chevalier, & Henry Magnus preſents. Eſtoit ſigné: De Dsnther.

CAPUT CXL.

Joannes à Burgundia Cameracenſis Epiſcopus permittit erectionem Monaſterii de Nizella Religioſorum Ciſtercienſium, in Parochia de Ophain, ſuæ Diœceſios apud Nivellam, anno 1440.

UNiverſis fidelibus præſentes Litteras inſpecturis, Johannes de Burgundia Dei gratiâ Epiſcopus Cameracenſis æternam in Domino ſalutem.

Noverint, tam præſentes quam futuri, quod ad petitionem piè viventium in Chriſto, ad ampliandum Dei cultum & ſalutem animarum; conceſſimus fieri Cœnobium Monachorum Ciſtercienſis Ordinis in loco qui dicitur Nizella Diœceſis noſtræ, & ipſum Cœnobium cum univerſis perſonis ibidem Deo famulaturis ſub Protectione noſtra & Beatæ Mariæ cum omni libertate Ciſtercienſis Ordinis ſuſcipimus.

Confirmantes eiſdem Authoritate noſtrâ quæcumque in præſentiarum poſſident, vel juſtis modis de cætero poſſidebunt.

Ut autem prædicta robur ſunm obtineant inconvulſum, præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine roboramus: ſub pœna excommunicationis inhibentes, ne quis jam dictum locum Domino conſecratum, ſive perſonas appendentes injuſtè vexare præſumat.

Datum Antwerpiæ noſtræ Diœceſis anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo, die decimâ octavâ menſis Septembris.

CAPUT CXLI.

Johannes Cameracenſis Epiſcopus fundationem Abbatiæ de Nizella Religioſorum Ciſtercienſium in Gallo-Brabantiâ recenſet, atque confirmat, anno 1449.

JOhannes de Burgundia Dei gratiâ Epiſcopus Cameracenſis, univerſis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Congaudentes exultamus in Domino, cum illius favente clementiâ qui ſuper omnes gentes excelſus in altis habitat, oculo pietatis humilia reſpiciens in cœlo & in terra, mentes fidelium adeo divino amore ſuccenſas conſpicimus, quod in talibus devotionis & charitatis operibus ſe exercent, per quæ multorum creſcit devotio, cultus augetur divinus & animarum ſalus procuratur.

Sanè pro parte Illuſtriſſimi ac potentiſſimi Principis & Domini noſtri D. Philippi Dei gratiâ Ducis Burgundiæ & Brabantiæ &c. principalis fundatoris Cœnobii ſeu Monaſterii Eccleſiæ B. Mariæ de Nizella Ordinis Ciſtercienſis in Ducatu Brabantiæ, & eâ parte quæ eſt noſtræ Diœceſis, nuper erecti, ac piæ recordationis quondam Chriſtinæ de Franquenbergue, dum vixit Dominæ & Abbatiſſæ Nivellenſis ipſius Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Nizella Dotatricis; nec non Nobilis Joannis de Houlderberghe, aliàs du Bois-Seigneur Iſaac, Domini temporalis dicti loci de Nizelle, ac cæterorum benefactorum & promotorum dicti loci, nobis extitit ſetiosè & querulosè expoſitum; Nov.

Quod licet hujuſmodi Cœnobium ſeu Monaſterium & Eccleſia de Nizella circa annum Domini M. C. C. C. C. XXXIX. in hujuſmodi Ducatu Brabantiæ & metis noſtræ Diœceſis, ut prædicitur, ac quodam antiquo loco muris circumſepto, in quo quidem conſuevit ab olim eſſe Capella quædam, quæ vocabatur vulgariter Capella vel Eccleſia Stæ Mariæ de Nizella, prout ab incolis ruris ejuſdem accepimus;

Per præfatum Illuſtriſſimum Principem Dominum noſtrum Dominum Philippum Ducem Burgundiæ & Brabantiæ &c. fundata & conſtructa, ac noſtro deſuper interveniente conſenſu pariter & aſſenſu atque auctoritate erecta, ac demum Eccleſia & Abbatia, cum cœmiterio & ambitu, clauſtro & loco capitulari ejuſdem, dedicata, conſecrata & benedicta fuiſſent; atque ad majorem Dei omnipotentis & ejus glorioſæ genitricis Virginis Mariæ & Eccleſiæ prædictæ reverentiam & honorem, hujuſmodi Eccleſia dignitate Abbatiali ornata, dotata & decorata, ac plurium Religioſorum tam Presbyterorum quàm Clericorum & aliorum Stæ Religionis Miniſtrorum decenter munita extitiſſet, prout & fortè per decennium vel eò citra ſic ipſa Eccleſia in præd. & to ſtatu perſtitit, & ſanctâ Religione uſque ad tempus Abbatis moderni ſatis profecit, & quam Eccleſiam ſæpe numero orationis & devotionis gratiâ viſitavimus;

Nihilominus tamen quidam inſanæ mentis oculos ad ipſam Eccleſiam dirigentes, & manus impias ad plantulam novam in Dei cultura poſitam funditus extirpandam evellendamque ingerentes, hujuſmodi Eccleſiam, Monaſterium & locum Deo dicatum, tamquam tugurium in cucumerario, & domum Dei, ſicuti locum horrotis & vaſtæ ſolitudinis, ſuâ inconſtanti præſumtivâque temeritate, & temeratiâ præſumtione relinquentes, & ut ab aliis Chriſticolis ſic relinquatur, in quantum valent, totis viribus ſtudentes, & ſic finaliter domum Dei ſpeluncam latronum facientes, ſeu facere nitentes, (quo ſpiritu ducti neſcitur) res & bona, terras, hæreditates, redditus, cenſus, proventus & fructus ad uſum ejuſdem Eccleſiæ & Monaſterii;

Nec non Abbatis & Religioſorum ac perſonarum ejuſdem, piè elargitas & elargita; & quod pluris eſſe videtur, etiam prædictam Abbatialem dignitatem, inibi non ſine maturâ & providâ Illuſtriſſimi Principis & Domini noſtri D. Ducis fundatoris prædicti, ac ſui diſcreti Conſilii, deliberatione, ac etiam noſtrâ deſuper autoritate adhibitâ, Dominorum Abbatum ejuſdem Ordinis, ac Patris Abbatis Viſitatoris dicti loci, videlicet de Molinis, cujus pariformiter intereſt adhibere conſenſum, prout luculenter patet per Litteras tam præfati Domini noſtri D. Ducis fundatoris, quam aliis deſuper confectis, rationabiliter, piè & devotè inſtitutam, & per nos approbatam, ratificatam & confirmatam;

Ad aliam Eccleſiam ſeu Monaſterium & locum transferre & tranſmutare ſatagunt & nituntur totis viribus, in Dei Majeſtatis offenſam, & contra Domini noſtri D. Ducis fundatoris principalis, & primæ dotatricis, atque contra tam piam atque canonicam extremam voluntatem quondam Joannis Smettebiers, alterius fundatoris, aliorumque benefactorum & procuratorum ejuſdem loci prædictorum intentionem & ſanctum propoſitum, Religioſorumque & perſonarum inibi Deo famulantium inquietationem & perturbationem, animarumque fidelium defunctorum defraudationem.

Quocirca Nos Joannes Epiſcopus prælibatus, ſcientes ad noſtram Pontificalem pertinere dignitatem, euram & ſolicitudinem omnium Eccleſiarum & Monaſteriorum noſtræ Diœceſis, tam de jure quàm de conſuetudine pertinêre, affectantes totis viribus ut Ordo Religioſus noſtræ Diœceſis pullulet & accreſcat, Eccleſiæque & Monaſteria in ipſa noſtra Diœceſi à Chriſti fidelibus temporibus præteritis erectæ & in poſterum erigendæ, cum ſtructuris, ædificiis, redditibus & proventibus in tranquillitate perſeverent, ut in eis cultus divinus continuari & augmentari poſſit & valeat;

Fundationem, erectionem & dotationem prædictæ Eccleſiæ ſive Monaſterii B. Mariæ de Nizella, infra metas Parochialis Eccleſiæ de Ophain noſtræ Diœceſis, ac dignitatis Abbatialis, Religioſorumque in ipſa Eccleſia & Monaſterio, ut prænarratur, inſtitutionem providâ diſcretione inibi factam & diſeretâ providentiâ introductam, & cuncta ad ædificia ſeu uſum ipſius Eccleſiæ & Monaſterii atque Abbatis & Religioſorum ejuſdem à devotis fidelibus elargita & donata, elargienda & donanda, approbavimus, ratificavimus & confirmavimus, atque noſtrâ Pontificali & Ordinariâ Autboritate, quantum cum Deo poſſumus & in nobis eſt, approbamus, ratificamus & confirmamus per præſentes.

Inhibentes univerſis & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Eccleſiarum Collegiatarum Decanis, Archidiaconis, Decanis ruralibus, Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, ſeu eorum loca tenentibus, Præbyteris ac aliis Eccleſiaſticis & in ſacris Ordinibus conſtitutis Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis & quibuſcumque aliis perſonis ſæcularibus nobis ſubditis, cujuſcunique ſtatûs ſeu conditionis extiterint, per noſtras Civitatem & Diœceſim Cameracenſem ubilibet conſtitutis, ſub pœna ſuſpenſionis in Presbyteros, & excommunicationis in reliquos, (quam in eos & eorum quemlibet contra-facientes ferimus in his ſcriptis.)

Alios verò Chriſti fideles nobis non ſubjectos, charitativè per plenitudinem miſericordiæ viſcerum Domini noſtri Jeſu Chriſti, quibus ex alto de ſinu Dei Patris in uterum deſcendere voluit Virginis Matris, noſtras tenebras illuſtrare, humanitatemque aſſumere, ac proprio ſanguine nos redimere dignatus eſt, exhortamur, ne res, bona, hæreditates, redditus, cenſus, proventus & fructus, ad uſum hujuſmodi Eccleſiæ & Monaſterii Beatæ Mariæ de Nizella, nec non Abbatis, Conventûs & Religioſorum ac perſonarum ejuſdem piè largitas & largita, aut Dignitatem Abbatialem inibi per metuendiſſimum ac potentiſſimum Dominum noſtrum D. Ducem Burgundiæ & Brabantiæ &c. fundatorem ac dotatores prædictos, & ſpecialiter ea omnia & ſingula quæ per dictum Joannem Smettebier præfato loco de Nizella in ſuo teſtamento relicta ſunt, ſive alia;

Neque Fundationem, dotationem, ordinationem & erectionem ejuſdem Cœnobii, Monaſterii & Eccleſiæ, aut dignitatis Abbatialis inſtitutionem in eadem per Nos (ſicut præmittimur) approbata, confirmata & ratificata, ad aliam Eccleſiam, locum ſeu Monaſterium transferre aut tranſmutare præſumant, per ſe vel alium ſeu alios, quovis ingenio, ſive quæſito colore faciant, patiantur ſeu procurent, directe vel indirectè, transferri aut tranſmutari, aut quid innovent ſeu immutent quod ſit aut eſſe poſſit in contrarium præmiſſorum.

Ut autem prædicta robur obtineant firmitatis, præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine roboravimus.

Datum Bruxellæ dictæ noſtræ Diœceſis anno Domini M. C. C. C. C. XLIX. menſis Martii die ſeptimâ.

Ophain, Parochia Gallo-Brabantiæ, Diœceſis olim Cameracenſis, modo Namurcenſis, haud procul ab Oppido Nivellenſi.

Erat illic olim Capella B. M. V. de Nizella, quam cum ſedecim terræ bonariis anno 1439 conceſſit Abbati Molinienſi Ordinis Ciſtercienſis Philippus Bonus Burgundiæ ac Brabantiæ Dux, ad novum illic Monaſterium ædificandum; cujus ipſe Dux voluit Fundator primarius nuncupari.

Altera fundatrix fuit Chriſtina de Franckenberghe, Abbatiſſa illuſtris Collegii Nivellenſis; quæ eum in finem emit à Guilielmo de Aſcha Præpoſito S. Petri Lovanii, anno 1439 omnes hæreditates ſpectantes ad Curtim de Roſeto, ſub dominio Joannis de Limmelette, &c. Diploma ejus dedi ſupra pag. 451.

Tertius fundator fuit Joannes le Familleur, condictus Smettebier, Toparcha de Huldenberghe, Ophain, & Bois-Seigneur-Iſaac; quo in loco ipſe fundavit etiam Prioratum Canonicorum Regularium; de quo vide Diplomata ſuperiùs pag. 697.

Quibus ita conſtitutis, anno 1441, coram Abbatibus Alnenſi ac Camberonenſi, Commiſſariis ab Archi-Abbate Ciſtercienſi deputatis, nec non in præſentia Abbatis Molinienſis ac quorumdam ejus Religioſorum ad novum Nizellenſe Monaſterium convenientium, & dictæ Dominæ Abbatiſſæ Nivellenſis, electus fuit in primum Abbatem B. M. de Nizella Joannes Euſtachii, antea Abbas de Jardineto. *Ita habent Documenta præfata Abbatia, per Ampliſſimum Dominum Guilielmum de Fortemps Abbatem Nizellenſem benignè communicata.*

Tandem Joannes à Burgundia Cameracenſis Epiſcopus prædicta omnia, per præcedens ſuum Diploma confirmavit anno 1449.

CAPUT

CAPUT CXLII.

*Capitulum S. Dionyſii Leodienſe, habens Jus Patronatûs Eccleſiæ S. Sulpitii Leeuwis * in Brabantia, nunc Diœceſis Mechlinienſis, donat eandem Priori Vallis Scholarium Leodienſium, ad inchoandum illic novum Prioratum, anno 1235.*

* vulgo Sant Leeuwe,

Ex Archivis Prioratûs Leeuwenſis.

PRæpoſitus & Decanus totumque Capitulum Eccleſiæ Sti. Dionyſii in Leodio, noſtras præſentes Litteras inſpecturis, cognoſcere veritatem.

Quandoquidem Venerabilis Pater noſter Joannes Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus ex cauſis legitimis Parochiam de Leeuwis, quæ erat in Eccleſia Sti. Sulpitii, de conſenſu tam Patronorum quam Archidiaconi tranſtulerit ad Eccleſiam Sti. Leonardi; Nos attendentes Eccleſiam Sancti Sulpitii eſſe extra villam ſitam, & eſſe ſolitariam, contulimus eam Fratribus B. Mariæ in Inſula Leodienſi Ordinis Vallis Scholarium.

Ita tamen, quod eadem Eccleſia tenetur ibi inſtituere Priorem & Conventum ejuidem Ordinis, qui habeat eandem Eccleſiam Sancti Sulpitii & locum & redditus pertinentes ad Altaria in eadem Eccleſia conſtituta, & legata facta ipſi Eccleſiæ, pro Anniverſariis faciendis, quando Parochia erat ibi conſtituta.

Ita tamen, quod dicti Fratres, & Prior qui pro tempore fuerit, nos recognoſcant Patronos, & in recognitionem juris illius annuatim in Nativitate Joannis Baptiſtæ nobis denarium aureum Lovanienſis monetæ perſolvant, & quod ſæpedicti Fratres nihil habeant in Jure Patronatûs Eccleſiæ Leeuwenſis, licet partem habeant in Decima Leeuwenſi; & quod Prior Fratrum memoratorum nobis fidelitatem faciet, quod debet facere Patrono ſuo.

Datum & actum anno Domini M. C. C. XXXV. menſe Martio.

CAPUT CXLIII.

Henricus III. Brabantiæ Dux confirmat erectionem novæ Parochialis Eccleſiæ S. Leonardi in Leeuwis, ſimulque erectionem novi Prioratûs Vallis Scholarium ibidem in Eccleſia Parochiali S. Sulpitii, anno 1237.

HEnricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, omnibus fidelibus miniſtris & ſubditis ſuis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem & gratiam ſuam.

Cum Parochia de Leewis, cum omni jure Parochiali per Venerabilem Patrem ac Dominum noſtrum J. * Dei gratiâ Leodienſem Epiſcopum, & per Patronos ejuſdem loci, videlicet Decanum & Capitulum Sancti Dionyſii Leodienſis & Abbatem & Conventum de Fliderbeeck *, de aſſenſu noſtro, & propter commoditatem ipſius Parochiæ tranſlata ſit ab Eccleſia S. Sulpitii ad Eccleſiam Sti. Leonardi; & eadem Eccleſia Sti. Sulpitii, ne remaneret deſerta & divino ſervitio deſtituta, collata ſit Fratribus Ordinis Sti. Auguſtini de Valle Scholarium, per Dominum Epiſcopum & per Patronos antedictos, & de bonis ad eandem Eccleſiam pertinentibus ſint eiſdem Fratribus ibidem Deo famulantibus relicta & aſſignata bona omnia & Beneficia, quæ prius erant aſſignata & attitulata quatuor Altaribus in eadem Eccleſia conſtitutis, & illud etiam Beneficium, quod dicitur Præbenda communis, ad quod pertinet etiam pars groſſæ Decimæ; ſicut felicis memoriæ Dominus ac Pater noſter H. Dei gratiâ Dux Lotharingiæ partes eaſdem contulit Eccleſiæ ſic memoratæ, quibus & nos ſuperaddimus Decimam de Budenowen, quam de novo acquiſierunt per præſentem Cartulam Sigilli noſtri munimine roboratam.

Joannes de Appia Epiſcopus.

* Vlierbeeck Abbatia Ordinis S. Benedicti.

Notum facimus omnibus ejus inſpectoribus, & vobis nominatim, quod omnia ſupradicta rata habemus, acceptamus & approbamus, ipſos quoque Fratres, loca, poſſeſſiones & omnia bona qua habent vel adepti ſunt, ſub noſtra ſuſcipimus tuitione; inhibentes & præcipientes fidelibus miniſtris & hominibus terræ noſtræ, ne qui antedictos Fratres vel bona eorum inquietare præſumant, ſed eos & bona eorum tamquam noſtra cuſtodiant. Qui vero, quod abſit, fecerint, offenſam noſtram noverint ſe incurſuros.

Datum menſe Aprili anno Domini M. C. C. XXXVII.

CAPUT CXLIV.

Theobaldus de Barro Leodienſis Epiſcopus inſtituit in Eccleſia Sti. Leonardi Leeuwis in Brabantia, Diœceſis olim Leodienſis, nunc Mechlinienſis, Capitulum IX. Canonicorum cum Decano, anno 1308.

Ex Archivis Capituli Leeuwenſis.

N nomine Domini. Amen. Theobaldus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, univerſis & ſingulis Chriſticolis, Paginæ præſentis auditoribus, ſalutem, & rei geſtæ agnoſcere veritatem.

Altaria antiqua.

Expoſuerunt nobis dilecti noſtri Arnoldus Inveſtitus, Johannes Plebanus Eccleſiæ Leeuwenſis, Henricus S. Crucis, Franco B. Mariæ, Arnoldus S. Jacobi, Franco S. Joannis Evangeliſtæ & Robertus Stæ. Catherinæ Altariorum in dicta Eccleſia Rectores; quod in dicta nunc Parochiali Eccleſia Leeuwenſi eſt locus habilis & idoneus, & pinguia ſunt Beneficia, utpote Inveſtitura, Plebania, & Altaria prædicta.

Et præter hæc alii redditus & obventiones dictæ Eccleſiæ Leeuwenſi provenientes, ex quibus dicta Eccleſia poterit fieri Collegiata, habens novem Canonicatus & Præbendas totidem pro quolibet competenter, qui erunt ipſi VII. prænominati, nec non unus Scholaſticus, & unus Theſaurarius.

Ita quod Inveſtitus dictæ Eccleſiæ, qui eſt & erit pro tempore, ſimul erit Inveſtitus & Canonicus dictæ Eccleſiæ, & ſimiliter erit de Plebano, Scholaſtico & Theſaurario.

Item Inveſtitus ipſe eoſdem fructus, redditus, proventus, & obventiones dictæ Inveſtituræ, quos hactenus percipere conſuevit, percipiet impoſterum cum integritate, abſque aliqua diminutione facienda; & nihilominus exoneratus erit ab executione Curæ dictæ Parochiæ, & ipse Plebanus illam geret, & Eccleſiaſticorum executiones faciet mandatorum.

Item Scholaſticus commonem Præbendam dictæ Eccleſiæ percipiet, quam Rector Scholarum dictæ Eccleſiæ habere conſuevit; nec non emolumenta de proceſſionibus quæ fieri conſueverunt in dicto Oppido Leeuwenſi, & exequiis defunctorum, item candelas magnas quæ in Feſto Purificationis à Scholaribus referentur.

Item Theſaurarius percipiet & habebit decimam terrarum ſitarum infra Parochiam de Leeuwis, in loco qui dicitur Leeuwervelt.

Item jura in pane & denariis debita, & dari conſueta Theſaurario à parochianis Eccleſiæ Leeuwenſis, in tribus feſtivitatibus anni, ſcilicet Paſſchæ, Pentecoſtes, & Natalis Domini, cum ſex libris monetæ curſalis in Leeuwis, de communi Præbenda Eccleſiæ Leeuwenſis.

Item quod omnes prænominati, videlicet Plebanus, & Rectores Altariorum prædictorum fructus, & proventus ipſorum ſuorum Beneficiorum, quos & prout hactenus percepperunt, ita impoſterum; nec non præfati Scholaſticus & Theſaurarius fructus, & obventiones prædictos ſibi aſſignatos integraliter percipient, & habebunt quoad vixerint; & uno eorum decedente, ei cui Beneficium decedentis conferetur, aſſignabitur in bonis ipſius Beneficii certa portio annua, viginti ſcilicet librarum parvorum Turonenſium dumtaxat, & reſiduum cedet biis, qui Beneficia minoris valoris obtinent, in augmentum, & ſic deinceps, quouſque omnes Præbendæ ſint æquales.

Et cum omnes prænominati, ſcilicet Plebanus, Rectores Altariorum, Scholaſticus & Theſaurarius præſentes, præter Inveſtitum dies extremos clauſerint, præbendæ æquales, & omnia bona prædicta commonia erunt inter octo Canonicos Eccleſiæ prædictos, excluſo Inveſtito dictæ Eccleſiæ, qui bonis & fructibus dictæ Inveſtituræ, pro Inveſtitura, Canonicatu & Præbendâ ſuis ſemper debebit eſſe contentus.

Item omnes Præbendæ prædictæ, abſque Præbenda Scholaſtici, erunt & eſſe debebunt Sacerdotales; & qui eas obtinebunt, tenebuntur in Sacerdotes ſe ſtatutis temporibus facere promoveri, & in dictis ſuis Altaribus Miſſam ut ante celebrare.

Et nihilominus Miſſam majorem, & omnes horas Canonicas tam nocturnas quam diurnas, prout moris eſt in aliis Collegiatis Eccleſiis, dicere debebunt in Conventu.

Jus Patronatûs penes Inveſtitum.

Collatione Plebaniæ, Scholaſtriæ, Theſaurariæ nec non Canonicatuum & Præbendarum hujuſmodi penes Inveſtitum, qui erit Patronus & Collator Plebaniæ & Altarium prædictorum, & collatione ſeu inveſtitutione Rectorum Scholarium, penes Scholaſticum dictæ Eccleſiæ in perpetuum remanente.

Decanatûs Collatio.

Item Decanus dictæ Eccleſiæ eligetur à toto Capitulo Eccleſiæ ejuſdem de ſimplici Canonico dictæ Eccleſiæ, qui percipiet & habebit omnia funeralia Canonicorum, Capellanorum, & choralium ejuſdem Eccleſiæ decedentium, præter candelas ſupradictas, prout in aliis vicinis Eccleſiis Collegiatis eſt conſuetum, & alios redditus quos ei à dicto Capitulo liberaliter contigerit aſſignari; Nobis & noſtris Succeſſoribus, Epiſcopis Leodienſis præſentabitur, & curam à nobis recipiet & geret Canonicorum, Capellanorum, &

choralium prædictorum, & correctionem eorumdem. Ac fidelitatem nobis præſtabit ſecundum quod in aliis Collegiatis Eccleſiis obſervatur.

Supplicantes Nobis humiliter & devotè, quatenus dictam Eccleſiam conſtitui Collegiatam, ac præmiſſa omnia & ſingula fieri, prout ſuperius ſunt concepta, & dictam Eccleſiam, quatenus divinâ concedente clementiâ proceſſu temporis largitione fidelium, aut alias adauctis redditibus, & bonis uſque ad numerum duodecim Canonicorum poſſet augmentari, paternâ ſolicitudine concedere dignaremur, ac præmiſſis noſtrum adhibere conſenſum & authoritatem, & ea omnia Pontificali Authoritate confirmare.

Nos igitur eorum devotæ ſupplicationi propitiè inclinati, in iis præmaturè procedere volentes, ſuper præmiſſa per Religiosum Virum Dominum Adam Monaſterii Sancti Trudonis Abbatem inquiri fecimus diligenter, vocatis ad hoc omnibus, qui ſuâ dicerent aut crederent intereſſe, & dictâ inquiſitione rite ac legitime factâ & Nobis reportatâ, per ipſam reperimus idoneitatem loco prædicti, ac fructuum, reddituum, bonorum & obventionum dictæ Eccleſiæ ad complendum præmiſſa congruam ac ſuppetentem facultatem.

Unde nos, qui ex debito officii, tam militantis quam triumphantis Eccleſiæ, & totius Eccleſiaſticæ hierarchiæ decus, & decorem cordialiter affectamus, ſperantes dictam Eccleſiam divinâ favente gratiâ incrementum ſuſcipere, ad ſtatum tranquillum pervenire, & fructum afferre Deo gratum; dictam Eccleſiam Leeuwenſem Collegiatam conſtituimus.

Concedentes quod in ea ex nunc perpetuò ſint prænominati novem Canonici, Schòlaſticus, Theſaurarius cum Decano, cum omnibus Ordinationibus ſupraſcriptis. Quibus ac præmiſſis omnibus, ac defalcationibus prædictis conſenſum noſtrum & authoritatem impertientes, præmiſſa omnia præſentis Scripti Patrocinio cum noſtri interpoſitione Decreti, Pontificali Authoritate confirmamus; jure noſtro in omnibus ſemper ſalvo; dum tamen conſenſus dicti Inveſtiti ad id intercedat.

Et ut præmiſſa omnia rata permaneant, & omnino inconcuſſa, & à nullo ullo umquam tempore infringantur, præſentes Litteras dictæ Eccleſiæ dedimus noſtri Sigilli munimine communitas.

Datum apud Hoyum anno Domini milleſimo trecenteſimo octavo, feriâ quintâ poſt feſtum Beati Martini hiemalis.

Confirmatio Erectionis Capituli Leeuwenſis S. Leonardi, per Cathedrale Capitulum Leodienſe, anno 1309.

ARnoldus de Blankenhem Dei gratiâ Præpoſitus, Magiſter Joannes dictus Sapiens, Decanus, Archidiaconus, totumque Majoris Eccleſiæ Leodienſis Capitulum, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino, cum notitia veritatis.

Noveritis, quod cum Eccleſia de Leeuwis Leodienſis Diœceſis, quondam Parochialis, de conſenſu Venerabilis Viri Domini Michonis de Spanhem Dei gratiâ Leodienſis Archidiaconi, in cujus Archidiaconatu dicta Eccleſia ſita eſt, & Inveſtiti ipſius Eccleſiæ per Reverendum Patrem in Chriſto Dominum noſtrum Theobaldum Dei gratiâ Leodienſem Epiſcopum, erecta fuerit & ſit in Eccleſiam Collegiatam, & Canonici ordinati fuerint, prout in Litteris dictorum Dominorum, Epiſcopi, & Archidiaconi ſuper his confectis continetur.

Nos Conſtitutioni & Ordinationi, de quibus fit mentio in dictis Litteris, quantum in nobis eſt conſentimus, & his omnibus noſtrum conſenſum & aſſenſum adhibemus.

In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum majus præſentibus duximus apponendum.

Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo nono, feriâ quartâ poſt Dominicam quâ cantatur Quaſimodo.

CAPUT CXLV.

Abbas S. Trudonis in Hasbania Ordinis S. Benedicti vendit fundum in Rotthem, ad ædificandum ibidem Monaſterium Monialium Ordinis Ciſtercienſis (quod hodie eſt Diœceſis Mechlinienſis prope Dieſthemium) anno 1233; probantibus, ſuaque beneficia adjicientibus Henrico III. Aleyde, & Joanne I. Brabantiæ Ducibus.

Ex Archivis Abbatiæ de Rotthem.

THomas Dei permiſſione Abbas totuſque Conventus Monaſterii Sti. Trudonis, univerſis præſentes Litteras inſpecturis æternam in Domino ſalutem. Noverint univerſi quod Abbatiſſa & Conventus Sanctæ Mariæ de Rotthem Ordinis, Ciſtercienſis Allodium noſtrum quod appellatur Allaerts-Dries de communi conſenſu noſtro ſibi comparaverint &c. In cujus robur & teſtimonium præſentem Litteram Sigillis noſtris & Sigillo dicti Conventûs de Rotthem fecimus roborari.

Datum Sabathn ante Nativitatem B. Joannis Baptiſtæ anno Domini M. C. C. XLIII.

HEnricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, omnibus præſentes Litteras viſuris ſalutem & ſcire veritatem. Noverint univerſi, quod nos venditionem quam fecit venerabilis Vir Abbas S. Trudonis, ſcilicet de ſex manſis terræ in loco qui dicitur Alaerts-Drieſche jacentis, quam videlicet terram idem Abbas vendidit venerabilibus & Religioſis Abbatiſſæ & Conventui de Sarto Beatæ Mariæ Ciſtercienſis Ordinis, ratam gerimus, & quantum in nobis eſt, ſtabilem obſervari volumus. In cujus rei evidentiam & firmamentum præſentibus Sigillum noſtrum fecimus apponi.

Datum apud Lovanium anno Domini M. C. C. quadrageſimo quarto, feriâ ſecundâ proximâ poſt feſtum omnium Sanctorum.

NOs Aleidis Duciſſa Lotharingiæ & Brabantiæ. Notum facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod nos dilectis noſtris perſonis Religioſis Abbatiſſæ & Conventui de Sarto Beatæ Mariæ de Rotthem ſeptem bonaria bruceriæ ſcitæ in Parochia de Cortenake &c. jure hereditario in perpetuum poſſidenda, in qua brueria nos & filius noſter Joannes Dux ipſas ſine calengia promiſimus & tenemur conſervare. In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum apud Leuvis, Sabbato ante Lætare Jeruſalem, anno Domini M. C. C. LXVIII.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen. Notum ſit univerſis tam præſentibus quam futuris, quod ego Johannes Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, ob favorem quem ad dilectas nobis in Chriſto Abbatiſſam & Conventum de Rotthem Ordinis Ciſtercienſis habeo & ob ſalutem animæ meæ, nec non Anteceſſorum ac Succeſſorum meorum, contuli & adhuc confero eiſdem Abbatiſſæ & Conventui viginti-duo bonnaria deſerti ſive waſtinæ jacentis in territorio de Cortenake à nobis jure hereditario perpetuo tenenda & poſſidenda &c. Et in his ipſam & ejus Conventum præſentium teſtimonio Litterarum Sigillo noſtro ſigillatarum.

Datum apud Vuram anno Domini M. C. C. LX. nono, feriâ ſecundâ poſt Dionyſii.

CAPUT CXLVI.

Margareta Comitiſſa Hannoniæ fundat Begginagium in Urbe Montenſi, anno 1248.

NOus Marguerite, Comteſſe de Flandre & de Hainau : Faiſons ſavoir à tous, comme il ſoit ainſi, que Nous, en l'honneur de Dieu & de ſa glorieuſe Mere, de teus Saints & de toutes Saintes, ayons fondé de nes propres biens en partie, & des biens Monſeigneur Nicolay Detray, Prevôt des Egliſes de Mons, & des bieus d'autres bonnes gens, un Hôpital en Cantimpret ſélon Mons en Hainau, pour le ſalut de nôtre ame, & de nos Anceſſeurs & de nos Succeſſeurs & des Bienfaiteurs deu lieu. Dou quel Hôpital ly biens temporels doyient y être converty & diſpenſé à pauvres Beghinnes & à malade dou Beghinage de Cantimpret devant-dit. Et Nous les bieus temporels dudit Hoſpital ayent mis en les mains de nôtre Egliſe de Medame Ste. Waudru de Mons, pour warder, pour gouverner & warandir, ſaulf que Nous retenons & avons retenu l'Ordonnance de nôtre volonté tant comme Nous ſerons en vie.

Nous ordonnons & avons ordonné par le conſeil dou Chapitre de nôtre Egliſe de Mons, deſſuſditte & d'autres bonnes gens, que nulle perſonne, quel que ſoit, ne ſoit miſe eu l'Hôpital pour maladie, pour foibleté, pour pauvreté, à prendre recevoir les biens don lieu, ſe elle n'a démoré en le Court de Cantimpret eu habit de Beghinnes un an enthiere ou environ. Jaçoit que Nous voulons que celle que warde l'Hôpital devant-nommé, en ſerat Maltreſſe, y ſoit miſe par le Chapitre de Medame Ste. Waudru deſeur-dit, & par le Souveraiu de la Court de Cantimpret & par trois ou quatre de Prieuſes de cette même Court, leſquelles ſeront eſleutes & nommées à ſe faire par les autres Prieuſes de ledit Court. Et que nulles Beghinnes ne autres perſonnes ne ſoit miſes ne receuts audit Hopital & à ſes bieus, n'eſt à bonne deviſe de hors-en-avant que par Nous, ne par autres, mais ſelon choix de la Maitreſſe deu lieu & ly Souverain dou Beghinage de Cantimpret, & par ly Souveraine & les Prieuſes devant dittes eſleutes des aultres mêmes Prieuſes de Cantimpret, & verrons tant que beſoing ſerat de mettre & remettre audit Heſpital tant que ly bien temporel ſe poldra eſtendre & ſuffir.

Nous voulons & ordonnons de plus, qu'elles en ayent plain pouvoir, & relinquons à leur confiance, que elles en faſſent tout que ce ſoit à l'honneur de Dieu & ly bien de l'Hôpital & ly ſalut de nos ames.

Et Voulons, que ly Maltreſſe dudit Hôpital ſoit nommée par chacun an moins une fois ou deus fy meſtier eſt biens de l'Hôpital pardevant perſonne qui ly Egliſe poldra mettre, & pardevant le Souverain & ly Souveraine & les trois ou les quatre Prieuſes de le Court dou Beghinage de Cantimpret devant dit, ſoit fait & receu ce tranſcrit de le Maltreſſe & ly bien des perſonnes cy-devant nommées.

Et pour ôter toute ſuſpicion à toutes perſonnes de quel eſtat que ce ſoit, nul ne ſoit oye pourquei noſtre Ordennance ſoit anneantie & mépriſée par quelle occaſion doreſnavant en toute ou eu partie.

Et pour ce chou que touttes choſes cy-devant dites & deviſes ſoyent fermement & loyaument tenues, Nous eu avons ces preſentes Lettres fait ſeeler de nôtre Séel, le jour de St. Jean de cellaye

FINIS.

INDEX GENERALIS

Capitulorum, Abbatiarum, Præpoſiturarum, Prioratuum, aliorumque cujuſvis Inſtituti Monaſteriorum, de quibus extant Diplomata, tum in Operibus Auberti Miræi, tum in Supplementis Diplomaticis, tum etiam in hac nova Collectione Belgicorum Diplomatum.

Tomus I. denotat Diplomata, quæ olim ipſe Miræus ediderat in Codice ſuo Diplomatico, in utroque libro Diplomatum Belgicorum, in utroque Donationum Belgicarum, & in Notitia Eccleſiarum Belgii. Tales ſiquidem titulos vetus Editio præferebat.

Tomus II. notat Diplomata, quæ pro Supplemento fuerunt adjuncta anno 1723 novæ Editioni Operum Miræi.

Tomus III. deſignat ea, quæ in hac nova Collectione continentur.

A.

ABBATIS-VILLÆ, Prioratus Monachorum Cluniacenſium in Gallia. 1110 Prioratus S. Præjecti (S. Prix) in Arthefia, per eos inſtituitur. Tom II. pag 1313.

ACTA ROMÆ in Cauſa Erectionis novorum Epiſcopatuum in Belgio. Tom. III. pag 515 & multis ſequentibus.

ADRIANI VI. Papæ Collegium Lovanii. 1523 Ejus fundatio. Tom. III. p. 227. 1534 Jus Patronatûs Eccleſiæ Aſcanæ in Brabantia eidem per Paulum III. Pont. incorporatur. T. III. p. 639.

S. ÆGIDII, Abbatia Canonicorum Regularium Leodii. 1152 Origo ejus ac fundatio per Abbates Stabulenſem & S. Laurentii. Tom. III. pag. 341.

AFFLIGEMIENSIS, Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Mechlinienſi. 1086 Fundatur per Henricum I. Ducem Brabantiæ. Tom. I. p. 73. 1086 Origo ejus & Conſecratio per Epiſcopum Camerac. T. III. 306. 1096 Acquirit Decimam Genappiæ. Tom. I. 77. 1099 Prioratum Fraxinenſem (Fraſne) acquirit Tom. I. 670. 1107. Acquirit bona in Zellick. T. III. 26. 1110 Prioratus de Lach, Diœceſis Trevirenſis, ei ſubjicitur. T. III. 319. 1120 Prioratus Bornhemienſis in Flandria, ei donatur. T. I. 170. 1121 Eundemque ipſi confirmat Calixtus II. Papa. Tom. I. 171. 1125 Acquirit Decimam de Buggenhaut. T. I. 375. T. II 817. 848. 1125 Item Eccleſiam & bona in Erembodeghem. T. I. 89. 1141 Henricus filius Ducis Brabantiæ ſit ibidem Monachus, ac benefacit. T. I. 179. 1148 Eugenius III. Papa confirmat ejus poſſeſſiones T. I. 534. 1151 Permutatio inter Monaſteria Affligem. & Frigidi-montis Bruxellis. T. I. 392. 1164 Theodoricus Comes Aloſtanus eidem munificus. T. I. 106. 1173 Prioratus Vlierbacenſis olim ab ea dependens. T. I. 830. 1175 Godefridus III. Dux Brab. ei benefacit T. I. 831. 1187 Monaſterium S. Andreæ juxta Brugas à Prioratu Affligemienſium ſit Abbatia T. I. 286. 1198 Sigerus Caſtellanus Gandenſis, benefactor. Tom. I. 557. 1231 Damna ei illata reparantur. T. II. 852. 1238 Abbatia Monialium de Foreſto olim ei ſubjecta. T III. 402. 1242 Abbatia Monialium Majoris Bigardiæ pariter ei ſubjecta. T. III. 406. 1243 Acquirit Jus Patronatûs ac Prioratum de Wavria. T. III 407. 1284 Abbas Affligem. ſit Protector Abbatiæ Cortemberg. T. II. 1011. 1511 Julius II. Pont. eam reddit exemptam. T. III. 225. 1560 Unitur Archiepiſcopatui Mechlinienſi T. I. 610. Tom. II. 1098.

S. AGERICI, (S. Agry à Verdun) Abbatia Benedictinorum in Lotharingia. 1089 Henricus III. Imp. fundationem ejus confirmat. T. I. 164.

AICURIENSE Capitulum. Vide Lovanienſe S. Jacobi.

AIMERIES. Prioratus Benedictinorum in Hannonia, ab Aquicinctinâ Abbatia dependens. 1088 Gerardus Camerâc. Epiſcopus fundationem illius confirmat. T. III. p. 307.

ALCIACENSIS, (Auchy-les-Moines) Abbatia Benedictinorum in Arthefia ac Diœceſi Bolonienſi. 1112 Waltherus Comes Bolon. ei benefacit. T. II. 837 1140 S. Bernardus Abbas procurat donum Terræ de Curenni. Tom. II. 820. 1209 Innocentius II. Papa declarat eam ſubjectam eſſe Abbatiæ S. Bertini, & de gremio ejus debere Abbatem ſuum eligere. T. III. 375.

1269 Robertus Artheſiæ Comes, Advocatus hujus Abbatiæ, poſſeſſiones omnes in Protectionem ſuſcipit. T. I. 317.

ALDENARDENSE Hoſpitale in Flandria, in bilum Monialium.

1202 Balduinus Comes, dein Imp. ei benefacit. T. III. 74.

1214 Idem facit Joanna Balduini Com. filia ibidem.

1214 Walterus Epiſcopus hoc Hoſpitale IV. Fratrum ac IV. Sororum in protectionem ſuſcipit, eique ſtatuta præſcribit; quæ Gregorius IX. Papa confirmat. T. III 85.

1421 Epiſcopus Tornac. ponit illic Monialem pro pane & loco. T. III 620.

ALDEN-BIESEN, (alias *Veteris Jumei*) Commendaria primaria Ord. Theutonici prope Trajectum Moſæ

1220 Epiſcopus Leodienſis confirmat ejus Fundationem factam ab Abbatiſſa de Munſter-biſen. Tomo II. 968.

ALDENBURGENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Brugenſi.

1119 A Carolo Bono Comite aliiſque inſigniter dotatur T. I. 679. 680.

1130 Simon Tornac. Epiſcopus eam reſtaurat. T. I. 380.

1173 Philippus Alſatius Comes bona quædam largitur T. III. 54.

1180 Arnoldus D. de Ghiſtella eam dotat. T. I. 285.

ALNENSIS Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Leodienſi.

1144 Alberto Leodienſis Epiſcopus introducit ibidem Regulam S. Auguſtini. Tomo II 813.

1178 Capitulum Canonicorum Chiniacenſium eam dotat Tomo III. 671.

1219 Ferrandus & Joanna Comites Flandriæ fundant pro ſuſtentatione VIII. Religioſorum. Tomo III. 391.

1237 Abbatia Solſmontana fabricture reitanquam filia ſpiritualis. Tomo III 401.

1244 Acquirit Decimam Parochiæ S. Medardi in Gallo-Brabantia. Tomo II. 1225.

ALOSTENSE Canonicorum Capitulum in Diœceſi Mechlinienſi.

1046 Fundatur in pago de Haeſtert juxta Aloſtum per Ingelbertum, pro XII. Canonicis Tomo II 811.

1068 Aloſtum venditur Giſelberto de Gandavo; hinc origo Comitum Aloſtenſ. T. I 74.

1446 Init Confraternitatem cum ceteris Capitulis Diœceſis Cameracenſ. Tomo II. 1264.

1495 Tranſfertur ad Eccleſiam S. Martini Aloſti per Epiſcopum Cameracenſ. Tomo II. 1043.

1673 Alphonſus de Berghes Archiepiſc. Mechl. erigit Præpoſituram & Decanatum. Tomo III. 663.

ALOSTANUM Hoſpitale.

1241 & 1265 Comites Flandriæ eidem beneficia largiuntur T. III. 683

1252 Item Magiſtratus Aloſtenſis. Ibidem.

ALTIMONTENSIS (vulgo *Hautmont*) Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Cameracenſi.

1071 Henricus Imp. donat hanc Abbatiam Theoduino Leodienſi Epiſc. Tomo III. 15.

1158 Acquirit ab Abbatiſſa Nivellenſi Altare ac terram de Loveroul. Tomo I. 702.

1174 Acquirit à Capitulo Aquiſgranenſi Eccleſias de Reng & Chivenei, ſub annuo cenſu. Tomo I. 544.

STI. AMANDI, ſeu Elnonenſis Abbatia Benedictinorum, in Diœceſi Tornacenſi.

639 Dagobertus Rex donat S. Amando fundum ad ædificandum Monaſterium Tomo I. 123.

651 S. Martinus Paps dat huic Monaſterio Privilegium libertatis & immunitatis Tomo I. 334.

660 Chilideritus II. Rex dat S. Amando Villam Bariſiacum. Tomo I. 125.

661 S. Amandi Epiſtola, ſeu Codicillus de ſepultura ſua. Tomo I. 8.

890 Carolus Simplex Rex Francorum confirmat antiquas ejus poſſeſſiones. Tomo III 291.

1097 Confraternitas inter Capitulum Cathedrale Atrebatenſe & Abbatiam S. Amandi. Tomo III 318.

1107 Paſchalis II. Papa poſſeſſiones ejus confirmat Tomo II. 1151.

1116 Balduinus Flandriæ Comes Privilegia confirmat Tomo II. 1153.

1119 Calixtus II. Papa privilegia libertatis & immunitatis concedit. Tomo II. 1155.

1121 Goſwinus Abbas ſtatum Monaſterii, ac theſauros recuperatos retenſet. Tomo III. 34.

1125. Clementia Comitiſſa beneficit Præpoſituræ B. M. V. Cortraci, quæ eſt hujus Abbatiæ Tomo I. 377.

1130 Confraternitas inter hanc Abbatiam & Canonicos S. Servatii Trajectenſis T. II. 1159.

1131 Amalricus de Landaſt varia prædia Monachis reſtituit. Tomo I 684.

1200 Wilhelmus Archiepiſcopus Remenſis ſupprimit Capitulum Canonicorum in Eccleſia S. Andreæ Elnone, eorumque loco Monachos ſubſtituit. Tomo II. 1206.

STI. AMANDI de Thorota, Prioratus in Gallia, ab Abbatia S. Martini Tornaci dependens.

1103 Fundatio ejus confirmatur per Baldericum Epiſcopum Tornacenſem ac Noviom. T. III. 315.

AMANDINUM, Capitulum Canonicorum olim in Diœceſi Tornacenſi.

1200 ſupprimitur & unitur Abbatiæ S. Amandi. T. II. 1206.

AMBIANENSIS Abbatia S. Joannis, Religioſorum Præmonſtrat. nunc unita Epiſcopatui.

1139 Concambium bonorum inter ipſam, & Abbatiam S. Nicolai Furnenſem T. III. 49.

AMBRINE, Prioratus Benedictinorum in Artheſia.

1111 Fundatur à Lamberto Atrebat. Epiſcopo. Tomo III. 27.

AMERSFORTENSE Capitulum Canonicorum, olim in Diœceſi Ultrajectina.

1337 Fundatur per Joannem D. de Dieſt, Ultrajectenſem Epiſcopum. Tomo II 884.

ANDANENSE Capitulum nobilium Canonicarum in Diœceſi Namurcenſi.

1201 Henricus III. Imp. confirmat ejus poſſeſſiones. Tomo I. 368.

1207 Philippus Nobilis Comes Namurc. declarat, non niſi Nobiles ad hoc Capitulum eſſe admittendas Tomo I. 196.

1661 Philippus IV. Hiſpaniarum Rex, omnia ejus privilegia confirmat. T. III. 273.

ANDERLECHTENSE Capitulum Canonicorum juxta Bruxellam.

1057 & 1078 Folcardus & Regilindis benefactores illius Tomo I. 662 665 666.

1172 Everardus VII nobilis, & Lambertus Ca-

nonicus eidem benefaciunt. Tomo I. 708.
1174 Gualterus de Bruxella benefacit suo Capitulo. Tomo I. 710 & 711.
1185 Cameracensis Episcopus confirmat donationes Walteri de Aa. Tomo II. 979.
1195 [male 1185] Capitulum Cameracense donat Jus Patronatûs Ecclesiæ S. Petri de Anderlecht. huic Capitulo Tomo II. 978.
1195 Id-ipsum confirmat Episcopus Cameracensis. Tomo II 1196.
1215 Acquisitio Decimarum in Anderlecht & Dielbeeck. Tomo I. 737.
1238 Cessio Juris Patronatûs de Santberghe in favorem Abbatiæ Belli-prati. Tomo II. 994.
1448 Confraternitatem init cum sex aliis Capitulis Diœcesis Camerac. Tomo II. 1263 & 1264

ANDERLECHTENSE Begginagium.
1252 Fundatur à Wilhelmo Decano. T. II. 998.

S. ANDREÆ Abbatia Benedictinorum juxta Brugas.
1105 Robertus Jerosolymit. Comes eam fundat ac dotat. Tomo I. 273.
1105 Baldericus Episcopus fundationem confirmat. Tomo I. 272
1187 Ex Prioratu subjecto Affligemiensibus, fit Abbatia libera. Tomo I. 286.
1188 Confirmat id-ipsum Philippus Comes 288.
1189 Item Episcopus Tornac. ibid. 286
1194 Margareta Comitissa ei benefacit. T. III. 55.

S. ANDREÆ Abbatia Benedictinorum in Castello Cameracesii.
1103 Fundationem confirmat Conradus Imp. Tomo I. 56

ANDRENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœcesi Bononiensi
1084 Balduinus Comes Gisnensis dotat Abbatiæ Gertrudensi (Charroux Diœc. Pictav.) varia prædia ad excitandum Monasterium Andrense, probante Teruan. Episcopo. Tomo I 354
1097 Fundationem confirmat Comes Manasses Balduini filius. Tomo I. 367.
1116 Acquisitio Curtis de Trephova. 372.
1122 Morinensis Episcopus confirmat donationes Comitum Gisoensium. 373.
1125 Idem facit Carolus Bonus Comes Fland. ibidem 376
1130 Manasses Comes benefacit. 381 & 382.
1130 Henricus de Campanies donat Terram de Hottinghem. 381
1132 Milo Episcopus Morin. præditam Henrici donationem corroborat. 384
1150 Milo Episcopus confirmat donationem Capellæ de Oudezeele. 558.
1170 & 1180 & 1202 Balduinus Comes Gisnensis benefacit. Tomo II. 544. 710. 766.
1186 Guilielmus Castellanus Audomarensis concedit foragium vini in S. Audomaro. T. I. 551.
1194 Ida Comitissa Bononiensis benefacit. 398.
1194 Balduinus Comes Bononiensis donat nemus de Houdetthaut 369.
1200 Guilielmus Castellanus Audomarensis donationes parentum suorum corroborat. 560.
1203 Guilielmus Dominus de Fiennes benefacit. 404
1206 & 1240 Eustachius de Campanies benefacit. 735.
1207 Thomas de Fiennes eleëmosynam largitur. 569.
1219 Arnulphus Comes Gisnensis benefacit. Tomo I 574.

ANGLI & Hiberni in Belgio.
1567 S. Pius V eorum protectionem commendat Regi Philippo II. Tomo III. 444.
1580 Gregorius XIII. Papa indulgentias plenarias largitur Hibernis pro Catholica Religione pugnantibus. Tomo III. 491.
1600 Idem præstat Clemens VIII Papa. ibid 492.
Catalogus omnium Monasteriorum Anglorum ac Hibernorum in Belgio Tomo III. 180.

ANGLÆ Monales Benedictinæ Bruxellis.
1599 Clemens VIII. Papa jubet hanc Abbatiam erigi. Tomo III. 491

ANGLICOURT, Præpositura Benedictinorum ex Abbatia Sti. Vedasti, in Gallia.
1023 possessio ejus per Bellovacensem Episcopum confirmatur Abbatiæ Vedastinæ. Tomo I. 149.
1044 Conceditur Monachis Gemeticensibus, in permutationem pro Præpositura Hasprensi Tomo I. 265.

ANTONIENSE Capitulum Canonicorum in Hannonia.
1150 Eugenius III confirmat Abbati Lobbiensi Jus Patronatûs ac Præpositurarum hujus Capituli. Tomo II. 1169.

ANTVERPIENSE Capitulum B. M. V. Cathedrale.
725 Rohingus Dynasta donat S. Willebrordo Ecclesiam Castri Antverpiensis. Tomo I. pag. 10 & 11.
1112 Origo Tanchelhanæ hæreseos. Tomo III pag 567.
1119 Henricus V. Imp. donat Decimam de Santvliet. Tomo I. 83.
1124 Burchardus Episc. Camerac. Ecclesiam Antverpiensem libertate donat, & approbat transitum Canonicorum ab Ecclesia S. Michaelis ad Basilicam B. M. Tomo I 86
1124 Godefridus Barbatus Dux Brabantiæ confirmat beneficia per Godefridum Bullonium collata. Tomo I 87.
1133 Lotharius III. Imp. confirmat Decimas de Santvliet & Orderen. Tomo I. 279.
1135 Lietardus Episcopus confirmat transmigrationem Canonicorum ad Ecclesiam B. M. Tomo I. 175.
1157 Fredericus I. Imp. confirmat possessiones Tomo I 184.
1194 Altarium de Rychtvorssel & Malle donatio. Tomo I. 289.
1201 &c. Fundatio unius Præbendæ per Jotham Matronam, & Donatio Decimæ de Millegem. Tomo. I. 293 & 296.
1220 Henricus I. Dux Brabantiæ donat fossatum Utois Antverpiæ. Tomo I. 574 & 582.
1240 Præbendarum XII. sectio in XXIV. T. I. 580 & 581.
1243 Manumissio servorum & ancillarum, ad olim hujus Ecclesiæ. Tomo I. 315
1257 Suppressio Præposituræ, & Erectio Decanatûs. Tomo I 1002.
1260 Nicolaus Camerac. Episcopus consentit in suppressionem Præposituræ Tomo. II. 1003.
1267 Altarium de Schooten & Merxhem acquisitio. Tomo I. 318.
1286 Donatio Juris Patronatûs Ecclesiæ de Hooghstraeten. Tomo I. 592.
1477 & sequent. Erectio quatuor novarum Parochiarum Antverpiæ Tomo II. 1042.
1560 Erectio Episcopatûs Antverpiensis, ejusque Ecclesiæ in Cathedralem. Tomo I. 476.
- - - Series Episcoporum. Tomo I. 481.
1571 Erectio Canonicorum secundæ Fundationis, in Cathedrali. Tomo II. 1104.
1591 Cassatio Privilegiorum Exemptionis, per Gregorium XIV. Pont. Tomo II. 1107.
1614 & 1639 Divisio Plebaniæ in duas portiones Tomo II. 1115.

1674 Erectio Seminarii per Epiſcopum Capello. Tomo II. 1122.

ANTVERPIENSIS Sti. Jacobi Eccleſia Collegiata Canonicorum.
1477 Erigitur in Parochialem, per Capitulum B. M. V. Tomo II. 1042.
1705 Clemens XI. Pont. erectionem ejus in Collegiatam pro 22. Canonicis, confirmat, ac pro parte renovat. Tomo II. 921.

ANTVERPIENSE Begginagium.
1323 Petrus Epiſcopus Camerac. declarat has Begginas immunes eſſe ab erroribus Beggardorum ac Begguinarum. Tomo I. 215.

ANTVERPIENSIS Carthuſia, olim Sylvæducis.
1471 Fundatur à Carolo Audace Duce Burg. Tomo III. 209.

ANTVERPIENSES Dominicani.
1243 Magiſtratus eos Argentorato Antverpiam evocat. Tomo I. 762.
1249 &c. Henricus Brabantiæ Dux, aliique plures eis benefaciunt. T. I. 766.

ANTVERPIENSIS Magiſtratus.
1261 Confederatio cum Turnhoutanis. T. I. 428.
1383. Privilegia Civibus ac Mercatoribus conceſſa. Tomo III. 168.
- - - Marchiones antiqui. Tomo I. 88. 695.

ANTVERPIENSES Moniales. Vide Ter-Nonnen.

AQUALIÆ, (vulgo Aiwaille) Prioratus olim Benedictinorum in Ducatu Luxemburgenſi: modo PP. Jeſuitarum.
1088 Fundatur à Regina nobili matrona. T. I. pag. 358.

AQUARUM-CURTARUM, (vulgo Eaucourt) Abbatia Canonicorum Regularium, Diœc. Atrebat.
1101 Fundatio ejus à Lamberto Atrebat. Epiſcopo confirmatur. Tomo I. 169.
De Præpoſitura Marſſanenſi, quondam ſub hac Abbatia de Eaucourt, vide infra Tit. Marſſina.

AQUIRIA (vulgo Aiwieres) Abbatia Monialium Ciſtercienſium, in Gallo-Brabantia.
1244 Dotatur à Toparchis Capellæ S. Lamberti. Tomo III. 110.

AQUICINCTINA, (vulgo Anchin) Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Atrebatenſi.
1079 Fundatur per Anſellum de Ribodimonte & ſocios, & à Cameracenſi Epiſcopo confirmatur. Tomo I. 163.
1088 Prioratus de Aimeries ei ſubjicitur. T. III. pag. 307
1096 Anſellus de Ribodimonte eam dotat largiùs. Tomo II. 1144.
1101 Wido & Walterus ei benefaciunt T. II. pag 813.
1103 Item Godefridus de Ribodimonte. Ibid.
1112 Prioratus S. Georgii prope Heſdinium ei tribuitur Tomo I. 170.
1178. Balduinus V. Comes Hannoniæ ei benefacit. Tomo II. 1337
1568 Collegium Societatis Jeſu Duacenum, liberalitate hujus Abbatiæ fundatur. Tomo III. pag. 646

AQUISGRANENSIS BASILICA, (vulgo Aken, aut Aix-le-Chapelle) B. M. V. in Diœceſi Leodienſi
779. Carolus Magnus Imp. Hermaliam, Vilvordiam, & alias Villas confirmat huic Eccleſiæ. Tomo I. 496.
782. Adrianus Papa donat Carolo Imp. muſive & marmora palatii Ravennatenſis, pro conſtruende Aquiſgranenſi Baſilica. Tomo I. 643.
799 Caroli Magni ſermo de fundatione hujus Baſilicæ ac conſecratione per Leonem III. Papam. Tomo I. 14.
811 Carolus Imp. condit Teſtamentum, ſuoſque theſauros diſtribuit. Tomo III 286.
844 Lotharius Imp. Hermaliam, Vilvordiam, & alias villas, huic Eccleſiæ donatas, confirmat. Tomo I. 337.
972 Otho I. Imp. Abbatiam Canonicorum Præmonſtenſium ſubmittit huic Eccleſiæ T. I. pag. 506.
997. Gregorius VII. Papa ordinat ibidem VII. Presbyteros Cardinales. Tomo III 563.
1098 Henricus III. Imp. donat Advocatias de Harve, Loucins & Mandervelt. T. I. 367.
1122 Burchardus Camerac. Epiſc. donat tria Altaria in ſua Diœceſi. Tomo I. 523.
1122 Epiſcopus Metenſis Cancellarius Imperii declarat, quid in coronatione Imperatoris huic Eccleſiæ debentur. Tomo III. 583.
1138 Conradus II. Imp. confirmat donationes Henrici III. Imp Tomo I. 386.
1166 Teſtimonium Capituli ſuper Canonizatione Caroli Magni Cæſ. Tomo III. 563.
1174 Fredericus I. Imp contractum inter Capitulum Aquenſe & Abbatiam Altimontenſem confirmat. Tomo I. 544.
1245 Canonici tradunt Altare ac Decimas Vilvordienſes ad firmam perpetuam Monialibus de Camera juxta Bruxellem. Tomo I. 581.
1520 Carolus V. Imp. teſtatur ſe in hac Baſilica coronatum ac inter Canonicos fuiſſe receptum. Tomo I 237.

AQUISGRANENSE S. Adalberti Canonicorum Collegium.
1018 Fundatur à S. Henrico I. Imp. T. I. 149.
1122 Epiſcopus Metenſis, Imperii Cancellarius, declarat in coronatione Imperatoris competere huic Capitulo unam carratam vini. Tomo III. 583.

AQUISGRANENSE Capitulum olim Canonicorum S. Salvatoris.
871 Ludovicus Imp. concedit hanc Eccleſiam Abbatiæ Prumienſi in Germania Tomo III. 9.

ARDEMBURGENSE Canonicorum Collegium in Diœceſi Brugenſi, quod deſiit.
1167 Philippus Comes Flandriæ donat Decimas de Ardemburg Monachis S. Bavonis Gandavi. Tomo II. 972.
1293 & 1294 Bonifacius VIII. Papa inſtituit hoc Capitulum, ſub Patronatu Abbatis S. Bavonis Gandavi. Tomo II. 877.

ARDEMBURGENSE Begginagium, in Conventum Sororum Pœnitentium commutatum, quæ modo Brugis habitant.
1499 Fundatio ejuſdem Conventûs. T. III. 454.

ARDRENSE, olim Capitulum Canonicorum in Diœceſi Teruanenſi, hodie Abbatia Præmonſtratenſium Diœc. Bolonienſis.
1069 Fundatur ab Arnulpho Dynaſta Tomo I. pag. 158.
1144 A Balduino Toparcha convertitur in Abbatiam Præmonſtratenſium. Tomo I. 179.

ARGENTON, Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Diœceſi Namurcenſi.
1229 Fundatur. Tomo I. 302.
1230 Guilielmus Dominus de Perwes fundationem confirmat. Ibidem.
1232 Confirmatur ab Epiſcopo Leodienſi. T. I. pag. 303.

1413 Decretum de ſubſtituendis ibidem Monachis. Tomo III. 174.

ARIENSE Capitulum Canonicorum S. Petri, in Diœceſi Audomarenſi.
1075 Philippus I. Franciæ Rex confirmat ejus fundationem. Tomo II. 1134.
1169. Philippus Alſatius Comes fundat XVI. Præbendas. T. I. 186.
1172 Idem confirmat terras acquiſitas. T. I. 188.
1190 Philippus & Mathildis Comites Flandriæ fundant VI. Præbendas. Tomo III. 358.
- - - Series Præpoſitorum. Ibidem. 359.

S. ARNULPHI Abbatia Benedictinorum Metis in Lotharingia.
942 Adalbero Epiſcopus ſubſtituit Monachos in locum Canonicorum. Tomo I. 652.
1097 Arnulphus Comes de Chiny in Ducatu Luxemburgenſi, fundat in ſuo caſtro Prioratum dependentem ab Abbatia S. Arnulphi. T. I. pag. 670.

AROASIENSIS Abbatiæ Canonicorum Regularium, in Diœceſi Atrebatenſi.
1097 Lambertus Epiſcopus confirmat ejus fundationem. Tomo I. 167.

ARSCHOTANUM Canonicorum Capitulum, in Diœceſi Mechlinienſi.
1462 Ludovicus de Bourbon Epiſcopus Leod. illud inſtituit, ad petitionem D. Antonii de Croy, & erigit Præpoſituram, Cantoratum ac Plebaniam pro Abbatia S. Gertrudis Lovanii. Tomo I. 460 & Tomo III. 620.

ASPRICOLLIS, celebria Eccleſia B. M. V. in Diœceſi Mechlinienſi, & Domus PP. Oratorii.
1624 Jacobus Boonen Archiepiſcopus Mechlin. inſtituit ibidem Congregationem de inſtituto S. Philippi Neril. Tomo III. 657.
1627 Urbanus VIII. Pont. unit Paſtoratum Aſpricollenſem huic Oratorio. Tomo III. 660.

ATHENSIS Abbatia Monialium Ciſtercienſium, dicta Refugium B. M. in Diœceſi Cameracenſi.
1234 Fundatur per Johannam Comitiſſam Hanoniæ. Tomo I. 201.

ATREBATENSE Capitulum Cathedrale B. M. V.
863 Carolus Calvus Rex concedit Stephano Epiſc. ejuſque Succeſſoribus legalem juſtitiam in Civitate Atrebatenſi, & teloneum ac monetæ officinam in Lambris. Tomo I. 248.
1093 Urbanus II. Papa donat huic Eccleſiæ propriam Epiſcopum. Tomo I. 76 & 271.
1094 petit Capitulum à Papa conſecrationem novi ſui Epiſcopi. Tomo III. 310.
1097 Confraternitas inter Cathedralem Atrebat. & Abbatiam S. Amandi. T. III. 312.
1101 Paſchalis II. Papa confirmat reſtaurationem hujus Epiſcopatûs. T. II. 1148.
1104 Confraternitas inter Cathedralem Atrebatenſem & Patriarcham Jeroſolymitanum ejuſque Capitulum. Tomo III. 315.
1152 Eugenius III. Papa Privilegia & poſſeſſiones hujus Capituli confirmat. Tomo III. 340.
1203 Philippus Auguſtus Rex Galliæ eximit hanc Eccleſiam & Epiſ. à Jure Regaliæ. T. II. 1206.
1565 Ortâ contentione inter Eccleſias Atrebatenſem ac Tornacenſem pro præcedentia, Pius IV. Papa declarat, ſe per erectionem novorum Epiſcopatuum, nolaiſſe derogare juribus antiquis Eccleſiarum. T. II. 1356.
1623 Urbanus VIII. Papa declarat Exemptionem Capituli Cathedralis eſſe annullatam. T. II. pag. 1112.

AUBECHIES, olim Abbatia Benedictinorum in Hannonia, dein unita Abbatiæ S. Giſleni.
1096 Urbanus II. Papa confirmat ejus poſſeſſiones. Tomo III. 22.

S. AUBERTI, Abbatia Canonicorum Regularium Cameraci.
1104 Paſchalis II. Papa confirmat ejus poſſeſſiones. Tomo III. 24.
1117 Jus Abbatiæ S. Auberti in Abbatiam Montis S. Martini. Tomo III. 569.
1133 Liberalitas hujus Abbatiæ ad fundandam Valcellenſem Abbatiam. Tomo III. 37.
1166 Libertus Epiſcopus monis Canonicis ſæcularibus inſtituit Regulares. Tomo I. 157.
1194 Johannes Epiſcopus Abbatem hunc coelitus ſuum Capellanum, eique ac Succeſſoribus confert Præbendam in ſua Cathedrali. Tomo II. 1195.
1194 Aſſentitur Epiſcopo ſuo Capitulum Caſhedrale, item Wilhelmus Archiepiſcopus Remenſis ibidem.
1196 Item Henricus II. Imp. & Innocentius III. Pont. Tomo II. 1199. & 1201.
1196. Waltherus Rothomag. Archiepiſcopus donat huic Abbatiæ Altare S. Bovæ in ſua Diœceſi. Tomo II. 1201.
1213 Innocentius III. Papa, confirmat ei Altaria de Willebroeck, Hereuthaut &c. T. III. 379.

AUDERGHEM, Prioratus Monialium Ordinis S. Dominici, apud Bruxellam.
1270 Aleydis Duciſſa Brabant donat Jus Patronatûs ac Decimam de Eeckeren juxta Antverpiam. Tomo II. 1005.
1413 Ante hunc annum obtinebat etiam Jus Patronatûs Eccleſiarum S. Johannis Sylvæducis & de Orthen. Tomo I. 452. Tomo II. 1356. T. III. 175.
1548 Epiſcopus Cameracenſis dat illic panem & locum, vulgo pain d'Abbaie. Tomo III. 643.

AUDOMARENSE, (Saint Omer,) Capitulum Cathedrale B. M. V.
1554 Concordatum inter hoc Capitulum, & Canonicos Morinenſes exulantes, ſuper ordine in divinis Officiis. Tomo III. 236.
1560 Erectio Epiſcopatûs Audomar. ejuſque Eccleſiæ B. M. V. in Cathedralem. Tomo II pag. 1298.
1560 Præconizatio primi Epiſcopi, Romæ facta. Tomo III. 549. & 554.
- - - Series Epiſcoporum Tomo II. 1304.
1607 Epiſcopus Audomarenſis cedit Præpoſituram ſuam Watenenſem PP. Jeſuitis Angliæ. Tomo III. 493.

AVERBODIUM, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Brabantia.
1135 Arnulphus Comes Loſſenſis eam fundat. Tomo I. 100.
1135 Stephanus Metenſis Epiſcopus Fundationem confirmat. Tomo I. 102.
1139 Innocentius II. Papa confirmat ac Privilegia adjungit, petente Andrea primo Abbate Tomo I. 100.
- - - Idem facit Epiſcopus Leodienſis. T. I. 101.
1155 Ludovicus Comes Loſſentis declarat ſe hujus Abbatiæ Advocatum. Tomo I. 700.
1185 Archiepiſcopus Colonienſis confirmat ei Altare de Teſſenderloo, & alia. T. I. 102.
1188 Godefridus Dux Brabantiæ eidem benefacit. Tomo III. 64.
1203. Abbatiſſa de Mouſterhilſeu donat Perſonatum de Neere. Tomo I. 731.
1212 Theodoricus Dominus de Altena donat Altaria de Mierde & Alem &c. T. I. 407 & 408.

1224 S. Engelbertus Colon. Archiepiſc. poſſeſſiones ejus confirmat. Tomo III. 84.

S. AUGUSTINI, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Artheſia.
1163 Theodoricus & Philippus Comites Flandriæ eam dotant Tomo I. 393.
1164 Anſertur à Religioſis Selincurtenſibus, & ſubjicitur Abbatiæ Furnenſi. T. III 345
1288. Guido Comes Flandriæ dat ei decimam de Wineteele. Tomo III. 424.

AUGUSTINIANI. Vide Bilugenſes, Haſſelenſes, Tornacenſes, infra.

AUGUSTODUNENSE, Capitulum Cathedrale in Gallia.
671 S. Leodegarius Epiſcopus & Martyr, condito Teſtamento, Eccleſiæ ſuæ benefacit. Tomo I. 335.

AUREA VALLIS, (Orval) Abbatia Monachorum Ciſtercienſium in Ducatu Luxemburgenſi.
640. Concques, nunc Prioratus ſub anres Valle, fundatur à Sigeberto Francorum Rege. Tomo III. pag. 1.
1124 Otho Comes de Chiny fundat ſuream Val'em. Tomo II. 1158.
1276 Rudolphus Comes de Habsburg Imp. eam ſuſcipit in protectionem. Tomo II. 1241.
1707 Ea eadem fundatur Abbatia de Duſſelthal per Electorem Palatinum. T. III. 277.

B.

BARBARINSART, Abbatia. Vide Sauſſoie.

BARISIACUS (Bariſy) Prioratus Benedictinorum in Diœceſi Noviom. dependens ab Abbatia S. Amandi.
655. circ. Childericus II. Franc. Rex donat eum S. Amando. Tomo I. 125.

BASSIONENSIS, S. Petri Prioratus in Burgundia.
1096 Urbanus II. Papa ei benefacit. T. I. 669.

BAUDELOENSIS Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium Gandavi.
1210 Ejus origo per Balduinum de Bocla, fundatore Baldnino Comite Flandriæ T. III 363.
1203 Stephanus Tornacenſis Epiſcopus fundationem confirmat. Tomo III 579.
1204 Goſwinus Epiſcopus ordinat XII. Monachos inſtitui. Ibidem pag. 580.
1205 Margareta Comitiſſa & Raſſo de Gavera benefaciunt. ibid. 363.
1220 Waltherus Epiſcopus donat ei duas tertias Novalium in Waſia. Tomo III. 82.
1235 Subjicitur Patri Abbati Camberonenſi. Tomo II. 1224.
1279 Acquirit partem Decimarum in Saeftingben. Tomo III 608.
1602 Transfertur ex Waſia Gandavum. T. III. pag. 706.

S. BAVONIS, olim Abbatia Benedictinorum Gandavi, modo Eccleſia Cathedralis.
819 Ludovicus Pius Imp. ei benefacit, petente Eginhardo Abbate. Tomo I. 18.
864. Carolus Calvus Rex, prædia olim collata confirmat. Tomo I 26.
954 Lotharius Rex, Abbatiam ab Arnulpho Comite, operâ S. Gerardi Abbatis reſtauratam, ſuâ authoritate confirmat. T I 42.
967 Lotharius Rex poſſeſſiones confirmat. T. I. pag 46.
974 Otho II. Imperator prædia ablata reſtituit. Tomo I. 49.
976 Othonis II. Diploma, ut præcedens. T. I. pag. 344.
1003. S. Henricus Imp. poſſeſſiones confirmat. Tomo I. 347.
1030 Othelboldus Abbas recenſet per Epiſtolam ad Comitiſſam Flandriæ, ſtatum, reliquias & poſſeſſiones ſui Monaſterii. Tomo I 348.
1167 Philippus Alſatius Comes Flandriæ donat Decimas Ardemburgi & Inſulæ Cadſandiæ. Tomo II. 972.
1187 Præpoſitura de Papinglo ab hac Abbatia dependens dotatur à Rogerio Caſtellano Gandenſi. Tomo III. 62.
1223 Bona & Decimæ de Bouchaut in Brabantia confirmantur à Duce Henrico I. T. III. 83.
1294 Bonifacius VIII. Papa erigit Capitulum Canonicorum Ardemburgi in Flandria, ſub Patronatu Abbatis S. Bavonis. Tomo II. 877.
1507. Julius II. Papa Abbatiam eximit à Jurisdictione Tornacenſis Epiſcopi. T. II 1046.
Vide plura inferius, ſub Titulo Gandavenſis Eccleſiæ Cathedralis.

BEAUREPAIRE, vide infra Belli-reditûs Abbatiam.

BEAUREPAIRE, Prioratus Canonicorum Regularium in Gallo-Flandria, dependens ab Abbatia Ciſonienſi.
1208 Innocentius III. Papa prohibet illic ultra recipi Moniales T. III. 374.
1255 Epiſcopus Atrebatenſis Sororibus amandatis, Canonicos Ciſonienſes ſubſtituit. Tomo II. 1236.

BEECKENSE, Capitulum. Vide Hilvaribecanum.

BEGGINAGIA, in Belgio. Vide ſuis locis
---- Anderlechtenſe.
Antverpienſe.
Ardemburgenſe.
Bredanum.
Brugenſe.
Bruxellenſe.
Cantimpratanum, ſeu Cameracenſe.
Cortiacenſe.
Dieſtenſe.
Duacenſe.
Gandavenſe, majus & minus.
Inſulenſe.
Iprenſe.
Iſendicanum, olim.
Leodienſe.
Lovanienſe.
Namurcenſe.
Silvæducenſe.
Valencenenſe.
Vilvordienſe.

BELLI-LOCI, vulgo Beaulieu, Abbatia Monialium Ordinis S. Auguſtini Duaci.
1224 Honorius III. Papa confirmat ejus fundationem. Tomo III. 387.

BELLINGHE, Prioratus Hannoniæ. Vide infra Cantimpraranam Abbatiam.

BELLOMONTANUM (Beaumont) Monaſterium Dominicanarum Valencenis in Hannonia.
1311 Henricus Imperator illud fundat ac dotat. Tomo II. 1012.

BELLOVACENSE (Beauvais) Capitulum Cathedrale in Gallia.
1023 Confraternitas inter hoc Capitulum & Abbatiam S. Vedaſti Atrebati. Tomo I. 149.

BELLUMPRATUM, (Beaupré) Abbatia Monialium Ciſtercienſium prope Gerardimontem, Diœceſis Mechlin.
1228 Fundatur ab Alida Dominâ Boulariæ. Tomo I. 418.
1229 Dotatur ab eadem. Tomo I 747.
1237 Item à Joanna Comitiſſa. ibid. 754.
1238 rurſum ab Alida Boulariæ Dominâ. Tomo I. 755.
1238 Acquirit Decimam de Santberghe à Capitulo Anderlechtenſi. Tomo II. 994.
1256 Dotatur ab Ægidio de Trazegnies & à Joanna de Nevele. Tomo I. 770.
BELLUM-PRATUM, Abbatia Monialium Ciſtercienſium ad Liſam, in Diœc. Audomarenſi.
1212 Fundatur ac dotatur à Wilhelmo de Bethania Advocato Atrebat. Tomo III. 379.
BELLUM-PRATUM, Abbatia Religioſorum Ciſterc. in Lotharingia.
1150 Fundatur à Folmaro Comite Metenſi. Tomo I. 698.
1710 Suſcipit Obſervantiam Aureæ vallenſem. Tomo II. 1159 in Notis.
BELLUMFAGETUM, (vulgo Beaufaye) Prioratus Canonicorum Regularium prope Leodium.
1123 Henricus Epiſcopus Virdunenſis confirmat ejus fundationem. Tomo II. 816.
1215 Robertus Epiſc. Virdun. ei benefacit. Tomo II. 844.
BELLUS REDITUS, (Vulgo Beaurepaire) Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, Leodii.
1211 Henricus I. Dux Brabantiæ confert ei privilegia immunitatis. Tomo I. 439
1288 Joannes Leodienſis Epiſcopus approbat tranſlationem à Monte S Cornelii in locum de Beaurepaire. Tomo II. 872.
1296 Abbas S. Victoris Pariſ. locum de Beaurepaire, antes Canonicorum Regularium, transfert in Præmonſtratenſes. T. III. 147.
S BENIGNI, Abbatia Canonicorum Regularium, Divione, in Burgundia.
1033 Gerardus vir Illuſtris donat ei Valferel-Curtem. T. I 351.
BERGIZOMENSE, Canonicorum Collegium in Diœceſi Antverpienſi, quod deſiit.
1442 Eugenius IV. Pont. illud inſtituit. Tomo I. pag. 785.
S. BERNARDI ad Scaldim, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium Diœceſis Antverp.
1233 Henricus I. Brab. Dux donat varia prædia in Weſtmalle ad ejus fundationem. Tomo I. 578
1235 Ægidius de Berthaut D. in Berlaer, eam fundat. Tomo I. pag. 115.
1235 Henricus II. Dux confirmat & auget fundationem Tomo I. 751.
1235 Waltherus Berthaut D. Mechliniæ, eidem beneficia præſtat. Ibid.
1243 Henricus II Dux locum S. Bernardi ad Schaldim confert in allodium. T. I. 116.
1244 Waltherus Bertholdus curat Abbatiam transferri in alium locum juxta Schaldim. Tomo I. 763.
1245 Ludovicus Bertholdus D. de Bertaer, donationes à Fratre factas pro fundatione hujus Abbatiæ confirmat. Tomo I. 117
1251 Waltherus Bertholdus, Beatrix D. Ghelle & Henricus de Aſcha benefaciunt. Tomo I. 767.
1256 Ludovicus & Waltherus Bertholdi, aliique plures præſtant beneficia. Tomo I. 769.
1271 Johannes I. Dux Brabantiæ ei benefacit. Tomo II. 664.
1275 Arnoldus D. Bredæ ejuſque uxor Eliſabeth, donat decimas de Gattel, ſylvam de Baerleboſch &c. Tomo II. 865.
1275 Abbas acquirit Jus Patronatûs Begginagii Bruxellenſis. T. III. 611.
1278 Felicitas D. de Hoboken vendit ei Dominium de Puerz. Tomo III. 690.
1291 & 1298 Raſo de Gavera, D Bredæ & Liedekerkæ donationes factas confirmat. Tomo II. 873.
1314 Guilielmus Hannoniæ & Hollandiæ Comes, concedit immunitatem à theloneo per Hollandiam ac Zelandiam. Tomo II. 883.
1330 Joannes III. Brabantiæ Dux hortatur Prælatos Brabantiæ, ut ſuccurrant huic Monaſterio ad ædificationem Eccleſiæ Tomo II. 884.
1561 Plus IV. Papa Abbatiam hanc unit Epiſcopatui Antverpienſi. Tomo I. 476.
BERNENSIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, olim in Diœceſi Sylvæducenſi; modo Vilvordiæ.
1173 Andreas Traject. Epiſcopus confirmat ejus Fundationem per Folcoldum & Beſſelam Bernæ DD. Tomo I. 173
1196 Albertus D. de Dynther eam dotat. Tomo I. 190.
- - - Item Albertus D. Cudicenſis T I. 191.
1231 Acquirit Jus Patronatûs Eccleſiarum de Buſcodacis & Orthen. Tomo III. 91.
S. BERTINI, Abbatia Benedictinorum Audomaropoli.
654 Origo & fundatio ejus. Tomo I. 7.
660 Chlotarius Francorum Rex approbat commutationem variorum locorum per SS. Mommolenum & Bertinum initam. Tomo II 925.
676 Theodericus Francorum Rex ei benefacit. Tomo II. 926.
677 Amalfridus ſubmittit curæ S. Bertini Monaſterium de Honnecourt; quod à Theoderico Rege confirmatur. Tomo II 927.
680 Chlodoveus Francorum Rex concedit immunitatem à veſtigalibus. Tomo II. 928.
700 Childericus Francorum Rex immunitatem aliaque privilegia largitur Tomo II 929.
722 Idem facit Theodericus II. Rex T.I 128.
744 Childericus II Rex benefacit. T. II 929.
771 & 791 Item Carolus Magnus Imp. Tomo I. 495 & 497.
830 Ludovicus pius Imp. dat Privilegia immunitatis. Tomo II. 930.
1096 Urbanus II. Papa Altaria & poſſeſſiones confirmat. Tomo III. 21.
1098 Ida Comitiſſa Bononiæ, dotat. Tomo I. pag. 79.
1100 Clementia Flandriæ Comitiſſa rogat Abbatem Cluniacenſem, ut curam Bertinianæ ſuſcipiat Tomo II. 1147.
1106. Robertus Comes, eandem ſubmittit curæ ſpirituali Abbatis Cluniac. Tomo II. 1150.
1107 Paſchalis II. Papa Altaria &c. confirmat Tomo III. 24.
1110 Fundatai Prioratus S. Præjecti in Artheſia per Epiſcopum Atrebat. modo S. Bertino ſubjectus. Tomo II. 1313.
1112 Balduinus & Clementia Comites confirmant Abbati Cluniac. regimen S. Bertini. Tomo II. 1153.
1119 Calixtus II. Papa antiquas ac novas donationes confirmat. Tomo III. 32.

1119 Balduinus Comes Flandriæ ſuam hic elegit ſepulturam. Tomo III. 313.
1122 Euſtachius Boloniæ Comes, terram Merckenſem quæ hujus Abbatiæ eſt, ab omni exactione liberat. Tomo I. 84.
1190 Prioratus S. Præjecti ab hac Abbatia dependens Tomo III. 360.
1190 Philippus Comes Flandriæ privilegia confirmat, atque benefacit Præpoſituris de Poperinga & Arcques. Tomo II. 1333.
1209 Alciacenſis Abbatia per Innocentium III. Papam declaratur Bertinianæ ſubjecta. T. III. pag. 375.
1224. Epiſcopus Morinenſis conſtituit Caleti in Gallia tres Parochias, ſub Patronatu hujus Abbatiæ. Tomo III. 386.
1239. Guilielmus Caſtellanus Audomar. tranſigit cum Abbate Tomo I. 756.
1248 Controverſia inter Epiſcopum Tornacenſem & Abbatem, circa Prioratum de Cokelaere, dirimitur. Tomo II. 1228.
1560 Pius IV. Pont. decimas ac Jura Patronatûs Abbatiæ Bertinianæ ſub Diœceſi Brugenſi, annectit Menſæ Epiſcopali ibidem. T. II. 903.

BERTREYE, Prioratus Ordinis Cluniacenſis in Gallo-Brabantia, nunc deſtructus.
1124 Epiſcopus Leodienſis fundationem ejus confirmat. T. I. 374. Tomo III. 325.
1560 Unitur à Pio IV. Pont. novo Epiſcopatui Namurcenſi. Tomo II. 1085 & 87.

BETHLEEM, Epiſcopatus, olim in Paleſtina, nunc in Gallia.
1110 Balduinus, Rex Jeroſolimit. Frater Godefridi Bullionii, hunc Epiſcopatum erigit. Tomo III. 317.

BETHUNIENSE, Capitulum Canonicorum in Diœceſi Atrebatenſi.
1000 Robertus I. Bethuniæ D. illud fundat ac dotat. Tomo II. 945.
1209 & 1212 Daniel Advocatus Atrebat. fundat Cantoriam, ac duas Præbendas Diaconales. Tomo III. 381.
- - - Series Præpoſitorum. Ibid. pag. 382.

BEVEREN, in Waſia, Guilielmitæ.
1461 Ex Hoſpitali erigitur Monaſterium Guilielmit. per Chriſtophor. de Villain. Tomo III. 203.

BIERBEECK, olim Prioratus Benedictinorum juxta Lovanium, ſub Abbatia S. Nicaſii Rhemenſis.
1561 Pius IV. Papa, eundem ſupprimit, ac bona annectit S. Facultati Theologicæ Lovan. T. II. 1093.

BIGARDIA MAJOR, Abbatia Benedictinarum nobilium juxta Bruxellam
1133 Godefridus Barbatus Brab. Dux eam fundat. Tomo I. 98.
1145 Ab eodem Duce amplius dotatur. T. III. pag. 44.
1242. Epiſcopus Cameracenſis eam eximit à juriſdictione Abbatis Affligem. Tom. III. 406
1548 Paulus III. Pont. è Prioratu erigit Abbatiam. Tomo III. pag 643.

BIGARDIA MINOR, Prioratus Benedictinarum, apud Bruxellam
1232 Fundatur à Johanne de Monte, primùm pro Monialibus Ciſtercienſibus. Tomo I. 410.
1238 Godefridus de Lovanio, filius Ducis Brabantiæ, ei benefacit. Tomo I. 411.
1251 Idem ſimiliter. pag. 423.
1258 Qui illud tranſferi in Parochiam Leeuwenſem S. Petri. Tomo II. 997.
1259 Acquirit Decimam apud Hallas Tomo I. pag. 771.

BILOKA, Abbatia Monialium Ciſtercienſium Gandavi.
1198 Balduinus Comes Flandriæ dotat Cluſam Gandavi, ubi dein fuit Biloca. Tomo III. 68.
1228 Facta repartitione duorum Hoſpitalium Gandavi, unum datur Monialibus de Biloka, alterum Dominicanis, pro erectione ſui Monaſterii. Tomo III. 88.
1228 Per Comitem Flandriæ erigitur, & Ordini Ciſterc. incorporatur. Tomo III. 584.
1229 Ex Abbatia Noviboſchi propagatur Bilocana. Tomo III. 581.
1230 Hugo Caſtellanus Gandenſis eam dotat. Tomo III. 92.
1243 Numerus Monialium augetur ad XL. Tomo III. 593.
1243 Acquirit Decimam de Aſſenede. Tom. III. pag. 423.
1254 Gerardus & Hugo Caſtellani Gandenſes eam dotant. Tomo II. 999.
1263 Margareta Comitiſſa ſibi fundat anniverſarium Tomo III. 123.

BINCHIENSE, Capitulum Canonicorum in Diœceſi Cameracenſi.
1150 Eugenius III. Papa confirmat Abbatiæ Lobbienſi Eccleſiam S. Urſmari & jus Patronatûs Præbendarum. Tomo II. 1169.
1409 Epiſcopus Leodienſis tranſferi hoc Capitulum ab Eccleſia S. Urſmari Lobbiis, ad eam B. M. V. Binchiæ. Tomo II. 1033.
1410 Johannes XXIII tranſlationem Capituli ac Reliquiarum confirmat. T. II 1034.

BLANDINIENSIS, Abbatia Benedictinorum. Vide S. Petri Gandavi.

BLANGIACENSIS, Abbatia Benedictinorum in Artheſia.
1031 A Roberto traditur Abbati Fiſcanenſi in Gallia. Tomo II. 1130.
1031 Abbas Fiſcan. illic conſtituit Abbatem. Ibid.
1141 Hugo Candaveine Comes S. Pauli confirmat jura Abbatis Fiſcanenſis in Blangiacenſes. Tomo III. 332.

BLENDECQUE, Abbatia Monialium Ciſterc. in Diœceſi Audomarenſi
1186 Epiſcopus Morinenſis approbat ejus fundationem Tomo II. 1190.
1186 Item Philippus Comes Flandriæ T. III. 575
1207 Innocentius III. Pont. confirmat Altaria & poſſeſſiones. Tomo III 371.
1223 & 1244 Fundatio Abbatiæ de Bounham, quæ poſtmodum fuit incorporata Blendeccæ. Tomo III. 385.

BLEYENBERGH, Monaſterium Monialium Ord. S. Auguſt. Mechliniæ.
1260 Waltherus Berthaut ei benefacit. Tomo I. 771.

BOGAERDE, Abbatia Ciſtercienſium, per quoſdam erecta prope Furnas, in Flandria.
1683 Per ſententiam Ludovici XIV Regis ſupprimitur, & Abbas exauctoratur. T. III. 501.

BOLONIENSE, Capitulum Cathedrale in Gallia.
1159 Alexander III. Papa prohibet illic erigi Epiſcopatum. Tomo II. 1174.
1228 Ferrandus & Johanna Comites Flandriæ illi Eccleſiæ benefaciunt Tomo III. 678.
1566 Erigitur tandem Epiſcopatus per S. Pium V. Papam. Tomo II. 1102.

BONÆ-SPEI, Abbatia Præmonſtratenſium in Hannonia.
1127 Fundatur per Reinardum de Croix & Beatricem conjuges, probante Burchardo Epiſc. Camerac. Tomo III. 35.
1141 Innocentius II. Papa Fundationem confirmat. Tomo III. 331.
1150 Balduinus Comes confirmat bona acquiſita & acquirenda. Tomo III 338
1166 Fredericus Imp. Privilegia largitur. ib 345.
1172 Acquirit Jus Patronatûs Eccleſiæ de Thorembais S. Tron. ibid. 572.
1187 Item Altare de Gentines Diœceſis Namurc. Tomo III. 356.
1196 Item Jus Patronatûs de Chaumont, ubi Abbas titulum Comitis obtinet. ibid 577.
1300 Acquirit Jus Patronatûs ac decimas de Eyſinghen, Diœceſis Mechlin. ibid. 149.
BONEFFIA, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſ. in Diœceſi Namurc.
1231 Fuerunt illic olim Moniales Ciſtercienſes quarum pars manſit Boneffiæ, pars altera receſſit in Lotharingiam. Tomo II. 1216.
1232 Epiſcopus Leodienſis donat his Monialibus decimam loci de Boneffe. T. II. 1220.
1245 Innocentius IV. Papa confirmat bona illius. Tomo II. 1226.
1413 Monialibus ſuccedunt Religioſi Ciſtercienſes Tomo III. 174.
1427 Fundatio Beggingii Namurcenſis, quod modo eſt refugium Boneffienſe T. II. 1256.
BONI-INFANTES, olim Domus Scholarium Bruxellis.
1377 Fundantur per Johannem t'Serclaes Epiſcopum Cameracenſem. Tomo I. 783.
BONI-INFANTES, olim Sylvæducis.
1401 Fundantur per Henricum Buck Canonicum Sylvæduc. Tomo III. 442.
BORCHLOEN, Capitulum. Vide Loſſenſe.
BORNHEMIENSIS, Prioratus Benedictinorum ſub Abbatia Affligem. ſitus in Diœceſi Gandavenſi.
1101 Fundatur Abbatia pro Canonicis Regularibus à Wenemaro Caſtellano Gandenſi. Tomo I. 168.
1101 Approbatur ab Epiſcopo Camerac. ibid.
1105 Paſchalis Papa fundationem Abbatiæ confirmat. Tomo I. 519.
1112 Item Odo Camerac. Epiſcopus. T. I. 371
1120 Epiſcopus Camerac. eam tradit & unit Monaſterio Affligemienſi. Tomo I. 170
1121 Calixtus II. Papa unionem confirmat. Tomo I. 171.
1250 Bornhemienſis terra venditur Comitiſſæ Flandriæ. Tomo I. 422.
1333 Comes Flandriæ relevat feudum Bornhemienſe ab Epiſcopo Leodienſi. Tomo III. 161.
BOUNHAM, olim Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Arthefia, dein unita Abbatiæ de Blendecca.
1223 A Beatrice Giſnenſi Comitiſſa fundator. Tomo III. 385.
1244 A Balduino ejus filio dotatur. ibid.
BOURBURGENSIS, Abbatia Benedictinarum, Diœceſis Audomar.
1120 Manaſſes & Emma Comites Ghiſnenſes, eam fundant ac dotant apud Ghiſnas. Tomo II. 1156.
BOXTELLENSE, Capitulum Canonicorum, Diœceſis Sylvæduc. quod deſiit.
1439 Boxtella, olim Feudum Imperii, annectitur Ducatui Brabantiæ Tomo III. 450.
1493 Henricus de Ranſt, & Henrica de Haeſten, conjuges, DD. Boxtellæ, fundant ibidem Capitulum S. Petri. Tomo I. 466.
1493 Epiſcopus Leodienſis illud confirmat. Tomo II. 1266.
1503 Init Confraternitatem cum aliis Capitulis Majoratûs Sylvæduc. Tomo III. 222.
BRAELLA, (Aulnai-lez-Braelle) Abbatia Monialium Ciſtercienſium, Diœceſis Atrebatenſis.
1196 Fundatur ab Adela D. de Harnes. Tomo I. 557.
1204 Epiſcopus Atrebat. confirmat fundationem. Tomo III. 367.
1233 Gregorius IX. Papa committit Abbatiſſæ curam inchoandi Abbatiam de Barbarinſart apud Tornacum. Tomo III. 397.
1262 Atrebatenſis Epiſc. transfert eam in locum commodiorem. Tomo III. 367.
BREDANUM, B. M. Canonicorum Capitulum, Diœceſis Antverpienſis, quod deſiit.
1303 Fundatur à Raſone Bredæ D. T. I. 444.
1388 Joannes D. Bredæ & Leccæ fundat præbendam. T. I. 784.
1505 Confraternitas inita cum aliis Capitulis Brabantiæ. Tomo III. 222.
1562 Statut Capituli tempore tumultuum Belgicorum. Tomo III. 489.
- - - Series Decanorum. Ibidem.
BREDANUM Begginagium, hodiedum ſubſiſtens.
1266 Henricus Bredæ D. Begginas. ibidem dotat Tomo I. 773.
1270 Epiſcopus Leodienſis earum Inſtitutionem confirmat. Tomo III. 127.
BREDANA Commendaria Ord. Melit. cum variis bonis in Diœc. Sylvæduc.
1184 Gerardus D. de Duffle multa bona prope Turnhautum largitur. Tomo II. 1332.
BREDENE, Prioratus Benedictinorum olim jonta Oſtendam, in Flandria.
1200 Tornacenſis Epiſcopus de miſero ſtatu illius conqueritur. Tomo III. 364.
BRIGITTINI, ac Brigittinæ in Belgio.
1623 Archiepiſcopus Mechlin. concedit licentiam inchoandi Monaſterium Bruxellenſe. Tomo III. 657.
1643 Urbanus VIII. Papa, decernit Erectionem Monaſteriorum ſimplicium hujus Ordinis in Belgio. Tomo III. 495.
- - - Catalogus Monaſteriorum. 497.
BRONIENSIS, Abbatia Benedictinorum. Vide S. Gerardi.
BRUGENSE Capitulum Cathedrale S. Donatiani.
842 Ebo Remenſis Archiepiſc. mittit corpus S. Donatiani ad Comitem Flandriæ. T. I. 22.
961 Fundatur Capitulum ab Arnulpho Comite pro XII. Canonicis. Tomo I. 43
1089 Præpoſitus creatur perpetuus Flandriæ Cancellarius. Tomo I. 359 & T. III. 566.
1090 Raibodus Epiſcopus Tornac. confirmat Privilegia hujus Eccleſiæ. Tomo III. 19
1101 &c. Altaria de Uytkercke, Dudzeele, Zuenkercke, Swevenzeele, Ruddervoorde &c. per varios Epiſcopos conceduntur. Tomo III 313.
1101 Robertus Comes dat Privilegium libertatis. Tomo II. 1148.
1110 Paſchalis II. Papa confirmat Altaria & poſſeſſiones Præpoſituræ S. Donatiani. T. III. 26.

1115 Berthulphus Præpoſitus compenſat damna à ſe illata. Tomo III. 30.
1146 Eugenius III. Papa confirmat ejus poſſeſſiones. Tomo III. 44.
1183 Philippus Comes dat ei Privilegia. Tomo I. pag. 716. Tomo II. 1188. Tomo III. 62.
1187 Fundatur Capella S. Cruoris, cum IV. Capellanis. Tomo I. 552.
1194 Margareta Comitiſſa fundat tres Canonicatus. Tomo I. 556.
1215 Diviſio quarumdam Præbendarum. Tomo III. 78.
1218 Joanna Comitiſſa benefacit. T. I. 739.
1225 Eximitur Capitulum à Juriſdictione Epiſcopi Tornacenſis. Tomo II 989.
1231 Actu in Synodo Remenſi, pro hoc Capitulo, contra Comitem Flandriæ. T. III. 90.
1232 Joanne Comitiſſa Juriſdictionem Præpoſiti & Capituli confirmat. Tomo II. 1218.
1236 Admiſſio Prædicatorum Brugis per Capitulum. Tomo III. 100.
1237 Morinenſis Epiſc. confirmat Eccleſias hujus Capituli in ſua Diœceſi. Tomo II. 1225.
1238 Conventio inter Eccleſias Brugenſem & Inſulenſem. Tomo III. 101.
1241 Cancellarii dignitas confirmatur. T. I. 421.
1265 Admiſſio Carmelitarum Brugis per Capitulum. Tomo III. 417.
1368 Philippus Arboſius Tornac. Epiſc. fundat hîc unam Præbendam Tomo II. 1327.
1461 Pius II. Papa prohibet Præbendas onerari penſione reali. Tomo III. 202.
1469 Carolus Audax donat Præpoſituræ Inſulam de Schelluck. Tomo III. 608.
1560 Erigitur Epiſcopatus Brugenſis, ejuſque Eccleſia Cathedralis. Tomo II. 903.
- - - Epiſcoporum ſeries. ibid. 912.
1560 Bulla Unionis Abbatiæ Thoſanæ Ordinis Ciſtercienſis cum Epiſcopatu. Tomo III. 238.

BRUGENSE, Capitulum Canonicorum B. M. V.
1070 Gregorius VII. Papa monet Tornacenſem Epiſcopum, ut hanc Eccleſiam reſtituat Juriſdictioni Ultrajectenſis Epiſcopi. T. II. 949.
1091 Radbodus Epiſcopus Tornac. erigit Collegium Canonicorum cum Præpoſito. Tomo II. pag. 956.
1101 Baldericus Epiſcopus, amotis Monialibus ſubſtituit Canonicos. Tomo II. 955.
1106 Paſchalis II. Papa erectionem Capituli confirmat. Tomo II. 957.
1116 Godebaldus Epiſcopus Ultrajectinus Eccleſiam hanc ſibi revendicat; & conſtituit, Præpoſitum eligi debere è Canonicis Eccleſiæ Ultraject. T. II. 961.
1122 Epiſcopus Tornacen. reſtituit hanc Eccleſiam juriſdictioni Epiſcopi Ultraject. T. II. 963.
1184 Lucius III. Papa poſſeſſiones ejus confirmat. Tomo II. 977.
1240 Erectio Parochiæ S. Ægidii Brugis. Tomo III. 588
1270 Erectio Parochiæ S. Catharinæ. Tomo III. pag. 604.
1296 Acquiſitio Decimæ de Siſſeele ab Abbatia Viconienſi. Tomo III. 118.
1474. Prodigioſe probatio Ligni S. Crucis, quod hîc aſſervatur. Tomo II. 1041?
1481 Sixtus IV. Papa erigit Decanum, Cantorem, Theſaurarium & quinque Canonicatus. Tomo III, 216.
- - - Tumbæ inſignes in hac Eccleſia. Tomo III. pag. 214.

BRUGENSE, Capitulum Canonicorum S. Salvatoris.
1235 Waltherus Epiſcopus Tornac. condit Statuta pro Beneficiatis hujus Eccleſiæ. Tomo III pag. 97.
1239 Capella S. Welburgis Brugis, ſub hoc Patronatu, in Parochiam erigitur. T. II. 994.
1501 Petrus Quicke, Tornac. Epiſcopus erigit Capitulum Canonicorum. Tomo II. 1271.
1518 Erectionem hanc confirmat Ludovicus Tornacenſis Epiſcopus. Tomo II. 1272.
1600 Epiſcopus Brugenſis numerum Canonicorum a XX. ad XII. reducit. T. II. 1108.

BRUGENSIS Capella Sacri Cruoris, ſeu S. Baſilii.
1187 Philippus Comes Flandriæ confirmat & ampliat fundationem hujus Capellæ. T. I. 552.
1245 Ordinatio Capituli S. Donatiani pro Capellanis S. Baſilii. Tomo III. 112.
1310 Clemens V. Papa teſtatur veritatem hujus S. Cruoris, tunc adhuc liqueſcentis. T. III. pag. 156.
1388 Viſitatio ſolemnis S. Cruoris, per Adminiſtratorem Eccleſiæ Tornacenſis. Tomo II. pag. 1029.

BRUGENSES Auguſtiniani.
1275 Fundantur per Joannem D. de Giſtella. Tomo I. 774.

BRUGENSE Begginagium.
1185 &c Variorum liberalitate inſtituitur ac dotatur. T. I. 717.
1241 &c Joanna & Margareta Comitiſſæ Flandriæ ſpecialem Protectionem concedunt. Tomo III. 592.
1264 Margareta Comitiſſa benefacit. T. III. 123.
1270 Epiſcopus Tornac. præcedentes fundationes confirmat. Tomo II. 1005.

BRUGENSES, Bogardi olim. Vide infra *Staet-yſers-Broeders*.

BRUGENSES Carmelitæ.
1265 Admittuntur in urbem, ſub certis conditionibus. Tomo III. 417.

BRUGENSIS Carthuſia.
1279 Hoſpitale Sororum S. Oberti Brugis erigitur; modo extinctum, & domicilium Carthuſianorum. Tomo III. 137.
1318 Erectio Carthuſiæ juxta Brugas, conſentiente Capitulo S. Donatiani. T. III. 431.

BRUGENSES, Clariſſæ divites.
1266 Margareta Comitiſſa iis benefacit. Tomo III. 116.

BRUGENSES Dominicani.
1233 Joanna Conſtantinop. Flandriæ Comitiſſa eos fundat ac dotat. Tomo I. 310.
1236 Conditiones ſub quibus à Capitulo S. Donatiani admittuntur. Tomo III. 100.
1272 Prior præſentat ad Curam Begginagii Brugenſis. Tomo III. 592.

BRUGENSES Guilielmitæ.
1462 Margareta Comitiſſa iis benefacit. T. III. 122.

BRUGENSE Hoſpitale majus.
1228 & 1233 Donatio Decimæ de Hauthave, & fundatio Joannæ Comitiſſæ Flandriæ. T. III. 93.

BRUGENSES Jeſuitæ. Vide *Zoetendaele*.

BRUGENSIS Schola Bogardica.
1290 Status ejus antiquus, & leges FF. Bogardi præſcriptæ. Tomo III 145.

BRUGENSIS Franconatus.
1224 Ejus Origo. Tomo III. 85.
1234 Incolæ Franconatûs liberantur à ſervitute dicti *t'Beſtethoft*. Tomo III. 96.
1361 Ludovicus Comes concedit Privilegie Frenconatenſibus. Tomo III. 167.

BRUXELLENSE Capitulum Canonicorum S. Gudilæ.
1047 Fundatur per Lambertum Duc. Brab. T. I. 57.

1072 A Cameracenſi Epiſcopo libertate donatur, Tomo I. 58.
1127 Acquirit Altaria de Etterbeeck & Weſembeeck. Tomo I. 683.
1134 Acquirit Altare de Melsbroeck. T. I. 99.
1174 Alexander III. Papa confirmat bona ac privilegia Tomo II. 1179.
1208 Acquirit Decimas de Haren. T. I. 570.
1220 Viſitatio Eccleſiæ per Archiepiſcopum Remenſem. Tomo II. 989.
1226 Henricus I. Brabantiæ Dux fundat Capitulum unius X. Canonicorum. T. I. 200.
1248 Acquiſitio Juris Patronatûs in Hoylaer. Tomo I. 766
1257 Una ex Præbendis datur Præpoſito Montis-Frigidi Bruſellis. Tomo II. 1001.
1275 Electio ad duas Præbendas conceſſa Capitulo, pro Jure Patronatûs Begginagii. Tomo III. 130 & 615.
1444 Confœderatio hujus Capituli cum aliis Diœceſis Camerac. Tomo II. 1263.
1509 Juramentum Alberti & Iſabellæ Principum Belgii, pro Privilegiis hujus Eccleſiæ. Tomo I. 624.
1605 Iidem augent proventus majorum Præbendarum. Tomo I. 625.
1621 Erectio Parochiarum Frigidi-Montis & S. Nicolai Bruſellis. Tomo III. 267.

BRUXELLENSE Begginagium.
1254 Hugo, S. R. E. Cardinalis, Legatus Apoſtolicus, Beginis Protectionem concedit. Tomo II. 998.
1271 Joannes I. Brabantiæ Dux Begginagium in protectionem ſuſcipit, eique ſtatuta præſcribit. Tomo II 1006.
1275 Jus Patronatûs per Capitulum S. Gudilæ transfertur in Abbatem S. Bernardi ad Schaldim. Tomo III. 611.
1303 Joannes III. Dux Brabantiæ iiſdem benefacit Tomo II. 1015.

BRUXELLENSIS Carthuſia.
1308 Erigitur à Magiſtratu Hoſpitale S. Nicolai, ejuſque cura traditur FF Saccitis. Bona autem dein ceſſerunt Carthuſianis. Tomo III. pag. 153.
1454 Prior Generalis Majoris Carthuſiæ concedit licentiam, erigendi Carthuſiam in Scheut juxta Bruxellam. Tomo III 195.
1456 Fundatur ac dotatur per Magiſtratum, eique conceduntur bona FF. Saccitarum. Tomo III 196.
1458 Pius II. Papa Fundationem confirmat Tomo I. 231.

BRUXELLENSES Clariſſæ, vulgo *Rycke-Claeren.*
1345 Guilielmus de Duvenvoirde Monaſterium per Patrem ſuum fundatum dotat. Tomo I. 450.

BRUXELLENSES Dominicani.
1459 Calixtus III. Papa confirmat Fundationem Conventûs, factam per Iſabellam Luſitanicam Philippi Boni Ducis Viduam. Tomo I. 457.

BRUXELLENSE Hoſpitale S. Joannis ad lacum.
1131 Eccleſiam S. Joannis ad lacum, totius Urbis antiquiſſimam, ipſe conſecrat Innocentius II. Pont. Tomo I. 94.
1211 Epiſcopus Cameracenſis Fratribus & Sororibus hujus Hoſpitalis à Duce Brabantiæ fundati, Statuta præſcribit. Tomo III. 609.
1448 Nicolaus V. Papa curam ejus committit Magiſtratui Bruſellenſi Tomo II. 1365.
De aliis ibidem Monaſteriis, Caudenberg Abbatia, item Anglarum Monialium, Brigittinarum, Carmelitarum Diſcalceatarum, S. Gertrudis, S. Petri, S. Nicolai Hoſpitalis, S. Mariæ Magdalenæ, Saccitarum &c. vide ſub ſuis titulis.

BRUXELLENSES Res Civiles.
1234 Privilegium Ducis Henrici I. pro conſtitutione Magiſtratûs. Tomo III. 96.
1306 Joannes II. Brabantiæ Dux, amotis plebeis Magiſtratibus, Patricios reſtituit. Tomo I. 779.
1312 Idem Dux inſtituit Conſilium Brabantiæ in Cortemberga, quod modo Bruxellis eſt. Tomo II. 1013.
- - - Series Cancellariorum. ibid. 1014.
1418 Bulla Martini V. Papæ, pro immunitate Eccleſiaſtica, ſive azylo, ad Magiſt. Bruxellenſem. Tomo III. 181.
1465 Ordines Brabantiæ recognoſcunt Carolum Audacem Philippi Boni Ducis filium, in hæredem Tomo II. 1348. & ſequentibus.
1585 Reconciliatio Bruxellenſium, cum ſuo Rege & Fide Catholicâ. Tomo II. 1307.

BULLONIENSIS S Petri Prioratus, in Diœceſi Leodienſi.
1094 Godefridus Bullionius, primus Jeroſolymæ Rex eundem copioſius dotat. Tomo I. pag. 76.
1127 Archiepiſcopus Remenſis Caſtrum Bullonienſe concedit in feudum Epiſcopo Leodienſi. Tomo I. 682.

BUSCODUCENSE, Capitulum Canonicorum Cathedrale. Vide infra Silvæducenſe.

C.

CALFVOORT, olim Monaſterium Monialium, ſub Parochia de Puers, Diœceſis Mechlinienſis. Vide infra, Mechlinienſe Seminarium.

CAMBERONA (Cambron) Abbatia Religioſorum Ordinis Ciſterc. in Hannonia.
1152 & 1153 Nicolaus Epiſcopus Camerac' donat Altare Parochiæ de Cambron. T. II. pag. 1171.
1156 Balduinus Comes Hannoo. confirmat fundationem Abbatiæ factam ab Anſelmo de Peroua. Tomo II 1173.
1172 Alexander III. Pont. confirmat poſſeſſiones Tomo II. 1176.
1269 Margareta Comitiſſa Flandriæ concedit magnam partem terrarum prope Huiſtum in Flandria, ac ſignanter in Stoppeldyck, ubi olim Prioratus. Tomo III. 602.

CAMERA, Abbatia Monialium Ciſterc. juxta Bruxellas.
1201 Henricus I. Brabant. Dux ejuſque conjux Mathildis eam fundant. Tomo I. 400.
1202 Epiſcopus Cameracenſis fundationem confirmat. Tomo I. 401.
1207 Henricus I. Brabantiæ Dux, Leonius de Bruxella & Oliverius de Sotteghem eam dotant. Tomo I. 733.
1224 & ſeqoentibus. Henricus II. Dux ei benefacit. Tomo I. 419 & 420 & T. III. 84.
1229 Gregorius IX. Papa, Leonius de Bruxella, Waltherus de Az, Alix de Boulaere, aliique eam dotant. Tomo I. 745.
1245 Capitulum Aquiſgranenſe Decimas Vilvordienſes tradit in firmam perpetuam huic Abbatiæ. T. I. 581 & 582.
1252 Innocentius IV. Papa confirmat conceſſiones Altaris ac decimarum in Vilv. T. III. 112.

CAMERACENSE Capitulum Metropolitanum.
640 Dagobertus Francorum Rex ei benefacit. Tomo III. pag. 1.
817 Item Ludovicus I. Imp. Tomo II. 930.
885 Macarius Comes ejusque conjux Gondrade plurima bona eidem largiuntur. Tomo II. pag. 935.
894 Arnulphus Rex Lotharingiæ ei benefacit. Tomo II. 936.
909 Item Carolus simplex Franc. Rex. T. II. pag. 937.
940 Item Otho I. Imper. T. II. 1127.
983 Item Otho II. Imp. T. II. 1128.
996 Gregorius V. Papa possessiones ejus in Concilio Romano confirmat. T. III. 10.
1089 Gerardus II. Episcopus donat quædam allodia Ecclesiæ suæ. Tomo I 75.
1142 Innocentius II. Papa confirmat possessiones hujus Ecclesiæ. T. II. 1163.
1146 Item Conradus II. Imp. T. I. 180.
1153 Item Fredericus I. Imp. T. I. 182.
1189 Philippus Comes Flandriæ pacisci tur cum hac Ecclesie, de Protectione, intuitu Gavalli (*Droit de Gaveine*) annuatim recipiendi Tomo II. 1192
1197 Henricus I. Brab. Dux donat Altare de Branie-Allodii in Gallo Brabantiæ. T. III 66.
1240 Acquirit à Comite Hannoniæ dominium in villis de Ouveing & Quaroube. T III. 403.
1264 Acquirit Jus Patronatûs ac decimas in Parochiis de Waevere, juxta Mechliniam. Tomo III. 415.
1265 Nicolaus Episcopus fundat sibi Anniversarium, item Domum Presbyterorum emeritorum Cameraci. Tomo III. 416.
1361 Petrus de Andrea Episc. sustitnit in Ecsia sua XVI. Præbendas Sacerdotales. Tomo II. 1243.
1377 Carolus V. Imp. committit Protectionem hujus Ecclesiæ, Episcopo Leodiensi, Duci Brabantiæ, Comitibus Flandriæ & Hannoniæ &c. Tomo II. 1244.
CAMERACENSIS Archiepiscopatus.
1001 Otho III. Imp. concedit Episcopo mercatum, & jus cudendæ Monetæ in Castello Cameracesi. Tomo I. 148.
1007 S. Henricus II. Imp. donat Episcopo Comitatum Cameracensem. T. I. 148.
1510 Maximilianus I. Imp. creat Jacobum de Croy Episcopum Ducem Camerac. T. I. 234.
1550 Carolus V. Imp. præfecturam Arcis Cameracensis, titulo Burggraviatûs filio suo Philippo concedit; sed absque præjudicio Jurium Episcopi & Ecclesiæ. T. II. 1296.
1559 Pius IV. Papa Ecclesiam hanc adhuc Cathedralem, etimit à jurisdictione Remensis Archiepiscopi, subjiciens eam immediatè S. Sedi Tomo III. 467.
1561 Pius IV. Papa Episcopatum Camerac. erigit in Archiepiscopatum, cum IV. Suffragineis T. II. 1350.
- - - Series Archiepiscoporum Camerac. Ibid.
CAMERACENSE, Capitulum Collegiatum Sti. Gaugerici.
947 Abbatia S. Gangerici, ab Otthone I. Imperatore confertur Fulberto Episcopo. T. II. 938.
1550 Carolo V. extruente arcem Cameraci, horum Canonicorum Ecclesia destruitur. Tomo II. 1296.
CAMERACENSE, Capitulum Canonicorum Stæ. Crucis.
1071 Fundatur ab Elleboldo Rubro Viro Nobili. Tomo II. 950.
CAMPUS-VETUS, Abbatia Religiosorum Cistercienſium, in Diœcesi Colonienſi.
1122 Fundatur ac dotatur à Friderico Archiepisc. Colon. T. I. 275.
1254 Dotatur à Gerardo de Steynhuys Viro Nobili. T. I. 424.
CANTIMPRATUM, Abbatia Canonicorum Regulerium, olim juxte Cameracum, modo apud Hallas Hannoniæ.
1182 Ecclesia Bellingheusis prope Hallas, ei subjicitur & annectitur. T. I. 715.
1183 Rogerius Episcopus Camerac. donat fundum ad construendam Abbatiam in Cantimprato. T. I, 716.
1186 Hugo de Oisy Castellanus Camer. aliique eidem benefacinnt. T. I. 718.
1202 Item Joannes D. de Montmirail. T. I. 730.
1202 & 1207 Item Aden D. de Walaincourt, & Alardus D. de Antoing. T. I. 732.
1214 Abbatia Monialium de Premaco Cameraci eximitur à Jurisdictione hujus Abbatis, & à communione bonorum ec proventuum. T. II. 1211.
1215 Engelbertus D. Angiæ dotat Cantimpratum. T. I. 737.
1224 Idem dotat Prioratum de Bellinghen. Tomo I. 741.
1243 & sequent. Quidam Augiæ DD. item Aelidis D. Aldenardæ eidem benefacinnt. Tomo I. 752
CANTIPRATANUM Begginagium, olim extra, nunc intra Cameracum.
1235 & sequent. Godefridus Cameracensis Episcopus, Gregorius IX. Pspa, & S Ledovicus IX. Galliæ Rex protectionem ei largiuntur. Tomo III. 39.
CAPELLA B. M. V. Parochia ac Præpositura Benedictinorum, Bruxellis.
1134 Godefridus Barbatus Brabant. Dux erigit hanc Præposituram, eamque subjicit Abbati S Sepulchri Cameraci. T. I. 174.
1138 Camerac. Episcopus fundstionem confirmat, ac donat Altaria de Dworpe & Ruysbroeck. T. I. 687.
1141 Godefridus II. Brab. Dux fundationem parentis sui probat & ampliet. T. I. 690.
1210 Capelle B. M. in Parochialem Ecclesiam erigitur. T. II. 986
1493 Cameracensis Episcopus visitet ibidem Corporale miraculosum, J. C. Sanguine tinctum. T III 635.
CAPELLA, olim Abbatia Benedictinorum in Diœcesi Morinensi.
1100 Eustachius Comes Bolonienſis fundationem ejus à parentibus inchoatam epprobat & euger. Tomo II. 1311.
CAPPENBERGH, Abbatia Canonicorum Præmonstratensium in Diœc. Colonienſi.
1123 Henricus IV. Imp. confirmat fundationem ejus inchoatam à Godefrido & Otthone Comitibus de Cappenberg, ejusque traditionem S. Norberto, necdum tunc Episcopo. Tomo III. 324.
1163 Idem confirmat Theodericus Comes Cliviæ. Ibidem.
CAPRIMONTENSE, (vulgo *Chevremont*) olim Cepitulum Canonicorum, Diœcesis Leodiensis.
910 Ludovicus Lotharingiæ Rex donat ei Villam Mortariam. T. I. 253.
947 Otho I. Imperator varie prædia largitur Tomo I. 504.
972 Idem Otho I. eandem Ecclesiam donat ac submittit Capitulo Canonicorum B. M. Aquisgranensi. T. I. 506.

CA-

CAROFENSIS, (vulgo *Charroux*) Abbatia Benedictinorum in Gallia, Diœcesis Pictavienſis.
1084 Balduinus & Adela Comites Giſnenſes donant huic Abbatiæ bona plurima, ad excitandam Abbatiam Andrenſem, etiam Benedictinorum, in Diœceſi Teruanenſi. T. I. 354.
1254 Abbatia Hamenſis Benedictinorum in Artheſia, eximitur à Juriſdictione Caroſſenſium. Tomo III. 411.
CARI-CAMPENSIS (vulgo *Ceriamp*) Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Artheſia, Diœceſis Ambianenſis.
1137 Hugo Candavene Comes S. Pauli eam fundat, probantibus Epiſcopis Morinenſi & Ambianenſi. Tomo II. 819.
CARMELITÆ in Belgio.
1648 Breve Innocentii XII. Pont. de antiquitate hujus Ordinis. Tomo III. 275.
CARMELITANÆ Virgines Diſcalceatæ Bruxellis.
1611 Paulus V. Papa refert & confirmat Fundationem Princ. Alberti & Iſabellæ. T. III. 646.
Acceptatio Fundationis ex parte Monialium Tomo III. 655.
CARTHUSIANORUM Monaſteria in Belgio. Tomo III. 206. & 432. Item vide Antverpienſe, Brugenſe, Bruxellenſe, Delphenſe, Neoportuenſe, Ruremundanum, Silvæducenſe, Silvæ S. Martini, Vallis S. Petri, & Zeelhemienſe, ſuis locis.
CASLETENSE, (*Caſſel*) Capitulum Canonicorum S. Petri, in Diœceſi Iprenſi.
1085 Robertus Friſius fundat Collegium XX. Canonicorum. Tomo II. 1137.
1085 Philippus I. Franciæ Rex fundationem confirmat. Tomo II. 1138.
1141 Arch epiſcopus Remenſis privilegia ac poſſeſſiones ejus confirmat. Tomo II. 1162.
1177. Idem facit Philippus Alſatius Comes. Tomo II. pag. 1182.
1218 Item Adam Epiſc. Morinenſis. ibid. 1213.
CASTELLUM DEI, (*Chateau-l'Abbaye*) Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, Diœceſis Atrebatenſis.
1141 Aluiſus Atrebatenſis Epiſcopus eidem benefacit. Tomo I. 696 & 715.
CASTRUM-DEI, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, in Pomerania.
1208 Boguſlaus & Caſimirus Pomeraniæ Duces eam fundant atque concedunt Religioſis Horti B. Mariæ in Friſia. Tomo III. 76.
CAUDENBERGH, Abbatia Bruxellis. Vide infra S. Jacobi in Frigido-Monte.
CELLA SS. TRINITATIS, olim Benedictinorum Criſpinienſium, in Hannonia.
1090 Gerardus Cameracenſis Epiſcopus eam unit ac ſubjicit Abbatiæ Criſpin. T. II. 1139.
CERSCAMP, Præpoſitura Monialium. Vide *Tuſſchenbeeck*.
CHANTRAINE, Commendaria Equitum Ordinis Melit. in Gallo-Brabantia.
1175 Ab Ægidio Comite de Duras acquirit Eccleſiam S. Medardi Geldoniæ, T. II 1181.
1178 Item ab Everardo de Ruez, Altare ac decimam de Dongelberghe. Tomo II. 1183.
1200 Henricus I. Brab. Dux bona ejus ſuſcipit in protectionem. Tomo III. 71.
1209 Idem ratificat donationem factæ de Valiennont factam à Francone de Arcania. T. II. 1209.
CHIMACENSE, Capitulum Canonicorum Stæ. Monegundis in Hannonia.
1148 & 1189 DD. Chimacenſium fundationes. Tomo III. 668 & 673.
1178 Decanus & Capitulum dotant Abbatiam Alnenſem. Tomo III. 671.
1451 Nicolaus V. Papa commendat reſtaurationem Eccleſiæ Chimac. igne conſumptæ. Tomo III. 701.
1486 Maximilianus I. Rom. Rex Carolum de Croy creat I. Principem Chimaci. T. I. 232.
CHINY, Prioratus olim Benedictinorum, in Ducatu Luxemburgenſi.
1097 Arnulphus Comes eum erigit in caſtro ſuo, ac tradit Abbatiæ S. Arnulphi Metenſi. Tomo I. 670.
CHOCQUES, Abbatia Canonicorum Regularium, Diœceſis Audomarenſis.
1182 Acquirit Altare de Steenwercke à Roberto D. Bethuniæ. Tomo III. 574
1220 & 1221 Mathildis D. de Chocques, & Beatrix Comitiſſa Bethuniæ ei benefaciunt. T. III. pag 383.
CISONIENSIS Abbatia Canonicorum Regularium, Diœceſis Tornacenſis.
837 Teſtamentum S. Everardi Comitis, hujus Abbatiæ fundatoris. Tomo I. 19.
837 Walgarius Sacerdos, Everardi Comitis Capellanus fundationem ejus ampliat. T. I. 644.
870 Giſla Ludovici Pii Imp. filia, Everardi antedicti conjux, fundationem ejus confirmat ac perficit. Tomo III. 289.
968 Amulricus vir Nobilis, omnem ſuam ei donat hereditatem. Tomo II. 1139.
1119 Rainaldus Archiep. Remenſis confirmat inſtitutionem Canonicorum ſub Regula S. Auguſt. in locum ſæcularium. Tomo III 328.
1159 Rogerius de Landaſt, Ciſonienſis Abbatiæ Advocatus, Jura ejus recognoſcit. T. I 702.
1186 Joannes de Landaſt & Petronilla de Avenis eam dotant, probante Everardo Epiſcopo Tornac. Petronillæ fratre Tomo I. 551.
1208 Innocentius III. Papa prohibet ultra recipi Moniales in Prioratu de Beaurepaire, ab hac Abbatia dependente. Tomo III 374.
1301 Philippus Pulcher Rex Galliæ eam ſuſcipit in protectionem. Tomo III. 150.
CLARAVALLIS, (Clairvaux) Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Gallia.
1101 Balduinus Flandriæ Comes, dein Imper. Conſtant. pro ſcici ſuo itinere Jeroſolymitano, eleemoſynam ei largitur. Tomo III. 74.
1138 Thomas & Joanna Comites Flandriæ ei benefaciunt. Tomo III 683.
CLARISSÆ in Belgio. Vide ſuis locis, Brugenſes, Bruxellenſes, Gandavenſes, Iprenſes, Leodienſes, Middelburgenſes, & Pereghem.
CLARUS-FONS, (Claire-fontaine) Abbatia Religioſorum Præmonſtrat. Diœceſis Laudunenſis in Gallia
1189 DD. de Chimaco eam dotant. T. III. 673.
CLARUS-MARISCUS, (Clair-marais,) Abbatia Religioſorum Ciſtere. Diœceſis Audomarenſis.
1136 A Theoderico Flandriæ Comite fundatur, ac Monachis B. M. Dunenſibus traditur. Tomo III. 319.
1141 &c. Stephanus Angliæ Rex ejuſque Uxor Mathildis eam dotant. Tomo III. 333.
1145 Acquirit Villam de Niewerlede. Tomo I. pag. 391 & 392.

1174 Balduinus Comes Giſnenſis ei benefacit. Tomo I. 191.
1194 Acquirit terras in Parochia de Lon. Tomo I. 721.

CLUNIACENSIS Abbatia Benedictinorum in Gallia.
910 Guilielmus Dux Aquitaniæ eam fundat. Tomo I. 651.
1100 Abbatia S. Bertini Audomaropoli, per Clementiam Flandriæ Comitiſſam ei ſubjicitur. Tomo II. 1147.
1106 Robertus Comes id-ipſum confirmat. Tomo II. 1150.

COKELAERE, olim Prioratus Benedictinorum apud Brugas, dependens ab Abbatia S. Bertini.
1248 Controverſia inter Epiſcopum Tornacenſem & Abbatem S. Bertini pro hoc Prioratu. Tomo II. 1228.

COLCHENSE, Capitulum Canonicorum in Burgundia.
1469 Fundatur à Claudio de Montagu, D. de Couches, ejuſque conjuge Ludovica de Turſe. Tomo I. 461.

COLONIENSE, Capitulum Metropolitanum Canonicorum.
751 Zacharias Papa ſubjicit hanc Eccleſiam ut Suffraganeam S. Bonifacio Metropolit. Moguntino. Tomo I. 641.
967 S. Bruno Archiepiſc. per Teſtamentum ſuum, Metropolitanæ aliiſque Colonienſibus Eccleſiis dona largitur. T. III. 295.
1052 Leo IX. Pont. Privilegia Eccleſiæ Metropol. confirmat, & Archiepiſcopo concedit titulum Cancellarii S. R. E. & Cardinalis. Tomo II. 1131.
1180 Fredericus I. Imp. concedit Archiepiſcopis Ducatui Weſtphaliæ & Angariæ. T. II. pag. 1185.
1191 Conſtitutio Capitolaris pro VIII Præbendis Sacerdotalibus in hac Metropoli. Tomo II. 1192.
1193 Bruno Archiepiſcopus fœdus ſtatuit cum Duce Brabantiæ. Tomo I. 556.
1203 Item Adolphus Archiepiſc. Tomo I. 567.
1208 Item Theodoricus Archiepiſcopus. Tomo I. 406.
1217 Item S. Engelbertus Archiepiſcopus. Tomo I. 410.
1222. Henricus I. Brabantiæ Dux donat Capitulo Allodia de Ortheo cum Buſco (id eſt, Sylvamducis) item Tilburg, Lumershem &c. in Brabantia. Tomo III. 83.
1314 Juramentum Frederici III. Cæſ. quo patet Imperatores eſſe Canonicos Baſilicæ Colonienſis. Tomo II. 1015.
1474 Sixtus IV. Pont. ſtatuit, ut ad VIII. Præbendas Sacerdotales hujus Eccleſiæ nemo aſſumatur, niſi S. Th. vel Jurium Doctor aut Licentiatus. Tomo II. 1266.

COLONIENSE Altare SS. trium Regum in Metropoli.
1178 Reinoldus Archiepiſcopus donat Eccleſiæ ſuæ corpora SS. trium Regum, aliaſque Reliquias. Tomo II. 1184.
1180 Philippus Heinsbergius Archiepiſcopus decernit oblationes ad Altare trium Regum, in uſus Præbendarum Eccleſiæ ſuæ convertendas. Tomo II. 1184.
1221 Henricus I. Brabantiæ Dux, ejuſque uxor Maria filia Regis Galliæ, benefaciunt Altari SS. trium Regum. Tomo III. 384.
1272 Capitulum Metropolitanum recognoſcit Duces Brabantiæ ut fundatores atque Patronos hujus Altaris Tomo III. pag 128.

COLONIENSE Capitulum S. Urſulæ, Canonicarum nobilium.
1030 Richeza Regina Poloniæ regnum externis; ſe-ipſam tradit in ancillam huic Eccleſiæ. Tomo II. 1131.

COLONIENSIS Univerſitas.
1388 Urbanus IV. Papa eam erigit, ad normam Pariſienſis. Tomo II. 1253.
1556 Gymnaſium Tricoronatum traditur PP. Societatis Jeſu ibidem. Tomo III. 466.

COMINIENSE Capitulum Canonicorum in Diœceſi Tornacenſi.
1196 Stephanus Epiſcopus Tornac. declarat jus inſtituendi Parochum ad ſe & Succeſſores Epiſcopos pertinere. Tomo II. 1200.
1250 Jus Patronatûs & collatio Præbendarum conceditur Epiſcopo Tornacenſi. T. II. 1230.
1250 Margareta Comitiſſa ratam habet conventionem inter Epiſcopum & Balduinum Cominii Dominum, ſuper Jure Patronatûs & cæteris. Tomo II. 1231.
1250 Tornacenſis Epiſcopus agnoſcit Comitem Flandriæ Advocatum hujus Eccleſiæ. Tomo II 1234.

CONQUES, Prioratus ſub Abbatia Aureæ Vallis Ordinis Ciſtercienſis in Ducatu Luxemburgenſi.
640 Sigebertus Franciæ Rex fundat ibi Monaſterium, illudque tradit S. Remacio Tungrenſi Epiſcopo. Tomo III. 1.

CONDATENSE (Condé) Capitulum Canonicorum B. M. in Hannonia.
1103 Manaſſes Cameracenſis Epiſcopus ei benefacit. Tomo I. 675.
1181 Everhardus è Præpoſito Condatenſi Epiſc. Tornacenſis teſtatur Altare de Freſne ad hanc Eccleſiam pertinuiſſe. Tomo I. 715.
1195 Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes ei benefacit. Tomo I. 721.
1200 Rogerius D. Condati largitur partem decimæ de Condato aliaque. Tomo I. 725.
1216 Alardus D. de Antoing beneficit. Tomo I. 732.
1218 Item Rogerius D. Condati & Ægidius de Trit. Tomo I. 738.
1243 Comes Hannoniæ curat Præbendas hujus Eccleſiæ reduci ad æqualitatem; aliique plures eam dotant. Tomo I. 759.

CORBEIENSIS, Abbatia Benedictinorum in Gallia, Diœceſis Ambianenſis.
664 Berthefridus Epiſcopus Ambianenſis dat ei Privilegium libertatis. Tomo I. 639.
846 Synodus Pariſienſis confirmat Paſchaſio Ratberto Abbati Corbeienſi Privilegia ſui Monaſterii. Tomo I. 338.

CORNELIS-MUNSTER (alias S. Cornelii ad Iudum) Abbatia Benedictinorum, apud Aquiſgranum.
821 Ludovicus Pius Imp. eam fundat ac variis ornat privilegiis. Tomo III. 288.
949 Otho I. Imp. confirmat Privilegia. ibid.
1229 Abbas Indenſis dotat Schladinienſe Canonicorum Collegium, cujus Patronus exiſtit. Tomo I. 303,
1247 Henricus II. Brabant. Dux ei benefacit. Tomo I. 203.
1263 Item Johannes I. Brabantiæ Dux. Tomo I. pag. 438.
1275 Abbas vendit Dominium, Jus Patronatus ac decimam de Puers in Brabantia, Felicitati D. de Hoboken, à qua dein venit ad Abbatiam S. Bernardi. Tomo III. 689.

1180 Idem Abbas, ob depauperatum ſui Monaſterii ſtatum vendit Comiti Flandriæ Oppidum Rotnacenſe in Flandria, & octo Pagos. Tomo II. 1006.

CORSSENDONCK Prioratus Canonicorum Ordinis S. Auguſtini in Campinia Brabantina.

1398 Maria de Brabantia Ducissa Geldriæ cum fundat ac dotat, probante Epiſcopo Cameracenſi Tomo II. 893.

1420 Martinus V. Papa approbat incorporationem hujus Prioratus ſub Capitulo Windeſemenſi. Tomo III. 444.

CORTEMBERGH, Abbatia Monialium Benedictinarum apud Bruxellam.

1095 Gualcherus Epiſcopus Cameracenſis Abbatiam recens fundatam libertate donat. Tomo I. 519.

1110 Odo Epiſc. Camerac. donat Altaria de Cortembergh, Nolleghem & Quarebbe. Tomo II 959.

1129 Burchardus Epiſcopus donat Jus Patronatus de Hombeeck & Leeſt. Tomo II. 964.

1256 Abbatiſſa Nivellenſis quaſdam terras largitur. Tomo II. 827.

1280 Epiſcopus Camerac confirmat donationem Juris Patronatus de Campenhaut. T. II. 976.

1205. Henricus I. Brabantiæ Dux benefacit. Tomo II. 985.

1308 Abbatiſſa Cortembergh. benefacit Parochiæ de Erps, ibique Capellaniam inſtituit. Tomo III. 580.

1226 Henricus I. Dux donat Decimas de Hombeeck. Tomo II. 990.

1265 Præpoſitus & Moniales Inſulæ Ducis, vulgo Ghemp, cedunt Cortemberghenſibus omnem ſuam decimam in Hombeeck. Tomo I. pag. 586.

1265 Conventio cum Monialibus Vallis Liliorum ſuper earum habitatione in Parochia de Hombeeck. Tomo II. 1004.

1277 Arnoldus de Lovanio D. Bredæ vendit Cortembergenſibus 153 bonaria waſtinæ in Ooſterhaut. Tomo II. 868.

1284 Martinus IV. Pont. conſtituit Abbatem Affligemienſem Conſervatorem bonorum hujus Monaſterii. Tomo II. 1011.

CORTRACENSE, Capitulum Canonicorum B. M. V. Diœc. Tornacenſis.

1160 Theodoricus Comes Flandriæ donat Tornacenſi Epiſcopo Altare de Cortraco; id eſt S. Martini; cujus hæc B. M. tantum erat Capella. Tomo II. 1175.

1203 Stephanus Tornacenſis Epiſcopus fundationem Capituli à Balduino Flandriæ Comite factam confirmat. Tomo II. pag 838.

1204 Balduinus Imper. Conſtantinop. rogat Philippum Auguſtum Regem Franciæ, ejuſque filium Ludovicum, ut fundationem hujus Capituli perficiant. Tomo II. 1207.

1209 Phillippus Marchio Namurcenſis præbendam unam inſtituit. Tomo III. 77.

1210 Idem tunc Flandriæ Adminiſtrator, agnoſcit Epiſcopum Tornacenſem hic habere collationem duarum Præbendarum. T. II. 1209.

1251 Waltherus Epiſc. Tornacenſis obligationem ſuſcipiendi SS. Ordines annectit Præbendis. Tomo II. 1234.

1251 Wulfardus D. de Macſtede donat jus Patronatus Eccleſiæ de Huiſt. Tomo II. 1235.

1252 Confirmatur hæc donatio à Margareta Comitiſſa. Tomo III. 813

1268 Margareta Comitiſſa Flandriæ donat decimas Parochiæ de Marcke. Tomo II. 1236.

1256 Epiſcopi Tornacenſis Ordinatio pro Paſtoribus & Capellanis Eccleſiæ S. Martini Cortrac. Tomo II. 1242.

- - - Decani hujus Eccleſiæ. Tomo III. 813.

CORTRACENSIS Præpoſitura Benedictinorum Sti. Amandi.

1125 Clementia Flandriæ Comitiſſa eam dotat; Tomo I. 377.

CORTRACENSE Begginagium.

1241 Joanna Comitiſſa fundat illud ac dotat. Tomo III. 108.

1244 Margareta Comitiſſa benefacia Sororis ſuæ confirmat. Tomo III. 593.

CRISPINIENSIS, (vulgo *Crépin*) Abbatia Benedictinorum Diœc. Cameracenſis.

931 Henricus Auceps Imp. benefacit Canonicis Criſpinienſibus tunc ſæcularibus. T. II. 1129.

1080 Richildis Comitiſſa Hanuoniæ amotis ſæcularibus ſubſtituit Benedictinos. Tomo II. pag. 1135.

1089 Ermentrudis Uxor Balduini Ædificatoria Comitis tradit ſua bona ſita in Sebourg. Tomo II. 1139.

1090 Cella SS. Trinitatis, Monaſteriolum, ſubjicitur atque unitur huic Abbatiæ. ibidem.

1093 Urbanus II. Pont. bona ejus confirmat. Tomo II. 1140.

1192 Balduinus D. Mortaniæ ei benefacit. Tomo II. 1193.

1195 Balduinus Comes Hanuoniæ confirmat donationem Villæ de Sebourg. T. II. 1195.

CRUCIATA in Terram Sanctam; vulgo *Croizade*.

1201 Nomina nobilium Cruce ſignatorum ſub Balduino Flandriæ & Hannoniæ Comite. Tomo III. 72.

1207. Philippus Roman. Rex Cruciatam promulgat, & ordinat eleemoſynas tribuendas. Tomo III. 372.

D.

DAVENTRIENSIS Epiſcopatus, olim in Belgio Fœderato.

1560 Pius IV. Papa eum erigit, affignans Eccleſiam S. Lebuini Cathedralem, ac pro dote plures Præpoſituras. Tomo I. 790.

- - - Epiſcoporum ſeries. ibid. 797.

DELPHENSIS Carthuſia, olim in Hollandia.

1469 Fundatur per Franconem de Borſſele, D. Oſtrovadiæ. Tomo III. 206.

S. DESIDERII, (vulgo *S. Dizier*) in Gallia, Abbatia Monialium Ciſterc. quæ olim fuit Boneffiæ in Namurceſio.

1231 Ceſſio terrarum ac poſſeſſionum pro Monialibus in Boneffia remanentibus. Tomo II. pag. 1216.

DIESTENSE, Capitulum Canonicorum S. Joannis in Brabantia.

1297 Hugo Leodienſis Epiſcopus Capitulum erigit, petente Joanne D. Dieſtenſi. Tomo I. pag. 442.

DIESTENSE Capitulum Canonicorum S. Sulpitii.

1455 Ludovicus de Bourbon Epiſc. Leodienſis Capitulum erigit, petente Abbate Tongerloenſi. Tomo I. 455.

DIESTENSE Begginagium.

1254 Ab Arnoldo D. Dieſtenſi fundatur. Tomo I. 768.

DIFFERTANGE, Abbatia, vide Fontem B. M. V.

DILIGHEM, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, juxta Bruxellam.
1095 Gualcherus Epiſcopus Camerac. confirmat ejus fundationem Tomo II. 954.
1106 Odo Camerac. Epiſc. confirmat donationes eidem factas. Tomo II. 958.
1112. Idem Epiſc. varias Eccleſias liberas beneficiaque concedit. Tomo II. 959.
1145 Nicolaus Epiſcopus poſſeſſiones ejus enumerat atque confirmat. T. II. 968.
1145 S. Bernardus Abbas Clarævallenſis componit controverſiam inter Abbates Dilligemenſem ac Ninivenſem ſuper Parochiis de Liedekercke & Denderleeuwe. T. III. 42.
1147 Eugenius III. Pont. poſſeſſiones confirmat. Tomo II. 968.
1185 Godefridus III. Brabantiæ Dux eam ſuſcipit in protectionem. T. II. 979.
1227 Henricus I. Brabantiæ Dux ei benefacit. Tomo II. 991.

S. DIONYSII, Abbatia Regalis Benedictinorum in Francia.
630 Dagobertus I Francorum Rex concedit ei jus mercatûs. Tomo I. 241.
860 Lotharius I. Rex Lotharingiæ dat ei manſum unum ex fiſco Valentianenſi. Tomo I. pag. 247.

S. DIONYSII Abbatia Benedictinorum juxta Montes Hannoniæ.
1081 Richildis Hannoniæ Comitiſſa ejuſque filius Balduinus eam fundant. Tomo I. 666 & 667.
1117 Balduinus III. Comes fundationem auget. Tomo I 677.
1119 Epiſcopus Camerac. concedit Eccleſias de Houdeng, Goegnies & Lembeecke. Tomo I. 678.
1123. Idem Epiſcopus Eccleſiam S. Petri Montibus Hannoniæ (nunc Collegiatam Canonicorum) huic Abbatiæ incorporat. T. I. 681.
1183 Comes Hannoniæ eligitur in Advocatum hujus Monaſterii, eique cedunter plures ſervi & ancillæ. Tomo III. 575.
1197 & ſequent. Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes ei benefacit. Tomo I. 722. 723. & 559.
1203 Guillelmus Rector Hannoniæ nomine Balduini Imp. Conſtantinop. beneficia largitur Tomo I. 568.

DIVIONENSE, Capitulum Canonicorum in Burgundia, hodie Cathedrale.
1172 Hugo Dux Burgundiæ fundat ibidem X. Canonicos. T. I 706.
1172 Alexander III. Papa fundationem confirmat. ibid. 708

DIVIONENSIS Sti. Stephani Abbatia, hodie Canonicorum Capitulum.
1269 Henricus Ducis Brabantiæ filius, ibidem inter Canonicos Regulares profeſſionem emittit. Tomo I. 436.

DOEST, olim Ciſtercienſium Abbatia apud Brugas. Vide THOSA.

DOMINICANI in Belgio. Series Conventuum T. I. 310. T. III. pag. 130 Vide etiam luis locis, Antverpiæ, Brugis, Bruxellis, Duaci, Gandavi, Leodii, Lovanii, Valeocenis.

DOMINICANÆ. Vide Audeighem, Bello-Montium, Labiette, Mariæ-Vallis, & Tamiſiæ, ſuo loco in Indice.

DONCK, olim Præpoſitura Benedictinorum, Diœc. Leodienſis, dependens ab Abbatia Trudonenſi.
1119 Leodienſis Epiſcopus decernit jura inter Monachos ibidem habitantes & Parochum. Tomo I. 520.

DON-PIERRE-ETTON, (latinè Ettonis Monaſterium) Prioratus Benedictinorum Abbatiæ Lætienſis in Hannonia.
1162 Cameracenſis Epiſcopus confirmat fundationem factam à Guilielmo de Dono-Petri. Tomo III. 342.
1172 Idem Epiſcopus confirmat donationes quaſdam poſteriores. ibid. 346.

DONONIUM, vulgo Denaing, Capitulum Canonicarum Nobilium Diœceſis Atrebatenſis.
877 Carolus Calvus Imp. illud inſtaurat ac dotat, hortatu Giſlæ Sororis ſuæ. T. I. 249.
1151 Eugenius III. Papa Moniales ibidem negligentiæ arguit, earumque viſitationem Epiſcopo Atrebatenſi committit. T. III. 338.

DORDRACENSE, olim Capitulum Canonicorum in Hollandia.
1367 Ultrajectenſis Epiſcopus confirmat fundationem ejus per Albertum Bavarum Hollan. Comitem pro XII. Canonicis. T. II. 892.
1460 Teſtimonium Capituli ibidem de inſtituta probatione Ligni S. Crucis, quod illic olim aſſervabatur. Tomo III 201.

DORREZEELE Abbatia Virginum Ciſtercienſium Gandavi.
1262 Margareta Flandriæ Comitiſſa ei benefacit. Tomo III. 122.

DUACENSE Capitulum Canonicorum Sti. Amati.
1076 Philippus I Franciæ Rex originem ac Fundationem ejus recenſet; eaſque Litteras à ſe viſas teſtantur Joannes I. & Carolus V. Franciæ Reges. Tomo II. 1358.
1081 Gerardus Epiſcopus Camerac. confirmat fundationem. Tomo II. 1360.
1104 Paſchalis II. Papa confirmat Privilegia atque poſſeſſiones. Tomo II. 1361.
1322 Conventio inter Epiſcopum Atrebatenſem & Capitulum, ſuper cura animarum Decano committendâ. Tomo III. 432.
1437 Bona Præpoſituræ S. Amati incorporantur Menſæ Capitulari, ſub certis conditionibus, probante Eugenio IV. Pont. T. III. 183.

DUACENSE S. Petri Canonicorum Capitulum.
1117 & 1125 Atrebatenſis Epiſcopus concedit ei jus Patronatûs ac decimas de Sin, Marcque & Waſiers. Tomo III. 321.
1163 Alexander III. Papa confirmat ejus Altaria, poſſeſſiones, decimas &c. T. III. 51.
1186 Idem facit Clemens III. Pont. T. III. 356.
1207 Erectio Decanatûs. T. III. 373.
1225 Conſenſus Capituli in erectionem Abbatiæ Monialium de Beaulieu lez Sin. T. III. 387.
1225 Capitulum hoc erigit novam Parochiam S. Jacobi Duaci, eamque ſeparat à Parochia D. Petri. T. III. 86
1228 Atrebatenſis Epiſcopus erectionem prædictam confirmat ibid. 87.
1229 Hellinus de Wavrio D. de Waſiers, fundat ibidem Capellaniam de Patronatu hujus Capituli ibid. 392.
1246 Margareta Comitiſſa confirmat poſſeſſionem decimæ de Waſiers. ibid. 409.
1251 Telonium ſeu forum nundinis annexum venditur à Capitulo Magiſtr. Duac. T. III. 597.

1257 Epiſcopus Atrebatenſis ratam habet erectionem novæ Parochiæ B. M. V. Duaci; ejuſque diviſionem à Parochia D. Petri. Ibid. 119.
1309 Philippus Pulcher Franc. Rex mandat juriſdictionem temporalem Capituli conſervari. Tomo III. 154.
- - - Series Præpoſitorum D. Petri. Ibidem.

DUACENA Univerſitas.
1559 Pius IV. Papa, inſtante Rege Philippo II. eam inſtituit, ad normam Lovanienſis. Tomo II. 238.

DUACENSE, Begginagium, olim.
1477 Margareta Duciſſa Burgundiæ donat hoc Begginagium Monialibus B. M. de Pratis Ord. Cit. Tomo III. 452.

DUACENSES Dominicani.
1275 Fundantur à Margareta Flandriæ Comiſſa. Tomo III. 129.

DUACENSES Jeſuitæ.
1568 S. Pius V. Pont. fundationem hujus Collegii ab Abbate Aquicinctino factam, confirmat. Tomo III. 646.

DULCIS-VALLIS. Vide Zoetendaele Abbatiam.

DUNENSIS, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium Brugis
1137 Theodoricus Alſatius Comes donat ei varia bona in Arthefia. Tomo III. 329.
1138 & 1142 Sybilla Flandriæ Comitiſſa, & Milo Morinorum Epiſcopus eidem benefaciunt. Tomo II. 1315.
1153 Archiepiſcopus Remenſis confirmat ejus fundationem in agro Furnenſi. T. III. 48.
1165 Alexander III. Papa poſſeſſiones recenſet atque confirmat. Tomo. II. 1315.
1166 Philippus Comes Flandriæ ei benefacit. Tomo III. 572.
1180 Alexander III. Papa declarat hos Religioſos immunes à decimis terrarum, quas propriis manibus excolunt. Tomo III. 58.
1185 Philippus Comes concedit ei cuſtodiam Siluarum Furnenſium ac Neoportuenſium, vulgo *Waeteringhe*. Tomo III. 61.
1197 Baldaious Comes, dein Imp. Conſtantin. confirmat ejus poſſeſſiones. T. II. 1320.
1232 Humbertus Archiepiſcopus Cantuarienſis tradit huic Abbatiæ Eccleſiam de Eiſtkirche cum decimis, inſulæ de Scapeya in Anglia. Tomo II. 1322.
1241 Hugo D. de Steenlaut ei benefacit. Tomo I. 761.
1245 Margareta Comitiſſa poſſeſſiones enumerat ac confirmat. Tomo III. 110.
Videtiam inferius *Tonſanam* Abbatiam, Dunenſi incorporatam.

DUSSELTHAL, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium ſtrictioris Obſervantiæ in Germania, deducta ab Aureævallenſi.
1707 Joannes Wilhelmus Elector Palatinus eam fundat ac dotat, apud Duſſeldorpium. Tomo III. 277.

E.

EECKHOUTANA Abbatia S. Bartholomæi, Canonicorum Regularium, Brugis.
1130 Theodoricus Alſatiæ Comes Flandriæ eam dotat. Tomo I. 381.
1146 Idem præſtat Radulphus Cancellarius Brugenſis. Tomo III. 45.
1179 Alexander III. Papa confirmat poſſeſſiones ejus ac privilegia. Tomo III. 56.

EENHAMENSIS Abbatia Benedictinorum apud Aldenardam, in Diœceſi Mechlin.
1063 A Balduino Flandriæ Comite fundatur. Tomo I. 151.
1064 A Lietberto Cameracenſi Epiſcopo obtinet immunitatem aliaque privilegia. Tomo I. pag. 152.
1064 Aldenardæ DD. conſtituuntur ejuſdem Abbatiæ Sub-Advocati. Tomo I. 153
1200 Acquirit Jus Patronatûs Præbendarum de Eyne. Tomo I. 310.
1205 Prædicto juri renunciat. Tomo II 1208.
1305 Abbas Eenhameotis vendit Abbatiæ S. Michaelis Antverpienſis jura & prædia quæ habebat in Deurne, Weſel, Wyneghem &c. apud Antverpiam. Tomo II. 1012.

EGMUNDANA, olim Abbatia Benedictinorum in Hollandia.
913 Carolus ſimplex Francorum Rex, donat Egmondam cum appendiciis Theodorico, quem primum Hollandiæ Comitem conſtituit. Tomo I. 35.
1063 Fundatio ac dotatio Abbatiæ per Theodericum V. Comitem. Tomo I. 71.
1437 Philippus Bonus Dux Burgundiæ lites ſuper Dominio & Advocatia Egmondana inter Abbatem & Johannem D. Egmondæ dirimit. Tomo I. 454.
1486 Maximilianus I. Imperator creat Joannem D. Egmondæ, primum Comitem T. I. 463.
1560 Abbatia incorporatur novo Epiſcopatui Harlemenſi per Pium IV. Pont. T. I. 797.

S. ELIGII Abbatia apud Atrebatum. Vide Montem S. Eligii.

S. ELIGII, Noviomenſis Abbatia Benedictinorum in Gallia.
1187 Abbas conſentit, ut in Parochia de Werekena apud Flandros, olim Juris Patronatûs ejus, conſtruatur Abbatia Clariſſarum. T. III pag. 141.

ELNONENSIS, Abbatia. Vide S. Amandi.

ELSEGHEM, Prioratus Canonicorum Regularium in Diœceſi Gandavenſi.
1416 Fundationem ejus à Bernardo de Boſco & Joaone de Rockeghem inchoatam confirmat Joannes D. Gilleliæ & Elſeghem. Tomo II. 1337.

ELSTENSE, Capitulum Canonicorum, olim in Diœceſi Ultrajectenſi.
725 Carolus Martellus Majot Domûs Regiæ, donat Eiſtam Villam, Eccleſiæ S. Salvatoris Ultrajecti. Tomo I. 492.

EMBRICENSE, Capitulum Canonicorum in Clivia, Diœceſis Ultrajectinæ.
1237 Otho Comes Geldriæ tranſigit cum Domino Montium ſuper Advocatia Embricenſi. Tomo I. 754.

EMSTEYN, Prioratus olim Canonicorum Ordinis S. Auguſtini in Hollandia.
1410 Martinus V. Papa approbat incorporationem hujus Prioratûs Capitulo Windeſemenſi. Tomo III. 444.

EPISCOPATUS novi erecti in Belgio.
1559 Acta Franciſci Sonnii S. T. D. Lovanii dein I. Epiſcopi Sylvæducenſis in cauſſa hujus Erectionis coram Paulo IV. & Pio IV. Pont. Tomo III. 176 & 177 & 472. item 595 & ſequentibus.
Vide item Bullas Erectionis ſingulorum Epiſcopatuum, ſuis reſpectivè locis.

EPTERNACENSIS Abbatia Benedictinorum in Ducatu Luxemburgenſi.

698 S. Irminz dat S. Willibrordo Archiepiſcopo Ultrajecti. medietatem Epternaci Oppidi, itemque Baſilicas à ſe ibidem ædificatas, cum variis prædiis. Tomo I. 243.
701 Teſtamentum S. Irminæ in favorem hujus Abbatiæ. Tomo III. 284.
709 Pipinus Heriſtallius ejuſque conjux Plectrudis alteram medietatem Oppidi Epternaci donant S. Willibrordo. Tomo II. 809.
713 Eogelbertus Francus Salius, donat S. Willibrordo pro hac Abbatia Vicum de Alphen apud Bredam. Tomo III. 285.
720 Ebroinus Comes donat S. Willibrordo varia prædia in Hollandia. Tomo III. 560.
725 Teſtamentum S. Willibrordi Belgarum Apoſtoli. Tomo I. 12.
752 Pipinus Brevis Francorum Rex dotat hanc Abbatiam. Tomo I. 641.
895 Zuendiboldus Rex Lotharingiæ poſſeſſiones ejus confirmat. Tomo I. 651.
971 Otho I. Imperator amotis Canonicis, Monachos ibidem reſtituit. Tomo I. 655.
980 Otho II. Imperator ſubſtitutionem Monachorum confirmat. Tomo I. 655.
993 & 997 Otho III. Imperator prædia eorum confirmat. Tomo I. 657 & 658.
1131 Lotharius III. Imperator dilatat viam navalem in alveo Surz fluvii, eamque concedit hoic Abbatiæ. Tomo I. 278.

ESPINLIEU, (latinè Spinoſus locus) Abbatia Monialium Ciſtercienſium apud Montes Hannoniæ.
1217 Joanna Comitiſſa eam fundat ac dotat. Tomo III. 380.

EVERSHAM, Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Iprenſi.
1091 Gerardus Epiſcopus Morinenſis confirmat ejus fundationem factam à duobus Canonicis Caſletenſibus. Tomo II. 1140.

EYNDHOVIENSE, Capitulum Canonicorum, olim in Diœceſi Sylvæducenſi.
1399 Inſtituitur ab Epiſcopo Leodienſi, Fundatore Guilielmo Milenbergio Toparcha loci. Tomo I. 597.
1505 Conſideratio hujus Capituli cum ſe aliis in Tractu Sylvæducenſi exiſtentibus. Tomo III. pag. 222.

EYNENSE (vulgo Eyne) exiguum Capitulum Canonicorum apud Aldenardam, Diœceſis Gandenſis.
1200 Arnulphus de Landaſt ejuſque conjux Mathildis donant Jus Patronatûs Præbendarum de Eyne Abbatiæ Eenhamenſi. Tomo I. 320.
1205 Abbas Eenhamenſis renunciat Juri, quod in hanc Eccleſiam habuerat. T. II. 1208.
1212 Innocentius III. Pont. concedit Eccleſiam de Eyne Epiſcopo Tornacenſi. Tomo I. 736.
1220 Arnolphus de Landaſt donat Jus Patronatûs Epiſcopo Tornacenſi. Tomo I. 411.
1220 Ordinatio Waltheri Tornacenſis Epiſcopi ſuper officio Canonicorum ibidem. T. I. 412.
1222 Arnulphus de Landaſt, D. de Eyne, ſervis ſuis & ancillis ibidem donat libertatem. Tomo I. 321.

F.

FALEMPIN, Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Tornacenſi.
1039 Hugo Epiſcopus Tornacenſis confirmat ejus fundationem per Saſwalonem Caſtellanum Inſulenſem. Tomo I. 53.
1090 Robertus Comes Flandriæ, prædia eidem attributa confirmat. Tomo I. 362.
1108 Balduicus Epiſcopus reſtaurationem ejus recitat atque confirmat. Tomo III. 316.
1110 Item Paſchalis Papa. Ibidem.

FALMAGNE, olim Eccleſia Collegiata in Namurceſio.
1163 Uoitur Abbatiæ Walciodorenſi per Epiſcopum Leodienſem. Tomo III. 343.

FIDEMIENSIS (vulgo Femy) Abbatia Benedictinorum, apud Cameracum.
1141 &c. Cameracenſis & Laudunenſis Epiſcopi varias donationes ei factas confirmant. Tomo II. 822.

FISCANENSIS, (vulgo Feſcamp) Abbatia Benedictinorum, Diœceſis Rothomag. in Gallia.
1031 Abbatia Blangiacenſis, Benedictinorum in Arthefia, eidem ſubjicitur. T. II. 1130.
1080 Item traditur ei Abbatia S. Johannis in Monte, quæ modo eſt Ipris. Tomo III. 16.
1141 Jura Abbatis Fiſcanenſis in prædictam Abbatiam S. Joannis in Monte, confirmantur. Tomo III. 332.

FIVES, Prioratus Benedictinorum, juxta Inſulas in Gallo-Flandria.
1135 Theodoricus Comes Flandriæ confirmat Prioratum hunc Monachis S. Nicaſii Remenſi. Tomo III. 329.

FLINENSIS (vulgo Flines) Abbatia Monialium Ciſtercienſium, juxta Duacum.
1234 Fundatur prope Orchiacum à Margareta Flandriæ Comitiſſa. Tomo I. 579.
1253 Ab eadem transfertur Flinas. T. I. 585.
1261 Acquirit partem decimarum in Capricka Eccloo &c. Tomo III. 600.
1279 Item ab Epiſcopo Tornacenſi partem decimarum in Saeftinghen apud Flandros. Tomo III. 608.
1292 Guilielmus Epiſcopus Cameracenſis ei benefacit, ſnamque hîc eligit ſepulturam. Tomo III. 146.

FLONENSIS, Abbatia Canonicorum Regularium Diœceſis Leodienſis.
1091 Henricus Epiſcopus Leodienſis eam fundat ac dotat. Tomo III. 309.

FLOREFFIENSIS, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Diœceſi Namurceoſi.
1152 Eccleſia B. M. de Leffia ad Moſam fl. ab Henrico Comite Namurcenſi traditur Abbatiæ Floreffienſi, ad iochoandam illic novam Abbatiam. Tomo III. 616.
1173 Eccleſia Poſtnleuſis in Campinia, traditur eidem ut Prioratus ab ea dependens. Tomo I. 709.
1302 Joannes Comes Namurci, benefacit Floreffiæ Tomo III. 615.
1560 Pius IV. Pont. eam unit pro dota novo Epiſcopatui Namurcenſi. T. II. 1085.
1566 S. Pius V. Pont. eandem ſeparat à Menſa Epiſcopali. T. II. 1098.

FLORINENSIS, Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi.
1012 Fundatur à Gerardo de Florines Epiſcopo Cameracenſi, & à S. Henrico Cæſare confirmatur. T. I. 658.
1300 Veodit Jus Patronatûs ac decimas de Eyſinghen prope Halias Hannoniæ, Abbatiæ Bonæ-Spei. Tomo III. 149.

S. FOLIANI in Rhodio, (vulgo Roux) Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, apud Montes Hannoniæ.

1125 Fundatur à Burchardo Epiſcopo Cameracenſi & à Canonicis Capituli Foſſenſis. Tomo I. 103.
1137 A Nicolao Epiſcopo confirmatur. ibidem.
FONS B. MARIÆ, altàs Differtange, Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Ducatu Luxemburgenſi.
1235 Fundatur ab Alexandro de Solabrio, ejuſque conjuge. Tomo I. 752.
FONTENELLA, Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Hannonia, apud Valencenas.
1331 Vel circiter. Goſwinus de Eſcaillon ei benefacit. Tomo III. 436.
FONTEVRAULT, Abbatia Benedictinarum Nobilium in Gallia.
1201 Balduinus Comes Flandriæ, dein Imperator Conſtantinopolitanus ei benefacit. Tomo III. 578.
FORESTUM; vulgo *Vorſt*, Abbatia Benedictinarum Nobilium juxta Bruxellam.
1110 Giſelberti D. Aloſtenſis opibus fundata, à Fulgentio Abbate Affligemienſi legibus firmatur. Tomo I. 78.
1110 Godefridus I. Dux Brabantiæ eam dotat. Tomo I. 675.
1117 Acquirit altaria de Foreſto & Uccle. Tomo I. 677.
1119 Acquirit decimas in Burſt, Borsbeke, &c. Tomo II. 815.
1145 Godefridus III. Dux eandem dotat, ac Duces Brabantiæ conſtituit ejus Advocatos perpetuos. T. I. 697 & T. III. 43.
1197 Henricus I. Brabantiæ Dux ei benefacit. Tomo III. 66.
1238 Cameracenſis Epiſcopus eam eximit à juriſdictione Abbatis Affligem. T. III. 402.
1239 E Prioratu fit Abbatia, ejusque originem recenſet Petronilla de Gandavo I. Abbatiſſa. Tomo I. 757.
- - - Quædam variorum Donationes. ibidem.
FOSSENSE, Capitulum Canonicorum, in Diœceſi Leodienſi.
908 A Ludovico Lotharingiæ Rege traditur Stephano Leodienſi Epiſcopo. T. I. 34.
2137 Ejus Canonici fundant ac dotant Abbatiam S. Foliani in Rodio Ordinis Præmonſtratenſis. Tomo I. 103.
2194 Prioratus de Oignies ei ſubjicitur. T. II. pag. 1193.
FRAXINUM (vulgo Fraſne) olim Prioratus Benedictinorum in Gallo-Flandria, ſub Abbatia Affligemienſi.
1099 Cum olim fuiſſet Abbatia Canonicorum Regularium, acquirit eam Fulgentius Abbas Affligemienſis. Tomo I. 670.
FRIGIDUS-MONS, Bruxellis. Vide S. Jacobi in Coudenberg, Abbatiam.
FRISIA, Provincia Belgii Fœderati.
800 Poſſeſſiones opulentæ, quas olim ibidem habuit Abbatia Fuldenſis. Tomo III. 54. Vide etiam infra, Leovardiam.
FULDA, potens Benedictinorum Abbatia in Germania.
750 Epiſtola S. Bonifacii Archiepiſcopi ad Zachariam Papam, de Monaſterio Fuldenſi quod conſtruxerat. Tomo I. 640.
751 Zacharias Papa ad inſtantiam S. Bonifacii, concedit huic Abbatiæ Privilegium. Ibidem.
800 Veteres ejus poſſeſſiones. T. III. 5.
FURNENSE, Capitulum Canonicorum S. Walburgis, in Diœceſi Iprenſi.
1095 Gertrudis Flandriæ Comitiſſa, Præbendam unam inſtituit. Tomo III. 20.
1106 Paſchalis II. Papa confirmat fundationes factas in hac Eccleſia. Tomo III. 24.
1114 Balduinus Comes confirmat inſtitutionem trium Præbendarum per Aviam ſuam Gertrudem. Tomo III. 29.
1120 Calixtus II. Papa poſſeſſiones ac Privilegia ejuſdem Eccleſiæ confirmat. Tomo III. pag. 33.
1216 Innocentius IV. Pont. confirmat ei decimas piſcium in partibus de Dunkerka & Novo portu. Tomo III. 79.
1236 Compromiſſum inter hoc Capitulum & Villam de Novo-portu, ſuper interſectione duorum Presbyterorum. Tomo III. 80.
1560 Pius IV. Pont. incorporat X. Præbendas hujus Eccleſiæ novo Capitulo Cathedrali Iprenſi. Tomo II. 1077.
FURNENSIS Abbatia S. Nicolai, Religioſorum Præmonſtratenſium Diœc. Iprenſis.
1120 Carolus Bonus Comes, confirmat ejus fundationem, authore Theoderico Ruſo. Tomo I. 520.
1121 Item Joannes Morinenſis Epiſcopus. Tomo I. 521.
1124 Item Calixtus II. Papa. Tomo I. 524.
1135 Milo Morinenſis Epiſcopus largitur Privilegium immunitatis. Tomo I. 525.
1135 Idem Præſul concedit Altaria de Wulfringhem & Hauthem cum decimis. T. III. 38.
1159 Abbas Furnenſis donat quaſdam poſſeſſiones Abbatiæ S. Joannis eiuſdem Ordinis Ambiani in Gallia. Tomo III. 49.
1159 Tranſactio foter Abbatias Furnenſem & Haſnonienſem. Tomo III. 50.
1164 Abbatia S. Auguſtini apud Terunam, Furnenſi ſubjicitur. Tomo III. 345.
1166 Philippus Comes Flandriæ, ei benefacit. Tomo III. 572.
1175 Privilegium ejuſdem Comitis. T. I. 712.
1183 Idem Comes poſſeſſiones ejus recenſet. Tomo I. 547.
1202 Item Comes Balduinus. T. I. 563.
2218 Confraternitas inter Abbatias Grimbergenſem ac Furnenſem. Tomo III. 81.
1269 Guido Comes poſſeſſiones ejus confirmat Tomo I. 589.
FURNENSE, olim Monaſterium Monialium Ordinis Præmonſtratenſis.
1181 Philippus Comes Flandriæ his Monialibus benefacit. Tomo III. 49.
- - - Item Urbanus III. Papa. ibidem.

G.

GANDAVENSE, Capitulum Cathedrale S. Bavonis, olim Eccleſia S. Joannis.
1170 circ. Gualterus Epiſcopus Tornacenſis jura oblationum in hac Eccleſia confirmat Abbatiæ D. Petri Gandavi. T. III. 669.
1176 Wilhelmus Archiepiſcopus Remenſis confirmat compoſitionem ſuper iiſdem Oblationibus. Tomo III. 670.
1176 circ. Alexander III. Papa præcedens Decretum confirmat. ibid.
1536 Paulus III. Papa ſæcularizat Abbatiam S. Bavonis, & inſtituit Capitulum Canonicorum. Tomo II. 1051.
1537 Acta in hac ſæcularizatione Abbatiæ, & Erectione Capituli. Tomo II. 1290.
1540 Paulus III. Capitulum hoc transfert ab Eccleſia Abbatiali S. Bavonis, quæ ad conſtruendam arcem diruebatur, ad Parochialem S.

Joannis. Tomo II. 1059.
1540 Idem Paulus III. approbat permutationem inter Capitulum S. Bavonis & Abbatiam S. Petri Gandavi ſuper Patronatu Eccleſiæ S. Joannis, contra Eccleſias S. Michaëlis & S. Martini in Eckerghem. Tomo III. 229.
1540 Alexander Farneſius Cardinalis ac Legatus à Latere, præcedentes Bullas executioni mandat. Tomo II. 1055.
1541 Proceſſus fulminatus ſuper his Bullis per Philippum Nigri Præpoſitum S. Pharaildis. Tomo II. 1061.
1541 Ordinatio Caroli V. Cæſaris pro cultu divino in hac Eccleſia. Tomo II. 1056.
1561 Erectio Epiſcopatûs Gandavenſis, & ſuppreſſio Abbatis ſæcularis & Infulati S. Bavonis. T. II. 1066.
- - - Series Epiſcoporum. Ibid. 1076.
1570 Pius V. Pont. erigit novam Præpoſituram in hac Cathedrali. Tomo II. 1105.
Vide etiam ſupra titulum *S. Bavonis* Abbatiæ.

GANDAVENSE, Capitulum Stæ. Pharaïldis.
1179 Wilhelmus Archiepiſcopus Remenſis, concedit illi regimen Scholarum totius civitatis. Tomo II. 974.
1190 Idem Archiepiſcopus confirmat ei decimam de Lovendeghem. Tomo II. 980.
1219 Joanna Comitiſſa eidem benefacit, eamque Capellam ſuam nominat Tomo II. 987.
1244 Waltherus Epiſcopus Tornacenſis reſtaurat illic dignitatem Præpoſituræ. T. II. 995.
1614 Albertus & Iſabella Principes noſtri conſentiunt in tranſlationem Capituli ab Eccleſia Stæ. Pharaildis in Parochialem S. Nicolai; quod ipſum anno 1618 confirmat Epiſc. Gandavenſis. T. II. 1109.

GANDAVENSIS Abbatia Benedictinarum, vulgo *'t Rycke Gaſthuys*.
1236 Waltherus Epiſcopus Tornacenſis vitæ Regulam præſcribit Fratribus ac Sororibus in hac Domo olim Leproſis inſervientibus. Tomo I. pag. 202.

GANDAVENSE Beginagium majus.
1312 Robertus de Bethunia Comes Flandriæ curam ejus committit Dominicanis. Tomo II. pag. 1013.

GANDAVENSE Begginagium minus.
1262. Joannes Tornacenſis Epiſcopus eidem ſtatuta præſcribit. Tomo III. 685.

GANDAVENSES Clariſſæ, vulgo Collectinæ.
1447 Inſtituuntur ibidem, probante Abbate S. Petri Gandavi. Tomo III. 700.

GANDAVENSES Dominicani.
1228 Ferrandus & Joanna Comites Flandriæ eos fundant, conceſſo eis Hoſpitali. Tomo III. pag. 88 & 584.
1312 Acquirunt coram majoris Begginagii. Tomo II. 1013.

GANDAVENSES Minoritæ.
1226 Waltherus Tornacenſis Epiſcopus eoſdem admittit. Tomo III. 678.

GANDAVENSES Moniales Ordinis S. Auguſtini, vulgo *Joosis-Vrauen*.
1425 Martinus V. Pont. earum fundationem confirmat. Tomo III. 695.

GANDAVENSIUM Res Civiles.
1385 Philippus Audax, Dux Burgundiæ, Conſilium ſuum inſtituit Inſulis Flandrorum; cujus pars dein tranſlata Gandavum. T II 1252.
- - - Series Præſidum Conſilii Flandriæ. ibid.
1441 Teſtamentum Philippi Boni Comitis Flandriæ &c. Tomo II. 1256.
1465 Ordines Flandriæ &c. recognoſcunt Carolum Audacem ut legitimum ſuum Principem. Tomo II. 1348.

GEERVLIET, Capitulum Canonicorum olim in Hollandia.
1560 Per Bullam Pii IV. Pont. unitur novo Capitulo Cathedrali Harlemenſi. Tomo I. 797.

GELDONIÆ in Gallo-Brabantia, olim Capitulum Canonicorum. Vide ſupra *Chantraine*.

GELENSE, Capitulum Canonicorum in Campinia, Diœceſis Sylvæduc.
1227 Decimæ ibidem donantur Abbatiæ Vallis Roſarum apud Mechliniam. T. I. 744.
1294 Reſtituuntur ac confirmantur per Johannem D. de Berlaer. Tomo III. 613.
1473 Fredericus III. Imperator declarat antiquam Nobilitatem Baronum Merodiæ. T. I. 461.
1532 Robertus de Crny, Epiſcopus Cameracenſis inſtituit ibidem Collegium Vicariorum. Tomo II. 1286.
1562 Maximilianus à Bergis Epiſcopus Cameracenſis erigit Capitulum Canonicorum, petente Henrico D Merodiæ. Tomo I. 327.

GEMBLACENSIS Abbatia Benedictinorum in Gallo-Brabantia.
948 Otto I. Imperator eandem recenter à S. Wiberto conſtructam ac dotatam, confirmat. Tomo I. 139.
948 Idem Imperator Lambertum Comitem Lovanienſem ejuſdem Advocatum conſtituit. Tomo I. 41.
950 Folcuinus Vir Nobilis, eam dotat. T. I. pag. 141.
984 Benedictus VII. Pont. reddit eam exemptam. Tomo I. 507.
984 Otto II. Imperator donat illam Notgero Leodienſi Epiſcopo. Tomo II. 807.
1006 S. Henricus II. Imperator idem donum confirmat. Tomo III. 11.
1018 Acquirit Altare de Banvechain. T. III. 12.
1123 Godefridus Barbatus Brabantiæ Dux Montem S. Guibetti immunitate ac privilegiis honorat. Tomo I. 172.
1191 Acquirit prædium Dudinfart ab eodem Duce Godefrido. Tomo I. 383.
1502 Alexander VI. Papa concedit licentiam tranferendi 12 Monachos Ciſtercienſes ad reſtaurandam Abbatiam Gemblacenſem. T. III. 221.

GEMERT, Commendaria Ordinis Theutonici, in Diœceſi Silvæducenſi.
1462 Philippus de Hornes D. de Gaesbeeck & Gelderop, donat Ordini Theuton. Jus Patronatûs de Geldorp. Tomo III. 204.

S. GEORGII, Prioratus Benedictinorum in Diœceſi Atrebatenſi.
1112 Paſchalis II. Papa eum attribuit Abbatiæ Aquicinctinæ. Tomo I. 170.

S. GERARDI ſive Brunienſis, Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Namurcenſi.
914 Carolus Francorum Rex fundationem à S. Gerardo inchoatam receuſet ac collaudat. Tomo II. 806.
918 S. Gerardus, Vir Nobilis ac potens eam fundat Tomo I. 342.
932 Henricus Auceps Imperator fundationem confirmat. Tomo I. 38.
942 Stephanus Papa, Gerardo Abbati Romæ poſtulanti, Fundationem ſuam confirmat. Tomo I. 257.
992 Otto III. Imperator eandem ſuſcipit in protectionem. Tomo II. 807.

1006 S. Henricus II. Imperator donat eam S. Notgero Leodienſi Epiſcopo. Tomo III. 11.
1131 Alexander Epiſcopus Leodienſis corpus S. Gerardi Abbatis è terra elevat. Tomo I. 93.
1140 Manaſſes D. de Hierges benefacit. Tomo I. pag. 689.
1154 Henricus Comes Namurcenſis in protectionem ſuſcipit. Tomo I. 183.
1566 S. Pius V. Pont. eam annectit pro dote Epiſcopatûs Namurc. Tomo II. 1098.

GERARDIMONTENSIS, Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Mechlinienſi.
1081 Gerardus Cameraceniis Epiſcopus transfert eam è Dickelvena in Gerardimontem. Tomo I. 513.
1083 Idem donat ei Altare de Hunneghem. Tomo III 18.
1096 Manaſſes Epiſcopus Cameracenſis eam ampliùs dotat. Tomo I. 165.
1142 Nicolaus Epiſcopus beneficia Prædeceſſorum ſuorum confirmat Tomo I. 530.
1314 Sigerus de Liedekercke D. Boulariæ ſervos ſeos & ancillas offert S. Adriano. Tomo I. 449.
1333 Ludovicus Comes Flandriæ relevat ab Epiſcopo Leodienſi feudum de oppido Gerardimontenſi. Tomo III. 161.
1518 Eccleſia Parochialis S. Bartholomæi in Gerardimonte incorporatur Abbatiæ. T. III. pag. 631.

GERONSART Abbatia Canonicorum Regularium juxta Namurcum.
1134 Leodienſis Epiſcopos fundationem ejus confirmat. Tomo II. 818.
1230 Religioſi ejus inſtituunt Prioratum Vallis Scholarium Leodii. Tomo III. 393.

S. GERTRUDIS, Abbatia Canonicorum Regularium Lovanii.
1200 Canonici S. Petri Lovanii conferunt Vicariam Eccleſiæ S. Gertrudis Franconi primo Præpoſito. Tomo I. 725.
1206 Henricus I. Dux Brabantiæ eam fundat ac dotat. Tomo I. 114.
1214 Idem Dux ei benefacit. Tomo I. 736.
1234 Walterus de Tilborgh Vir Nobilis eam dotat. Tomo I 750.
1240 &c. Gilbertus de Tilborgh dat Decimam de Tilborgh, Carolas de Arſchot Decimam de Betecum &c. Tomo I. 761.
1260 Johannes de Aerſchot dat Patronatum de Werde & Langdorp. Tomo I. 428.
1265 Item Reinerus de Riviris. T. I. 772.
1462 Ludovicus de Bourbon Epiſcopus Leodienſis inſtituit Capitulum Arſchotanum, ſimulque Præpoſitum, Cantorem & Plebanum è Monaſterio Gertrudano. Tomo I. 460. Tomo III. 620.
1519 Leodienſis Epiſcopus declarat Eccleſiam S. Gertrudis exemptam à Matrice S. Petri, eamque incorporat Abbatiæ ibidem. T. III. pag. 638.

S. GERTRUDIS Prioratus Monialium Ordinis S. Auguſtini Bruxellis.
1138 Fundatur illic Hoſpitale per Rikeldim Matronam & Albertum Plebanum S. Gudilæ. Tomo I. 177.
1255 Epiſcopus Cameracenſis Fratribus & Sororibus ibidem Statuta præſcribit. T. III. 610

GERTRUDIS-BERGENSE olim Canonicorum Capitulum in Diœceſi Sylvæducenſi.
1261 Hildegundis Abbatiſſa Thorenſis dotat Capitulo ſuo Eccleſias de Monte S. Gertrudis, Baerle & Gilſen. Tomo II. 862.
1310 Leodienſis Epiſcopus inſtituit Collegium Canonicorum in Monte S. Gertrudis, petente Abbatiſſa Thorenſi. Tomo I. 780.
1326 Joannes XXII. Pont. confirmat hanc Electionem. Tomo II. 883.

GHEMPE Præpoſitura Monialium Præmonſtratenſium Vide infra Inſulam Duciſſæ.

GIENNENSIS (Jaen) Epiſcopatus in Hiſpania.
1560 Pius IV. Pont. conſtituit penſionem notabilem ſuper fructibus ejus, pro dote provisionali Namurcenſis Epiſcopi. Tomo III. 470.

S. GISLENI, Abbatia Benedictinorum juxta Montes-Hannoniæ.
965 Otho I. Imperator prædia à Dagoberto Rege, à S. Aldegunde aliiſque donata confirmat. Tomo I. 505.
1018 S. Henricus Imperator poſſeſſiones confirmat. Tomo I. 508.
1034 Conradus II. Imp. in protectionem ſuſcipit. Tomo I. 510.
1040 Item Henricus III. Imp Tomo III 302.
1071 Henricus Imp. eam tradit Notgero Leodienſi Epiſcopo. Tomo III. 15.
1096 Urbanus II. Papa confirmat poſſeſſiones Abbatiæ de Anbechies paulò poſt unitæ Monaſterio Giſleniano. T. III. 22.
1145 Conradus III. Imp. privilegia ab aliis Imperatoribus ac Regibus eouceſſa corroborat. Tomo I. 531.
1191 Item Henricus VI. Imp. Tomo I. 554.
1229 Idem. Tomo I. 744.
1250 Guilielmus Romanorum Rex & Hollandiæ Comes eam ſuſcipit in tutelam. T. I. 583.
1271 Richardus Romanorum Rex Advocatiam ejus committit Balduino D. de Avenis & Bellomonte. Tomo I. 590.
1274 Radolphus I. Imp. ſuam protectionem donat. Tomo I. 591.
1289 Joannes de Avenis adſcribit huoc Abbatem familiaribus Cæſareis. Tomo I. 592.

GISLENGHIEN, Abbatia Monialium Benedictinarum Nobilium in Diœceſi Cameracenſi.
1132 Lietardus Epiſcopus Cameracenſis eam fundat ac dotat. Tomo III. 37.
1138 & 1143 Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus fundationem confirmat. Tomo III. 40.

GOES.Æ (vulgo Ter-Goes,) in Zelandia Conventus FF. Crucigerorum.
1560 Unitos Epiſcopatui Middelburgenſi. Tomo III. 477.
1572 Religioſi opponunt ſe oniooi. T. III. 705.

GORZIENSIS Abbatia Benedictinorum in Lotharingia. Vide infra Sathanacenſem Præpoſituram.

GRANDE-PRATUM, (vulgo *Grandpré*) Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium, Diœceſis Namurcenſis.
1231 Henricus & Margareta Comites Namurcenſes eam fundant ac dotant. Tomo I. 306 & 307.
1232 Ferrandus & Joanna Comites Flandriæ fundationem laudant & approbant T. I 308.
1237 Balduinus II. Marchio Namurcenſis prædia ac ſilvas ab Henrico fratre donatas confirmat Tomo I. 311.
1238 Item Thomas & Joanna Flandriæ Comites. Tomo I. 308.
1239 Balduinus II. Imperator Conſtantinop. 160 bonaria ſilvæ vendit Grandiprato. T. I. 313

GREVENTHAL, (latinè Vallis Comitis)

Abbatia Monialium Ciſtercienſium, Diœceſis Colonienſis.
1255 Ottho Comes Geldriæ eam fundat ac dotat. Tomo III. 413.
GRIMBERGA, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, Diœceſis Mechlinienſis.
1132 Liethardus Epiſcopus Cameracenſis confirmat ejus fundationem, ac ſubſtitutionem Præmonſtratenſium in loenm Canonicorum Regularium. Tomo I. 96.
1201 Adeliſa, Gerardi D. Grimbergæ ac Ninoviæ vidua, eam dotat. Tomo I. 728.
1218 Confraternitatis Litteræ inter Grimbergenſem ac Furnenſem Abbatias. Tomo III. 81.
1220 Waltherus D. de Sotteghem dotat Præpoſituram de Novo-Sarto, vulgo Nieuweurode, ubi tunc erant Moniales. Tomo I. 740.
1236 Godefridus & Ingelramus DD. Grimbergæ, Peruſii &c. eam dotant. Tomo I. 753.
GROENENBRIELE, Abbatia Monialium Ordinis St. Auguſtini Gandavi.
1359 Simon de Mirsbello & de Haelen, eam fundat. Tomo II. 1019.
GUILIELMITARUM Monaſteria in Belgio. Series Conventuum. Tomo III. 121. Vide ſuis locis, Brugenſem, Beverea Waſiæ, & Peene Diœceſis Iprenſis.

H.

HAELTRENSE Capitulum Canonicorum in Flandria. Vide Aloſtanum.
HAEREN, Monaſterium Monialium Ordinis S. Franciſci, olim apud Silvamducis.
1501 Maria & Ermgardis de Talhout Sorores Begginæ Silvæducenſes fundant. T. III. 220.
HAMMENSIS, Abbatia Benedictinorum, Diœceſis Audomarenſis
1093 Robertus Friſius Comes probat ejus fundationem per Ingelramum & Emmam DD. Lilterii. Tomo II. 1142.
1252 Erimitur à Juriſdictione Abbatis Caraffenſis in Gallia. Tomo III. 411.
HANSWYCK Prioratus Canonicorum Regularium Mechliniæ.
1266 & 1288 Erigitur per Nobiles & Scabinos Mechlinienſes pro Religioſis è Prioratu Leeuweuſi, &c. Tomo III. 142.
HARLEBECANUM, Capitulum Canonicorum in Flandria.
1042 Galtherus, Agentrudis, aliique nobiles benefaciunt huic Eccleſiæ. Tomo II. 947.
1063 Philippus Franciæ Rex confirmat fundationem Capituli à Balduino Flandriæ Comite inſtituti. Tomo I. 59.
1063 & 1083 Balduinus & Radbodus Epiſcopi Tornacenſes confirmant fundationem. T. I. 60.
1067 Liethertus Vir Nobilis benefacit huic Eccleſiæ. Tomo II. 949
1070 Alexander II. Papa confirmat fundationem. Tomo I. 61.
1072 Eugelbertus, Folswendis, aliique nobiles dotem augent. Tomo II. 950.
1074 Robertus Friſius Comes Flandriæ, aliique beneficia conferunt. Tomo II. 951.
1105 Acquiſitio Parochiæ Tiletanæ à Balduino Epiſcopo. Tomo I. 80.
1165 Acquiſitio Altarium de Molebeecke, Engelmunſter, Coolſcamp & Moorſele, à Gerardo Epiſc. Tornac. Tomo II. 971.
1198 Balduinus Comes confirmat donationes Rogerii Caſtellani Cortracenſis & aliorum. Tomo III. 67.
1201 Decima de Wevelghem eidem Capitulo confirmatur. Tomo II 983.
1246 Præter Præpoſituram erigitur dignitas Decanalis Tomo II. 995.
1387 Margareta Comitiſſa confirmat privilegium ac redditur molendinorum Harlebuci T III. 436.
1623 Rationes pro tranſlatione Capituli Harlebec. ad Eccleſiam Mechlin. Tomo III. 259.
1623 Reſcriptum Capituli Harlebec. pro eadem tranſlatione. Tomo III. 268.
HARLEMENSE Capitulum Cathedrale in Hollandia.
1560 Bulla Erectionis hujus Epiſcopatûs per Pium IV. Pont. Tomo I. 797.
- - - Acta Romæ pro eadem Erectione. T. III. pag. 552. 555.
HASNONIENSIS, Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Atrebatenſi.
877 Carolus Calvus Imperator poſſeſſiones ejus confirmat. Tomo I. 32.
1065 Philippus I. Francorum Rex reſtaurationem hujus Abbatiæ confirmat. T. III. 305.
1086 Eccleſia B. M. Valenecnis Monachis Haſnonenſibus à Balduino Comite donatur. Tomo I. 268.
1086 Gerardus Epiſcopus eandem conſecrat ac fundationem confirmat Tomo I. 514.
1087 Balduinus Comes huic Abbatiæ benefacit. Tomo I. 315.
1088 Abbas Haſnonienſis ob Monaſterii ſui inopiam vendit allodia de Alosto, Ledæ &c. T. I. pag. 74.
1159 Tranſactio inter Abbatias Haſnonienſem ac Furnenſem, pro quibuſdam terris. T. III 50.
1293 Joannes Comes Hannoniæ damna illi illata reſtaurat. Tomo III. 426.
HASPRENSIS, Præpoſitura Benedictinorum apud Valenecenas, in Hannonia.
1044 Acquiritur à Monachis S. Vedaſti Atrebatenſibus. Tomo I. 265.
1176 Balduinus V. Comes Hannoniæ decernit ejus jura ac conſuetudines. Tomo III. 347.
1184 Idem Balduinus acceptat Advocatiam ejuſdem Præpoſituræ. Tomo III. 351.
Vide etiam inferius, *Pratum Porcinum.*
HASSELETUM, Oppidum Diœceſis Leodienſis.
1218 Jus Patronatûs Eccleſiæ à Comite Loſſenſi datur Abbatiæ Herckenrodenſi. T. II. 846.
1296 Arnoldus Comes Loſſenſis benefacit Auguſtinianis ibidem. Tomo I. 778.
HASTERIENSIS Prioratus Benedictinorum, ſub Abbatia Walciodorenſi, Diœceſis Namurcenſis.
654 Widericus Comes ejuſque uxor Bertha fundant illic Abbatiam Monialium, eamque ſubjiciunt Epiſcopo Metenſi. Tomo III. 2.
910 Carolus Simplex Francorum Rex eam donat Leodienſi Epiſcopo. Tomo II. 805.
1205 Epiſcopus Metenſis declarat ſubjectionem Haſterienſium ad Abbatiam Walciodorenſem, & Bullam Clementis III. Papæ pro ſeparatione, falſam fuiſſe ac ſubreptitiam. T. III. 367.
1227 Tranſit à juriſdictione Metenſis Epiſcopi ad Leodienſem. Tomo III. 388.
HEINSBERGH, Præpoſitura Monialium Præmonſtratenſium, in Diœceſi Leodienſi.
1165 Goſwinus D. Heinsbergæ ejuſque uxor Aleidis eam fundant, probante Leodienſi Epiſcopo. Tomo I. 280.
1180 Philippus Heinsbergius Archiepiſcopus

Colonienſis fundationem à parentibus factam confirmat. T. I. 281.
1183 1194. 1201. Confirmationes Cœleſtini III. Pont. Philippi Archiepiſcopi Colonienſis & Rudolphi Archidiaconi Leodienſis. Tomo I. 282.
1218 S. Engelbertus Archiepiſcopus Colonienſis poſſeſſiones confirmat. T. I. 283.
1223 Theodoricus D. Heinsbergæ amplius dotat. Tomo I. 284.

HENNIACENSIS (vulgo Hennin-Lietard) Abbatia Canonicorum Regularium, Diœceſis Atrebatenſis.
1123 Carolus Bonus Comes Flandriæ eam ab omni ſæculari poteſtate liberat. T. I. 172.
1129 Remenſis Archiepiſcopus poſſeſſiones ejus enumerat. Tomo I. 379.

HERCKENRODE, Abbatia Monialium Nobilium Ordinis Ciſtercienſis in Diœceſi Leodienſi.
1213 Ludovicus Comes Loſſenſis confirmat fundationem ejus à parentibus ſuis inchoatam. Tomo II. 833.
1218 Idem auget dotem. Tomo II. 845.
1218 Arnoldus frater præcedentis pariter benefacit. Tomo II. 846.
1317 Narratio Miraculi Herckenrodani. Tomo II. 833 in Notis.

HERENDALIUM, Oppidum Campiniæ Brabantinæ in Diœceſi Antverpienſi.
1209 Pactio inter Ducem Brabantiæ & Capitulum Montenſe S. Waldetrudis, pro extructione hujus Oppidi. Tome I. 197.
1411 Hortus concluſus, Præpoſitura Norbertinarum ibidem, fundatur ab Arnoldo D. de Craeyenhem & Johanna de Steenvoorde. Tomo II. 1331.
1411 Petrus de Alliaco Epiſcopus Cameracenſis eandem fundationem confirmat. Tomo III. pag 173.

HEVERLEA, Cœnobium Cœleſtinorum juxta Lovanium.
1525 Fundatur à Guillelmo de Croy ac Maria de Hamalia conjugibus. Tomo II. 1051.

HEYDELBERGENSE, Capitulum Canonicorum in Germania.
1225 Henricus Wormatienſis Epiſcopus Caſtrum Heydelbergh cum Burgo adjacente tradit in feudum Ludovico Comiti Palatino Rheni. Tomo I. 742.

HEYENDONCK, olim Monaſterium Monialium Ordinis S. Auguſtini juxta Mechliniam. Vide inferiùs Mechlinienſe Seminarium.

HEYLOO, olim Prioratus Canonicorum Regularium in Diœceſi Harlemienſi.
1560 Suppriminitur & unitur per Pium IV. novo Epiſcopatui Harlemenſi. Tomo I. 797.

HILVARIBECANUM, olim Canonicorum Capitulum in Diœceſi Silvæducnſi.
1505 Confœderatio illius cum ſex aliis Capitulis Campiniæ. Tomo III. 222.

HONDISCHOTANI, Trinitarii, in Diœceſi Iprenſi.
1220 Gualterus D. Honſchotæ fundationem illius, à patre inchoatam perficit. T. I. 740.

HONNECOURT, Abbatia Benedictinorum, in Diœceſi Cameracenſi.
677 Amalfridus Vir Nobilis ſubmittit hoc Monaſterium receus à ſe fundatum curæ S. Bertini Abbatis. Tomo II. 927.

HOOGHSTRATANUM Capitulum Canonicorum in Diœceſi Antverpienſi.
1286 Jus Patronatûs hujus Eccleſiæ datur Capitulo Antverpienſi. Tomo I. 592.
1531 Clemens VII. Pont. erigit Capitulum, ad preces Autoni de Lalaing, & Iſabellæ de Culembourg DD. Hooghſtratæ. Tomo I. 790 Tomo II. 1277.

HORREENSIS, B. M. Abbatia Monialium Benedictinarum Treviris in Germania.
682 Leo III. Pont. dat ei Privilegia. Tomo I. 243.

HORTUS B. M. V. (vulgo Mariengaard) Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, olim in Friſia.
1208 Duces Pomeraniæ donant ei Caſtrum S. Petri in ſuo Ducatu, ad inchoandam illic Abbatiam Præmonſtratenſium. T. III. 76.
1300 Jus Patronatûs Eccleſiæ S. Viti Leovardiæ, eidem Abbatiæ conceditur. T. III. 150.

HORTUS CONCLUSUS B. M. Vide ſupra, Herendalium.

HOSPITALIA. Vide ſuis locis, Aldenardenſe. Alollenſe. Brugenſia B. M. isem Jeruſalem, & S. Oberti, Bruxellenſia, B. M. & Nicolai &c. Gandavenſia, dives Leproſarium & Bylocam. Inſulenſia, Comitiſſæ & S. Salvatoris. Leſſinienſe. Mierlocnſe. Sechlnienſe. Sylvæducenſe. Ter-Sieeken Mechliniæ. Thamiſienſe &c.

HOUDANUS, Prioratus Benedictinorum, in Artheſia, hodie Lobienſium.
1132 Aluiſus Atrebatenſis Epiſcopus & Theodoricus Comes Flandriæ, eum fundant ac dotant pro Monachis S. Remigii Remis. Tomo II. 1314.

HOUGARDIENSE & HOXEMIENSE, Capitula Canonicorum Diœceſis Leodienſis, juxta Thenas in Brabantia.
1684 Viſitatio atque ſtatuta utriuſque Capituli. Tomo III. 497.

S. HUBERTI Abbatia Benedictinorum in *Arduenna*, Diœceſis Leodienſis.
687 Pipinus Heriſtallius ejuſque conjux Plectrudis eam fundant. Tomo II. 1125.
1006 S. Henricus II. Imperator eandem confirmat Notgero Epiſcopo Leodienſi. T. III. 55.
1094 Godefridus Bullonius I. Rex Jeroſolymæ Prioratum Bullonienſem dotat, ac ſubjicit hujus Abbatiæ. Tomo I. 76
1147 Arnulphus Comes Chiniacenſis donat ei Prioratum S. Solpicii in Villa Pyrorum Diœceſis Remenſis. Tomo III. 334.

HUENSE Capitulum Canonicorum, in Diœceſi Leodienſi.
985 Otho III. Imperator donat Notgero Leodienſi Epiſcopo Comitatum Hoienſem. T. I. 51.
1066 Theoduinus Leodienſis Epiſcopus, ibidem XV. Canonicos inſtituit. Tomo I. 68.
1166 Idem Epiſcopus eam amplius dotat, ſuamque hic eligit ſepulturam. Tomo I. 352.

I.

JACOBI [S.], in Frigido Monte (vulgo *Caudenbergh*) Abbatia Canonicorum Regularium Bruxellis.
1151 Godefridus I. Brabantiæ Dux approbat cambium terrarum inter Abbatias Affligemienſem & Frigidi-Montis. Tomo I. 392
1201 Henricus I. Brabantiæ Dux, ejuſque fra-

ter Guilielmus D. de Peruwez eam dotant. Tomo I. 727.
1257 Alexander IV. Pont. concedit Canonicis Regularibus hujus Abbatiæ, ut in Ecclesia Collegiata S. Gudilæ Præbendam unam obtinenent. Tomo II. 1001.
1269 Aequirit partem territorii sui à Leonio Castellano Bruxellensi. Tomo I. 773.
1460 Philippus Bonus Burgundiæ Dux cedit ei Jus Patronatûs in quasdam Ecclesias Ducatûs Limburgensis. Tomo II. 1037.
1622 Capella S. Jacobi in Frigido-Monte, erigitur in Parochialem Ecclesiam. T. III. 267.

S. JACOBI Abbatia Benedictinorum Leodii.
1016 Balduricus Episcopus Leodiensis eam fundat ac dotat. Tomo III. 297.

S. JACOBI, Ordo Militaris, olim in Hollandia.
1290 Florentius Comes Hollandiæ novos Equites creat. Tomo I. 441.

JARDINETUM, Abbatia Religiosorum Cistercienſium, Diœcesis Namurcensis
1413 Substituuntur Monachi in locum Monialium. Tomo III. 174.

JEROSOLIMITANA Ecclesia Patriarchalis.
1104 Statuitur Confraternitas inter ipsam ejusque Canonicos, & Episcopum ac Canonicos Atrebatenses. Tomo III. 315.

JERUSALEM, Hospitale Brugis.
1435 Fundatur per nobilem Familiam de Adornes, & ab Eugenio IV. Pont. confirmatur. Tomo III. 449.

JESUITÆ in Belgio.
Catalogus Collegiorum. Tomo III. 251.
Præpositi Generales. Ibidem.
Vide item suis locis Brugense, Colonienſe, Duacense, Hallense, Leodiense utrumque Wallonum & Anglorum, Luxemburgense, & Watanense Anglorum, Collegia.

INDENSIS, Abbatia Benedictinorum. Vide supra, Cornelis-Munster.

INSULA-DUCISSÆ (vulgo Ghempe) Præpositura Monialium Norbertinarum, juxta Lovanium.
- - - Historia Fundationis ejus. Tomo I. 586.
1229 Henricus I. Brabantiæ Dux transfert eam è vico de Pellembergh in Winghe. T. I. 748.
1230 Leodiensis Episcopus eam suscipit in protectionem. Tomo II. 852.
1235 Archidiaconus Brabantiæ in Ecclesia Leodiensi confirmat donationem Parochiæ de Nieuwrode. Tomo II. 858.
1239 Idem facit Henricus II. Brabantiæ Dux. Ibidem.
1241 Item Johannes Miles de Aerschot. Tomo II. 859.
1241 & 1252 Aequirit Jus Patronatûs Ecclesiæ de Winghe. Tomo II. 857 & 859.
1255 Acquirit Jus Patronatûs Ecclesiæ de Corselke ab Henrico D. de Bautersheim. Tomo II. 859.
1255 Innocentius IV. Pont. omnes donationes præcedentes confirmat. Tomo II. 860.
1265 Moniales de Ghempe cedont Cortembergenſibus decimam suam in Hombeeck. Tomo I. 586

INQUISITIO FIDEI, in Belgio.
1544 Paulus III. Papa declarat Clericos aut Regulares, in causa Inquisitionis contra hæreticos, sine periculo irregularitatis testari & accusare posse. Tomo III. 231.
1545 Sententia lata Bruxellis per Inquisitores Fidei contra Petrum Alexandri. Tomo III. 462.
1560 Juramentum præstitum ab hiis Inquisitoribus. Tomo III. 469.
1575 Pius V. Papa declarat Duci Albano & Episcopis Belgii, eos qui sese ab Inquisitione excusant, eo quod baptizati non sint, oihilominus velut hæreticos esse puoiendos. Tomo III. 246.

INSULENSE S. Petri Capitulum, in Gallo-Flandria.
1065 Fundatur ac dotatur à Baldnino Comite. Tomo I. 65 & Tomo III 691.
1088 Aequirit Altare de Ghidts, T. III. 664.
1090 Acquirit Personatum & Ecclesiam de Werwicke. Tomo I. 361.
1096 Robertus Comes Flandræ donat ei terram de Leskin Tomo III 665
1111 Lambertus Atrebatenſis Episcopus, & ante Canonicus Insulensis, donat Altare de Moneeaux. Tomo I. 370.
1115 Damna ei illata à Comite Flandriæ reparantur Tomo I. 83.
1128 Hospites seu Vasalli ejus obligantur ad ei succurrendum. Tomo I. 684.
1202 Philippus Augustus Francorum Rex fundationem ejus ac bona confirmat T. III. 674.
1209 Balduinus Cominii Dominus ei benefacit. Tomo I. 570.
1221 Recognitio Joannæ Comitissæ Flandriæ pro acceptis 300 libris à Capitulo, ad liberationem Mariti sui Ferraudi. Tomo III. 677.
1232 Admissio FF. Minorum Insulis. Tomo III. pag 679.
1238 Conventio inter Insolensem & Brugensem Ecclesias, ratione Præposiurarum. Tomo III. 101.
1241 Concordatum pro Dominio Capituli in Parochia S. Mauritii Insulis. T. III. 589.
1269 Institutio famosæ Processionis Insulensis per Margaretam Flandriæ Comitissam. Tomo III. 686.
1288 Guido Comes cedit ei Decimam de Wambrechies & acquirit Jurisdictionem in Parochia S Mauritii Tomo III. 425.
1293 Acquisitio Decimæ de Bixschote. T. III. pag 612.
1360 Ludovicus Comes Flandriæ Litteras fundationis hujus Capituli vetustate corrasas denuò confirmat. Tomo III 691.

INSULENSE Begginagium.
1244 Margareta Flandriæ Comitissa erigit ibidem Hospitale pro Begginis infirmis. T. III. 594.
1244 Tornacensis Episcopus fundationem illam confirmat. ibidem.
1277 Margareta Comitissa erigit ibidem Capellaniam Tomo III. 419.

INSULENSIS Camera Rationum.
1385 Philippus Audax Dux Burgundiæ & Comes Flandriæ, eam instituit. T. II 1252.

INSULENSE Hospitale Comitissæ, vulgo l'Hopital-Comtesse.
1236 Joanna Constantinopolitana Comitissa Flandriæ illud instituit Tomo III. 100.
1239 Confirmatur fundatio & statuuntur conditiones. T. III. 104.
1246 Approbatio Tornacensis Episcopi Ibid, pag. 105.
1277 Margareta Comitissa largitur ei omnia molendina Insulensia. Tomo III. 419.

INSULENSE Hospitale S. Salvatoris.
1233 Joanna Comitissa fundationem ibidem instituit. Tomo III. 681.
1686 Ludovicus XIV. Francorum Rex, huic Hospitali quædam alia minora Hospitalia alia

incorporari mandat. Ibidem.
INSULENSES Mooritæ.
1232 Admittuntur à Capitulo S. Petri. T. III. pag. 679.
1250 Transferuntur intra Urbem. Ibidem.
S. JOANNIS Abbatia Canonicorum Regularium Valenceuis.
1107 Emmiſſa Comitiſſa Valencenenſis eam dotat, tunc Collegiatam Canonicorum, dein Abbatiam Regularium. Tomo II. 814.
1107 Odo Cameracenſis Epiſcopus donat Altare de Eſtreun. Tomo I. 675.
1117 Burchardus Epiſcopus donat Altare de Helperneis. Tomo I 677.
1139 Nicolaus Epiſcopus confirmat Altare de Eſtreun Tomo I 688
1141 Idem dat Altare de Semeriis. ibid 690.
1145 Idem controverſias inter hanc Abbatiam & Prioratum S. Salvii componit ibid. 697.
1173 Alexander III. Pont. confirmat ejus poſſeſſiones ac privilegia. Tomo II. 829.
1185 Balduinus Comes Hannoniæ donationes confirmat. Tomo II 834.
1196 Idem Scholas ibidem inſtituit. T. II. 837.
1200 Idem benefacit. Tomo I. 725.
1231 Ferrandus & Johanna Comites eam dotant. Tomo I. 750.
1239 Item Joannes de Spacio miles ejuſque uxor Helvidis. Tomo II. 856
1287 Joannes de Aveus Comes eam conſtituit Capellam ſuam, ejuſque Abbates Capellanos perpetuos Comitum Hannoniæ. T. I. 777.
S. JOANNIS in Monte, Abbatia Benedictinorum Ipris in Flandria, olim juxta Teruanam in Arthefia
1080 Hubertus Teruanenſis Epiſcopus ejus reſtaurationem confirmat, eamque tradit Monachis Fſcanenſibus. Tomo III. 16.
1280 Guido Comes Flandriæ ejus jura privilegiaque confirmat. Tomo II. 1325.
IPRENSE, Capitulum Cathedrale S. Martini.
1102 Joannes Epiſcopus Morinenſis in locum Canonicorum Sæcularium Regulares ibidem inſtituit. Tomo II. 1149.
1119 Idem Epiſcopus concedit eis Altaria de Reninghelſt, Boezingha & Zuetchota. Tomo III. 667.
1120 Archiepiſcopus Remenſis præcedentem fundationem ac dotationem confirmat. Ibidem.
1560 Pius IV. Pont. ſuppreſſâ Præpoſiturâ Canonicorum Regularium, Capitulum Cathedrale inſtituit, cum Epiſcopo &c. Tomo II. 1077.
1567. Epiſcopus I. Rithovius transfert bona Præpoſituræ S. Martini in dotem ſui Epiſcopatûs. Tomo III. 481.
1574 Idem Epiſcopus ſex Præbendas de Membro S. Martini annexit totidem Paſtoratibus Iprenſibus. Tomo III. 249.
- - - Series Epiſcoporum. Tomo II. 1084.
1576 Gregorius XIII. Papa ſeparat ab Abbatia de Wormezeele 1200 ducatos annuè, pro augenda dote Epiſcopi Iprenſis; cum Regio Placeto. Tomo III 487.
Vide etiam *Teruanenſe* B. M. Cathedrale, & *Furnenſe* Capitulum S. Walbargis, quorum pars Ipras tranſlata fuit.
IPRENSE Begginagium.
1273 Inchoatur, ac confirmatur per Comitiſſam Flandriæ. Tomo III. 606.
IPRENSES Clariſſæ Pauperes.
1514 Prima earum fundatio in Middelburgi in Flandria; unde Ipras tranſierunt. Tomo III. 456.
ISENDYCKE, Fortallitium & Oppidulum ſub Hollandis in Flandria.
1331 Ludovicus Comes Begginagium illic olim erectum, ſuſcipit in protectionem. T. III. 160.
IVODIENSE, (vulgo Ivoy-Carignan) Capitulum Canonicorum in Ducatu Luxemburgenſi.
1572 [male 1600] Proſpectus de erigendo hoc Capitulo in Cathedrale, pro novo Epiſcopatu Luxemburgenſi. Tomo III. 258.

L.

LABBIETTE, Monaſterium Dominicanarum Monialium Inſulis.
1276 Margareta Flandriæ Comitiſſa fundat illud ac dotat. Tomo III. 532.
- - - Gregorius IX. & Honorius III. Pont. confirmant. Ibidem.
1327 Carolus IV. Francorum Rex protectionem donat. Ibidem 533.
LACENSIS, (vulgo Lach) Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Trevirenſi.
1093 Henricus Comes Palatinus Rheni eam fundat. Tomo I. 270.
1110 Sigifridus Comes Palatinus fundationem perficit, traditque directioni Abbatis Affligemienſis in Brabantia. Tomo I. 271. T. III 319.
LÆTIENSIS, (vulgo Lieſſies) Abbatia Benedictinorum in Hannonia.
1125 Adalbero Leodienſis Epiſcopus confirmat fundationem Prioratûs Sarti Monachorum, ab hac Abbatia dependentis. Tomo III 327.
1139 Emmiſſa Comitiſſa Valencenenſis huic Abbatiæ benefacit. Tomo II. 820.
1160 Item Gualterus D. Avenenſis. T. I. 703.
1160 Prioratus Dooi-Petri ei tribuitur. T. III. 342.
1172 Petrus Cameracenſis Epiſcopus donationes confirmat. Tomo III. 346.
1206 Philippus Marchio Namurcenſis benefacit Prioratui Sarti Monachorum. T. III. 370.
1208 *Henricus Imperator Conſtantinopolitanus & Theodorus Patriarcha Antiocheuus* donant eidem Abbatiæ de Sanguine *Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Tomo III. 374
LAUDENSIS, (vulgo Loz) Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium, juxta Inſulas, in Flandria.
1147 Theodoricus Alſatius Comes Flandriæ eam extruit. Tomo I. 698.
1152. Idem cum conjuge ſua ei benefacit. 699 & 700.
1171 Petrus de Bargis eam dotat. T. I. 394.
1191 Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus benefacit. Tomo II. 836.
1202 Item Thomas & Joanna Comites Flandriæ. Tomo I 732.
1204 Innocentius II. Pont. poſſeſſiones ac privilegia confirmat. Tomo II. 840.
1211 Aliud ejuſdem Pont. Breve. 842.
1217 Honorius III. Pont. benefacit. 844.
1227 Bulla altera Honorii III. 851.
1234 Joanna Comitiſſa poſſeſſiones ac privilegia confirmat. Tomo I. 750.
1243 Eadem Johanna Privilegia tuetur. T. I. 762.
1304 Philippus Pulcher Rex Galliæ privilegia ac libertates confirmat. Tomo II. 882.
S. LAURENTII, Abbatia Benedictinorum Leodii.
1034 Reginardus Epiſcopus Leodienſis eam fundat ac dotat. Tomo III. 300
1079 Eccleſia S. Petri de Aincourt, cujus Ca-

pitulum hodie eſt in S. Jacobi Lovanii, ei incorporatur per Leodienſem Epiſcopum. Tomo III. 17.
1111 Obertus Leodienſis Epiſcopus confirmat Abbati S. Laurentii Jus conferendi Prabendas Aicurienſes. Tomo III. 28.
1124 Walcherus Ide Trudeneries donat ei prædium de Avernas. Tomo I. 276.
1149 Eccleſia S. Severi io Meſſia, olim Collegiata, nunc Prioratus, ei incorporatur. Tomo III. 335.
1152 Abbatia S. Ægidii Leodii ex eadem fundatus. Tomo III. 341.
1203 Prioratus S. Nicolai in Glano Leodii, ipſi unitus. Tomo III. 366.

LAURISHEIM, Præpoſitura Præmonſtratenſium in Germania, nunc diruta; quæ olim fuerat Abbatia Benedictinorum.
763 Cancor Rhenenſis Pagi Comes eam fundat ac dotat, tradiqueRuigango Metenſi Archiepiſcopo. Tomo I. 641.
770 Alia ejuſdem dos. Ibid. 643.
841 Lotharius Imperator multa prædia ei donat. pag. 646.
862 Anſfridus Comes Palatii ei benefacit. 648.
884 Item Carolus Craſſus Imperator. 650.
1095 Jura Advocati Laurishmenſis. T I. 668.
1103 Henricus III. Imperator Cellam de Ebrensbergh Laurishemio annexam protegit. p. 674.

LEFFE Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium juxta Dionantum, Diœceſis Leodienſis.
1152 Erigitur per Henricum Comitem Namurcenſem ac ſubditus Abbatiæ Floreffienſi. Tomo III. 616.

LENSIENSE Capitulum Canonicorum, in Diœceſi Atrebatenſi.
1070 Euſtachius & Ida Comites Boloniæ, pſrentes Godefridi Bullonii Regis Jeroſolimitani illud fundant ac dotant. Tomo I. 359.
1070 Cameracenſis Epiſcopus varia privilegia largitur. Tomo I 361.
1106 Atrebatenſis Epiſcopus confirmat ejus poſſeſſiones. Tomo I. 81.
1177 Philippus Comes Flandriæ illi benefacit. Tomo I. 713.
1247 Viſitatio Reliquiarum, quas Rex Godefridus Bullonius, huic Eccleſiæ donaverat. Tomo I. 204.
1250 Euſtachius Bolonie Comes ei benefacit. Tomo I. 583.
1266 Mathildis Artheſiæ Comitiſſa fundat Capellaniam in Caſtro. Tomo I. 432.

LEODIENSIS Civitatis ac Diœceſis Capitula.
1451 Nicolaus V. Pont. illa eximit à Juriſdictione Ordinariorum, iiſque Conſervatores Privilegiorum conſtituit. Tomo III. 194.
1458 Pius II. Pspa concedit eis jus eligendi Decanum de gremio. Tomo III. 199.

LEODIENSE Capitulum Cathedrale S. Lamberti.
894 Carolus Simplex Francorum Rex reſtituit Frsuconi Epiſcopo ablatas poſſeſſiones. Tomo I. 251.
898 Zuendeboldus Lotharingiæ Rex donat huic Eccleſiæ Villam de Teux. Tomo I. 253.
915 Carolus Simplex Rex donat ſilvas quaſdam in Arduennis. Tomo I. 254.
963 Capitulum Cathedrale ſupplet è bonis propriis fuodationem Capituli S. Martini. T. III. pag. 294
980 Otho II. Imperator confirmat poſſeſſiones Eccleſiæ S. Lamberti. Tomo I. 50.
985 Otho III. Imp. donat Notgero Epiſcopo Comitatum Hoienſem. Tomo I. 51.
1008 S. Henricus Imperator Balderico Epiſcopo dat bannum beſtiarum in ſilvis quas poſſidebat. Tomo I. 53.
1040 Henricus III. Imperator Nithardo Epiſcopo dat Comitatum Husbaniæ Tomo I 264.
1071 Venditione acquirit Comitatum Hannoniæ. Tomo III. 15.
1096. Balduinus Comes Montenſis, vendit Covinium Oppidum Oberto Epiſcopo. T. I 364.
1127 Rainaldus Archiepiſcopus Remenſis Caſtrum Bullonicoſe in feudum concedit Epiſcopo Alberoni. Tomo I 682.
1155 Adrianus IV. Pont. confirmat jura ac poſſeſſiones. Tomo II. 825.
1155 Item Fredericus I Imperator. Ibid. 826.
1171 Idem Fredericus Imperator confirmat oppignationem Heritalil factam Epiſcopo Leodienii pro 300 marcis à Godefrido Brabantiæ Duce. Tomo I 188.
1202 Guido Sedis Apoſtolicæ Legatus Statuta præſcribit. Tomo I 564.
1204 Albertus Comes de Muha, Leodienſem Eccleſiam ſui Comitatûs heredem nuncupat. Tomo I. 569.
1266 Robertus Virduuenſis Epiſcopus, conſtitutâ inter ſuam & Leodienſem Eccleſiæ confraternitate, concedit io emphyteuſim municipium Jupilenſe. Tomo II. 863.

LEODIENSE S. Bartholomæi Capitulum Canonicorum.
1031 Rugiuarus Epiſcopus confirmat fundationem Capituli per Godeſchalcum de Morialmè Præpoſitum Eccleſiæ Cathedralis. T. II.809.
1044 Wazo Epiſcopus varia attribuit prædia pro decem Canonicis, ad complendam numerum XXX. Prædendarum. Tomo II. 810.
1046 Idem Epiſcopos benefacit. Tomo III. 303.

LEODIENSE S. Crucis Capitulum Canonicorum.
1005 S. Henricus Imperator confirmat fundationem Capituli per Notgerum Epiſcopum. Tomo II 808.

LEODIENSE S. Dionyſii Capitulum Canonicorum.
1331 Joannes III. Brabantiæ ac Limburgi Dux confirmat ei Decimas in Herva & locis adjacentibus. Tomo III. 159.

LEODIENSE S. Johannis Capitulum Canonicorum.
997 Otho III. Imperator dotat hoc Capitulum, recentes a Notgero Epiſcopo fundatum. Tomo I. 657.
1157 Henricus Leodienſis Epiſcopus donat ei dimidiam Eccleſiam Thenenſem. T. III. 49.
1173 Godefridus III. Brabantiæ Dux dotem auget. Tomo I. 189.
1186 Urbanus III. Pont. ejus Altaria ac poſſeſſiones confirmat Tomo III. 353.
1189 Rodulphus Epiſcopus, & S Albertus Godefridi III Brabantiæ Ducis filius, donationem Eccleſiæ ac Decimæ Thenenſis confirmant. Tomo I. 290.
1190 Albertus Leodienſis Epiſcopus inſtituit ac fundat Capitulum S. Germani Theuis, ſub Patronatu Capituli S. Joannis. T. III. 65.
1190 Clemens III. Pont. id ipſum confirmat. Ibid.

LEODIENSE, Sti. Martini Capitulum Canonicorum.
963 S. Eraclius Epiſcopus Leodienſis fundat ibidem Collegium XXX. Canonicorum. Tomo I. 653.

963 Capitulum Cathedralis Leodii ſupplet de terris ac bonis ſuis fundationem ab Epiſcopo ſuo luchostam. Tomo III. 294.
1200 Litteræ Confraternitatis inter Capitula S. Martini Turonenſis in Gallia & S. Martini Leodii. Tomo III. 364.
1242 Honorius III. Papa confirmat ejus Altaria. Tomo III. 385.

LEODIENSE Begginagium.
1261 Urbanus IV. Pont. illud protegit. Tomo I. 429 & 430.

LEODIENSIS Carthuſia.
Vide Abbatiam Belli-reditûs. T. III. 548.

LEODIENSES Dominicani.
1219 Joannis Epiſcopus Leodienſis eos fundat Tomo III. 392.

LEODIENSES Jeſuitæ. Vide infra Sti. Severini Prioratum.

LEODIENSES Jeſuitæ Angli.
1616 Maximilianus Elector Bavariæ ejuſque conjux Eliſabetha Lotharingica eos fundant ac dotant. Tomo III. 263.

LEODIENSES Minoritæ.
1261 Margareta D. de Corſwarem eis benefacit. Tomo II. 832.

LEODIENSES Clariſſæ Pauperes.
1514 Prima earum fundatio in Oppido Middelburgenſi in Flandria. Tomo III. 456.

LEOVARDIENSIS Eccleſia Cathedralis S. Viti in Friſia.
1300 Jus Patronatûs ejus à Familia Burmanniana transfertur in Præmonſtratenſes Horti B. M. Tomo III. 150.

LESSINIENSE Hoſpitale in Hannonia.
1254 Aleydis D Aldenardæ ac Leſſiniæ illud inſtituit, probante S. Ludovico Rege Galliæ. Tomo III. 598.

LEVESHAM olim Prioratus Benedictinorum in Anglia, ſub Abbatia S. Petri Gandavi.
1044 S Eduardus Angliæ Rex primævam ejus per Elfredum Regem fundationem recenſet, eumdemque confirmat Abbatiæ S. Petri. Tomo III 13.
1240 Henricus III. Angliæ Rex privilegia ac bona ejus recenſet. Tomo III. 106.
1414 Henricus V Rex eum ſupprimit ac bona annectit Carthuſiæ de Sheene. Tomo III. 176.

LILLERIENSE Capitulum Canonicorum, in Diœceſi Audomar.
1043 Fundatur à Wenemaro D. Lillerii. Tomo I. 150.

LINGONENSE, (vulgo Langres) Capitulum Cathedrale in Gallia.
1179 Hugo Burgundiæ Dux donat Gualtero Epiſcopo Lingonenſem Comitatum. T I. 714.

LINTRENSIS Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Diœceſi Meeblinienſi.
1234 Joannes de Brienne D. de Neder-linter donat ei decimam ejuſdem loci. T. II. 991.
1234 Quod ipſum confirmant Dux Brabantiæ, & Leodienſis Epiſcopus. Ibid. 992.
1236 Idem Joannes de Brienne beneficia ſua confirmat. ibid. 993.

LIRANUM Canonicorum Capitulum, Diœceſis Antverpienſis.
1174 Godefridus III. Brabantiæ Dux ei benefacit. Tomo I 711.
1180 Henricus I. Dux confirmat fundationem Arnoldi D. Rotſelariæ. Tomo I. 396.
1199 Idem donat ei Parſonatum Eccleſiæ Liranæ. Tomo I. 557.
1200 Item Jus Patronatûs. Tomo. III. 71.
1209 & 1211 Ac rurſum benefacit. T. I. 733.
1229 Aliaque conſtituit ad ejuſdem utilitatem. Tomo III. 89.
1266 Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus Conſtitutiones Ducum Brabantiæ confirmat. Tomo III. 525.
1444 Confœderatio cum aliis Capitulis Brabantiæ. Tomo II. 1263 & 64.
1455 Calixtus III. Papa, pro augenda dote miniſtrorum, 5 Capellanias ſupprimit. T. III. 195.

LOBBIENSIS Abbatia Benedictinorum, in Diœceſi Leodienſi.
691 Pipinus Heriſtallius donat S. Urſmaro terram Lobienſem, ſilvam de Foreſtella, aliaque prædia. Tomo II. 1126.
697 Idem cum uxore Brunihelda dotem ſuam auget. Tomo III. 283.
888 Arnulphus Imp. Abbatiam hanc donat Franconi Leodienſi Epiſcopo. Tomo I. 650.
908 Ludovicus Lotharingiæ Rex, eam Stephano Epiſcopo attribuit. Tomo I. 34.
973 Otho II. Imperator confirmat ejus privilegia, petente Notgero Epiſcopo, qui abdicato hujus Monaſterii regimine, Abbatem præficit Regularem. Tomo III 296.
984 Idem Otho donat Notgero Leodienſi Epiſcopo Abbatias Lobbienſem, Gemblacenſem &c. Tomo II. 807.
1006 Similiter S. Henricus II. Imp. T. III. 11.
1800 Folcardus Abbas bona quædam ob Monaſterii inopiam divendit. Tomo I. 672.
1101 Idem Abbas ſupplicam præſentat Henrico IV. Imperatori ſuper ſtatu & oppreſſione ſuæ Abbatiæ. Tomo I. 672.
1101 Henricus IV. Imperator eam in protectionem recipit ac privilegia confirmat. T. I. 673
1131 Innocentius II. Pont. Privilegia concedit, atque imprimis neminem in illius Eccleſia poſſe humari. Tomo II. 1169.
1132 Alvriſus Atrebatenſis Epiſcopus & Theodericus Comes Flandriæ fundant Prioratum Houdanum, qui primò ad Remenſes S. Remigii poſtmodum ad Lobienſes pervenit. Tomo II. pag. 1314.
1150 Eugenius III. Pont. confirmat poſſeſſiones, ac ſignanter Jus Patronatûs in Capitula Anthoniana & Binchienſe. Tomo II. 1169.
1185 Idem facit Lucius II. Pont. Tomo III. 713.
1719 Tranſactio inter Abbatem Lobbienſem & Vice-Comitem de Fruges, ſuper Jure Patronatûs quarumdam Parochiarum Diœceſis Antverpienſis. Tomo III. 279.

LOENSIS Abbatia Canonicorum Regularium, Diœceſis Iprenſis.
1093 Philippus Comes Loenſis, Roberti Flandriæ Comitis Filius eam fundat ac dotat. Tomo I. 269.
1118 Wilhalmus de Ipra, Philippi Comitis filius, eam dotat. Tomo I. 247.
1119 Johannes Morinenſis Epiſcopus fundationem prædiaque confirmat. ibidem.
1123 Item Carolus Bonus Flandriæ Comes. Tomo I. 373.
1130 Item Theodericus Alſatius Comes. Tomo I. 277.
1166. 1177 & 1181 Item Philippus Alſatius. Tomo I. 705 & 278.
1269 Item Guido Comes Flandriæ T. I. 208.

LOSDUYNEN Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Hollandia, quæ defiit.
1224 Florentius Comes Hollandiæ eam fundat. Tomo II. 849.

LOSSENSE, (vulgo Borchloen) Capitulum Canonicorum, in Diœceſi Leodienſi.

1225 Ludovicus Comes Loſſenſis fundationem Majorum ſuorum ampliat, IV. Præbendas Sacerdotales adjiciendo. Tomo II. 850.
1274 Joannes Comes Loſſenſis Decanatum ac præbendas ampliùs dotat. Tomo II. 864.

LOVANIENSE S. Petri Canonicorum Collegium.
1140 Godefridus II. Dux Brabantiæ confirmat fundationem illius à Lamberto Baronto Lovanienſi Comite factam. Tomo I. 388.
1200 Capitulum cedit Eccleſiam Parochialem S. Gertrudis Franconi primo illius Præpoſito. Tomo I. 725.
1230 Viſitatur per Decanum S. Joannis Leodienſis, ex commiſſione Legati Apoſtolici. Tomo III. 90.
1443 Eugenius IV. Pont. inſtituit Capitulum X. Canonicorum ſecundæ fundationis, pro Profeſſoribus variarum ſcientiarum. T. II. 896.
1444 Cameracenſis Epiſcopus conſentit in incorporationem Eccleſiarum de Erps, Brecht, Boom & Schella, ad opus Canonicorum ſecundæ fundationis. Tomo III. 189.
1599 Juramentum præſtitum à Principibus Alberto & Iſabella, pro ſervandis juribus Eccleſiæ S. Petri & aliarum. Tomo II. 919.

LOVANIENSE S. Jacobi Capitulum Canonicorum.
1036 Radulphus vir Nobilis, ejuſque uxor Giſla illud fundant ac dotant, Aycuriæ in Gallo-Brabantia. Tomo I. 263.
1079 Henricus Epiſcopus Leodienſis Eccleſiam S. Petri Aicuriæ incorporat Abbatiæ S. Laurentii Leodii. Tomo III. 27.
1111 Obertus Epiſcopus Leodienſis confirmat eidem Abbati jus conferendi præbendas Aicurienſes. Tomo III. 28.
1456 Concordia inter Capitulum S. Petri Aicurienſe & Rectorem Parochialis Eccleſiæ S. Jacobi Lovanii, ſuper tranſlatione præfati Capituli. Tomo II. 900
1456 Confirmatio hujus Concordiæ per Magiſtratum Lovanienſem. ibid. 902.

LOVANIENSIS Univerſitas.
1426 Erigitur à Martino V. Papa, ad inſtantiam Joannis IV. Ducis Brabantiæ. T. I. 223.
1426 Joannes IV. Dux tranſfert omnem ſuam juriſdictionem in Rectorem. T. I. 225.
1561 Prioratus Benedictinorum in Bierbeeck unitur à Pio IV. Pont. Facultati Theologicæ Lovanienſi Tomo II. 1093.
1562 Judicium Facultatum S. Theologiæ & utriuſque Juris Lovanii, pro erectione novorum Epiſcopatuum Belgii. Tomo III. 472.
Vide item ſupra, Adriani VI. Pont. Collegium.

LOVANIENSIUM res civiles
1180 Joannes I. Dux Brabantiæ confirmat jura ac privilegia Tribunalis, dicti Decaniæ T. II. pag. 871.
1282 Idem Dux varia concedit Privilegia Magiſtratui & civibus. Tomo II. 1334.
1373 Ordinatio Wenceſlai ac Joannæ Ducum Brabantiæ pro Jure conſtituendi Magiſtratum Tomo II 1024.
1378 Iidem componunt ſubortos tumultus, & formam præſcribunt eligendi Magiſtratûs. Tomo II. 1026.
1382 Iidem, intercedente Epiſcopo Leodienſi tumultuantes cives in gratiam recipiunt, & Privilegium Magiſtratûs confirmant. T. II. 1247.

LOVANIENSES Dominicani.
1233 Leodienſis Epiſcopus dat eis licentiam erigendi Conventum, aliaque privilegia. T. III. 93.
1258 Henricus III. Brabantiæ eos fundat ac dotat. Tomo I. 426.
1263 Item Ducissa Aleydis Henrici conjux. ibid.

LOVANIENSE Beggenagium majus.
1465 Paulus II. Pont. confirmat ejus privilegia ac poſſeſſiones. Tomo III. 205

LUTHOSANUM (vulgo Leuſe) Capitulum Canonicorum, in Hannonia.
802 Carolus Magnus Imperator S. Lutgero Epiſcopo ac fundatori Abbatiæ Werdinenſis in Germania, aſſignat in dotem ejuſdem Monaſterii fiſcum ſuum in Lutboſa. Tomo III. 8.

LUXEMBURGENSIA.
963 Caſtrum Luziliburgum vià permutationis ab Abbate S. Maximini apud Treviros transfertur in Sigifridum primum illius Comitem. Tomo I. 142.
1166 Eccleſia S. Nicolai Luxemburgi conſtruitur. Tomo III 712.
1354 Carolus IV. Imperator Wenceſlaum fratrem ſuum creat primum Ducem Luxemburgenſem. Tomo I. 221.
1317 Idem Wenceſlaus contendit pro munera Enſiferi S. R. I. Tomo I. 223.
1531 Carolus V. Imperator inſtituit Conſilium Provinciale. Tomo II. 1282.
1572 (male 1600) Proſpectus Epiſcopatûs novi in Urbe Luxemburgenſi erigendi. T. III. pag. 257.

LUXEMBURGENSES Jeſuitæ.
1088 Prioratus Aqualiæ Ordinis Cluniacenſis erigitur; dein huic Collegio unitus. T. II 358.
1097 Prioratus Cluniacenſis Ordinis S. Benedicti erigitur, dein pariter annexus huic Collegio. Tomo I. 670.

M.

MALBODIENSIA, (vulgo Maubeuge) Capitulum, S. Aldegundis Canonicorum Nobilium, & S. Quintini, Canonicorum, in Hannonia.
646 B. Aldegundis prima Abbatiſſa ac fundatrix, per Teſtamentum plurima bona relinquit. Tomo III. 557.
1071. Henricus Imperator confirmat Epiſcopo Leodienſi Monaſterium hoc S. Aldegundis. Tomo III. 15.
1518 Vidimus Teſtamenti S. Aldegundis in favorem utriuſque hujus Capituli. T. III. 558.

MALMUNDARIENSIS, (vulgo Malmedy) Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Colonienſi, unita Stabulenſi. Vide *Stabuletum*

MALONIENSIS Abbatia Canonicorum Regularium, juxta Namurcum.
1006 S. Henricus Imperator eam dat Notgero Leodienſi Epiſcopo. Tomo III. 11.
1147 Henricus Epiſcopus Leodienſis confirmat inſtitutionem Canonicorum Regularium in locum ſæcularium. Tomo III. 718.
1272 Gregorius X. Pont. confirmat ejus Altaria ac Privilegia. Tomo III. 717.

MARCIANENSIS, (vulgo Marchienne) Abbatia Benedictinorum juxta Ducum, Diœceſis Atrebatenſis.
877 Carolus Calvus Imperator confirmat ei Barfiacum, Gaugiacum, aliaque prædia. Tomo I. 138.
976 Lotharius Francorum Rex, reſtituit villam Aines, Judithæ Abbatiſſæ Marcian. Tomo I. 143.
1036 Balduinus Comes Flandriæ conſiliuit ibidem Advocatum D. Albiniaci. Tomo I. 679.
1089 Bal-

1089 Balduinus Comes Hannoniæ confirmat beneficia collata. Tomo I. 517.
1176 Philippus Comes Flandriæ determinat controverſiam inter Monachos & D. de Landaſt. Tomo I 718.
1209 Nicolaus D. de Lalaing ei benefacit. Tomo I. 734.

MAREOLENSIS (vulgo Mareuil) Abbatia Canonicorum Regularium, Diœceſis Atrebatenſis.
977 Lotharius Francorum Rex, reſtituit prædia, eidem à Folberto Cameracenſi Epiſcopo alitiſque attributa. Tomo I 144.
1138 Aloiſius Epiſcopus Atrebatenſis amotis Clericis ſæcularibus, Regulares Canonicos ſubſtitoit. Tomo III 330

MARICOLLENSIS (vulgo Maroilles) Abbatia Benedictinorum, in Diœceſi Cameracenſi.
667 Fundatio primitiva à Sancto Humberto Abbate. Tomo I. 9.
821 Ludovicus Pius Imperator dat ei Villam de Saſſigny. Tomo I. 246.
921. Carolus ſimplex Francorum Rex varia prædia attribuit. Tomo I 36 [*bis.*]

S. MARIÆ-MAGDALENÆ Monaſterium Monialium Ordinis S. Auguſtini Bruxellis.
1511 Fundatur à Marco Steenberghe, Decano S. Gudilæ. Tomo III. 636.

MARIÆVALLIS, Monaſterium Dominicanarum in Ducatu Luxemburgenſi.
1237 Ermeſindis Comitiſſa confirmat ejus Fundationem factam à Theodorico de Marſch Dapifero ſuo. Tomo III. 401.
1288 Beneficia eidem præſtita à Comite Hannoniæ. Tomo III. 423.

MARIENDONCK, Prioratus Religioſorum Ciſtercienſium, olim in Diœceſi Silvæducenſi.
1560 Subjicitur Prioratui S. Salvatoris Antverpiæ. Tomo II. 901

MARKETTA, Abbatia Monialium Ciſtercienſium juxta Inſulas, Diœceſis Tornacenſis.
1233 & ſequentibus. Joanna & Margareta Comitiſſæ Flandriæ, earumque mariti eam fundant ac dotant. Tomo III. 394
1236 Joanna Comitiſſa eam ampliùs dotat. Tomo I. 577.
1236 Eadem Comitiſſa eam liberat ab onere tenendi Hoſpitale. Tomo III 400
1237 A Markettanis Monialibus inchoatur Vallis-Cœli apud Dixmudam. Tomo III. 587.

MARSANA, (vulgo Meirſſen) Præpoſitura prope Trajectum Moſæ, olim Abbatiæ S. Remigii Remenſis Ordinis S. Benedicti, dein Abbatiæ Aquæ-curtenſis Ordinis S. Auguſtini.
968 Gerberga Franciæ Regina donat allodium Marſanenſe Monaſterio S. Remigii Remenſis. Tomo I. 48.
1136 Innocentius II. Papa confirmat ſubſtitutionem Monachorum loco Canonicorum. Tomo I 385.
1138 Godefridus Barbatus Brabantiæ Dux reſtituit Littam allodium, huic Monaſterio. Tomo I 525.
1145 Conradus Imperator confirmat poſſeſſiones. Tomo I. 105.
1152 Fredericus Barbaroſſa Imperator declarat Jura Advocati Eccleſiæ Marſan. Tomo I 537.
1160 Godefridus III. Dux confirmat, Littam, vulgo Littoyen, pagum apud Sylvam Ducis Tomo I. 185.
1561 In Erectione Epiſcopatûs Ruræmundenſis per Pium IV. Papam, eidem incorporatur. Tomo I. 482.

S. MARTINI Abbatia Benedictinorum Tornaci.
1094 Epiſcopus Tornacenſis primævum ejus originem recenſet atque confirmat. Tomo II. 952.
1103 Epiſcopus Noviomenſis confirmat fundationem Prioratûs S. Amandi de Thorota, in ſua Diœceſi, ab hac Abbatia dependentis. Tomo III. 315.
1115 Paſchalis II. Papa determinat controverſias inter hanc Abbatiam & Capitulum Cathedrale Tornacenſe. Tomo III. 321.
1198 Magiſtratos Tornacenſis concedit *immunitatem* à vectigalibus, ob beneficia ſibi præſtita. Tomo II. 1204.
1210 Epiſcopus Tornacenſis confirmat ei ſua Altaria atque poſſeſſiones. T. III. 377.
1242 Conſeotit Abbas in tranſlationem Abbatiæ Monialium Ciſtercienſium in Wevelghem. Tomo III 405.
1330 Abbas confirmat fundationem Carthuſiæ Silvæ S. Martiol, apud Gerardimontem, ſub ſoo Patronatu. Tomo III. 158.

S. MARTINI Lovanii Prioratus. Vide infra, Thronum B. M.

S. MAXIMINI Abbatia Benedictinorum, apud Treviros in Germania.
640 Dagobertus Francorum Rex, Monaſterium hoc, à Conſtantino Imp. ejuſque matre S. Helena fundatum, prædiis ac privilegiis auget. Tomo I. 124.
729 Gregorius II. Papa eidem immunitatem aliaque privilegia largitur. Tomo I. 129.
765 Pipinus Francorum Rex eam protectione donat. Tomo I. 130.
790 Item Carolus Magnus Imperat. T. I. 130.
930 Item Henricus Auceps, Imperator. Tomo II. pag. 938.
963 Abbas S. Maximini cedit Caſtrum Luxilliburgum Sigefrido primo illius Comiti. Tomo I. 142.
993 Sigefridus II. Comes Luxemburgenſis donat ei varias poſſeſſiones. Tomo I. 147.
812 Ludovicus Pius Imperator protectionem largitur. Tomo I. 132.

MECHLINIENSE Capitulum Metropolitanum ac Primatiale D. Rumoldi.
910 Carolus Simplex Francorum Rex donat Leodienſi Epiſcopo Abbatiam S. Rumoldi. Tomo II. 805.
1006. S. Henricus Imperator confirmat hanc Eccleſiam ſeu Abbatiam Epiſcopo Leodienſi. Tomo III. 11.
1134 Altare, ſeu Jus Patronatûs Eccleſiæ D. Rumoldi conceditur huic Capitulo, per Cameracenſia Capitulum. Tomo II. 964.
1147 Acquiſitio Altarium de Steen-Ockerſeel, Schelle &c. ab Epiſcopo Cameraceſi. Tomo II 969.
1230 Epiſcopus Leodienſis confirmat ei decimam de Battembroeck. Tomo III. 585.
1249 Cameracenſis Epiſcopos confirmat Statutom pro reſidentia Canonicorum. Tomo III. pag 596.
1250 Arnoldus de Zellaer Scholaſticus, fundat XII. Beneficiatos. Tomo II. 996.
1255 Idem auget eorum dotem. ibid. 1000.
1258 Et Cameracenſis Epiſcopus confirmat. ibid. pag. 1003.
1255 Epiſcopus Cameracenſis erigit Eccleſiam B. M.

Mechliniæ in Parochialem. Tomo III. 116.
1259 Arnoldus de Zellaer benefactor munificus, fundat ſibi Anniverſarium Tomo III. 414.
1260 Henricus III Brabantiæ Dux donat huic Eccleſiæ omnem decimam Novalium. Tomo III. 120.
1287 Fundatio Capellaniæ in S. Rumoldi per Sophiam D. de Berthaut. Tomo I. 771.
1378 Epiſcopus Leodienſis confert Præpoſituram Rumoldi. Tomo III. 617.
1444 Confœderatio hujus Capituli, cum aliis Capitulis Diœceſis Cameracenſis. Tomo II. 1263 & ſequentibus.
1560 Pius IV. Papa erigit Archiepiſcopatum Machlinienſem, & D. Rumoldi Eccleſiam conſtituit Metropolitanam. Tomo I. 610.
- - - Series Archiepiſcoporum Mechlinien. ibid. pag. 617.
1561 Unio Abbatiæ Affligemienſis ad hunc Archiepiſcopatum. Tomo II 1092.
1561 Acta in poſſeſſione Cardinalis Granvellani prim: Archiepiſcopi. Tomo III. 241 & 243.
1573 Litteræ Convocatoriæ ad ſacrandum Conſilium Provinciale Mechlinienſe Lovanii celebrandum. Tomo III. 247.
1623 Agitur da unione Capituli Hatlebacenſis ad Metropolitanum Mechlinienſe. Tomo III. pag. 259 & 268.
1643 Archiepiſcopus Boonen erigit novam Præpoſituram, Archipresbyteratum, & quaſdam novas Præbendas. Tomo III. 271.
1643 Eccleſia B. M. trans Diliam, ſub Patronatu Capituli Metropolitani, erigitur in Collegiatam Tomo II. 920.

MECHLINIENSE Capitulum Canonicorum B M. V. ultra Diliam.
1255 Erectio Parochiæ. Tomo III. 116.
1643 Capituli Canonicorum Erectio. T. II. 920.

MECHLINIENSE Seminarium Archiepiſcopale.
1486 Monaſterium Monialium Ordinis S. Auguſtini ex pago de Eeckeren apud Antverpiam, transfertur, in vicum de Heyendonck apud Mechliniam. Tomo III. 628.
1500 Domus Standonica fundatur Mechliniæ authore Joanne Standonck Mechlinienſi, S. T. D. Pariſiis; quæ Domus dein verſa in Seminarium. Tomo III. 219.
1556 Monaſterium ſupra-dictum ex Heyendonck transfertur in vicum de Calfvoort ſub Parochia de Puers, ibique unitur Hoſpitali, ac tandem bona utriuſque ceſſerunt Seminario. Tomo III. 644

MECHLINIENSIUM res civiles.
1238 Pactio inter Henricum II. Brabantiæ Ducem & Waltherum Bertholdum D. Mechliniæ Tomo I. 311 & 313.
1300 Hugo Leodienſis Epiſcopus cedit quædam jura in Urbe Mechlinienſi Joanni I. Duci Brabantiæ Tomo I. 212.
1308 Pactio inter Leodienſem Epiſcopum & Ægidium D. de Berthaut, ſuper Juribus, vulgo Keuren. Tomo I. 593 & Tomo III. 151.
1333 Adolphus Leodienſis Epiſcopus vendit Mechliniam Comiti Flandriæ. Tomo II. 1017.
1333 Excipitur in hac venditione Jus conferendi Præpoſituram S. Rumoldi. Tomo II. 1019.
1333 Comes Flandriæ relevat hoc feudum ab Epiſcopo Leodienſi. Tomo III. 161.
1505 Philippus Pulcher Hiſpaniarum Rex Magnum Conſilium inſtituit. Tomo II. 1044.
- - - Præſides magni Conſilii. ibid. 1045
1585 Reconciliatio Mechlinienſium cum Rege Philippo II. Tomo II. 1309.

MECHLINIENSES Carmelitæ Calceati.
1408 Capitulum S Rumoldi approbat fundationem Sacelli Ten-bruynen-Cruyce. T. III. 720.

MEFFIENSIS S. Severi, olim Eccleſia Collegiata, modo Prioratus Benedictinorum ſub Abbatia S. Laurentii Leodii.
1149 Incorporatur Abbatiæ S. Laurentii per Epiſcopum Leodienſem. Tomo III. 335.

MELITENSIUM Equitum Ordo, in Belgio.
1142 Godefridus II. Brabantiæ Dux beneficit Militibus Templi Jeroſolymitani, quorum bona nunc ſunt Melitenſium. Tomo II. 1164.
1160 & 1181 Godefridus III. Dux eos in protectionem ſuſcipit, eorumque bonis largitur immunitatem. Tomo III. 51 & 61.
1180 Fredericus Imperator donat protectionem Cæſaream. Tomo III. 60.
1184 Lucius III. Papa confirmat largitiones vaſiorum Ducum Brabantiæ. Tomo II. 1189.
1188 Godefridus III. Dux beneficia ab hoc Ordine recepta rependit. Tomo II. 1191.
1298 Joannes II. Brabantiæ Dux bona ſuſcipit in protectionem. Tomo III. 148.
1311 & 1312 Philippus Pulcher Galliæ Rex rogat Clementem V. Papam, ut Ordo Templariorum tollatur, ejuſque bona in Gallia ac Flandria tranſferantur in Ordinem S. Joannis Jeroſolymitani. Tomo III. 428.
Vide etiam ſuis locis Commendarias da Chantraine, Slype apud Brugas, Bredanam, Ultrajectinam & Walsberghe apud Thanas.

MERCKEM, Abbatia Benedictinarum, olim in Diœceſi Iprenſi, dein conceſſa PP. Jeſuitis Iprii.
1180 Philippus Alſatius Comes Flandriæ eam dotat. Tomo II. 1319.

MESSINENSIS. Abbatia Nobilium Benedictinarum Diœceſis Iprenſis.
1065 Epiſcopus Morinenſis donat eam eidem libertate, qualem olim dederat Ambianenſis Epiſcopus Abbatiæ Corbeienſi. Tomo I 64.
1066 Philippus Galliæ Rex prædia per Balduinum Comitem ejuſque conjugem Adelam attributa confirmat. Tomo I. 67.
1080 Robertus Friſius Comes fundationem Adelæ matris ſuæ confirmat. Tomo I. 69.
1147 Eugenius III. Papa cunctas ejus poſſeſſiones recenſet atque confirmat. Tomo III. 46.
1176 Iwanus Comes Aloſti ejuſque Uxor Laureta eam dotant. Tomo I. 192.
1176 Philippus Alſatius Flandriæ Comes confirmat poſſeſſiones ac privilegia. Tomo III. 54.

METENSE, Capitulum Cathedrale in Lotharingia
844 Sergius II. Papa conſtituit Drogonem Archiepiſcopum Metenſem, Caroli Magni Imperatoris filium naturalem, Vicarium S. Sedis in Gallia & Germania. Tomo I. 647.
1227 Metenſis Eccleſia cedit Leodienſi Oppidum & Abbatiam S. Trudonis, item Abbatiam Walciodorenſem cum Prioratu Haſterienſi; & Leodienſis viciſſim dat Metenſi Villam de Maidieres Quam permutationem probat Archiepiſcopus Colonienſis. Tomo III. pag. 388.

S. MICHAELIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium Antverpiæ
1112 Origo Tanchellianæ hæreſeos. Tomo III. pag. 567.
1124 Fundatur per Hildolphum Præpoſitum & Canonicos B. M. Antverpiæ, qui relicta S. Norberto ejuſque ſodalibus Eccleſia S. Michaelis ad Ba-

filiam Marianam ſe conferunt. Tomo I. 85.
1124 Burchardus Cameracenſis Epiſcopus tranſmigrationem iſtam confirmat. Tomo I. 86.
1210 &c. Henricus Dux Brabantiæ dat ei jus piſcandi. Tomo III. 676.
1308 Abbas Eynhamenſis jura ac prædia ſua in Deurne apud Antverpiam, vendit Abbati S. Michaëlis. Tomo II. 1012.

MIDDELBURGENSIS Epiſcopatus ejuſque Capitulum Cathedrale in Zelandia.
1483 Sixtus IV. Papa dat Privilegium Middelburgenſibus, ne extra ſuum Oppidum in jus evocentur. T. III. 216.
1560 Deſignatio dotis ac limitum &c. novi hujus Epiſcopatûs. Tomo III. 477 & 551.
- - - Epiſcopi Middelburgenſes. Ibid. 479.
1572 Supplica Crucigerorum Ter-Goes ad Pium V. Pontificem contra Unionem ſui Monaſterii. Tomo III 705.

MIDDELBURGENSIS Abbatia B. M. V. Religioſorum Præmonſtratenſium.
1150 circ. Engenius III. Pontifex conſentit, ut in Zelandiam transferatur. Tomo III. 722
1427 Martinus V. Pontifex mandat bona ablata ei reſtitui. ibidem. 721.

MIDDELBURGENSE Capitulum Canonicorum in Flandria.
1458 Epiſcopus Tornacenſis concedit Petro Bladelin, Ordinis Aurei Velleris Theſaurario erectionem novæ Parochiæ in Middelburgo, cui recenter Oppidi privilegia procurarat. Tomo II. 1339.
1460 Idem Epiſcopus approbat tranſlationem Parochiæ de Heyle in Caſtrum de Middelburg. Tomo II 1339.
1460 Abbas S. Bavonis Gandavi, Patronus Eccleſiæ de Heyle, conſentit in dictam erectionem novæ Parochiæ. Tomo II. 1340.
1480 Ferricus de Clugny, Epiſcopus Tornacenſis & S. R. E. Cardinalis confirmat fundationem Capituli VI. Canonicorum per Petrum Bladelin. Tomo II. 1341.

MIDDELBURGI in Flandria, Clariſſæ.
1514 Fundantur à Guilielmo de Saillant, D. Middelburgi, probantibus Epiſcopo Tornacenſi, & Abbate S. Bavonis. Poſtea tranſlatæ partim Ipras, ac Leodium. T. III. 456.

MIERLO, Hoſpitale in Brabantia, Diœceſis Sylvæducenſis.
1531 Cardinalis Enckevoort illud fundat in loco ſuo natali, probante Clemente VII. Pontifice. Tomo I. 471.

MILEN, Abbatia Benedictinarum prope Trudonopolim, Diœceſis Leodienſis.
1219 Arnoldus Comes Loſſenſis & Gobertus de Orbays, donant ei Curtim de Milen. Tomo II. 847.

MINIMI in Belgio.
1618 Albertus & Iſabella Belgii Principes eoſdem admittunt, dantes licentiam ubicumque erigendi Conventus; qui ibidem enumerantur. Tomo I. 629.

MINORITÆ in Belgio. Vide ſuis locis Gandavenſes, Leodienſes & Valencenenſes.

MOGUNTINUM, (Maience) Capitulum Metropolitanum, in Germania.
748 Zacharias Papa S. Bonifacium Archiepiſcopum & S. Sedis Legatum aliis Epiſcopis commendat Tomo I. 12.
751 Idem Zacharias Eccleſiam Moguntinam erigit in Metropolitanam, ad preces S. Bonifacii, cum quinque Eccleſiis Suffraganeis. Tomo I. 641.

MOGUNTINUM Capitulum Canonicorum S. Albani.
1200 Confraternitas & aſſociatio inter hanc Eccleſiam, tunc adhuc Abbatiam Benedictinorum, & Capitulum S. Albani Namurcenſe. Tomo II. 1206.

MOLINIENSIS (vulgo Moulins) Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium Diœceſis, Namurcenſis.
1233 Epiſcopus Leodienſis approbat ejus fundationem & inſtitutionem Monialium ibidem. Tomo II. 1222.
1413 Subſtituuntur Monachi loco Monialium. Tomo III. 174.
1439 Philippus Bonus Burgundiæ Dux permittit erectionem Monaſterii de Nizella, velut Refugium Molinienſium Tomo III. 725.

MOLISMENSIS, (vulgo Moleſme) Abbatia Benedictinorum in Gallia.
875 Carolus Calvus Imperator in Attinaco palatio ſuo templum ædificat, pro Monachis Moliſmens. Tomo I. 137.

MONASTERIENSE (Munſter) Capitulum Cathedrale, in Germania.
802 Carolus Magnus Imperator aſſignat S. Ludgero primo Epiſcopo Monaſterienſi, fiſcum ſuum in Luthoſa, quod eſt Hannoniæ Oppidum. Tomo III. 8.
1534 Franciſcus à Waldeck Epiſcopus Monaſterienſis exponit Paulo III. Papæ miſerabilem Eccleſiæ ſuæ ſtatum, per oppreſſionem Anabaptiſtarum. Tomo I. 607.

MONS S. AGNETIS, olim Prioratus Canonicorum Regularium, Diœceſis Daventrienſis.
1560 Unitur Epiſcopatui Daventrienſi per Bullam Pii IV. Pontificis. Tomo I. 790.

MONS S. ELIGII, Abbatia Canonicorum Regularium Diœceſis Atrebatenſis.
1097 Lambertus Atrebatenſis Epiſcopus fundationem ejus confirmat. Tomo I. 166.
1260 Margareta Flandriæ Comitiſſa largitur ei *Privilegia*. Tomo III. 600.
1268 Robertus II. Arthefiæ Comes eam ab omni theloneo liberat. Tomo III. 602.

MONS S. JOANNIS, olim Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium apud Moſacum, Diœceſis Leodienſis.
1143 Cæleſtinus II. Pontifex eam privilegiis donat. Tomo III. 722.
1155 Ludovicus Comes Loſſenſis fundationem ejus confirmat. Tomo I. 700.
1162 Henricus Leodienſis Epiſcopus eam à priore ſua ruina vindicat. Tomo III. 724.

MONS S. MARTINI, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, Diœceſis Cameracenſis.
1117 Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus eandem erigit. Tomo 569. & 570.
1136 Abbas S. Quintini in Inſula concedit habitationem in Boony. Tomo III. 336.
1137 Epiſcopus Cameracenſis eandem transfert ex Boony in Montem S. Martini. T. III. 337.

MONS PACIS. Vide Vredenbergh.

MONS SS. TRINITATIS, (aliàs Beauchamp) Abbatia Canonicorum Regularium in Lotharingia.
1177 Bertha Duciſſa Lotharingiæ eidem benefacit Tomo I. 399.

MONTENSE Capitulum Canonicorum ac Nobilium Canonicarum Sræ Walde-

trudis, in Hannonia.
1071 Henricus I. Imperator confirmat Epiſcopo Leodienſi jurisdictionem in Abbatiam S. Waldetrudis. Tomo III. 15.
1181 Lucius III. Papa confirmat ejus privilegia, Altaria ac poſſeſſiones. Tomo III. 350.
1195 Balduinus Comes Hannoniæ fundat illic Altare S. Jacobi. Tomo I. 107.
1201 Idem Balduinus donat ei plures ſervos ac ancillas, ſub onere ſui anniverſarii T. III. 365.
1209 Pactum inter Ducem Brabantiæ & Capitulum Stæ. Waldetrudis, pro extructione oppidi Herendalienſis in Campinia. Tomo I. 197.
1458 Philippus Bonus Burgundiæ Dux recenſet ejus originem primoſque Hannoniæ Comites fundatores. Tomo III. 200.
1545 Concordatum cum aliis Parochiis, ſuper præeminentiis & juribus Parochialibus hujus Eccleſiæ Tomo II. 1362.

MONTENSE Capitulum Canonicorum S. Germani.
1181 Lucius III. Papa confirmat ejus Privilegia. Tomo II. 1187.

MONTENSE Capitulum Canonicorum S. Petri, quod deſiit.
1117 Prædendæ ejus annectuntur à Balduino Comite Monaſterio Sti. Dionyſii Ordinis S. Benedicti juxta Montes. Tomo I. 677.

MORINENSIS Epiſcopatus & Capitulum Cathedrale. Vide infra *Teruanam*.

MOSACENSE (vulgo Maſeyck) B. M. V. Capitulum Canonicorum, Diœceſis Leodienſis.
944 Otho I. Imperator donat Leodienſi Epiſcopo Monaſterium Eiche, hodie Capitulum. Tomo I. 258.

MOSÆTRAJECTINUM Capitulum Canonicorum S. Servatii, Diœceſis Leodienſis.
889 Arnulphus Imperator Trajectenſem Abbatiam tradit Ratbodo Archiepiſcopo Trevirenſi. Tomo I. 250.
898 Zoendoboldus Lotharingiæ Rex hanc Abbatiam, quam Raginero I. Comiti Hannoniæ in precariam conceſſerat, ei adimit ac tradit Ratbodo Trevirenſi. T. I. 252.
919 Carolus Simplex Francorum Rex eam Archiepiſcopo Trevirenſi reſtituit. T. I 255 & 256.
945 Otho Magnus Imperator eandem Abbatiam (hodie Capitulum) confirmat Archiepiſcopo Trevirenſi Tomo I. 259.
1103 Abbas S. Amandi Elnonenſis init confraternitatem cum Canonicis S. Servatii. Tomo II. 1159.
1132 Lotharius III. Imperator jura Parochialia ac privilegia hujus Eccleſiæ confirmat. Tomo I. 95.
1530 Carolus V. Imperator Civitatem Moſæ trajectenſem in perpetuum unit Ducatui Brabantiæ. Tomo II. 1274.

MOSOMENSIS Abbatia Benedictinorum Diœceſis Remenſis in Gallia.
983 Adalbero Archiepiſcopus Remenſis pro Canonicis ibidem collocat Monachos. T. I. 656.

MUNTER-BILSEN, Capitulum Canonicarum Nobilium in Diœceſi Leodienſi.
1203 Donat Perſonatum de Nere Abbatiæ Averbodienſi. Tomo I. 731.
1210 Præcipuam dotem ac fundationem confert Commendæ Theutonicæ Veteris Junci, apud Trajectum. Tomo II. 988.
1230 &c Arnulphus Comes Loſſenſis huic Capitulo benefacit. Tomo II. 853.

MUNSTER-EYFFEL Capitulum Canonicorum in Ducatu Juliacenſi.
898 Zuentipoldus Lotharingiæ Rex ei benefacit. Tomo III. 291.

MUNSTERIENSIS, Abbatia Benedictinorum Luxemburgi.
1083 Conſtruitur ac dotatur à Conrado Comite Luxemburgenſi, & plures alii eidem benefaciunt. Tomo I. 269 & Tomo II. 1135.
1166 Eccleſia S. Nicolai Luxemburgi eidem donatur. Tomo III. 712.
1225 Item regimen Scholarum Luxemburgenſium ab Archiepiſcopo Trevirenſium. Ibidem.
1398 Wenceſlaus Romanorum Rex ejus Privilegia confirmat. Tomo II. 1136.

MUNSTER, Abbatia Monialium. vide infra ſub Ruræmunda.

N.

NAELDWICENSE, Capitulum Canonicorum, olim in Hollandia.
1307 Guilielmus D. de Naeltwyck VI. Prædendas fundat Tomo. I. 321.
1369 Alter Guilielmus auget numerum ad XII. Tomo I. 322.

NAMESCHE, Prioratus olim Ordinis Cluniacenſis, ad Moſam, prope Namurcum.
1152 Adrianus IV. Pontifex, è Collegio VI. Canonicorum efficit Prioratum Cluniacenſem. Tomo II. 1172.
1560 Pius IV. Papa, Prioratum extinguit, ejuſque proventus unit Epiſcopatui Namurcenſi. Tomo II. 1085.

NAMURCENSE Capitulum Cathedrale, St Albani.
1006 S. Henricus II. Imperator confirmat Epiſcopo Leodienſi Eccleſiam Namurcenſem. Tomo III 11.
1192 Balduinus Comes Flandriæ primoſque Marchio Namurci, huic Eccleſiæ benefacit. Tomo I. 294.
1195 Idem Balduinus Prædendam Almanno nepoti ſuo confert, ejuſque dein ſectionem in duas partes decernit. Tomo I. 295.
1200 Litteræ aſſociationis & Confraternitatis inter hanc Eccleſiam & Abbatiam S. Albani Moguntiæ. Tomo II. 1206.
1205 Henricus Imperator Conſtantinopolitanus Fratri ſuo Philippo Marchioni Namurci, varias Reliquias donat, quæ in Theſauro Cathedralis Namurcenſis aſſervantur. Tomo I. 405.
1205. Nivelo Sueſſionenſis Epiſcopus defert Conſtantinopoli Namurcum Reliquias Sanguinis D. J. C. Tomo III. 369.
1211 Philippus Marchio Namurcenſis inſtituit ibidem XX. Canonicos totidemque Vicarios. Tomo I. 297. & Tomo II. 1210.
1216 Joleutha Marchioniſſa Namurci cedit filio ſuo hunc Comitatum, & benefacit huic Eccleſiæ. Tomo I. 300.
1221 Philippus Marchio eidem benefacit. Tomo I. 300.
1270 Guido Comes controverſiam inter Canonicos & Scabinos Namurcenſes componit. Tomo I. 318.
1560 Pius IV. Pontifex hanc Eccleſiam, aucto Canonicorum numero, erigit in Cathedralem, cum Epiſcopatu Suffraganeo Cameracenſis Metropolis. Tomo II 1085.
1560 Idem Pius IV. pro dote provisionali hujus Epiſcopatûs, aſſignat penſiones ſuper Gienenſi Epiſcopatu in Hiſpania. Tomo III. 470.

1566 S. Pius V. Pontifex Abbatiam Floreſſienſem; mus affignatam, à dote Epiſcopatus Namurcenſis eximit, eique annectit Abbatiam S. Gerardi. Tomo II. 1098.
- - - Epiſcoporum Namurcenſium ſeries. Tomo II. 1091.

NAMURCENSIS Eccleſia Collegiata B M V.
1214 Petrus Comes Antiſſiodorenſis ac Marchio Namurcenſis confirmat decimas ei conceſſas. Tomo I. 298.
1686 Epiſcopus Van den Perre reducit Canonicatus à numero XVIII. ad XII. Tomo II. pag. 1114.

NAMURCENSE Capitulum Canonicorum S Petri, in arce, quod deſitt
1198 Philippus Nobilis Marchio Namurcenſis confirmat fundationem, & erigit Decanatum. Tomo II. 1203.
1560 In Bulla erectionis Epiſcopatus Namurcenſis ſupprimitur hoc Capitulum, & unitur Cathedrali. Tomo II. 1055.

NAMURCENSE Beggmagnum, quod deſitit.
1427 Inſtituitur per Epiſcopum Leodienſem; at modo Refugium eſt Abbatiæ Boneffienſis. Tomo II 1256.

NAMURCENSIUM Res civiles.
1213 Ceſſio Juris in ſilvam Matleniam pro Comite Namurcenſi Tomo III. 298.
1222 Pax inter Comitem Namurcenſem & Ducem Limburgenſem. Tomo I. 301.
1270 Controverſia ſuper juriſdictione. Tomo I. pag. 318.
1421 Philippus Bonus decernit omnia officia ibidem conferenda Namuranis aut Flandris. Tomo III. 448.
1509 Maximilianus Imperator confirmat Erectionem Concilii Provincialis, à ſuis Prædeceſſoribus factam. Tomo II. 1047.
- - - Series Præſidum Concilii. Ibidem 1049.

NAZARETH, Abbatia Montaltum Ciſtercienſium, apud Liram in Brabantia.
1220 & 1235 Henricus I. Dux Brabantiæ eam fundat ac dotat. Tomo III 583.

NEOPORTUENSIS, (vulgo Nieuport) Carthuſia Anglorum, in Diœceſi Iprenſi.
1414 Henricus V. Rex Angliæ eam fundat, in loco dicto Shene. Tomo III. 177.
1216 Decimæ piſcium in Novo portu conceduntur Capitulo Furnenſi; aliaque ibidem decernuntur. Tomo III 79.

S. NICASII Abbatia Benedictinorum Remis in Gallia.
1135 Theodoricus Comes Flandriæ confirmat ei Prioratum Fivienſem juxta Inſulas. Tomo III. 329.
1148 Alardus D. Chimaci donat ei Eccleſias B M. Magdalenæ & S Genovefæ, cum Hoſpitali in Chimaco. Tomo III 668.
1561 Pius IV. Pontifex Prioratum Bierbacenſem juxta Lovanium, olim hujus Abbatiæ, ſupprimit, & incorporat Facultati Theologicæ Lovanienſi. Tomo II. 1093.

S. NICOLAI de Pratis, Abbatia Canonicorum Regularium, Tornaci.
1126 A Simone Tornacenſi Epiſcopo inſtituitur. Tomo I. pag. 377.
1146 A Theoderico Alſatio Comite in protectionem ſuſcipitur. Tomo III 571.
1179 Ab Everardo Epiſcopo acquirit varia Altaria ac privilegia. Tomo III 349.

S. NICOLAI Furnis Abbatia Præmonſtratenſis. Vide ſupra Furnenſem.

S. NICOLAI in Glano, Prioratus Benedictinorum Leodii, ſub Abbatia S. Laurentii.
1203 Guido Cardinalis ac Legatus Apoſtolicus bona eidem collata confirmat. Tomo III 366.

S. NICOLAI Hoſpitale Bruxellis, quod deſitit.
1253 Magiſtratus Bruxellenſis præſcribit leges FF. Laicis ei deſervientibus. Tomo III. 115.
1308 Clemens V. Pontifex de bonis illius erigit Hoſpitale pro peregrinis, ſub cura FF. Saccitarum. Tomo III. 153.

NINIVENSIS, (vulgo Nienove) Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Flandria, Diœceſis Mechlinienſis.
1138 Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus fundationem ejus à Gerardo Ninivæ D. factam confirmat. Tomo I. 527.
1142 Theodericus Flandriæ Comes in protectionem ſuſcipit. Tomo I. 530.
1145 S. Bernardus Abbas determinat controverſiam inter Abbates Ninivæ & Dilighem pro Parochiis de Liedekercke & Denderleeuwe. Tomo III 42.
1147 Eugenius III. Pontifex poſſeſſiones confirmat. Tomo I. 534.
1165 Philippus Alſatius Flandriæ Comes profitetur ſe ejus Advocatum ſeu protectorem. Tomo I 541.
1167 Gerardus Dominus Grimbergæ ac Ninoviæ, Mathildi uxori ejus, allique, poſſeſſiones illius confirmant. Ibidem.
1167 Idem præſtat Philippus Comes Flandriæ. Tomo I. 543.
1181 Michaël D. Boularii benefacit. Tomo I; pag 545.
1186 Item Razo D. Gaveræ, Tomo I. 548.
1190 Item Guilielmus de Bethunia D. Teneramundæ Tomo I. 554.
1199 Balduinus Comes ejus homines à teloneo ac vectigalibus liberat. Tomo I. 558
1201 Idem declarat ſe Advocatum Monaſterii. Tomo I 562.
1201 & 1202 Razo D. Gaveræ ejuſque uxor Claricia ei benefaciunt. Tomo I. 562. 563 & 572.
1223 Hildegardis Melnæ D. concedit immunitatem à theloneis. Tomo I. 575.
1285 Godefridus Comes Viandæ ejuſque uxor Aalis ei benefaciunt. Tomo I. 440.
1292 Item Razo de Gaveris D. Bredæ ac Liedekercæ. Tomo I. 442.
1300 Cameracenſi Epiſcopus dat ei quædam privilegia. Tomo III. 615.

NIVELLENSE S. Gertrudis Capitulum Nobilium Canonicatum in Gallo-Brabantia.
877 Carolus Calvus Imperator ejuſque Conjux Richildis varias poſſeſſiones concedunt. Tomo I. 502.
897 Zuentiboldus Lotharingiæ Rex eam dotat. Tomo I. 503.
966 Otho I. Imperator poſſeſſiones ejus confirmat. Tomo I 654.
1003 Giſla Gandavenſis ſe ipſum cum ſobole offert in ancillam huic Eccleſiæ. Tomo I. 348.
1040 & 41 Henricus III. Imperator benefacit. Tomo I 660 & 661.
1048 Leo IX. Pontifex privilegia à S. Sede collata confirmat. Tomo I. 661.
1059 Henricus IV. Imperator prædia ejus in tres portiones dividit: quarum prima Xenodochio, ſecunda Abbatiſſæ, tertia Canonicis

& Canoniſſis tribuitur. Tomo I. 510.
1073 Godeſcalcus Nivellenſis Eccleſiæ Præpoſitus benefacit. Tomo I. 664.
1112 Odo Cameracenſis Epiſcopus confirmat Altaria. Tomo I. 676
1126 Oda Nivellenſis Abbatiſſa benefacit. Tomo I. 682.
1136 Lotharius Imperator probat diviſionem prædiorum Eccleſiæ in tres partes. Tomo I. pag. 384.
1158 Nivellenſes Canonicæ allodiam de Loveroul concedunt Monachis Altimontenſibus. Tomo I. 702.
1198 Balduinus Comes Hannoniæ benefacit. Tomo I 723.
1209 Otho IV. Imperator reſtituit Abbatiſſæ dominium Nivelleuſe. Tomo I. 734.
1225 Henricus I. Brabantiæ Dux confirmat quaſdam poſſeſſiones. Tomo I. 742.
1235 Joannes Leodienſis Epiſcopus attenta populi multitudine, undecim Parochias Nivellis inſtituit. Tomo III. 703.
1294 Arnoldus D. de Corſwarem eidem Eccleſiæ benefacit Tomo II. 832.
1341 & 1355 Carolus IV. Imperator declarat jus dandi Inveſtituram Abbatiſſæ, ad Ducem Brabantiæ pertinere. Tomo III. 163.
1439 Chriſtina de Franckenberghe Abbatiſſa fundat Abbatiam Nizellenſem. T. III 451 & 727.
1456 Calixtus III. Pontifex confirmat erectionem XI. Parochiarum Nivellenſium. Tomo III. pag. 702.
1584 Rudolphus II. Imperator declarat ſt. hujus Eccleſiæ Canonicum, ſibique Capellanum ſubſtituit. Tomo II. 919.
- - - Series Præpoſitorum Nivellenſium. T. III. pag. 163.

NIVELLENSE Sti. Pauli Canonicorum Collegium.
992 Otho III. Imperator bona illius confirmat. Tomo I. 656.

NIZELLA, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium, in Gallo-Brabantia.
1439 Philippus Bonus Burgundiæ Dux Capellam B. M ibidem cedit Abbati Molinienſi, ad erigendum illic Monaſterium ſui Ordinis. Tomo III. 725.
1439 Chriſtina de Frankenberghe Abbatiſſa Nivellenſis principaliter dotat. Tomo III. 451.
1440 Cameracenſis Epiſcopus in erectionem Monaſterii conſentit. Tomo III. 726.
1449 Idem Epiſcopus fundationem fundatoreſque recenſet, & acta confirmat. Tomo III. pag. 727.

NONNENBOSSCHE, latinè Novus-boſcus, Abbatia Monialium Ciſtercienſium Gandavi.
1215 Incorporatur Ordini Ciſtercienſi. Tomo III. 581.
1220 Walterus Epiſcopus Tornacenſis ei benefacit. Ibidem.
1229 Abbatia Biloeæ Gandavi originem deſumit è Novo Boſco. Ibidem.
1234 Joanna Comitiſſa Flandriæ bona Novi-Boſci ac Biloeæ confirmat. Tomo III. 582.

NONNENBOSSCHE, Abbatia Monialium Benedictinarum Ipris.
1101 & 1123 A Joanne Epiſcopo Morinenſi & à Carolo Bono Comite ſuchoſtur. T. II. 1157.
1145 Theodoricus Alſatius Comes eam dotat. Tomo II. 1166.

NORIMBERGENSIS Magiſtratus in Germania.
- - - Annua ejus recognitio erga Conſilium Brabantiæ Bruxellis. Tomo III. 724.

NOVIOMENSIS Epiſcopatus in Gallia.
1118 S. Ivo Epiſcopus Carnotenſis rogat Paſchalem II. Papam, ne Tornacenſem Epiſcopatum ſeparet à Noviomenſi. Tomo II. 1154.
1122 Calixtus II. Papa, petente Rege Ludovico VI. decreuit, dictas duas Eccleſias relinquendas eſſe unitas. Tomo II. 1157.
1146 Eugenius III. Pontifex ad inſtantias S. Bernardi ſeparat Epiſcopatum Tornacenſem à Noviomenſi. Tomo II. à pag. 1166. uſque ad 1169.

NOVUM-SARTUM (vulgo Nieuwenrode) olim Præpoſitura Monialium Præmonſtratenſium prope Abbatiam Grimbergenſem, in Brabantia.
1220 Walterus D. de Sotteghem illi benefacit. Tomo I. 740.

O.

OBERTI [S.] Huſpitale Brugis. Vide ſupra Brugenſem Carthuſiam.

S. ODÆ-RODENSE (vulgo S. Oden-roo) olim Capitulum Canonicorum in Diœceſi Silvæducenſi.
1248 Henricus II. Brabantiæ Dux ei benefacit & eripit Decanatum. Tomo II. 1228.
1505 Confœderatio hujus Capituli cum ſex aliis è Majoratu Silvæducenſi. Tomo III. 222.

OIGNIES, Prioratus Canonicorum Regularium in Diœceſi Namurcenſi.
1192 Balduinus de Lopou, Miles, ejuſque uxor Oda, fundant eum ac dotant, ſub approbatione Capituli Foſſenſis. Tomo II. 1193.
1196 Albertus Epiſcopus Leodienſis fundationem confirmat. Tomo II. 1199.
1204 Item Hugo Epiſcopus. Tomo II. 1208.
1210 Henricus I. Dux Brabantiæ benefacit. Tomo II. 1210.
1227 Gregorius IX. Papa largitur privilegia Tomo II. 1213.
1243 Prior Oignacenſis recenſet beneficia recepta à Cardinale Jacobo de Vitriaco hujus quondam loci alumno. Tomo III. 407.

OIRSCHOTANUM Capitulum Canonicorum apud Silvam Ducis, quod deſiit.
1505 Confœderationem iuit cum ſex aliis è Majoratu Silvæducenſi. Tomo III. 222.

OOSTBROECK, Abbatia Benedictinorum, olim in Diœceſi Ultrajectina.
1113 Ejus origo deſcribitur. Tomo III. 320.

OOST EECKELOO, Abbatia Monialium Ciſtercienſium Gandavi.
1254 Joannes Miles de Dam eam dotat. Tomo II. 1000.

OOSTERHOUT Præpoſitura Monialium Præmonſtratenſium, dicta Vallis S. Catharinæ, Diœceſis Antverpienſis.
1279 Arnoldus D. Bredæ multa ei confert beneficia. Tomo II. 869.

OPPHEM, Conventus FF. Bogardorum apud Bruxellam.
1487 Inſtituitur à Walthero Van Eetvelde & Anna Van Canwenberghe conjugibus. Tomo III. pag. 632

ORATORII Congregatio in Belgio.
1631 Jacobus Boonen Archiepiſcopus Mechlinienſis eam in ſua Diœceſi admittit, Tomo II. pag. 1116.

De Aſpricolenſi vide ſupra.

ORCHIACENSE Oppidum in Gallo-Flandria.
1188 Philippus Comes dat ei privilegia. Tomo I. 719.
ORDO EQUITUM Melitenſium, S. Jacobi, Theutonicorum, Templariorum, & Velleris Aurei. Vide ſuis locis.
OSNABRUGENSIS Epiſcopatus in Germania.
804 Carolus Magnus Imperator eum fundat ac dotat. Tomo I. 16.

P.

PAPINGLO, olim Præpoſitura Benedictinorum in Diœceſi Brugenſi, dependens ab Abbatia S. Bavonis Gandavi.
1187 Philippus Comes Flandriæ confirmat donationem Rogeri Caſtellani Gandenſis pro hac Præpoſitura. Tomo III. 63.
PARCUM Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium juxta Lovanium.
1129 Godefridus Barbatus Brabantiæ Dux Parcum ſeu vivarium ferarum convertit in Abbatiam. Tomo I. 90
1131 Epiſcopus Leodienſis confirmat fundationem. Tomo I. 92.
1139 Cameracenſis Epiſcopus eidem benefacit. Tomo II. 966.
1140 Godefridus I. Brabantiæ Dux varia concedit privilegia, item villam da Vinckenboſch. Tomo II. 822.
1148 Innocentius II. Papa dat confirmationem & protectionem Apoſtolicam. T. II. 822.
1154 Fredericus I. Imperator Advocatiam Abbatiæ commendat Duci Brabantiæ, variaque privilegia ſuperaddit. Tomo II 970.
1179 Alexander II. Pontifex confirmat ei Altaria de Pont-à celle, Lubbeeck, & Rodi. Tomo II. 975.
1227 Henricus I. Brabantiæ Dux donat Jus Patronatûs Eccleſiæ Ter Vueren. Tomo I. 575.
1227 Idem duas Capellas Furnenſes, eidem donat. Tomo I 576.
1228 Epiſcopus Leodienſis confirmat Altaria de Rode & Werchter. Tomo II. 851.
1238 Idem Dux Abbatem commendat Epiſcopo Cameracenſi, qui privilegia ab eodem Duce conceſſa confirmat. Tomo I. 579.
1257 Epiſcopus Leodienſis confirmat Jus Patronatûs Eccleſiæ de Archenne. Tomo II. 861.
1266 Epiſcopus Cameracenſis donum duarum Capellarum Furnæ Ducis ab Henrico I. Duce factum, confirmat. Tomo I 589.
1283 &c. Joannes I. Brabantiæ Dux confirmat poſſeſſiones ac privilegia Tomo II 966.
1339 Joannes III. Brabantiæ Dux concedit Abbati domicilium in caſtro ſuo Furnæ Ducis. Tomo I 597.
1416 Joannes IV. Dux declarat Abbatem Capellanum perpetuum ac hereditarium Ducum Brabantiæ. Tomo I. 453.
S. PAULI, Abbatia Benedictinorum Ultrajecti, nunc diruta.
1006 Anſfridus Ultrajectenſis Epiſcopus eam fundat ac dotat. Tomo II. 809.
1190 Florentius D. de Lindendonat ei Jus Patronatûs Eccleſiarum de Linden. Tomo I 553.
1560 Plures illius Decimæ in Gelria, annuntur novo Archiepiſcopatui Ultrajectino. Tomo I. pag. 620.
S. PAULI Capitulum Canonicorum in Artheſia.
1201 Hugo Comes S. Pauli conventionem init cum his Canonicis. Tomo I. 727.
PEENE Domus Guilielmitarum, in Diœceſi Iprenſi.
1161 Fundator ab Arnulpho D. de Guines. Tomo III. 821.
PETEGHEM Abbatia Monialium S. Claræ Urbaniſtarum, apud Aldenardum, in Diœceſi Gandenſi.
1085 Archiepiſcopus Remenſis in locum Clericorum conſtituit in Peteghem Præpoſituram Benedictinorum ex Abbatia S. Theodorici Remenſis. Tomo II. 812.
1287 Guido Comes Flandriæ ejuſque uxor Iſabella Luxemburgica fundant ac dotant Monaſterium Clariſſarum in pago de Werckene prope Dixmudam. Tomo III. 139.
1287 Honorius IV. Papa, & Tornacenſis Epiſcopus fundationem hanc confirmant. T. III. pag. 141.
Eædemque Moniales paulò pòſt, recedentibus prælatis Benedictinis, transferunt in Peteghem.
S. PETRI, Abbatia Benedictinorum Gandavi.
651 S. Martinus Papa concedit ei privilegium libertatis & immunitatis. Tomo I. 333.
815 Ludovicus Pius Imperator immunitatis privilegia per Carolum Magnum Cæſarem concceſſa confirmat. Tomo I 131.
870 Carolus Calvus Francorum Rex donat Themſekam villam Waſiæ. Tomo I. 348.
937 Arnulphus I Comes Flandriæ prædia varia donat, aliaque teſtatur. Tomo I. 39.
950 Ludovicus Tranſmarinus Francorum Rex Monachis Benedictinis hîc in locum Canonicorum per S. Gerardum ſubſtitutis, confirmat ſuas poſſeſſiones. Tomo I. 260.
953 Arnulphus Magnus Flandriæ Comes varia beneficia largitur. Tomo II. 939.
962 Wigmannus novi Caſtri Gandavenſis Comes dat villam Theſſam. Tomo I. 45.
964 Quam Lotharius Imperator ei confirmat. Tomo II 940.
966 Otho I. Imperator Dulniacum, Crombruggam, aliaſque poſſeſſiones confirmat. Tomo I. 261.
972 Arnulphus II. Comes beneficia ab Avo ſuo Arnulpho conceſſa commemorat & auget. Tomo II. 941.
979 Godefridus, dictus Captivus, Comes Virdunenſis, ejuſque uxor Mathildis, Holonium, Leſdenium, aliaque prædia donant. T. I. 344.
981 Arnulphus II. Comes denuò benefacit. Tomo II. 942.
988 Balduinus Marchio donat terram de Avelghem. Tomo II. 943
998 Arnulphus II. Comes donat Eccleſiam & villam Maternam. Tomo II 944.
1026 Eremboldus vir nobilis donat terram de Baerle. Tomo II. 947.
1044 S. Eduardus Rex Angliæ fundat pro hac Abbatia Prioratum de Leveſham in agro Cantano apud Anglos. Tomo III. 13
1044 Acquirit Altare de Oofthurg in Inſula Cadſandiæ à Comite Flandriæ. Tomo III. 15.
1072 Robertus Friſius, Comes Flandriæ confirmat prædia & poſſeſſiones Tomo I. 68.
1108 Odo Cameracenſis Epiſcopus confirmat Altaria ſub Diœceſi ſua conſtituta. Tomo III. pag. 665.
1110 Acquirit Altare de Haraes ab Epiſcopo

Atrebatenſi. Tomo III. 27.
1120 Carolus Bonnæ Comes confirmat ejus jura ac poſſeſſiones. Tomo I 372. T. II. 962.
1140 & 1150 Epiſcopus Tornacenſis recenſet atque confirmat Altarie ſuæ Diœceſis hnic Abbatiæ conceſſa. Tomo II. 967 & T. III. 47.
1145 Engenius III. Papa confirmat ejus Altaria poſſeſſiones ac privilegia. Tomo III. 41.
1179 &c. Everardus Tornacenſis Epiſcopus donet Altarie de Calloo, Meiſſene, & Vrecene. Tomo III. 672.
1180 Adeliſe Weltheri D. Tenremondæ Vidua, immunitetem à telonio concedit. Tomo I. pag. 397.
1181 Richildis D. Aldenardæ donat eandem immunitatem in terris ſuis. Tomo III. 573.
1187 Urbanus III Papa confirmat omnia Altarie ac privilegia. Tomo III 63.
1193 Gnilielmus & Mathildis DD. Teneremundæ concedunt exemptiones. T I. 397.
1196 Stephanus Tornacenſis Epiſcopus donationem Altarium confirmat. Tomo III 674.
1240 Henricus III Angliæ Rex confirmat prædia, decimas ac privilegia Prioratûs de Leveſham in Anglia, ſub hac Abbatia. T. III. 106.
1261 Acquirit pertem decimarum de Ca, rycke, Eecloo, Lembecke, &c. in Diœceſi Brugenſi. Tomo III 600.
1287 Abbatia hæc recognoſcit Comitem Flandriæ Advocatum ac Protectorem ſuum. Tomo III. 423
1540 Penlet III. Papa confirmat permutationem inter Capitulum S. Bavonis & inter hanc Abbatiam, ſuper Patronatibus Eccleſiarum S. Joannis, S. Michaelis & S. Martini in Eckerghem Gandavi. Tomo III. 228.

S. PETRI Monaſterium Monialium Ordinis S. Auguſtini Bruxellis.
1252 Hugo Cardinalis ac Legatus Apoſtolicus fundationem Leproſarii ibidem confirmat. Tomo III. 605.
1269 & 1270 Joannes I. Brabantiæ Dux domum illam ſuſcipit in protectionem. Ibidem.

PITZEMBOURG, Commendaria Ordinis Theutonici Mechliniæ.
1220 Gillebertus D. de Sotteghem, ejuſque mater Beatrix D. de Maſmines ei benefaciunt Tomo I. 739.
1280 &c. Joannes I. Brabantiæ Dus dat ei jure quædam in Antverpia. Tomo II. 1010.
1296 Acquirit decimas in Wevere B. M. & in Pntte. Tomo III. 614.

PONS DOMINARUM (vulgo Pont-les-Dames) Abbatia Monialium Ciſtercienſium, Diœceſis Meldenſis apud Gallos.
1231 Hugo de Calillon Comes S. Peull, ei benefacit. Tomo I. 749.

PONS-ROHARDI (vulgo Pont-Rouart) Abbatia Monialium Ordinis S. Auguſtini Ipris.
1240 Wilhelmus & Ægidius DD. Bethuniæ eam fundant ac dotant Tomo III. 506.

POPERINGA, Præpoſitura Benedictinorum in Diœceſi Iprenſi, dependens ab Abbetie S. Bertini.
1190 Philippus Flandriæ Comes Privilegia hujus Præpoſituræ confirmat. Tomo II. 1333

POSTULENSIS (vulgo Poſtel) Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, in Diœceſi Silvæducenſi.
1173 Fundatur per D. Faſtradum, ac traditur Abbatiæ Floreffienſi. Tomo I. 709.

PRATENSIS B. M. V. (vulgo des Prez) Abbatia Monialium Ciſtercienſium Ducat.
1277 Margareta Flandriæ Comitiſſa largitur ei Privilegia. Tomo III. 607.
1475 Transfertur Ducum, eique datur domicillum vetus Begginarum. Tomo III. 452.

PRATUM PORCINUM (vulgo des Prez-Porchins) Abbatia Monialium Ordinis S. Auguſtini Tornaci.
1230 Fundatur primò in Haſpra apud Valencenas. Tomo II. 1215.
1231 Godefridus Cameracenſis Epiſcopus concedit eis Leproſarium in Haſpra. Ibidem.
1231 Gregorius IX. Pontifex fundationem confirmat. Tomo II. 1216.
1232 Cameracenſis Epiſcopus permittit, ut in locum commodiorem ſe transferant. Tomo II. pag 1218.
1233 Transfertur ad domum Monielium, vulgo Filiarum Dei, in Pratis Porcinis, juxta Tornacum. Tomo II. 1220.
1234 Gregorius IX. Pontifex concedit eis Regulam S. Auguſtini. Tomo II. 1222.
1234 & 1237 Weltheras Tornacenſis Epiſcopus eis benefacit. Tomo II. 1224.
1246 Innocentius IV. Pontifex dat protectionem Apoſtolicam. Tomo II. 1227.

S. PRÆJECTI, (vulgo S. Prix) Prioratus Benedictinorum in Arthefia.
1110 Lambertus Epiſcopus Atrebatenſis eum fundat, ibique conſtituit Monachos Cluniacenſes ex Abbatia-Villa apud Gallos. Tomo II. 1313.
1190 Robertus Comes Artheſiæ eidem benefacit. Tomo III. 360.

PRÆMONSTATENSIUM Monialium Præpoſituræ in Belgio. Tomo I. 740 Tomo III. 59.

PREMIACENSIS Abbatia Monialium Ordinis S. Auguſtini Cameraci.
1214 Cameracenſis Epiſcopus eas eximit à Juriſdictione Abbatis Cantipratani. Tomo II. 1211.

PRUMIA, Abbatia Benedictinorum in ſilvis Arduennæ.
760 Fundatur à Pipino Francorum Rege ejuſque conjuge Bertrada. Tomo III. 3.
871 Ludovicus Rex dat ei Eccleſiam S. Salvatoris Aquiſgrani. Tomo III. 9.
891 Zuentiboldus Lotaringiæ Rex eidem ſubjicit Abbatiam Suſterenſem, hodie Collegium Canonicarum Nobilium. Tomo III. 290.
898 Capitulum de Munſter-Eyffel, ſub Patrocinio Abbatis Prumienſis, accipit beneficia à Zuentiboldo Rege. Tomo III. 291.

Q.

QUINTINI [S.] illuſtre Capitulum Canonicorum, in Gallia.
1059 Heribertus Veromandnorum Comes ei per Teſtamenti Tabulas benefacit. Tomo III. 303.

R.

RAVENSBERGHE, Abbatia Monialium Ciſtercienſium, Diœceſis Audomarenſis in Artheſia.
1227 Abbas Dunenſis nomine Abbatiæ de Ravesberga recognoſcit receptà à Comitibus Flandriæ beneficia. Tomo III 390.
1228 Gnilielmus D. Bethuniæ & Eliſabetha D. Pontis-Rohardi ei benefaciunt. T. III. 585.

REINSBURGH, Abbatia Monialium Benedictinarum Nobilium, quondam in Hollandia.
1199 Theodoricus VII. Comes Hollandiæ confirmat & auget fundationes Progenitorum ſuorum Tomo III. 362.
1213 Wilhelmus Comes Hollandiæ beneficia largitur. Tomo II. 843.
1213 Item Ferrandus & Joanna Comites Flandriæ. Ibidem.
REMENSIS Eccleſia Metropolitana B. M. in Gallia.
525 Teſtamentum S. Remigii Archiepiſcopi Remenſis. Tomo I. 2.
873 Hincmarus Archiepiſcopus docet, Metropoli ſuæ ſubjectas eſſe XII. Sedes Epiſcopales. Tomo I. 341.
1127 Rainaldus Archiepiſcopus caſtrum Buſſonienſe concedit in feudum Eccleſiæ Leodienſi. Tomo I. 682.
S. REMIGII Abbatia Benedictinorum Remis. Vide ſupra Marſanenſem & Houdanam Præpoſituras.
S. REMIGII, Abbatia Religioſorum Ciſterſienſium in Diœceſi Leodienſi.
1230 Ægidius D. de Rochefort eam fundat ac dotat. Tomo I. 394.
RIBODIMONTENSIS, (vulgo Ribemont) Abbatia Benedictinorum Diœceſis Laudunenſis in Gallia.
1084 Fundatur ab Anſello de Ribodimonte. Tomo I. 357.
S. RICHARII, (vulgo S. Ricquier) in Pontivio, Abbatia Benedictinorum Diœceſis Ambianenſis.
1177 Capella de Doeſt prope Brugas, ubi dein fuit Abbatia Ciſtercienſium, olim ei ſubjecta. Tomo II. 1318 & ſequentibus.
1200 Prioratus de Bredene prope Oſtendam olim ei ſubjectus. Tomo III. 364.
ROBERTI MONTIS (vulgo Robermont) Abbatia Monialium Ciſtercienſium Leodii.
1221 Waleramus Limburgi Dux eam dotat. Tomo I. 301.
1244 Item Henricus IV. Dux Limburgi ejuſque uxor Canegardis. Tomo I. 316.
RODENSIS, vulgo Roldue, ſive s'Hertogenraede, Abbatia Canonicorum Regularium, in Ducatu Limburg.
1147 Henricus Leodienſis Epiſcopus recenſet atque confirmat ejus poſſeſſiones. Tomo III. 703 Vide etiam inferius *Stuygé* Prioratum Monialium &c.
ROSARUM, (vulgo Ten-Rooſen) Abbatia Monialium Ciſtercienſium apud Aloſtum, Diœceſis Mechlinienſis.
1239 Raſo de Pontenella, vulgo Boraeken, eam fundat ac dotat. Tomo III. 103.
1256 Abbatia hanc recognoſcit beneficia à Comitibus Flandriæ accepta. Tomo III. 117
1258 Margareta Comitiſſa confirmat ejus poſſeſſiones. Tomo III. 684.
ROOSENDAEL, Abbatia. Vide infra Vallem Roſarum.
ROTHNACENSE Capitulum Canonicorum in Flandria, Diœceſis Mechlinienſis.
831 Ludovicus Pius Cæſar Villas Iſernam & Thorenſelam, quæ erant Monaſterii Rothnacenſis, concedit Hildefrido Viro Nobili. Tomo I. 247.
1538 Paulus III. Pontifex concedit Guilielmo de Roggendorf D. Rothnacenſi Jus Patronatûs Præbendarum, ibidem. Tomo III. 641.
ROTHNACENSE Dominium.
1263 Joannes I. Brabantiæ Dux dat Privilegia Tomo I. 438.
1273 Philippus Auguſtus Franciæ Rex dat ei Privilegium immunitatis. Tomo I. 437.
1280 Abbas Indenſis, vulgo Cornelis Munſter apud Aquiſgranum, vendit Rotnacum Comiti Flandriæ. Tomo II. 1007.
ROTHOMAGENSIS, Abbatia SS. Trinitatis ſeu, S. Catharinæ, Benedictinorum in Gallia.
1111 Prioratus de Ambrine in Diœceſi Atrebatenſi, à Lamberto Epiſcopo fundatus, ei traditur. Tomo III. 27.
ROTTHEM Abbatia Monialium Ordinis Ciſtercienſis prope Thenas, Diœceſis Mechlinienſis.
1304 Theodericus de Anderane Miles, donat ei Decimas in Beets. Tomo I. 213.
1318 Theodericus & Arnoldus filii præcedentis, vendunt ei alias Decimas. Tomo I. 214.
RUBEA VALLIS, Prioratus Canonicorum Regularium, juxta Bruxellam.
1370 Johanna Duciſſa Brabantiæ donat fundum ad ejus ædificationem. Tomo II. 1020.
1373 Epiſcopus Cameracenſis fundationem confirmat. Tomo II. 1023.
1420 Incorporatur Congregationi Windeſemenſi. Tomo III. 444.
RUREMUNDENSE, Capitulum Canonicorum, ejuſque Epiſcopatus.
858 Lotharius I. Rex Monaſterium Bergenſe juxta Ruremundam attribuit Canonicis Cathedralis Ultrajectenſis. Tomo I. 499.
1361 Reinaldus II Dux Gelriæ conſentit in tranſlationem ejuſdem Capituli è Monte S. Odiliæ in Ruremundam. Tomo II. 886.
1361 Epiſcopus Ultrajectinus eandem tranſlationem approbat Tomo II. 887.
1361 *Item Leodienſis Epiſcopus. Ibid. 888.*
1560 *Pius IV Pontifex erigit Epiſcopatum Ruremundenſem. Tomo I. 482.*
- - - Epiſcoporum ſeries. 490.
1565 Rationes ob quas impedienda tranſlatio Capituli S. Salvatoris Ultrajectenſis ad novam Cathedralem Ruramundenſem Tomo III. 479.
1659 Epiſcopalis Cathedra cum Capitulo Canonicorum tranſfertur ab Eccleſia S. Spiritûs in S. Chriſtophori. T. I. 631.
RUREMUNDENSIS Abbatia Monialium Ordinis Ciſtercienſis, vulgo Munſter.
1218 Gerardus Comes Gelriæ, ejuſque conjux Margareta eam condit ac dotat. Tomo I. pag. 304.
1225 Abbatia Monialium Vallis-Comitis in Clivia ab ipſa ducis originem. Tomo III. pag 413.
1268 Otho Comes Gelriæ eam dotat. Tomo I. 773.
RUREMUNDENSIS Carthuſia.
1376 Wernerus de Swalmen Vir Nobilis eam fundat. Tomo II. 890.

S.

SACCITÆ. Ordo in Belgio jam extinctus.
1289 Capitulum B. M. Ultrajectenſe beneficit FF. Saccitis ibidem. Tomo III. 144.

1308 Hoſpitale St. Nicolai Bruxellis iis demandatur. Tomo III. 153.
1319 Auguſtiniani Tornacenſes obtinent fundum ac poſſeſſiones Saccitarum ibidem. Tomo I. 597.
1458 Carthuſiani apud Bruxellam obtinent hoc us Saccitarum ibidem. Tomo III. 231.

SALONA, Prioratus Benedictinorum in Lotharingia olim dependens ab Abbatia S. Michaelis ibidem, & anno 1600 unitus Primatiæ Nanceianæ.
896 Zuendiboldus Lotharingiæ Rex ei benefacit. Tomo I. 251.

S. SALVATORIS, (vulgo Petri Potz) Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium Antverpiæ.
1560 Prioratus de Mariendonck prope Heuſdenum ei ſubjicitur. Tomo II. 902.
1652 E Priorata in Abbatiam erigitur. Tomo I. pag. 630.

S. SALVII Abbatia Monachorum Cluniacenſium juxta Valencenas in Hannonia.
1103 Balduinus Hannoniæ Comes ejuſque Mater Ida fundant hoc Monaſterium. Tomo II. pag. 957.
1120 Burchardus Epiſcopus Cameracenſis ei benefacit. Tomo II. 815.
1145 Controverſia inter Monachos S. Salvii & Abbatiam S. Joannis Valenciennis componuntur. Tomo I. 697.
1169 Balduinus Comes dotem auget. Tomo II. pag. 829.
1185 Idem confirmat donationes. 834.
1196 Fulco D. de Fanmars benefacit. 836.
1196 Item Balduinus Comes. 837.
1239 Prior S. Salvii erigit Begginagium Valencenenſe. pag. 855.
1269 Cedit Eccleſiam S. Gangerici Canonicis Ante Comitis. Tomo II. 1237.

SARTUM MONACHORUM, (vulgo Sart-les-Moines) Prioratus Benedictinorum in Gallo-Brabantia, ſub Abbatia Lætienſi.
1125 Epiſcopus Leodienſis confirmat ejus fundationem à Petronilla uxore Radulphi de Vieſvilla. Tomo III. 327.
1206 Philippus Marchio Namurcenſis Protectionem largitur. Tomo III. 370.
1209 Nicolaus D. da Bevena dat ſatisfactionem. Ibidem.

SATANACUM, (vulgo Stenay) S. Dagoberti Præpoſitura Benedictinorum, in Lotharingia.
1069 Godefridus Lothsringiæ Dux, amotis Canonicis ſæcularibus, ibidem collocat Benedictinos Gorcienſes. Tomo I. 352.
1090 Godefridus Bullonius Jeroſolymæ Rex, eam reſtituit iiſdem Monachis. Tomo I. 360.
1096 Idem, cum fratre ſuo & Succeſſore Balduino Præpoſituram hanc amplius dotat. Tomo I. 365.

SAUSSOIE, (aliàs Barbarinfart) Abbatia Monialium Ciſtercienſium, juxta Tornacum.
1233 Joannes Aletack Civis Tornacenſis eam fundat. Tomo III. 396.
1233 Gregorius IX. Pont. committit ejus regimen Abbatiſſæ de Braëlla. Ibid. 397.

SCHAPEYA, Inſula Angliæ, cum Præpoſitura olim Ciſtercienſium, ſub Abbate Dunenſi apud Brugas.
1232 Archiepiſcopus Cantuarienſis tradit eam Abbatiæ Dunenſi. Tomo II. 1322.

SCHLADINIENSE, (vulgo Schlayen) Capitulum Canonicorum in Diœceſi Namurcenſi.
1229 Abbas S. Cornelii Indenſis illud dotat. Tomo I. 303.

SCHOOTEN, Prioratus Ciſtercienſium ſub Abbate Villarienſi, apud Antverpiam.
1160 Godefridus Dux Brabantiæ confirmat Donationem ibidem factam ab Engelberto de Schotis. Tomo II. 971.

SECLINIENSE Capitulum Canonicorum, juxta Inſulas Flandriæ.
1187 Clemens III. Pontifex ejus Altaria poſſeſſioneſque confirmat. Tomo III. 355.

SECLINIENSE Hoſpitale B. M.
1248 Margareta Flandriæ Comitiſſa illud fundat ac dotat. Tomo III. 410.

SELINCOURT, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Gallia.
1164 Olim habebat juriſdictionem in Abbatiam S. Auguſtini apud Teruanam. Tomo III. 345.

SEMINARIUM Mechlinienſe & Antverpienſe; vide ſupra ſuis locis.

SEPTEM-FONTES, (vulgo Sevenborren,) Prioratus Canonicorum Regularium, in ſilva Zoniæ.
1388 Joanna Duciſſa Brabantiæ fundum donat. Tomo III. 169.
Vide etiam infra, Silvam Domini Iſaac.

S. SEPULCHRI, Abbatia Benedictinorum in urbe Cameracenſi.
1064 Lietbertus Epiſcopus Cameracenſis eam fundat ac dotat. Tomo I. 155.
1079 Gerardus Epiſcopus donat Altare S. Petri Leeuwenſis. Tomo I. 665.
Vide etiam ſupra Capellæ Bruxellenſis Præpoſituram.

S. SEVERINI, olim Prioratus Cluniacenſium juxta Leodium; qui dein ceſſit PP. Jeſuitis.
1091 Fundatur à Gilleberto Comite Clarimontano. Tomo II. 812.

SHEENE, Carthuſia olim in Anglia. Vide ſupra Neoportum.

SIGBURGENSIS, Abbatia Benedictinorum, Diœceſis Colonienſis.
1066 S. Anno Archiepiſcopus eam fundat ac dotat. Tomo II. 1132.
1173 Fredericus I. Imperator confirmat privilegia ac poſſeſſiones. Tomo II. 1177.
1181 Lucius III. Papa eadem confirmat. Ibid. pag. 1186.

SIGNY, Abbatia Ciſtercienſium, Diœceſis Remenſis in Gallia.
1188 Vallis S. Lamberti juxta Leodium ab his Religioſis inſtituitur. Vide infra, Vallem S. Lamberti.

SILVA-DOMINI-ISAAC, (vulgo Bois-Seigneur-Iſaac) Prioratus Canonicorum Regularium juxta Silvam Zoniæ.
1413 Joannes D. de Famillieur Capellam ſuam tradit Religioſis Septem-Fontium. Tomo III. pag 697.
1416 Prior Septem Fontium tranſmittit illuc IV. Religioſos. pag 698.
1416 Litteræ ad Comitem Namurcenſem. 699.

SILVA-MAJOR, (aliàs Sauve-Majour) Abbatia Benedictinorum in Gallia.
1081 Abbatia S. Dionyſii juxta Montes Hannoe

nam eidem traditur. Tomo I. 666.

SILVA S. MARTINI, Carthusia apud Gerardimontem, Diœcesis Mechliniensis.
1327 Prior Majoris Carthusiæ curam hujus novæ Erectionis commisit aliis duobus Prioribus. Tomo III. 433.
1328 Fundatur à Joanne Gheylinc, Consiliario Comitis Flandriæ Tomo III. 434.
1329 Consensus Comitis Flandriæ, item Vicarii generalis Cameracensis 435.
1330 Abbas S. Martini Tornaci, ratione Juris sui Patronatûs, eandem fundationem confirmat. Tomo III. 158.

SILVÆDUCENSIS (vulgo t'Hertoghen-Bosche) Episcopatus & Capitulum Canonicorum Cathedrale in Brabantia.
1222 Henricus I. Brabantiæ Dux donat Altarie de Orthen & Busco-Ducis Ecclesiæ Coloniensi. Tomo III. 83
1231 Idem donat Jus illud Patronatûs Abbatiæ Bernensi. Tomo III. 91.
1366 Joannes Leodiensis Episcopus erigit XXX. Capellanias in totidem Canonicatus. Tomo II. pag. 1356.
- - - Series Decanorum hujus Capituli. Tomo III. 218.
1401 Henricus de Buck Canonicus fundat Scholam bonorum Infantium Tomo III. 442.
1413 Joannes XXIII. Pontifex confirmat erectionem Capituli. Tomo I. 451 & T. III. 175.
1441 Philippus Bonus Brabantiæ Dux consensum præbet incorporationi Parochiarum de Dynther & Heeze huic Capitulo T. III. 188.
1497 Philippus Pulcher Hispaniarum Rex declarat Duces Brabantiæ esse hujus Ecclesiæ Advocatos, ac præbendarum Collatores alternativos. Tomo III. 217.
1505 & 1563 Confœderatio Capituli Sylvaducensis cum sex aliis Campinæ. Tomo III. 222.
1560 Pius IV. erigit hunc Episcoparum, & Ecclesiam S. Joannis in Cathedralem Tomo II. pag. 913.
- - - Episcopi. Item Vicarii Apostolici. Tomo II. 918 & Tomo III. 218.
1569 Acta possessionis Abbatiæ Tongerloensis per Franciscum Sonnium I. Episcopum. Tomo III. 483.
1570 Erectio trium novarum Parochiarum Silvaducis. Tomo III. 244.
1585 Sixtus V. Pontifex dissolvit unionem Abbatiæ Tongerloensis cum Episcopatu. Tomo III. 255.
1590 Executio Brevis Sixti V. Ibid. 256.

SILVÆDUCENSE Begginagium.
1274 Erectio ejusdem Tomo III. 128.

SILVÆDUCENSIS Carthusiæ olim.
1471 Carolus Audax Burgundiæ Dux, consentit in ejus erectionem. Tomo III. 209.

SILVÆDUCENSE Hospitale hujus.
1277 Leodiensis Episcopus Fratribus ac Sororibus ibidem leges ac Statuta præscribit. Tomo III. 134.

SINNIGH, Prioratus Monialium Nobilium Ordinis S. Augustini in Ducatu Limburgensi.
1145 Datur Abbatiæ Rodensi locus de Scharnen apud Trajectum-Mosæ, ad ædificandum Monasterium ejusdem Ordinis. Tomo III. 707.
1151 Henricus Leodiensis Episcopus confirmat ejus fundationem, ac Statuta præscribit. Tomo III. 710.
1243 Innocentius IV. Pontifex & Robertus Leodiensis Episcopus dant Abbati Rodensi facultatem transferendi Moniales in locum de Sinnigh. Ibid. 715.
1245 Translatio Monialium de Scharnen in Sinnigh, per Abbatem Rodensem. Tomo III. 716.

SINENSIS, Abbatia Monialium Duaci. Vide supra, Belli-loci.

SLUSÆ in Flandria Hollandica, Diœcesis Brugensis, olim Collegium Beneficiatorum.
1446 Statuta Vicariorum generalium Tornacensium pro diviuis Officiis ibidem per XV. Capellanos celebrandis. Tomo III. 190.

SLYPE Commendaria Melitensis Ordinis, Brugis.
1171 Philippus Alsatius Comes Altarie quædam decimasque concedit. Tomo II. 1316.

SOLEMNIACENSIS (vulgo Solignac) Abbatia Benedictinorum, Diœcesis Lemovicensis in Gallia.
866 Concilium Suessionense III. dat privilegium huic Abbatiæ à S. Eligio Tornacensi Episcopo fundatæ. Tomo I. 649.

SOLISMONTANA (Soleil-mont) Abbatia Monialium Cistercienſium, in Diœcesi Namurcensi.
1237 Aggregatur Ordini Cisterciensi, seb Alnensi Abbate. Tomo III 401.
1413 Acta Capituli generalis Cisterciensis de substituendis Monachis ibidem, non fortuita effectum. Tomo III. 175.

SONEGIENSE Capitulum Canonicorum in Hannonia.
1071 Henricus Imperator confirmat donationem hujus Ecclesiæ, Episcopo Leodiensi. Tomo III. 15.
1152 Capitulum donat Altare de Camberone novellæ Abbatiæ Cistercienſium ibidem. Tomo II. 1171.
1198 Recognitio Capituli pro beneficiis à Comite Hannoniæ Balduino ejusque conjuge Mariâ receptis, eorumque anniversarii fundatio. Tomo III. 67.
1232 Ferrandus & Joanna Comites decernunt tertiam Præbendam vacantem non nisi Presbytero conferendam esse. Tomo II. 1321.

SONNEBEECKE, Abbatia Canonicorum Regularium, Diœcesis Iprensis.
1072 Drogo Episcopes Morinensis probat ejus fundationem factam à Fulpoldo Viro Nobili. Tomo II. 1133.
1110 Paschalis II. fundationem altarieque confirmat. Tomo II. 1152.
1142 Innocentius II. Pontifex Arnulphum II. Præpositum Abbatiali dignitate exornat. Tomo II. 1163.

SPARMALIA, Abbatia Monialium Cistercienſium Brugis.
1235 Joanna Comitissa consentit in ejus fundationem, in loco Hunkerliet apud Slipen. Tomo III. 586.
1241 Transfertur in Sparmaliam sub Parochia de Sisseele, de consensu Capituli B. M. Brugensis. Tomo III. 108.
1249 Episcopus Tornacensis confirmat donationes Margaretæ Comitissæ & Joannis D. de Praet. Tomo II. 1324.
1250 Consensus Abbatis S. Quintini in Veromandois. Ibidem.

SPINOSUS-LOCUS, Abbatia. Vide supra Espinlieu.

STABULENSIS (Stavelot) Abbatia Benedictinorum, in Diœcesi Leodiensi.
650 Grimoaldus Major-Domûs Sigeberti Regis

donat S. Remsclo Villam Germiniacum, in dotem hujus Abbatiæ. Tomo III. 281.
672 Childericus Francorum Rex fundationem ejus ab Avunculo suo Sigeberto Rege inchoatam collaudat. Tomo III. 282.
684 Dagobertus II. Rex Sigeberti filius, fundationem ejus confirmat. Ibidem.
1048 Leo IX. Pont. statuit, ut Stabulenses & Malmundarienses Monachi unicum demceps Abbatem habeant; eorumque Privilegia confirmat. Tomo I. 166.
1067 Fredericus Lotharingiæ Dux & Stabulensis Advocatus donat Ecclesiam de Sprimont & allodium de Genappe. Tomo I. 663.
1085 Abbas oppignorat Curtim de Sprimont. Tomo I. 668.
1089 Henricus III Imperator privilegia confirmat. Tomo III. 308.
1135. Notitia Ecclesiarum ac prædiorum ejus. Tomo I. 686.
1136 Lotharius II. Imperator privilegia confirmat Tomo I. 687.
1140 Item Conradus III Imperator, ibid 688.
1152 Item Fredericus I. Imperator. ibid. 698.
1152 Abbas Stabulensis partialiter fundat ac ac dotat Abbatiam S. Ægidii Leodii. Tomo III. 341.
1348 Archiepiscopus Trevirensis confirmat Carolo IV. Imperatori Advocatiam hujus Cœnobii. Tomo III. 162.

STAEL-YSERS-BROEDERS, ita dicti olim FF. Bogardi Brugis.
1487 Erigitur domus in Parochia B. M. Brugis, probante hujus Ecclesiæ Capitulo. T. III. 633.

STANLONICA DOMUS Mechliniæ; nunc Seminarium Archiepiscopale.
1500 Fundatur à Joanne Standonck S. T. D. probante Capitulo D. Rumoldi. T. III 219.

STOPPELDYCK, olim Prioratus Abbatiæ Camberonensis Ordinis Cistercienſis, prope Hulstum in Flandria.
1269 Margareta Comitissa confirmat ejus bona. Tomo III. 602.

STRUMENSIS (vulgo Estreun) Abbatia Benedictinarum, in Diœcesi Atrebatensi.
1110 Lambertus Episcopus postulat ejus prædia à Paschali II. Papâ confirmari. Tomo I. 676.

SUSTEREN, Collegium Nobilium Canonicarum, apud Mosacum, Diœcesis Leodiensis.
714 Fundatur à Pipino Heristallio Brabantiæ Duce, & traditur S. Willibrordo. T. III. 286.
895 A Zuentipoldo Lotharingiæ Rege subjicitur Abbatiæ Prumiensi, Ordinis S. Benedicti. Tomo III. 290.

SWYBEECK Abbatia Monialium Cisterciensium apud Teneramundam, Diœcesis Gandensis.
1223 Machtildis D. Teneramundæ, Hospitale suum ibidem in hanc Abbatiam convertit. Tomo I. 415.
1223 Authoritate Cameracensis Episcopi transfertur in Parochiam de Swybeeck. Tomo I. pag. 416.
1228 Confirmatur translatio Ibidem.
1234 & 1236 Dux Brabantiæ & Camerscensis Episcopus licentiam dant G. de Bellinghen Prioriſſæ de Swybeeck, ad inchoandum Monasterium Minoris Bigardiæ apud Bruxellas. Tomo I 420
1237. &c. Engelbertus D. Angiæ, Machtildis D. de Raſſegnem aliique plures ei benefaciunt, Tomo I. 743.
1256 Leonius de As Castellanus Bruxellensis confirmat illi bona sita apud Boggenhant. Tomo I. 746.

T.

TAMISIA (vulgo Temſche) Municipium in Waſia apud Flandros.
870 A Carolo Calvo Francorum Rege donatur Abbatiæ S. Petri Gandavi, Tomo I 341.
1335 Fundatur illic Hospitale, quod dein cessit Monialibus Dominicanis. Tomo 719.

TEMPLARIORUM Ordo.
1311 Bona ejus in Gallia ac Belgio, transferuntur in Ordinem S. Joannis Jerosolymitani seu Melitensem. Tomo III. 428.

TENERAMUNDANUM Capitulum Canonicorum, Diœcesis Gandensis.
1108 Odo Cameracensis Episcopus confirmat fundationem à Ringoto & Adelwide Dominis Teneramundæ factam, & tradit altaria de Opwyck & Lebbeecke. Tomo I. 82.
1215 Mathildis D. Teneramundæ præbendarum numerum auget. Tomo I. 573.
1264 Robertus primogenitus Guidonis Flandriæ Comitis transigit cum Canonicis super allodio da Moorſſele, Gheverghem & Wiese. Tomo I. 585.
1446 Confœderatio hujus Capituli cum aliis Diœcesi Cameracensi. Tomo II. 1264.

TEN-TROOST, Monasterium Virginum Carmelitanarum Vilvordiæ. Vide infra, Vilvordiense Begginagium.

TER-BANCK, Prioratus Monialium Ordinis S. Augustini juxta Lovanium, olim Leprosarium.
1216 Henricus I. Brabantiæ Dux eum fundat. Tomo II. 987.
1217 Idem amplius dotat Ibidem.

TER-NONNEN, Prioratus Monialium Ordinis S. Augustini Antverpiæ.
1280 Authoritate Cameracensis Episcopi ædificatur ad muros urbis Antverpiensis. T. I. 439.

TER-SIECKEN, Prioratus Monialium Ordinis S. Augustini Mechliniæ, olim Leprosarium.
1235 Henricus I. Brabantiæ Dux confirmat fundationem Capellaniæ ac quorumdam bonorum donationem. Tomo III. 97.

TERUANENSE, seu Morinense olim Capitulum Canonicorum Cathedrale, in Artheſia.
1159 Alexander III. Pontifex prohibet, ne Bononiensis Ecclesia separetur à Morinensi, propriumve Episcopum accipiat. T. II. 1174.
1553 Carolus I. Imperator mandat restitui bona ac mobilia Morinensis Ecclesiæ, in dereptione illius urbis ablata. Tomo III. 232.
1553 Idem mandat Cardinalis Dandinus Legatus à Latere. Ibid. 233.
1553 Supplica Canonicorum Morinensium, ad obtinendum novum Episcopum, ac locum ad celebranda divina Officia ibid. 234.
1554 Canonici Morinenses Andomaropoli residentes declarantur soli repræsentare suum Capitulum Cathedrale. ibid. 235.
1554 Concordia inter Canonicos Morinenses & Andomarenses, super loco & ordine divinorum Officiorum. Tomo III. 236.
1560 Pius IV. Pontifex è parte veteris Episcopatûs

patûs Teruanenſis deſumit novum Iprenſem. Tomo II 1077.
1560 Item ſic inſtituit novum Epiſcopatum Audomarenſem. Tomo II. 1298.
1566 Item ſic creat Pius V. Pontifex Bolonienſem in Gallia. Tomo II. 1102.

TEUTONICORUM Equitum Ordo T. II. 989. Vide ſuis locis Alde-bieſſen, Pitzembourg Mechliniæ, & Ultrajectenſem, Commendarias.

THENENSE Capitulum Canonicorum, in Diœceſi Mechlinienſi.
1157 Eccleſia hæc datur Capitulo S. Joannis Leodii. Tomo III. 49.
1190 Albertus Leodienſis Epiſcopus Capitulum ibidem inſtituit. Tomo III. 65.
- - - Clemens III. Pontifex illud confirmat. ibid. Vide etiam ſupra *Leodienſe S. Joannis* Capitulum.

S THEODORICI Abbatia Benedictinorum Rhemis in Gallia.
1085 Ejus Religioſi acquirunt Præpoſituram de Peteghem in Diœceſi Tornacenſi. Tomo II. pag. 812.

THORALTUM (vulgo Touront) Capitulum Canonicorum in Diœceſi Brugenſi.
1219 Honorius III. Pontifex confirmat ejus poſſeſſiones. Tomo III. 81.
1270 Guido Comes Flandriæ donat Iſabellæ Luxemburgicæ uxori ſuæ ejuſque liberis Dominia de Tourout & Wienendaele. Tomo III. pag. 127.
1409 Conceduntur in dotem Duci Cliviæ, per Joannem Burgundiæ Ducem. Tomo III. 171.

THORENSE, Capitulum Canonicarum Nobilium in Diœceſi Leodienſi
992 Hilſandis Comitiſſa de Streyen illud fundat, ac dotat. Tomo I. 146.
1007 S. Henricus II. Imperator donat mercatum, item quaſdam Eccleſias. Tomo I. 507.
1243 Hildegundis Abbatiſſa Godefrido Bredæ Domino varia jura ibidem vendit. Tomo II. pag. 857.
1261 Eadem Abbatiſſa donat Capitulo ſuo Eccleſias de Monte S. Gertrudis, Baerle, Meerle & Ghilſen. Tomo II. 862.
1277 Arnoldus à Lovanio D. Bredæ vendit ei decimas de Etten. Tomo II. 869.
1299 Abbatiſſa tranſigit cum Iuvellino de Ghilſen ſuper decimas de Ginneken, Bavel & Mattersſen. Accedit ratihabitio Leodienſis Epiſcopi. Tomo II. 882.
1299 Razo D. Gaveræ & Bredæ declarat Jus Patronatûs Eccleſiæ de Etten pertinere ad Invellinum de Ghilſen. Ibidem.
1310 Epiſcopus Leodienſis confirmat fundationem Capituli Gertrudibergenſis per Abbatiſſam Thorenſem. Tomo I. 780.
1328 Joannes XXII. Pontifex confirmat ſimiliter. Tomo II. 883.

THOSA (vulgo Ter-Doeſt) Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium, juxta Brugas, quæ deſit.
1174 Everardus Tornacenſis Epiſcopus eam inſtituit. Tomo II. 1317.
1177 Abbas S. Richarii in Pontivio Jus quod habebat in Capellam Thoſanam, cedit Ciſtercienſibus. ibid. 1318.
1177 Tornacenſis Epiſcopus deſuper tranſigit cum prædicto Abbate S. Richarii. ibid. 1319.
1246 Margareta Comitiſſa poſſeſſionem Thoſanas recenſet ac confirmat. Ibid. 1322.
1248 Wilhelmus Comes Hollandiæ eam in protectionem ſuſcipit. Ibid. 1324.
1276 Comitiſſa Margareta amplius benefacit. Tomo III. 130.
1560 Pius IV. Pontifex ejus bona unit Menſæ Epiſcopali Brugenſi. Tomo II. 903.
1560 Supprimitur per Bullam ſpecialem ejuſdem Papæ. Tomo III. 238.

THRONUS-MARIANUS, (vulgo den Troon) Prioratus olim Canonicorum Regularium in Campinia ac Diœceſi Antverpienſi.
1414 Arnoldus de Crayenhem D. de Grobbendonck & uxor ejus Joanna de Steyvoirt, eum fundant ac dotant. Tomo I. 452.

TONGERLOA, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, in Diœceſi Sylvæducenſi.
1133 Burchardus Cameracenſis Epiſcopus Eccleſiam hanc libertate donat, ibique Præmonſtratenſes collocat. Tomo I. 97.
1133 Alpeds nobilis Matrona obſtringit poſteros ſuos, ad ſolvendum ei quotannis cenſum capitalem. Tomo I. 686.
1150 Godefridus III. Brabantiæ Dux à Conrado Imperatore conſtituitur hujus Abbatiæ Advocatus. Tomo I. 536.
1158 Idem Dux confirmat donationem allodii de Eſchen factam à Reinero de Reſeberga. Tomo II. 828.
1186 Urbanus III. Papa, poſſeſſiones à fundatore Giſelberto, & Engelberto de Caſterloo & ab aliis donatas, confirmat. Tomo I. 550.
1209 Henricus I. Brabantiæ Dux donat decimas de Broechem Tomo II. 841.
1241 Giſelbertus de Tilborg, Beatrix de Gageldunck & Hadwigis, donant decimas de Weſt-Tilborg. Tomo I. 762.
1253 Arnoldus D. Weſemaliæ & uxor ejus Eliſabeth, dant Jus Patronatûs de Weſterloo & Oelen. Tomo I. 413.
1253 Promittit Abbatia Capitulo Cathedrali Ultrajectenſi annuum cenſum dare, pro bonis acquiſitis in Weſterloo & Oelen. T. I. 424.
1253. Gilbertus de Campenhaut ejuſque uxor Sophia de Gageldunck cedunt decimas de Weſt-Tilborg. Tomo I. 584.
1253 Item cedunt Hugo de Gageldunc ejuſque uxor Valentia. Ibidem.
1263 Item Godefridus de Cruninghen ejuſque conjux Oda. Tomo I. 431.
1269 Arnoldus à Lovanio D. Bredæ dat decimam de Niſpen. Tomo II. 864.
1280 Idem Arnoldus D. Bredæ varia confert bona. Tomo II. 870.
1294 Raſo de Gavera D. Bredæ confert 41 bonaria ericæ, & alias donationes confirmat. Tomo II. 879.
1405 Petrus de Alliaco S. R. E. Cardinalis ac Cameracenſis Epiſcopus, Perſonatum ac Jus Patronatûs de Duffel huic Abbatiæ incorporat. Tomo I. 598.
1455. Petente Abbate erigitur Dieſtenſe S. Sulpitii Capitulum, cum Præpoſito ac Paſtore ejuſdem Abbatiæ Religioſis. Tomo I. 455.
1560 Pius IV. Pontifex Abbatiam hanc annectit pro dote novi Epiſcopatûs Sylvæducenſis. Tomo II. 913.
1569 Acta poſſeſſionis Abbatiæ Tongerloenſis quam cepit Franciſcus Sonnius primus Epiſcopus. Tomo III. 483.
1585 Sixtus V. Pontifex conſentit in ſeparationem Abbatiæ à Menſa Epiſcopali. T. III. 255.
1590 Nuncius Apoſtolicus in Belgio ſeparationem hanc mandat executioni. Tomo III. 256.

TORNACENSE Capitulum Cathedrale.

575 Chilpericus Franciæ Rex hanc Eccleſiam dotat. Tomo I. 6. & Tomo II. 1310.

818 Ludovicus Pius Imperator dat fundum ad ampliandā clauſtra Canonicorum, petente Wendilmaro Epiſcopo. Tomo I 336 & Tomo II. pag. 1127.

880 Carolus Calvus Franciæ Rex Poſſeſſiones confirmat. Tomo I. 647 & Tomo III. 9.

1090 Ratbodus Epiſcopus fundat Præbendam, donatque Altaria de Templemart & Alchy. Tomo II. 952.

1100 Baldericus Epiſcopus donat Altaria de Eſpaix, Hollain & Marcque. Tomo II. 955.

1112 Idem Epiſcopus acceptat donationem Altaris de Beveren in Waſia, aliaque conſtituit de Vicariis & Anniverſariis Canonicorum. Tomo II. 960.

1115 Paſchalis II. Papa dirimit controverſias inter Capitulum, & Abbatiam S. Martini Tornaci, ratione decimarum ac ſepulturæ. Tomo III. 321.

1126 Simon Epiſcopus inſtituit Præbendam & Officium Hoſpitalarii in ſua Cathedrali. Tomo II. 965.

1130 Simon Epiſcopus inſtituit duas majoret Vicarias. Tomo II. 1313.

1134 Idem Epiſcopus conſtituit Canonicos ſuos ad perſonalem reſidentiam tenēri. T II. 965.

1138 Innocentius II. Papa confirmat Officium Hoſpitalarii. Tomo II. 966.

1170 Gualterus Epiſcopus è XXX. Præbendis Eccleſiæ ſuæ conſtituit XL., probante Alexand. III. Pontifice. Tomo II. 973.

1171 Idem Epiſcopus duas è duodecim Vicariis inſtituit. Tomo II. 1317.

1173 Gualterus de Mortagne Laudunenſis Epiſcopus plurimos ſervilis conditionis homines donat Eccleſiæ Tornacenſi. Tomo I. 394.

1174 Balduinus fundat IV. Vicarias, cum approbatione Everardi Epiſcopi. Tomo II. 1335.

1180 Alexander III. Papa prohibet inſtitui Canonicos, donec Præbendæ ſemi plenæ reintegrentur. Tomo II. 976.

1193 Stephanus Epiſcopus confirmat fundationem IV. Vicariarum. Tomo II. 1336.

1196 Idem Epiſcopus ordinat in Eccleſia ſua legem Foraneitatis. Tomo II. 1197.

1197 Wilhelmus Cardinalis Archiepiſcopus Remenſis decernit Jura Cancellarii. T. III 361.

1197 Stephanus Epiſcopus ordinat Officia Scholaſtici & Hoſpitalarii. Tomo II. 981.

1198 Innocentius III. Papa decernit Canonicos non poſſe ſtare juri, niſi coram Epiſcopo ſuo vel Decano. Tomo II. 982.

1205 Idem Pontifex ſupprimit Præpoſituram in Cathedrali. Tomo II. 984.

1209 Acquiſitio decimæ de Templeuve. Tomo II. 985.

1222 Everardus Radoul Caſtellanus Tornacenſis emendat injurias Clero illatas. Tomo I. pag. 415.

1230 Waltherus Epiſcopus cedit Capitulo ſuo Decimas Novales. Tomo II. 994.

1261 Margareta Flandriæ Comtiſſa confirmat ei partem decimarum in Caprycke, Eeclo, Lembeecke &c. ſub Diœceſi Brugenſi. Tomo III. 600.

1279 Acquirit partem decimarum in Parochia de Saeſtinghen. Tomo III. 608.

1352 Joannes Franciæ Rex jurisdictionem Decani & Capituli confirmat. Tomo III. 166.

1360 Idem facit Carolus V. Franciæ Rex. Tomo III. 167.

1365 Urbanus V. Pontifex prærogativas XII. Vicariorum hujus Eccleſiæ confirmat. Tomo II. 1326.

1390 Clemens VII. Antipapa permittit Canonicis in abſentia percipere fructus Beneficiorum quæ habent in Flandria &c. Tomo II. 1031.

1396 Statutum Capituli ſuper optione Præbendarum vacantium. Tomo III. 693.

1423 Martinus V. Papa jurisdictionem Decani & Capituli confirmat. Tomo III. 321.

1711 Clemens XI. Pontifex mandat Capitulo, ut non recipiat nominatos ad Præbendas à Poteſtate Acatholica. Tomo III. 510 &c.

TORNACENSIS Epiſcopatus, & Epiſcopi.

1118 Ivo Carnotenſis Epiſcopus rogat Paſchalem II. Papam, ne Tornacenſem Epiſcopatum ſeparet à Noviomenſi. Tomo II. 1154.

1122 Calixtus II. Papa, petente Ludovico VI. Galliæ Rege, decernit Eccleſias Tornacenſem & Noviomenſem debere manere unitas. Tomo II. 1157.

1146 Eugenius III. Papa Tornacenſem Epiſcopatum ſeparat à Noviomenſi; deſignans primum Epiſcopum Anſalmum; ad inſtantiam S. Bernardi. Tomo II. 1166 & ſequentibus.

1198 Stephanus Epiſcopus in aula ſua fundat Capellam Epiſcopalem. Tomo II. 982.

1210 Philippus Flandriæ Adminiſtrator confirmat Epiſcopo Jus Patronatūs ad duas Præbendas Cortracenſes. Tomo II. 1209.

1250 Acquirit Jus Patronatūs Præbendarum Cominienſium. Tomo II. 1230.

1286 Michael de Wariughem Epiſcopus declarat ſibi ac Succeſſoribus competere jus cudendi monetam. Tomo III. 421.

1352 Clemens VI. Papa concedit Epiſcopo Philippo de Arboſio licentiam Intrandi Flandriam non obſtante interdicto generali. T. III. 165.

1388 Tornacenſes Epiſcopi tempore Schiſmatis. Tomo II. 1030 in Notis

1419 Capella S. Vincentii, ſeu Epiſcopalis, non cadit ſub gratia expectativa. Tomo II. 1036.

1421 Privilegium Epiſcoporum inſtituendi unam Monialem in ſingulis Hoſpitalibus ſuæ Diœceſis. Tomo III. 620.

1565 Orta contentione inter Eccleſias Tornacenſem & Atrebatenſem pro præcedentia, Pius IV. Papa declarat, ſe nolle præjudicare antiquis juribus Tomo II. 1355.

1711 Clemens XI. Pontifex hortatur Epiſcopum Renatum de Beauveau, ut ad reſidentiam revertatur Tomo III. 510.

TORNACENSES Auguſtiniani.

1319 Acquirunt fundum, quem antea FF. Sanctæ poſſederant. Tomo I. 597.

TORNACENSES Pœnitentes, dictæ Filiæ Dei.

1233 Domus earum conceditur Monialibus de Pratis Porcinis. Tomo II. 1220.

TOROTENSIS Prioratus, in Gallia. Vide ſupra S. Amandi.

TREVIRENSIS Archiepiſcopatus & Electoratus in Germania.

643 Dagobertus I Franciæ Rex poſſeſſiones Eccleſiæ Metropolitanæ confirmat. T. I. 242.

760 Abbatia Prumienſis (hodie unita Menſæ Archiepiſcopali) fundatur. Tomo III. 3.

889 Abbatia S. Servatii ad Moſam traditur Ratbodo Archiepiſcopo Trevirenſi Tomo I. 250.

898. Zuentiboldus Lotharingiæ Rex eandem traditionem confirmat. Ibid. 252.

898 Idem Zuentiboldus beneficit Capitulo de Munſter-Eyffel, quod ait ſub Patronatu Electoris Trevirenſis. Tomo III. 291.

919 Carolus Simplex Franciæ Rex Abbatiam S. Servatii Trajectenſis reſtituit Ratgero Ar-

ehiepiſcopo. Tomo I 255 & 256.
945 Similiter Otho Magnus Imperator. Tomo I. 259.

TRIDENTINUM Concilium OEcumenicum.
1544 Convocatio Cleri Provinciæ Flandriæ, ad deputandum eò Doctores, & ad contribuendum pro eorum expenſis. Tomo III 460.
1550 Judicium Vigilii, Sanctioris Conſilii Præſidis, de Doctoribus è Belgio Tridentum deſtinandis. Tomo III. 463.
- - - Epiſcopi Belgæ cæteriquæ Theologi, qui iidem Concilio interfuêre. ibidem. 465.

8. TRUDONIS (vulgo *Sint-Truyen*) Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi.
746 Robertus Hasbaniæ Comes villas de Donck; Hae'en, Meerhaut, Schaffen &c. eidem donat. Tomo I. 493.
838 Hotbertus, vir potens, ei benefacit. Tomo I. 499.
956 Goudarda ſe ipſam offert in ſervam Deo & S. Trudoni. Tomo I. 505.
1064 Adalbero Metenſis Epiſcopus confirmat ei factam donationem Graiæ in Trudonopoli. Tomo I. 63.
1065 Idem Epiſcopus explicat jura Advocati, ac Sub-Advocati hujus Abbatiæ Tomo I. 62.
1119 Diviſio jurium inter Monachos Trudonenſes Prioratûs de Donck & Parochum dicti loci, facta per Rodulphum Abbatem. Tomo I. 520.
1130 Rodulphus Abbas exponit originem ac ſtatum ſui Monaſterii. Tomo I. 61.
1136 Abbas S Trudonis contribuit ad fundationem Abbatiæ Averbodienſis in Brabantia; id confirmante Metenſi Epiſcopo T I. 102.
1177 Arnoldus Archiepiſcopus Trevirenſis concedit ei immunitatem à Teloneo. Tomo II. pag. 974
1190 Archiepiſcopus Colonienſis componit diſſentiones ortas inter Ducem Brabantiæ & Comitem Loſſenſem ſuper Advocatia hujus Abbatiæ. Tomo II. 835.
1227 Idem Archiepiſcopus confirmat permutationem inter Leodienſem ac Metenſem Epiſcopos; vi cujus Oppidum & Abbatia S. Trudonis à juriſdictione Metenſi transfertur ad Leodienſem Tomo III 388.
1227 Leodienſis Epiſcopus ordinat Jura hujus Abbatiæ in conſtitutione Magiſtratûs Oppidi Trudonenſis. Tomo III. 389

TRUDONENSE Capitulum Canonicorum B. M. in Diœceſi Leodienſi.
1171 Rudolphus Leodienſis Epiſcopus confirmat Abbati S. Trudonis Jus Patronatûs Eccleſiæ B. M. ibidem Tomo II 1175.

S. TRUDONIS Abbatia Monialium Ordinis S. Auguſtini Brugis.
- - - Origo ejus à Sto. Trudone. Tomo I. 61. & Tomo III. 57.
1487 Erigitur Monaſterium Bogardorum, (vulgo *Starrſers-Broeders*) quod dein unà cum bonis ceſſit his Monialibus. Tomo III. 633.

TRUNCHINIENSIS (vulgo Dronghene) Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, juxta Gandavum.
1077 Robertus II. Comes Flandriæ varia bona attribuit Canonicis Regularibus tunc ibidem exiſtentibus. Tomo III. 18.
1136 Theodoricus Alſatius Comes eiſdem benefacit. Tomo I. 177.
1135 Idem Comes eos ab omni ſæculari poteſtate liberat. Tomo I. 529.
1139 Amotis Canonicis Regularibus, Iwanus Comes Aloſtenſis dotat Præmonſtratenſes hic recens inſtitutos. Tomo I. 104.
Vide etiam inferius *Tuſſchenbeecke*, Præpoſituram.

TUNGRENSE Canonicorum Capitulum, in Diœceſi Leodienſi.
1235 Epiſcopus Leodienſis dat ei Altare ac decimas de Nieu-capelle apud Dieſthemium. Tomo III. 682.
1254 Innocentius IV. Pontifex declarat eam exemptam, ac S. Sedi immediatè ſubjectam. Tomo. III. 412.

TURNHAUTANUM Capitulum Canonicorum in Diœceſi Antverpienſi.
1261 Confœderatio inter cives Antverpienſes ac Turnhautanos. Tomo I. 428.
1398 Maria Brabantica Reinaldi III. Gelriæ Ducis vidua, fundat XII. Canonicorum Collegium. Tomo II. 1033. Tomo III. 437.
1398 Epiſcopus Leodienſis confirmat hanc erectionem, ſimulque Incorporationem Eccleſiæ de Oeyen. Tomo III. 440.
1399 Idem confirmat Petrus de Alliaco Cameracenſis Epiſcopus, & Cardinalis. Ibidem.
1444 Confœderatio hæc Capitali cum aliis Brabantinis. Tomo II. 1263.

TURONENSE Capitulum Canonicorum S. Martini, in Gallia.
1200 Renovat Confraternitatem cum Canonicis S. Martini Leodii, iiſque mittit quoſdam Reliquias. Tomo III. 364.

TUSSCHENBEECKE, aliàs Cerſcamp, Præpoſitura Monialium Præmonſtratenſium apud Aloſtum, in Diœceſi Mechlinienſi.
1148 Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus eam inſtituit, ſub cura Abbatis Truchinienſis. Tomo III. 47.

V.

VALCELLENSIS (vulgo Vaucelles) Abbatia Monachorum Ciſtercienſium apud Cameracum.
1133 Lietardus Epiſcopus confirmat illius fundationem. Tomo III. 37.
1139 Item Conradus Imperator Tomo III. 331.
1140 S. Bernardus Abbas hortatur Simonem Caſtellanum de Oiſy, ut fundationem ejus perficiat. Tomo III. 39.
1254 S. Ludovicus Galliæ Rex recenſet recepta ab his Monachis beneficia, eoſque eximit ab omnibus oneribus. Tomo III. 412.
1560 A Pio IV Pontifice unitur Abbatia Menſæ Archiepiſcopali Cameracenſi. Tomo II. pag. 1352.

VALENCENENSE Capitulum Canonicorum in Aula Comitis.
1186 Urbanus III. Papa Valencenis plures Parochias inſtituit. Tomo II. 834.
1192 Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes in ſua Capella inſtituit Capitulum, probante filio ſuo Balduino. Tomo II 980.
1193 Idem confirmat & auget fundationem ſuam Tomo II. 980.
1269 Margareta Comitiſſa confirmat ceſſionem Eccleſiæ S Gaugerici Valencenis à Priore S. Salvii factam pro hoc Capitulo Tomo II. 1237.
1275 Eadem Comitiſſa Paſtorem Eccleſiæ S. Gaugerici annumerat Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, Tomo II. 1240.

1419 Martinus V. Papa Eccleſiam Parochialem S. Gaugerici incorporat Menſæ Capitulari. Tomo II. 1035.
1467 & 1470. Idem confirmat Paulus II. Papa, cum jure conſtituendi Vicariam amovibilem. Tomo II. 1038 & 1040.

VALENCENENSE Begginagium.
1239 Cameracenſis Epiſcopus confirmat ejus fundationem à Priore S. Salvii inſtitutam. Tomo II. 855.

VALENCENENSES Dominicani.
1233 Fundantur à Joanna Comitiſſa. Tomo I. pag. 200.

VALENCENENSES Minoritæ.
1220 Ferrandus Comes eos fundat. Tomo I. pag. 199.
1225 Joanna Ferrandi conjux fundationem ejus confirmat Ibidem.

VALENCENENSIS Præpoſitura B. M. Majoris, Benedictinorum.
1086 Balduinus Comes eam fundat ac donat Monachis Haſnonienſibus. Tomo I. 268.
1086 Gerardus Camerscenſis Epiſcopus fundationem confirmat. Tomo I. 514.
De aliis Monaſteriis ibidem; S. Joannis & S. Salvii Abbatiis, ac Bellomontano Prioratu, vide ſupra ſuis locis.

VALIENPONT, Commendaria Ordinis Melitenſis. Vide ſuis locis.

VALLIS S. BERNARDI Abbatia Monialium Ciſtercienſium Dieſthemii, in Diœceſi Mechlinienſi.
1235 Arnoldus D. Dieſthemii eam fundat ac dotat. Tomo III. 586.

VALLIS-CÆLI, (vulgo s'Hemelſdaele) Abbatia Monialium Ciſtercienſium Brugis.
1237 Fundatur apud Dixmudam per Eliſabetham D. de Steenvoorde. Tomo III. 587.
1241 Conſenſus Capituli S. Donatiani Brugenſis in eandem fundationem. Tomo III. 109.
1266 Margareta Flandriæ Comitiſſa donat ei varia bona propter homicidium fiſco addicta. Tomo III. 126.

VALLIS COMITIS, vide Greventhal.

VALLIS-DEI (vulgo Vaux-Dieu) Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium, in Ducatu Limburgenſi.
1216 Tranſfertur in hunc locum à Lothario Comite de Hoſtaden. Tomo I. 299.
1216 Walerandus Comes Luxemburgenſis donationem patris ſui Henrici Ducis Limburgenſis pro hac tranſlatione confirmat. Tomo III. 380.
1282 Joannes I. Brabantiæ ac Limburgi Dux ei benefacit. Tomo III. 138.

VALLIS-DUCIS, (vulgo Valduc,) Abbatia Monialium Ciſtercienſium, in Diœceſi Mechlinienſi.
1236 Henricus II. Brabantiæ Dux largitur eis decimam de Greez. Tomo III 688.
1238 Leonius Caſtellanus Bruxellæ donat eis decimam in Leeuwa Sti. Petri. Tomo I. 755 & pag. 756.
1271 Joannes I. Brabantiæ Dux confirmat donationes Raſonis de Pieterbaix. Tomo III. pag. 688.
1276 Joannes I. Brabantiæ Dux fundationes omnes Anteceſſorum ſuorum ratas habet. Tomo III. 687.
1276 Waltherus de Greez eiſdem benefacit. Tomo III. 688.

VALLIS S. LAMBERTI, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium apud Leodium.
1188 Ægidius Comes Claromontanus prima jecit illius fundamenta. Tomo I. 719.
1188 Idem committit curam novellæ Abbatiæ Signiacenſi Abbati. Ibidem.
1192 Lotharius Leodienſis Epiſcopus fundationem confirmat. Tomo I. 720.
1196 Henricus Limburgi Dux, petit ab Abbate Ciſtercienſi Religioſos remitti, promittens eis locum ſalubriorem. Tomo I. 722.
1200 Idem Dux novum fundum largitur. T. I. 726.
1202 Henricus Leodienſis Epiſcopus donat ei 132 bonaria terræ. Tomo I. 730.

VALLIS LILIORUM, vulgo Leliendael, Præpoſitura Monialium Præmonſtratenſium, Mechliniæ.
1233 Cameracenſis Epiſcopus confirmat earum fundationem in Parochia de Hombeeck. Tomo III. 94.
1234 & 1242 Henricus I. Dux Brabantiæ & Waltherus Bertholdus D. Mechliniæ, concedunt eis jus piſcaturæ in Senna fluvio. ibid. 95.
1265 Idem Waltherus ejuſque uxor Maria, eas amplius dotant. Tomo III. 124.

VALLIS-NOSTRÆ-DOMINÆ (vulgo Val-Notre-Dame) Abbatia Monialium Ciſtercienſium, apud Huum, Diœceſis Leodienſis.
1210 Albertus Comes de Moha & Daborgh eam fundat ac dotat. Tomo II. 842.
1218 Theobaldus Lotharingiæ Dux fundationem confirmat. Tomo II. 845.
1223 Item Gertrudis de Daborg, filia fundatoris. ibid. 849.

VALLIS-S.-PETRI, Carthuſia, in Diœceſi Laudunenſi in Gallia.
1228 Ferrandus & Johanna Comites Flandriæ, ei benefaciunt. Tomo III. 391.
1246 Item Margareta eorum Soror. Ibid.

VALLIS-ROSARUM (vulgo Roofendael) Abbatia Monialium Ciſtercienſium, juxta Mechliniam.
1227 Ægidius Berthaut, donat intuitu filiarum ſuarum, decimas de Gheele & Berlaer. Tomo I. 744.
1235 Idem Ægidius, aliique donant decimas de Leſinghe, Lichtervelde & Hardoye in Franconatu Brugenſi. Tomo III. 99.
1294 Johannes D. de Berlaer reſtituit decimam de Gheel. Tomo III. 613.

VALLIS SCHOLARIUM, Abbatia Ordinis S. Auguſtini Montibus Hannoniæ.
1252 Margareta Comitiſſa eam dotat ac dotat. Tomo III. 114.
- - - Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus fundationem confirmat. Ibidem.

VALLIS SCHOLARIUM, Abbatia Ordinis S. Auguſtini Leodii.
1230 Erigitur à Joanne Leodienſi Epiſcopo. Tomo III. 393.
1231 Evocantur primi Religioſi è Geroudiſarto apud Namurcum. Ibid.

VALLIS SCHOLARIUM Prioratus Leeuwis (vulgo Saut-Leeuw) in Diœceſi Mechlinienſi.
1235 Evocantur Leodio, & per Capitulum S. Dionyſii donatur eis Eccleſia S. Sulpitii extra Leeuwas. Tomo III. 729.
1237 Henricus I. Brabantiæ Dux fundationem eorum confirmat. Ibidem.
1286 Prioratus Hanswycanus apud Mechlinium, à Leeuwenſibus inchoatur. Tomo III. 142.

VAL,

VALLIS VIRGINUM (vulgo Macghdendaele) Abbatia Monialium Ciſtercienſium Aldenardæ, Diœceſis Gandenſis.
1177 Joannes D. Aldenardæ & Mathildis Vice-Comitiſſa Ambianenſis ei benefaciunt. Tomo III. 136.
S. VEDASTI (S. Vaaſt) Abbatia Benedictinorum Atrebati in Artheſia.
673 Theodericus I. Franciæ Rex varia prædia ei donat. Tomo I. 126.
674 S. Vindicianus Epiſcopus Atrebatenſis privilegium immunitatis largitur. Tomo I. 126.
866 Carolus Calvus Imp. poſſeſſiones ejus recenſet ac confirmat. Tomo II. 932.
870 Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus aliique Præſules confirmant ejus libertatem ac prædia. Tomo I. 134.
875 Carolus Calvus Imperator alia privilegia largitur. Tomo I. 136.
876. Joannes VIII. Papa dat privilegium libertatis, & confirmat poſſeſſiones à Carolo Calvo Cæſare conceſſas. Tomo II. 934.
1023 Warinus Bellovacenſis Epiſcopus confirmat ſocietatem fraternam inter Canonicos ſuæ Cathedralis & Monachos Vedaſtinos. Tomo I. 149.
1098 Lambertus Atrebatenſis Epiſcopus confirmat ei ſua Altaria, & ſtatuit Confraternitatem inter Cathedralem ſuam & hanc Abbatiam. Tomo III. 22.
Vide etiam ſupra Haſprenſem Præpoſituram.
VELLERIS AUREI Equitum Ordo.
1430 Philippus Bonus Burgundiæ Dux Ordinem hunc à ſe inſtitutum confirmat. Tomo I. 230.
1516 Leo X. Papa concedit Carolo V. ut numerum Equitum uſque ad 50 extendat, variaque illi Ordini Privilegia confert. T. I. 235.
1572 Gregorius XIII. Papa concedit Regi Philippo II. licentiam creandi novos Equites extra Capitulum ſeu Comitia Ordinis. Tomo I. 240.
1596 Idem largitur Clemens VIII. Pontifex. Ibidem.
VICONIENSIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, in Hannonia.
1129 Robertus Atrebatenſis Epiſcopus eam fundat ac dotat. Tomo III. 36.
1143 Balduinus Hannoniæ Comes beneficia ampliora largitur. Tomo II. 1165.
1213 Valenceenſis Magiſtratus ei benefacit. Tomo I. 736.
1256 Acquirit decimam de Ziſſeele apud Brugas. Tomo III. 118.
S. VICTORIS Pariſienſis Canonici Regulares, olim Leodii, in loco Belli-reditûs.
1196 Locum cedunt Præmonſtratenſibus ibidem. Tomo III. 147.
VILLARIENSIS (vulgo Villers) Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium, in Brabantia.
1160 Godefridus Brabantiæ Dux confirmat donum Engelberti de Schooteu, de bonis ſuis ſitis apud Antverpiam. Tomo II. 971.
1184 Henricus I. Dux dotem ejus auget, ac poſſeſſiones confirmat. Tomo I. 287.
1205 & 1231 Idem Dux ejuſque uxor Mathildis benefaciunt. Tomo III. 76 & 92.
1231 Henricus Marchio Namurcenſis benefacit. Tomo I. 307.
1262 Margareta Flandriæ Comitiſſa fundat ſibi anniverſarium. Tomo III. 601.
VILLA-PIRORUM, Prioratus Benedictinorum Abbatiæ S. Huberti, in Ardenna.
1147 Arnulphus Comes de Chiny, locum hanc, olim Abbatiolam S. Sulpitii, donat ac ſubjicit Abbatiæ S. Huberti. Tomo III. 334.
VILVORDIENSE, Begginagium.
1065 Diploma probans Begginagium hoc eſſe omnium Belgii noſtri vetuſtiſſimum, & Beggium à Sta Beggha nomen accepiſſe. Tomo II. 908.
1469 Epiſcopus Tricaricenſis, Nuncius Apoſtolicus, mandat transferri Moniales B. M. V. de Monte Carmelo, Leodio profugas, & à Carolo Duce Burgundiæ fundatas, in locum Ten trooſt, juxta Vilvordiam, iiſque tribuit domicilium commune cum Begginis. Tomo III. 207.
1470 Concordatum inter Begginas Vilvordienſes & Moniales Carmelitanas, ſuper communi earum habitatione. Tomo III. 616.
De Vilvordienſibus Decimis, vide ſupra *Camera* Abbatiam.
VINEA B. MARIÆ, Abbatia Monialium Ciſtercienſium Lovanii.
1522 Walterus Van dan Tympel Conſul Lovanienſis eam fundat. Tomo II. 1049.
VIRDUNENSE (vulgo Verdun) Capitulum Cathedrale in Lotharingia.
1266 Robertus Epiſcopus Virdunenſis, inſtitutâ inter ſuam ac Leodienſem Eccleſiam Confraternitate, municipium Inpilienſe cedit Leodienſibus. Tomo II. 863
VIRIDIS VALLIS, (vulgo Groenendael) Prioratus Canonicorum Regularium, apud Bruxellam.
1304 Joannes III. Brabantiæ Dux, Joanni de Buſco Eremitæ concedit habitationem in Viridi Valle. Tomo I. 779.
1343 Idem Dux fundat ac dotat hunc Prioratum Tomo I. 780.
1420 Martinus V. Papa eum incorporat Congregationi Windeſimenſi. Tomo III. 444.
VLIERBECA, Abbatia Benedictinorum juxta Lovanium.
1125 Godefridus Barbatus Brabantiæ Dux fundat ibi Cellam, ſeu *Prioratum*, Abbatiæ Affligemienſi ſubjectum Tomo I. 90.
1163 Victor IV. Antipapa, per Bullam datam Abbati Affligemienſi, Vlierbecam eximit ab ejus juriſdictione. Tomo II. 828.
1163 Bulla alterа ejuſdem Victoris ad Vlierbecanos. Ibid. 829.
1173 Arnulphus Abbas Affligemienſis Vlierbecam erigit in Abbatiam. Ibid. 830.
1257 Alexander IV. Papa committit Abbati Parcenſi & Decano Mechlinienſi Viſitationem hujus Abbatiæ. Tomo II. 861.
ULTRAJECTENSE Capitulum Metropolitanum.
710 Ebroinus Comes donat B. Willebrordo Epiſcopo varia prædia in Hollandia. Tomo III. 560.
721 Carolus Martellus Major-Domûs in Francia dotat hanc Eccleſiam. Tomo I. 491.
725 Idem donat ei Elſtam ſui juris villam. Tomo I. 492.
725 Teſtamentum S. Willebrordi Archiepiſcopi. Tomo I. 11.
753 Pipinus Francorum Rex prædia à Carolo Martello & Carolomanno donata confirmat. Tomo I. 494.
754 S. Bonifacius Archiepiſcopus axpouit Stephano Papæ ſtatum, in quo erat hæc Eccleſia poſt obitum S. Willibrordi. Tomo I. 13.
780 Carolus Magnus Imperator donat ei Liſidunam villam. Tomo I. 1451

814 Ludovicus Pius Imperator confirmat ejus poſſeſſiones. Tomo I. 498.
858 Lotharius Lothariogiæ Rex Bergenſe Monaſterium apud Ruremundam in Gelria à Sto. Wirone conſtructum, Canonicis Ultrajectenſibus tribuit incolendum. Tomo I. 499.
876 Ludovicus Germaniæ Rex Capitulo Ultrajectino benefacit, petente Hungero Epiſcopo. Tomo I. 501.
994 Anſfridus Epiſcopus donat Eccleſiæ ſuæ Weſterloam & alias Villas in Brabantia. Tomo I. 52.
997 Frethebaldus vir Nobilis donat omnem hæreditatem ſuam in Comitatu Teſterbandiæ. Tomo I. 262.
999 Otho III. Imperator donat diſtrictum villæ de Bommele & alia prædia. Tomo I. 263.
1064 Henricus IV. Imperator dona per Comites Hollandiæ ablata reſtituit. Tomo I. 155.
1088 Conradus Epiſcopos Privilegia ac ſtatuta confirmat. Tomo III. 564.
1116 Præpoſitus Eccleſiæ B. M. Brugis ei hoc Capitulo eligendus. Tomo II. 961 & 963.
1138 Conradus III. Imperator donat Ooſtergoam & Weſtergoam. Tomo I. 526.
1138 Arnoldus de Aſperomonte donat Lindiniam. Tomo I. 387.
1180 Item Guilielmus de Linden. Ibid.
1196 Henricus VI. Imperator Comitatum Veſuæ Balduino Epiſcopo confirmat; Balduinus autem Henrico Brabantiæ Ducì concedit. Tomo I. 289.
1240 Arnoldus D. Weſemaliæ ejuſque uxor Eliſabeth acquirunt ſub annuo cenſu ab hoc Capitulo, bona ſua in Weſterloo. Tomo I. pag. 580.
1269 Conventio inter Capitolum & D. Weſemaliæ ſuper iſto cenſu. Tomo I. 436.
1280 Gerardus D. Weſemaliæ eundem cenſum profitetur. Tomo I. 209 & 210.
1429 Weſterloo, Oeleu & alia prædia in Brabantia, à DD. Weſemaliæ antea poſſeſſa, dantur in feudum Richardo D. Merodæ. Tomo I. 228.

ULTRAJECTENSIS Epiſcopatus, dein Archiepiſcopatus.
1145 Conradus III. Imperator concedit Canonicis S. Martini & S. Salvatoris liberam Epiſcoporum ſuorum Electionem, ſimul declarans Romanos Imperatores ibidem eſſe Canonicos. Eugenius III. Pontifex id-ipſum confirmat. Tomo I. 532.
1349 Carolus IV. Imperator varia concedit privilegia Epiſcopo Ultrajectino Tomo I. 781.
1392 Sententia degradationis, per Epiſcopum Trajectenſem lata in Fr. Jacobum à Joliaco, eò quod per falſas Litteras aſſumptus in Suffraganeum Ultrajectenſem, Epiſcopalia munia exercuiſſet. Tomo II. 1032.
1528 Henricus à Bavaria Epiſcopus Domicilium temporale Ultrajectinum, quod antea penes Epiſcopos fuerat, cedit Carolo V. Cæſari. Tomo I. 600
1528 Carolus V. Imperator Ceſſionem hanc acceptat. Tomo I. 603.
1531 Clemens VII. Pontifex abdicationem Epiſcopi & acceptationem Imperatoris ratificat. Ibidem.
1560 Pius IV. Papa Epiſcopatum hunc erigit in Archiepiſcopatum, cum quinque Suffraganeis. Tomo I. 618.
- - - Archiepiſcopi Ultrajectini. Tomo I. 624.
- - - Vicarii Apoſtolici in Belgio Fœderato. Ibid.
1725 Benedictus XIII. Pontifex electionem Cornelii Steenhovii Pſeudo-Epiſcopi Ultrajectini à Clero Janſeniano attentatam, irritam, ejuſque conſecrationem execrandam declarat, Tomo III. 512.
1726 Idem Benedictus XIII. electionem Cornelii Joanois Barchman, Succeſſoris, irritam ſacrilegamque declarat. Tomo III. 513.

ULTRAJECTENSE Capitulum Canonicorum S Salvatoris.
1108 Burchardus Epiſcopus Trajectenſis dotat eis Jus Patronatûs ac Decimas Quatuor Officinorum (vulgo de Vier-Ambachten) in Flandria. Tomo II. 958.
1145 Acquirunt Jus eligendi Epiſcopum. Tomo I. 532.
1565 Rationes, ex quibus impedienda tranſlatio hujus Capituli in Civitatem Epiſcopalem Ruræmundenſem. Tomo III. 479.

ULTRAJECTENSE, Capitulum Canonicorum S. Petri.
1077 Henricus IV. Imperator Eccleſiam ejus incendio conſumptam reſtaurat. T. III. 564.
1310 Capitulum omnes Decimas quas in Zelandia poſſidebat, cedit Guilielmo Hollandiæ Comiti, pro aliis bonis ac decimis in Hollandia. Tomo III. 426.
1313 Clemens V. Papa, item quinque Capitula Ultrajectina, hanc Permutationem approbant. Tomo III. 429.

ULTRAJECTINI Equites Meliteníes.
1253 Domus eorum ad S. Catharinam inſtituitur ac confirmatur ab Henrico Epiſcopo. Tomo III. 598.

ULTRAJECTINI Equites Teutonici.
1250 Henricus Epiſcopus eis concedit Eccleſiam S. Nicolai & facultatem extruendi Domum. Tomo III. 596.

UNIVERSITATES. Vide Lovanienſem, Duacenam & Colonienſem, ſuis locis.

S. URSULÆ (vulgo op de Halve-Straet) Prioratus Monialium Ordinis S. Auguſtini Lovanii.
1419 Fundatur ab Eliſabetha de Weſel, probante Leodienſi Epiſcopo. Tomo III. 618.
1720 Eximitur ab onere panis (ut vocant) Abbatialis. Tomo II. 1334.

VREDENBERGH, Prioratus Monialium Ordinis S. Auguſtini Liræ in Brabantia.
1476 Maria Loſſenſis, vidua Joannis Naſſovii D. Bredæ, eum fundat ac dotat prope Bredam. Tomo III. 210.
1476 Leodienſis Epiſcopus fundationem confirmat. Tomo III. 211.

VROUWEN-CLOOSTER, olim Abbatia Monialium Benedictinarum in Diœceſi Ultrajectina.
1113 Fundatur ab Abbate S. Laurentii in Ooſtbroeck. Tomo III. 320.

W.

WAETERINGHE, Prioratus olim Religioſorum Ciſtercienſium in Hollandia.
1485 Henricus D. de Naeltwyck eum fundat ac dotat. Tomo I. 786.

WALCIODORENSIS (Vanſort) Abbatia Benedictinorum, in Diœceſi Namurcenſi.

946 Elibertus Comes Florinenſis ejuſque conjux Hereſindis eam fundant. Tomo I. 259.
946 Robertus Comes Namurcenſis ei benefacit. Tomo III. 293.
1080 Abbas Walciodorenſis conſenſit, ut erigatur Dionanti pons lapideus ſupra Moſam. Tomo I. 267.
1163 Eccleſia de Falmagne olim Collegiata IV. Canonicorum, huic Abbatiæ incorporatur. Tomo III. 343.
1205 Haſtienſis Prioratûs ſubjectio erga Abbatem Walciodorenſem confirmatur. Tomo III. pag. 367.
1227 Walciodorum à Metenſis Epiſcopi juriſdictione ad Leodienſem transfertur. Tomo III. pag. 388.

WALCURIENSE (vulgo Walcourt) Capitulum Canonicorum in Diœceſi Namurcenſi.
1026 Odinus Toparcha illud fundat. Tomo III. pag. 298.

WALLERS in Hannonia, modo Monaſterium Faniæ, Benedictinorum, ſub Abbatia Lobbienſi.
640 Dagobertus Auſtraſiæ Rex donat Waſtare S. Landelino, pro conſtruendo Monaſterio. Tomo I. 489.
642 S. Amandus Epiſcopus Camerocenſis illud ſuſcipit in protectionem. Ibid. 490.

WALSBERGHE, Domus Ordinis Melitenſis, in Diœceſi Mechlinienſi.
1310 Joannes II. Dux Brabantiæ eam ſuſcipit in protectionem. Tomo III. 256.

WALTHERI-BRANIA (Wauthier-Braine) Abbatia Monialium Ciſtercienſium, in Diœceſi Namurcenſi.
1235 Gregorius IX. Pontifex fundationem ejus privilegiaque confirmat. Tomo III. 399.
1280 Waltherus de Brania benefacit. Ibid. 420.

WARNETON, (vulgo Waeſtene) Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Iprenſi.
1126 Adelaidis D. Peronæ ac Warnetonſi benefacit Canonicis ibidem, uſque tunc ſæcularibus. Tomo I. 379.
1138 Amotis ſæcularibus, mutatur in Abbatiam Canonicorum Regularium, per Epiſcopum Morinenſem, probante Comite Flandriæ. Tomo I. 387.
1142 Milo Epiſcopus Morinenſis poſſeſſiones ejus confirmat. Ibid. 389.
1177 DD. Bethuniæ beneficia à Majoribus ſuis huic Abbatiæ collata confirmant. Tomo I. pag. 395.

WATANENSIS (vulgo Waetene) olim Præpoſitura Canonicorum Regularium, Diœceſis Audomarenſis: modo PP. Societatis Jeſu.
1072 Robertus Friſius Flandriæ Comes eam fundat Tomo II. 1311.
1093 Robertus Jeroſolymitanus Comes eandem amplius dotat. Tomo II. 1141.
1560 A Pio IV. Pontifice unitur Epiſcopatui Audomarenſi. Tomo II. 1298.
1607. Paulus V. Pontifex inducit Audomarenſem Epiſcopum, ut hunc locum cedat Jeſuitis Anglis. Tomo III 493.

WAVRIA-INFERIOR, (vulgo Baſſe-Wavre) Prioratus Benedictinorum in Gallo-Brabantia, ſub Abbatia Affligemienſi.
1243 Leodienſis Epiſcopus confirmat ei Jus Patronatûs Eccleſiæ de Wavria. Tomo III. 407.

WERCKENE Clariſſæ. Vide Peteghem.

WERDINENSIS Abbatia Benedictinorum in Germania.
802 Carolus Magnus Imperator donat S. Lutgero hujus Abbatiæ fundatori fiſcum ſuum in Lothoſa. Tomo III. 8.
855 A Folkero Viro Nobili amplificatur multis per Hollandiam Friſiamque poſſeſſionibus. Tomo III. 561.

WEVELGHEM, Abbatia Monialium Ciſtercienſium apud Cortracum, in Flandria.
1215 Fundatur in Parochia de Moorſele per Joannam Flandriæ Comitiſſam & Margaretam Caſtellanam Aldenardæ. Tomo II. 1212.
1242 Transfertur in Parochiam de Weveighem; Tomo III. 405.

WINDESHEM Prioratus Canonicorum Regularium, olim in Hollandia.
1420 Martinus V. Pontifex confirmat inſtitutum Congregationis, ſub titulo Capituli Windeſemenſis. Tomo III. 444.
- - - Series Priorum Generalium. Ibidem. 448.

WINOCIBERGENSIS Abbatia Benedictinorum, in Diœceſi Iprenſi.
1067 Balduinus Comes Flandriæ recenſet ejus originem, & poſſeſſiones, nec non mutationem Canonicorum ſæcularium in Benedictinos. Tomo I. 512.
1121 Carolus Bonus Comes poſſeſſiones confirmat. Tomo I. 522.
1167 Idem facit Comes Philippus de Alſatia; Tomo I. 705.
1183 Idem recenſet illius bona. Tomo I. 546.

WORMACIENSIS Epiſcopatus in Germania.
1225 Henricus Wormacienſis Epiſcopus Caſtrum Heidelbergenſe tradit in feudum Ludovico Comiti Palatino. Tomo I. 742.

WORMEZEELE, Abbatia Canonicorum Regularium, in Diœceſi Iprenſi.
1109 Robertus Comes eam dotat. Tomo III. 31.
1117 Item Comes Balduinus. Ibidem.
1200 Innocentius III. Pontifex fundationem ejus altariſque confirmat. Tomo III. 69.
1576 Gregorius XIII. ſeparat ab Abbatia certam penſionem, pro dote Epiſcopatûs Iprenſis. Tomo III. 485.
1582 Placetum Regis Philippi II. Ibid. 488.

Z.

ZEELHEM, Carthuſia prope Dieſtemium, in Diœceſi Leodienſi.
1327 Prior Generalis Majoris Carthuſiæ conſentit in ejus erectionem. Tomo III. 433.
1328 Gerardus D. Dieſthemii & Joanna de Flandria conjuges, eam fundant ac dotant. Tomo III. 157.

ZELLARIENSE Collegium olim Beneficiatorum, nunc Canonicorum, in Eccleſia Metropolitana Mechlinienſi.

1250 Arnoldus de Zellaer Scholaſticus in D. Rumoldi fundat XII. Beneficiatos. Tomo II. pag. 996.
1255 Idem auget eorum dotem. Ibid. 1000.
1259. Et fundat ſibi Anniverſarium. Tomo III. pag. 414.

ZOETENDAELE, olim Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Brugenſi.
1228 & 1234 Ferrandus & Joanna Flandriæ Comites eam fundant ac dotant. Tomo III. 88.
1584 Gregorius XIII. Pontifex eam ſupprimit, ejaſque bona conſtituit in dotem Collegii PP. Societatis Brugis. Tomo III. 251.

PRÆTERMISSA.

Ad Litt. B.

BORNHEMIENSIS Prioratus Dominicanorum Anglorum.
1658 Fundatur à D. Barone de Colôma. Tomo III pag. 280.

Ad Litt. D.

DAVENTRIENSE quondam Capitulum Cathedrale Canonicorum, apud Hollandos.
1295 Origo ejus ab Eccleſia S Salvatoris Ultrajecti deſumpta, deſcribitur, Tomo III. pag. 462.

Ad Litt. H.

HALLENSIS Eccleſia B. M. in Hannonia.
1560 Perſonatus onitur à Pio IV. Pontifice in Bulla Erectionis Archiepiſcopatûs Mechlinienſis, Canonicis Graduatis ibidem. Tomo I. 610.
1658 Archiepiſcopus Cameracenſis exponit Statum Eccleſiæ Hallenſis. Tomo II 1118
1659 Alexander VII. Paſtoratum Hallenſem unii Perſonatui ibidem, in favorem PP. Societatis Jeſu. Tomo II. 1120.

Ad Litt. L.

LEEUWENSE S. LEONARDI (vulgo Sout-Leeuw) Capitulum Canonicorum, in Diœceſi Mechlinienſi.
1235 Eccleſia S. Leonardi fit Parochialis; in locum antiquioris S. Sulpitii. Tomo III. 729.
1237 Confirmatur per Ducem Brabantiæ. Ibidem.
1308 Theobaldus Leodienſis Epiſcopus illic erigit Capitulum Canonicorum. Tomo III. 730.

Ad Litt. M.

MONTENSE Begginagium, in Hannonia.
1248 Margareta Comitiſſa illud fundat ac dotat. Tomo III. 732.

Ad Litt. R.

ROTTHEM, Abbatia Monialium Ciſtercienſium, apud Thenas, in Diœceſi Mechlinienſi.
1243 Abbas S. Trudonis in Hasbania vendit fundum ad ejus erectionem. Tomo III. 731.
1244 Henricus Brabantiæ Dux fundationem confirmat. Ibidem.
1268 Aleydis Duciſſa Brabantiæ benefacit. Ibidem.
1269 Item Joannes I. Dux. Tomo III. 732.

Ad Litt. U.

ULTRAJECTINUM S. Salvatoris Ultrajecti Canonicorum Collegium.
1295 Confraternitas illius cum Capitulo S Lebuini Daventrienſi, dein Cathedrali. Tomo III. 461.